
14
3 Q
13

ALEXANDRI DE ALES,


DOCTORIS IRREFRAGABILIS, ORDINIS MINORVM,

In Duodecim Aristotelis Metaphysicæ Libros Dilucidissima Expositio.

Post plures Lustros, quibus non absq; maxima tanti viri iniuria in tenebris iacuit; nunc tandem summa ope, opera'ue R.P. Magistri Propertij Restæ à Talleacotio, Franciscani Conuentualis; & optata luce, & debito candore donata est. Ita vt ingenuum Peripateticum, insignemq;, Auerroistam nuper se nactos crediderint boni philosophantes. Facileq; deprehenderint, quid in exponendis eisdem Aristotelis Metaphysicis ex propria officina addiderit D. Thomas Aquinas. Tum demum vnde Ioan. Duns Scotus vel Logicæ, vel Philosophiæ subtiliores conceptus deprompserit.

Cum duplici Indice, Quæstionum vno, rerum memorabilium altero.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Apud Simonem Galignanum de Karera,
M. D. LXXII.



ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO, D. MARCO ANTONIO COLVMNAE S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO,

FRATER PROPERTIVS RESTA DE TALLEACOTIO, FRANCISCANVS Conuentualis, Theologorum minimus, & in Almo Gymnasio Diui Antonij de Padua Regens & moderator, perpetuam exoptat fœlicitatem.



Eternam animi immortalitatem Card. Amplisſime ad placidas Cleantis aures, nouo exitii genere expetendam; clara Illuſtrium uirorum piacula iamdiù profligarunt, & ad hæc uſque temporum interſtitia longè procul execrantur. Non enim probè factum forè diiudicatur, in ardentisſimum flammarum ſpecum inſilire, ſeù ab aeriis murorum minis ſe ſe præcipitanter deiicere. Nam etſi nouercante aliquando fortuna, diuerſi diuerſo necis impulſu, ſuis quidem inuentis, ut immortalem cum Diis nanciſcerentur uitam, ſibi mortem inflixerint: non ex hoc æterna duxiſſe ſæcula dicuntur; nec exinde mutato, proſperitatis fauonio, inter claras reponuntur ſedes. Quid enim Empedocli æternitatis attulit, ultrò Trinacria interiiſſe flamma? Non hoc laude, ſed ingenii exhauſtu dignum fuiſſe dixerim. Voluit et ipſè illis annuere, qui animas putantes (& optimè quidem) æternas eſſe: tanquam in cœlum poſt illas migraturi, ſibi interitum inferentes, delirabant: ut ad Deos abiiſſe crederetur. Sed heu dolor, dum laudis immortalitatisque parandæ ſtudio mortes indidiſſent, ſuarum laudum coronam obnubilabant: æternamque ſibi memoriam lucrari exoptantes & ipſi, & eorum momoria unico intuitu peribant, morte immortalitatem referre credentes. Quid hoc riſu dignius? Quid deſpectius? Quid tandem miſerius, quàm uelle æternam morti ſtatuam erigere? Infelices? Omnes tamen eundem torſerunt funem; & incudem omnes eandem tutunderunt. Aliter quippè ſempiterna nominis efficitur memoria, alio fama quærenda eſt æternitas. Immortalem profectò ſibi uitàm morte parauit Horatius, ſed pro ſuæ urbis libertate tuenda. Immarceſsibili inſignitus decore, Mutius ille fuit, quem Sceuolam appellant, dum coram Porſenna Ethruſcorum Rege Romam obſidente, dextram flammis admouerat; Vrbemque obſidione liberam reddiderat, adhuc perenni uiget ſæculo. Illuſtres etiam ſibi pararunt faces Carolus, ab animi magnitudine, rerumque grauitate Magnus, & uerè Romanus Scipio. Ille ſtudioſorum candore deuinctus, floridum Pariſienſe Gymnaſium, uiros undecunque peritia onuſtos aduocans, erexit. Iſte ne poſt tot inſignes uictorias, proſperis ſucceſsibus, animum ſibi inſoleſcere permitteret, nec in mediis cruentisſimi belli apparatibus ſtudia prætermiſit, legesq; & mores obſeruabat intactos. Hic honos, hæc æterna habetur fama, qua illeſæ

Maiestatis fama, statusque comprobatur. Huiusmodi uiris facilè administrandæ Resp. committuntur, qui & perhenni coronantur lauro, & suarum laudum Homerum merentur habere præconem. Maximum enim bonum uirtus est, cui premium perpetuus est honos. Nulla etenim Illustrissime Præses subire pericula formidarunt, qui gloriæ exultationem expetere minimè erubuerunt. Ex aduerso tamen impii laudis appetitu propensius exequuntur, qui fama honestari quærentes, adeò in sceleribus mentes defatigant, ut scelesti uirtutum torpore delitescant. O turpis hominum larua, quæ personatam reddere uirtutem exquirunt, priscorum oblita coronis. Et quis tam agresti fuisset animo, qui hæc aufugienda non consuleret? Hunc falsum adipisci concupiuit honorem Antiochus, quum à semetipso inter Deos referri, Iouisque maximi nomine statuas sibi erigi imperauit: & nomen, quod priùs fortasse merebatur excelsum, inani falsæ laudis appetitu contexit. At ueh miserum: quot quot enim in hanc deuenere insaniam, eos Parasytum, & scurram potiùs agere, quàm inter laudandos conscribi faterer. Verùm ueræ gloriæ, eterniq́ue nominis præmia iis ingenuè tribuuntur, qui illustri prosapia fulgent, qui fulgenti nominis decore nitent, qui ingenti fama præpollent, qui pollenti candore emicant, quiq́ue emicanti rutilant ingenio. Quid etenim non decoris adepti fuere Romani, qui non genio, sed ingenio indulgebant; non Haras, sed Aras excolebant: non æra, sed uera sequebantur: non æquos sed æquum alebant: non opes, sed inopes fouebant: non monetis, sed monitis parebant: non libras, sed libros obseruabant: non precium, sed preces parabant. Hinc patriæ, hinc conscripti dicebantur Patres; Hoc Illustre fit homini uitæ genus. Quanta Illustrissime & Amplissime Præses florenti illius ætatis tempore ueræ, non uanæ laudis apparatu facundè floruerunt ingenia: quot illustres hominum inspiciebantur mores, qui ritus, quæ tunc bella inexhausta canebantur: Quæ literatorum copia, quot Mæcenates; quibus tam præclara dicabantur uolumina, inscribebantur carmina: ita ut quisque literatorum præsidium in pectoris scrimnio reserabat, eosq́ue suffultis brachiis à circunlatrantibus intrepidè eripiebant. O tempora uerè florentia, O uerè aurea ætas, qua tot uirorum emicabant laudes, tot noua laudantium euigilabant misteria, tot laudatorum surgebant patrocinia, ut illis deuincti perpetuò forent, & indies luculentiora tradebant dedicata uolumina pro suo quisque Marte: quibus tam maximas exornabant familias, ut & toto perpetuarentur orbe, & ignotis notissimi fierent. Verùm quid mihi in hoc agendum Cardinalis Amplissime, qui inextricabili seruitutis nodo, tuæ semper Amplitudini deuinctus extiti, ut nihil supra? Illa nunc uirentia uidentur rediisse sæcula, quibus cumulatim ad Mæcenatem confluebant uiri. Tibi itaque cui iamdiù sese dicarunt Musæ, quem semper Apollo fouit, cui semper Minerua fauit, hoc Alexandri ab Ales uolumen, qua soles, hilaritate amplexandum committo. Non qui Illustriori tuam ipsius Amplitudinem nomine decorassem. (Tot. n. Illustrissimis ignens tuæ columnæ fama honestatur titulis, ut ne minima quidem laudis addi scintillula posit, firmissimo etenim firmata basi candidiori perdiù candore nitet.) Sed quoniam nullus est, qui huiusmodi Columnæ

inniti animo non properet inconcusso: semper nanque floruit, semper extollitur, semper exultat. Quot profectò Illustrissima Columnensium Proles armorum stre nuitate, deuictos pepulit hostes? Quot inclitas debellauit coronas? Quas aduersan tium non superauit uires? Et adhoc usq; tempus, quis est, qui sua non indigeat ope? cui bellorum, & pacis quasi certissimi sunt fines, et ridenti uexillo facilem sibi sem per uictoriam parauit, semperq; forti pectore, & armis extitit. Non hæc Quiritis in certa, quibus assiduè, euaginato astitit ense: sanctamq; sanctissimam est uenerata sedem: Romano Senatui paratam protulit dextram: Et demum nulla est orbis ora, quam non fausto sint auxiliata triumpho. Quid itaq; gloriosius? Quid supra uires laudatius? Nil ergo mirum, si ego cum sub Columnensi dominio sim progenitus, cui & maiores mei fidissimè adheserunt, ardenti pectore hanc Columnensium Colum nam amplector: si cunctas animi uires incorruptissimè dedo. Nunc uerò ad manus, nescio quo fatorum numine, deuenere Alexandri ab Ales irrefragabilis, laudatissi miq; uiri Metaphysices Commentaria, senio quidem confecta, in lucem hactenus non prodita manu, non prelo notata; situ, uetustate, mendisq; quàm plurimis scaturien tia: In quibus expurgandis non leues uigilias, non mediocres addidi labores, ut niti da, ut illustria, lectuq; digniora redderentur. Ad hoc tandem deuenimus, ut his sic emaculatis, detersis, & ad sui integritatem per me redactis, in lucem, studiosorum uniuersitati prodere fideliter statui. Non. n. tot semisepulta temporum iniuriis latuis se fas erat huius uiri fulgida uirtus, quæ nullis non prodesse potest; quum omnium commentaria, quot quot post ipsum hunc extrusere laborem, excerpta; et, si licet, sint subrepta. Cum itaq; tam inclitum huius Alexandri prædicetur opus, ueluti ipsa ope ris energya docet; cui nam nisi inclyto, atq; nulli, nisi tuæ firmissimæ Columnæ gre mio dedicandum fuit? Non enim desunt, qui dentium liuore aliena uolumina non confingant, obtundant, mordeant; ferinam potiùs uenustatem ostendentes, qui tot Yani, tot Zoyli, tot Nerones apud probatos habentur uiros. Tua igitur dexteræ, qua talium morsus, præsentissimo tuæ uirtutis collyrio sanas, hos Alexandri, meosq; com mitto labores. Tui etenim nominis olfacta magnitudine, tamquam elingues obla trantes diffugient: tua ueritatis catholicæ acerrima defensione arcebuntur procul. Sæuiant igitur dentibus, & rostro: te tamen ulciscentem ista uolumina habebunt. Qui eò probitatis candore uirtutibus, uirtuteque præditis præstò ades; ut merito sub tui præsidii axilla deuotiùs confugiant. Non enim non conscius ipse sum, quanti semper hanc nostram feceris Religionem, tua tantùm benignitate impulsus: Nec me fugit, nullum esse, qui de te non se benemeritum senserit. Quid causæ esse potuit, quin meas non leues uigilias, non molles labores, non mea frequentissima studia, quæ in his commentariis corrigendis transegi, non dicarim? Suscipe tandem, & exo ptatissimum Alexandri uolumen; & meos, quantuli sint, labores: ut & ego cum his omnibus inter tuæ Amplitudinis ulnas excipi, defendiq; ualeam: iisq; sic tui uultus serenitate susceptis, ad maiora meo met Marte, sub tui nominis deuotione depro menda me prouehas, prouocesque. Vale & ad optata sæcula uiue. Ex Almo Pataui no Gymnasio Cal. Martiis. M D LXXII.

FRATER PROPERTIVS RESTA DE TALLEACOTIO
FRANCISCANVS CONVENT. DOCTOR THEOLOGVS,
& in Almo Patauino Gymnasio Regens studiosis Lectoribus Salutem.



ANTVM abest candidissimi Lectores, ut aliorum incuria, ne dicam desidia, suis nos persuasionibus ab studiorum cultu deterreant: vt nihil minus nobis pertimescendum sit. Sunt enim eiusmodi sorores, ut cum alijs nihil prosint: suis etiam amatoribus maximè noceant. Praeterea studiosis, & bonarum artium cupidis, maxima solent adferre impedimenta, & ad libidinem potiùs, quam ad iamdiu exoptata studia excitare: interdumque, (ne saepius dicam) scriptorum optima monumenta occultare conantur, ac si senio, atrisque sint consepulta pagellis. Cum igitur his nihil sit turpius, ineptiusve, quas vnusquisque uir optimus semper odisse debuit: eas a nobis vna cum suis munusculis reyciendas esse penitus duximus: ne quid posteris, quantum in nobis est: deinceps abesse queant. At si nihil honestius, nihilque magis proprium humanitatis esse creditur: quàm alijs proficere: cur in eruendo aliquid, quo mortales iuuare possimus, non elaboramus? Dij certè hac in re sum vi, dixit Plinius, sic Deus est mortalis iuuare mortalem, & haec ad aeternam gloriam via. Quid? nonnè & Redemptor noster ore Pauli hoc nos docuit? his verbis, alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem: Quare bene factum esse nobis arbitramur, qui eum iam pridem Alexandri ab Ales Comentaria quaedam in Aristotelis Metaphysicen non dum aliorum incuria, seu desidia in lucem edita: quae res non minimum detrimenti Philosophiae, Theologiaeque studentibus attulit: in manus nostras, nescio quo fato, deuenerint: ea, non vt ipsius laudibus aliquid apponerem: quod esset aut actum agere, aut laterem lauare: sed ne tantum authorem vel ipsius praestantissimis muneribus, laboribusque decantatissimus defraudaremus: vel ne communi omnium vtilitati etiam in posterum obessemus: in lucem emittere decreuimus: tanti enim pendenda huius sunt uiri volumina, vt omnes quot quot ex Latinis scriptoribus, post ipsum, in huiusce Aristotelis Metaphysicae enodatione laborarunt, sanctus praecipuè Doctor ex Alexandri fonte exhauserunt, vt ex complurium comentarijs elici foret. Alexandri mehercule Ala nihil celerius, nil vibrantius, nil denique faelicius, esse videtur studiosis. His etenim longè praestantiori Minerua tendimus ad aethera pennis, hac vnica si tantum contingimur ala, nil vlterius expetendum est. Hic si quidem Alexander, si qui fuerant in sacris Theologorum placitis aduersantium tribulos lucidissimo depulit ore: ita vt non amplius per diuina eorum dogmata serpere oporteat: vt antea veluti per incertam lunam sub luce maligna iter in syluis fieret. At iamdiu sancta Metaphysicorum lilia ita obtenebrata iacuerunt: vt ex Auerno superas euasisse ad auras leuius fuisset: quam Stagyritae sensata munuscula intelligi possent. Sed ò Deus, ecce Deus, qui tandem huius viri intellectum altius euexit: vt merito tertium, ac aequè candidum Minoritarum familia iubar appellari facilè queat. Cur igitur ornatissimi lectores mortalium pectora tanti virtus viri non cogit? Cur eiusdem opuscula, immo volumina non euestigio panduntur? res non amplius atra caligine mersas inquirimus: non obnubilata conspicimus: non vtique in Theologicis, non in Metaphysicis trepidandum est. Intrepidum enim atque constantem in tam vasti, tamque tumentis pelagi fluctibus nauitam habemus: quo duce securi, & ab omni perturbatione semoti portum subire poterimus. Vobis itaque, quibus maxima laudum inest iura: quae prius semisepulta ferè latuerunt: ea qua potui vitae integritate restituta protuli. Suscipite quaeso, non enim legentes inficias ibitis, opinor. Cuncta me profectò assiduis, grauibusque lucubrationibus perlustrasse, emendatiora, locupletioraque reddidisse: clariora demum suis distinctionibus cōstituisse praedicabitis. Tanti denique viri dogmata non flocci quidem pendenda vobis: vobis inquam, quorum longè, latèque de Mineruae riuulis labella tetigere: incorruptissima, atque integerrima prodeunt. De quorum florteomo, semperque ridenti pratulo fragrantia decerpite lilia. Nec agresti feratis animo, si eodem uerborum situ, quo ab ipsius Alexandri ingenio compilata fuere, sique non altiori translata stilo volumina tradidi. Non enim illius (vt aiunt) cineres, defraudare sum passus: sua sic in alijs extat phrasis, sic & ista panduntur. Nec vos deterreat, quum non uerborum soni, sed sententiarum placita studiosorum ingenia excitare soleant. Et si quis adunco ringeret naso, hos à Virtuosorum scrinio euestigio propelluntur. Quoniam tanta in his dyasintactica uti minimè curandum. In reliquis uerò tùm uestrum uobis iudicium relinquo, tum quicquid uobis attulerim, boni consulere, faelicem, propitiumque seruatorem uehementer uobis exopto. Valete.

QVAESTIONVM, DVBITATIONVM'VE, QVAE IN VNIVERSO HOC OPERE diſcutiuntur,locupletiſſimus Elenchus.

QVAESTIONES PRIMI LIBRI.

QVAESTIONES SECVNDI LIBRI.

An om-

QVAESTIONES TERTII LIBRI.

QVAESTIONES QVARTI LIBRI.

QVAESTIONES QVINTI LIBRI.

QVAESTIONES SEXTI LIBRI.

QVAESTIONES SEPTIMI LIBRI.

an ca-

QVAESTIONES OCTAVI LIBRI.

QVAESTIONES NONI LIBRI.

QVAESTIONES DECIMI LIBRI

QVAESTIONES VNDECIMI LIBRI.

QVAESTIONES DVODECIMI LIBRI.

INDICIS QVAESTIONVM FINIS.

MEMORABILIVM, NOTABILIORVMQVE RERVM, QVAE SPARSIM IN TOTO OPERE LEGVNTVR; ELENCHVS.

A

Corpus

D

Demon-

E

Electio

Inhae-

Medium

Motus

N

Nume-

Sensibilia

Sophistica,

Sub-

T

V

Varietas

Vniuer-

F I N I S.



ALEXANDRI DE ALES,
SVMMI THEOLOGI, PRAECIPVIQVE PHILOSOPHI,

In Duodecim Aristotelis Metaphysicæ Libros elaborata Expositio.

Liber Primus.

Cap. 4.

SICVT dicit Philosophus Sexto Ethicorũ, oportet sapiẽtem non solùm ex principiis scire, sed & circa principia uniuersaliter dicere. Ad quorũ euidentiam notandũ est, quòd licèt sit multiplex differentia inter scientiam simpliciter; & scientiam, quæ uocatur sapientia; cuius expositionem inendimus: tamen quantùm spectat ad præsens, duplex differentia dari potest. Prima differentia est, quia scientia, quæ dicitur sapientia; uersatur circa totum ens: & ideò dicit Philosophus in huius Libri Prologo, quòd sapientis est omnia scire; scientia autem simpliciter accepta, quæ non est sapientia; uersatur circa partem entis. Si ergo scientia, quæ est sapientia; uersatur circa ens in quantùm ens; & circa ea, quæ consequuntur ens in quantùm ens; patet quòd talis scientia necessaria est: nam ens, & ea, quæ ipsum consequuntur; consequentia sunt omnibus, quæ determinantur in scientiis particularibus: & quia scientia principiorum non potest haberi sine scientia communi: ideo oportuit dare unam scientiam, in qua determinaretur de natura entis, & omnium communium; quæ sequuntur ens in quantùm ens. Si enim de ente, & de communibus consequentibus ad ens, determinaretur in aliqua sciẽtia particulari; qua ratione determinaretur in una, determinaretur & in alia; & sic eadem scibilia haberent repeti in omnibus scientiis: ne igitur id fiat, inuenta est sciẽtia Metaphysica, quam uocamus sapientiam; quæ uersatur circa ens in quantùm ens: Habemus ergo quòd necessaria est. Ex eodem possumus habere partes huius scientiæ: nam licèt hæc scientia uersetur circa ens; tamen principaliter uersatur circa principale ens, quod est substantia. Non enim imaginandum est duas esse scientias, quarum una circa ens, & alia circa substansiam uersetur: sed una & eadem scientia uersatur circa ens, & circa substantiam: & hoc quia tota ratio

Discrimẽ inter scientiã simpliciter; et scientiã, quæ est sapientia.

Metaphysi. speculatur ens, non sub omni rõne reali, sed tã tum sub rõne entis, in quantũ ens, i. quo ad predicata primi modi, vide Auer. 4. Metaph. cõ. 1.

B entis est in attributione ad substantiam. Cum ergo hæc scientia specialiter uersetur circa substantiam; huius scientiæ partes accipientur secũdùm partes substantiæ; quia una pars huius scientiæ circa substaatiam immaterialẽ est. Posset autẽ aliter dici, quòd quia hęc scientia uersatur circa ens; ideo partes huius scientiæ accipiuntur secundùm diuisionem entis: ens autem prima diuisione diuiditur in necesse esse, & possibile esse. Voco autem ens, quod est necesse esse; ens, quod est abstractum ab omni motu, & ab omni materia, & ab omni ratione cuiusque possibilis. Vna ergo pars huius scientiæ uersatur circa ens, quod est necesse esse: quia de ipso necesse esse, siue de substãtiis separatis dicitur in Duodecimo huius scientiæ. De ente autem possibili est alia pars C huius scientiæ: ens enim possibile una diuisione diuiditur in substantiam, & accidens; & de tali ente specialiter tractatur in Septimo huius: Ens enim possibile quandoque est in potentia; quandoq; de potentia trahitur ad actum: & ideo ens diuiditur in potentiam, & actum; de potentia autẽ, & actu specialiter dicitur in Nono huius. Etiã ens diuiditur in unum, & multa: de uno autem, & multo specialiter dicitur in Decimo. In libris aũt, qui præcedunt Septimũ; aliqua ponũtur, quæ necessaria sunt ad sequẽtia: sicut in Primo ostenditur, quomodo se habent Antiqui circa ueritatem entium. In Secundo autem ostenditur, quomodo acquisitio ueritatis non est impossibilis; & D tandem habetur modus acquirendi ueritatem. In tertio autem disputat quasdã quæstiones, quæ uenari habent in sequentibus libris. In quarto autem ostenditur, ad quæ se extendit potestas huius scientię: ostenditur enim ibi, quòd se extendit ad considerationem entis: secũdò enim ostenditur, quòd extendit se ad considerationem communium, quæ sequuntur ens in quantùm ens: tertiò ostenditur, quòd se extendit ad considerationem primorum principiorum: quo habito, disputat contra negantes prima principia. In Quinto autem distinguit res, de quibus oportet determinari in hac scientia: & hoc factum est propter bonitatem scientiæ, ut scientia facilior sit. In Sexto autem

Entis plurima sunt diuisiões, s. per quidditates, per passiones, per modos, & per differentias analogas: Hãc primã dicere possumus per modos.

autem oſtenditur, ꝙ modus huius ſcientię ſpeculatiuus eſt,& non praticus;& hoc quia hæc ſcientia uerſatur circa ens per ſe,& non per accidens; & etiam uerſatur circa ens rei, & non circa ens rationis;quod eſt ens diminutum. Sic ergo quia hæc ſcientia,quæ eſt ſapientia;uerſatur circa ens in quantùm ens; oſtenſum eſt,quòd hæc ſcientia neceſſaria eſt. Oſtenſum eſt etiã,quæ ſunt partes huius ſcientiæ: aliæ autem ſcientiæ,quæ non ſunt partes huius ſcientiæ(ut dictum eſt)uerſantur circa partes entis;& ideò ſecundùm diuerſas partes entis ſunt diuerſæ ſcientiæ particulares. Quoddam eſt.n.ens, quod concernit motũ & materiã tam ſecundùm eſſe,quàm ſecundùm definitionẽ; & de tali ente determinat ſcientia Naturalis: ea enim,quæ cadunt ſub conſideratione ſcientiæ naturalis,concernunt materiam & motum, tam ſecundùm eſſe, quàm ſecundùm definitionem: & ideò naturalis ſcientia eſt de ente mobili,ſiue de corpore mobili; quod pro eodem habeo,modo. Corpus autem mobile poteſt cõſiderari duobus modis:uno modo cõſideratur ſimpliciter,& abſolutè,ſine contractione ad hunc motum,uel ad illum: & de eo ſic conſiderato,determinatur in libris Phyſicis,in quibus mẽtio ſpecialis fit de motu in ſe,& de principiis motus.Secũdò conſideratur corpus mobile ut contractum eſt;& ſic de eo determinatur in ſequentibus libris; ita ut ſecundùm diuerſas contractiones motus ſunt diuerſi libri naturales. Si enim motus contrahatur ad ſitum,ſic de eo determinatur in libris de Cœlo & Mundo: ubi determinatur de mobili ad ſitũ tantùm.Si autem motus contrahatur ad formam;ſic de motu ad formam in communi determinatur in libro de Generatione & Corruptione: in quo etiam aliquid dicitur de generatione elementorum,tamen non per ſe.Si autem motus contrahatur ad generationem elementorum,uel etiam mixtorum; ſic fiunt diuerſi libri ſequentes: nam de generatione elementorum dicitur in libro Metheororum: de mixtis autem inanimatis in libro de Mineris:de animatis in communi dicitur in libro de Anima;ubi determinatur de anima in cõmuni:de animatis autem anima uegetabili,in de uegetalibus & plantis: de animatis autem anima ſenſibili in libro de Animalibus;& ſic patet,quòd ſecundùm diuiſionem motus, & mobilis diuiditur ſcientia naturalis. Secundò eſt quoddã ens, quod ſecundùm eſſe concernit materiam ſenſibilem,non tamen ſecundùm definitionem;& de tali ente ſunt ſcientiæ Mathematicæ: ea enim,quæ cadunt ſub conſideratione ſcientiæ Mathematicæ,ſecundùm eſſe ſunt in materia ſenſibili; tamẽ in ſui diffinitione non concernunt materiam ſenſibilẽ. Et ideo dixit Philoſophus Sexto libro huius, ꝙ ſcientia Naturalis & Mathematica differunt ſicut ſimum & curuum: ſimum enim in ſui diffinitione concernit materiam ſenſibilem; & hoc, quia ſimum non poteſt intelligi præter naſum: & per conſequens nec diffiniri: & ideo ſi-

Sciẽtiæ particulares ſunt tales ſecundùm diuerſas partes entis.

Corpus mobile, ens mobile,& corpus naturale idem.

Secundùm uariam motus contractionẽ, libri philoſophiæ naturalis redduntur diuerſi.

Vbi proprè tractatur de generatiõne elementorũ.

Differentia inter Naturalẽ & Mathematicã. 6.Metaph. tex. com. 1.

E mum cadit ſub cõſideratione ſcientiæ naturalis. Curuum autem in ſui diffinitione non concernit materiam ſenſibilem: ſi enim uult diffiniri curuum; non oportet quòd in eius diffinitione accipiatur lignum,uel lapis,uel aliquid ſimile; & hoc quia poteſt intelligi præter omnia iſta. Et de tali ente ſunt ſcientiæ mathematicę,quæ quidẽ ſcientiæ ſunt de quantitate: quantitas autem habet quandam prioritatem reſpectu qualitatis ſenſibilis;& ideo ſicut prius poteſt abſtrahi à poſteriori, & intelligi præter poſterius: ita quantitas poteſt abſtrahi à qualitate ſenſibili,& intelligi præter illam: & ideò benè dictum eſt, quòd ſubiectum ſcientiæ Mathematicæ non concernit materiam ſenſibilem: & hoc,quia (ut dictum eſt)quantitas abſtrahit a materia ſenſibili,tamen benè concernit materiam intelligibilem: Licèt enim ea,quæ cadunt ſub conſideratione ſpeculationis Mathematicæ,abſtrahant à qualitate ſenſibili; tamen cõcernunt quantitatẽ: ſicut licèt triangulus abſtrahat à qualitate ſenſibili; tamen non abſtrahit à quantitate: & hoc quia triangulus eſt qualitas in quantitate: quantitas autem poteſt uocari materia intelligibilis,ſiue meliùs imaginata. Sic ergo Mathematicæ ſcientiæ uerſantur circa quantum, & paſſiones quanti; & ſecundùm diuerſitatem huius quanti diuerſificantur ſcientię Mathematicę.Quædam eſt ſcientia Mathematica,quæ eſt de magnitudine,ſicut Geometria;cui ſubalternatur Perſpectiua; quæ eſt de linea uiſuali: ita quòd non eſt de linea ſimpliciter,ſed de linea applicata ad uiſionẽ. Alia eſt ſcientia Mathematica,quæ eſt de numero, ſicut Arithmetica: cui ſubalternatur Muſica; quæ eſt de numero ſonoro: hæc enim ſcientia non cõſiderat proportiones numeroſas ſimpliciter,ſed in ſonis. Aſtrologia etiam, quæ numeratur inter ſcientias Mathematicas,cõſiderat de quantitate motuum cœleſtium:non enim conſiderat motum ſimpliciter: ſi enim hoc eſſet, eſſet ſcientia naturalis; ſed magis conſiderat quantitates motum: & ideo computatur inter ſcientias mathematicas.

Secunda differẽtia, quæ poteſt dari inter ſcientiam cõiter acceptam,& ſcientiã, quæ eſt ſapientiã,eſt:quia ſcientia,quæ eſt ſapiẽtia; uerſatur circa ſubſtantias ſeparatas: & ideo uocatur ſcientia diuina,quæ uerſatur circa res diuinas:ſcientia.n. prima qualis eſt ſapientia,debet uerſari circa entia prima, quæ abſtrahunt à motu, & materia ſecundùm eſſe,& ſecundùm diffinitionẽ. Aliæ aũt ſcientię communiter acceptæ,uerſantur circa entia, quæ concernunt materiam, & quantùm ad eſſe,& quantùm ad diffiniri;& ſic eſt ſcientia Naturalis:uel concernunt materiam quantùm ad eſſe,& non quantùm ad diffiniri,ſicut ſcientiæ Mathematicæ,ut dictum eſt ſupra. Et quia ſcientia, quæ eſt ſapientia,uerſatur circa ſubſtantias ſeparatas: ideo ſequitur quòd ſit ſpeculatiua, & non practica.Scientia enim ſpeculatiua uocatur,quæ eſt propter ſcire tantùm,& non propter operari, qua-

Mathematica ſcientia circa qd ſũt.

Scientiæ mathematicæ quo plurificetur,& uarientur.

Differentia ſecunda inter ſcientiã ſimpliciter, et ſcientiã, quæ eſt ſapientia.

Sẽtia ſpeculatiua quæ.

qualis maximè est illa, quæ uersatur circa substantias separatas: unde Philo. infra in Prologo dicit, quòd illa scientia est propter scire maximè, quæ est respectu maximi scibilis.

Tertia differẽtia, quæ est inter sciẽtiam, quæ uocatur sapientia; & scientiam communiter acceptam, est: quia scientia, quæ uocatur sapientia; uersatur circa principia & dignitates. *Differentia tertia inter sciẽtiã, quæ est sapiẽtia, & scientiã simpliciter.* Principia enim & dignitates uocantur hic, quæ fundantur super terminos cõmunes; sicut super ens, & non ens; super quæ fundatur hæc dignitas, De quolibet affirmatio, uel negatio: uel super totũ & partem; super quæ fundatur hæc dignitas, Omne totum est maius sua parte. Illa ergo scientia uersabitur circa talia principia, cuius est dicere uniuersaliter circa tales terminos; & hæc est scientia cõmunis, & uniuersalis, quam uocamus sapiẽtiã; & non scientiam communiter acceptam, cuius est considerare terminos abstractos arctatos, & limitatos, & nõ cõmunes. Et ita tertia differentia est illa, de qua dictum est in uerbo præallegato, accepto de 6. Ethic. *Cap. 4.* in quo dicitur; quod sapientem non solùm oportet scire, quæ ex principiis: sed etiam uniuersaliter dicere circa principia. Notandum tamẽ, quod sapientis non est uniuersaliter dicere circa principia, uel uersari circa ea, illa demonstrando: quia principia prima indemonstrabilia sunt: sed magis declarando terminos, super quos fundantur talia principia: sicut declarando naturam entis, quodam modo declarat hoc principium, De quolibet affirmatio, uel negatio &c.

TEX. 1.



Mnes hoĩes naturà scire desiderãt.

Iste liber diuidiẽ in duas partes, in Proœmium, & Tractatũ: Secũda pars ibi, [Quoniam autem manifestum est, quod earum, quæ à principio.] Prima pars in tres partes; *Diuisio totius operis.* quia in isto proœmio primò præmittit quædam, quæ respiciunt uniuersaliter scientiam: secundò ostendit, circa quæ est hæc scientia, quia circa causas: tertiò ostẽdit qualis est hæc scientia: quia speculatiua. Secunda ibi [Huius autem gratia] Tertia ibi [Quoniam aũt sciãm hanc quærimus] Prima pars in duas: quia primò præmittit quandã dignitatem, quę respicit omnem scientiam: secundo ostendit ordinem cognitionis in scientiis. Secunda ibi [Animalia quidem igitur.] Prima pars in duas: quia primò ponit dignitatem suam: secundò probat eam per signum. Secunda ibi [Signum autem est.] Dicit ergo primò, quod dignitas & maxima in scientiis est, quòd homines *Axioma.* naturaliter scire desiderant. Deinde cum dicit.

Signum autem est sensuum dilectio; præter enim utilitatem propter seipsos diliguntur, & maximè aliorum, qui est propter ipsos oculos; non enim solùm ut agamus, sed & nihil agere debentes, ipsum uidere præ omnibus (ut dicam) aliis eligimus. Causa autem est, quia hic maximè sensuum cognoscere nos facit, & multas rerum differentias demonstrat.

A Probat, quòd dixit, per signum, dicens: Quòd autem omnes homines diligunt sensus, & cognitionẽ sensitiuã; ex hoc est, quia cognitio sensitiua *Vide 2. de Ani. tex. cõ. 16. & inde. et 3. de Anima in fine. & lib. de Sensu et sensili in principio.* ordinatur ad scientiam; sensus autem a nobis diliguntur inquantũ sunt cognoscitiui; & si aliam utilitatem nobis non facerẽt. Inter autẽ omnes sensus maximè à nobis diligitur sensus uisus; cuius ratio est: quia inter omnes sensus facit nos maximè cognoscere, & multas rerum differentias nobis ostendit; & plures, quàm alij sensus.

Quæritur dubium, Vtrum omnes homines scire desiderant. *Quæstio.* Videtur quod non: quia omne, quòd mouetur ad aliquid, aliquid habet de eo, ad quod mouetur; sed homo de se non habet scientiam; quia anima eius creata est sicut tabula nuda: si ergo nihil habet de scientia, non potest moueri per *3. de Anima tex. cõ. 13.* B appetitum ad scientiam. Ad oppositum est Philosophus. Dicendum est ad quæstionem, quod triplici uia uenari possumus, quod homo appetit scire: prima uia est ex ratione appetitus: secunda ex comparatione intellectus posibilis ad agentẽ: tertia ex comparatione intellectus agentis & posibilis ad intellectum factum siue speculatiuum. Ad euidentiam primæ uiæ notandum est, quod appetitus est tendentia ad rem nõ habitam, posibilem tamẽ haberi: *Appetitus quid.* ita quòd appetitus duo includit, priuationem perfectionis, & posibilitatem ad eandem perfectionem: ita quòd posibilitas & priuatio sunt de essentia appetitus: *Ex hoc patere poterit error Suessani, asserẽtis homines appetitu rõnali, & non naturali appetere scientiam.* ubicunque ergo est appetitus, ibi imperfectio est; & ubicunq; Imperfectio est, & aptitudo ad perfectionem, ibi est ap C petitus perfectionis. Si ergo de essentia appetitus est priuatio perfectionis cum posibilitate ad eandem, ubicunq; hæc duo reperientur, oportet quòd reperiatur & appetitus: diximus autem, quod anima cuiuslibet hominis creatur sicut tabula nuda, nil habens de scientia: ergo in ea est priuatio scientiæ cum posibilitate ad eandem; quia sicut creatur priuata, ita creatur & posibilis; in ea ergo est priuatio & posibilitas ad scientiam: ergo in ea est appetitus ad scientiã: Patet ergo prima uia, quod. s. in aĩa eo ipso quod est priuatio scientiæ, & posibilitas ad eandẽ, in ea est appetitus scientię.

Secunda uia sumitur ex comparatione intellectus posibilis ad intellectum agentem. *Intellectus posibilis ad intellectum agẽtem proportio.* Ad cuius euidentiam notandum est, quòd omnis po D tentia pasiua appetit naturaliter coniungi suo actiuo: debemus enim imaginari, quòd omnis potentia pasiua naturaliter appetit perfici: & quia non potest perfici, nisi iungatur suo actiuo: ideo naturaliter appetit coniungi suo actiuo. In anima autem secundum Philosophũ Tertio de Anima, *Tex. cõ. 18.* est intellectus posibilis, qui est omnia fieri; & iste intellectus est potentia pasiua: & intellectus agens, qui est omnia facere; & iste intellectus est potentia actiua: sicut ergo potentia pasiua appetit coniungi suo actiuo; ita intellectus posibilis appetit coniungi intellectui agenti; ex hoc autem coniungitur, quòd hic illuminat, scilicet agens, & hic illuminatur. s. posibilis: sicut ergo

go naturaliter appetit intellectus possibilis coniungi, ita & illuminari: ipsum autem illuminari, est ipsum habere scientiam: ergo naturaliter appetit scientiam. Similiter sicut naturaliter appetit coniungi suo actiuo, ita naturaliter appetit a suo actiuo deduci de potentia ad actum: quia passiuum coniungi actiuo, nil aliud est, nisi ipsum deduci ab ipso actiuo de potentia ad actum: appetit ergo intellectus possibilis naturaliter deduci de potentia ad actum: actio autem intellectus possibilis scire est, ergo naturaliter appetit deduci ad scientiam: patet ergo secunda uia.

Coniungi actiuo quid.

Habitudo inter intellectum speculatiuum, & possibilem.

Tertia uia declarãs istã est ex habitudine, quæ est inter intellectũ speculatiuũ, & possibilẽ. Ad cuius euidẽtiã notandũ est, ꝙ sicut suo modo quã do forma debet fieri in effectu, tria imaginamur: ita similiter quando forma debet fieri in conceptu. Si enim debet fieri forma in effectu, oportet ꝙ ibi sit natura possibilis, de qua possibili educi tur illa forma; & natura agentis; in uirtute cuius fit illa forma: & ultimò est illa forma facta. Similiter si debet fieri forma in conceptu, est ibi una potentia, quæ tenet locum possibilis; & hanc uocamus intellectum possibilem: & est ibi potẽtia, quæ tenet locum agentis; & hanc uocamus intellectum agentem; & ultimò est forma facta in cõceptu: ita quòd intellectus possibilis in uirtute agẽtis fit sub forma in conceptu: & istũ intellectũ sub forma in conceptu, uocamus intellectum factum, siue speculatiuum. Vnde Cõmentator 3. de Anima, uult: quòd sicut in naturalibus aliquid est loco materiæ, aliquid loco agentis, & aliquid loco formæ; ita naturaliter quando forma fit in conceptu, est intellectus possibilis ad modum materiæ; & intellectus agens tenens locum agentis, & intellectus speculatiuus tenens locum formæ.

Forma in conceptu, et forma in effectu.

Intellectus factus, seu speculatiuus quid: et quomodo se habeat ad intellectũ possibilem.

His ergo declaratis, apertè habemus, quòd intellectus speculatiuus se habet suo modo ad intellectum possibilem, sicut forma ad materiam: & intellectus possibilis ad speculatiuum, sicut materia ad formã. Sicut ergo materia naturaliter appetit formam; ita naturaliter intellectus possibilis appetit speculatiuum: intellectus autem speculatiuus scientia est (Appello enim hic sciẽtiam, certam cuiuslibet rei speculationem) ergo possibilis intellectus secundùm hanc tertiam uiam naturaliter appetit scientiam; patet ergo quæstio.

Ad argum. Ad argumentum in contrarium dicendum est; quòd cum aliquis mouetur ad scientiam, aliquid habet de scientia: quia habet aptitudinem ad illam: aptitudo enim ad rem aliquo modo aliquid est rei: & similiter appetens scire aliquid, licèt nesciat illud in speciali; tamen aliquo modo scit illud in generali: scientia autem in generali est aliquod scire rei, licèt non sit tota scientia.

Aptitudo rei est aliquid rei.

Quæstio. Secundò quæreret quis, ut hoc meliùs uideatur, Vtrũ homo appetat scire appetitu naturali, sicut dicit Philosophus? Videtur quòd non: quia appetitus finis supponit cognitionem finis: ergo appetitus scientiæ supponit cognitionem scien-

E tiæ: sed appetitus naturalis non cognoscit, nec oportet quòd supponat cognitionem, ergo &c. Dicendum ad quæstionem, quòd appetitu naturali intellectus appetit scire: quòd autem naturaliter appetat scire, ratio est: quia naturaliter intellectus est imperfectus: cum ergo appetitus naturaliter sequatur imperfectionem intellectus; & hęc imperfectio pręcedat omnem cognitionem, sequitur quòd iste appetitus pręcedit omnem cognitionem. Si autem præcedit omnem cognitionem, non põt esse cognoscitiuus: appetitus.n. cognoscitiuus sequitur aliqualem cognitionem, super quam fundatur: appetitus autem hic, qui est in intellectu, qui est nudus omni cognitione; creatur sicut tabula nuda: nam sicut anima creatur nuda omni cognitione; ita similiter appetitus, qui sequitur istam imperfectionem, præcedit omnem cognitionem: sicut enim imperfectio animæ præcedit naturaliter omnem habitum cognitionis; ita similiter & iste appetitus: appetitus ergo iste non potest dici cognoscitiuus, ex quo præcedit omnem cognitionẽ, ergo oportet quòd dicatur appetitus naturalis. Imaginabimur enim, quòd sicut materia inclinatur naturaliter ad formam in effectu; quæ quidem inclinatio appetitus dicitur: ita similiter intellectus suo modo inclinatur naturaliter in formã in conceptu; & sic appetitu naturali appetit perfici.

Intellectus quo appetitu appetat scire.

Appetitus multiplex.

Tertio de Anima 13.

F

Ad argum. Ad argumentũ dicendũ est, ꝙ appetitus supponit cognitionem, uel in se, uel in alio: uidemus enim ꝙ sagitta appetit signũ, &

G tamen non cognoscit signum; sed cognitio signi est in sagittante: ita à simili, intellectus ante omnem cognitionem naturaliter inclinatur in cognitionem & in finem suũ; non autem potest dici, quòd iste finis cognoscatur ab eo, ex quo iste appetitus præcedit omnem cognitionem: oportet ergo dicere, quod illa cognitio præcedat in illo, qui dedit hanc inclinationem ad suam perfectionem.

Quæstio. Tertiò quæreret aliquis, Vtrum intellectus aliquo modo appetat scire appetitu cognoscitiuo? Dicendum est, quòd sic: ad cuius euidentiam notandum est: quòd cum appetitus non sit nisi quędam tendentia perfectibilis in suam perfectionem, ut perficiatur per illam; contingit ꝙ hic ap-

Appetitus quid.

H petitus & tendentia consequatur modum potentiæ intellectus, nudi ab omni cognitione, quando s. inclinatur ad cognitionem ante omnem cognitionem; & tunc talis tendentia purè naturalis est, ex quo est ante omnem cognitionem. Aliquãdo autem contingit, ꝙ hic appetitus, & hæc tendentia sequatur naturam intellectus, iam actuati per cognitionem imperfectam; eo modo quo dicimus; ꝙ scientes in uniuersali, appetunt scire in particulari; & scientes imperfectè appetunt scire perfectè: & hic appetitus potest dici naturalis & aliquo modo cognoscitiuus: naturalis quidem, quia potentia naturaliter inclinatur in perfectionem: & ideò intellectus imperfectè cognoscens naturaliter appetit perfici: cognoscitiuus autem potest

Sciens in uniuersali, & imperfectè appetit scire in particulari, & perfectè.

test dici: quia sequitur cognitionem habitam de re imperfecta tantùm.

Quæstio. Quartò dubitaret quis, Vtrū omnes homines appetant scire, sicut dicit Philosophus? Videtur quòd non: uidemus enim ad sensum, quòd multi homines a scientia retrahūtur, nec curant de sciētia; ergo non appetunt eam; non ergo omnes homines appetunt scire. Ad oppositum est Philosophus. Dicēdum est, quòd tota difficultas quæstionis est in hoc, quòd potest esse, quòd omnes appetant istum finem, qui est scire; & tamen non omnes ipsum prosequantur. Vt ergo soluatur ista difficultas notandum est, quòd duplex potest esse causa, quod aliquis non prosequatur suū finem: una est, quia ignorat finem: secunda est: quia omnia, quæ sunt ad finē, grauia & difficilia sunt. Hæc duplex igitur causa fit, quare aliquis non prosequatur finem, aut quòd non appetat finem; uidelicet, uel quia ignorat finem; uel quia non habet naturam inclinatam ad illum finem: Aliud est ergo non prosequi finem; & aliud est non appetere finem: & alia causa est, quare aliqui non appetant aliquid; & alia causa quare nō prosequātur illud: a prosecutione finis impediunt ea, quæ ducunt ad finem illum; quæ tamen non impediunt ab appetitu. Omnes ergo homines appetūt scire, quia naturaliter inclinantur ad istam perfectionem suā: & quia iste finis ab omnibus cognoscitur, saltem in uniuersali; licèt tamē multi non prosequantur; quia ea, quæ ducunt ad istum finem, retrahunt ab illo fine propter sui difficultatem.

Impedimenta, à prosecutione finis retrahentia.

Quæstio. Quintò quæreret quis, Vtrum intellectus appetat scire omnia, non solùm naturalia, & quæ sunt infra lumen naturæ; sed etiam super naturalia, & quæ sunt infra lumen supernaturale? Videtur qđ non, quia appetitus ille est ociosus, qui nō potest reduci ad actum; sed intellectus nō potest deduci ad actum cognitionis supernaturalium per lumen suum, ergo non appetit scire illa. Dicēdum est, quòd intellectus appetit scire omnia, etiā super naturalia: & primò probatur quòd omnia: secūdò quòd etiam super naturalia. Prima ergo uia ostendit, quòd appetit scire omnia, quæ talis est; intellectus enim est omnia fieri secundùm Philosophum; sua ergo perfectio est, quòd appetat fieri omnia. Debemus enim imaginari, quòd sicut materia est in potentia, ut fiat forma in effectu; ita intellectus est in potētia, ut fiat etiā forma in conceptu; & ideò intellectus est omnia fieri in conceptu; & sic apppetit perfici potentia in conceptu. Secunda uia ostendit, quòd intellectus non solū appetit fieri illa, quę possunt esse in eo p lumē naturæ; sed etiam illa, quæ possunt fieri in eo per lumen supernaturale: intellectus enim existens sub imperfecta cognitione, semper appetit perfici; & ideò non solùm appetit fieri sub illis, quæ possunt acquiri per lumen naturę; sed etiam sub illis, quæ habentur per lumen supernaturale. Sicut enim si materia esset in potentia ad aliquas formas, quæ possent educi per aliquod agens supernaturale, non obstante diuerso modo educendi, posset fieri sub utrisque formis, & per consequens appeteret esse sub illis: ita similiter si intellectus posset fieri sub formis, quæ sunt infra lumen naturæ; & sub formis, quæ sunt infra lumen supernaturale; non obstante diuersitate luminis, uel diuerso modo educendi, appetit esse sub illis.

Intellectus omnia appetit: & superiora, & inferiora.

3. de Anima, t. c. 18.

ad formam.

Ad argum. Ad argumentum dicendum est, quod appetitus non est otiosus; licèt enim non possit cōduci ad supernaturalia per se, tamē potest cōduci per aliud: sicut oculus non est otiosus, licèt non possit educi ad actum, nisi mediante luce supernaturali. Notandum tamen, quòd appetitus est ad omnia, hoc est in generali, & indistinctè: sed tamen determinatè potest esse ad hoc, uel illud; inquantùm determinatur per cognitionem; & sibi præsentatur hoc, uel illud: sicut dicimus, quòd materia appetit formam omnem; sed tamen ad hanc, uel illam determinatè mouetur per agens.

Quæstio. Sextò quæritur, Vtrum ille appetitus, quo quis appetit scire, sit ex parte intellectus, uel ex parte uoluntatis? Videtur quòd ex parte uoluntatis; quia ubicunque sunt plura mouentia, & ordinata; hoc, quod est mouens uniuersale, mouet agentia particularia ad suos fines particulares. Debemus enim imaginari, quòd hic est aspectus & ordo inter uoluntatem, & alias potentias, quòd uoluntas aspicit bonum simpliciter; aliæ autem potentiæ aspiciunt hoc bonum: puta intellectus suum bonum, quod est intelligere; & sensus suū bonum, quod est sentire: ergo bonum, quod aspicitur a uoluntate, est bonum simpliciter, & finis simpliciter: bonum autem quod aspicitur ab aliis potentiis, est bonum particulare: sicut ergo potētia, quæ respicit finem uniuersalem, mouet illam, quæ respicit bonum particulare, & finem particularem; ita uoluntas mouet intellectum. Ad oppositum est; sicut anima naturaliter appetit uniri corpori; ita similiter quælibet potentia naturaliter appetit uniri suæ perfectioni. Ad quæstionem dicendum est, quòd non est inconueniens, quòd iste appetitus ponatur ex parte intellectus, & etiam ex parte uoluntatis: primò quia appetitus (de quo hic loquitur) nō est, nisi inclinatio & tendentia in suam perfectionem: unde hic appetitus est ex eo, quòd imperfectū appetit perfici: in eo ergo, in quo est imperfectio; in eo debet poni appetitus & tendentia ad perfectionem; ista autem tendentia tenet gradum medium inter perfectum, & imperfectum: ita quòd primò suo modo res est sub gradu imperfectionis; secundò sub appetitu, qui oritur ex imperfectione: tertiò habet appetitum sub gradu perfectionis terminatæ. Sicut ergo media & extrema sunt in eodem; ita similiter imperfectio, & appetitus, & perfectio: non enim imaginandum, quòd alia res est, quæ est imperfecta; & alia est, quæ appetit; & alia quæ perficitur: sed illud idem, qđ est imperfectū, appetit perfici, & ultimò perficitur. Cum ergo intellectus

Ordo inter uoluntatem, & alias potentias.

Tendentia ad perfectionem tenet medium inter perfectum & imperfectum.

Intellectus, et uoluntas ambo appetunt; & sibi inuicē inseruiunt.

tellectus sit subiectum imperfectionis, & perfectionis, oportet quòd etiam sit subiectum appetitus: sic ergo patet primò, ꝙ ille appetitus est ex parte intellectus. Patet etiam secundò, quòd est ex parte uoluntatis, cuius ratio est; quòd non solùm mouet seipsam uolūtas ad suam perfectionem, sed etiam mouet omnem aliam potentiam: non enim solùm uoluntas mouet seipsam ad uelle, quod est perfectio sua; sed etiam mouet intellectum ad intelligere. Sicut ergo mouet alias potentias ad suam perfectionem; ita appetit à potentiis omnibus motis ab ea, perfectiones suas. Debemus enim imaginari, quòd sicut intellectus uidet sibi & uoluntati; ita uoluntas appetit sibi & intellectui. Sic ergo non est impossibile, quòd hic concurrant duo appetitus: unde argumentum cōcludit uerum.

Quæstio.

Septimò quæreret quis de uerbo, quod dicit Philosophus, quòd sensus uisus plures differētias rerum ostendit aliis sensibus. Videtur enim esse falsum: quia tactus est ostensiuus duarum contrarietatum: uisus autem unius tantùm: Ad oppositū est Philosophus. Dicendum est, quòd illud, quod dicit Philosophus, uerum est: ad cuius euidētiam notandum est; quod quælibet potentia, & maximè potentia uisiua habet obiectum materiale, & obiectum formale: sicut uerbi gratia, materiale obiectum intellectus est omne illud, quod intelligitur: formale autem uoco hic, quod est ratio intelligendi. Debemus enim imaginari, quòd sicut humanitas est quædam formalitas, quæ potest reperiri in multis materiis; sic suo modo ratio intelligendi est quædam formalitas, quæ potest reperiri in multis intellectis; quæ quidem intellecta sehabent, sicut materialia respectu illius formalitatis: ita quòd, illa intellecta non induunt rationem intellectus, nec cadunt sub obiecto intellectus, nisi inquantùm induunt illam formalitatem. Et sicut dico de intellectu; ita dico de uisu, & aliis potentiis ꝙ ibi est considerare obiectū materiale, & obiectū formale: materiale uoco, super qđ fertur potentia; uel qđ mouet potentiā: formale, qđ est rō mouendi; ut si lignū lucidū mouet uisum; quia lignū mouet, & lux est rō mouēdi; ideo lux tenet locū formæ, lignū uerò locū materiæ. Si autē ita est, ut diximus; oportet ꝙ ambitus potētiæ sumatur secundùm ambitum formalitatis in obiecto: unde quantò formalitas in obiecto est maioris ambitus; tātò oportet ꝙ potentia sit maioris ambitus. Et hoc patet manifestè in sensu particulari, & sensu communi, & intellectu: nam quia ratio formalitatis in sensu communi est maioris ambitus, quàm ratio formalitatis in sēsu particulari; ideo sensus communis est maioris ambitus, quā sensus quilibet particularis per se: & quia intellectus habet formalitatem maioris ambitus, quàm quælibet potētia inferior, ideò & ipse intellectus est maioris ambitus. Quia ergo ita est in omnibus potentiis regulariter, ꝙ potētia proportionatur formalitati: ita erit in uisu; quia propportiona-

Quælibet potētia habet duplex obiectum.

Ratio intelligendi est quædam formalitas.

Ambitus potentiæ unde sumatur.

Pōa proportionatur formalitati.

E bitur formalitati sui obiecti; formalitas autē sui obiecti est lux; & ideo quantùm extenditur lux & ambitus eius; tantùm extenditur ambitus potentiæ uisiuæ; & quia lux reperitur in corporibus superioribus, & inferioribus; ideò potētia uisiua est respectu superiorum & inferiorum. Vnde potentia uisiua est ostensiua plurium differentiarū; quàm quælibet potentia sensitiua; quia sub formalitate obiecti potentiæ uisiuæ reperiuntur plures differentiæ, quàm sub formalitate obiecti aliarum potentiarum: sub formalitate enim obiecti aliarum potentiarum non reperiuntur nisi corpora inferiora; sub formalitate autē obiecti potentiæ uisiuæ reperiuntur corpora superiora & inferiora. Ad argumentum dicendum est, quòd F licèt tactus sit duarum contrarietatum, tamen ratio uisus reperitur in pluribus obiectis, quàm ratio tactus.

Perfectionē uisus arguitur primò, quia lucem respicit, quæ est nobilior qualitatū sensibiliū. 2. quia eius organū est nobilius. 3. quia medium habet perfectius. 4. quia eius operatio est spiritualior.

Quæstio.

Quæritur, Vtrum sit bona probatio, quā facit Philosophus per signum, ad probandū, quòd omnes appetunt scire? Dicendum est quòd sic, quod potest manifestari duobus modis; uno modo sic potentia sensitiua uisiua ordinatur ad potentiā intellectiuā; ergo uidetur, ꝙ potentia sensitiua uisiua sit ignobilior, quàm potētia intellectiua; quia quæ sunt ad finē, non habent tantū de bonitate, quantū finis: si ergo potentia sensitiua uisiua per se appetitur; quia facit cognoscere, & quia est ostēsiua pluriū differentiarū rerū; multò magis potentia intellectiua: quia certum est quòd potentia intellectiua nobilior est, quàm potentia sensitiua uisiua; & multas differētias rerum potest ostēdere intellectus, quas non potest ostendere sensus: unde si appetitus uidetur per sensum, multò magis & appetitus cognoscetur per intellectum.

Alio modo potest ostendi, quòd hæc probatio per signum est bona. Ad cuius euidentiam notandum est, quod cognitio sensitiua ordinatur ad cognitionem intellectiuam; ita quòd cognitio intellectiua est finis eius: ea autem, quę sunt ad finē, non sunt causa, quòd finis appetatur: sed econuersò ea, quæ sunt ad finem, cadunt sub appetitu propter finem: nil enim cadit sub appetitu, nisi inquantùm habet rationem boni, ut probatum est 1. Ethico. Sicut ergo ratio boni non saluatur in H iis; quæ sunt ad finem; ita nec ratio appetibilis: ea ergo, quæ sunt ad finem, benè possunt esse signum, quòd si ipsa appetantur, quòd & finis debeat appeti; sed nunquam sunt causa: appetibile enim in iis, quæ sunt ad finem, nō est causa appetibilis in ipso fine, sed ecōuersò: scire enim sensitiuū cadit sub codē appetitu, quo scire intellectiuū, sed non est causa; si enim nellemus arguere a causa, diceremus, si scire intellectiuum cadit sub appetitu; ergo & scire sensitiuum; & hoc quia scire intellectiuum finis est; scire autem sensitiuum ad finem: quia autem arguimus à signo; ideò sic arguimus, scire sensitiuum cadit sub appetitu; ergo signum est, quod multò magis scire intellectiuum.

Cognitio sensitiua ordinatur ad intellectiuam.

Nil cadit sub appetitu, nisi habeat rationem boni.

Scire sensitiuum est ad finem, scire intellectiuum est finis.

Anima-

Animalia quidem igitur, sensum habentia, natura sunt: ex sensibus autem quibusdam ipsorũ memoria non fit; quibusdam uerò fit: & propter hoc alia quidem prudẽtia sunt, alia uerò disciplinabiliora nõ potentibus memorari; Prudentia quidem sunt absq; eo quòd discãt, quæcunq; sonos audire non potentia sunt, ut apes; & si quod genus aliud animalium huiusmodi est: addiscũt autem quæcunq; unà cum memoria hunc habent sensum.

In patte ista ponit gradus cognitionis. Et diuiditur in duas partes: quia in prima parte ponit gradum cognitionis in animalibus: secundò in hominibus: ꝙ totum facit ad ostendendum, quo modo generatur scientia in hominibus. Ita quòd prima pars ostendebat, quomodo omnes homines appetunt scientiam; hæc autem pars ostendit, per quem modum hoc, quod appetitur, potest haberi. Secunda ibi [Alia quidem igitur.] Ad euidentiam primæ partis notandum est, quod in animalibus est triplex gradus: quædam enim sunt animalia, quæ non habent nisi sensum tactus; nec mouentur de locò ad locum: & hæc animalia memoriam non habent; uel si habent, in præsentia sensibilis tantùm habent: hæc ergo in primo gradu, ita habent sensum, quòd non habent memoriam. Quædam sunt alia animalia, quæ habent sensum, & memoriam; & hæc sunt animalia, quæ possunt moueri ad aliquid distans: nisi enim intentio præconcepta posset retineri, ad absentiam rei notæ se continuare nõ possent: hæc ergo animalia sunt habentia primum gradum cognitionis: quia sunt prima memoriam habentia. Prima animalia nullum gradum prudentię habere possunt, cuius ratio est: quia non potest esse prudentia, nisi ubi potest esse memoria præteritorum: secunda autem animalia præter memoriam possunt habere aliquem gradum prudentiæ; eo modo quo dicimus, quòd aliquis gradus prudentię est in formica, quando congregat grana frumenti ad aliquem locum certum. De numero autem horum animalium, quæ habẽt memoriam; quædam sunt, quæ habẽt sensum auditus; & hæc animalia propter memoriam possunt habere gradum prudentiæ; propter autem auditũ disciplinabilia sunt: & hic est tertius gradus, qa auditus ad memoriã superaddit. Quædam ãt sunt animalia, quæ ita habent memoriam, quod non habent sensum auditus. & illa ita imprudẽtia sunt, quòd non sunt disciplinabilia, & hæc sunt in primo gradu: quæ autem habent memoriam & non auditum, prudentia possunt esse, sed non disciplinabilia; & hæc sunt in secundo gradu: quæ autem habent memoriam, auditum, & prudentiam, disciplinabilia sunt; & hæc sunt in tertio gradu. Quòd autem aliqua habeant auditum, & non habeant memoriam; ita quòd iste sit quartus gradus; non est possibile: quia ubicunque est auditus, ibi est memoria relicta ex auditu; omne ãt animal, qđ habet auditum, mouetur motu progressiuo, & omne tale habet memoriam. His uisis, patet litera Philoso-

Cū animal nō sit animal, nisi p sensū: omnia conueniunt in habendo sensū. Quæ autē habent memoriam, sunt, quæ cū que motu progressiuo mouentur: ut canes, apes, formicæ, etc. quæ etiã prudentia quodammodo dici possunt quado quidē intelligentia præcisè, ut memoria præteritorum, & prouidentia futurorum partes sunt prudentiæ. Memoriam unde nõ habent quæcunque motu dilatationis, et cõstrictionis mouentur: ut conchilia: sicque memoria & experimentum magis ... ea, quæ ex sensibus & imaginationem inferuntur, quam aquam ista non habet.

A phi: dicit enim quòd omnia animalia naturaliter habent sensum; licèt tamen in aliquibus animalibus ex sensibus non fiat memoria: hoc est dicere, quòd quædam animalia sunt, quæ habent sensum, & & non memoriã: & hæc sunt in primo gradu: quibusdam uerò animalibus ex sensu fit memoria, & hæc sunt in secundo gradu: & ideo prima quidem prudentia non sunt, quæ scilicet non habent memoriam: alia uerò sunt prudentia, quæ habent. s. memoriam; & sunt magis disciplinabilia, quàm illa, quæ non possunt memorari: quædam uerò sunt animalia, quæ sunt prudentia sine disciplina; & illa sunt, quæ non possunt audire, sicut apes, & si est aliud genus animalium simile: quædam uerò sunt, quæ ultra memoriã addiscũt, B & possunt disciplinari; & hoc quia habent sensum auditus; & hæc sunt in tertio gradu.

Animalia dicuntur disciplinabilia nõ uerè, sed metaphoricè.

Quæreret quis, Vtrum animalia bruta habeãt prudentiã? Videtur ꝙ non, quia Sexto Ethic. prudẽtia est recta ratio rerũ agibiliũ; sed in brutis animalibus nõ est rõ; ergo nec prudentia. Ad oppositum est Philosophus. Ad euidentiam huius quæstionis duo sunt declaranda: primum est, qđ prudentia propriè est in hominibus: secundum est, quòd ẽt secundùm quandam similitudinem potest esse in brutis animalibus. Primum patet: quia prudentia est habitus conciliatiuus; est enim prudentia regulatiua concilij; & ubi est natura conciliatiua, propriè prudentia est: hæc autem est in hominibus: oportet enim, quòd quicunque conci- C liatur propriè, præconcipiat finem, & per eum inquirat ea, quæ sunt ad finem; & tertiò conferat inter ea, quæ sunt ad finem: conferendo. s. quæ sunt illa, quæ ducũt ad istum finem, & quæ non. Et sic oportet, quòd omnis potentia conciliatiua propriè sit collatiua: & quia nulla potentia propriè confert nisi ratio; ideo conciliari propriè rationis est: & ideo prudentia; & concilium propriè non sunt nisi in hominibus: ex quo patet primũ membrum. Patet etiam & secundum. s. quòd animalia bruta habent aliquem gradum prudentiæ, secundùm aliquam similitudinem. s. nõ propriè. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd animalia bruta quædam agunt uniformiter, & quasi quodam instinctu naturali; eo modoquo dicimus, ꝙ aranea facit uniformiter telam: & in talibus actionibus D non ponimus prudentiam, nec aliquam regulam directiuã. Quædã ãt actiones sunt in talibus animalibus, in quibus cõtingit difformitas aliqua, eo modo quo uidemus, quòd formica aggregat grana frumenti, & iterum aliud in alio: & iterum uidemus quòd formicæ redeunt ad acetuum frumenti, unde acceperunt primum granum: quod non potest esse sine aliquo habitu directiuo, quẽ dicimus prudentiam, secundùm aliquam similitudinem: uel nõ sine memoria, quia fortè memoria est in talibus animalibus. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Cap. 6.

Prudentia in cõsultãdo consistit: & ideo ĩ hominibus propriè est: in animalibus uerò impropriè, & accipitur pro solertia, & discretione naturali, qua circa imagines, et res ipsas agendas uersatur.

Animaliũ quædã agũt uniformiter, quædã difformiter.

Alia quidem igitur imaginationibus & memoriis uiuunt; experimenti autem parum participant. Hominum autem genus arte & rationibus uiuunt. TEX. III.

Ponit

Ponit gradum cognitionis in hominibus. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd sicut iã dictum est, hęc pars introducitur, ut ostēdatur quo modo generetur scientia in hominibus, & etiam ars. Ideò tria facit, quia primò ponit gradus cognitionis, quibus excedit homo animalia: in secũda parte ostendit, quomodo generatur scientia: in tertia comparat gradus cognitionis adinuicē. Secunda ibi, [Fit autem ex memoria &c.] Tertia ibi [Ad agendũ quidem experientia] Dicit ergo primò: ita dictũ est, q animalia uiuunt imaginationibus, & memoriis, quę modicũ habent experimenti; genus autem hominum uiuit arte, & rationibus: quare autem homo superat alia animalia in cognitione experimentali, & in cognitione artis, & in cognitionē rõnali. Notandum est, quòd uiuere uno modo est actus primus uiuentis, eo modo quo dictũ est Secundo de Anima, q uiuere uiuentibus est esse. Debemus enim imaginari, qđ esse est actus entis, sicut lucere est actus lucentis: sicut enim esse est actus primus entis; ita etiam uiuere est actus primus uiuentis: & sic accipiendo uiuere, nõ accipitur hic. Alio modo accipitur uiuere pro actione sed a uiuentiũ; eo modo quo dicimus, quòd intelligere, & sentire uiuere est, & isto modo accipitur hic. Q.d. Philosophus, actiones imaginationis, & memoriæ iuuant ad uitam animalium; sed actiones artis, & scientiæ iuuant ad actiones hominum. Deinde cum d.

Gradus cognitionis in hominibus.

Tex. co. 37.

Esse, actus entis.

TEX. 4. *Fit autem ex memoria hominibus experimentũ; eiusdem namq; rei memoriæ unius experientiæ uim efficiunt. Quare experientia penè simile quid scientiæ, ac artis esse uidetur.*

Ostendit, quomodo generatur scientia. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd in hominibus uidetur esse triplex gradus actuum: primus actus est memorandi: secundus actus est experimenti, in quo homo excedit animalia: tertius actus est scientiæ, in quo homo etiam excedit animalia. Et secũdùm hæc illa pars diuiditur in tres partes: quia in prima parte ostẽdit, quomodo generatur experimentum: in secunda parte ostẽdit, qũo generatur ars, & sciẽtia: in tertia parte ponit differentiam inter experimentum, & artem. Secũda ibi [Hominibus autem scientia, & ars.] Tertia ibi. [Acceptionẽ igitur debet habere.] Dicit ergo primò, quòd experimentum fit ex memoria in hominibus; nam multæ memoriæ eiusdem rei faciunt experimentum unum, quo aliquis potens est ad rectè operandum: unde simile uidetur de experimento, & arte. Notandum est, quòd sicut experimentum generatur ex collatione, uel ex collectione multarum memoriarum: ita similiter scientia generatur ex collatione multorum experimentorum: unde sicut experimentum est acceptio unius ex multis memoriis: ita & scientia est acceptio unius ex multis experimentis: & ideò uniuersaliter est aliqualiter (ut dicit Philosophus) de arte, & experimento: est tamen dissimilitudo aliqua: quia scientia est acceptio uniuersa-

In hominibus triplex gradus actuum.

Experimentũ, & scientia unde generantur.

Experimentũ, et memoria quo differunt.

E lis ex multis; experientia est acceptio particularis tantùm.

Quæreret quis, Vtrum experientia generetur ex multis memoriis, an ex una? Videtur quòd ex una: quia sicut se habet sensus ad memoriam; ita se habet memoria ad experimentũ: sed ex uno sensu potest fieri memoria; ergo ex una sola memoria potest fieri experimentum. Ad oppositum est Philosophus. Ad istam quæstionem notãdum est, quòd ad experimentum duo concurrunt: unũ sicut materiale, & alterũ sicut formale: materiale sunt species retentæ in memoria: formale autem est collatio illarum specierum: licèt autẽ illa duo cõcurrant, tamen formaliùs collatio specierũ concurrit, quàm ipsa species: unde quodlibet debet F iudicari tale ex natura formalitatis. Cum ergo de essentia experimẽti sit collatio; sicut collatio plura requirit, ita experimentum: unde nullus potest bellorũ iudicari expertus, qui non potest conferre multa bella, in quibus iam fuit: nec in regimine, qui non potest conferre inter multa regimina; unum enim factum non facit experimentum, sed collatio inter multa facta experimentum facit. Ad argumentũ in contrarium dicendum est, quòd non est simile per omnia: simile est quãtum ad hoc, quòd sicut sensus præcedit memoriam, ita memoria præcedit experimentum: sed quantum ad multitudinem sensuum, uel memoriarum non est simile. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Ad experimentum duo.

Ad argum.

Hominibus autem scientia, & ars per experientiam euenit. Experientia quidem enim artem fecit, G sicut ait Polus, rectè dicens: sed inexperientia casum. Fit autẽ ars, cum ex multis experientiæ conceptibus, una de similib. oritur uniuersalis existimatio. TEX. 5.

Ostendit, quomodo generatur sciẽtia & ars: & primò hoc ponit, dicens: q in hominibus fit sciẽtia, & ars per experientiam; secundò hoc probat per authoritatem dicens; quòd Polus dixit, & rectè, quod experientia facit artem, inexperientia casum: quod enim aliquis inexpertus rectè operetur, a casu ẽ. Modus autem, quo generatur sciẽtia, & ars ex experimento, est: quia sicut ex multis memoriis fit unum experimentum; ita ex multis experimentalibus conceptionibus fit una uniuersalis acceptio de similibus; quæ est ars, uel sciẽtia.

Scientia, et ars quo generatur.

H Quæritur, Vtrum ex pluribus experimẽtis generetur ars? Videtur quòd non: quia experimentum est circa particularia, & ars circa uniuersalia: experimẽtum circa Quia est, & ars circa Propter quid est; sed cognitio particularis non attingit ad uniuersale, nec est causa illius: similiter quia, non attingit propter quid. Ad quæstionem primò dicendum est de arte, & experimento; sicut diceremus de quia, & propter quid: sicut ergo se habet quia, ad ipsum propter quid, habitum per artem; ita uidetur quòd se habeat experimentum ad artem. Quando ergo quæritur, utrũ experimẽtum præcedat artem, & generet illam? idem est, quod quærere, Vtrum propter quid, habitum per artem, semper supponat cognitionem quia,

Quæstio.

Experimentu quo se habet ad artẽ.

Propter qd, uel ars simpliciter pit acquiri

quia habitam per experimentum? Ad quod dicendum, quòd ipsum propter quid habitum per artem duobus modis potest acquiri: primo modo per doctrinam;& isto modo non oportet, quòd quicunque habet artem, sciat ipsum quia, habitum per experimentum: videmus enim quòd multi boni medici malè sunt experti; sciunt enim multas conclusiones in medicina propter quid; quia sciunt eas resoluere ad causas: & tamen nesciunt experimentaliter, utrum ita sit in re: & ita sciunt propter quid, & tamen nesciunt ipsum quia, habitum per experimentum. Secundo modo potest acquiri ars per inuentionem;& hoc modo ex multis experimentis formatur una communis conceptio, quæ est principium artis, & scientiæ: sicut si quis uideret, quòd talis herba curauit talem infirmum; quia contraria tali infirmitati: & similiter alia herba curauit aliam infirmitatem, cui est in qualitate contraria; puta si hoc est calidum, illud frigidum;& hoc uidit in multis, quòd curatur à suo contrario; ex multis talibus experimentis format illam conceptionem communem; quòd contraria contrariis curantur; quæ quidem cõceptio est principium artis,& scientiæ. Debemus enim imaginari, quòd inuenire scientiam, & artem, est inuenire propter quid, & causam; hęc ergo inuentio primò supponit quia, habitum per experientiam;& postea ex multis quia, format unam communem conceptionem; quam quidem si potest resoluere ad causam suam, scientiam habet, & artem: ut si aliquis uiderit, quòd talis herba sanauerit talem infirmitatem in Petro, iam per experiētiā habet quia,& ita per multa experimēta;& ex multis experientiis format istam conceptionem, quòd hæc herba in specie sanat talem infirmitatem, cuius posteà quærit causam; sanare enim talem infirmatem, oritur à natura uel proprietate herbæ: habita ergo illa proprietate,& illa causa illius passionis; iam habet propter quid; et sic habet scientiam, & artem. Ad argumentū dicendum, quòd causa duplex est, effectiua, & dispositiua: licèt ergo cognitio particularis non efficiat ipsam cognitionem uniuersalem; tamē ad hãc disponit: primum enim scitur aliquid in multis particularibus; postea intellectus accipit ex collatione corū communem cõceptionem:& similiter licèt quia, non attingat ipsum propter quid; tamen intellectus habens quia, dispositus est, ut quærat ipsum propter quid. Deinde cum d.

Quod sit inuenire scietiam, & artem.

Ad argum.

Causa duplex.

Acceptionem igitur debet habere, quòd Calliæ, & Socrati hac ægritudine laborantibus, hoc contulit; & ita multis singularium, experimenti est. Quod autem omnibus huiusmodi secundùm unam speciem determinatis, hac ægritudine laborantibus contulit, ut phlegmaticis, aut colericis, aut æstu febricitantibus, artis est.

Ponit differentiam inter experientiam, & artem: & est differentia, quòd experimentum est circa particulare; ars autem circa communes cõceptiones habitas a multis particularibus. Et hoc

A est, quod dicit; quòd habere acceptionem, quòd hæc medicina contulit Calliæ, & Socrati, hac laborantibus infirmitate, pertinet ad experimentum: quòd autem hæc medicina omnibus iis existentibus sub tali specie,& laborantibus tali infirmitate, puta freneticis, uel colericis, uel febricibus contulerit, hoc artis est. Ex hoc enim quòd aliquis est expertus, quòd hæc medicina contulit huic & illi, laborantibus tali infirmitate; ex hoc formauit istum conceptum, quòd hæc herba confert omnibus existenibus in tali specie, qui laborant tali infirmitate; puta febre, uel aliquo tali simili. Deinde cum dicit.

Experientia, & artis differentia.

B *Ad agendum quidem experientia non differt ab arte: quia etiam expertes rem magis attingere uidemus; quàm eos, qui rationem sine experientia habent. Idque propterea fit, quòd experientia quidem singularium: ars autem uniuersalium est cognitio. Actiones uerò, generationesq́; omnes circa singularia sanè uersantur. Nam qui medetur, non sanat hominem, nisi per accidens; sed Calliam, uel Socratem, uel cæterorum aliquem, qui hoc pacto dicuntur, cui accidit esse hominem. Quòd si quispiam sine experiētia rationem habeat, & uniuersale quidem cognoscat, singulares autem, quod in hoc est, ignoret, is in medendo per sæpe peccabit; singulare enim magis in curationem cadit, ut patet.*

Ponit comparationem inter experientiam, & scientiam. Et diuiditur in duas partes; quia primò cõparat experimentum, & scientiam siue artem: C secundò comparat scientiam actiuam, & speculatiuam. Secunda ibi, [Primum quidē igitur & c.] Prima in duas partes quia primò comparat experientiam,& artem secundùm conuenientiam: secundò secundùm differentiam. Secūda ibi, [Sed tamē scire,& intelligere, &c.] Dicit ergo primò quantū ad primū: scientia,& ars in aliquo conueniūt, & in aliquo differunt: sicut.n. experimētum operatur circa singulare, ita & ars. Licèt autem non differant in hoc, quòd utrunque operatur circa singulare, tamen differunt in modo operandi: in operando enim, sicut in medicando magis proficiunt experti, quàm habentes rationem & artē sine experientia; cuius ratio est: quia experientia circa singulare est, & est cognitio singularium; ars autem licèt operetur circa singularia, est tamen cognitio uniuersalium: experimētum enim D & quò ad cognitionem, & quò ad actionem singularium est; actus enim & actiones semper circa singularia sunt: medicans enim sanat hunc hominem puta Calliam,& Socratem, cui sanato accidit esse hominem: hominem autem in uniuersa li nō sanat, nisi per accidēs. Vnde aliquis habens artem, siue experientiam; cognoscit uniuersale; quia tamen ignorat singulare propter inexperientiam, multotiens peccabit in curando: nam curatio,& actio magis circa particulare est; quàm circa uniuersale. Notandum est, quòd licet superius non accidat inferiori: quia superiora sunt de essentia inferiorum; tamen superius potest accidere

Experientiæ, & scientiæ comparatio.

Hæc propriè habent intelligi de actione transeunte, & immanente: quæ actiones sunt circa singularia, tamen circa ut obiecta, et nō ut subiecta

re inferiori ſub tali conditione accepta: licèt enim homo non accidat Sorti; accidit tamen Sorti curato: ut enim Sortes ſtat ſub cura, ſibi accidit uniuerſale: quia curatio ſolùm eſt circa particularia. Notandum eſt, quòd ſicut nos imaginamur in regulis legis: ſic ſuo modo imaginandum in regulis artis: in regulis autem legum uidemus, quòd aliquæ regulæ neræ ſunt in ſe, quæ ſi tamen applicentur ad materiam, inueniuntur falſę: ſicut uera regula eſt in ſe, quòd cuilibet eſt reddendum depoſitum ſuum; tamen cultellus non eſt reddendus furioſo; credens quòd propter iſtam regulam iuris cultellus furioſi eſt ſibi reddendus, peccaret: ita modò regulæ artis uerę ſunt; & tamen ſi applicentur ad materiam inueniuntur falſæ. Aliquando enim fit talis regula in medicina, quòd propter talem infirmitatem debet fieri flebotomia, ſi uellet dare, uel præcipere flebotomiam infirmo tali infirmitate nimis debilitato, peccaret: & ſic in applicatione ad materiam artifex multotiens peccabit: qui tamen non peccaret, ſi fuiſſet expertus ſingularia, circa quæ debet applicari regula uniuerſalis. Et hoc eſt, quòd dicit; quòd artifex multotiens peccabit, ubi non peccat expertus: & hoc quia ars circa uniuerſalia eſt: experientia autem circa ſingularia, ſiue circa particularia ipſa. Deinde cum dicit.

Regulæ artis, et legis.

TEX. VI. *Sed tamen ſcire, & intelligere magis arti, quã experientiæ competens arbitramur, artificeſque ſapientiores expertis eſſe cenſemus ex eo ſanè; quia ſapientia in cognoſcendo magis cunctis accommodatur.*

Comparat artem, & experientiam quantùm ad differentiam; & eſt differentia iſta: quòd licèt ars, & experientia conueniant, tamen differunt; quia ſcire magis conuenit arti, quàm experimento. Circa autem iſtam differentiam ſic procedit; quia primò ponit differentiam inter experimentum, & artem: ſecundò probat eam. Secunda ibi, [Hoc autem eſt.] Dicit ergo primò, quòd ſcire, & intelligere magis conuenit arti, quàm experimento; vnde artifices magis propriè uocantur ſcientifici, quàm experti; & per conſequens ſapientiores: & hoc quia ſapientiam ſequuntur omnes, magis ſecundùm ſcire, quàm ſecundùm experiri. Deinde cum d.

Cõparatio artis & experientia.

Hoc autem eſt, quia hi quidem cauſam ſciunt: illi verò non. Experti quidem enim ipſum ſciunt quia: ſed propter, quid neſciunt: hi autem propter quid, et cauſam cognoſcunt.

Probat, quod dixit, ſcilicet quòd artifices magis ſciunt, quàm experti; & eſt ratio talis: quicunque ſciunt cauſam, & propter quid, magis ſciunt, quàm illi, qui ſciunt quia tantùm; ſed artifices ſciunt propter quid, & cauſam; experti ſciunt quia tantùm; ergo artifices magis ſciunt, quàm experti. Circa hanc rationem ſic procedit; quia primò ponit minorem, & tacet maiorem; ſecundò ponit probationem maioris. Secunda ibi, [Vnde & artifices.] Dicit ergo ponendo mino-

Comprobatio dictorũ.

E rem; ita dictum eſt, quòd hi magis ſciunt, quàm illi; cuius ratio eſt; quia ij ſciunt cauſam; illi autem non: experti enim ſciunt quia, ſed ignorant propter quid; artifices autem ſciunt cauſam, & propter quid. Deinde cum dicit.

Vnde artifices circa quodlibet quidem huiuſmodi honorabiliores, & magis ſcire manu artificibus putamus, & ſapientiores; quia factorum cauſas ſciunt: illi non: ſicut quædam inanimatorum faciunt quidem, non autem ſcientia faciunt, quæ faciunt; ut ignis quidem exurit. Inanimata quidem igitur natura quadam unumquodque faciunt hoc: ſed manu artifices propter conſuetudinem faciunt, tanquam non ſecundùm practicos eſſe ſapientiores ſint; ſed ſecundùm quòd rationes habent ipſi, & F *cauſas cognoſcunt.*

Probat maiorem, quæ eſt iſta; quòd ſciens propter quid, & cauſam, propriè eſt ſciens, & magis ſciens; quàm ſciens quia tantùm. Et diuiditur in tres partes principales; quia primò probat eam per exemplum: ſecundò per ſignum: & tertiò per rationem: Secunda ibi, [Omnino autem ſcientis.] Tertia ibi, [Senſuum autem ampliùs.] Dicit ergo: ita dictum eſt, quòd ij, qui ſciunt cauſam, magis ſciunt; quòd patet exemplariter: nam architectores, hoc eſt principales artifices circa quodlibet genus, magis putamus honorabiliores, & magis ſapientes, & magis ſcientes, quàm illos, qui operantur manu, hoc eſt, quàm artifices inferiores: quod non eſt propter aliud, niſi quia G principales artifices ſciunt cauſas factorum: inferiores uerò ita faciunt, quòd neſciunt cauſam eorum, quæ faciunt; operantur enim ad modum inanimatorum; uidemus enim, quòd inanimata agunt, ſicut ignis comburit; ſed tamen rationem ſuæ actionis non habẽt; ſimiliter artifices hi inferiores agunt quidem; ſed ratio ſuæ actionis non eſt in eis; ſed in ſuperiori artifice. Licèt enim in hoc conueniant manu artifices, idest inferiores, & inanimata; tamen in aliquo differunt: quia inanimata agunt per naturam; artifices autem ij per conſuetudinem; non tamen cognoſcunt cauſas factorum; & ex hoc non uocantur ſapientes: quia aliqui non uocantur ſapientes ſecundùm praxim, & operationem; ſed ſecundùm quòd ra- H tionem habent, & cognoſcunt cauſas. Notandum quòd architectores uocantur principales artifices ab ãrchos, quòd eſt princeps; & techni, quod eſt ars. Debemus enim imaginari triplicem artem, ſcilicet primò artem præparatoriam materiæ; & hæc eſt infima artium: ſecundò artem, quæ introducit formam: tertiò artem uſualem, quæ ſcilicet utitur facto: primò enim præparantur ligna, ut fiat nauis: ſecundò introducitur forma in materiam præparatam: tertiò gubernator utitur naui iam facta: prima ars ſimpliciter in ſima eſt, & ordinatur ad ſecundam: ſecũda enim eſt principalis, & architectonica reſpectu primæ; vnde habet reddere rationem de ijs, quæ fiunt à prima: unde prima nouit quia, ſcilicet ꝙ ligna

Artifex, aſ genus duplex.

Principales artifices qui.

Ars triplex.

ligna præparantur; sed rationem huius habet reddere secunda ars, scilicet introductoria formæ: quia secundùm modum formæ habet disponi materia: & ideo hæc ara nouit propter quid, de quo prima nouit quia. Similiter ars tertia, cuius est uti re iam facta, est principalis, & architectonica respectu secundæ: quia secuudùm modum usus debet introduci forma in materia; & ideo hæc nouit propter quid, de quo secunda nouit quia; & sic principalior est, quàm prima, & secunda.

Quæstio.

Queretet quis, Vtrum actiones inferiorum artificum assimilētur actioni bus inanimatorum; sicut dicit Philosophus? Dicendum est, quòd sic, quod possumus uenari duplici uia. Prima uia est, quòd agens per materiam, agit per motū. Debemus enim imaginari, quòd agentia per meteriā, agunt mota ab alio; cum enim ordo sit in agentibus, oportet semper, quòd inferiora agētia agant mota a superiori agente; si enim cessaret motio superioris agentis, cessaret motio inferiotis; & hoc quia causa primaria magis agit in causatum, quā causa secundaria; & in agentibus per se ordinatis si non est dare primum, non est dare ultimum: natura. n. ordinatur sub intelligentia, & ideo agit in uirtute illius; & ideò semper agit mota: sicut autem natura semper agit mota: ita similiter inferiores artifices semper agunt moti a superioribus: sic ergo patet prima uia. Secunda uia ad hoc ostēdendū est ex hoc; quia natura tendit directa in finem suum: & tamen nō cognoscit finem; sed cognitio finis est in agente superiori: puta in intelligētia: unde a natura est actio, & per actionem suam attingit finem suum; & tamen illum finem non cognoscit; sed cognitio finis est in superiori agente: sicut enim dictum est aliàs, ordo, qui est in natura; est deriuatus ab aliquo intellectu; & hoc quia natura agit rememorata ab intelligētiis; & sic cognitio finis, & ordinis est intelligentiis: & nō in natura. Sicut autem est de natura respectu intelligentiæ; ita est de inferiori artifice, respectu superioris; quia inferior artifex ordinatè attingit finem suum: sed tamen cognoscere rationem illius finis, & illius ordinis est superioris artificis; solùm enim uidet inferior artifex, quia ita est in re; sed tamen propter quid est, habet dicère superior artifex.

Agens per materiam, agit per motum.

Natura semper agit mota.

Ordo, qui est in natura, ab aliquo intellectu deriuatur.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum artifices sint magis scientes, quàm experti? Dico quòd sic, quòd paret primò ex syllogismo scientifico. Ad cuius euidentiā notandum est, quòd syllogismus scientificus est syllogismus resolutorius; de essentia autem syllogismi resolutorij est, quòd resoluat effectus ad causas: & ideò ubicunque scientia est, ibi resolutio est ipsorum effectuum ad ipsum propter quid: quia ergo ipse artifex resoluit scitum ad ipsum propter quid; expertus autem solùm sistit in ipso effectu non resoluendo; ideo ille est magis sciēs, quàm iste. Secundò hoc potest patere ex eo, quod scientia respicit, & scitum, & rationem sciendi; experti ergo sunt solùm circa rem scitam: si tamen potest uocari scita: quia particularia, circa quæ est experientia, non cadunt sub scientia: ipsa autem ars est circa uniuersale; & quia uniuersale scibile est; ideo ipsa ars propriè est circa scibile: & quia ats (ut dictum est in prima ratione) resoluit ad propter quid; ideo etiam est circa rationes sciendi. Sic ergo nec experientia propriè est circa scibile: quia est circa particularia, quæ non habent rationem scibilis; nec est circa rationem sciendi; quia non resoluit ad propter quid. Ars ergo sortitur rationem scientiæ, & ex parte scibilis, & ex parte rationis sciendi; experientia autem neutro modo: & ideò benè dixit Philosophus, quòd ars scientia est; non autem experientia. Deinde cum dicit.

Syllogismus scientificus quis.

A

Ars propriè est circa scibile.

Particularia non habēt rationē scibilis, ut talia, & in actu, sed in aptitudine; sunt partiter & principium doctrina. Auer. 1. Physic. 5.

B *Omnino autem scientis signum est posse docere, et ob hoc magis artem experimento scientiam esse existimamus. Possunt autem hi docere, hi autem docere non possunt.*

Probat per signum maiorē illam. s. quòd scientes sunt illi, qui ostendunt causam, dicens: quòd signum est, quòd aliquis sciat, quòd posit docere; docere āt non potest, nisi ostēdat causam scibilis: & ideò ars est magis scientia, quàm experientia: quia artifices possunt docere; experti autem non. Notandum autem est, quòd omnis doctrina, ut habetur Primo Posteriorum, ex præexistenti fit cognitione; nullus enim benè docet, nisi ex præcognitione causarum: cum enim doctrina sit conclusionnm, & cōclusiones nō sciantur, nisi ex hoc, quòd resoluuntur ad causas: nullus benè docet, nisi qui causam ostendit; ille enim benè docet, qui ostēdit discipulo quia est, & propter quid est: ille autem semiplenè docet, qui ita ostendit quia, quod non ostendit propter quid. Sicut autem semiplena doctrina est docere quia, sine propter quid: ita semiplena scientia est scire quia, sine causa: quia ergo expertus scit quia tantùm: ideò scit semiplenè: quia autem artifex scit utroque modo, ideò plenè scit: & ideò potest docere: quia docere magis respicit propter quid, quàm quia. Deinde cum dicit.

Tex. com. 1.

C

Ille rectè docet, qui cām præcognoscit, & cām ostendit.

Sensuum autem ampliùs, nec unum sapientiam esse ponimus, cum et his singulorum cognitiones maximè sint propriè; sed propter quid de nullo dicunt, ut propter quid ignis calidus, sed quia calidum solum sit.

D

Probat eandem maiorem per rationem, scilicet quòd non omnis cognitio est scientia, uel sapientia; quod patet, quia cognitio sensitiua secundùm hoc esset sapientia, quod tamen falsum est; sensus. n. ita cognoscit quia, quod tamen non dicit propter quid. Quasi dicat Philosophus: si scientia uel sapientia respiceret quia, & nō magis propter quid; sensus esset sciens, uel sapiens; sed hoc est impossibile: ergo & primum. Notandum tamen, quòd sensus ab intellectu (quantùm ad præsens spectat) in duobus differt: prima differentia est, quia Intellectus est potentia discursiua, sensus autem non: quia ergo scientia est ex discursu causarum

Discrimen inter intellectum, & sensum.

rum ad effectus;ideo scientia ita est in intellectu, quòd non est in sensu. Secunda differentia est ex natura iudicij:ubi notandum est,quòd nullus benè iudicat,qui causas non considerat:illa ergo potentia propria est iudicatiua, quæ habet considerare causas; & quia intellectus est huiusmodi; ideo intellectus est potentia iudicatiua.Imaginabimur ergo, quòd plenum iudiciũ respicit quia, & propter quid:ille enim benè iudicat, qui dicit ita esse, & propter quid est:ille autem semiplenè iudicat,qui dicit quia tantùm:illa ergo potẽtia cuius est dicere quia,& propter quid;uerè iudicatiua est:& talis est intellectus: illa autem potentia, quæ dicit quia tantùm,non est iudicatiua:talis autem est sensus.Plus adhuc dico,quòd sensus propriè non dicit quia: magis enim est dicere,quàm uidere quia: ipse enim intellectus potest dicere quia, non ãt propriè sensus:uidere.n.est actus intuitiuus; sed dicere uidetur dicere actum abstractiuum; uti hic accipio dicere (secundùm enim aliquem modum dicere,dicit actum intuitiuum, ut habet declarari alibi) & ideò quia actus intuitiuus potest esse in sensu,& nõ abstractiuus; ideò sensus ita uidet ipsum quia, quòd nõ dicit quia, (licèt Philosoph.accipiat hic dicere pro uidere) intellectus autem ita uidet quia,quòd dicit quia: prohibetur ergo sensus à scientia: quia non dicit propter quid; unde non propriè habet scientiam,nec primam,nec secundam; intellectus autem utroque modo. Deinde cum dicit.

Plenum iudiciũ inquo consistit.

Differentia inter uidere, & dicere quia.

Sensus prohibetur à scientia,sed non quò ad simplicẽ apprehẽsionẽ, imo sic maximè necessarius.

TEX. VII. *Primùm quidem igitur conueniens est, quamlibet artem inuenientem ultra communes sensus ab hominibus mirari, non solùm propter aliquam inuentorum utilitatem,sed sicut sapientiæ,& ab aliis distinguentem.*

Comparat scientiam speculatiuam ad actiuã; & est comparatio talis: quia scientia speculatiua dignior est admiratione, uel ueneratione;& per consequens magis digna, ut dicatur sapientia, quàm scientia actiua:primò ergo ponit illam cõparationem: secundò respondet cuidam tacitæ quæstioni ibi, [In moralibus quidem igitur.]Facit ergo primò talem rationem; illa scientia magis digna est admiratione, & magis debet dici sapiẽtia,quæ ordinatur ad scire,quã illa,quę ordinatur ad aliquam utilitatem nostram, uel ad aliquẽ usum nostrum:sed scientia speculatiua ordinatur ad scire, & ad inuenire; non ad utilitatem,sicut actiua;ergo est magis digna admiratione. Circa hanc rationem sic procedit:quia,primò præmittit uim rationis suæ: secundò probat, quòd scientia speculatiua non ordinatur ad utilitatem,sicut supponebatur in ratione.Secunda ibi, [Pluribus autem repertis scientiis]Dicit ergo, conueniens est quamlibet artem inuenientem causam admirari; & etiam cõueniens est illum, qui inuenit causas propter scire, non propter aliquam utilitatem inuentorum, uocari sapientem, & differentem ab omnibus, qui inueniunt propter utilitatem aliquam inuentorum. Quasi dicat, sicut sapiens est

Metaphysica digna est admirõne.

Scientia speculatiua ordinatur ad scire.

E supra alios,qui inuenit propter scire,& non propter utilitatem; ita sapientia est scientia, quę est propter scire tantùm.Deinde cum d.

Pluribus autem repertis artibus, & aliis quidẽ ad necessaria,aliis uerò adintroductionem existentibus:semper tales illis sapiẽtiores esse arbitrandũ est, propter id;quòd illorum scientiæ ad usum non sunt: unde omnibus talibus rebus iam peractis,quæ nõ ad uoluptatem,nec ad necessitatem scientiarum reperta sunt:unde circa Aegyptum Mathematicæ artes primùm subsliterunt; ibi namque gens sacerdotum uacare dimissa est.

Probat,quòd scientiæ speculatiuæ nõ sunt propter utilitatem,dicens: quòd signum, quòd tales scientiæ non sunt propter utilitatẽ,est;quia in oĩbus aliis artibus, quæ sunt ad necessitatem uitæ,

F uel ad introductionem in alias sciẽtias(sicut sunt logicales)repertis;illi sunt dicendi sapientiores, quorum scientiæ non sunt ad usus: & hoc quia primùm illis repertis, & institutis, quæ sunt ad utilitatem;illæ postea repertæ sunt, quæ non sunt ad necessitatem uitæ, nec ad uoluptatem repertæ:dico in illis locis,ubi homines uocabant ab huiusmodi exterioribus:unde scilicet sciẽtię Mathematicæ,quæ sũt purè speculatiuæ, circa Aegyptũ inuentæ sunt, ubi gens sacerdotum uacabat studio,& non istis exterioribus. Quasi dicat Philosophus: signum, quòd scientiæ speculatiuæ non ordinantur ad utilitatem,sed ad scire, est:quia illę scientiæ primò sunt inuentæ, quæ sunt ad uuilitatem,& postea istæ: signum est,quia inuentæ sunt

G ab hominibus,qui habebant necessaria; sicut fuit gens sacerdotum circa Aegyptum. Deinde cum dicit.

Scientiæ speculatiuæ nõ sũt propter utilitatem.

Sciẽtiæ mathematicæ sunt purè speculatiuæ.

In moralibus quidem igitur,quæ sit artis,& sciẽtiæ differentia,& similium generum,dictum est.

Respondet cuidam tacitæ quæstioni: facta est enim mentio de sciẽtia,& arte;posset aliquis quærere,quæ est differẽtia inter scientiam, & artem? Dicit ergo Philosophus, quòd hoc debet ostendi in moralibus,sicut 6.Ethicorum: ubi ostenditur differentia inter scientiam,& artẽ: quia scientia est habitus speculatiuus,& in intellectu speculatiuo: ars autem est habitus practicus; & ita in intellectu practico. Deinde cum dicit.

Scientia,& ars quid.

H *Huius autem gratia nunc sermonem facimus; hoc est,quia denominatam sapientiam circa primas causas,& principia existimant omnes. Quare (sicut dictum est prius) expertus quidem quemcunq; sensum habentibus sapientior esse uidetur: artifex autem expertis: architector autem manu artifice: speculatiui autem magis actiuis. Quòd quidem igitur sapientia, & circa quasdam causas, & principia sit scientia,manifestum est.*

Hæc est secũda pars procemij; in qua quidem parte postquam dixit,quomodo scientia generatur:& quia scientia est circa causas,propterea hic ostendit,quare hoc dixit: quia hoc dictum est, ut ostendatur,& concludatur,quòd hæc scientia circa causas est.Et diuiditur in duas partes:quia primò

Metaph. est circa causas

mò ex præcedentibus concludit huiusmodi scientiam, hanc quàm uocat sapientiam, esse circa causas: in secunda parte ostendit, quòd hæc scientia sapientia est ibi. [Quoniam autem scientiam hanc quærimus.] Dicit ergo primò sic, quòd hæc omnia præmissa sunt huius gratia: quia homines antiqui nominatam sapientiam ponebant circa causas, & principia. q. d. Si scientia, ut dictum est, est circa causas, multò magis sapientia. nam nullus potest uocari sapiens, qui non cognoscit causas: & ideò dictum est, quòd expertus sapientior uidetur sensum habentibus sine experimento; & hoc quia magis accedit ad rationem causæ, & artifex sapientior etiam experto, propter eandem rationem, & architectus propter idem sapientior est manu artifice: propter idem etiam speculatiuæ scientiæ magis habent rationem sapientiæ, quàm actiuæ: quia magis accedunt ad causam: ex quo concluditur, quòd sapientia sit quædam scientia circa causas, & principia. Notandum est, quòd ratio ista optimè sequitur ex præcedenti: probatum est enim in præcedentibus; quòd de ratione scientiæ est, quòd sit circa causas, & principia: quia, ut dictum est, in hoc differebāt scientia, & experientia: quia sciens considerat causam; expertus autem non. Ex hoc concludit Philosoph. Si scientia est circa causas, & sapiētia quæsita est scientia: sequitur quòd sapientia hæc sit circa causas, & principia. Deinde cum dicit.

Nullus uocatur sapiens, qui non cognoscit causas.

Scientiæ speculatiuæ habent magis rationem sapientiæ, quàm actiuæ.

TEX. VIII *Quoniam autem scientiam hanc quærimus circa quales causas, & circa qualia principia scientia sapientia sit, hoc utique erit considerandum: si itaque accipiat aliquis existimationes, quas de sapiente habemus. Fortassis ex his manifestum erit. Primum itaque sapientem scire omnia maximè, sicut decet: non per singula scientiam ipsorum habentem.*

Ostendit ꝙ hæc scientia sapientia est, & est ratio sua talis. Sapiētia est circa causas uniuersales, & primas; sed hæc omnia, scilicet esse circa causas uniuersales, & primas conueniunt huic scientiæ quæsitæ: ergo hæc scientia sapientia est: circa hanc rationem sic procedit: quia primò ostendit ꝙ sapientia circa prima est: & sic de aliis etiam conditionibus, quę cōnumerantur in litera: secūdò ostendit, ꝙ hæc scientia quæsita circa eadem est: tertiò concludit, ꝙ hæc scientia est sapientia, quod fuit propositum: secunda ibi [istorum autē hæc quidem omnia scire:] tertia ibi, [ex omnibus autem, quæ dicta sunt.] Dicit ergo primò, ꝙ est considerandum circa quales causas, & circa qualia principia sit scientia, quam quærimus, quæ uocatur sapientia; non enim sapientia considerat omnes causas, sed primas. hoc autem manifestū est, si accipiamus conditiones sapientis, quæ quidem sunt sex: Et secundum hoc, hæc pars diuiditur in sex partes, secundùm sex conditiones sapientis, quas ponit: secunda ibi, [postea difficilia,] tertia ibi: [adhuc certiorem,] quarta ibi: [& magis causam dicere:] quinta ibi, [scientia autem:] sexta ibi, [& hmōi scientiam.] Dicit er-

A go ꝙ prima conditio, quæ spectat ad sapientem, est, ꝙ habeat scientiam omnium, sicut doctrina; non. n. dicimus, ꝙ habeat notitiam omnium singularium: quia cum sint infinita, intellectu capi non possunt: intellectus. n. noster semper cadit sub aliquo finito. Deinde cum dicit.

Intellectus super aliquo infinito cadere potest, non tamen modo infinito: licet hoc non sit notum Philosophis.

Postea difficilia cognoscere potentem, nec leuia homini noscere, hunc sapientem dicimus. sentire. n. omnium est commune, quare facile, & non sophon.

Ponit secundam condōnem sapientis, dicēs, ꝙ sapientis est cognoscere difficilia: non. n. illi uocantur sapientes, qui leuia cognoscunt. Scire. n. talia omnium communiter est; & ideo facilis est causa scientiæ, & non est sophon. i. sapientis. Deinde cum dicit.

B *Adhuc certiorem.*

Ponit tertiam conditionem, quæ est, ꝙ ille sapientior est, qui circa certiora est, & ille uocatur sapientior, qui certior est. Deinde cum dicit.

Docentem sapientiorem circa omnem esse sciam.

Ponit quartam condōnem, dicēs, ꝙ ille sapientior est, qui magis in qualibet scientia assignat causam quæsiti. Deinde cum dicit.

Sed & hanc scientiarum, quæ suiipsius causa est, & sciendi gratia eligibilis est, magis est sapientia quæque contingentium gratia.

Ponit quintam condōnem, & est, ꝙ de numero scientiarum illa magis sapiētia est, quæ est eligibilis gratia sui, & propter scire, & non gratia aliquorum communium contingentium, sicut est utilitas, uel aliquid huiusmodi. Deinde cum d.

Conditiones requisitæ ad uerū sapientem.

C *Et hanc sapientiam magis famulante antiquiorē esse. Non. n. ordinari; sed sapiētem ordinare oportet: neque hunc ab altero: sed ab hoc minus sapientem uideri. Tales quidem igitur existimationes, & tot de sapientia, & sapientibus habemus.*

Ponit sextam condōnem, & est, ꝙ principaliorem scientiam magis nominamus sapiētiam subseruiente; ad sapientem. n. non pertinet ordinari, sed ordinare: sapiens. n. non debet persuaderi ab alio, attribuitur uiro sapienti. s. ꝙ sit circa omnia, ꝙ sit circa circa difficilia, ꝙ sit circa cās quæsiti, quòd sit gratia ipsius, quòd ordinet, & non ordinetur. Deinde cum dicit.

D *Istorum autem hic quidem omnia scire uniuersalem scientiam maximè habenti inesse necesse est: hic autem nouit omnia aliqualiter subiecta.*

Ostendit quòd hæc scientia quæsita habet omnes istas proprietates sapientiæ: ut ex hoc concludit ꝙ sapientia est, & diuiditur in sex partes, secūdùm sex condōnes dictas: secunda ibi [ferè aūt,] tertia ibi, [scientiarum uerò] quarta ibi, [at uerò, & doctrina] quinta ibi [noscere, & scire] sexta ibi [maximè uerò principalis scientiarum.] Facit ergo primò talem rationem. Ad scientiam uniuersalem pertinet considerare omnia: hæc scientia est hmōi, ergo &c. & hoc est, ꝙ dicit, ꝙ scire omnia, maximè pertinet ad illum, qui habet uniuersalem sciam. Ille. n. quodammō nouit oīa subiecta: sciēdo. n. uniuersale, quodā mō nouit oīa.

Sapiens cōsiderat omnia, ut decet, idest quò ad fierī potest, idest omnia considerare per prædicata, quæ transcendunt genera determinata scibiliū scientiarum, & non per prædicata propria, quæ sunt determinata, & cōtracta ad genus determinatū aliquarum scientiarum.

Quæſtio.

Quæreret quis, Vtrum ad hanc ſcientiam pertineat conſiderare omnia. Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ ita iudicandum eſt de obiecto, ſicut de habitu, & de habitu, ſicut de obiecto. Cũ enim habitus rationem ſuam ſortiatur ex obiectis: uel iudicandum eſt de habitu, ſicut de obiecto; quantò.n. obiectum latius eſt, & ad plura ſe extendit, tantò habitus ſcientię latior eſt, & ad plura ſe extendit: ſi.n. eſſet aliqua ſcientia, quæ eſſet de corpore mobili, & alia, quæ eſſet de corpore mobili ad formã: quia corpus ſe extẽdit ad plura, quàm corpus mobile ad formam: oportet ꝙ prima ſcientia eſſet latior, quàm ſecunda: & breuiter quantò obiectum latius eſt, & ad plura ſe extendit, tantò ſcĩa latior eſt, omnis autem alia ſcĩa ab iſta eſt de aliquo ente particulari, ſicut Geometria de magnitudine, Arithmetica, de numero, & ſic de aliis ſcĩis particularibus; & quia ens particulare non ſe extendit ad omnia; iõ hæ ſciæ non ſe extẽdunt ad omnia; hæc aũt ſcĩa eſt de ente inquantùm ens; & quia ens ſe extendit ad oĩa; & ideo benè arguit Phil. hic: ſcientia eſt uniuerſalis; ergo ad omnia ſe extendit.

Proportio inter obiectum, & habitum.

Quõ Metaphyſica ſit circa omnia

Notandum tamen ꝙ hãc ſciam eſſe circa omnia, poteſt intelligi duobus modis, uno modo ꝙ attingat omnia in particulari, & hoc non eſt uerum: ſic.n. ſuperfluerent omnes alię ſcĩæ: ſecũdo modo, ꝙ attingat omnia inquantùm induunt rõnem entis: & ſic eſt uerũ: quia oĩa attingit inquantùm in, eis reſeruatur rõ entis: uerum eſt, ꝙ aliqua attingit ſub propria ratione: Deinde cum dicit.

Ferè aũt & difficillima hominibus cognita ſunt ea, quæ maximè uniuerſalia ſunt, ſiquidem remotiſſima ſunt a ſenſibus.

Oſtendit ꝙ huic ſcientię conuenit ſecunda cõditio, & eſt ſua talis ratio: hæc ſcientia maximè circa uniuerſalia, ſed maximè uniuerſalia ſunt maximè difficilia: ergo hęc ſcĩa eſt circa maximè difficilia, & hoc eſt, quod dicit, ꝙ hæc ſcĩa eſt circa maximè difficilia: quia hæc ſcĩa eſt circa uniuerſalia, quæ maximè difficilia ſunt: quia ſunt maximè remota a ſenſu. Notandum eſt, ꝙ omnis cognitio noſtra a ſenſu oritur; & ideo ſi deficit unus ſenſus, deficiet una ſcientia, ſicut dicit Phil. 1. Poſterio. Quia ergo cognitio noſtra oritur a ſenſu: iõ quæ magis ſunt remota a ſenſu, magis ſunt remota ab intellectu; & ideo concluditur, quòd maximè difficilia ſunt.

Vniuerſalia ſũt maximè difficilia

Omnis cognitio noſtra oritur a sẽſu

Deficiente uno ſenſu, deficit una ſcientia.

Quæ ſunt remota a ſenſu, & ab intellectu remota ſunt.

Quæſtio.

Dubitatur, Vtrũ hæc ſcĩa ſit maximè circa uniuerſalia? dicendum eſt, ꝙ ſic. Ad cuius euidentiã notandum eſt, ꝙ uniuerſale dr̃ duob. modis eſt, in prædicando, & in cauſando, dicendum eſt ergo, ꝙ hæc ſcĩa eſt utroq; modo circa uniuerſale maximè: eſt.n. hæc ſcĩa circa ens inquantùm ens: & quia ens dicitur uniuerſale per prædicationem; Similiter hæc ſcĩa eſt circa ſubſtantias ſeparatas: & quia ſubſtãtiæ ſeparatæ ſunt ẽt uniuerſalia in cauſando: ideo hæc ſcĩa eſt circa maximè uniuerſale ſecundò modo: quia autem eſt circa maximè uniuerſale primò modo: ideo ẽt eſt circa maximè uni- E uerſale ſecundo modo: nam hæc ſcĩa quia eſt circa ens inquantum ens: quod eſt uniuerſale primo modo; ideo oportet ꝙ ſit circa illud, in quo maximè reſeruatur rõ entis, & hoc eſt ſubſtantia ſeparata, quod eſt uniuerſale ſecundo modo. Quod ãt ſubſtãtia ſeparata, debeat uocari maximè uniuerſale in cauſando, hoc apparet in ordine cauſarũ: nam cũ quantò ſuperior eſt: tãtò uniuerſalior eſt: cauſæ autem ſic ordinãtur: quia cauſæ inferiores infra ſpheram actiuorum, & paſſiuorum reducũtur ad motum cœli; motus autem cœli reducitur ad intelligentiam, & intelligentia ſecunda ad primam; quæ quidem maximè uniuerſalis eſt in cau- F ſando.

Vniuerſale duplex.

Metaphyſica eſt circa ens, & circa ſubſtantias ſeparatas.

Cũ quantò ſuperior, tãtò uniuerſalior.

Ordo cãrũ.

Prima intelligentia eſt maximè uniuerſalis in cãndo.

Quæſtio.

Quæritur, Vtrum ſit uerum quod dicit Philoſophus, quòd uniuerſalia ſunt maximè difficilia? uidetur quòd non: quia primo Phiſicorum. dictum eſt, ꝙ uniuerſalia ſunt priùs nota quò ad nos: ſi ergo ſunt prius nota quò ad nos, quàm particularia: ergo faciliùs cognoſcũtur.

Ad oppoſitum eſt Philo. Dicendum eſt, qu d quando quæritur, vtrum uniuerſalia ſint maximè difficilia, ꝙ poſſimus loqui de uniuerſali in cauſando, uel de uniuerſali in prædicando: ſi primo modo loquimur, ſic certum eſt, ꝙ ſunt maximè difficilia, huius rõnem tetigit Philoſophus in litera. ſ. quia ſunt ſuper ſenſum. Cum ergo cognitio noſtra oriatur ex hoc, ꝙ cognitum proportio- G natur cognoſcenti: quandoque ita eſt, ꝙ cognoſcibile excedit proportionem cognoſcentis: tunc eſt difficile cognoſcibile: ſic autem eſt de ſubſtantia ſeparata, non benè proportionatur intellectui noſtro, & hoc propter debilitatem intellectus noſtri, ſiue luminis intellectualis: & ideo ſunt difficilia; Si autem loquamur de uniuerſali in prædicando: ſic uidetur, quòd illud, quod dictum eſt hic, contrarietur illi, quod dictum eſt in libro Phyſicorum: ibi enim dictum eſt, quòd uniuerſalia ſunt priora quò ad nos: & ſic faciliora ad cognoſcendum: hic autem dicit, quòd ſunt difficilia; tamen notandum eſt, quòd uniuerſalia poſſunt conſiderari duobus modis, uno modo quantum ad ſimplicem apprehẽſionem: & ſic ſunt priora quo H ad nos: Debemus enim imaginari, quòd ſuo modo ſimile eſt de re in effectu, & in conceptu. In effectu autem ſic eſt, quòd quando aliqua res ſit primò attingitur ſub eſſe imperfecto: ſecundò ſub eſſe perfecto: quia natura procedit de imperfecto ad perfectũ, priùs generatur animal, quàm homo; ſimiliter erit in conceptu; quia res primò concipitur ſub eſſe imperfecto, & ſub eſſe generica, quàm ſub eſſe perfecto, & ſub eſſe ſpeciei; primum, quod occurrit intellectui eſt ens; & priùs concipitur animal, quàm homo; Vel ſecundo modo poteſt conſiderari uniuerſale, quantum ad proprietates ſuas, inquantũ, ſcilicet intellectus inueſtigat proprietates uniuerſalium; & ſic non eſt impoſſibile, quòd ſint poſterius nota, & quòd ſint multum difficilia; ex proprietatibus. n. particularium, uel minus uniuerſalium, deue-

Vniuerſale duplicĩter in cauſãdo, & in prædicando.

Cognitio noſtra unde oriatur.

Ex hoc haberi põt difficultas cognoſcẽdi unde oriatur.

Vniuerſale põt dupliciter conſiderari.

Proportio inter rem in effectu, & rem in conceptu.

Nota quõ intelligitur dictum Philoſophi primo Phyſicorum, & hoc in loco de cognitione uniuerſaliũ

deuenimus in proprietates magis uniuersalium: sic quòd dictum est hic, non contrarium illi, quod dictum est primo Physicorum, ex quo patet ad argumenta. Deinde cum dicit.

Scientiarum uerò illæ certiores sunt, quæ maximè primorum sunt; nam quæ sunt ex paucioribus, certiores iis sunt, quæ ex additione dicuntur, ut Arithmetica, quàm Geometria.

Metaph. est scientia certissima.

Scientia certissima quæ.

Ostendit, quòd illa proprietas conuenit huic scientiæ; & est talis ratio: illa scientia, quæ est primorum, & abstractorum, maximè est certissima; hæc est huiusmodi, ergo &c. Et hoc est, quòd dicit litera, quòd de numero scientiarum illæ certissimæ sunt, quæ sunt primorum; & primæ, cuius ratio est. quia illæ sciētiæ, quæ sunt ex paucioribus, certiores sūt illis, quæ sunt ex addōne, sicut Arithmetica certior est Geometria; illæ autē quæ sunt primorum, ex paucioribus sunt, quàm quæ secundorum ex additione.

Quæstio.

Dubitaret quis, Vtrum scientiæ, quæ sunt primorum certiores sunt? Dicendum est, quòd sic: tamen notādum est, ꝙ duplex est certitudo, quædam certitudo, quæ oritur ex natura rei: & quædam quæ oritur ex parte nostri, nec eadē est certitudo; multa enim sunt certiora ex parte naturæ, quæ tamen sunt obscuriora ex parte nostra, sicut declaratum est primo Physicorum, ubi dictū est, quòd non est idem certius quò ad nos, & quò ad naturam; Si ergo loquamur de certitudine quò ad nos, sic non oportet, quòd prima sint semper certiora; si autem de certitudine, quæ oritur ex natura rei, sic prima certiora sunt, & scientiæ primorum certiores, cuius ratio est; quia tantò aliquid certius est quò ad naturam, quantò aliquid subintrat naturam, uel ambitum necessarij. Nam certitudo rei est immutabilitas eius; quantò autem aliquid est magis necessarium, tantò magis immutabile. prima autem intrant ambitum necessarij; sed secunda ambitum possibilis; uocātur enim hęc prima immaterialia; secunda autem uocātur materialia; & quia materialia sunt possibilia: ideo mutabilia: & per consequens non habēt magnam certitudinem ex parte rei: & per consequens nec scientiæ eorum sunt multùm certæ: separata autem a materia propter sui immutabilitatem certitudinem habent in re: & per consequens scientiæ eorum magis certæ sunt: Et hæc est probatio, quàm fecit in litera; dicit enim ꝙ scientiæ, quæ sunt ex paucioribus, certiores sunt illis, quę sunt ex additione, quod ut uideatur.

Certitudo ex parte nostri, & ex parte rei.

Tantò aliquid certius, quātò magis necessarium.

Quanto aliquod magis necessarium magis immutabile dicitur.

Entia possibilia & materialia parum habent de certitudine ex parte rei.

Notandum est, ꝙ separata a materia, quæ non concernunt materiam, dicuntur ex paucioribus esse, quàm materialia, quæ cōcernunt materiam; quantò enim aliquid simplicius est, tantò ex paucioribus est; quia ergo materia ex materia sunt, & compositiora respectu immaterialium; ideo dicuntur esse ex additione, respectu illorū: & scientiæ de substātia materiali dicūtur esse ex additione, respectu illarum scientiarum, quæ sunt de substantiis immaterialibus; & per consequens hæ

Quanto aliquod simplicius tantò ex paucioribus redditur.

Materialia dicuntur ex additione.

A certiores; illę autem incertiores. Nam cum certitudo rei oriatur ex immutabilitate eius; & ubicū que est additio materiæ, ibi est mutabilitas; ideò scientiæ, quæ sunt ex additione materiæ: nō sunt ita certæ, sicut illę, quæ sunt siue additione materiæ, & hæ uocantur, quæ sunt ex paucioribus.

Certitudo rei oritur ex immutabilitate rei.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum Geometria sit ex additione respectu Arithmeticę? dicendum est, quòd sic: ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ suo modo debemus imaginari de Geometria, & Arithmetica, sicut de unitate, & puncto: sic enim se habet Geometria ad Arithmeticam, sicut punctus ad unitatem: quia semper habitus scientiales se ita respiciunt, sicut & substantia: sicut ergo pūctus, de quo considerat Geometria aspicit unitatem, de qua considerat Arithmetica: Sic & Geometria aspicit Arithmeticam. punctus autem se habet secundùm additionem respectu unitatis; ergo & Geometria respū Arithmeticæ. Quòd autem punctus se habeat respectu unitatis cum additione patet: quia punctus concernit situm in continuo, ꝙ non concernit unitas: Dicemus ergo, ꝙ unitas est indiuisibilitas, non concernens situm in continuo: punctus autem est indiuisibilitas concernens situm in continuo; ergo punctus addit supra unitatem concernentiam situs, sic respectu illius se habet ex additione: Ex quo sequitur, ꝙ Geometria se habet respectu Arithmeticæ ex additione; ex quo etiam duo sequitur, quòd Arithmetica est ex paucioribus: nam quia Geometria concernit situm: oportet ꝙ sit ex compositioribus; quia autem Arithmetica concernit, oportet ꝙ sit ex paucioribus, & simplicioribus; & per consequens ex certioribus. Deinde cū d.

B

Proportio Geometriæ ad Arithmeticam est sicut proportio pūcti ad unitatem.

Pūctus quō se habet respectu unitatis.

Vnitas quid.

Punctus quid.

Differentia inter Geometriam & Arithmeticam.

C

At & doctrina magis, quæ causarum est speculatrix magis. hi namque docent, qui causas de singulis dicunt. TEX. IX.

Ostendit quomodo quarta conditio sapientis conuenit huic scientiæ, quæ scilicet conditio est docere, & dicere causam; & facit talem ratione: Illa scientia magis docet, quæ magis speculatur causas; quia omnis doctrina per causas est: sed hęc scientia inter omnes magis considerat causas: ergo magis docet.

Metaphysica ē docere.

Omnis doctrina est ꝑ causas.

D Notandum est, ꝙ nunquam est perfecta doctrina, nisi fit resolutio, quia ipse ampliùs non resoluuntur; semper enim non terminata resolutio ne potest fieri quæstio; ubi autem quæstio est, uel fieri potest, ibi non est perfecta doctrina; & ideò perfecta doctrina non est nisi per causas, quæ amplius non resoluuntur; Illa ergo scientia perfectè docet, quæ considerat causas irresolubiles: & simpliciter primas; talis autem est hæc scientia, quia considerat huiusmodi principium, de quolibet affirmatio, uel negatio: quod inresolubile est: & ad quod alia resoluuntur: & ideò hæc scientia maximè docet: & hoc est, ꝙ dicit Philosophus, ꝙ hæc scientia maximè docet: quia est maximè speculatiua causarum. Deinde cum dicit.

Vbi quō, ibi non est perfecta doctrina; quæ tūc quando habetur ꝑ causas, quæ nō resoluūtur.

Quæ scientia pfectè docet.

Et nosse, & scire sui gratia maximè inest ei, quæ maximè

maximè scibilis scientia. Nam qui quidem scire propter se desiderat, ipsam maximè scientiam maximè desiderabit.

Ostendit quomodo quinta conditio sapientiæ, quæ est gratia sui; conuenit huic scientiæ, & est ratio talis: Illa scientia maximè est gratia sui, & maximè propter scire, quæ est respectu maximè scibilis: sed hęc est huiusmodi: ergo hæc est maximè propter scire. Circa hanc rationem sic procedit: quia primò ponit maiorem; & probationem eius: secundò ponit minorem, & probationem eius: secunda ibi: [talis autem est,] Dicit ergo primò ponendo maiorem, ꝙ scire aliquid propter se, maximè inest illi scientiæ, quæ est respectu maximè scibilis: cuius probatio est: quia si aliquis desiderat scire propter se, maximè desiderabit scire illud: ꝙ est respectu maximè scibilis. Deinde cum dicit.

Metaphysica ẽ gratia sui.

Tais autem est eius, quòd maximè scibile, maximè autem scibilia principia, & causæ: nam propter hæc, & ex his alia dignoscuntur: sed non hæc per subiecta.

Ponit minorem: & eiusdem probationẽ: & dicit, ꝙ illa scientia, quæ est respectu maximè scibilis, est hæc: cuius ratio est hęc; quia scientia est circa principia, & causas: quæ quidem principia, & causæ sunt maximè scibilia; ꝙ autem sint maximè scibilia: hoc patet: quia propter causas subiecta, quę sunt sub causis, dignoscuntur; ita ꝙ alia ex eis sciuntur; ipsa autem non sciuntur ex aliis.

Notandum est, ꝙ aliquid aliquando idem seruatur in causa, & in effectu, tam in priori, quàm in posteriori; eminentiori modo reseruatur in cã, quàm in effectu; & in priori, quàm in posteriori; cùm ergo ratio scibilis saluetur in causis, & in effectibus; oportet ꝙ eminentiori modo saluetur in causis, quàm in effectibus; & ex hoc sequitur, ꝙ ratio maioris scibilis est in causa, quàm in effectu, Et hoc est, ꝙ dicit Philosophus, ꝙ hæc scientia eo ipso, ꝙ est respectu causarum, est respectu maximè scibilium: & per consequens maximè est propter scire: quia si aliquis desiderat scire effectus, multò magis desiderat scire causas. Deinde cum dicit.

Quo idẽ saluari potest in causa, et in effectu, in priori, et posteriori.

Maximè uerò principalis scientiarum, & magis principalis subseruiente, quæ cognoscit, cuius causa sint agenda singula: hoc autem est bonum uniuscuiusque, & uniuersaliter optimum in natura omni.

Ostendit, ꝙ sexta cõditio sapientiæ, quæ fuit, ꝙ sapientia debet esse principalis, & non subseruiens; conuenit huic scientiæ, & est ratio sua talis. Illa scientia est maximè principalis, & architectonica, quæ considerat ultimum finem; sed hæc est huiusmodi; ergo & c. & hoc est ꝙ d. litera, ꝙ de numero scientiarum illa est magis. & etiam maximè principalis respectu subseruientis, quæ considerat causam finalem, cuius causa fiũt omnia; quę quidem causa finalis est bonum particulare uniuscuiusque; uniuersaliter autem illud uocatur totaliter optimum, ꝙ est finis omnium in natura, &

Metaphysica est principalis.

E hoc est consideratum in ista scientia.

Notandum est, ꝙ ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta. Primum fundamentum est, ꝙ finis est causa causarum, & nobilissima inter causas, & principalis inter omnes; & per consequens scientia, quæ considerat istam causam, principalissima erit. Secundum fundamentũ est, ꝙ hæc scientia considerat ultimum finem. Primum fundamentum patet, uidemus ꝙ finis mouet agentem: ex quo sequitur, ꝙ causa finalis est principalior, quàm causa agens; & per consequẽs quàm causa materialis, & formalis; quia agẽs mouet materiam ad formam: Et uidemus etiam, ꝙ scientiæ quantò sunt de uniuersaliori fine, tanto principaliores sunt: quia enim forma ordinatur

F ad usum, ut iam dictum est, scientia usualis principalior est, quàm illa, quæ est introductoria formæ. Secundum fundamentum patet: quia ut ostẽditur in 12. huius, hæc scientia considerat de ultima forma, & ultimo fine, qui hic uocatur a Philosopho optimus, & finis omnium in natura: cuius ratio est: quia unumquodque sicut se habet ad bonum: ita se habet ad finem; quia finis, & bonum conuertuntur. Triplex autem est bonum: est.n. bonum singulare uniuscuiusque rei, & bonum ordinis, & bonum principij; primum bonum ordinatur ad secundum, & ad tertium: quia bonum uniuscuiusque est propter bonum ordinis, & bonum ordinis propter bonum primi principij; hoc autem bonum non iam propter aliquid aliud: &

G ideò ultimus finis est omnium, quæ sunt in natura, ut dicit Philosophus. Deinde cum d.

Finis nobilissima causarum.

Scia quantò de uniuersaliori, tantò principalior.

Metaphysica considerat ultimam formam, & ultimum finem.

Bonum tripartitur.

Ex omnibus autem, quæ dicta sunt, in eandem cadit scientiam quæsitum nomen: oportet enim hanc primorum principiorum, & causarum esse speculatiuam: etenim bonum, & quod cuius gratia una causarum est.

Concludit conclusionem principalem, scilicet ꝙ hæc scientia sapientia est; postquam enim positæ sunt condictiones sapientiæ, & postquam ostẽsum est, ꝙ eæ conditiones conueniunt huic sciẽtiæ; concludi potest, ꝙ hæc scientia sapientia est; & hoc est, ꝙ dicit Philosophus, ꝙ ex omnibus, quæ dicta sunt, manifestum est, ꝙ quæsitum nomen sapientiæ conuenit huic scientiæ; oportet.n.

H ꝙ hæc scientia speculatiua sit causarum primarũ, & primorum principiorum: nam bonum, & finis est una de causis, quã speculatur hæc scientia; speculari autem causas sapientiæ conuenit.

Metaphysica sapientia est.

Causas speculat Metaphysica tot.

Quæreret quis, Vtrum hæc scientia sapientia dici possit, sicut dicit Philosophus? dicendum est, ꝙ sic: ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ scientia, & sapientia differunt, & etiam conueniunt; scientia enim causatur, & generatur ex resolutione ad causas; & similiter sapientia; unde scientia, & sapientia causas considerant; sed tamen sapientia aliquem gradum addit ultra scientiam, qui quidem gradus facit differre sapientiam a scientia; ut ergo uideatur differentia, uidendus est iste gradus. Dicendum est, ꝙ licèt scientia sit circa causas,

Conuenientia, & differentia inter scientiam, & sapientiam.

ſas;tamen ſapientia eſt circa cauſas altiſsimas;ſciẽtiæ enim reſpiciunt cauſam in ſe; ſed ſapientia reſpicit cauſam ſub tali gradu;Ex quo ſequitur, ꝙ ſapientia ſupra ſcientiam addit primum gradum, de quo loquitur Philoſoph. in litera; nam qui ſcit cauſas quocunque modo acceptas, non ſcit propter hoc omnia;quia cauſæ quocunque modo acceptæ,non habent aſpectum ad omnia; qui autẽ ſcit cauſas altiſsimas, quodammodo noſcit omnia:quia cauſæ altiſsimæ,& uniuerſales habent aſpectum quodam modo ad omnia;& ſic ſapientia quæ eſt circa cauſas altiſsimas, primum gradum addit ſupra ſcientiam.ſ.ꝙ omnia noſcit;Ex eodẽ ſequitur,ꝙ addit ſecundum,de quo dicit Philoſophus;nam ſcientia,quæ eſt circa quamcunq; cauſam;ideò indifferenter eſt,& circa difficilia,& circa leuia;ſapientia autem,quia eſt circa cauſas altiſsimas;ſequitur ꝙ ſit circa difficilia, ex quo ſequitur; ꝙ ſapientia addit gradum ſecundum ſuper ſapientiam:Ex eodem ſequitur,ꝙ addat tertium:nam de eſſentia ſapientiæ, & ſcientiæ eſt,ꝙ ſit in utraque certitudo; nam debemus imaginari,ꝙ ſcientia, & ſapientia ſint duo habitus diuiſi contra opinionem:& ratio diuiſionis una eſt;quia in utroque habitu certitudo eſt; quæ non eſt in opinione; quia opinio eſt habitus uacillans; licet autem in utroque habitu certitudo ſit; tamen ſapientia ſupra ſcientiam gradum addit certitudinis:quantò enim aliquid magis accedit ad rationem cauſæ,tantò magis accedit ad rationem certitudinis; ſapientia enim magis accedit ad rationem cauſæ,quàm ſcientia;& hoc eſt;quia conſiderat cauſas ultimas,& altiſsimas:Ex eodem ſequitur, ſcilicet, ꝙ ſapientia ſupra ſcientiam habet quartum gradum,de quo dicit Philoſophus. Qui enim docet per cauſas altiſsimas,quod facit ſapiẽtia;magis docet, quàm qui docet per quaſcunq; cauſas,ꝙ facit ſcientia.Ex eodem enim ſequitur, ꝙ ſapientia ſupra ſcientiam addit quintum gradum,de quo dicit Philoſophus. Eo enim ipſo, ꝙ ſapientia eſt per cauſas altiſsimas,maximè eſt propter ſcire:licet enim ſcientia ſpeculatiua ſit propter ſcire:tamen ſapiẽtia maximè eſt propter ſcire;nam quantò ſcibile nobilius eſt, tantò ſuum ſcire,& ſua ſcientia deſiderabilior eſt: cauſæ autẽ altiſsimæ,circa quas eſt hæc ſcientia,in fine nobilitatis ſunt: & ideò huiuſmodi ſcientia maximè propter ſe deſiderabilis eſt, & non ratione alterius. Ex eodem ſequitur,ꝙ ſapientia ſupra ſcientiam addat ſextum gradum,de quo loquitur Philoſophus:nam eo ipſo, ꝙ ſapientia eſt circa cauſas altiſsimas,eo ipſo habet gradum cuiuſdam regiminis reſpectu aliarum ſcientiarum;illa autem ſcientia, quæ habet gradum regiminis reſpectu aliarum ſcientiarum, Architectonica,& principalis uocatur reſpectu illarum; concludimus ergo, ꝙ ſapientia ſcientia eſt, ſed non in quolibet gradu:ſed ſapientia eſt ſcientia cum iſtis ſex prærogatiuis;ita ꝙ omnis ſapientia ſcientia eſt,ſed non econuerſo: quia iſti ſex gradus conueniunt huic

Cauſa altiſſima habẽt aſpectũ ad omnia.

Scientia,& ſapiẽtia sũt habitus diſtincti contra opinion.

Quantò aliquis magis accedit ad rationem cauſæ, tãtò magis accedit ad rationẽ certitudinis

Quantò ſcibile nobilius, tantò ſuum ſcire, & ſcientia deſiderabilior.

Aliter hic 3 & 5. & 6. Eth. accipit Phil. ſapiẽtiam.

A ſcientiæ: ideò hæc ſcientia ſapientia poteſt dici. Deinde cum dicit.

Quia uerò non actiua palam ex primis philoſophantibus:nam propter admirari homines nunc, & primum inceperunt philoſophari:a principio quidem pauciora dubitabilium mirantes: deinde paulatim procedentes,& de maioribus dubitantes;ut de luna & ſolis affectibus,de ſtellis,de ortu etiam uniuerſi. Qui uerò dubitat,& admiratur,is ignorare ſe arbitratur. Quapropter & fabularum amator Philoſophus quodammodo eſſe uidetur: ex mirabilib. enim fabula conſtat. Quare ſi, ut ignorationem fugiant, philoſophati ſunt;patet ob cognitionem,& non uſus cuiuſquam gratia ſcientiam illos eſſe ſequutos. TEX. X.

Poſtquam oſtenſum eſt,ꝙ hæc ſcientia ſapien-
B tia eſt;oſtendit,ꝙ hæc ſcientia ſpeculatiua eſt: & diuiditur in duas partes:quia primò hoc oſtenditur,ſecundò oſtendit, ad quem terminum tendit omnis ſcientia ibi: [oportet autem aliqualiter cõſtituere.] Prima pars in quatuor partes;quia primò oſtendit,ꝙ hæc ſcientia ſpeculatiua eſt,ſecundò ꝙ libera eſt,tertiò ꝙ non humana, quartò ꝙ honorabiliſsima eſt:ſecunda ibi,[ſed ut dicimus] tertia ibi: [propter ꝙ & iuſtè non &c.] quarta ibi [nec talis aliam.] Prima in duas partes; quia in prima parte probat per rationem,ꝙ hæc ſcientia eſt ſpeculatiua, ſecundò per ſignum: ſecunda ibi, [teſtantur autem ipſum] ratio prima talis eſt. Omnis ſcientia,quæ ſolùm eſt propter fugã ignorantiæ, eſt ſpeculatiua; hæc eſt huiuſmodi; er-
C go &c.Circa autem iſtam rationem ſic procedit: quia primò oſtendit, ꝙ aliquæ ſcientiæ inuentæ ſunt propter fugam ignorantiæ, ſiue ſolùm ad ſugandum ignorãtiam;& e numero quarum eſt iſta, ſecundò concludit ex hoc,ꝙ ſpeculatiuæ ſint: ſecunda ibi, [quare ſi ad ignorantiam.] Circa primum dicit,ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ hæc ſcientia nõ eſt actiua,ſed ſpeculatiua;quod patet ex ſui inuẽtione;nam hæc ſcientia cum aliis ſcientiis inuenta eſt ad fugam ignorantiæ.primò enim philoſophantes propter admirari cœperunt philoſophari:in principio tamen cœperunt admirari pauciora,& minora;paulatim tamen procedendo cœperunt admirari maiora,& difficiliora;ſicut de paſſionibus lunæ & ſolis, & de paſsionibus aſtrorũ,
D & de generatione uniuerſi; quia autem admirabantur,dubitabant:nam admiratio ex dubitatione conſurgit; quia ubi admiratio, ibi dubitatio; ubi autem dubitatio,ibi ignorãtia eſt:& ideò plurimi Philoſophi dubitantes,ignorabant; & ideò, ut fugaretur iſta ignorantia, cœperunt quærere ſcientiam;uolentes ſcire mirabilia, de quibus mirabantur:unde & Philoſophus uocatur Philomithos,ideſt auditor,& amator fabulæ:fabula namque conſtituitur ex quibuſdam miris,quaſi dicat; ſicut fabulæ certè miræ ſunt, & quædam in conſueta dicunt,ſic & Philoſophi circa mirabilia uerſabantur.Deinde cum dicit.

Metaphyſica ſcientia ſpeculatiua eſt.

Metaphyſica cur inuẽta?

Admiratio ex dubitatione cõſurgit; & ubi dubitatio, ibi ignorantia.

Fabula ex quibus conſtat.

Quare ſi ad ignorantiam effugiendam philoſophati ſunt, palam quia propter ſcire, ſtudere perſecuti

 ſunt,

sunt, & non usus alicuius causa.

Concludit conclusionem suam, dicens, quòd si hæ scientiæ inuentæ sunt ad fugandam ignorantiam; manifestum est, ꝙ sunt propter scire, & nó causa alicuius usus; cum enim scire, & ignorare opponantur, nullus fugit ignorantiam, nisi qui appetit scire.

Is fugat ignorantiam, qui scire appetit.

Modus in inuentione scientiarũ.

Notandum est, ꝙ iste fuit modus in inuentione scientiarum; Philosophi enim uiderunt quia est, uidebant enim quia luna deficit a lumine, uidentes autem quia est, admirabãtur propter quid est: uidentes enim ꝙ lumen deficit, admirabantur propter quid deficit: si enim sciuissent causam huius, scilicet propter quid deficit, nõ fuissent ad mirati: omne enim mirãdum consurgit ex eo, ꝙ scitur quia est; sed ignoratur propter quid est: Philosophi ergo uidentes quia est, cœperunt admirari, & quare hoc admirabantur, nisi quia ignorabant causas, & cœperunt quærere causas, ut fugarent illam ignorantiam; & quærebant ipsum scire, quod fugabat ignorantiam: quando enim duo opponuntur, si unum oppositorum cadit sub fuga, oportet ꝙ suum oppositum cadat sub appetitu; ideò ergo fugabant ignorantiam: quia appetebant scire: Vnde notãdum est, ꝙ semper odiũ, & fuga causantur ex amore; non enim odio habeo aliquid, uel fugio, nisi quia contrariatur alicui bono, quod amo. Si ergo fuga fuit respectu ignorantiæ, hoc fuit propter hoc, ꝙ amor fuit ad ipsum scire. Deinde cum dicit.

Admiratio unde cõsurgit.

Oppositorũ si unum cadit sub fuga; & alterum sub appetitu.

Actus negatiuꝰ præsupponit actũ affirmatiuum, siue positiuum; sicuti uelle, et nolle; uelle est actus positiuus, quo acceptatur obiectũ conueniens; nolle est actus negatiuus, quo potentia resilit ab obiecto disconuenienti, & semper nolle præsupponit uelle; ita se habet scire, & ignorare: ignorantia est obiectũ cõtrariũ potentiæ: & scire obiectum conueniens: respectu primi ẽ odium, respectu secũdi est amor: quare fit, ut odium semper præsupponat dilectionem.

Testatur aũt ad ipsum, quòd contingit: ferè enim omnibus inuentis, quæ ad necessaria, et facilitatem, ac ad degẽdum conducant, huiusmodi prudẽtia quæri cœpta est; patet itaque, quòd ob aliam nullam utilitatem quærimus.

Probat ꝙ dixit per signum, dicens, ꝙ signum est, ꝙ hæ scientiæ sunt inuentæ propter scire, & per consequẽs sunt speculatiuæ; quia cunctis existentibus, quæ sunt ad necessitatem uitæ, & quæ sunt ad uoluptatem, & etiam quæ sunt ad introductionem aliarum scientiarum, hæc scientia cœpit inquiri: ex quo patet, ꝙ non est inuenta propter necessitatem, uel propter uoluptatem, sed propter scire. Notandum est, ꝙ si Philosophi, qui inuenerunt hanc sciẽtiam; non habuissent ea, quæ sunt necessaria uitæ, uel uoluptati; posset moueri aliquis ad credendum; ꝙ quæreret hanc scientiã, ut hoc haberet; sed quia hoc habebant, signũ est, ꝙ non propter hoc quæsierunt, nec etiam ad introducendum alias scientias: quia iam scientiæ introductoriæ inuentæ erant; sed propter aliquid aliud. s. propter scire. Notandum ꝙ sicut bonum argumentum esset sic arguere, hæc scientia inuenta est ad fugandum, quod opponitur uoluptati, uel illud, quod opponitur uitæ. ergo hæc scientia est propter necessitatem uitæ, uel propter uoluptatem; ita bonum argumentum est, hæc scientia reperta est ad fugandum ignorantiam tantùm, quæ opponitur ipsi scientiæ: ergo huiusmodi sciẽtia est propter scire. Deinde cum dicit.

E *Sed ut dicimus, homo liber, qui suimet, & non alterius causa: sic & hæc sola libera est scientiarum. Sola namque hæc suimet causa est.* TEX. XI.

Ostendit, ꝙ hæc scientia libera est, & est ratio sua talis. Illa scientia libera est, quæ est causa sui ipsius tantùm; hæc est huiusmodi; ergo libera est: hoc est, quod dicit, ꝙ ille homo liber est, qui est causa suimet, & non alterius: ita hæc scientia libera est; quia de numero scientiarum hæc sola suimet est causa.

Quæreret quis, Vtrum hęc scientia sit causa suimet? Dicendum est, ꝙ uno modo scientię speculatiuę diuiduntur ex opposito contra practicas & mechanicas alio modo diuiduntur contra omnes alias speculatiuas, secundùm ꝙ scientię speculatiuę diuiduntur contra mechanicas; sic omnes F scientię speculatiuę dicuntur esse causa suimet respectu illarum; cuius ratio est; quia omnes illę quęruntur propter scire, & ad fugam ignorãtię; alię autem mechanicę quęruntur propter aliquã utilitatem, & ad fugandum oppositum illius: non enim quęrunt fugam ignorantię, sed fugam illorum, quę opponuntur nobis. Si autem diuidatur una scientia speculatiua contra alias, ita quòd hęc scientia diuidatur contra omnes, sic huiusmodi sola causa est suimet; cuius ratio est, quia omnes ordinantur ad illam, & non econuerso.

Quæstio.

Scientiæ speculatiuæ quo diuidãtur.

Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hęc scientia principalior est respectu aliarum: & per consequens causa suimet: est enim duplex principalitas, quędam in scientiis speculatiuis, & quę G dam in scientiis practicis; de prima loquitur hic Philosophus, de secunda loquitur primo Ethicorum. In scientiis speculatiuis principalitas est ex ratione uniuersalitatis; nam quia huiusmodi scientia considerat causas altissimas, & uniuersalissimas, ad quas stat tota resolutio entium; ideo hęc scientia uniuersalis est, & habens quandam principalitatẽ ad omnes alias: Debemus enim imaginari, ꝙ sicut omnes conceptus resoluuntur ad cõceptum entis; ita omnes scientiæ suo modo resoluuntur ad istam; & ideo hęc, quia non resoluitur ad aliam scientiam physicam (licet fortè resoluatur ad scientiam fidei) dicitur esse principalis, & causa suimet; alię autem, quę resoluuntur ad istã, H dicuntur non suimet causa, nec liberę: & iõ dicit Philosophus, ꝙ hęc sola libera est: Sic ergo habemus de principalitate in speculatiuis, de qua qui dem loquitur hic Philosophus. Alia est principalitas in practicis, de qua loquitur Philosophus primo Ethicorum, quę quidem principalitas consurgit ex hoc, ꝙ scientia considerat finem ulteriorem, ad quem ordinantur fines aliarum scientiarum. Videmus enim quòd finis equestris ordinatur ad finem militaris, quę est regitiua exercitus, & finis militaris; nec equestris debet dici libera, neq; causa suimet: sed solũ politica, quę habet ex suo fine quoddam regimen super alias. Deinde cum dicit.

Præstantia siue principalitas duplex.

Sicut omnes conceptus resoluuntur ad conceptum entis, ita omnes scientiæ ad metaphysicam.

Quõ metaphysica sit resolubilis.

Propter quòd & iustè non humana eius putetur pos-

poſſeſsio. Multipliciter enim hominum natura ſerua eſt.

Natura humana multipliciter ſerua.

Oſtendit, ꝙ hæc ſcientia humana non eſt, & diuiditur in duas partes: quia primò oſtendit hoc: ſecundò excludit quendam errorem ibi: [quia ſecundùm Symonida.] primò facit talem rationẽ. Illa ſcientia non debet iudicari humana, quæ non poteſt perfectè poſsideri ab homine, hæc eſt huiuſmodi; quia enim humana natura ſubdita eſt multis neceſsitatibus, & quaſi ſerua, non poteſt perfectè ſcire hãc ſcientiam; & ideò humana nõ eſt. Notandum eſt, ꝙ tunc ſcientia perfectè poſſidetur, & habetur; quando ſciens illam ſcientiam perfectè conſequitur naturam ſcibilis, ꝙ ſcitur in illa ſcientia: ſi ergo aliquis deberet perfectè habere hanc ſcientiam: oporteret ꝙ perfectè conſ- B -queretur naturam ſcibilis; ita quòd perfectè ſciret naturam entis inquantùm ens, & naturã ſubſtantiarum ſeparatarum, quæ poſſet ſciri per hãc ſcientiam; ſed hoc non eſt poſsibile homini: propter enim multas neceſsitates, quas patitur, auertitur a multis, quæ deberent quæri infra hanc ſciẽtiam. Deinde cum dicit.

Tunc perfectè habetur ſciẽtia, quã de ſcitus perfectè conſequuntur naturam ſcibilis, quòd ſcitur in ſcientia illa.

Quia ſecundùm Symonidem, ſolus quidem Deus hunc habet honorẽ. Virum uerò nõ dignum quærere, quæ ſecundùm ſe eſt ſcientiam. ſic autem dicunt aliqui Poetæ: quia Diuinum natum eſt inuidere: & in hoc contingere, maximè uerisimile, & infortunatos omnes in effectos eſſe. Sed nec Diuinum inuidum eſſe conuenit; ſed ſecundùm Prouerb. Multa mentiuntur Poetæ, C

Error Symonidis excluditur.

Excludit quendam errorem cuiuſdam Symonydis: qui dicit, ꝙ homo non habet hanc ſcientiam: ſed ſolus Deus; cuius ratio eſt, non quia homo non poſſet conſequi, ſicut dictum eſt: ſed quia Deus inuidet homini, nec ſibi uult communicare tantum bonum: Et hoc eſt, ꝙ dicit litera, ꝙ Symonides Poeta dixit, ꝙ ſolus Deus hunc habet honorem: quia. ſ. ſolus habet hanc ſcientiam. quia ſ. ſecundùm Poetas Deus eſt aptus natus inuidere homini, maximè ſibi inuidet in iſto, ſcilicet in iſta ſcientia. Vnde Poetæ dixerunt ſuperfluos, & imperfectos etiam infortunatos, quæ quidem imperfectio oritur ex eo, quòd ex inuidia non largitur eis perfectiouem; ſic ergo hi Poetæ dicunt: tamen ſicut dicitùr in prouerbio, Poetæ multa mẽ- D -tiuntur: Deum enim non conuenit eſſe inuidum. Licèt enim Deus infundat omnem perfectionẽ, & ab eo ſit omnis perfectio; tamen nunquam ſubtrahit alicui aliquam perfectionem ex inuidia: inuidia enim triſtitia eſt ex alieno bono, inquãtùm alienum bonum poteſt diminuere proprium; in Deo autem triſtitia non cadit; nec etiam bonum eius diminui poteſt. Deinde cum dicit.

Ex his elici poterit, in ma Philoſophi, Deum nõ agere ex neceſsitate naturæ, ſed ẽx libertate uoluntatis.

Deus nulli inuidet.

Nec tali aliam honorabiliorem oportet exiſtimare: natura maximè diuina, & maximè honoranda. Talis autem dupliciter utique erit ſolùm. Quam. n. maximè Deus habet, Dea ſcientiarum eſt, & utique ſi qua ſit Diuinorum. Sola autem iſta ambo hæc ſortita eſt. Deus autem uidetur cauſa omnibus eſſe, & A *principium quoddam; & talem aut ſolus, aut maximè Deus habet. Neceſſariores quidem igitur omnes ipſa; dignior uerò nulla.*

Oſtendit Philoſophus, ꝙ hæc ſcientia honorabiliſsima eſt, & facit talem rationem. Illa ſcientia eſt maximè honorabilis, quæ eſt maximè diuina, hæc eſt maximè diuina: ergo eſt maximè honorabilis. Circa hanc rationem ſic procedit: quia primò ponit maiorem: dicens, quòd nulla alia ſcientia eſt magis honorabilis, quàm iſta: quia iſta ſcientia eſt maximè honoranda: quia eſt maximè diuina: ſecundò probat minorem, ſcilicet ꝙ hæc ſcientia eſt maximè diuina: dicens, quòd aliquam ſcientiam eſſe diuinam, eſt duobus modis: uel quia eam habet Deus, uel quia eſt de rebus di- B -uinis; & de Deo; hæc autem ſcientia ſecundùm hæc ambo eſt diuina: hæc enim ſcientia de principalibus cauſis eſt; cũ ergo Deus ſit inter cãs; quia cauſat eſſe in omnibus; ideò hæc ſcientia eſt de Deo: & ita dicitur diuina uno modo: hanc etiam ſcientiam uel ſolus Deus habet, uel maximè habet eam: quia nullus perfectè conſequitur naturam huius, quòd ſcitur in hac ſcientia, ut Deus; & ideò maximè Deus ſolus uidetur habere hanc ſcientiam: & ſic hæc ſcientia diuina dicitur. Secũdo modo, quia maximè eam habet Deus. Eſt ergo diuina duobus modis, uel quia de Deo eſt: uel quia Deus maximè eam habet; & ſic ſuper omnes digna eſt, & honorabilis; aliæ autem ſcientiæ magis ſunt fortè neceſſariæ, quàm hæc; ſed tamen C quàm maximè hæc digna eſt.

Metaphyſica eſt honorabiliſsima.

Aliquam ſcientiã eſſe diuinam dupliciter.

Quæreret quis, Vtrum hæc ſciẽtia ſit de Deo, ſicut dicit Philoſophus? Dicendum eſt, ꝙ hanc ſciẽtiam eſſe de Deo, poteſt intelligi duobus modis: Primo modo, quòd ſit de Deo, ut de ſubiecto: ſecundo modo, ꝙ ſit de Deo, ſicut de illo, in quo maximè ſeruatur ratio ſubiecti. Si primo modo intelligatur, ſic dicendum eſt, ꝙ hęc ſcientia non eſt de Deo.

Quæſtio.

Scientiã aliquam eſſe de Deo dupliciter.

Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ ſicut dictum eſt primo Poſteriorum omnis ſcientia ſubiectum habet, & partes ſubiecti, & paſsiones, quæ probantur de ſubiecto; ex paſsionibus ergo quæ probantur in hac ſcientia, poſſumus probare, & uidere, ꝙ eſt ſubiectum in hac ſcientia: ſi D ergo Deus eſſet ſubiectum in hac ſcientia, oporteret, ꝙ paſsiones, quæ quærerentur in hac ſcientia: eſſent proprietates, ſiue partes Dei; cum ergo hoc ſit falſum, Deus non eſt ſubiectum in hac ſciẽtia; nec hæc ſcientia eſt de Deo tanquam de ſubiecto: ſed quia paſsiones, quæ hic quæruntur, ſunt paſsiones entis inquantùm ens; partes etiam ſubiecti ſunt partes entis. Et appello hic partes, ea, ĩ quæ diuiditur ens; ſicut ens diuiditur in decẽ prædicamenta, & in potentiam, & actum; & in unum & in multa: & ideò hęc ſcientia, quia quęrit paſsiones entis, & etiam paſsiones partium entis, ſicut paſsiones decem pędicamentorum: paſsiones etiam actus, & potentię; paſsiones unius, & multi; quare ſit, quòd hęc ſcientia ſit de ente inquantùm

Subiectum. ſcientia unde uenari poſſumus.

Quõ Deus non poteſt eſſe ſubiectũ metaphyſices.

quantùm ens, tanquàm de fubiecto, & non de Deo:& hoc fuit primum,quòd oftendi debuit. f. quòd hęc fcientia non eft de Deo,tanquam de fubiecto:Secundum quod debet oftendi; eft, quòd hęc fcientia eft de Deo tanquam de eo, in quo principaliter, & maximè referuatur ratio entis, quòd eft fubiectum.

Ad cuius euidentiam notandum eft, quòd entis duplex eft analogia; eft enim quędam analogia entis eo modo,quo dicimus,quòd decem prędicamenta habent analogiam ad fubftantiam; cũ enim accidentia nõ fint entia,nifi quia entis; hoc eft dicere,cum accidentia non habeant effe, nifi propter effe fubftantię; oportet quòd omnia prędicamenta habeant analogiam ad effe fubftantię; Alia eft analogia entis,fecundùm quòd dicimus, quòd entia materialia analogiam habent, & attributionem ad ens immateriale:& de hac analogia & attributione optimè loquitur Boetius, uolens, quòd hęc materialia deducta fint ex immaterialibus;unde uocat immaterialia formas; materialia uocat imagines illarum formarum: ipfum enim immateriale primum eft quędam principalis forma;ad cuius imagines,uel imitationem omnia facta funt:ficut ergo analogia eft inter imaginem, & illud,cuius eft imago; ita eft analogia inter materialia,& immaterialia.Cum ergo fit duplex analogia entis,de utraque analogia,& de utroq; ente analogo confiderat hęc fcientia:confiderat. n. de ente,quòd eft analogum ad decem prędicamenta:& etiam confiderat de ente,quòd eft analogum ad materialia,& immaterialia:Sicut ergo confiderando de ente,quòd eft analogum ad decem prędicamenta, principaliùs confiderat de fubftantia,quàm de aliis prędicamentis. & hoc, quia ibi principaliùs referuatur ratio fubftantię entis: Non enim accidentia funt entia, nifi quia funt difpofitiones entis primi, quòd eft fubftantia:Ita determinando de ente, quod eft analogũ ad materialia, & immaterialia,principaliùs determinat de ente,fecundùm quòd faluatur in re immateriali,quàm in re materiali; & hoc quia ibi referuatur ratio entis,ut iam dictum eft: entitas rofpectu materialium deducta eft ex entitate refpectu immaterialium:& ita patet,quòd hęc fcientia eft de Deo tanquam de eo, in quo principaliter faluatur ratio entis,& maximè:Quod fuit fecundum oftendendum. Deinde cum dicit.

Duplex entis analogia.

7. Meta. 2.

Immateria lia dicütur forma, materialia uerò imagines

Analogia inter materialia, & immaterialia.

Accidentia quo funt entia.

Metaphyfi cam effe de Deo, quo in telligitur.

Oportet tamen aliqualiter conftituere ordinem ipfius ad contrarium nobis earum, quæ a principio quæftionum.

Oftendit ad quem terminum tendit hæc fcientia: & diuiditur in tres partes; quia primò ponit conclufionem fuam, fcilicet ad quem terminum tendit hæc fcientia:fecũdò manifeftat eam:tertiò concludit quicquid dictum eft de hac fcientia in hoc procemio:fecunda ibi[quidam enim, ut dixi mus]tertia ibi,[quædá igitur.] Dicit ergo primò quòd oportet uidere ordinem huius fcientiæ, & conftituere fibi terminum ad contrarium queftio

E num, quæ fuerunt a principio. Notandum eft,ꝙ addifcere fcientiã eft quidam motus;eo ergo modo iudicabimus de ipfo addifcere,quòd eft quidã motus ad fcientiam; ficut indicabimus de motu: Videmus enim quòd omnis motus terminatur ad aliquem terminum, qui terminus contrariatur termino,a quo incipit addifcere: ita ꝙ illud, ad quod terminatur motus;contrariatur illi,a quo incipit:Ita fimiliter cum addifcere fit quidã motus, terminatur ad aliquid, a quo incipit addifcere;nã addifcẽs in principio motus dubitat,& quærit; in fine autem apud eum ceffat omnis quæftio,& omnis dubitatio. Deinde cum dicit.

Addifcere eft quidam motus.

Sicut fe habet motus ad formam, ita fe habet addifcere ad fcientiam.

F *Incipiũt quidem homines (ut diximus) omnes ad mirari, fi ita habent quemadmodum mirabilium au tomata nondum fpeculantibus caufam; aut circa folis conuerfionem,aut diametri non commenfurationẽ. Mirum.n. uidetur effe omnib. fiquid numerorũ non menfuratur. oportet autem in contrarium,et ad digníus (iuxta prouerbium) proficiens, quemadmodum et in his, cum didicerint. Nihil enim ita mirabi tur uir geometricus quàm fi diameter commenfurabilis fiat.*

Manifeftat qđ dixit, & eft manifeftatio fua talis;omnis fcientia ab ignoratione incipit;quia,ut dictũ eft fuperiùs,ex admirari ceperunt homines philofophari; fed ubicunque eft admiratio, ibi ignorantia; ergo fcientia incipit ab ignorari, fed terminatur ad fugam ignorantiæ, & ad contrariũ illius: ergo inuentio fcientiæ & fcientia terminatur ad contrariũ eius,a quo incipit. Hoc eft,quòd
G dicit litera,quòd omnes querentes fcientiam, ecœperunt admirari,fi res ita fe habent, ficut nos admiramur authomata,nondum fpeculantes cãm illarũ:Dicũtur aũt automata,quæ uidẽtur a cafu accidere;quia caufa ignoratur:quãdò.n.aliqua mirabilia accidunt,quorum caufam ignoramus: Sicut etiã admiramur folis cõuerfiones,f. quomodo aliquando conuertatur ad tropicum æftiuum,aliquã do ad tropicum hyemalẽ; hoc enim admiramur, ignorantes caufam: Sicut ergo admiramur, quare diameter non commẽfuratur coftę; mirum enim uidetur, quomodo aliquid quòd non eft de numero numerorum & indiuifibiliũ,ficut eft diameter & cofta,non poteft commefurari: ignoran
H tes ergo caufam admiramur: & fic fcientia incipit ab admiratione, fed oportet ꝙ terminetur ad contrariũ illius:ficut omnis perfectio & confummatio(ut in prouerbio dicitur)terminantur ad cõtrarium:ficut aliqui debiliter incipiũt,& fęliciter confummant;fic & doctrina ad contrarium admirationis terminatur;Philofophus.n. antequã fciret cãm, admirabatur; quia diameter non eft cõmenfurabilis;fcita autẽ caufa,non ampliùs admiratur;uel enim admirabitur tãtùm uir geometer, quàm fi diameter effet çommẽfurabilis. Deinde cum dicit.

Scientia initium fumit ab admiratione.

Quæ quidem ergo funt naturà quæfita fciẽtiæ,dictum eft, & quæ fit intentio, quæ oportet adipifci queftionem, & totam methodum.

Oftendit

Metaphysica est speculatiua, & libera.

Ostendit quò scia speculatiua est, & libera, & sic de alijs; concludit illud, quod dictum est, dicens: quòd dictum est, quæ sit natura scientiæ quę sitę, quo modo, scilicet speculatiua est, & libera, et sic de alijs proprietatibus: dictum est etiã, quæ est intentio huius scientiæ, quàm intentionem oportet habere omnem quæstionem, & omnẽ methodum, & omnem artem; quia omnis methodus, & omnis ars intendit ad contrarium eius, quod fuit in principio; quia admirabantur causas; causis aut cognitis, cessat admiratio. Notãdum est, ut uideatur litera, quòd differentia est inter diuisibile & indiuisibile, puta inter unitatem & numerum; quia indiuisibilia non mensurantur, nec habeut naturam resolutionis ad aliquid prius; si ergo indiuisibilia essent mensurabilia, essent resolubilia ad aliquid prius; hoc autem est falsum: de natura enim indiuisibilis est, quòd sit quoddam minimũ, ad quod stet tota resolutio, & ipsum ampliùs non resoluatur: Debemus ergo imaginari ꝙ indiuisibile non mensuratur; quia est primũ et minimum; ipsa autem diuisibilia mensurabilia sunt; quia resolubilia sunt; numerus omnis mensuratur ab unitate, quia ad illam resoluitur; si ergo diameter uel costa esset de numero minimorum, quia minima non mensurantur, non esset mirum uidere quare non mensurantur; sed quia sunt de numero diuisibilium, mirabile uidetur, quòd non mensurantur: Quòd ut uideatur meliùs, notãdum est, quòd duo aliqua mensurari per aliquod tertium est, ea resolui ad aliquod tertium per quòd mensurantur, sicut senarium & octonarium numerum mensurari per binarium, est, ea resolui ad binarium, per quem mensurãtur: omnes enim quantitates duæ cõmensurabiles sunt; quia ergo quantitas commensurabilis, est resolubilis; & omne resolubile est diuisibile; ergo duo indiuisibilia; sicut est punctus & unitas; commensurabilia non sunt: Duorũ etiam, quorum unum est diuisibile, aliud indiuisibile, sicut est numerus, & unitas, comunensurabilia non sunt. Si enim numerus, & unitas essent cõmensurabilia; oporteret, quòd resoluerẽtur ad aliquid prius; & sic aliquid esset prius unitate: si ergo diameter & costa essent duo indiuisibilia; uel unum esset diuisibile, & reliquum indiuisibile, statim appareret, quòd essent incommensurabilia adinuicem; & ab hac admiratione incepit scientia de commensuratione diametri, & terminatur ad contrarium eius, sicut dicit Philosophus.

Causis cognitis cessat admiratio.

Vnitas à numero quomõ differt.

De natura indiuisibilis quid.

Indiuisibile cur immensurabile; diuisibile uerò mensurabile.

Duo mensurari per aliquod tertiũ quid.

Punctus, et unitas quare incommẽsurabiles.

Diameter et costa quo se habeant.

Quæstio.

Quæ quantitates adinuicem mensurabiles sunt.

Quæreret quis, Cũ diameter & costa sint duo diuisibilia, quare nõ sunt commensurabilia adinuicem: Dicendum est, quòd omnes duæ quantitates sunt commensurabiles adinuicem, quarũ proportio est adinuicem sicut proportio numeri ad numerũ: illæ ergo quantitates, quę non respiciunt se, sicut numerus numerum; illæ quantitates sunt incommẽsurabiles; tales autem sunt diameter & costa: proportio enim, quæ est inter diametrum & costam, non est sicut proportio numeri ad numerum; & ideo incõmensurabiles sunt, non obstã-

A te quòd de numero sint diuisibilium: non enim quæcunq; quantitates diuisibiles, sunt commensurabiles: sed solùm illæ, quæ habent proportionẽ numeralem. Ad cuius euidentiã notandum est, quòd hæc est differentia inter quantitatem continuam, & discretam, quòd omnes duæ quãtitates discretę commensurabiles sunt; quia possunt mẽsurari per aliquod tertium; omnes enim duo numeri comparati adinuicem per aliquod tertium, mensurari possunt: unde est, quòd non semper illud tertium est numerus; non enim semper duo numeri comparati adinuicem per numerum, possunt mensurari. Nullus enim est numerus, qui aliquotiens sumptus reddat quaternarium, & binarium: Vel duo numeri aliquando non mensurantur per numerum: tamen omnes numeri comparati adinuiceıu per unitatem, mensurari possunt; B quia unitas aliquotiens sumpta, reddit omnem numerum: & sic duę quantitates discretę commensurabiles sunt: duæ autem quantitates continuę, licẽt diuisibiles sint, non semper commensurabiles sunt: cuius ratio est: quia cum hæc mensura reperiatur in quantitate continua, & discreta: tamen per priùs reperitur indiscreta, quàm in continua; nec est commensuratio in continuis, nisi per discreta, inquantùm scilicet continuum resoluitur ad discretum; Illę ergo quantitates continuę, quę possunt resolui ad aliquam proportionem, ita quòd una aspiciat aliam, sicut numerus aspicit numerum; sunt commensurabiles; ex quo enim semper aspiciunt modum numerorum duorum, & (ut dictum est) numeri duo sunt commensurabiles, semper sequitur, quòd illi sint commensurabiles propter resolutiones, quas habẽt ad numeros; Quãdo autem duę quantitates nõ possunt resolui ad aliquam quantitatem numeralem, ita quòd una aspiciat aliam, sicut numerus aspicit numerum; illæ semper sunt incommansurabiles: tales sunt diameter & costa, quia diameter non aspicit costam sicut numerus aspicit numerũ: quod patet. probatũ est enim primò Geometrię, quòd quadratum diametri est duplum ad quadratum costæ; quod nõ esset possibile, nisi diameter aspiceret costam, sicut numerus aspicit numerum. quadratum.n. numerorum nunquam est duplum ad aliud quadratũ; nec proportio numeri quadrati ad aliud quadratum nunquam est dupla. Cum ergo quadratum diametri sit duplũ ad quadratum costæ, non aspicient se, sicut numerus aspicit numerum; & per consequens quadratum diametri & quadratum costæ non habent proportionem numerosam; sequitur quòd nec radices horum quadratorum; quæ radices sunt diameter & costa; non habebũt proportionẽ numerosam: si enim radices essent numerosæ, sequeretur, ꝙ quadrata essent numerosa; sed hoc est impossibile, ergo & primum.

Differentia inter quantitatem continuam, & discretam.

Numerus aliquotus, & non aliquotus.

Duæ quantitates continuæ, licet diuisibiles sint, cur non cõmensurabiles.

Quãtitates incommensurabiles.

Proportio numerosa.

C

D

Quæreret quis. Vtrum sit uerum, quod dicit Phil. quòd semper inuentio sciẽtialis terminatur ad contrarium illius, a quo incipit? Dicendum quòd

Quæstio.

quòd fic,quod possumus uenari duplici uia:cū.n. omnis motus incipiat a priuatione,& a potentia; possumus hoc uenari,& a parte priuationis, & a parte potentiæ:cum enim omnis motus incipiat a priuatione,& a potentia,& in quęsito scientiali fit quidam motus; oportet quòd incipiat a priuatione,& a potentia: prima ergo uia est ex parte priuationis. Ad cuius euidentiam notandum est,quòd omnis motus potētialis incipit ab ignorantia,ut dictum est supra , nam (ut dictum est) Philosophi propter ignorantiam causæ cœperūt philosophari; licèt autē motus scientialis ab ignorantia incipiat:tamen nō ab omni. Est.n.duplex ignorantia.s.negationis,& dispōnis:hic ergo motus non pōt incipere ab ignorantia negationis, ē .n.ignorantia negationis,qñ res totaliter ignoratur: totaliter.n.ignorans nil quęrit , nec dubitat. Omnis aūt motus scientialis a quęstione incipit, sicut dictum est superius , quòd philosophantes scientes quia est,quęrebant propter quid est : similiter in omni motu scientiali aliquid prescitur: quia(ut dictum est primo Posteriorum.) Omnis doctrina , & omnis disciplina ex præexistenti fit cognitione:ubi autem est ignorantia negationis, nihil prescitur : ab illa ergo non potest incipere motus scientialis;ergo oportet, quòd incipiat ab ignorantia dispositionis;quę quidem est,quando de re aliquid prescitur,& aliquid quęritur , quod ignoratur:sicut aliqui priùs scientes quia est, quęrunt propter quid est ; & aliqui prescientes quid nominis,quęrunt quid rei: quia ergo hęc ignorātia contrariatur ei,quod habetur in fine quęstionis,sicut priuatio contrariatur habitui;pluries.n. a Philosopho priuatio & habitus dicuntur cōtraria;ideo benè dictum est, quòd motus scientialis terminatur ad contrarium illius,a quo incipit ; incipit enim ab ignorantia dispositionis , & terminatur ad habitum,terminantem illam ignorantiam , & sic patet prima uia . Secunda uia est ex parte potentię . Ad cuius euidentiam notandum est; quòd sicut motus scientialis non incipit ab omni ignorantia; ita non incipit ab omni potentia:aliter enim est in potentia non sciens, & ignorans,qui non habet habitum ad scire;& aliter est in potentia sciens in habitu ad scire , sicut potest haberi in secundo de Anima:motus autem scientialis incipit a prima potentia , & non a secunda: Debemus ergo imaginari, quòd sicut motus naturalis est deductio potentię materię ad formā & ad actum formę; ita motus sciētialis est deductio potentiæ intellectualis ad actum; hęc aūt potētia, quæ fit per hunc motum, deducitur ad actum; & non debet dici potentia secunda, sed prima:non enim aliquis dicitur addiscere,quia deducitur ex habitu ad actum : non enim ex hoc addisco hanc conclusionem, triangulus habet tres , quia a casu considero eam;sed est motus scientialis, & addiscere ex hoc,quòd aliquis de nōn sciēte in habitu fit sciens in habitu uel in actu.Et sic hæc potētia, a qua incipit hic motus;non est potentia actualis,

Motus initium sumit a priuatione, et potentia.

Motus potētialis unde incipit.

Ignorantia duplex.

Motus scientialis unde oritur.

Tex.Cō. 1.

Motus scientialis nō ab omni ignorantia incipit.

Discrimē inter nō scientem, et ignorantem.

E quæ compatitur se cum habitu , sed quoniam aliquis sciens dicitur esse in potentia,ut consideret; sed est potentia essentialis , quæ est ad habitū sciētię;nec stat cū illo. Quia ergo hic habitus,et hęc potentia se non compatiuntur, contraria sunt ; & quia hic motus scientialis incipit ab ista potētia , & terminatur ad habitum, ideo bene dictum est, quòd terminatur ad contrariū eius,a quo incipit .

QVoniam autem manifestum est ; quòd earum , quæ a principio cārum oportet sumere scientiam:tunc enim scire dicimus unumquodque, quando primam causam dignoscere putamus. TEX. XII.

Terminato procemio,incipit tractatus;qui quidem tractatus diuiditur in duas partes;cū.n. hæc sciā sit circa cās,& ueritatem cārum,primò deter-
F minat de ueritate causarū secundùm opinionem aliorum : secundò secundùm opinionem propriā secunda in principio secundi libri [De ueritate theoria]Prima pars in duas partes:quia primò ponit intētum suum, scilicet quòd determinandum est de causis:secundò determinat de eis secundū opinionem aliorum,ibi [Accipiamus tamen.]Prima in duas,quia primò ostendit,quòd determinādum est de causis ; secundò numerat illas causas ibi, [Causæ uerò:] Dicit ergo primò, quòd uerū est, quòd in principio debemus sumere sciētiam causarum: hoc enim requirit ratio scientiæ: tunc enim putamus scire unumquodque, quando primam causam cognoscimus : non est enim aliud scire rem : quàm scire causam resoluere ad cau-
G sam primam. Vocatur autem causa prima , quæ irresolubilis est: sicut enim omnia media ad primum resoluuntur,sic omnes causæ mediæ ad primam resoluuntur , & ibi stat resolutio . Deinde cum dicit.

Ratio scientia quid requirit.

Causæ uerò quadrupliciter dicuntur,quarū quidē unam causam dicimus esse substantiā,& quod quid erat esse.Reducitur enim ipsum quare primum ad rationem ultimam. causa autem & principium ipsum quare primum. Vnam uerò materiam & subiectū. Tertiam autem unde principium motus. Quartam uerò causam ei oppositam , & quod est cuius causa, & bonum. Finis igitur generationis & motus omnis hic est.Sufficienter quidem igitur de his speculatum est in his,quæ de Natura. TEX. 13.

H Ponit numerum causarum dicens , scire ergo est per causam ; quæquidem causæ dicūtur quatuor modis,quarum una est causa formalis,quam dicimus esse substantiam,& quod quid esse rei;ipsa enim est,quæ largitur rei substantiam, & quiditatem;ipsa etiam est, per quam scitur quid rei omne enim quare , & omnis quæstio;quæ quærit de quiditate;reducitur ad causam formalem,incipiēdo a formis proximis procedendo usque ad formam ultimam,in qua est status:quasi dicat,omnis quæstio de quiditate quærit formam ; in formis autem non est abire in infinitum: quia deueniendum est ad differentiam ultimam, in qua cessat quæstio;si autem hæc forma terminat quæstionē, oportet

Licet forma sit substantia, et quod quid est rei, non tamen secluditur materia a quiditate rei.

In formis non progreditur in infinitum.

oportet quòd sit causa & principium; quia omne qđ respondet ad qōnem, quæ quærit cām & principium; cā, & principium est: secunda aūt cā est causa materialis, quam uocamus materiam & subiectum; Est autem differentia inter materiam & subiectum, cum enim materia, sicut dicit Comentator de substātia orbis; substātificetur per posse, cut potētia dicitur duobus modis, ita & materia: est enim potentia quædam ad formam substantialem: & illud principium, quod est in tali potentia, uocamus materiam: est alia potentia ad formam accidentalem: & illud principium, quod est in tali potentia, uocamus subiectum. Hæc enim uidetur esse differentia inter materiam & subiectum, quia materia nihil ostendit in actu; subiectum autem dicit aliquid in actu: quia ergo quod est in **B** potentia ad formam substantialem, non habet actum priorem de se; quia forma substantialis est actus primus, ideo tale uocatur materia: quia autem hæc, quæ est in potentia ad formam accidentalem est in actu primo per formam substantialem, ideo uocatur subiectum. Tertia autem causa & tertium principium est causa efficiens, unde est principium motus: Vocatur autem ista causa, unde est principium motus; licet enim motus sit in mobili, ut dicitur in tertio Physi. tamen non est ibi nisi per uim agentis; est enim motus actiuè ab agente, subiectiuè in mobili; sed quia non est immobili nisi per mouens & efficiens; ideo efficiēs uocatur, unde est motus: Quarta autem causa est finalis, quam dicimus esse oppositam causæ agen **C** ti, & hæc est cā, cuius cā fiunt oīa, quæ fiūt; & hoc est ipsum bonum, quia finis & bonum conuertuntur: hæc enim est causa, quæ finis generationis & motus est. Sic ergo quatuor sunt causæ, de quibus sufficienter speculatum est in his, quæ de natura, & hoc in libris Physicorum. Notandum est, quòd causa finalis & finis dicitur opponi agenti; cuius ratio est, quia finis est primus in intentione, & tamen est ultimus in operatione; primò enim finis est in conceptu & in intenrione agentis, & sub isto modo, ut est in intentione, & in conceptu, finis mouet agentem; agens autem sic motum: nititur ut per suam operationem finis, qui est in cōceptu, fiat in effectu; & qui habebat esse intentionale, habeat esse reale: finis enim sub esse intētio- **D** nale mouet agentem; ut autem & sub esse reali, fit ab agente; et sic agens respectu finis, ut finis habet esse reale, habet rationem principij, finis autem habet rationem termini: & ideo secundùm hoc, sicut terminus & principium motus opponuntur, ita agens & finis. Deinde cum dicit.

Materia, et subiectū differunt.

Potētia duplex.

Causa efficiens est principium, unde motus; non ex hoc quòd efficiens mouēdo efficiat, quoniā non omne agens mouendo agit, sed quādo dicit operationem.

Finis sortitur tria nomina.

*Accipiamus tamen priores, qui ante nos ad entium perscrutationem uenientes, & de ueritate philosophantes: palam enim: quia & illi dicunt principia quædam, & causas: si igitur illorum scientias in medium attribuerimus, aliquid eueniet san*ē*, quod ad propositum doctrinæ huius accommodabitur. Aut enim aliud aliquod commune genus inueniemus; aut certè magis eorum dictis credemus.*

A Incipit determinare de causis secundùm opinionem aliorum; & diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quare recitandæ sunt opiniones illorum circa causas; secūdò incipit eas recitare ibi [primùm igitur philosophantium.] Dicit ergo, quòd accipiendum est hic, quod dixerunt antiqui cica causas: quiquidem antiqui priùs accessent ad perscrutationem entium, quàm nos; & priùs incœperunt de ueritate philosophari; quàm nos: manifestum est enim quòd posuerunt quasdā causas, & quædam principia: ratio autem quare accipiendæ sunt opiniones horum, & recitandę, est; quia superuenientibus nobis post eos ad inquirendum ueritatem causarum hoc, quod ipsi dixerunt de causis, aliquid prænoscere & necessarium & utile methodo, quam quærimus; arbitramus: dicta enim eorum aut inueniemus aliud genus causarum a dictis quatuor, aut si non potest inueniri, magis credemus, quam priùs, quot causæ nō sunt nisi quatuor. Notandum est, quòd utilitas, quæ sequitur ex hoc, quòd narrantur opiniones antiquorum circa causas est, quia connumerando omnes opiniones, apparet quòd nullus antiquorum posuerit aliud genus causarum a prædictis; & ideo magis credimus, quòd causæ sint quatuor tantū. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd alia methodus, quæ nunc est, hoc est ad scientiam causarum multum utile est uidere dicta antiquorum circa causas, quia ex hoc apparebit, quòd nullus antiquorum incidit in aliquam aliam causam a prędictis. Deinde cum dicit.

Cā quare de causis agatur secundū antiquorū opin.

Primum igitur philosophantium plurimi sola ea, quæ in materiæ specie, putauerunt omnium esse principia. Nā ex quo sunt omnia entia, & ex quo fiunt primò, & in quod corrumpuntur ultimum, substantia quidem manente, in passionibus uerò mutata; hoc elemētum, & hoc principium dicunt esse eorum, quæ sunt.

Numerat opiniones antiquorum circa causas, & diuiditur in duas partes; quia primò enumerat illas opiniones secundo, improbat eas ibi: [Qui cum enim unum ipsum esse.] Prima in duas; quia primò enumerat opiniones, secundò eas breuiter recapitulat ibi [breuiter igitur & capitur.] Prima pars in duas; quia primò recitat opiniones naturalium circa causas: secundò non naturalium, qui per mathematicam loquebātur de rebus naturalibus, sicut fuit Pithagoras & Plato, secunda ibi [in his āt & ante uocati:] Prima pars in duas, quia primò tangit opinioues antiquorum circa causam materialem in generali, secūdò in speciali, tertiò concludit, quòd dictum est de causa materiali, secunda ibi [sed tali;] tertia ibi, [ex his quia igitur.] Prima pars in tres partes, quia primò ponit quomodo antiqui reducebant omnia in causam materialem, secundò reddit causam huius, tertiò concludit quandam conclusionem, quæ sequebatur ad dicta eorum, secunda ibi [Nam ex quo sunt omnia entia] tertia, ibi [& propter hoc non generari.] Dicit ergo primò, quòd plurimi de numero pri-

primorum philosophantium eas causas, quæ sunt in specie materiæ, id est causas materiales posuerunt principia omnium. Notandum est, quòd philosophia in principio suæ inuentionis cruda fuit; sicut dicit Auicenna. 6. metaphisicæ. a posterioribus autem physicis magis ac magis cœpit reperiri ueritas; & illud, quod fuit quasi crudum & indigestum, cœpit magis digeri ex hoc, quòd magis inueniebatur ueritas. Primi ergo Philosophi in principio inuentionis philosophiæ parum attingebant de natura entis, & de natura causarum: credebant enim quòd materia esset substãtia omnium: eo modo, quo illi, qui ponebant aerem pro materia; dicebant, quòd aer esset materia & substantia omnium: ita quòd omnis res secundùm ueritatem aer erat; non perpendentes quòd omittebant causam formalem, & causam efficientẽ. [Nã ex quo sunt omnia entia;] reddit rationem huius opinionis, scilicet, quòd materia sit principium & causa omnium; est autem ratio antiquorum talis. Illud, ex quo sunt omnia primò, & in quod resoluuntur omnia ultimò & corrumpuntur, est substãtia & principium omnium; materia est talis; materia enim est, ex quo fiũt omnia primò, & in quod resoluuntur; ergo materia est substantia, & principium, & elementum omnium, quę sunt: ipsa enim materia est substantia omnium, quę manet in omni mutatione, sola mutatione facta in passionibus. Notandum est, quòd antiqui quatuor proprietates attribuebant materiæ, scilicet, quòd est illud; ex quo fit aliud, secundò quòd est illud, ex quo primò fit aliquid, tertiò quòd est illud, in quod resoluitur factũ, quartò quòd oportet eam manere in omni mutatione. Prima conditio benè conuenit materiæ, scilicet, quòd ex ea fiat aliquid: nam cum materia substantificetur per posse, sicut ex potentia ente fit actu ens, ita ex materia fit aliquid: declaratum est enim primò Phy. quòd ens in potentia est illud, ex quo per se fit aliquid; materia autem est ens in potentia, & ita benè conuenit sibi prima conditio. Similiter secunda quòd, scilicet, est illud; ex quo primò fit. aliquid; quia materia non resoluitur ad aliquid priùs; quia sic materia posset fieri ex illo priori, cuius contrarium declaratum est primò Physi. ubi dictum est, quòd materia est ingenerabilis & incorruptibilis, & sic eo quod est ingenerabilis, oportet quod sit prima potentia; & per consequens est illud, ex quo primò fit aliquid. Similiter tertia cõditio, scilicet quòd materia est ultimum resolutionis: benè conuenit materiæ; quia ea, quæ sunt prima in componendo, sunt ultima in resoluendo. ergo est ultima in resoluendo. Similiter quarta conditio scilicet quòd materia manet in omni transmutatione, benè conuenit materiæ; non tamen ut intelligebant antiqui; quia ponebant. quòd materia manebat eadem secundùm actum substantialem, uariata solùm secundùm passiones & accidẽtia, quod est impossibile, sicut dicetur infra: quia secundùm ueritatem, materia manet eadem, na-

Philosophia in primordio suæ inuentionis rudis, & tenuis.

Antiqui Philosophi parũ attingebant de natura entis, & causarum.

Quatuor proprietates materiæ secundũ antiquos.

Ens in potentia quid.

Materia est ultimũ, ad quod fit ultima resolutio.

Materia manet in oĩ transmutatione.

Materia quõ manet in oĩ transmutatione.

E riata secundùm actum substantialem formæ. Notandum tamen quòd licet sit bona consequentia; illud, ex quo fit res primò, & in quod resoluitur, est principium rei; non tamen sequitur, quòd sit omne principium rei; illud enim, ex quo fit res, est sub duplici intentione: quia, ex, potest importare habitudinem causæ materialis, uel efficientis: materia ergo benè est illud, ex quo fit res materialis, sed tamen præter hoc requiritur efficiens, & etiam forma; & solùm sequetur, quòd sit principium; non tamen sequitur, ꝙ omne principium. Deinde cum dicit.

Ex, duo genera causarum importat.

F *Et propter hoc nec generari nihil putat, nec corrumpi, quasi tali natura semper cõseruata: sicut nec dicimus Socratem, quando formosus, aut musicus efficitur, simpliciter generare: neque cum istos habitus amittat corrumpi, eo quòd subiectum ipsum, Socrates, permanet: ita & cæterorum nihil: oportet enim aliquam naturam, aut unam, aut plures esse; è quibus cætera fiunt, illa conseruata. Pluralitatem tamen, & speciem talis principii, non idem omnes dicunt.*

Concludit quandam conclusionem, quam quidem necessariò habent dicere isti; dicebant enim ꝙ materia manet, uariata solùm secundùm accidentia: ex quo necessariò habebant concludere, ꝙ nihil generabatur, nec corrumpebatur; quia generatio est uariatio secundùm formam substãtialem, & non secundùm accidentalem tantùm: Et hoc est, quod dicit litera, ꝙ propter hoc nihil Philosophi nihil putabant generari, uel corrumpi; &

G hoc quia materia manet eadem, & seruatur secundum actum, solùm uariata in accidentibus: Sicut enim non dicimus, quòd Sortes generetur simpliciter, quando fit musicus, uel albus; nec ꝙ corrumpatur, quando deponit uestes; & hoc quia Sortes manet, uariatus in accidentibus; ita non dicimus, quòd generatio sit: si tamen manet, uariata solùm in accidentibus; oportebat ergo secũdùm istos, esse aliquam naturam materiæ unam, uel plures; ex qua ipsa manente, alia generarentur; ita ꝙ omnes isti ponebant, quòd oportet dare materiam, & tale principium in specie: tamen tale principium differenter: quia quidam ponebãt ignẽ, quidam aerem, & sic de aliis: Similiter in multitudine talia principia differebant: quia quidam po-

H nebant unum tale principium, quidam plura. Notandum est, quòd sic opinantes tribus modis peccabant: primò peccabant, quia ponebant materiã ens in actu, quod est impossibile: quia cum materia sit in potentia ad omnem actum; impossibile est, quòd de se habeat aliquem actum; dicere ergo, quòd sit ens in actu, & quòd sit materia est implicatio contradictionis. Secundò peccabant, quia ponebant, quòd non erat generatio, & corruptio in rebus. Hi autem peccant necessariò, sequitur enim ad primum: Namque si materia quodammodo est in actu, non recipiet actum substãtialem; quia quod enti completo in actu aduenit, actus est: Ex quo sequitur, quòd omne, quod aduenit

Nihil generatur, uel corrumpitur secundum quosdã Philosophos.

Errores antiquorũ circa principia.

Nota, quòd ex hoc non deducitur, materiam non haberẽ actum aliquem; quia est actu, nõ tamẽ habet actum formalem.

Quod aduenit enti in actu, est accidens.

uenit tali materiæ, accidens fit; & per consequens nulla erit generatio; sed solùm alteratio: est enim generatio ex hoc, ꝙ materia accepit nouum esse substantiale: hoc autem non potest esse, si materia est ens in actu cōpleto; & sic omnis uariatio, quæ fieret circa hoc ens; erit alteratio, & non generatio: Debemus enim imaginari, ꝙ hæc est differentia inter generationem & alteratione͂; quia generatio est uariatio circa ens in actu, & nō ens in potentia; sequitur ꝙ omnis alteratio facta circa eam; est alteratio & non generatio. Tertium est, ꝙ necessariò habebant ponere ex principiis suis, ꝙ res non differebant nisi secundùm accide͂tia: ex quo enim materia, ex qua fiebant omnia, nullum actum recipiebat substantialem: sed solū accidentalem; quia manebat eadem secundùm actum: oportebit ꝙ omnia illa, facta ex illa materia, essent unum secundùm actum substantialem, uariata solùm secundùm accidentia: & quia unū, & multa magis sequuntur substantiam, quàm accidens; & omnia erant unum secundùm substantiam, uariata secundùm accidens; magis debebāt dici unum, quàm multa: ita ꝙ si aer esset ista materia, diceremus ꝙ aer esset omnia, & uariaretur secundùm accidens. Deinde cum dicit.

Generatio unde.

Differentia inter generationem, et alterationē.

Vnum, & multa sequitur sub stantiam.

TEX. 14. *Sed Thales quidem huiusmodi philosophiæ princeps, aquam ait esse; quare terram quoq; super aquā dicebat esse.*

Ponit opinionem istorū in spāli; & dimiditur in duas partes: quia primò ponit opinione͂ illorū, qui ponebant unum principiū materiale: secundò illorum, qui ponebāt multa, ibi, [Emped. uerò.] Prima i tres; quia primò ponit opinione͂ illorū, qui ponebant hoc principium esse aquam: secundò illorum, qui ponebant aerem: tertiò illorum, qui ponebant ignem: secunda ibi, [Anaximenes,] tertia ibi [Hippasus aūt.] Prima in duas; quia primò ponit opi. Thaletis: secundò confirmat eam per rōne͂ ibi, [forsitan opinione͂ hāc;] tertiò per dictū antiquorum, ibi, [sunt autem aliqui.] Dicit ergo primò, ꝙ Thales princeps Philosophiæ speculatiuæ ponit aquam esse principium oīum: unde terrā dixit fundari super aquas, sicut principiatum super principium. Notādū est, ꝙ iste dicitur fuisse princeps talis Philosophiæ .s. speculatiuæ; cuius rō est; quia ipse inter Poetas Theologus transtulit se ad speculandum cās rerum naturalium: alii autē sapientes occupabantur circa moralia; iste autem circa speculationes causarum. Deinde cum dicit.

Opin. ponentium aquā esse principium rerū.

Thales princeps philosophiæ speculatiua.

Forsan opinionem hanc accipiens: quia cunctorū nutrimentum humidum uidebat esse; & ipsum calidum ex hoc factum, & animal uiuere: ex quo autē sit, id esse principium omnium: propter hoc igitur hanc habuit opinionem: & quia cunctorum sperma ta naturam habent humidā: aqua uerò natura principium est humidis.

Ponit rōnem huius opi. dicens, ꝙ ideo ponit aquam, & humidum esse principium omniū; quia uidebat, ꝙ omnia nutriuntur ex humido, & per

A consequens sunt: quia ex eisdem res nutritur, & est: Vel fortè hoc dixit: quia ipsum calidum, quod est principium uitæ; conseruatur in humido, & uidetur fieri ex ipso: humidū .n. est materia caloris; Vel fortè hoc dixit; quia omnia animalia in humido uiuunt: & ideo humidum est principium uitæ: & quia uiuere est esse, & est principium essendi: illud enim ex quo fit aliquid, est principium illius; propter hoc ergo iste accepit istam opi. Aut fortè ideo accepit: quia spermata, quæ sunt naturaliter humida, sunt principia omnium animaliū; & ita humidum est principium; si autem humidum, ergo aqua; quia aqua est principium humidorum. Deinde cum dicit.

Ex eisdem res est, et nutritur.

Humidū est materia caloris.

Viuere est esse, et principium essendi.

Principiū animalium quod.

TEX. 15. B *Sunt autem aliqui antiquiores, & multùm ante eam quæ est nunc generationem, & primò Theologizantes sic putant, de natura existimasse. Oceanum enim & Thetim generationis parentes fecerunt, sacramētumque Deorum aquam, Stygem ab ipsis Poetis uocatam. Honorabilius .n. quod antiquius; Sacramentum autem honorabilius.*

Confirmat dictam opinionem per dicta antiquorum; & duo facit; quia primò confirmat eam: secundò eam concludit, ibi, [Si quidem &c.] Dicit ergo de numero Philosophorum multi, qui præcesserunt generationem Physicorum, quę modò est: qui fuerunt primi Theologizantes: uocantur autem Theologi quidam Poetæ: qui aliqua tradiderunt per uersus; putant esse existimaudum de natura principij, sicut existimabat Thales; ponebant enim aquam esse principium, sicut patet p dicta eorum; posuerunt enim, ꝙ cōgregare, idest cōgregatio aquarum, & Thetis, idest Dea aquarum sunt parentes, & principium omnium rerū generatarum: Ita enim secundùm eos erat nobile quid, aqua quidem erat principium rerum: nobilitatem autem aquæ ostendebant ex hoc, quòd Deorum erat iurare per aquam, quæ uocatur ab ipsis Poetis Stygen: ex hoc enim ꝙ Dij iurabant per aquam, ex hoc intelligitur nobilitas aquæ: quia omne iuramentum fit per illud, quod est honorabilius & antiquius. Notādum est, ꝙ isti Poetæ sub quibusdam uerbis uelatis tradiderunt suas scientias: dicebant autem, ꝙ Dii, idest corpora cœlestia iurabant per quandam aquam, quam uocabant Deam Infernalem; & per consequens ex D hoc arguebant primitatem, & nobilitatem aquæ. Deinde cum dicit.

C

Poeta aliqui cur dicti theologi.

Nobilitas aquæ unde.

Iuramentū per quod debet fieri.

Poetæ uelati scripserunt.

Siquidem igitur antiquior aliqua ista, & senior fuit de natura opinio, forsan utique incertus est. Thales quidem secundùm hunc modum pronunciasse dicitur de prima causa. Hippon quidem enim non utique aliquid significabit posuisse cum his propter sui intellectus paruitatem.

Concludit istam opinionem, dicens, ꝙ si aliqua opinio de natura principii fuit antiquorum, ista est senior, hoc est nobis certum; Vnde autem manifestum est, ꝙ Thales de principiis rerū dixit, sicut iam diximus: uerū est, ꝙ quidā Philosophus, qui uocatur Hippon, aliquid dixit de hoc; tn̄

Hippon indignus memoria philosophus.

C non

non est dignus nomine, nec nominari inter istos Philosophos propter sui intellectus paruitatem. Deinde cum dicit.

TEX. 16. *Anaximanes aūt atq; Diogen. aerem aqua priorē et maximè simplicium corporū principium statuunt.*

Opinio ponentium aerem omniū principium

Ponit opi. illorum, qui posuerūt esse aerē principiū, dicēs, ꝙ Anaximan. & Dioge. posuerūt aerem esse priorem aqua, & esse principium corporum simplicium: Fuit autem iste Anaxim. discipulus Anaximandri, qui fuit discipulus Thaletis, Diogenes uerò fuit discipulus Anaximanis: hi ergo posuerunt aerem esse principium, dicentes, ꝙ omnia sunt aer secundùm rem; uariata tamen secūdùm accidentia; rōnem autem huius. s. ꝙ aer sit principium; sumebant ex hoc, ꝙ uita animaliū conseruatur per aerem. Deinde cum dicit.

Opi. ponentium ignem esse principium.

Hippasus autem Metapontinus, & Heraclytus Ephesius ignem.

Ponit opin. illorum, qui ponebant ignem esse principium rerum, dicens, ꝙ Hyppasus Metapōtinus, & Heraclytus Ephesius posuerunt ignem esse priucipium rerum. Deinde cum dicit.

TEX. 17. *Empedocles uerò quatuor, cum dictis terram quartum addens. Ea nanq; dixit semper manere, & non fieri, nisi pluralitate & paucitate congregata, & disgregatione in unum, & ex uno.*

Opi. ponens quatuor elementa principium materiale.

Elemēta sēper manere

Ponit opi. illorum, qui ponebant plura principia materialia: & diuiditur ī duas partes; quia primò ponit opin. Empedoc. secundò Anaxag. ibi, [Anaxag. uerò.] Dicit ergo primò, ꝙ Emped. posuit hæc tria, quæ dicta sunt. s. ignem, aquā, & aerem esse principia rerū, & iis addit quartum. s. terrā, ita ꝙ opi. sua consistebat in duob. primò in hoc. s. ꝙ elementa erant quatuor: scd'ò in hoc, ꝙ oportebat elementa sp manere, & nunquā generari, nec corrumpi; sed ꝙ oīs generō & corruptio fit per congregōnem & segregōnem horum elementorum; & scd'm multitudinē, & paucitatē dixit alia ex iis generari & corrūpi: ista. n. quatuor per congregationem eorum in unum, faciunt generationem illius; per diuisionem uerò illorū ex uno faciunt corruptionem. Deinde cum dicit.

TEX. 18. *Anaxagoras uerò Clazomenius, isto quidem ætate prior, factis uerò posterior, infinita dixit esse principia. Nam ferè omnia corpora partium consimilium, ut ignem, aut aquam ita generari & corrumpi ait congregatione & disgregatione solùm: aliter autem nec generari, nec corrumpi: sed permanere semper sempiterna. Ex his quidem igitur solam quis causam intelliget eam, quæ in materiæ specie dicitur.*

Opi. ponens principia materialia infinita.

Ponit opi. Anaxag. dicens; quòd Anaxag. qui fuit prior ætate, quia est pater; sed tamē factis posterior: quia posteriùs cœpit philosophari quàm Emped. posuit infinita principia rerum. non. n. solùm dixit, ꝙ principia rerū sunt quatuor elemēta, sicut dicit Emped. sed posuit, ꝙ oīa, quæ sunt cōsimilium partium rerū: sicut est medulla, caro, & similia; quorum infinitas partes minimas posuit principia, sicut sunt infinitę partes carnis, ossis, & E medullæ; & ꝙ per congregationem & segregationem horum cōuenit alia, sicut ignem, & terrā ex iis generari; nec aliter cōuenit fieri generationē ex istis, sed principia illa permanent sempiterna. Concludit ergo Philoso. ꝙ manifestum est ex istis, qūo aliqui non posuerūt cām aliam, nisi illā, quæ est in specie materiæ, hoc est cām materialē.

Discrimē inter Anaxa. & Emped.

Partes homogeneæ.

Principio conuenit rō primi.

Notandū est, ꝙ Anaxag. differebat ab Emped. in in duob. primò ꝙ Anaxag. dicebat, ꝙ similia ī partib. quæ dicuntur homogenea, sicut sunt infinitæ partes carnis, ossis, & aeris; sunt priora elemētis; & per cōsequēs habent rōnem principij respectu illorum: quia principio conuenit rō primi: quia er F go istæ partes similes habent rōnem prioris respectu elementorum, ideo habent rōnem principij. Videbatur. n. sibi, ꝙ ea, quæ sunt magis separata a natura contrarietatis, habent magis rationem principii: & quia partes similes magis secundùm eum sunt separatæ a natura contrarietatis, quàm elemāta; ideo habent naturam principii respectu harum partium; & sic quod fuit principium apud unum, fuit principium apud alterum. Secūdò differebant, quia Anaxag. posuit principia infinita. Emped. aūt finita. uoluit. n. Anaxag. ꝙ quodlibet lateret in quolibet: ita ꝙ quandocunq; aliquid fiebat ex aliquo, ipsum fieri non erat, nisi ipsum extrahi ex ipso, in quo priùs latebat. Ita ꝙ in quolibet latēt infinitæ partes cuiuslibet. Sicut in aqua G infinitæ partes ignis, & aeris, & sic de omnib. quę possunt fieri ex aqua.

Incedentibus autem sic res ipsa uiam fecit similiter, & quærere coegit. Nam etsi quàm maximè omnis corruptio & generatio ex aliquo, ut ex uno, aut ex pluribus fit, cur hoc accidit, et quæ causa est? Non. n. ipsum subiectum se se mutari facit, ut puta dico, quòd neq; lignum, neq; æs causa est, ut utrunq; eorum mutetur: neque lignum quidem lectum, æs uero statuam facit, sed aliud quippiam mutationis causa est. hoc autem quærere, aliud principium quærere est, perinde atque id, quod nos unde principium motus dicimus. TEX. 19.

Opi. addentium cum cām efficientem materiali.

Postquam posuit opin. illorum, qui posuerunt causam materialem, hic ponit opin. illorum, qui H cum causa materiali posuerunt causam efficientem: & diuiditur in duas partes: quia primò ponit opi. istorum: secundò recitat opi. Leucippi, & Democriti, qui posuerunt uacuum & plenum etiam principia rerum, ibi [Leucippus uerò, & eius collega.] Prima pars in duas: quia primò ponit opi. istorum: secundò ostendit, quomodo in ponendo causas has deficiebant: ibi, [Isti quidem, sicut diximus.] Prima in duas; quia primò ostēdit, quomodo aliqui posuerunt causam efficientem: secundò quomodo ponebant contrarietates in ista causa, ponendo contrarietatem in mouentibus, ibi. [Quoniam uerò contraria bonis.] Prima in duas: quia primò ostendit, qua ratione aliqui mouebantur ad ponendum causam efficientem: secundò in speciali nominat illos, qui posuerunt causam efficientem, ibi. [Dicens, &

aliquis

ſaliquis intellectus. Prima pars in duas, quia primò oſtendit, qua ratione aliquis ponebat cauſam efficientem, ſecūdò oſtendit, qua ratione aliquis motus habet ponere cauſam finalem. ibi [prius hos autem:] Prima in duas, quia primò oſtendit, quòd ratio cogit ad ponendum cauſam efficientem; ſecundò oſtendit, quòd Philoſophi diuerſimodè ſe habebant ad illam rationem cogentem: ibi [Igitur omnino]. Dicit ergo primò, quòd aliqui poſuerunt cauſam materialem tantum; ſed tamen quia proceſſu temporis natura rei fecit ſibi uiam, coegit quærere cauſam efficientem; ratio autem cogebat ad hoc; eſt autem ratio talis, generatio & corruptio ſunt ex pluribus materialiter, hoc autem non poteſt eſſe ſine cauſa efficiente & mouente; nulla enim res tranſmutat ſe ipſam; ſed omnis tranſmutatio eſt per uim mouentis. Videmus enim quòd lignum non tranſmutat ſe ipſum, ut fiat lectus; nec æs ſe ipſum tranſmutat, ut fiat ſtatua; ſed aliquid aliud eſt cauſa iſtius tranſmutationis. per quod & lignū mutatur ad formā lecti. & æs ad formam ſtatuæ; quod quidem aliud eſt a cauſa materiali: ita quod oportet quærere aliud principium, quàm materiam; quod quidem principium eſt cauſa efficiens, unde eſt motus. Notādum eſt, quòd ſententia Philoſophi breuiter eſt in hoc, quòd in omni mutatione requiritur natura mobilis, quod quodda tranſmutatur ad formam; ſed quia mobile non tranſmutat ſe ipſum; ideo propter naturam mobilis & materiæ requiritur. cauſa efficiēs; per quam materia moueatur ad formam: & ideo non debet ſolùm poni cauſa materialis, ſed cauſa efficiens.

Omnis trāſmutatio eſt per uim mouentis.

In omni mutatione requiritur natura mobilis.

Quæſtio.

Quæreret quis, Vtrum res ipſa fecerit ſibi uiā ad quærēdum cām efficiētem, ſicut dicit Philoſ. in litera. Dicendum eſt quod ſic; quod poſſumus uenari duobus modis, primò ex realitate potentiæ; ita quod ſecundum hunc modum dicitur, quòd res ipſa potentiæ fecit ſibi uiam: ſecundò ex realitate motus, ita quòd ſecundùm hūc modum dicemus, quod res ipſa mobilis fecit ſibi uiā: Primò quidem ex realitate potentiæ paſſiuæ. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd quicquid eſt in potentia paſſiua ſecundum aliquem modum prioritatis, prius eſt in potentia actiua: Imaginabimur enim, quòd nihil recipiatur in potentia paſſiua, niſi per uim actiuæ; quòd enim aliqua potentia paſſiua habeat actum a ſe ipſa, eſt impoſſibile. quia ille actus, qui eſt in potentia paſſiua, prius eſt in potentia actiua ſub aliquo modo eſſēdi; & tamen omne, quod eſt materialiter in aliquo, efficienter eſt in alio: & ideo eſt impoſſibile, quòd aliquod ens materiale ſit ens primum, quia eo ipſo quòd materiale eſt, quicquid habet, poſſibiliter habet; & quicquid eſt poſſibiliter in aliquo, eſt effectiuè in aliquo priori; & ſic ſi ens primum eſſet materiale, ſequeretur, quod haberet aliquid prius, ideſt in quo ſua realitas eſſet effectiuè. Sic ergo res potentiæ paſſiuæ facient ſibi uiam ad quærendum potentiā actiuā; quia omne, quod eſt poſſibiliter in aliquo, ef-

Omne, quod eſt in potentia paſſiua, prius eſt in potētia actiua.

Omne quod materialiter eſt in aliquo, efficiēter eſt in alio.

A ſectiuè eſt in alio. Ex quo oportet, quod materia faciat ſibi uiam ad quærendum cām efficientē; quia cum potentia ſit in materia, omnino potentia faciet ſibi uiam in materia: & ideo illi, qui ponunt cām materialem, neceſſariò habent ponere cām efficientem; & ideo poſteriores Philoſophi ſuper priores, ratione coacti, aliquid addiderunt: quia cum cauſa materiali poſuerunt cauſam efficientem. Secunda uia ad hoc probandum, ſumitur ex natura motus. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quod motus eſt quaſi inſtrumentum agentis per motum. Debemus enim imaginari, quod omnis forma, quæ introducitur per motum; in agente eſt ſub aliquo modo eſſendi; & in motu, & in materia, in quam introducitur per motum: quia in agē B te eſt effectiuè, ſicut in principali agente, ſiue efficiente: & in motu eſt ſicut in inſtrumento huius principalis agentis; in materia autem eſt realiter in effectu. Et eſt exemplum, quod ſicut forma introducta per artem, ſicut ars in ligno; ſub aliquo modo eſſendi eſt in anima artificis: ſub aliquo modo in manu artificis, per quem fit archa; & prius realiter in effectu eſt in ligno: Etiam per eūdem modum forma fienda per motum ſub aliquo modo eſſendi eſt in agente, & in motu, & in ſeipſa, & in effectu: ita tamen, quod non eſſet in ſeipſa in effectu, niſi prius fuiſſet in motu, & non eſſet prius in motu, niſi prius fuiſſet in agente; Sicut ergo poſterius arguit prius; & ſicut cauſa inſtrumentalis arguit cauſam principalem: ita motus arguit cau C ſam efficientem; & ideo benè dictum eſt, quod motus fecit ſibi uiam ad quærendum cauſam efficientem. Deinde cum dicit.

Materia facit ſibi uiā ad cām efficientem.

Ponentes cām materialē, habēt ponere cauſam efficientem.

Omnis forma, quæ introducitur p motum, eſt in agēte, in motu, & in materia ſub aliquo modo eſſendi.

Motus facit uiā ad quærendum cauſam efficientem in cauſa materiali.

Igitur omnino qui talem uiam a principio tetigerunt, & unum eſſe ſubiectum dixerunt; nihil difficultatis ſibi ipſis reliquerunt: Verùm quidam eorum, qui unum conſtituerunt, quaſi deuicti ab hac quæſtione, ipſum unū immobile dicunt eſſe, naturamq́; totā non ſolùm ſecundùm generationem et corruptionem (hoc enim uetus eſt, et quod omnes eſſe confeſſi ſunt) uerùm et ſecundùm aliam mutationem omnem eſſe: et hoc eorum eſt proprium. Illorum igitur, qui unum ſolum eſſe dixerunt ipſum uniuerſum, nulli contingit talem inſpicere cauſam: niſi fortaſſe Parmenidi; & hoc in tantùm, quia non ſolum unam, ſed etiam duas D *aliqualiter ponit cauſas eſſe: Illis uerò, qui plura faciūt; magis accidit dicere, ut puta illis, qui calidum, aut frigidum, aut ignem, & terram: Vtuntur enim igne, tanquam motiuam habentem naturam; aqua uerò, & terra, & huiuſcemodi e contrario.*

Oſtendit quomō aliqui Philoſophi ſe habebāt diuerſimode ad rationem, quæ cogebat ponere cauſam efficientem. Ad cuius euidentiā notandū eſt, quòd Philoſophi antiqui quadrupliciter ſe habebant ad iſtam rationem, quæ cogebat ponere cauſam efficientem. Quidam enim non multa generabant, ſed de illa ratione ſolùm ponebant cauſam materialem, omnino negligentes cauſam efficientem. Quidam negabant motum, & per conſequens ratio illa non cogebat eos: dicebāt enim

Diuerſitas antiquorū circa cām efficiētem ſtatuendam.

quòd omne eſt ens unum & immobile;& ſic negabant motum: cum ergo ergo hæc ratio cogeret, cauſam efficientem eſſe propter motum; cum iſti negarent motum, ratio eos non cogebat.

Tertij fuerunt, qui ponebant omne ens eſſe unum ſecundùm rem: ſed tamen plura ſecundùm ſenſum;& inquantum plura ponebant, cogebantur ponere plures cauſas, ad minus differentes ſecundùm ſenſum;& quantum ad hoc cogebantur ab iſta ratione. Alij fuerunt, qui poſuerunt inter entia differentiam realem, & iſti coacti ab iſta ratione, poſuerunt cum cauſa materiali cauſam efficientem: His uiſis patet litera: dicit igitur, ꝙ illi, qui tetigerunt hanc uiam, & hanc rationem à principio, & poſuerunt unum ſubiectũ pro materia; nihil difficultatis fecerunt ſibi propter illam rationem: ſolùm enim ponentes unum ſubiectum pro cauſa materiali, non obſtante illa ratione, neglexerũt cauſam efficientem; Alij fuerunt, qui quaſi deuicti ab illa ratione; dicunt omnia eſſe unum;& illud uuum dicunt eſſe immobile,& non propter motum ponunt efficiens: ita ꝙ ij totam naturam dicunt eſſe immobilem non ſolùm ſecundùm generationem & corruptionem, (ꝙ enim negetur generatio & corruptio, hoc antiquum eſt; & hoc quaſi omnes antiqui confeſſi ſunt) ſed etiã dicunt eam eſſe immobilem ſecundùm aliam mutationem, quæ eſt alteratio; & hoc eſt eis proprium. His ergo, quòd ſic dicunt, omnia eſſe unum & immobile; non conuenit præter illam rationem propter aliam cauſam, niſi fortè Parmenidi: & hoc quia licèt poneret omnia eſſe unum; tamen ponebat plura eſſe ſecundum ſenſum: & quantùm ad hoc ponebant plures cauſas. Illis ergo, qui ponebant plura entia, & non unum tantum; magis conuenit dicere, quòd eſt dare cauſam efficientem, propter dictam rationem: ponebant enim hi calidum & frigidum, ignem & terram; igne autem utebantur ſicut habente naturam actiuam, & motiuam. Notandum eſt, ꝙ niſi eſſet differentia formalis, non eſſet motus formalis. Debemus enim imaginari ſuo modo de motu formali; ſicut de motu ad locum: in motu autem ad locum ſic eſt, ꝙ niſi eſſet differentia localis, nõ eſſet motus localis: motus enim localis eſt de ubi ad ubi: & ideo ſi motus localis eſt, multa ubi ſunt: qui ergo poneret unum ubi tantùm, motum localem negaret: Ita a ſimili, ubicunque eſt motus formalis, ibi eſt differentia formarum: quia motus formalis eſt de forma ad formam: qui ergo poneret unum ens tantum, & ꝙ nõ eſſet poſſibilis niſi una entitas, & una formalitas; motum formalem negaret. Qui ergo poſuerunt unum ens tantum, & ꝙ non ſit poſſibile niſi una entitas, motum habent negare: & per conſequens ratio ſupradicta non cogebat eos: quia negabant omnem mutationem in rebus, & per generationem, & corruptionem, & per quemcumq; alium modum mutationis. Deinde cum dicit.

Ex differentia formali arguitur motus formalis.

Quō antiqui hēbant negare motum.

TEX. 20. *Poſt hos autem, & talia principia tanquam non* E *ſufficientia, ut exiſtentium naturam generarent, iterum ab ipſa ueritate (ut diximus) compulſi, illud, quod ſequitur, quæſiuerunt principium. Ut enim entia benè ſe partim habeant, partim fiant: forſan neque ignem, neque terram, neque aliud quidquam uériſimile eſt cauſam eſſe, nec illos conueniens eſt exiſtimare, neque iterum ipſi automato, & fortunæ tantam committere rem benè ſe habere.*

Oſtendit, quomodo quidam Philoſophi a ueritate coacti, non ſolùm poſuerunt cauſam materialem, & efficientem, ſed etiam finalem. Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ ſicut ueritas materiæ cogebat ponere cauſam efficientem: ita ueritas cauſæ efficientis cogit nos ponere cauſam finalem; ſicut enim materia ſuo modo arguit agẽs, F ita agens ſuo modo arguit finem; Sicut enim materia non induit ſe formã, ſed induitur per uim agentis; ita agens non induit ipſam materiam, niſi moueatur a fine: omne agens in agendo mouetur a fine. materia ergo reſpectu agentis habet rationem poſterioris, & agens habet rationem poſterioris reſpectu finis: Sicut ergo materia tanquã poſterius arguit agens ſicut quoddam poſterius: ita ſimiliter agens arguit finem: agens enim agit propter bonum, & ita propter finem: quia finis & bonum conuertuntur. His uiſis, patet litera: dicit enim ꝙ poſt iſtos Philoſophos, qui poſuerunt cauſam materialem, & efficientem; quidam alij tanquã a ueritate coacti, quæſierũt aliud principium, & quandam aliam cauſam. ſ. finalem, tanquam illæ duæ cauſæ non ſufficerent ad G generandum naturam entium: natura enim entium tam in illis, quæ fiunt, quàm in illis quæ ſunt; eſt aliqua bona diſpoſitio, & aliqua bona habitudo; cuius diſpoſitionis non ſufficienter ponitur pro cauſa efficiens tantùm; ſicut ignis, uel terra, uel aliquid aliud: nec eſt dicendum, nec ueriſimile, ꝙ talis diſpoſitio eſt à caſu, ſiue à fortuna, quaſi ſint automata, ideſt caſualia: ergo neceſſe eſt dicere, quòd ſunt propter aliquem finem. Notandum eſt, ꝙ ſicut quælibet res entitatem habet: ita habet propriam diſpoſitionem, & etiam propriam habitudinem; non eſt ergo dicendum, ꝙ huius diſpoſitionis, & huius habitudinis ſit tantum cauſa efficiens; ſed cum cauſa efficiente eſt dare cauſam finalem; H Non eſt ſimiliter dicendum, ꝙ efficiens largiatur effectui perfectionem, niſi propter finẽ: ſi enim non ageret propter finem, ſequerẽtur duo inconuenientia: primum eſſet, ꝙ agens ageret a caſu, ſecundum eſſet, ꝙ finis non eſſet prima cauſarum: ex hoc enim eſt prima cauſarum, ꝙ mouet agentem. Si ergo non moueret, non eſſet prima inter cauſas. Deinde cum dicit.

Coacti ſunt ueteres ponere cãm' finalem.

Sicut materia arguit agens, ita agẽs arguit finem.

Finis, & bonum conuertuntur.

Sicut res habet ueritatem: ita habet depoſitionem, & habitudinẽ.

Dicens & aliquis intellectum ineſſe quemadmodum in animalibus, ita in natura cauſam mundi, & ordinis totius: ut excitans apparuit ad priores omnia præter conuenientia dicentes. Palã igitur Anaxagoram ſcimus hos ſermones tetigiſſe: attamen habet priùs Hermotinus Claromenius cauſam dicendi. Sic igitur opinantes ſimiliter ipſius benè cauſam prin- TEX. 21.

principium exiſtentium eſſe poſuerunt: & tale unde motus exiſtentibus ineſt.

Ponit opinionem ponentium cauſam agētem, & mouentem in ſpeciali:& diuiditur in duas partes: quia primò ponit opinionem Anaxagoræ: ſecundò Heſiodi: ibi, [ſuſpicabitur autem aliquis.] Dicit ergo,ꝙ ponētes cām materialem;apparet alius, qui poſuit intellectum ſicut cām efficientem; & non poſuit intellectum ſolùm in animalibus, ſed etiam in tota natura; poſuit enim ēt cauſam totius mundi,& etiam totius uniuerſi; & ille, qui ſic poſuit, excitauit omnes Philoſophos antiquos,qui non poſuerunt niſi cauſam materialem,ut reducerentur ad ueritatem. ueritas enim requirit,ꝙ cauſa efficiēs ponatur:hic autem, qui dixit hos ſermones, qui tetigit hos ſermones, & qui tetigit iſtam ſententiam, fuit Anaxag. licet cauſam ſic dicēdi,& ſic tangendi dederit ſibi quidam Philoſophus, qni nominatur Hermoſinus prior eo:ſic ergo hi Philoſophi tam Anaxag. quā ille alius opinati ſunt quandam cauſam eſſe omnium exiſtentium, unde exiſtit motus omnibus, quæ ſunt.Notandum eſt,ꝙ opinio Anaxag.conſiſtebat in duobus:ita tamen, ꝙ ſecundum ſequebatur ex primo: dicebat enim primò, ꝙ omnes res latebant infra quoddā confuſum; quod quidē confuſum uocabat materiam, & ſecundò ponebat cauſas materiales. Secundò dicebat, ꝙ illæ res;quia non poterant ſe deducere ad actum, & ad materiam,oportebat dare cauſam agentem, quæ deduceret illas res ex quadam latentia ad eſſe manifeſtum:ita ꝙ ipſas ſic manifeſtari;erat eas fieri; & eas è conuerſo de eſſe manifeſto reduci ad eſſe latens,erat eas corrumpi; Hāc autem cauſam,quę deducebat res de eſſe latēti, ad eſſe maniſeſtum,uocabat intellectum, quem dicebat eſſe impermixtum:cuius ratio eſt: quia ut poſſet oē permixtum deducere ad eſſe manifeſtum,debuit habere rationem impermixti:ſi enim haberet rationem permixti,uel poſſet habere;cum omne ꝑmixtum ſit reſolubile ad impermixtionem; ſequeretur, ꝙ intellectus poſſet reduci ab alio; & per conſequens non eſſet primum agens,& primum mouens. Vnde ſicut Philoſophus imaginatur. 3. de Anima.ꝙ intellectus poſſibilis eſt impermixtus:quia aliàs non intelligeret omnia:ita imaginabatur Anaxag.ꝙ ille intellectus,quem ponebat: erat impermixtus;quia aliàs non poſſet reducere res ad eſſe manifeſtum:quæ habent eſſe permixtum,& confuſum:& ideo ſicut impermixtum poſuit ipſum eſſe cauſam totius mundi, & omnium quæ ſunt ducibilia de eſſe latenti ad eſſe manifeſtum.Deinde cum dicit.

Intellectus principium rerum.

Anaxagoræ opinio in quibus conſiſtit.

Quō res generentur,et corrumpantur ſecundū Anaxag.

Nota de impermixtione intellectus poſſibilis.

Suſpicabitur autem utique aliquis,Heſiodum quæ ſuiſſe principium huiuſmodi, & utique ſi aliquis alius amorem aut deſiderium in exiſtentibus quaſi principium poſuiſſet,ut Parmenides. Etenim hic tentans monſtrare uniuerſi generationem:primum quidem ait,Deorum amorem fore prouidentem omnibus. Heſiodus uerò omnium primum chaos fuiſſe;

A *deinde terram latam,& amorem, qui omnia conderet immortalia, quaſi neceſſarium ſit in exiſtētibus eſſe cauſam; quæ res ipſas moueat, & congreget. His quidē igitur quomodo diſtribuere de hoc oportet,quis prius liceat iudicare,poſteriùs.*

Ponit poſitionem Heſiodi, qui quidem poſuit amorem eſſe principium omnium:& quia nō poſuit hoc principium manifeſtum:ideo dicit,ꝙ fortè aliquis ſuſpicabitur,quòd ſi Heſiod.quęſiuiſſet principia rerum naturalium,ꝙ poſuiſſet amorem uel deſiderium pro principio; ſicut & quicunq; alius,qui poſuit amorem & deſiderium principiū in exiſtentibus:ſicut fecit Parmenides. Ille enim Parmenides uolens mōſtrare generationem uniuerſi,dixit, ꝙ amor Deorum prouidit omnibus per amorem,quæ deorſum ſunt:quæ quidem omnia, B licēt poneret unum ſecundùm rationem, tamen poſuit plura ſecūdnm ſenſum.Heſiodus autem in generatione uniuerſi alium modum tenuit:dixit enim,ꝙ primò omnium,ſicut prima cā materialis, fuit chaos; ex quo debebant fieri omnia;& deinde ex hoc facta eſt terra latiſſima; poſuit etiam cum hoc amorem;qui conderet omnia immortalia,hoc eſt cœleſtia,uel principia rerum materialia,quæ incorruptibilia ſunt;quaſi eſſet neceſſarium in rebus exiſtentibus ponere cauſam materialem,quam uocabat chaos;& cauſam efficientem,quam uocabat amorem,quæ quidem cā efficiens res moueat,& congregat ad eſſe. Quis autem iſtorum, ſcilicet qui poſuerunt amorem, uel intellectum pro principio ſit prior, oportet iu C dicare poſteriùs;ubi agetur de Deo; & hoc iudicium uocat diſtributionem. Notandum eſt,ꝙ ipſe Heſiodus poſuit duas cauſas, cauſam materialem, & cauſam efficientem: quia uidebatur ſibi, ꝙ nihil poſſet fieri,niſi poſſet dari aliquod principium, de quo poſſit educi tale fiendum; & hoc principium uocabat Chaos,hoc eſt quoddam cōfuſum; quia omne fiendum, in illo habebat eſſe confuſum, antequam fieret, & quaſi informe; & per agens accipiebat eſſe diſtinctum: Secundum principium,quod ponebat,uocabat Amorem:cuius ratio eſt, imaginabatur ꝙ facere rem eſt communicare rei eſſe: omnis autem communicatio ortum habet ex amore;quia amor eſt uirtus communicatiua: & ideo amorem uocabat rationem D agendi in omni agente:ratio enim agendi eſt ratio communicandi: ratio autem communicandi uidetur oriri ex amore,& ſic efficiens quod omnia facit,uocabat ipſe amorem,quod quidem efficiens inter omnia,quæ educebat ad eſſe, primò educebat locum: quia uidebatur, ꝙ omnia, quæ fiunt; in aliquo receptaculo & loco debeant recipi:& ideo primò debuit fieri receptaculum omnium fiendorum.

Heſiodi opinio.

Chaos principium materiale.

Amor cā efficiens.

Heſiodus duplicem cām poſuit.

Quoniam amor eſt uirtus communicatiua; hinc fit, ut omnis communicatio ortum hēat ex amore.

Quæreret quis, Vtrum intellectus magis appropinquet ad rationem agentis,quē ponit Anaxag.an amor,quem poſuit Empedocles. Dicendum eſt,ꝙ in omni agente per intellectū concurrit intellectus, & appetitus:ſicut enim dicitur in

Quæſtio. In agente per intellectum, concurrit intellectus,et appetitus.

Appetitus determinat intellectũ, et maximè rationalis.

Nono huius, ad effectum artificialem concurrit intellectus & appetitus:sed tamen appetitus uidetur determinare intellectum.Nam intellectus,& ratio intellectualis est respectu oppositorum ; sicut ratio medicinalis est respectu sanitatis:oportet ergo, quòd superueniat appetitus, qui determinat intellectum ad unum : & ita quò ad actionem, & quò ad executionem actionis appetitus, quem ego uoco hic amorem, de propinquiori effectum aspicit, quàm intellectus. Vbi notandum est, quòd quò ad assimilationem effectus propinquiùs aspicit intellectum, quàm appetitum uel amorem ; cuius ratio est, quia effectus artificialis ita assimilatur intellectui, quòd assimilatur appetitui : effectus enim artificialis assimilatur conceptui, qui quidem conceptus ita est in intellectu,quòd non est in appetitu:quò autem ad determinationem actionis uidetur quòd appetitus & amor propinquiùs aspiciant effectũ, quàm intellectus.Deinde cum dicit.

Effectus artificialis assimilatur intellectui, & non appetitui.

TEX. 22.

Quoniam uerò contraria bonis in natura uidebantur inesse, & non solùm ordinatio & bonum, sed inordinatio & turpe, & plura mala melioribus, & praua bonis : sic alius quidem amorem introduxit & litem, singula singulorum causam: si quis enim sequatur & aspiciat ad intellectum, & non ad ea,quæ balbutiendo Empedocles dixit:inuenit quidem amorem esse causam bonorum, litem uerò malorum:quare si quis dixerit quodammodo dicere Empedoclem bonum & malum principia,forsan benè dicet:si bonorum omnium bonum est causa, & malorum malum.

G

Opin.ponẽtium principia effectiua esse plura: in hac inciderunt Manichei.

Ostendit, quomodo aliqui ponebant efficientiam, causare contrarios effectus:& hoc est quod dicit,quòd quia in natura sunt multa, quæ contrariantur bonis ; est enim in natura non solùm ordinatio & bonum,sed etiam inordinatio & turpe,quæ sunt mala : & in natura plura sunt mala, quàm meliora ; & quia uiderunt in rebus aliqua esse bona,& aliqua esse mala:ideo posuerũt duas causas esse, & dixerunt unam esse causam bonorum,& aliam causam malorum. Aliquis eorum dixit causam illam amorem & litem,tanquã duas causas,& singulis adaptauit suam causam; ita ꝙ bonis adaptauit amorem : malis autem odium & litem.Quòd autem Emped. fuerit huius opinionis,patet siquis aspiciat ad intellectum & ad sententiam,quam dicere uoluit,& quam intendebat exprimere : & non solùm aspiciat ad uerba, quæ imperfectè,& balbutiendo dixit ; si quis enim ita aspiciat,reperiet quòd ipse posuit amorem causam aggregatorum & bonorum,litem uerò malorum.Vnde si aliquis enunciauerit & dixerit, ꝙ Empedo.dixit, quòd amor & odium siue lis sint principia prima omnium,fortè benè dicet;Et benè dico fortè,quia hoc non est uerum, nisi bonũ;

H

Quõ posset defendi Empe.cõsidera.

quod est amor;sit causa omnium bonorum: & odium,quod est malum ; sit causa omnium malorum.Notandum est,quòd si amor secundùm Empedoc.esset causa omnium bonorum: & odium,

E

quod est malum,omnium malorum; si quis diceret eum sic posuisse;uerum diceret;sed causa hęc non est:uidetur enim quòd secundùm eum amor sit causa aliquorum malorum,& odium aliquorũ bonorum. Videmus enim quòd partes mundi distingui ab inuicem,est quoddã bonum; hæc autẽ distinctio & separatio est ab odio : ergo aliquod bonum ab odio est : sic ergo odium non semper est causa malorum. Videmus enim,quòd partes mundi confundi adinuicem,est quoddã malum: sed malum hoc est ab amore, & amicitia : ergo amor est causa aliquorum malorum : non ergo semper respectu bonorum. Vbi notandum est, ꝙ amor & odium secundum Empedo.aliter uidebantur se habere respectu uniuersi,& aliter respectu partis uniuersi : cum enim de natura odij sit disgregare, & diuidere ; & de natura amoris sit congregare,& unire ; odium generabat uniuersum;amor autem corrumpebat : cuius ratio est : quia odium distinguit ipsas partes uniuersi ; esse autem uniuersi est ex hoc, quòd partes sunt distinctè ordinatę adinuicem : ex hoc enim uniuersum habet suum esse,quòd cœlum non est ignis, & ignis non est aer,& sic de aliis:cum ergo odiũ distinguat ipsum uniuersum,& esse uniuersi est in distinctione partium;sequitur quòd esse uniuersi sit ab odio; & quia esse uniuersi, est quædam bonum, sequitur quòd odium sit causa respectu boni. Sicut autem esse uniuersi est ex distinctione partium, ita non esse suum est ex hoc, ꝙ omnes partes confundantur inter unum chaos, & infra unam materiam ; causa autem huius confusionis amor est:ergo amor est causa non esse uniuersi;& quia non esse est quoddã malum, sequitur quòd amor sit causa mali,& odium causa boni. Quantum autem ad partem uniuersi, & maximè respectu mixti,est èconuerso ; quia amor est causa boni,& odium causa mali:quod patet sic: ex hoc.n. mixtũ habet esse: quia elementa uniuntur adinuicem:ergo suũ esse est ex unione; quicquid ergo est causa unionis,est causa istius esse, & per consequens boni:quia omne esse est quoddã bonũ ; cum ergo amor sit causa unionis:quia (ut iam dictum est)amor unit; sequitur ꝙ amor est causa esse mixti, & per consequens boni : Sicut autẽ mixtum est ex hoc,ꝙ elementa uniuntur,ita suũ non esse est ex hoc,ꝙ elementa distinguuntur, & diuiduntur ; quicquid ergo est cã huius diuisionis, est cã non esse,& per consequens mali: quia non esse est quoddã malum: cum ergo odium (ut iam dictum est)sit causa diuisionis: oportet ꝙ sit causa ipsius non esse,& per consequens mali.

F

Amor, & odium quõ se habeant respectu uniuersi, & respectu partiũ uniuersi

Si quidem igitur (sicut diximus) & usque ad hoc duas cãs tetigerunt,quas in Physicis determinauimus,materiam,& id unde motus, obscurè quidem et non manifestè:sed qualiter bellis ineruditi faciũt. Etenim illi circunducti,sępe bonas plagas faciunt,et nec illi ex scientia,nec isti usi sunt scientibus dicere, quod dicunt.His etenim ferè uti nihil uidentur, nisi parum.

Post-

Postquã posuit opiniones primarias circa causas mouentem,& etiam materialem;ostẽdit quomodo isti in ponendo has causas deficiebant: & diuiditur in duas partes,quia primò hoc ostendit in generali,secundò in speciali, ibi. [Anaxag. enim.] Dicit ergo primò;ita igitur est,sicut diximus,ꝙ isti Philosophi coacti à ueritate, usque ad hoc peruenerunt,ut ponerent duas causas.s.materialem & efficientem, à qua efficiente est motus; quas autem tetigimus in Physicis: licèt autẽ sic ponant,tamen deficiunt,quia obscurè & inde terminatè posuerunt eas,& non scientificè:Vnde quasi ponunt,& nesciunt se ponere: assimilantur .n.ineruditis bellatoribus: bellatores,qui nõ sunt docti in bello,circundati ab inimicis,faciunt aliquando magnas plagas,et magnos ictus;nõ tamẽ per scientiam,nec per artem:sic & isti,licèt dicãt duas causas;tamen non dicunt eas sicut scientifici,nec assimilantur sciẽtibus: quod patet ex hoc; quia istis duabus causis parum,aut nihil sunt usi. Notandum est,quòd sicut aliqui operantur iusta, non tamen iustè; quia non operantur ex habitu: ita sunt aliqui,qui loquuntur scientifica, non tamen scientificè: quia non loquuntur ex habitu scientiæ: & aliqui sunt, qui loquuntur scientifica & scientificè; quia loquuntur ex habitu scientiæ. Vult ergo dicere Philosophus,quòd licèt isti Philosophi intendendo causas,scientifica loquantur; non tamen scientificè,nec ex habitu:quod patet, quia raro utebantur istis causis: hoc autem est signum,quia non ponebant eas, nisi à casu, & non inclinati ex habitu scientiæ. Deinde cum dicit.

Arguit insufficientiã eorum, qui posuerunt duas causas tantum.

Aliud ẽ operari iusta, & iuste, sicut loqui scientifica, et scientificè.

Anaxagoras enim artificialiter ad mundi generationem utitur intellectu. Nam quando dubitat qua causa ex necessitate est,tunc attrahit ipsum: In aliis unde omnia magis causantur eorum, qua fiunt, quam intellectu.

Ostendit in quo deficiebant specialiter, & diuiditur in duas partes;quia primò ostendit,in quo deficiebat Anaxag. secundò in quo deficiebat Empe.ibi[& Emped. pro huius quidem horum] Dicit ergo qui Anaxag. benè,& artificialiter ad mundi generationem utitur intellectu:qñ.n. dubitat de generatione uniuersi, ex necessitate ponebat, quòd intellectus est causa uniuersi: licet autem quò ad uniuersum poneret, quòd intellectus est causa; tamen aliis assignabat magis alias causas;quoniã intellectus non sic specialibus respondet naturis. Notandum est,ꝙ in hoc uidebatur defectus Anaxag.quia non semper sequebatur positionem suam:aliquando dicebat,ꝙ intellectus est causa totius uniuersi; & partiũ eius: aliquãdo uidebatur dicere,ꝙ respectu totius uniuersi semper intellectus est causa;respectu autem partium magis ponendę sunt alię causæ,quàm intellectus.

Anaxag.et rur.et insufficientia.

Quæreret quis, Vtrum hoc, quod posuit Anaxag.ꝙ intellectus est causa respectu totius uniuersi,& nulla alia causa potest poni,aliæ autem causę ponuntur respectu partium uniuersi; possit habe-

Quæstio.

A re bonum intellectum?

Dicendum est,quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd licet unum ens particulare possit reduci ad unam causam particularem; tamen totum uniuersum & totum ens creatum nõ potest reduci, nisi ad aliquã causam uniuersalẽ & ad intellectũ primi principij.Debemus enim imaginari,ꝙ nulla causa particularis & arctata potest habere causalitatem super totũ uniuersũ:si enim hoc esset,haberet causalitatem super seipsam, ex quo enim est causa arctata & particularis,est infra ordinem uniuersi:si ergo haberet causalitatem super totum uniuersum,haberet super seipsam;cũ ipsa sit pars uniuersi:agẽs autem uniuersale, quia non est infra ordinem uniuersi, causalitatẽ habet

Nulla causa particularis potest habere causalitatẽ super totũ uniuersum.

B super totum uniuersum : & ideo totũ uniuersum nec potest reduci in aliã causam,nisi in causã primam,& uniuersalẽ:cum autem prima non causet uniuersum ex necessitate naturæ, sed per intellectum;ideo sequitur, ꝙ totũ uniuersum reducatur in intellectum primum, sicut in causam. Vt autẽ melius uideantur,quæ dicta sunt; notãdum est,ꝙ particulare ens potest reduci in aliquam causam, in quam non potest reduci tota species, sub qua est illud particulare;sed necessarium est, quòd illa species reducatur in causam altiorem:sicut uidemus,quòd Petrus genitus a Martino, potest reduci ad Martinum sicut in causam;& tamen tota species hominis non potest reduci, ita oportet,quia sic Martinus esset causa totius speciei, sub qua esset,& sic esset causa suiipsius ex necessitate : ergo oportet, quòd species reducatur in causam altiorem,quæ non sit infra illam speciẽ, sed super:Ita a simili potuit dicere Anaxag.quòd licèt pars uniuersi possit reduci ad aliam partem uniuersi, sicut ad causam:tamen totũ uniuersum ex necessitate habet reduci in aliam causam,quæ est super uniuersum,quam fortè uocat intellectũ. Deinde cum dicit.

Nota quõ cã prima,et uniuersalis non causat uniuersum ex necessitate naturæ, sed per intellectum.

Stat aliqd particulare reduci in aliquã cãm, ad quã non potest reduci tota spẽs, sub qua est illud particulare.

C

Et Emped.plus quidem iste utitur causis, sed tamen nec sufficienter,nec in his inuenitur,qđ concessum est:multis.n.i locis apud ipsum amor disgregat, lis autem congregat. Nam cum in elemẽta quidem ipsum esse a lite distrahitur,tũc ignis in unum,et elementorum aliorum singula concernuntur. Cum autem iterum in unum ab amore conueniunt, necesse est rursum, ut ex singulis particulæ secernantur.

D Ostẽdit, in quo deficiebat Emped.& diuiditur in duas partes: quia primò ostendit, in quo deficiebat: secũdò ostendit, quid propriũ præ aliis dixit,ibi[Empe.igitur.]Dicit ergo,ꝙ Emped.plus & magis utitur causis à se positis.s. quatuor elemẽtis,amore,& odio:quo utitur Anaxag.omnes .n.effectus reducebat in has causas.Anaxag.aũt dicitur in hoc defecisse;quia non omnia reducebat ad intellectum,quem tamen posuit causam omnium;licèt autem sic uteretur,tamen defecit, & non sufficienter dixit:quia non semper inueni tur in oĩb.esse uerũ,qđ concessũ est ab eo;scđm ipsũ amor.n.cõgregat,& lis,siue odiũ disgregat; &

Empedo. defectus.

& tamē in multis locis apud ipſum reperitur, ꝙ amor diſgregat,& lis congregat: Nam cum elementa diſtinguantur per litem,ita quòd unumquodque eſt in loco ſuo;tunc ignis accipit locū, ut partes eius uniantur adinuicem ; odium ergo, quod diuidit elementa ad inuicem, unit & congregat partes elemētorū adinuicē,& ſic eſt cauſa unionis : & ſemper quando per amorem elementa conueniunt in unum,neceſſe eſt,quòd partes eorum ſecernantur,& diuidātur ad inuicem; & ſic amor eſt cauſa diuiſionis. Notandum eſt,ꝙ Ariſto dicit Emped.in hoc peccaſſe,quia non potuit ſeruare poſitionem ſuam:non enim potuit dicere , quòd odium eſt cauſa diuiſionis , quin ſit cauſa unionis : cuius ratio eſt , quia impoſſibile eſt, quòd elementa diuidantur ab inuicem per odium,quin partes eorum uniantur. Sic impoſſibile eſt,quòd elementa reducantur per amorem ad quoddā confuſum,& quoddam Chaos;niſi partes eorum diſtrahantur, & a ſe inuicem diuidantur.Deinde cum dicit.

Empedo. quidem igitur præter priores primus hanc cauſam diuidens , introduxit non unū faciens motus principium, ſed diuerſa, & contraria . Amplius autem,quę in materiæ ſpecie dicuntur elementa quatuor,primus dixit non tamen ipſis utitur, ut quatuor ; ſed ut duobus exiſtentibus ſolùm ; ignem quidem ſecūdum ſe, oppoſitis uerò quaſi una natura terra,& aere,& aqua: ſumet autem utique aliquis id ſpeculans ex uerſibus : Hic igitur(ſicut diximus) ſic,& tot dixit principia.

G Oſtendit quid proprium præ alijs dixit , quòd ipſe Emped.priùs inter omnes hanc cauſam mouentem diuiſit:duo enim inter alia ipſi attribuuntur . Primum eſt , quòd non tantùm ponit unam cauſam mouentem, ſed duas,& contrarias, ſ. litem & amicitiam : Secundum quod ſibi attribuitur;eſt, quia cauſam materialem reduxit ad quatuor elementa. Verum eſt, quòd illis quatuor elementis non utitur ut quatuor,ſed ut duobus tantùm:ponit enim & unam partem ignem, tanquā habentem rationem actiui ; ex alia autem parte ponit aerem, aquā, & terram, quæ ſunt habentia rationem paſſiui;& ita utitur igne ex una parte tāquā actione animæ ; aqua , & terra utitur ex alia parte tanquam quibuſdam oppoſitis , & habentibus rationem paſſiui. Siquis autem uult uidere , utrum Emped. ſic dixit , poteſt hoc ſpeculari ex uerſibus,hoc eſt per quędam dicta ſua, quæ tradita ſunt metricè : Concludit ergo Philoſophus, ꝙ ille Emped.(ſicut diximus) tot poſuit principia , & partialem modum ſicut dictum eſt . Deinde cum dicit.

TEX. 23. *Leucippus uerò,& collega eius Democritus elementa quidem plenum & inane dicunt eſſe , dicentes hoc quidem ens, illud uerò non ens : & rurſus , plenum quidem & ſolidum ens , inane autem non ens:propter quod nihilo magis ens,quàm non ens eſſe dicunt;quia nec inane quàm corpus;cauſas autem entium hęc,ut materiam eſſe.*

E Ponit poſitionem Leucippi & Democriti ; & diuiditur in tres partes:quia primò ponit poſitionem iſtorum:ſecundò oſtendit quomodo iſti Philoſophi alia generabant ex principiis ſuis ; tertiò oſtendit quomodo iſti deficiebant in ponendo inſufficientes cauſas : ſecunda ibi , [& quemadmodum qui unum faciunt,] tertia ibi, [de motu uerò.] Dicit ergo primò , ꝙ Leucippus & Democritus eius ſocius elementa, & principia omnium dixerunt eſſe plenum,& uacuum; quorum unum,ſcilicet plenum, ens eſt, reliquum autem, ſcilicet uacuū,& inane non ens eſt : unde ipſum ens non eſt magis principium non ente : & non magis ens cōſtituit rem,quàm non ens:quia nec corpus,& plenum eſt magis principium inane , & uacuo ; ſed ex iſtis duobus poſuerunt omnia conſtitui:& ideo poſuerunt hoc in genere cauſæ materialis.Notandum eſt, ut uideatur iſta poſitio ; quod quidam antiqui Philoſophi poſuerunt omnia eſſe unum continuum & immobile : & hoc ne concederent uacuū eſſe; uidebatur enim eis , ꝙ res non poſſet diſcontinuari, niſi per uacuum;quia diuiſio,quæ erat inter corpus & inter partes continui, per uacuumerat ſecundùm eos: ut ergo non ſit dare uacuum , poſuerunt totum ens eſſe unum ens continuum,& eadem ratione poſuerunt ipſum immobile : quia uidebatur eis, ꝙ motus non poſſet fieri niſi in uacuo, ne ergo cogerentur ponere uacuum, auferebant motum a toto ente;dicentes, ꝙ totum ens immobile eſt.

Poſitio differentiū entitatem a rerum principus.

F Sic ergo hi dicebant ; ſuperuenit autem Democritus,qui poſuit rerum diſtinctionem, & hoc fieri per uacuum ; poſuit enim totum ens eſſe diuiſum uſque ad indiuiſibila;quia autem hæc indiuiſibilia non poſſunt coniungi niſi per uacuum : quia ſi aliter coniungerentur,quàm per uacuum, facerent quoddā continuum, & ſic totum ens eſſet continuum , quod huic pro impoſsibili habetur:Ideo oportuit,ꝙ poneretur uacuum inter illa īdiuiſibilia: illa ergo corpora indiuiſibilia cum uacuo omnia componunt, uacuum ergo & plenum ſunt de compoſitione omnium rerum:& ſic ſecundùm Democritum non ſolùm plenum: ſed uacuum concurrit ad conſtitutionem rei. Deinde cum dicit.

H *Et quemadmodum qui unum faciunt ſubiectam ſubſtantiam , alia paſsionibus eius generant, rarum & ſpiſſum principia paſsionum ponentes:eodem modo,& hi differētias cauſas aliorum dicunt eſſe: has uerò tres dicunt eſſe figuram, ordinem , & poſitionem. Differre autem aiunt ens,rithmo,diathige, et trope ſolùm. Horum autem rithmus figura eſt,& diathigi ordo , & trope poſitio.Differt enim A à B figura:an autem A.na. ordine,Z autem ab N. poſitione.*

Oſtendit quomodo hi Philoſophi ex iſtis corporibus indiuiſibilibus,quæ ponebant principia, alia generabāt. Dicit ergo,ꝙ iſti Philoſophi Democritus,& Leucippus in generando alia ex iſtis principiis, aſſimilabantur antiquis Philoſophis ; quem-

quemadmodum antiqui Philosophi ponebant unam materiam subiectam, & ex illa omnia generabant. Secundum, quòd illa materia per aliam disponebatur passionem; ita ꝙ disposita per rarū fiebat unum ens, per densum aliud; ita quòd illa materia cum raro & denso sunt principia rerum: eodem modo Democritus & Leucip. ponebāt, ꝙ quædam differentiæ illorum corporum erant cau sæ omnium aliorum, quæ fiebant ex illis corporibus; has autem differētias dixerunt esse tres, Vnā quidē secundū figurā, quæ erat ex hoc ꝙ aliquod illorum corporum erat circulare, & aliquod angulare: Secunda differentia erat, quæ attēditur secundùm positionem, quæ attenditur secundùm ante & retro, secundùm sinistrum & dextrum, secundùm sursum & deorsum: hæc ergo corpora differebant uel rhythmo, quod est figura; uel dia thigi, quod est ordo, uel trope, quod est positio. Imaginabantur enim in istis corporibus sicut in literis; in literis autem uidemus, ꝙ differunt adin uicem: aliæ figura, sicut alia figura est ipsius A, & alia ipsius B: aliquando ordine, quia uidemus, ꝙ quædam literæ ordinantur ante alias: aliquando positione, sicut uidemus, quòd quædam literę non possunt poni ante alias in scribendo: Sic ergo literæ differunt tribus modis: Ita ponebant de illis, corporibus, & sicut ex eisdem literis diuersimodè se habentibus, resultat alia & alia dictio; ita ex eisdem corporibus aliter & aliter ordinatis, uel positis, resultat aliud & aliud ens: Sic ergo sicut primi Philosophi ex una materia omnia faciebant secundùm uarietatem passionum, ita quòd diuersa entia erant alia, materia aliter & aliter passionata; ita isti ponebant, quòd ex istis corporibus indiuisibilibus secundùm alium & alium ordinem, uel aliam & aliam figuram fiebant alia & alia entia: Et sic corpora in diuisibilia, quę ponebat Democritus, uariabant ipsa entia: sicut differentia ordinis, positionis, & figurę assimilabantur passionibus; quæ uariabant materiam secundùm dictum antiquorum. Deinde cum dicit.

Corpora tripliciter differunt.

De motu uerò unde, & quomodo insit existentib. & hi, & alii similiter negligenter dimiserunt. De duabus igitur causis (ut diximus) in tantum uidetur quæsitum esse prius.

Ostendit, in quo deficiebat Democritus & isti antiqui: deficiebant enim, quia non ponebāt causam mouentem uel efficientem, à qua est motus Et hoc est, quod dicit, ꝙ isti de motu, idest unde est motus in rebus, negligenter dixerunt: dimiserunt enim causam efficientem, a qua est motus: ita isti sicut illi: hoc posito, concludit totam partē præcedentem, dicens, ꝙ de duabus causis, scilicet materiali & efficiente satis quæsitū est prius, & dictum. Notandum est, ut uideantur opiniones antiquorum iam dictæ, quòd omnes antiqui in hoc conueniebant, quòd illud, quod fit, aliquan do præexistat: si enim nullo modo præfuisset, nul lo modo posset fieri; quia illud, quod est omnino

A non ens, non potest fieri: Sic ergo illud, quod fit, præfuit aliquo modo antequam fit: Sicut autē uariantur Philosophi in hoc modo præexistendi; ita uariantur opiniones eorum: quidam enim illo rum posuerunt, ꝙ illud, quod fit; aliquo modo præfuit; uel in luce intelligentiæ, uel in idea; & ista fuit secta Platonicorum; qui posuerunt, quòd illud, quod fit, aliquo modo præfuit in exteriori, uel intelligentia: ita quòd diuersa entia fieri; non est aliud, nisi diuersa participatio illius exterioris: unde secundùm quòd aliqua magis & minus participant lucem intelligentiæ, secundùm hoc differunt. Et secundùm hoc posuerunt ista tria principia, scilicet ideam, & magnum, & paruum; hoc est maiorem & minorem participationem il

Ex quod fit, aliquo modo præfuit.

Platonicorum positio.

B lius ideæ. Hi ergo, qui sic posuerunt, dixerunt, ꝙ illud, quod præfuit ante rem fiendam, non intrabat essentiam rei; quia exemplariter illud non in trabat essentiam rei sensibilis. Alii fuerunt, qui dixerunt, ꝙ illud, quod fit, præfuit in aliquo, qui intrat essentiam illius: & isti diuisi sunt in quatuor sectas, scilicet Anaxag. Democ. Empedo. & Arist. Posuit enim Empedo. ꝙ illud, quod fit, pręfuit aliquo modo in quatuor elementis, quæ posuit quasi quædam seminaria respectu fiēdorum. Imaginabatur enim, quòd corpora eterogenea resoluuntur ad corpora homogenea: corpora autem homogenea, sicut est caro, resoluūtur ad elementa, quæ ampliùs non resoluūtur: & ideò sunt ultima in resolutione, & per consequens prima

C in compositione; & sic sunt respectu omnium pri ma seminaria; Deceptus tamen fuit iste, quòd elementa non sunt irresolubilia, sed resoluuntur ad potentiam materiæ: & ideo materia debet poni primum principium. Secūda secta fuit secta Ana xago. qui posuit, quòd illud, quod fit, præfuit in quodam chaos confuso; & præfuit sub quodam esse latentiæ; quòd rem fieri non est aliud, nisi ipsam educi de esse latenti ad esse manifestum; ita quòd aerem fieri, uel aquam, est ipsum extrahi de ipso esse latēti: & ideo posuit, quòd quodlibet est in quolibet: quia quodlibet potest extrahi de quolibet. Deceptus autem fuit ipse: quia nesciuit distinguere inter esse in actu, & esse in poten tia: benè enim uerum est, quòd illud, quod fit: ali-

Elemēta nō sunt irresolubilia, sed resoluuntur ad potentiā materiæ.

Esse in actu, & esse in potentia maximè differunt.

D quo modo præfuit, & aliquo modo latuit; sed illud præfuisse, & illud latuisse non est, nisi ipsum fuisse priùs in potentia: uidetur autem quòd pro eodem habuerit esse in potentia & esse in actu; quod tamen falsum est. Tertius modus fuit Democriti, qui posuit, quòd illud, quod fit: aliquo modo præfuit in corporibus indiuisibilibus: ita quòd corpora indiuisibilia sunt semina, & per pri ma principia respectu omnium fiendorum. Imaginabatur enim, quòd illud est primum principium, ad quod stat ultima resolutio; resolutio autem stat ad corpora indiuisibilia; uolebat enim, quod est dare minimam carnem, & minimum ignem, sicut dictum est primo Physicorum: & iō illa corpora, quæ minima sunt, nec possunt am-

plius

plius resolui: prima sunt in componendo; & per consequens prima principia. Deceptus tamen fuit ipse ex æquiuocatione compositionis: quædã est enim compositio quantitatiua, & quædam cõpositio essentialis, quæ est ex materia & forma: licèt autem huiusmodi corpora, quæ uocabat minima, sicut minima caro, & minimus ignis; sint irresolubilia quantùm ad compositionem quantitatiuam: quia natura non patitur minorem quantitatem: tamen possunt resolui ad materiam, quæ est principium in compositione essentiali: & ideo materia debet poni principium, & non illa corpora: illud enim debet poni principium, quod est primum in compositione essentiali, & non illud, quod est primum in compositione quantitatiua. Quartus modus fuit Arist. qui dixit, quòd illud, quod fit; præfuit non in actu, sed in potentia materiæ: & ideo potentiam materiæ posuit principium generationis & corruptionis; cum hoc tamen posuit causam finalem, formalem, & agentem.

Compositio duplex.

Principiũ illud est, quod & principiũ in cõpositione essẽtiali.

Arist. opin. de principio generationis & corruptionis.

TEX. 24. *In his autem & ante hos uocati Pythagorici, mathematica tangentes, primi hæc produxerunt; et in eis nutriti, horum principia omnium quoque entium esse putauerunt: horum autem quoniam numeri natura sunt priores.*

Postquam posuit opiniones naturalium, hic ponit opiniones non naturalium; qui scilicet per mathematica, & per abstracta, sicut per species tractabant de sensibilibus: & diuiditur in duas partes: quia primò ponit opinionem Pithagoricorum: Secundò ponit opinionem Platonicorum, ibi [post dictas uerò philosophias.] Prima pars in duas partes: quia in prima parte ponit opinionem Pythagoricorum: secundò ponit opinionem quorundam Philosophorum, tractantium de toto uniuerso sicut de uno ente, ibi [sunt autem aliqui.] Prima pars in duas; quia primò ponit opinionem Pythagoricorum de rerum substantiis. secundò de rerum principiis ibi, [sed cuius quidem gratia.] Prima pars in duas: quia primò ponit opinionem istorum, secundò ponit motiua, quibus inducebantur ad ponendum istam opinionem; ibi [& in numeris:] Dicit ergo primò, quòd quidam Pythagorici, qui fuerunt ante eum primò produxerunt quædam mathematica, & primò eam tetigerunt; nutriti enim in scientia mathematicorum, posuerunt ea rerum principia, & substantias; in numero autem rerum mathematicarum numeri erant primi: tenebant enim primitatem inter omnia mathematica; & ideo numeros posuerunt primam substantiam rerum. Notandum est, quòd omnis quantitas mathematica uidetur reduci ad quantitatem continuam, & quantitatem discretam, quæ quidem numerus est: quantitas autem discreta quæ numerus est, uidetur habere quandam primitatem super quantitatem continuam: & hoc quia omne simplicius priùs est eo, quod est compositius: & quod se habet per additionem ad aliquid posterius; quantitas autem continua super discretam addit; unde numerus abstrahit a situ; continuum autem situm concernit: uidetur enim, quòd continuum secundùm modum loquendi non sit, nisi numerus situatus; Sic ergo numerus prioritatem quandam habet super continuum, & per consequens ponebant Pythagorici, quòd esset substantia omnium posteriorum. Videbatur enim eis, quòd numerus primò descenderet in magnitudinem mathematicam: secundò autem in magnitudinem uniuersalem: ita quòd tota substantia magnitudinis mathematicæ, & naturalis esset numerus. Deinde cum dicit.

Opin. ponẽtium princi pia incorporea rerum.

De dignitate numeri.

E

Et in numeris speculari uidebantur multas similitudines, & existentibus & factis, magis quàm in igne, & aqua, & terra: quia talis numerorum passio, iustitia; illa uerò talis anima, & intellectus: alia uerò tempus & aliorum, ut est dicere unumquodq; similiter.

F

Ponit motiua, quibus antiqui mouebantur ad ponẽdum numerum esse substantiam rerum: & diuiditur in duas partes secundùm duo motiua: secunda ibi, [ampliùs autem.] Dicit ergo primò, quòd cã, quare ponebãt numerũ substantiã rerũ, est, quia in numeris magis speculabantur proprietates & passiones rerũ, & quò ad esse, & quò ad fieri, quam in insensibilibus elementis, sicut est ignis, terra, & aqua: magis enim apparentia potest saluari in rebus per numeros, quàm per hmõi sensibilia elementa; dant autem de hoc exemplum: Nam uidemus, quòd aliqua passio numerorum potest coaptari iustitiæ; ita quòd aliquis numerus erit tota essentia iustitiæ, & numerus secundũ aliquam passionem potest coaptari animæ, & intellectui: ita quòd aliquis numerus erit tota substantia intellectus; & similiter aliquis numerus potest coaptari tempori secundùm aliquam passionem, sicut quòd numerus mensurat, quod etiã cõuenit tempori, & sic tota essentia temporis est numerus. Sicut autem est de istis tribus, quòd tota essentia eorum est numerus; ita est in omnibus alijs. Deinde cum dicit.

G

Ampliùs autem et harmoniarum in numeris speculantes passiones et rationes, quoniam & alia qui dem numeris secundum naturam uidebantur assimilata esse; numeri autem totius natura primi, elementa numerorum, entium quoque elementa cunctorum esse existimauerant, & totum cælum harmoniam esse, & numerum; & quæcunque habebantur confessa monstrare, & in numeris & harmoniis ad cæli passiones, & ad partes, & ad ornatum totum hoc colligentes adaptabãt: & si quid alicubi deficiebat, annectebant; ut ipsis totum negocium esset connexum.

H

Ponit secũdum motiuum, & diuiditur in duas partes: quia primò ponit motiuum suum, secũdò manifestat, quod dixit per exemplum ibi [dico aũt puta.] Dicit ergo quòd secũdum motiuum quare ponebant numerum esse substantiam rerum, est; quia speculabantur passiones, & rationes harmonia-

Quo Pythagorici posuerunt numerorum esse principia, & substantias rerum.

moniarum ex natura numerorum: Vnde harmonia est essentialiter numerus sensibilis sensu auditus: sicut autem harmonia est quidam numerus sensibilis, ita omnia alia sensibilia non uidentur aliud, nisi quidam numeri sensibiles; & hoc quia omnia uidentur esse assimilata secundùm naturã suam; & ideo numeri uidentur naturaliter primi, & inter omnia mathematica. Ex quo existimauerunt Pythagorici, quòd elementa, & principia numerorum sunt elemẽta, & principia omnium sensibilium; quæ sensibilia uocantur entia contracta ad numerum: Qui etiã Pithagorici totum cœlũ & totam harmoniam cœlorum dicebant esse numerum; & quæcunque confessa, & manifesta: mõstranda sibi, etiam monstrabant per numeros: & sic speculantes passiones in numeris, & harmoniis; totum hoc, quod inueniebant ibi, colligentes, adaptabant illud ad passiones cœli; sicut sunt motus, & eclipsis: & ad partes cœli, sicut stellæ; & breuiter ad totum ornatum cœli: Et sic per numeros quærebant de numeris omnium sensibilium: & si aliquid deficiebat in rebus manifestis, quod non uideretur posse adaptari numeris, denuo illud adnectebant numeris, sicut suum totum negotium esset connexum circa numerum, & cum numero. Deinde cum dicit.

Dico autem puta quoniam denarius perfectus esse uidetur, & omnem comprehendere naturam numerorum: & ideo quæ in cœlo feruntur, decem esse dicunt; solis autem nouem existentibus manifestis; ideo decimam oppositam terram faciunt. De his autem magis exquisitè est a nobis alibi determinatũ.

Manifestat quod dixit per exemplum, scilicet quia numeros adaptabant cœlo: exemplum autẽ suum est, quòd denarium numerum adaptabant decem spheris; & hoc est, quod dicit, quòd denarius uidetur esse numerus perfectus, & hoc quia comprehendit in se omnẽ naturam numerorum; & hoc, quia omnes numeri, qui sunt post denariũ, non sunt nisi repetitio denarij; sicut undecim, nõ est nisi repetitio denarij & unius; & duodecim denarij & binarij; & quia numerus denarius est perfectus, ideo Pythagoras spheras, quę mouẽtur in cœlo, dixit esse decem: Verum est, quòd nouẽ solum sunt manifestæ, & hoc quia sex manifestantur sex motibus planetarum, octaua autem motu stellarum, nona aũt motu diurno, qui est ab oriẽte in occidens: decima autem non est sic manifesta; tamẽ eam posuit Pythagoras; fecit enim decimam spheram, quam dixit Antichoriam, ab anti, quod est contra, & tonum; quia in cõtrarium mouebatur omnibus alijs, ex contrarietate causabatur sonus & harmonia: De istis tamen fusiùs dictum est a nobis in aliis, scilicet in ultima parte scientiæ huius. Notandum est, quòd sicut harmonia causatur ex proportione contrariorum sonorum, scilicet acuti, & grauis; ita ille ponebat, q in cœlestibus erat harmonia ex contrarietate motiuorum. Deinde cum dicit.

A *Sed cuius gratia, hæc repetimus, hoc est; ut & ab his etiam accipiamus, quæ ponunt esse principia, & quomodo in dictas causas incidunt.* TEX. 25.

Ponit opinionem Pythagoricorum circa rerũ principia: & diuiditur in duas partes, quia primò ponit intentum suum, secundò recitat opiniones Pythagoricorum circa rerum principia ibi [unde autẽ.] Dicit ergo primò, q illa, quæ posita sunt, gratia huius posita sunt; ut accipiamus ex hoc, quomodo Pythagorici posuerunt rerũ principia, & per quem modum hæc principia incidunt in causas supra numeratas, scilicet in principio libri. Deinde cum dicit.

Videntur autem & hi numerum putare principium esse, & quasi materiam entibus, & quasi passiones & habitus. Numeri uerò elementa par et impar; B *& horum hoc quidem finitum; illud uerò infinitum; unum autem ex his utrisque esse: etenim par et impar: numerum autem ex uno, numerus (sicut dictum est) est totum celum.*

Exequitur intentum suum; & diuiditur textus scdm qd dicti intendebant, quia primò recitat opiniones eorum circa principia: secundò ostendit, quomodo incidũt in numeratas causas ibi [ab his igitur.] Prima pars in tres partes secundùm q recitat tres modos Pythagoricorũ circa pricipia: secũda ibi [eorũdem uerò] tertia ibi [quemadmodum uidetur.] Ponit ergo primum modum, dicens, quòd aliqui de numero Pythagoricorum dixerunt, quòd numerus est principium rerum; & est sicut materia omnium existentium; & quòd C passiones nnmerorum & habitus, sunt passiones & habitus rerum existentium; & quòd elementa numerorum sunt par & impar, quorum unum est finitum, hoc est causa finitatis scilicet impar, & aliud infinitũ sicut par super elementa rerum existentium; unum ẽt & idem ponebant esse compositum ex his utrisque, scilicet ex finito & infinito, quod idem erat, quòd par & impar: numerum uerò ponebant compositum ex uno; numerum uerò adaptabãt ad totum cœlũ, sicut dictum est. Notandum est, quòd Pythagorici (sicut dictum est) dicebant, quòd impar est causa finitatis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ex duobus possumus uenari, quòd infinitum attribuitur pari, & finitum impari. Primum patet sic, quia illud D uocatur infinitum, quod interminatum est; illud autẽ finitũ, quod terminatũ est: Videmus.n. quod numerus in sui diuisione nõ terminatur, nisi quia terminatur ad impar: si.n. dicatur sic q uiginti diuidantur in decem & decem; decem autem in quinque, & quinque: quinque autem non ampliùs potest diuidi; quia numerus impar non est diuisibilis per æqualia, patet quòd ipse numerus in sui diuisione per æqualia cessat, quando terminatur ad impar: ergo par numerus ex eo terminatur in sui diuisione, q terminatur ad impar: ergo impar est, quod finit ipsum par: quia quod est infinitum nbi finiretur est finitum: ergo benè infinitum attribuitur pari; finitum autem attribuitur

Quæ Pythagorici statuerũt principia rerũ.

Pythag. attribuebat infinitatem pari, & finitatẽ impari, & quare.

Numerus impar non est diuisibilis p æqualia.

tur impari. Secunda uia est ex hoc, quod maior uariatio, & minor uniformitas est in pari, quàm in impari: maior autem uniformitas est in pari, quàm in impari. Arguemus ergo sic: ubi est uniformitas, ibi est finitas; & ubi est difformitas & uariatio, ibi est infinitas: sed in impari est uniformitas, & in pari est difformitas: ergo in impari finitas: & in pari infinitas. Maior patet de se: debemus probare minorem, scilicet quod in impari sit uniformitas, & in pari difformitas & uariatio; probatur autem sic illa minor secundùm Pythagoricos; primò enim probant, quod in numero impari est uniformitas, & per consequens finitas; videmus enim (ut dicunt) quod numeri impares sibi additi per ordinem uniformiter, conseruant & retinent unam speciem, scilicet quadrati; ubi autem est una species, est uniformitas; si enim unitati addatur ternarius, qui est primum impar, fit quaternarius; quaternarius autem est primus quadratus; si autem quaternario addatur quinarius, fit nouenarius, qui est secundus quadratus; quia nouem idē est, quod ter tria: & sic seruatur adhuc species quadrati: Similiter si nouenario addatur septēnarius, fit tertius quadratus, sicut sexdecim: & sic semper reseruatur uniformitas. Secundò probant, quod pares numeri difformitatem habent, & per consequens infinitatem; & hoc quia pares numeri conuenient sibi, per ordinem additi, semper uariant speciem; ubi autem est uariatio, ibi indeterminatio est, & infinitas: nam si unitati addatur binarius, qui est primus par, fit ternarius; & ita fit numerus triangularis: si autem ternario addatur item ternarius, qui est secundus par, fit numerus septennarius: in septēnario autem est altera species, quàm in ternario: & sic deinceps uariatur species.

Vbi uariatio, ibi infinitas, & indeterminatio.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrū possit saluari aliquo modo, quod dixit Pythagoras, quod unum est compositum ex finito & infinito, & per consequens pari, & impari. Dicendū est, quod sic: hanc aūt cōclusionē possumus uenari duobus modis, Vno modo secūdùm intentionem Pythagoræ: sic enim imaginabatur Pythagoras, quòd quidquid realiter & formaliter est in principiatis, uirtualiter est in principiis; quia nihil est in principiatis, nisi ex uirtute principiorum; unum aūt respectu numerorū principium est: ergo quidquid est realiter in numeris, uirtualiter est in uno: formaliter autem finitum & infinitum sunt in numero: ergo oportet, quòd sit uirtualiter in uno; cum enim dicerent, quòd finitum attribuitur impari, infinitum pari, oportebat, quòd dicerent, quòd sicut par & impar sunt formaliter in numero, ita finitum & infinitum: & sicut unitas est uirtualiter omnis numerus, ita est uirtualiter par & impar; & per consequens finitum & infinitum: ita quòd illud, quod est modo diuiso, & modo partito in numeris; modo unito est in unitate: numerus enim par non est numerus impar: & tamen unitas secundùm uirtutem est par & impar; & per consequens finitum & in-

E finitum. Secunda uia ad hoc uenandum est ex eo, quòd Pythagorici per proprietates numerorum, & per unitatem, quæ est principium numeri, uenabantur proprietatem rerum naturalium, ut dictum est supra; Probatum est autem in præcedenti uia, quòd unum quodam modo componitur ex finito & infinito: & eodem modo dicebant, quod quælibet res naturalis in fieri secundū uirtutē cōposita est ex potentia & actu; potentia autem de se est indeterminata, & de se quasi infinita; quia habet aspectum ad omnem actum; actus autem terminatus est & finitus; quia determinat indeterminationem potentiæ: & sic cum omnis res naturalis sit composita ex actu, & potentia, quodammodo est composita ex finito & infinito:
F quia infinitum attribuitur pari, finitum impari, ponebant eam quodammodo compositam ex pari & impari. Deinde cum dicit.

Eorundem uerò alii decem dicunt esse principia, secundùm correlationem dicta, finitum & infinitū, par & impar; unum, plura; dextrum, sinistrum; masculinum, fœmininum; quiescens, motum; rectum, curuum; lucem, tenebras; bonum, malum; longius altera parte, quadrangulare.

Ponit secundum modum principiorum, quem ponebant aliqui Pythagorici, dicens, quòd de numero eorundem Pythagoricorum fuerūt aliqui, qui posuerunt decem principia, quæ sunt dicta secundùm quandam coordinationem: quia unumquodque eorum accipitur cum suo opposito: Po-
G fuerunt ergo primò principia finitum & infinitum: secundò par & impar; tertiò unum & multitudinem: quartò dextrum & sinistrum: quintò masculinum & fœmininum: sextò quietē & motū: septimò rectum & curuum: octauò lucem & tenebras: nonò bonum & malum: decimò quadratum & altera parte longiùs. Notandum est, quòd isti ponebant duas coordinationes, unam coordinationem perfectorum, sub qua ponebant omnia perfecta, & omnes habitus; & aliam coordinationem imperfectorum, sub qua ponebant imperfecta & priuationes, & semper perfectum & habituum coordinabant iuxta imperfectum & priuationem; sicut patet in exemplis iam datis. Notandum tamen, quòd una coordinatio sequitur ad
H aliam; patet ad finitum & infinitum, sequitur par & impar, sequitur unum & multitudo: quia par & impar secundùm eos habent causalitatem super omnes differētias numerorum. Ad unum & multitudinem sequitur dextrum & sinistrum: quia dextrum & sinistrum dicunt magnitudinem; magnitudines autem secundùm eos causabantur ex numeris, & dextrum sicut perfectum erat ex parte imparis; sinistrum autem & imperfectum ex parte paris; & quia in dextro est uirtus actiua: ideo ad dextrum & sinistrum sequitur masculinum & fœmininum: quia in masculo est uirtus actiua, in fœmina autem uirtus passiua: Ad uirtutem autem actiuam & passiuam sequitur motus & quies: differentiæ autem motuum sunt rectum, &

Pythagorici ponebant duplicem coordinationem.

& circulare; & sic motum, & quietem sequitur rectum & circulare; Quia autem isti ponebant principia motuum,& quantùm ad actiones naturales, & quantùm ad animales; in animalibus etiam ponebant cognitionem, & appetitum; & quantùm ad cognitionem ponebant lucem*, & tenebras; quantùm ad appetitum ponebant bonum,& malum. Vltimò autem ponebant quadratum, & altera parte longius; nam hæc duo uidebantur causari ex uno, & multo: nam Quadratum consurgit ex ductu unius lineæ in seipsam, in ea omnia latera sunt æqualia: æqualitas autem est quædam unitas; Altera parte longius consurgit ex ductu unius lineæ in aliam: & ideo est ibi quædam alietas, ubi autem est alietas, ibi est multitudo. Deinde cum dicit.

Quemadmodum uidetur Alcmeon Crotoniates suscipere, aut hic ab illis, aut illi ab hoc hunc sermonem acceperunt (etenim fuit ætate Alcmeon, sene existente Pythagora) cum his uerò similiter enumerauit: Nam distinxit in duo, multas humanorum dicens contrarietates, non sicut hi determinatas, sed quascunq; ut album nigrum, dulce amarum, bonum malum, magnum paruum, hic quidem indeterminatè proiecit de cæteris. Pythagorici uerò, & quot, & quæ contrarietates, enunciauerunt.

Ponit tertium modum Pythagoricorum, dicens, quòd Alcmæon Crotoniensis, hoc est sic dictus à tali ciuitate; de principiis uidetur dicere, sicut Pythagorici; uel enim ipse suscepit ab ipsis, uel è conuerso; quia ipse fuit contemporaneus Pythagoræ. Nam cœpit philosophari, Pythagora existente sene; Benè dico, quòd ille aliquo modo dixit, sicut illi: quia enumerauit principia similiter, dicens, quòd principia contraria sunt: nam ait, quòd multa humanorum hoc est rerum sensibilium sunt, hoc est consistunt in dualitate; dualitatem autem uocauit contrarietatem; & sic contrarietates posuit in rebus sensibilibus. Licèt autem posuerit contrarietates, sicut Pythagorici: non tamen ita determinatas; quascunque enim contrarietates indifferenter posuit principia, sicut album, & nigrum; dulce, & amarum; bonum & malum; magnum, & paruum: & sic indeterminatè de aliis contrarietatibus: Non sic autem Pythagoras; sed determinatè enumerauit, quæ sunt illa contraria; & quæ sunt illæ contrarietates: ita quòd non indifferenter posuit quæcunque contraria principia. Deinde cum dicit.

Ab his igitur ambobus tantùm est accipere, quia contraria sunt existentium principia; quot uerò ab aliis, & quæ hæc sint: qualiter autem ad dictas causas cõuenit adducere, planè quidem non est dearticulatum ab illis; Videntur tamen, ut in materia specie elementa ordinare; ex his

A *enim ut ex eis, quę insunt constitui, & plasmari dicunt substantiam. Antiquorum igitur elementa naturæ plura dicentium, ex his sufficiens est intellectum speculari.*

Ostendit secundum, quod intendebat, scilicet, ad quod genus causarum poterant reduci illa principia, quæ ponebat Pythagoras, & est sententia sua talis, quòd Pythagoras non benè determinauit, ad quod genus causarum reducantur principia, quæ posuit; quantùm apparet ex uerbis suis, uidetur quòd possint reduci ad causam materialem. Et hoc est, quod dicit litera, quòd ab istis duobus, scilicet Pythagora, & Alcmæone possumus accipere, quòd principia entium sunt contraria; & à Pythagoricis pos-

B sumus accipere, quæ sunt illa contraria. Qualiter tamen hæc principia contraria reducantur ad prædictas causas, non est benè determinatum ab eis: uidetur tamen quòd elementa, quæ posuit Pythagoras, possint reduci ad materiam; cuius ratio est; quia illa contraria, quæ supponuntur, sunt elementa; ex quibus construitur & plasmatur substantia rei: cum sint in ipsa substantia: hæc autem est proprietas materiæ: quia est principium, ex quo fit res, & est in re: quod ponitur ad differentiam priuationis; quia licèt ex priuatione fiat res, sicut ex non albo; tamen priuatio non manet in re: concludit ergo Philosophus totam partem præcedentem, quomodo antiqui posuerunt plura ele-

Materia remanet ĩ re, cuius ẽ principium: priuatio autem minimè.

C menta naturæ, idest rei, ut ex his dictis possumus speculari.

Sunt autem aliqui, qui de omni quasi una existente natura enunciauerunt, modò uerò non eodem omnes, neque ipsius, quod benè, neque quod est secundùm naturam. TEX.26.

Ponit opinionem illorum, qui ponunt omnia esse unum, & quòd determinabant de toto uniuerso, sicut de uno ente: & diuiditur in duas partes; quia in prima ponit positionem istorum: in secunda parte epilogat dicta antiquorum, quæ iam enumerauit; secunda ibi, [ex dictis quidem igitur.] Prima pars in duas; quia primò ponit opinionem illorum: secundò ostendit, quomodo consideratio huius opinionis conuenit præsenti speculationi, & quomodo

D non: secunda ibi, [Ad præsentem quidem.] Dicit ergo primò, quòd quidam fuerunt, qui locuti sunt de toto uniuerso, quasi de uno ente; quia concludebant omnia esse unum, non tamen eodem modo omnes locuti sunt; quia sicut patet primo Physicorum aliter probabat Parmenides omnia esse unum, & aliter Melissus; nec etiam isti benè loquebantur; quia sicut patet primo Physicorum; rationes eorum peccabant in materia & in forma; nec etiam loquebantur secundùm naturam, idest naturaliter, quia negabant motum: secundò autem Physicorum, dictum est, ꝙ natura est principium motus &

 quietis.

quietis. Deinde cum dicit.

Ad præsentem quidem causarum præscrutatio nem nullatenus congruit de ipsis sermo: non enim ut Philosophorum quidam, qui unum posuerunt, ipsum ens, tamen generant ex materia quasi ex uno; sed alio dicunt hi modo; illi namque motum apponunt generantes, hi uerò immobile dicunt esse.

Ostendit, quomodo hæc opinio congruit præsenti tractatui, & quomodo non; & diuiditur in duas partes: quia primò ostendit, quòd positio in se non congruit præsenti speculationi: secunda ibi, [Attamen tantùm.] Circa principium facit talem rationem; positio, quæ negat causam non congruit præsenti speculationi; quia tota ista speculatio primi libri est circa causas: sed hæc positio, quæ ponit omnia esse unum, negat causas; ergo non congruit præsenti speculationi.

Circa istam rationem sic procedit; quia primò ponit maiorem, dicens, quòd ad istam per scrutationem, quæ est de causis, nullatenus congruit sermo, quia negat causas: secundò ponit minorem, scilicet, quòd isti negabant causas, dicens, quòd isti non loquebantur ponendo omnia esse unum, sicut quidam naturalium, qui etiam posuerunt omnia esse unum: quia isti naturales non negabant causam, & isti negabant; illi enim naturales ponunt quoddam unum, ex quo generantur omnia, quasi ex una materia: & sic ponunt causam, & causatum; isti uerò alio modo dicunt: negant enim causam. Nam naturales concedunt motum esse, & per consequens causam motus. isti autem negant motum: dicunt enim, quòd omnia sunt unum in mobile.

Quæstio. Quæreret quis, Quomodo isti naturales ponebant omnia esse unum: & tamen ponebant gñationem. Dicẽdum est, ꝙ isti naturales ponebant oĩa esse unum secũdùm materiam: quia secundùm eos, materia erat tota essentia rei; quia negabant formam substantialem: ideo ponebant, quòd omnia erant unum secundùm totam essentiam; materia.n. est subiectum circa essentiam cuiuslibet rei generatæ: & quia materia est tota essentia, secundùm eos, & omnia generata sunt ex una materia; sequebatur, quòd tota essentia omnium generatorum una esset: uariabantur tamen illa generata secundùm accidentia: ita quòd omnia generata sunt unum secundùm essentiam, & diuersa secundùm actus; & ita solùm uariantur in actu accidentali; & quia uariatio accidentalis magis debet dici alteratio, quàm generatio; ideo isti secundùm ueritatem negabant generationem: Decipiebantur autem isti, quia credebant, quòd tota essentia rei esset materia: secundò debuerunt perpendere, quia diuiditur ad diuisionem quantitatis. Deinde cum dicit.

Variatio accidentalis magis dicitur alteratio, quàm generatio.

E *Attamen tantùm conueniens est præsenti speculationi. Parmenides enim uidetur unum secundùm rationem tangere. Melissus uerò ipsum secundùm materiam; quare & id hic quidem finitum; ille uerò infinitum, ait esse. Xenophanes uerò primus horum, unum dixit: Parmenides, qui huius dicitur discipulus, nihil explanauit: neque de natura horum neuter uisus est tangere; sed ad totum cælum respiciens, ipsum unum dicit esse Deum.*

Ostendit, quòd hæc positio quò ad modum ponendi congruit huic speculationi: & diuiditur in duas partes: quia primò ostendit, quòd hæc positio generaliter, & quò ad omnes illam ponentes, congruit huic speculationi; sed hoc F specialiter ostendit dixisse Parmenidẽ: ibi, [igitur ii.] Dicit ergo primò talem rationem; omnis positio, quæ quò ad modum ponendi concedit causas, aliquo modo congruit huic positioni: hæc est huiusmodi; quia concedit materiam, & formam; ergo congruit huic speculationi: Et hoc est, quod dicit, quòd quamuis dictum sit, quòd hæc positio non congruit præsenti speculationi: attamen illi tantùm congruit, inquantùm concedit aliquo modo rationem causæ; hoc autem facit, quia Parmenides uidetur dicere, quòd omnia sunt unum secundùm rationem; & quia ratio accipitur ex parte formæ, uidetur concedere formam; Melissus uidetur dicere, quòd omnia sunt unum ex parte materiæ: & ideo aliquo modo concedit causatum, G & materiam; & quia forma habet rationem finiti: materia autem infiniti, ideo Parmenides, qui considerauit formam, dixit ens, quod est unum, esse finitum. Melissus autem, qui considerauit materiam, dixit illum unum esse infinitum: sic ergo ii duo dixerunt: Sed tamen Xenophanes, qui fuit primus inter illos, qui dixerunt omnia esse unum, cuius discipulus fuit Parmenides, respexit ad formam; & Melissus ad materiam: tamen ille de natura nihil ausus est tangere: sed solùm aspiciens ad totum cœlum & ad totum mundum dixit omnia esse unum. Notandum est, quòd ratio Parmenidis, qua probabat omnia esse unũ: fuit ista, Verè ens, & ens H conuertuntur, ita quòd quidquid est ens, & est uerè ens; uocabat autem uerè ens substantiam: si ergo uerè ens, & ens conuertuntur; quidquid est extra uerè ens, est extra ens: ergo accidentia si sunt extra ambitum uerè entis, oportet, quòd sint extra ambitum entis; & sic accidentia non entia sunt: & sic tantùm uerè ens est, quod uocabat unum ens, scilicet substantiam: ille ergo probat unitatem entis ex parte ueri entis: & quia ipsa uera entitas est ipsa formalitas; ideo probabat ueritatem ex parte formæ, sicut dicit litera. Possumus aliter dicere, quia probabat, quòd ens esset unum: Dicebat enim, quòd si ens deberet diuersificari, oportet, quòd diuersificetur

Discrimen inter Parmenidem et Melissum, quo omnia sunt unum.

tur per aliquid, quod est extra rationem entis, cum ergo nihil sit extra rationem entis; ergo ens diuersificari non potest: ergo unum est tantùm ens: Decipiebatur autem ipse ex falsa imaginatione, quia imaginabatur naturam entis ad modum generis: credebat enim, quòd sicut genus dicit conceptum quendam diuersificabilem per differentias, & per aliquid, quod est extra rationem generis: ita credebat de ente, quòd diceret aliquem conceptum diuersificabilem per alia: quod non est uerum sicut pleniùs dicetur in Tertio. Melissus autem sic probabat omnia esse unum: quod factum est, habet principium; ergo quod non est factum, non habet principium; ens non est factum: ergo non habet principium: si autem non habet principium, est infinitum; quod autem infinitum est, unum est; ergo ens est unum: Quòd autem ens non sit factum, probat sic; quia si esset factum, uel esset factum ex ente, uel ex non ente: ex ente non, quia nihil est, priusquam fiat: ex non ente non; quia ex nihilo nihil fit. & sic ens non est factum: Probabat ergo ipse, quòd ens non est factum ex parte eius, ex quo fit aliquid: & quia illud, ex quo fit aliquid, materia est; ideo aliqualiter tangebat materiam, & per consequens tangebat causam: ideo positio sua congruit præsenti speculationi. Deinde cum dicit.

Error Parmenidis.

Hi quidem igitur (sicut diximus) prætermittendi sunt ad præsentem inquisitionem: duo quidem, & penitus tanquam existentes parum agrestiores, Xenophanes, & Melissus. Parmenides autem magis uidens uisus est dicere: nam præter ens nihil iudicat esse, ex necessitate ens opinatur esse unum, & aliud nihil; de quo manifestiùs in Physicis diximus; coactus uero apparentia sequi; & unum secundùm rationem, plura uerò secundùm sensum opinans esse; duas causas rursus, & duo principia ponit calidum, & frigidum, ut ignem, & terram; dicens, horum autem alterum calidum scilicet cum ente ordinat, alterum uerò cum non ente.

Ostendit specialiter, Quomodo positio Parmenidis congruit huic speculationi, dicens, quòd isti, qui dicti sunt, quantùm spectat ad præsentem speculationem; prætermittendi sunt; quia auferebant causalitatem à rebus; duo tamen de numero eorum, scilicet Melissus, & Xenophanes specialiter prætermittendi sunt, sicut magis agrestes, & minoris intellectus; non sic autem Parmenides; quia uisus est dicere magis rationabiliter, quàm isti: fundabat enim rationem suam super rationem entis, dicens sic; quidquid est præter ens, est non ens; non ens autem dignè dicitur esse nihil; ergo quidquid est præter ens, est nihil; ergo ex necessitate tantùm ens est, ex quo sequitur, quòd tantùm unum est: De hoc tamen diffusiùs dictum est in libro Physicorum; Licèt autem ipse Parmenides concederet omnia esse unum; tamen coactus sequi ea, quæ apparent; quia multitudo apparet in rebus, dixit, quòd omnia sunt unum secundùm rationem; tamen plura secundùm sensum; & ideo concessit, aliquo modo rationem causæ; Videtur enim posuisse duas causas, & duo principia; posuit enim calidum, & frigidum, quorum unum attribuebat igni, scilicet calidum, & causæ efficienti; & aliud attribuebat terræ, scilicet frigidum, & causæ materiali; ne tamen cogeretur ponere plura entia, dicebat, quod calidum est ens. & frigidum non ens. Deinde cum dicit.

præfert Parmenid. aliys duobus.

Ex dictis quidem igitur, & à sapientibus, qui rationi incubuerunt, ista accepimus. A primis quidem, & corporeum principium; aqua namque, & ignis, & similia corpora sunt; & horum à quibusdam unum, a quibusdam plura corporea principia. Vtriusque tamen ista, ut in materiæ specie ponentibus. A cæteris uerò, & hanc causam, & cum ista etiam eam, unde motus, flatuentibus, & hanc à quibusdam unam, à quibusdam duas.

Vsque igitur Italos, & loquuti fuerunt de ista; alii modicum. Sed (sicut dixi) qui ponunt causas duas, diuersantur in alia causa; quidam enim dicunt ipsam esse unam, & quidam duas, scilicet illud, ex quo fit motus. TEX. 27.

Epilogat, quæ dicta sunt, & diuiditur in duas partes; quia primò epilogat dicta Naturalium: secundò dicta Pythagoricorum, ibi, [Pythagorici.] Dicit ergo primò, quòd ex dictis à Philosophis, & sapientibus, qui rationi consentiebant; quia ratio iam docebat eos quærere causas; hic accipimus, quæ dicta sunt: A prioribus quidem Philosophis accepimus, quòd principium omnium corpus est: Quidam Naturales posuerunt aquam esse principium: quidam uerò ignem, & similia corpora: & quidam istorum posuerunt unum principium corporeum tantùm, sicut aquam tantùm, uel ignem tantùm; quidam uerò plura, sicut illi, qui posuerunt plura elementa, scilicet quatuor, sicut ignem, aerem, terram, & aquam: utrique tamen, scilicet isti, & illi, qui posuerunt unum principium; & illi, qui posuerunt plura; illud principium posuerunt sub specie causæ materialis. Quidam autem à ueritate coacti, cum hac causa materiali posuerunt causam mouentem, unde est motus: & quidam istorum posuerunt unam causam mouentem tantùm, sicut Anaxagoras, qui posuit intellectum; quidam uerò posuerunt duas causas mouentes, sicut illi, qui posuerunt amorem, & odium: Hi ergo Philosophi, qui fuerunt usque ad Italicos; qui quidem Italici dicuntur Pythagorici, & absque illis, & absque Pythagoricis habuerunt opinionem suam: quia opinio eorum

Epilogat eorum, quæ dixerint antiqui.

rum non conueniebat opinioni Pythagoricorum; obscuriùs dixerunt de principiis: quia non benè manifestauerunt naturam principiorum: tamen utebantur duabus causis, scilicet causa materiali, & causa efficiente, & alteram illarum, scilicet efficientem, & mouentem quidam illorum fecerunt unam tantùm; quidam uerò duas, ut iam dictum est. Deinde cum dicit.

TEX. 28. *Pythagorici autem dixerunt duo principia esse secundùm hunc modum.*

Recitat, & epilogat opinionem Pythagoricorum: & diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quod habuerunt Pythagorici communem cum aliis Philosophis: secundò ostendit, quid habuerunt proprium, ibi, [tantùm autem addiderunt.] Dicit ergo primò, quòd Pythagorici eodem modo, sicut alii posuerunt duo principia, scilicet unum principium bonorum, & aliud principium malorum; sicut patet ex coordinatione principiorum, quam posuerunt. posuerunt .n. unam coordinationem bonorum, & aliã malorum. Similiter Empe. (ut dictũ est supra) posuit litem causam malorum; amorem causam bonorum: Differebat tamen Pythagoras ab Empedocle: quia Pythagoras principia sua, scilicet boni & mali reducebat ad causam materialem; Empedocles uerò, causam boni & mali, scilicet litem & amicitiam reducebat ad causam efficientem. Deinde cum dicit.

Tantùm autem addiderunt, quod quidem & proprium est ipsorum: quia finitum & infinitum, & unum, & non alias aliquas putauerunt esse naturas; ut ignem, aut terram, aut aliud aliquid tale: sed ipsum infinitum & unum esse substantia: sed ex istis ea, quæ ponunt. Quapropter & numerum esse substãtiam omnium. De his igitur secundùm hunc enunciauerunt modum.

Ostendit, quid proprium posuerunt Pythagorici ab aliis Philosophis: & diuiditur in duas partes, secundùm quòd duo propria posuerunt; secunda ibi, [Et de eo, quod quid est.] Dicit ergo primò, quòd Pythagorici aliquid addiderunt super positionem aliorum Philosophorum, quod fuit eis proprium: dixerunt enim, quòd finitum & infinitum non erant quædam accidentia, & quædam naturæ, quæ acciderunt alteri, sicut igni, terræ, uel alicui simili corpori; sed dixerunt, quòd ipsum infinitum est quoddam per se existens, qđ quidem est substantia rei, de qua prædicatur; & ideo posuerunt, quòd numerus, in quo primò est infinitum, est substantia omnium. De his ergo secundùm hunc modum enunciauerunt Pythagorici, & aliter quàm Naturales: quia Naturales ponebant ipsum infinitum esse accidens alicui naturæ, quod non posuerunt Pythagorici. Deinde cũ dicit.

Et de eo quidẽ qđ quid est inceperunt dicere, & definire: sed ualde simpliciter tractarunt: definiebant namque perfunctoriè, & cui primò dicta diffinitio E *inesset, hoc esse substantiam rei putarunt: perinde ac si quis putaret idem esse duplum & dualitatem: quoniam primum dualitati duplum inest: sed non est idem fortasſis duplo & dualitati esse; quod si non ipsum unum, erit multa; quod illis quoque accidebat. A prioribus igitur, & cæteris tot licet accipere.*

Ponit secundum, quod fuit proprium Pythagoricis, dicens, quòd proprium Pythagoricis fuit, quia primò inceperunt dicere de quidditate, & de diffinitione rei; tamen ualde simpliciter & grossè cognouisse: & superficialiter de ipsa dixerunt: dicebant enim, quòd si aliquis terminus, & aliquod prædicatum inest alicui primò, quòd illud est diffinitio eius: quia putauerunt, F quòd illud, quòd primò inest alicui, quòd est substantia illius; quod tamen falsum est: sicut si quis existimaret, ꝙ illud esset duplum quod dualitas: sicut substantia, & illud cuius est substantia, & sicut diffinitio & diffinitum; quia duplum inest primò dualitati, quod tamen falsum est; quia esse dupli; & esse dualitatis, non idem est, licèt duplum primò insit dualitati; Si autem ita esset, sicut dicunt illi, scilicet quòd illud, quod primò inest alicui, quòd est substantia, & diffinitio illius; sequeretur quòd unum esset multa, scilicet quòd unum haberet multas substantias, & multas diffinitiones: conuenit enim, quòd uni, & eidem insint plura primò, sicut dualitati inest primò paritas, & proportio dupla: ex quo istis accidit, quòd esse paritatis est esse dualitatis quidditatiuè: & similiter esse dupli; & sic dualitas habebit duas quidditates, quod est impossibile; Concludit ergo Philosophus, quòd ea, quæ dixerunt priores Philosophi, scilicet Pythagorici, dicta sunt. Deinde cum dicit.

Conuenientia, & differentia Pythagoricorum ab aliis.

Post uerò dictas philosophias disciplina Platonis superuenit: in plerisque quidem istos secuta: quædam autem etiam propria, ultra Italicorum habens philosophiam. Cum Cratyllo namque ex recenti consuetus, & Heracliti opinionibus assuetus; tanquam omnibus sensibilibus semper defluentibus; & de eis non existente scientia, hæc quidem postea ita arbitratus est, Cum uerò Socrates de moralibus quidem tractaret, de tota uerò naturali nihil. TEX. 29.

H *In his tamẽ uniuersale quærente, & de diffinitionibus intellectum firmantem, illum recipiens propter huiusmodi susceperat; quasi de aliis hoc eueniens, & non de sensibilium aliquo hoc fieri: Impossibile enim definitionem communem esse alicuius sensibiliũ semper transmutantium.* TEX. 30.

Postquam posuit opinionem Pythagoricorũ, hic ponit opinionem Platonicorum: & diuiditur in duas partes: quia primò ponit opinionem, quam habuerunt isti de rerum substantia: secundò quam habuerunt de rerum principiis, ibi, [Quoniam autem species.] Prima in duas, quia primò ponit opinionem, quam habuerunt Platonici

nici de Ideis & speciebus: secundò ponit opinionem, quam habuerunt de Mathematicis ibi, [Amplius autem.] Ad euidentiam primi. Notandum est, ꝙ Plato posuit Ideas & species; mouebatur autem ex hoc: quia aliter non posset esse diffinitio, & scientia rerum; diffinitio enim & scientia immutabilium & transmutabilium est; cum autem transmutabilia, sicut omnia sensibilia, sint in continuo fluxu: sequitur ꝙ nec sit scientia sensibilium, nec diffinitio: oportet ergo, ꝙ scientia & diffinitio sit aliquorum separatorum, quæ separata Plato uocabat Ideas; in hoc ergo quòd Plato sumpsit, quòd sensibilia sunt in continuo fluxu; uidebatur consentire cum Heraclyto, qui posuit omnia esse in continuo motu: Dixit etiam Plato, quòd scientia, & diffinitio uniuersalium, est; & ideo ipsorum scientia non est: ergo oportet, quòd scientia & diffinitio sit aliquorum abstractorum; quæ uocabant Ideas & species rerũ: His uisis patet litera, quę diuiditur in duas partes: quia primò ponit motiuum, quo Platonici mouebantur ad ponendum Ideas & species: secundò ponit, quomodo se habent illæ Ideæ ad sensibilia ibi, [sic itaque.] Dicit ergò primò post dictas Philosophias, scilicet Pythagoricorum, superuenit negotium Platonis, in multis quidem sequens dictos Philosophos: in multis tamen habens aliqua propria præter dicta Italicorum, idest Pythagoricorum: nã ipse posuit ideas & species; motiuum autem huius; quia cõsensit de nouo opinionibus Bratyli & Heraclyti; qui dixerunt, ꝙ sensibilia semper defluunt & mouentur; & quòd scientia de his non est: & hoc posteriùs suscepit Plato, id est post ipsos: Cui etiam uidetur consensisse Socrates: nam solùm immoratus est circa negotium Moralium; de Natura autem nihil dixit: & in Moralibus quæsiuit uniuersale, & de diffinitionibus primò dedit intellectum; & hoc quia uniuersale & diffinitio pertinent ad scientiam: Ideo autem immoratus est circa moralia, & non circa uniuersalia: quia putauit, quòd uniuersale, & diffinitio de aliis posset esse, & non de aliquo, quod est de numero sensibilium: impossibile enim est aliquam communem rationem & uniuersalem esse de rebus sensibilibus, quæ continuè transmutãtur. Deinde cum dicit.

Vnde Plato posuit ideas, et species.

Socrates immoratus est solũ in moralibus, putauit. n. de rebus naturalibus, & sensibilibus nõ posse haberi scientiã.

· *Itaque sic quidem existentium Ideas & species appellauit; sensibilia uerò propter hoc, & secundùm hoc dici omnia. Nam secundum participationem esse multa uniuocorum speciebus, participationem uerò secundum nomen transmutauit. Pythagorici quidem existentia dicunt esse numerorum imitationẽ. Plato uerò nomen mutando: participationem uerò, aut imitationem formarum, quæ nam sit, communiter quærere omiserunt.*

Ostendit, quomodo ideæ & species se habent ad sensibilia; & est sententia sua ista; quòd ideæ & species participantur ab ipsis sensibilibus, & sensibilia determinantur ab eis: ita quòd sensibilia non sunt, nisi quædam participationes & imi-

A tationes substantiarum separatarum: quas Plato uocabat ideas: Et hoc est, quod dicit litera, quòd talia entia separata Plato uocauit Ideas & species: species quidem inquantùm erant principiũ cognoscendi: ideas inquantùm erant principium essendi: Secundum autem istas ideas, & per eas putabant dici & denominari omnia sensibilia; & hoc quia multa uniuocata sub una specie participant ideam: Ita quòd sensibilia sunt quædam participationes idearum, Plato nomen participationis immutauit: illud enim quod Pythagoras uocauit imitationes, Plato uocauit participationem. Pythagorici enim dixerunt, quòd sensibilia erant imitationes. Plato uerò quòd erant participationes, solo nomine transmutato: quia idem in re est B participatio & imitatio. Licèt aũt Pythagorici posuerint imitationes, uel participationem: tamen omiserũt quærere, quæ sit illa participatio, & qualiter sensibilia participant species.

Participatio, & imitatio idem.

Quæreret quis, Vtrum motiuum Platonis, quo mouebatur ad ponendum quidditates & species; fuerit bonum? uidetur quòd sic, quia sensibilium & particularium scientia non est. Deinde cum dicit, quòd Plato in aliquo benè dixit, & in aliquo peccauit: benè dixit quidem in hoc, quod dixit, quòd scientia est de rebus immobilibus & necessariis. Scientia enim uel est diffinitiua, uel demonstratiua, prima scientia habetur per diffinitionem: secunda per demonstrationem: & utraq; de immobilibus est: scientia diffinitiua est indica C tiua quidditatis: ita enim licat esse quidditatiuum rei, quòd non indicat esse existentiæ: intellectus enim diffiniens abstrahit abesse existentiæ: ita. n. fertur super quidditatem rei, ꝙ nõ fertur super existentiam: quia ergo omnis mobilitas, & omnis motus respicit rem, ut est sub esse existentiæ: si intellectus diffiniens abstrahit ab esse existentiæ, oportet, quòd abstrahat a motu, & à mutatione: & ideo dixit Philosophus septimo huius, quòd quidditas nec generatur, nec corrumpitur: cuius ratio est, quia abstrahit à motu, & à mutatione: Et sic patet, quòd scientia diffinitiua abstrahit à motu, & à mutatione: & est de rebus, quæ non mouentur nisi secundùm accidens. Similiter scientia demonstratiua est de rebus im D mobilibus: est enim scientia demõstratiua de cõclusionibus, quę possunt resolui in causas certas & determinatas: ita quòd illæ conclusiones necessitatẽ & immobilitatẽ sortiuntur ex illis causis: In hoc ergo Plato benè dixit, quia posuit, ꝙ sciã est de immobilibus rationib. in hoc tamẽ peccauit, quia credidit, quòd nullæ immobiles rationes nõ possent reperiri in sensibilibus: quod tamen falsum est: quia in essentiis rerum sensibilium considerantur aliquæ rationes immobiles, sicut immobile est & necessarium, hominem esse animal; de quibus est scientia: Vnde non oportet propter scientiam talia separata ponere, ex quo in essentiis rerum sensibilium reperiuntur aliquæ immobilitates: His uisis, patet argumentum.

Quæstio.

In quibus benè, & in quibus malè dixerit Plato.

Scientia diffinitiua abstrahit à motu, et mutatione.

Scientia demonstratiua est de rebus immobilibus, & de cõclusionib. quæ possũt resolui ad causas certas, & determinatas



Quæstio.

Quæreret quis, supposito quòd sint ideæ, Vtrũ sensibilia sint participationes idearum? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandũ est, quòd Plato posuit, quòd in illo separato nihil est per accidens; ita quòd nihil est ibi, quod non pertineat ad quidditatem rei: Sicut in homine separato non est nisi humanitas; non enim est ibi humanitas & aliquid aliud; si enim ibi esset humanitas, & aliquid aliud non esset humanitas tantũ; & per consequens non esset tantùm quidditas; quia ubi esset quidditas, & aliquid aliud, quàm quidditas, esset aliquod per accidens; & ideo Plato uocabat hoc separatum per se hominem: si enim esset ibi humanitas, & aliquid aliud, esset ibi aliquid per accidens; & per consequens non esset ibi tantùm, quod pertinet ad semitam communem hominis, & sic non deberet uocari per se tale: quia tamen non est ibi nisi humanitas tantùm, ideo per se tale uocatur; & per consequens debet uocari per essentiam tale: in homine autem sensibili (& quod dico de homine dico de quolibet alio) non est essentia & aliquid aliud; & ita est ibi aliquid per se, & aliquid aliud; à quo alio illa essentia participatur: Debemus enim imaginari, quòd secundùm Platonem in idea non differt quidditas, & cuius est quidditas; & hoc, quia ibi non est nisi quidditas: in re autem sensibili differt quidditas, & cuius est quidditas; & hoc quia (ut iam dictum est,) ibi est quidditas, & aliquid aliud; & quia ibi est quidditas, & aliquid aliud: ideo est ibi quidditas participata ab illo alio; & sic quidditas, & idea: quia pro eodem accipiebat quidditatem & ideam. Patet ergo quomodo Plato posuit, quòd sensibilia sunt per participationem idearum: ex quo ẽt patet, ꝙ sunt quædam imitationes. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd secundùm Boethium formę materiales deriuatæ sunt à formis immaterialibus, sicut extractum ab extrahenti: secundùm ꝙ exemplatum imitatur exemplum, & non ẽ conuerso: & ideo ideata imitantur ideas, & non ẽ cõuerso. Vnde si uellemus loqui secundùm ueritatẽ de ideis, sicut loquũtur Theologi; dicemus, quòd ideæ sunt formæ, siue rationes, non quæcunque, sed principales & intellectuales: principales quidem quia formæ secundariæ deriuatæ, licet habeant naturam ideati, tamen non habent naturam ideæ: quia idea semper est ratio principalis: intellectuales autem, quia non uocantur formæ ideæ, quæ sunt principium alicuius per modum naturæ, sed per modum artis, & intellectus.

In idea quidditas, & cuius est quidditas non differunt.

In re sensibili differunt quidditas, & id cuius est quidditas.

Formæ materiales deriuantur à formis immaterialib.

Quid sint ideæ secundùm ueritatem.

Ideæ per modum artis sunt in Deo.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum Plato benè fuerit motus, quando dixit, quòd multa de numero uniuocorum participant Ideam? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiã notandum est; quòd illa, quæ sunt uniuoca, ex hoc uniuoca dicuntur, quòd participant unam rationem; ex hoc autem aliqua dicuntur æquiuoca, quòd participant diuersas rationes; una ratio autem una idea est, quæ ergo participant unam rationem, possunt participare unã E ideam, talia autem sunt uniuoca; ubi enim sunt duæ rationes, duę exemplaritates sunt, & per consequens duæ ideæ; ubi autem est una exemplaritas, & una idea. Deinde cum dicit.

Amplius autem præter sensibilia & species Mathematica rerum inter media dicit esse. Et differẽtia sensibilibus quidem, quia sempiterna sunt & immobilia. A speciebus aũt eo, ꝙ hæc quidem multa, quædam similia sunt: species autem ipsum unum unaquæque solùm.

Ponit opinionem Platonis de Mathematicis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Mathematicus abstrahit à motu & à materia: non enim considerat lineam sensibilem, puta lineam æream uel ligneam, sed tantùm lineam: Licèt autem F abstrahat à motu, & à materia; tamen illa abstractio non est secundùm esse, sed secundùm diffinitionem, & rationem: multa enim sunt abstracta secundùm diffinitionem, quæ non sunt abstracta secundùm esse. Licèt enim Mathematicus cõsideret lineam pręter naturam; & per consequens in diffinitione non ponat materiam; tamen linea secundùm ueritatem existentię in materia est: Plato autem credidit, quòd quicquid est separatum secundùm rationem, est separatum secundùm esse; & sic posuit res Mathematicas separatas secundùm esse. Vbi notandum est, quòd Plato posuit duos gradus separatorum, scilicet quidditatem rerum, & ipsa Mathematica: uidebat enim quòd in omni re sensibili quidditas separatur ab eo, cuius G est quidditas secundùm rationem, quia in omni tali differt quidditas, & cuius est quidditas: Secũdùm aũt eum oẽ separatum secundùm rõnem, est separatũ secũdùm esse: cũ ergo quidditas sit separata secũdùm rõnem, oportet, ꝙ & secundũ esse: Secundũ ens separatum, quod posuit Plato, est ipsa res Mathematica, de qua iam dictum est: & sic Plato posuit ens sensibile, & ens Mathematicum, & ipsam speciem & quidditatem. His uisis patet litera. Dicit enim quòd Plato posuit entia sensibilia, & posuit entia Mathematica, sicut quædam intermedia inter sensibilia, & species, & differentia ab utrisque; A sensibilibus, quia sensibilia mutabilia sunt, Mathematica autem sempiterna & immobilia: A speciebus autem, quia in Mathe H maticis inueniuntur multa differentia secundùm numerum, & conuenientia in specie; sicut duo trianguli conueniunt in specie trianguli; in specie autem non sic, quia non est ibi nisi species: sicut natura hominis, & quidditas eius non est, nisi quidditas. in tali enim separato ipsa species una sola est. Notandum est, quòd ratio, quare possunt esse multa sub una specie, sicut uidetur dicere Philosophus in multis locis; est, quia species, & forma recepta est in alio: si enim forma esset omnino per se subsistens, non posset multiplicari naturaliter, quia omnis multiplicatio naturalis est ex hoc, quòd forma est recepta in alia & alia materia, uel ad minus in alio & alio supposito: sic ergo cum secundùm Platonem quidditas separata esset

Platonis opinio circa Mathematicas.

Quõ Mathematicus abstrahit.

Quare multa possunt plurificari sub eadem specie.

Multiplicatio naturalis unde oriatur.

eſſet per ſe ſubſiſtens,nou recepta in alio,nõ erit ibi multiplicatio:ratio autem,& forma Mathematica erat recepta in materia intelligibili, ſicut in continuo; ſicut ratio trianguli recepta eſt in continuo,& ideo ibi ſecundùm Platonem eſt multiplicatio materialis : ex hoc enim dicitur alius & alius triangulus;quia eſt in alio & alio continuo. Deinde cum dicit.

TEX. 41. ***Quoniam autem ſpecies cauſę ſunt aliis, illarum elementa omnium putauit entium elementa eſſe, & ut materiã quidem magnum & paruum eſſe principia,tum uerò ſubſtantiam ipſum unũ. Ex illis enim ſecundùm participationem unius ſpecies eſſe numeros.***

Ponit opinionem Platonis de rerum principiis:& diuiditur in duas partes:quia primò oſtendit,quæ principia poſuit Plato:ſecundò oſtendit, ad quod genus cauſæ reducitur, ibi, [Palam autem ex dictis.] Prima in duas, quia primò oſtendit,cuiuſmodi principia poſuit Plato:ſecũdò quo modo conueniebat cum Pythagoricis,& quomodo differebat, ibi,[unum tamen ſubſtantiam.]

Quid Plato opinatus ſit de rerum principiis.

Dicit ergo primò;quia Plato poſuit,quòd ſpecies ſunt cauſæ rerum ; ideo poſuit, & putauit , quòd elementa & principia illarum ſpecierum , eſſent elementa & principia omnium exiſtentium ; poſuit enim aliqua elementa ex parte materiæ ; Namque poſuit , quòd ex parte materiæ erat magnum & paruum,quæ ſunt principia rei; ex parte autem formæ poſuit unum,quod eſt ſpecies , & ſubſtantia rei : ex illis enim formis, quas uocat numeros uel ſpecies omnia conſtituit ſecundùm participationem unius , ſecundùm.ſ. quod una ſpecies magis, uel minus participatur.

Quæſtio.

Quæreret quis , Quomodo Plato poſuit magnum , & paruum, & ſpecies eſſe tria principia? Dicendum eſt, quòd illam ueritatem poſſumus duobus modis uenari;Vno modo ſecũdùm quòd magnum & paruum ſe tenent ex parte materiæ : Secundo modo ſecundùm quòd magnum & paruum ſe tenent ex parte ſpeciei.

Platonicæ ſententia de rerum principiis amplificatio.

Ad euidentiam primæ uiæ notandum eſt,quòd Plato in cõſtitutione rerum poſuit aliquid , quod participat,& aliquid quod participatur:illud autem,quod participat,materia eſt;illud,quod participatur,ſpecies eſt; ex hoc enim omnia ſenſibilia fiunt,quia participant aliquo modo formas ſeparatas:ſic ergo materia participat; tamen ex parte materiæ eſt diuerſus modus participandi ſecũdùm magis & minùs. Licèt enim forma ſeparata ſit una , modus tamen eam participandi diuerſus eſt . Imaginabimur enim de iſta forma, ſicut de luce;uidemus enim quòd lux una eſt, & à diuerſis diuerſimodè participatur; aliter enim participatur à corpore polito & terſo, & aliter à corpore obſcuro,& aliter à corpore colorato, & aliter à non colorato ; & ſecundùm diuerſas participationes diuerſa conſtituuntur. Similiter forma,cũ unà ſit,à diuerſis participatur ſecundùm magis & minus , quæ Plato uocauit magnum & paruum:

Lux licèt ſit una, diuerſimodè tamẽ participatur à diuerſis.

A Et ſic patet,quòd ſpecies, & magnum, & paruũ, quæ nihil aliud ſunt , niſi diuerſæ participationes eiuſdem,ſunt elementa rerum. Secundus modus uenandi iſtam ueritatem eſt,ſecundùm quòd magnum & paruum ſe tenent ex parte ſpeciei. Ad cuius euidentiam notãdum eſt,quòd duę ſpecies ſemper differunt ſecundùm magis & minus ; & hoc quia nunquam ſunt in æquali gradu : illa enim dicuntur eſſe in æquali gradu , quæ participant unam rationem; duæ autem ſpecies duæ rationes ſunt ; & ideo non ſunt in æquali gradu ; & ſic differunt ſecũdùm magis & minus,ſecundùm ergo uoco hic magnum & paruum;illæ autem duæ ſpecies , ſiue ideæ ſecundùm magnum & paruum ſaciebant quẽdam numerum.Sicut enim in numero

Inter ſpẽs dantur gradus.

B ſemper una ſpecies ſuperat aliam,& in una eſt magis reſpectu alterius, & in altera minus; ita ſimiliter in ſpeciebus ; & ideo Plato poſuit ſpecies eſſe numeros.Sicut autem numerus conſtituitur ex diuerſa participatione unius , ita quòd in numero ſemper duo numeri aliter & aliter participant unum;ita ſimiliter ſpecies,& ideæ conſtituũtur,& ſunt ex diuerſa participatione unius & entis;unum enim, & ens conuertuntur ; Sicut ergo ratio entis non ſaluatur æqualiter in ſuis ſpeciebus & idcis; ſimiliter nec ratio unius;ita quòd numerus ſpecierum conſtituitur ſecundùm diuerſas participationes unius , quæ diuerſa participatio uocatur magis & minus,ſiue magnum & paruum. Videbatur enim imaginari , quòd ratio entis & unius diuerſimodè eſſet in iſtis ſpeciebus , & per conſequens ſecundùm magis & minus ;

Numerus ſpẽrum conſtituitur ſecundum diuerſas participationes unius.

C Hæc autem imaginatio nõ eſt omnino contra ueritatem;quoniam ſecundùm ueritatem diuerſæ ſpecies , ſicut hoĩs, & aſini, non ſunt niſi diuerſæ participationes unius primi entis. Vnde eſt,quòd ſecundùm ueritatem ipſę ſpecies non ſunt ſeparatę, ſicut ponebat Plato;ita tamen uidetur benè dixiſſe,quod dixit,quòd duæ ſpecies ſunt ex magno & paruo,hoc eſt ſunt ſecundùm additionem & ſubtractionem : quia plus de entitate ſemper eſt in una ſpecie,quàm in alia. Deinde cum dicit.

Vnum tamen ſubſtantiam, & non aliquod aliud ens dici unum , conſimiliter Pythagoricis dixit , & numeros eſſe cauſas meræ ſubſtantiæ , ſimiliter ut illi.

D Oſtendit,in quo Plato conueniat cũ Pythagoricis,& in quo differat:& diuiditur in duas partes : quia primò oſtendit, in quo cõuenit : ſecundò in quo differt, ibi, [pro infinito uerò.] Dicit ergo primò, quòd in duobus Platonici & Pythagorici conueniebant: Platonici enim dicebant unum eſſe ſubſtantiam rei,non diſtinguẽtes inter unum, quod eſt principium numeri; & unum,quod conuertitur cũ ente: Vnde dicebant,quòd quodlibet ens debet dici unum:ita quòd unum eſt de ſubſtantia rei: Secundò conueniebant Platonici cum Pythagoricis:quia Platonici ſicut Pythagorici dicebant numeros eſſe cauſas ſubſtantiæ in omnibus entibus; & hoc quia numerus non eſt,niſi unitatum

Conuenientia inter Platonem, & Pythagorã.

tũ collectio: ſicut ergo unũ eſt ſubſtantia rei, ita & numerus. Notandũ tamen, q̃ ſi Plato intẽdit dicere, quòd unum, quod conuertitur cum ente, eſt eſſentia rei; uerum dixit, quia talis unitas idem eſt, quòd unitas rei in quolibet prædicato: Si autem intendebat dicere, quòd unum, quod eſt principium numeri, eſt eſſentia rei; non uerum dixit, ſicut cõmuniter dicitur; & hoc quia tale unum accidit rei. Notandum eſt etiam, quòd numerus formalis eſt conſtitutus ex unitatibus, quæ conuertuntur cum ente, & quæ dicunt eſſentiam rei; numerus autem materialis eſt conſtitutus ex unitatibus, quæ accidunt eſſentiæ rei: Si ergo intendebat dicere, quòd numerus formalis dicit eſſentiã rei, uerum dixit, quia idem iudicium eſt de iſto numero, & de unitate formali; ſicut ergo unitas formalis dicit eſſentiam rei, ita & ipſe numerus; Si autem intendebat dicere, quòd numerus materialis dicit eſſentiam rei: non uerum dixit, quia ipſe numerus cauſatur ex unitate materiali, quæ rei accidit; quia tamen non diſtinguebat inter primum, unum, & ſecundum; nec inter primùm numerum, & ſecundum; ideo communiter reprehẽditur à Philoſopho. Deinde cum dicit.

Numerus formalis ex unitatibus cõſtituitur, quæ conuertuntur cum ente: numerus aũt materialis ex unitatibus, quæ accidũt eſſentiæ rei, cõſtituitur.

TEX. 32. *Pro infinito autem tanquam uno dualitatem facere, infinitum uerò ex magno & paruo: hoc eius proprium eſt. Ampliùs hic quidem numeros præter ſenſibilia: illi uerò numeros eſſe dicunt res ipſas, & Mathematica intermedia horum non ponunt.*

Oſtendit, in quo differebant Pythagorici à Platonici; & diuiditur in duas partes, quia primò ponit differentiam, ſecundò cauſam differentiæ, ibi [unum quidem igitur]. Circa primum notãdum eſt, quòd Platonici & Pythagorici differebant in duobus. Primò ex parte dualitatis principiorum; ſicut enim dictum eſt, Pythagorici poſuerunt quandam dualitatem principiorum; quia poſuerunt duo principia, infinitum, & finitum; Platonici autem hanc dualitatem uocauerunt magnum & paruum, ut dictum eſt; ita quòd illud, quod Pythago. uocabant infinitum, Platonici in duo diuiſerunt. Secundò differebant, quia Plato poſuit numeros præter ſenſibilia, & iterum in numeros, & ſenſibilia poſuit Mathematica: Pythagorici autem non poſuerunt numeros, ſeparatos à ſenſibilibus; nec poſuerunt Mathematica media. His uiſis patet litera: primò enim ponit unam differentiã, dicens, quòd Platonici pro uno principio, quod eſt ipſum infinitum, quod poſuerunt ipſi Pythagorici; fecerunt quandam dualitatem; quia illud infinitum fecerunt ex magno & paruo; hoc eſt infra illud infinitum poſuerunt magnum & paruum; & hoc fuit eis proprium. Secundò ponit ſecundam differentiam, dicens quòd præter hoc Platonici poſuerunt numeros ſeparatos à rebus ſenſibilibus: illi uerò Pythagorici dixerunt, illos numeros eſſe ipſas res. Pythagorici ẽt poſuerunt ipſa Mathematica intermedia, ſicut poſuerunt Platonici. Notandum eſt, quòd quando Plato loquebatur de numero, non uidebatur loqui, niſi de numero ſpecierum: & ideo ſicut ponebat ſpecies eſſe ſubſtantias rerum; ita ſimiliter ponebat numeros: talis enim numerus non eſt, niſi collectio formalitatis & quidditatis; ſicut ergo ponebat quidditates ſubſtãtias rerum: ita & talem numerũ: & ſicut ponebat quidditates ſeparatas, ita & iſtum numerum. Deinde cum dicit.

In quibus differunt Plato et Pythagoras, et ob quã cãm

E

Unum quidem igitur & numeros præter res facere, & non ut Pythagorici, & ſpecierum introductio, propter eam, quæ in rationibus perſcrutationẽ, euenit. Priores.n. non participauerunt Dialectica.

Ponit cauſam differentiæ; & diuiditur in duas partes, quia primò ponit cauſam differentiæ ſecũdæ, ſecundò differentiæ primæ, ibi [Dualitatem autem.] Dicit ergo primò, quòd cauſa quare Platonici poſuerunt unum, & numeros præter res ſenſibiles, quod non fecerunt Pythagorici; & cauſa etiã, quare introduxerũt ſpecies; eſt, quia perſcrutati ſunt de definitionibus: crediderunt enim quòd definitiones non ſint de ſenſibilib. & ideo oportet dare aliquod ſeparatum. Priores autem Philoſophi ſicut Pythagorici ignorauerunt Logicam; & ideo ignorauerunt naturam diffinitionũ, quarum conſideratio mouit Platonem ad ponendum numeros, & ſpecies. Deinde cum dicit.

F

Ignorata Logica, ignorantur definitiões. en Logicæ utilitas.

Dualitatem autem alteram naturam facere: quia numeri extra priores omnes naturaliter ex ea generantur, uelut ex aliquo ethimagio, ideſt ſigillo uel effigie.

G

Ponit cauſam primæ differentiæ; eſt autem prima differentia, quòd dualitas ſecundùm Platonem eſt ex parte infiniti; quod non poſuit Pythagoras; uocabat autem Plato ipſum infinitum materiam: uult ergo reddere cauſam hic Philoſophus, quare Plato poſuit dualitatem ex parte materiæ & infiniti: Et hæc pars diuiditur in duas partes, quia primò ponit iſtã cauſam. ſecundò oſtendit Platonem non rationabiliter motum fuiſſe, ibi, [Et quidem contrario euenit] Dicit igitur primò, quòd cauſa, quare Plato alteram naturã, ſcilicet infinitum, & materiã diuiſit in duo, ſcilicet in magnum & paruum eſt, ex eo quòd omnes numeri præter primos generantur ex ea: ex ea enim & ex ſpecie, ſicut ex aliquo ethimagio, ideſt exemplari omnia fiunt. Notandum eſt, quòd quantum patet ex iſta litera, Plato poſuit numerum primum, & numerum ſecundum, quia dicit, quòd numerus ſecundus generatur: numerus autem primus non: Credo enim quòd ipſe imaginabatur numerum ſenſibilem, & numerum ſpecierum, quem ipſe uocabat numerum formalem; quem ẽt ponebat abſtractum: numerus ergo ſenſibilis cauſatur ex hoc, quòd materia diuerſimodè participat numerum intelligibilẽ, ſeu formalem: Ita quòd ad generationem numeri ſenſibilis duo concurrunt, ſcilicet numerus formalis, ſiue ſpecies, participata à materia, & ipſa diuerſa participatio, quam Plato uocabat magnum & paruum: Hoc uiſo, patet litera Philoſophi; uult enim dicere, quòd quia numerus ſenſibilis cauſabatur

H

Numerus primus ẽ, q. nõ numeratur alio numero, ſed ſola unitate ut ternarius, quinarius. Numerus ſecũdus, qui numeratur alio numero, ut omnis numerus par à binario numero numeratur, ut quaternarius, &c. ut bene norunt Geometræ.

batur ex diuersa participatione numeri separati à materia; ideo Plato posuit magnũ & paruũ ex parte materiæ; quæ dixit esse quid infinitum & in determinatum. Deinde cum dicit.

Et quidem contrariò contingit. Non enim rationabile ita. Nunc. n. ex materia multa faciunt. Species uerò semel generat solum.

Ostendit Platonem non rõnabiliter fuisse loquutũ: & diuiditur textus, quia primò ostendit, ꝙ non rationabiliter: secundò ostendit rationem, propter quam mouebatur Plato, ibi [uidetur autem ex una materia una mensura] Dicit ergo primò, quòd ipse Plato posuit dualitatem ex parte materiæ, & non ex parte formæ: cum tamen contrarium contingat, quia, secundùm opinionem Philosophorum antiquorum, dualitas & contrarietas est ex parte formæ, & unitas ex parte materiæ: nec est rationabile ponere, sicut ponebat Plato: uidemus enim, quòd ex una materia multa fiunt secundùm successionem formarũ; una enim materia modo est sub una forma, postea sub alia, & ita una materia fit in duobus successiuè; species autem & forma semel tantùm generatur. i. tantùm unum constituit, quia forma unius generati non aduenit alteri generato; ita quòd una forma successiuè fiat in duobus. Deinde cum dicit.

Platonis lapsus.

TEX. 33. *Videtur autem ex una materia una mensura. specie autem, quæ inducit unus existens, multa facit. similiter quoque se habet masculus ad fœminam. Hæc enim ab uno impletur motu, ille uerò multas implet. Et tales mutationes principiorũ illorũ sunt. Plato quidem igitur de quæsitis ita diffinit.*

Ponit rationem, propter quam mouebatur Plato ad ponendum dualitaté ex parte materiæ: erat autem motiuum suum istud; Videbat enim, quòd unum agens secundũ diuersitatem materiæ multa generat, ita quòd unitas est ex parte agentis, & dualitas ex parte materiæ; quia ubi est una materia, ibi & unum genitum; ubi autem est dualitas materię, & duo generata; quia una materia est ratio receptionis unius: duæ autem materiæ duarum receptionum: cum ergo secundùm eum, ex una specie proueniant multa indiuidua, oportet, quòd hoc sit ex parte materiæ, in qua est multitudo dualitatis: Hoc uiso, patet litera. Dicit enim quòd una materia est una mensura, hoc est causa unius receptionis; species autẽ, cum sit una, multa facit: ergo oportet, quòd illa multitudo sit ex parte materiæ: ita quòd ex uno propter multitudinem in materijs multa proueniant: Exemplum huius habemus in masculo, & fœmina: quia masculus se habet ad modum agentis, & inprimentis speciem; mulier autem ad modum patientis: una enim mulier impletur ab una actione uiri; & unus masculus, qui tenet locum agẽtis, implet multas mulieres: Similiter tales sunt participationes, & imitationes principiorum separatorum, quas posuit Plato; quod unum secundùm diuersas participationes diuersa constituit. Sic ergo Plato de principijs dixit.

Vnde Plato ductus ẽ ponere dualitate ex parte materiæ.

Colligitur ex mente Platonis, mulierem passiuè cõcurrere ad generationem.

A Notandũ est, ꝙ diuersitas fuit inter Platonem & Naturales: Naturales cõsiderauerunt naturam sensibilium secundùm quòd subijciuntur motui & mutationi: quia ergo uiderunt, quòd una materia per motum & mutationem potest subijci diuersis formis; ideo posuerunt unitatem ex parte materiæ, & dualitatem ex parte formæ: Plato autem considerauit naturam sensibilium ex hoc, ꝙ participat quidditatem separatam: & quia unam quidditatem constituere diuersitatem in entibus, est secundùm diuersitatem materiæ: ideo posuit diuersitatem ex parte materiæ, & unitatem ex parte formę. Hęc autem positio Platonis multùm est propinqua ueritati: uidemus enim ꝙ una essentia specifica secundùm diuisionem materiæ multa in diuidua constituit. Deinde cum dicit.

Diisidium inter Naturales, et Platonem.

Positio Platonis, ẽ ualde proxima ueritati.

B *Palàm autem est ex dictis, quia duabus causis solum est usus; ipsa, quę est eius quod quid est, & ipsa materia. species enim eius quod quid est causę sunt aliis speciebus uerò unum. Et quę materia subiecta, de qua species: Hæc quidem in sensibilibus, unum uerò in specieb. dicitur: quia ea dualitas est, magnum & paruum.*

Ostendit, ad quod genus causæ reducantur principia, posita à Platone: & diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, ad quod genus causę reducantur illa principia, secundò ostendit, quomodo Plato aliquo modo posuit causam boni & mali, ibi [amplius benè & malè]. Dicit ergo primò, quòd manifestum est ex dictis, ꝙ Plato usus est duabus causis; usus est causa formali, quæ est C ipsa identitas; & usus est ipsa materia: posuit enim species; quæ quidem species sunt quidditates, & sunt causę alijs sensibilibus, speciebus uerò attribuebat unũ: Similiter ponebat materiam subiectam, de qua aliquid fiebat; est enim substantia, de qua fiunt species: ponebat enim quædam in sensibilibus; & quædam in speciebus: in speciebus quidem dicitur esse unum; in sensibilibus autem dualitas, quæ dicitur magnum & paruum. Deinde cum dicit.

Principia, posita à Platone, ad qđ genus causæ reducũtur.

Amplius benè & malè causam dedit elementis singulis singularem, quod magis dicimus primorum inuestigare quosdam Philosophorum, uelut Empedocles & Anaxagoras.

Ostendit, quomodo Plato posuit causam boni D & mali; dicens quòd præter hæc Plato posuit causam, quod est bonum, & causam eius, quod est malum in singulis elementis, & rebus ab eo positis: causam enim boni attribuebat speciei, mali autem materiæ; causam tamen boni & mali magis sunt conati inuestigare antiqui Philosophi, quam ipse, sicut Empedocles; & Anaxagoras, de quibus satis dictum est supra.

Breuiter istud, & capitulariter quid, et quomodo de principiis, & ueritate dixerunt; pertransiuimus. Attamen ab eis tantum habemus, quia dicentium de principio, et causa, nullus præter ea, quæ sunt in Physicis à nobis determinata, dixit. TEX. 34.

Hęc est pars principalis, in qua Philosoph. breuiter

uiter & capitulariter colligit ea, quę dicta sunt ab antiquis: & diuiditur in trse partes, quia primò ostendit, quòd isti antiqui Philosophi nullum nouum genus causæ addere potuerunt quatuor generibus causarum, ab eo positis in principio libri: secundò ostendit, per quem modum antiqui Philosophi tetigerũt genera causarum: tertiò concludit conclusionem principalem: secunda ibi [sed omnes obscurè] tertia ibi [quod quidem igitur rectè.] Dicit ergo primò, quòd breuiter et summatim pertransiuimus ea, quæ dicta sunt ab antiquis de principiis rerum, & de ueritate earũ: ex dictis autem eorum tantam ueritatem habemus: Quare iã inuenimus, quòd nullus dicentiũ de principio & causa, aliquid dixit de aliquo genere, diuerso ab illis generibus causarum; de quibus à nobis dictum est in Physicis: ex quo possumus habere, quòd non est aliud genus causæ præter quatuor. Deinde cum dicit.

Epilogus opinionũ antiquorũ de principijs rerum.

2. Phys.

Sed omnes obscurè quidem, illa tamen aliquatenus usi sunt attingere. Quidam enim ut materiam principium dicunt, siue unum siue plura supponãt, et siue corpus, siue incorporeum hoc ponant: ueluti Plato quidem magnum dicẽs, ac paruum. Italici autem infinitum. Empedocles uerò ignem, terram, aerem, atque aquam. Anaxagoras autem similium partium infinitatem; & hi omnes sunt talem causam tangentes. Et ampliùs quicunque aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne spissius, aere autẽ subtilius. Etenim quoddam tale principium elementum dixerunt. Hi quidem igitur hanc causam solùm tetigerunt.

Ostendit, qualiter antiqui tetigerunt causas: & diuiditur in quatuor partes, quia primò ostendit, quomodo aliqui antiqui tetigerunt causam materialem: secundò quomodo aliqui causam efficientem: tertiò causam formalem: quartò quomodo aliqui causam finalem, secunda ibi [Alii uerò] tertia ibi [quòd autem quid erat esse] quarta ibi [Cuius uerò causa.] Dicit ergo primò, quòd omnes antiqui debiliter tetigerunt causas: omnes enim aliqualiter tetigerunt causas: hi quidẽ enim tetigerunt materiam, quam dixerunt esse principium rerum; unde est, ꝙ magna differẽtia fuit inter eos, quidam enim posuerunt unam materiam, sicut Thales; quidam uerò plures, sicut Emped. quidam uerò illam materiam posuerunt esse corpus; quidam incorporeum sicut Plato, qui posuit illam materiam magnum & paruum; & sicut Italici, idest Pythagorici, qui posuerũt infinitum & finitum pro materia: Similiter Empedocles tetigit materiam, ponẽs quatuor elementa, quę sunt corporea, esse principia rerum: Anaxag. autem posuit infinitas esse partes similes, sicut dictũ est: omnes ergo isti tetigerũt causam materialem; & etiam illi, qui posuerũt uel aerem, uel ignem, uel aquam, uel aliquod aliud corpus, quod esset subtilius aere, & grossius igne. Quidam enim sunt, qui posuerunt tale elementum principium rerum; posuerunt. s. principium rerum causam materialem. Deinde cum dicit.

E *Alii uerò quidem unde principium motus, ut qui cunq; amicitiam, & litem, & intellectum, aut amorem, aut extra hæc principium faciunt.*

Ostendit, quomodo aliqui posuerunt causam mouentem, dicens; quòd aliqui alii posuerunt causam, unde est principium motus; sicut quicunque tetigerunt amicitiam, & litem; uel quicunque tetigerunt intellectum, uel amorem: & de his satis dictum est supra. Deinde cum dicit.

Quod autem quid erat esse, & substantiam planè nullus dedit. Maxime uerò hi dicunt, qui species, & eas in speciebus rationes ponunt. Neque enim ut materiam sensibilibus species, & quæ sunt in speciebus, neque ut huic principium motus proueniens existimant; immobilitatis autem causas magis, & eius quod est inquiete esse dicunt. sed quod quid erat esse aliorum. Singulis species præstant, speciebus autem unum. F

Ostendit, quomodo aliqui tetigerunt causam formalem; dicens, quòd causam formalem, per quam scitur quod quid erat esse rei, & quæ est causa substantię rei; nullus antiquorum manifestè tetigit: inter alios tamen Plato magis accessit ad causam formalem; posuit enim species; & ea, quæ pertinent ad species: sicut est idea, unitas, & numerus; species autem non potest reduci in causam materialem, ut ab eis ponatur in materia: nec potest reduci ad causam efficientem, quia non est causa; secũdùm enim Platonicos species sunt magis causa immobilitatis & quietis motus, quã motus: reducitur ergo ad causam formalem; species enim præstãt quod quid erat esse, & quidditatem ipsis sensibilibus, ipsis autem speciebus pręstat quidditatem unitas, quia quidditas est. Deinde cum dicit. G

Cuius uerò causa, actus, & transmutationes, & motus modo quodam dicunt causam; ita uerò non dicunt, nec quo uerè est. Nam intellectum, quidem dicentes, aut amorem, ut bonum quidem has ponunt causas, non ut gratia horum, aut existens, aut factũ aliquid entium; sed ut ab his horum motum dicunt. Similiter autem & unũ, aut ens dicentes esse talem naturam, substantiæ quidem causam dicunt esse, non tamen huius causa, aut esse aut fieri. Quare dicere & non dicere aliqualiter accidit eis bonum esse causam. Non enim simpliciter, sed secundum accidens dicuntur. H

Ostendit, quomodo aliqui tetigerunt causam finalem; dicens, quòd causa finalis, cuius causa fiunt actus transmutationes, quidam antiqui tetigerunt quodam modo, idest secundùm quid, & per accidens; simpliciter autem, & per se non tetigerunt: nam quidam antiqui ponentes intellectum, aut amicitiam esse causas rerum, dixerunt illas causas esse quoddam bonum: & quia bonum & finis conuertuntur, uidentur tetigisse causam finalem; non tamen sic est, quia causa finalis est, cuius gratia fit aliquid; isti autem, qui posuerunt illas causas amicitiam & intellectum, non posuerunt eas tanquam gratia illorum fit aliquod existens

Bonum, & finis conuertuntur.

ſtens;uel aliquod factum;ſed eas tetigerunt,quia ab eis eſt principium motus: & ita magis eas tetigerunt, ut habent rationem efficientis, quàm ut habent rationem finis. Similiter quicunque ponunt unum,& ens eſſe qnandam naturam boni, ponunt illam naturam eſſe ſubſtantiam: uerùm tamen ita eam ponunt, ut habet rationem cauſæ formalis, & non finalis, quia gratia huius boni, quod ponũt;nec eſt,nec fit aliquid;quod eſt proprium cauſæ finalis: His ergo aliqualiter accidit ponere,bonum,& finem eſſe cauſam;& aliqualiter non:non ponunt enim cauſam finalem ſimpliciter,ſed ſolùm per accidens.

Quæſtio. Quęreret quis, quomodo iſti tetigerunt cauſam finalem per accidens,& non per ſe? Dicendum eſt, quòd finis, & bonum conuertuntur: B ſicut ergo tetigerunt, benè tetigerunt finem: *Bonum dupliciter.* bonum autem poteſt tangi duobus modis; uno modo tangitur ſecundùm quòd eſt illud, à quo eſt motus: & ſic habet rationem actiui: uel etiam tangitur ſecundùm quòd eſt natura,uel ſubſtantia rei,& iſto modo induit rationem formæ: ita quòd ſecundùm iſtos modos bonum,& finis reducuntur ad actum,& formam: Alio modo poteſt intelligi bonum ſecundùm quòd eſt illud, cuius gratia fit aliquid;& ſecundùm hoc tangitur in ratione; quia ipſe finis eſt: quòd propter illum fiant omnia, quæ fiunt: ſecundùm primum modum bonum tangitur illud,quod eſt bonum,& illud quod eſt finis; ſed non tamen tangitur inquãtùm bonum,& inquantùm finis: C Differt enim tãgere illud,quod eſt finis, & tangere finem inquãtùm finis: *Differt tangere illud, quod eſt finis,& tangere finem inquantum finis.* ſi enim aliquis tangat illud,quod eſt finis tantùm, non tamen tangat idem inquantùm finis,ſed inquantùm habet rationem alicuius formæ,tangit finem per accidens,quia ratione alterius, ſcilicet ratione actualis formæ: qui autem tangit finem inquantùm finis, tangit finem per ſe & ratione ſui: Cum ergo iſti Philoſophi tangerent amicitiam & intellectum, tangebant quædã bona,non tamen ſub ratione boni & finis,ſed magis ſub ratione actiui: inquantùm ſcilicet ab eis eſt principium motus: & ſic tangebant unum & ſpeciẽ;ſicut Platonici tangebant illud, qđ eſt bonum; ſed tamen magis tangebant in ratione formæ,quàm in ratione finis;& per conſequens tangebant illud per accidens. D Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur rectè determinatum eſt de cauſis, & quot, & quæ, teſtimonium præbere nobis uidentur, & hi omnes aliam cauſam tangere non ualentes. Adhuc autem,quia quærenda ſunt principia aut ſic omnia,aut horum aliquo modo palàm. Quomodo etiam unuſquiſque horum dixit, & quomodo habent de principiis contingentes dubitationes,poſt hoc pertranſeamus de ipſis.

Concludit Philoſophus concluſionem principaliter intentam: ubi notandum eſt, quòd Philoſophus in principio enumerauit quatuor genera cauſarum; poſtea recitauit diuerſas opiniones antiquorum circa cauſas; uolens oſtendere, ꝙ nul- A lus antiquorum tetigit aliud aliquod genus cauſæ à prædictis quatuor;ut ex hoc concluderet, ꝙ ſunt tantùm quatuor genera cauſarum: Et hoc eſt,quod concludit hic, dicens;quòd benè determinatum eſt de cauſis, & quò ad numerũ,& quò ad ſubſtantiam, teſtimonium nobis perhibent dicta antiquorum: quia iſti non ualuerunt reperire aliam cauſam ab iſtis: Ex iſtis etiam manifeſtum eſt,quòd in iſta ſcientia quærenda ſunt illa principia,aut omnia, aut aliquod horum: & hoc, quia hæc ſcientia maximè conſiderat cauſam finalem & formalem,& ẽt mouentem aliquo mõ: Manifeſtum eſt etiam ex dictis, quomodo quilibet horũ antiquorum dixit de principijs, & in quo benè, & in quo malè: poſt hæc autem uidendæ ſunt dubitationes,quæ accidunt eis. B

Quicunque igitur uniuerſum unum, & unam quãdam eſſe naturam,ut materiam ponunt,et hanc corpoream, & magnitudinem habentem; patet quod multipliciter errant. Corporum enim elementa ſolũ ponunt: incorporeorum uerò minimè,cum etiam incorporea ſint. TEX. 35.

Poſtquam recitauit opiniones antiquorum, hic incipit improbare eos;et diuiditur in duas partes,quia primò improbat opinionẽ Naturalium: ſecundò eorum, qui non naturaliter locuti ſunt, ibi,[quicunque uerò.] Prima in duas,quia primò improbat opinionem illorum, qui poſuerunt unum principium materiale: ſecũdò illorum,qui poſuerunt plura principia materialia,ibi[illud autem ſiquis.] *Inuehitur contra antiquos,ponentes unum principium materiale.* C Prima in quatuor ſecundùm quatuor rationes, quas adducit contra ponentes unum principium materiale, quod eſt corpus; ſecunda ibi,[De generatione:] tertia ibi, [Ampliùs autẽ ſubſtantia] quarta ibi,[Adhuc facile eſſe.] Circa primum facit talem rationem: omnis poſitio,quę tantùm ponit elementa corporum & non incorporeorum,peccat: poſitio, quæ ponit aliquod corpus, ſicut aerem, & aquam, eſt huiuſmodi; ergo peccat. Et hoc eſt,quod dicit litera. Quod quicũque ponũt ipſum ens eſſe unum,& unam naturã, & unam materiam ponit corpoream, & habentem magnitudinem,manifeſtum,eſt quòd multis modis peccant;primò quidem, quia benè ponũt elementa corporeorum; nullum aũt elementum D ponunt incorporeorum; cum tamen multa ſint huiuſmodi;corpus enim,quod ponunt, nõ poteſt eſſe elementum rei incorporeæ. Deinde cum di.

De generatione quoque & corruptione cauſam dicere conantes, & de omnibus phyſicè tractantes, motus cauſam auferunt.

Ponit ſecundam rationem,& eſt talis. Omnis poſitio, quæ tollit cauſam motus, peccat;hæc eſt huiuſmodi; quia non ponit niſi cauſam materialem,& non mouentem: ergo peccat. Et hoc eſt, quod dicit litera, quòd aliqui conabantur dicere de generatione & corruptione; conabantur etiã tractare de omnibus naturaliter; & tamen negabant,ſiue auferebant cauſam motus. Notandum, quòd iſti duobus modis peccabant. primò quia con-

cõcedebãt generationẽ & corruptionẽ; & tamen nullam cãm ponebant generationis & corruptionis nisi materialem: secũdò quia cũ tractarent de omnibus naturaliter, cum natura sit principium motus & quietis, oportet quòd concederent motum & quietem; concedere autem non poterant motum & quietem, nisi concederent causam mouentem: de qua tamen nullam mentionem faciebant. Deinde cum dicit.

Forma dicitur substantia rei, eo q̃d ẽ præcipuũ principium subsistendi, & essendi; Dicitur q̃d quid est eo quòd ẽ principiũ cognoscendi et diffiniendi, uel quia ẽ obiectum intellectus, uel quia differẽtia ẽ præcipua diffinitionis pars.

Ampliùs autem substantiam nullius posuere causam, neque quod quid est.

Ponit tertiam rationem; & est ratio talis. omnis positio, quæ non ponit causam formalem, in sufficiens est; cum ab ipsa forma sit quidditas, & substantia rei; hęc est huiusmodi, ergo &c. Et hoc est, quod dicit litera; quòd hæc positio peccat, quia non ponit formam, à qua est substantia rei, & quod quid est. Deinde cum dicit.

TEX. 36. *Et insuper facilè quoduis simplicium corporum præter terram principium esse dicunt; non considerantes, quonam pacto mutuum ipsorum faciunt ortum: ignis inquam, aeris, aquæ ac terræ. Alia nanq; congregatione, alia discretione ex se se mutuò fiunt. Hoc autem ad ipsum, ut quippiam sit prius, posteriusùe plurimum refert.*

TEX. 37. *Aliqua nanque ratione id omnium maximè elementum esse uidebitur; ex quo primò congregatione elementa fiunt. Tale autem est id, quod minimarum est partium, corporumque etiam subtilissimum est: Quapropter qui principium ignem ponunt: consentanea huic maximè dixerunt rationi. Tale autem & cæterorum quisque corporum elemẽtum esse fatetur.*

TEX. 38. *Nemò namque eorum, qui unum dicunt; terram elementum censuit esse ob magnitudinem partium, uti patet. Trium autem elementorum quodque iudicem aliquem habuit. Quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerem id inquiunt esse. At enim cur nam & terram non dicunt, ut plerique hominum opinantur? Cuncta nanque terram inquiunt esse. Hesiodus quoque terram ortam esse primam corporum ait; adeo uetusta; adeo uulgaris hæc existimatio fuit. Hac igitur ratione neque si quis horum aliquid dicat præter ignem, neque siquis aere quidem densius, aqua uerò subtilius id ponat, rectè dicere potest.*

Et ad hoc quodlibet simplicium corporũ esse principium quodcunque præter terram; non considerantes eam, quæ ex inuicem generatione aliqualiter fiant. Dico, autem ignem, terram, aquam, & aerẽ; hæc quidem enim concretione, illa uerò discretione inuicem fiunt.

Ponit & adhuc facilè quartam rationem, & est ratio sua talis: Illa positio, secundùm quam quicunque elemẽtorum potest poni principium respectu alterius, peccat; hæc est huiusmodi: quia quodcunque elementum secundùm hanc potest poni principium respectu alterius, ergo &c.

Inuehitur magis in speciali contra antiquos.

Circa hanc autem rationem sic procedit: quia primò ponit rationem suam: secundò, uidelicet ibi [Hæc autem id prius esse.] Manifestat, quòd

E quodlibet elemẽtorum secd̃m põnem hanc possit dici prius alio: tamẽ magna differentia est secd̃m quid dicatur prius & posteriùs. Dicit ergo primò, secundùm hanc positionem facile est ponere q̃d cunque corporum simplicium, excepta terra (quę propter sui grossitiem principium non ponitur) principium & elementum respectu alterius; & hoc si consideremus mutuam generationem, & corruptionem, quę est inter elementa: secundùm enim congregationem & rarefactionem elemẽta adinuicem generantur; sicut ignis per condensationem fit aer, per rarefactionem fit ignis. Notandum est, quòd hæc positio insufficienter arguebat; dicebat enim, quòd si ex hoc fit hoc, ꝙ
F illud est principium materiale respectu illius, ꝙ tamen falsum est: si enim hoc esset uerum, unumquodque elementorum poneretur prima materia respectu alterius: quia ex uno elemento fit aliud: illud enim debet poni primum principium, & prima materia respectu alterius, non ex quo fit aliquid quoquo modo: sed ex quo fit aliquid per se; hoc autem est ens in potentia: sicut patet ex primo libro Physicorum: nunc cum isti ponerent corpus in actu esse primum principiũ materiale, dicit, peccabãt: primò quia ens in actu nõ potest esse prima materia: quia ex ente in actu non fit aliquid, nisi per accidens: secundò quia ex hoc sequeretur, quòd essent plura principia materialia; quia quodlibet elementum est aliquod
G ens in actu, ex quo potest fieri aliud. Deinde cum dicit.

Principiũ materiale alicuius oportet esse p se ad esse illud, quale ẽ solu ens in potentia: quia nullũ ens actu est per se materia alterius entis actu.

Hæc autem id prius esse, & posterius plurimùm differunt: aliqualiter enim utique uidebitur maximè elementum esse omnium, ex quo primò fit congregatione primum. Tale uerò est, quod minutissimæ partis, & subtilissimum corporum. Vnde quicunque ponunt ignem principium maximè confessæ rationi huic dicunt. Tale uerò, & aliorum unusquisq; confitetur elementum esse quoddam corporum.

Manifestat, ꝙ dicere unum elementum prius alio multùm differt, si distinguamus Prius: Dixerat enim ꝙ unumquodque elementum potest esse prius alio, hic ergo uult distinguere hoc prius:
H Vbi notãdum, ꝙ cum natura procedat de imperfecto ad perfectũ in suo processu, illud, à quo incipit natura, est prius generatione; tamen illud, ad quod terminatur motus naturę, est prius in intentione: quando ergo unum elementum fit ex alio, illud ex quo fit, est prius generatione, tamen elementum factum est prius in intentione; Duo ergo facit hic, quia primò ostẽdit, quæ sunt elementa priora generatione: secundò quæ sunt priora intentione ibi, [Si uerò est.] Dicit ergo primò, dictum est, quòd unum elementum est prius respectu alterius; tamen nondum dictum est, quomodo accipiatur prius & posterius: Si enim accipiatur prius generatione, aliqua elementa maximè inter alia uidentur esse priora respectu omnium; hæc autem sunt elementa superiora; ex quibus fiunt aliqua per congregationem; & inter omnia

Illud, à quo incipit natura, ẽ prius generatiõe & id ad q̃d terminatur est prius intẽ intentione.

omnia alia, ignis, qui est subtilissimus: quantò aliquid subtilius, tantò magis uidetur accedere ad naturam principii: Unde quicunq; ponunt ignē principium, multùm uidentur accedere & consentire huic rationi; & sic quicunque posuerunt quodcunque aliud elemētorum esse principium corporum: propter hoc etiam uidentur posuisse, scilicet propter subtilitatem; Et ideo nullus eorum posteriorum, dicentium omnia hebere unū principium, posuit terram esse illud principium: & hoc propter grossitiem suam, & magnitudinē partium: Quodlibet enim illorum elementorum præter terram iudicem accepit; hi enim dixerunt ignem esse principium; illi uerò aerem, alii uerò aquam; nulli uerò terram. Sed quare isti Philosophi non dixerunt hoc, terram, scilicet esse principium: cum multi populares hoc dixerint: & enim antiqua & popularis opinio fuisse uidetur, quòd terra est principium, cum & hoc dixerit Hesiodus, qui posuit terram esse primò factam, ut esset primum receptaculum omnium, Quòd hoc non dixerunt, hoc fuit propter grossitiem, quam habet terra in suis partibus; Unde secundùm hanc rationem, quæ ponit, quòd elementum quantò subtilius, tantò magis principium; patet, quòd nullus eorum benè dixit in ponendo principiū; & hoc, quia scilicet de ratione principii est, quòd non fiat ex alio, sed omnia ex illo: Nec etiam ille posuit benè, qui posuit corpus, quod est principium, esse quoddam medium inter aerem & aquam, subtilius quàm aqua, grossius autem aere: quia ex quo grossius est, aer potest fieri ex illo, & sic non est principium. Deinde cum dicit.

Quantò aliquod subtilius & similiter plures, tantò magis uidetur accedere ad naturam principii.

Si uerò est, quod est generatione posterius, natura prius, & quod est densatum & concretum posterius generatione, horum erit contrarium: Aqua quidem aere prior, & terra aqua: De ponentibus quidem igitur unam causam, qualem diximus; sint hæc dicta.

Postquam ostendit, quòd elementa subtiliora secundùm hanc positionem ponūtur priora; si loquamur de priori generatione; hic ostēdit, quòd è conuerso est, scilicet, quòd elementa densiora sunt priora: si loquamur de priori intentione. Si enim secundùm eos ex subtilioribus fiunt grossiora per congregationem; & illud, quod fit, semper est primum in intentione generantis; sequitur, quòd densiora sunt prima in intentione naturæ: Et hoc est, quod dicit, quòd si illa, quæ sunt posteriora generatione, sunt priora in intentione naturæ, sequitur quòd elementum obtusum, & densum sit prius; quia fit ex subtiliori; Ita quòd accidit contrarium huius, quod dictum est: dicebatur autem, quòd subtiliora sunt priora; nunc autem accidit, quòd dēsiora: ita quòd aqua est prior aere, & terra aqua: Concludit ergo Philosophus, quòd de ponentibus unam causam materialem, tantùm dictum est. Deinde cum dicit.

Defectus antiquorum.

TEX. 39. *Illud autem quoque & siquis hæc plura ponit, uelut Empedocles quatuor dicit corpora materiam: Et enim huic hæc quidem eadem, alia uerò propria*

A *accidere est necesse. Ex adinuicē enim generata cernimus, quasi non semper ignis & terra eodem corpore permanente. Dictum est autem de his in Physicis.*

Improbat ponentes plures causas materiales; & diuiditur in duas partes, quia primò improbat opinionem Empedoc. secundò Anaxag. Prima in tres, secundùm quòd tres rationes adducit cōtra Empedo. secunda ibi, [& de mouentium causa:] tertia ibi, [ex toto alterationem.] Dicit ergo, quòd illud, quod accidit præcedentibus; accidit Emped. qui ponit quatuor elementa esse principia materialia; quia sicut illi posuerunt corpus in actu esse principium, ita & ipse, quod est impossibile: Unde quædam inconuenientia, quæ accidunt illis, accidunt & isti; & etiam quædam propria; Quorū primum est, quòd illud, quod dixit; B est contra naturam principii materialis; principium enim materiale semper manet, nec generatur: causatum autem est, & probatum in naturalibus, quòd elementa adinuicem generantur, nec manent: ergo non est principium materiale; sed magis resoluitur ad materiam. Deinde cum di.

Redarguitur Empedocles.

1 *Et de mouentium causa, utrum unum, aut plura ponendum, nec rectè, nec rationabiliter putandum est omnino dictum esse.*

Ponit secundam rationem, quæ quidem respicit causas manentes, quas posuit Empedocles, dicens, quòd dicere, sicut dicit Empedoc. de causa mouente, vtrum, scilicet sit una causa, uel plures; nec rationabiliter, nec rectè dictum est. Licèt C enim causæ proximæ sint contrariæ: tamen oportet causas contrarias reducere ad unam causam, quæ non habeat contrariam; de qua tamen nullā fecit mentionem. Deinde cum dicit.

Ex toto alterationem auferre est necesse. sic dicentibus. Non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quod enim ea patietur cōtraria, & quæ est una natura, quæ sit ignis, aut aqua? Quod ille non ponit.

Ponit tertiam rationem, & est talis. Positio, quæ tollit alterationem est impossibilis: sed positio Empedoc. est huiusmodi: tollit enim alterationem: non enim potest ponere, quomodo ex calido fiat frigidum, & è conuerso: non enim potest fieri ex contrario contrarium, nisi detur una potentia, quæ aliquando sit sub uno contrariorum, D aliquando sub alio: hanc autem non dat Emped. ergo sua positio est impossibilis. Notandum est, quòd Emped. in duobus peccabat: primò quia tollebat unitatem materiæ: secundò quia tollendo unitatem materiæ, tollebat alterationem & generationem, quæ quidem alteratio inter contraria est; unum autem contrariorum non potest mutari in aliud; nisi detur unum commune subiectum, quod aliquando est sub uno, aliquando sub alio; & ita remota unitate materiæ, remouetur alteratio; si autem remouetur alteratio, remouetur & generatio; & hoc quia alteratio est uia in generationem; qui autem remouet uiam, remouet terminum: unde si altetatio est impossibilis, & genera

E tio;

tio; quia fi fieret alteratio fine generatione, effet ociofa:quia ociofa eft uia, quæ non cõfequitur terminum. Deinde cum dicit.

TEX. 40. *Anaxag. uerò fiquis fufceperit duo elementa dicere, fufcipiant maximè fecundùm rationem, quam ille quidem non dearticulauit. Sequutus enim eft ex neceßitate dicentes eam. Nam abfurdo exiftente, taliter dicere permixta effe a principio omnia; & quia oportet accipere, quod impermixta præexiftãt; & quia non aptum cuilibet permifceri quodlibet. Adhuc autem quia pasfiones, et accidentia feparantur à fubftantiis; eorundem enim permixtio eft & feparatio.*

Impugnatur Anaxagoras. Improbat pofitionem Anaxag. & diuiditur in duas partes: quia primò oftendit, quomodo Anaxago. peccabat: fecundò quomodo aliquo modo appropinquauit ueritati, ibi, [tamen fiquis.] Dicit ergo primò, quòd fi aliquis fufceperit pofitionem Anaxag. uidebit, quòd ipfe pofuit duo elementa rerum, fcilicet caufam materialem, & caufam efficientem; & hoc fecundùm rationem; quia ratio ueritatis cogebat eum fic dicere: in hoc. n. eft fecutus eos, qui exprimunt hanc ueritatem; Licèt autem benè dixerit in ponendo duo principia, tamen peccauit primò: quia non benè dearticulauit, ideft manifeftauit ea: fecundò quia abfurdum exiftit, quod dicit, fcilicet, quòd omnia fuerunt permixta in principio mundi: fic enim permixtum præcederet omnia, quod eft impofsibile, quia permixtum debet fequi fimplex, & non è conuerfo: impermixta enim magis funt principia permixtorum, quàm è contrario: tertiò quia ponit, quòd quodlibet permifcetur cuilibet, quod eft impofsibile: quia multa funt, quæ non funt apta nata permifceri: eft enim mixtio alteratorum unio: illa ergo, quæ poffunt adinuicem alterari, poffunt & feparari; fed quia impofsibile eft, quòd accidentia posfint feparari à fubiectis; fi tamen effent permixta, ficut pofuit Anaxag. poffent feparari; quia eorundem eft feparatio & permixtio: quæcunque enim põffunt permifceri, poffunt feparari; cum ergo accidentia fecundùm Anaxagoram posfint permifceri, poffunt & feparari. Deinde cum dicit.

Vide 1. Phyfic. tex. 32. 33. & inde. 1. de Gene. text. Com. 82. & inde

Tamen fiquis exequitur, articulans quod uult dicere, fortè apparebit mirabilius dicens. Quando namq; nihil erat difcretum, palàm quia nihil erat uerùm dicere de fubftantia illa: Dico autem quia neque album, neq; nigrum, aut fufcum, aut alium colorem. fed neque colorata erat ex necesfitate: quorum enim colorem aliquem haberet. Similiter autem & fine humoribus. Eadem quoq; ratione neq; aliud fimilium: nihil. n. neq; quale aliquid id posfibile eft effe, neq; quantùmneq; quid: Aliqua. n. dictarum in parte fpecierum ineffent utiq; ei, fed hoc palàm impoßibile, permixtis omnibus, iam. n. difcreta effent.

Oftendit, quomodo pofitio Anaxag. habet aliquam apparentiam ueritatis: & diuiditur in duas partes. Anaxago. enim pofuit duas partiales caufas, fcilicet caufam materialem, & caufam efficientem: primò ergo oftendit, quomodo illud, quod dixit Anaxag. de Materia; appropinquabat ueritati: fecũdò quomodo illud, quod dixit de caufa efficiẽte, etiam ueritati appropinquauit, ibi [dicit autem permixta effe.] Dicit ergo primò, quòd fi aliquis perfpexerit dearticulatè. i. manifeftè, & fubtiliter & nõ fuperficialiter illud, ꝙ uult dicere Anaxag. apparebit, ꝙ aliquid dixit mirabilius aliis; & ꝙ põ fua de materia appropinquat ueritati: Dixit enim quòd materia erat aliquid, in quo nihil erat defcriptum: Ita quòd de fubftantia materiali nihil poterat prædicari: nõ enim de ea poteft prædicari aliquis fpecialis color, quia non poterit dici nec alba, nec nigra, nec fufca, nec aliquo colore colorata: De ea etiam non poteft prædicari color in genere, quia fi prædicaretur de ea genus, prædicaretur neceffariò aliqua fpecies: quia ĩpofsibile eft, de aliquo prædicari genus, de quo nulla fpecierum prædicari pofsit; De prima etiam materia non poteft prædicari aliquis fapor, nec aliquid aliud per eandem rationem: cum enim in ea nihil fit defcriptum; nec quale, nec quãtum, nec quid, nec breuiter aliqđ ens prædicamentale de ea poterit dici: Si. n. genus poffet prædicari, & aliqua fpecies prædicaretur; cum contrarium fit oftenfum: omnibus enim permixtis in illa materia, nihil de ea poterit prędicari; quæ enim prędicantur defcripta funt, & in actu. Notandum eft, quòd ille Anaxag. appropinquauit ueritati in ponendo materiam: pofuerunt enim Philofophi antiqui, ꝙ materia erat ens in actu, hi autem non appropinquauerunt ad ueritatem materiæ; quia de ueritate materiæ eft, quòd fit ens in potentia, & nõ ens in actu: Anaxag. autem pofuit, quòd in materia, quam pofuit effe fundamentum naturæ; nihil eft diftinctum: & in hoc appropinquauit ad ueritatẽ materiæ: Secundùm enim Philofophum in feptimo huius, materia eft in potentia ad omnem formam generabilem & corruptibilem, & non eft in actu aliqua formarum; non enim eft quale, nec quid, nec quantum, & fic de omni alio ente prædicamentali, & fic eft in potẽtia ad omne ens prędicamentale, & non in actu. Notandum eft, ꝙ licèt Anaxag. appropinquauerit ad ueritatem materiæ, tamen non omnino dixit illud, quod eft de materia; uoluit enim quòd potentia materiæ eft ficut potentia mixti: quia omnia funt mixta adinuicem fecundùm eum: in mixto autem non funt iu actu illa, quæ mifcentur, & quæ in mixtione conueniunt, fed tantùm in potentia: ita quòd nihil eft in actu diftinctum: Et ideo licèt potentia mixti, & potentia materiæ afsimilẽtur; tamen non eft omnino fimile inter potentiam materiæ, & potentiam mixti; mifcibilia funt in mixto, non in pura potentia pafsiua; quia mifcibilia aliquo modo manent in mixto; fed formæ funt in materia, ficut in pura potentia pafsiua; Et fic non eft fimile de potentia materiæ, & de potentia mixti. Deinde cum dicit.

Natura materia primæ.

Quo Anaxag. opinio declinat ad ueritatem.

Text. Com. 18.

Dicit autem permixta effe omnia, intellectu excepto TEX. 41.

pto, hunc uerò ſolùm impermixtum & purum. Ex his uerò accidit principia dicere & ipſum unū. hoc .n. ſimplex, & impermixtum, & alterum tanquam ens, quale indeterminatum ponimus, antequam determinetur, & aliqua participet forma. Quare dicit quidem, neq; rectè, neq; clarè; uult autem ſimile qui dē neq; & iis, quę poſteriùs dicunt, & iis quæ nunc magis apparent. rerum hę quidem illarum, quæ circa generationem & corruptionem & motum ſunt, rationum, propriæ ſunt ſolùm; ferè .n. de tali ſubſtantia & principia, & cauſas inueſtigant ſolùm.

Pythagoras ueritatē magis attigiſſe uiſus eſt. Oſtendit, quomodo Anaxag. appropinquauit ueritati, in ponendo cauſam efficientem; dicens, quòd ille præ aliis ſubtiliùs dixit: dixit enim, ꝙ omnia præter intellectum permixta ſunt. Solùm enim intellectum, quem ponit cauſam efficientem, dixit eſſe purum & impermixtum: Ex quo ſibi accidit ponere duo principia, unum principiū eſt ipſe intellectus, quem poſuit impermixtum eſſe, & ſimplex; alterum principium eſt ipſa materia, quam dicimus eſſe indeterminatam, antequā determinatur per formam; per quam quidem formam aliquo modo reperitur in ſpecie: ipſe ergo Anaxag. ea, quæ dixit; nec rectè, nec planè dixit: quia non benè manifeſtauit dicta ſua. Videbatur tamen dicere aliquid propinquum poſterioribus Philoſophis, qui rationem ſenſerint de materia: & quorum opiniones non erant tunc magis apparentes, quàm aliæ: licèt modò manifeſtatę ſint. *Excuſatio Philoſophi.* Vltimò excuſat ſe à prolixa determinatione harum opinionum: quia determinare eas, magis ſpectat ad Naturales: Et hoc eſt, quod dicit, quòd ſermones horum Philoſophorum magis ſunt propinqui ſermonibus naturalibus, qui uerſantur circa generationem & corruptionem, quàm ſermonibus metaphyſicis; cuius ratio eſt, quia iſti Philoſophi ferè non quærunt, niſi principia & cauſas ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis; ſubſtantiæ autem generabiles & corruptibiles cadūt ſub conſideratione naturalis ſcientiæ: dicit autem Ferè, quia iſti Philoſophi aliqua abſtracta conſiderauerunt, ſicut patet de Anaxag. qui aliquid dixit de intellectu. Notandum eſt, quòd ſicut Anaxago. loquendo de materia, appropinquat ueritati: ita ſimiliter appropinquat ueritati, loquendo de intellectu; uoluit enim, quòd ipſe intellectus eſſet impermixtus, & ſimplex; quia aliter non poſſet omnia ſeparare, & diſtinguere. Debemus .n. imaginari de prima cauſa ſuo modo, ſicut de materia prima: ſi enim materia prima eſſet arctata ad aliquam formam, non poſſet recipere omnem formam: quia ergo poteſt fieri omnis forma, non eſt arctata ad aliquam formam; ſi enim eſſet arctata ad aliquam formam; non eſſet omnia fieri: Similiter ſi intellectus primus eſſet in genere & in ſpecie; ita ꝙ eſſet arctatum ad aliquod ens ſpeciale & finitum, non poſſet facere, nec diſtinguere omnia entia; ſicut enim ſuo modo ſe habet potentia paſſiua ad omnia fieri; ita ſe habet potentia actiua primi intellectus ad omnia facere: non

A poſſet autem omnia facere, ſi eſſet ens arctatum ad materiam, quod ens arctatum ego uoco ens permixtum: & ideo benè intellectus primi dicitur impermixtus, & Anaxag. hoc dicendo, appropinquat ueritati. Deinde cum dicit.

Quicunq; uerò de omnibus quidem entibus ſpeculantur, entium autē quædam ſenſibilia, quædam non ſenſibilia ponunt; manifeſtum eſt, ꝙ de utriſq; generibus perſcrutantur. Quare magis immoretur quiſpiā de iis, qui benè, qui ue non bene dicant, ad eorū, quæ nobis poſita ſunt, inquiſitionem.

Poſtquam diſputauit contra opiniones Naturalium: hic diſputat contra opinionem Pythagoræ & Platonis, qui poſuerunt altiora principia, quàm præcedentes: & diuiditur in duas partes; quia primò oſtendit, quòd diſputare contra iſtos, B & conſiderare opiniones eorum magis conuenit huic ſcientiæ, quàm conſiderare opiniones præcedētium; ſecundò incipit diſputare contra eos, ibi, [Pythagorici quidem igitur.] Ad euidentiam primi notandū eſt, ꝙ hæc ſcīa conſiderat ens, inquantū ens; & ideo quantū ſe extēdit ambitus entis, tantū ſe extendit ambitus huius ſciētiæ; ambitus autem entis ſe extendit ad entia ſenſibilia, & intelligibilia; & ideo hæc ſcientia non ſolùm ſe extendit ad ſenſibilia; ſed etiam ad intelligibilia; ita ꝙ ultimum de potentia huius ſcientiæ eſt, ꝙ poſſit ſe extendere ad intelligibilia entia; aliqui ergo Philoſophi ita dixerunt de ente ſenſibili, ꝙ nihil uiſi ſunt dicere de ente intelligibili. Plato enim poſuit ſpecies, & ideas, quæ habent eſſe in- C telligibile; uterque iſtorum per abſtracta quærebant de ſenſibilibus; Hi ergo, quia aliquid dixerunt de ente ſenſibili, & intelligibili, aliquid uidētur dixiſſe de toto ente: & quia hæc ſcientia aliquo modo eſt circa totum ens: ideo iſti magis appropinquabant conſiderationi huius ſcientiæ, quā illi, qui dicebāt de uno ente, ſcilicet ſenſibili. His uiſis, patet litera, dicit enim quòd illi, qui faciunt ſpeculationem de toto ente, ſcilicet tam de ente ſenſibili, quàm de ente inſenſibili, manifeſtum eſt, quod circa utrunque genus entium ponunt ſpeculationem ſuam; & ideo dignius eſt magis immorari circa dicta eorum, in dicēdo quid .ſ. bene & nō benè dixerunt, quā circa dicta aliorū, qui non dixerunt niſi de uno ente, ſcilicet ſenſibili: & D hoc quia illi magis appropinquant ad præſentem perſcrutationem, quę eſt de ente in quantum ens. Deinde cum dicit.

Aduerſus Pythagoricos, et alios, ponētes principia incorporea.

Ambitus huius ſcientiæ menſuratur ſecundū ambitū entis.

Pythagorici quidem igitur, qui ſic uocati, principiis quidem, et elementis alieniori modo, quàm Phyſiologi utuntur. Cauſa uerò eſt, quoniam ea non ex ſenſibilibus acceperunt. Entium .n. quæ Mathematica ſunt, ſine motu ſunt; præter illa, quæ circa Aſtrologiam ſunt. TEX. 43.

Incipit diſputare contra iſtos Philoſophos: & diuiditur textus, quia primò diſputat cōtra Pythagoricos: ſecundò contra Platonicos, ibi [qui uerò ideas.] Prima in duas, quia primò oſtendit, in quo conueniebāt Pythagorici cum Naturalibus, & in

quo differebant: secundò incipit disputare cõtra eos ibi, [ex quo tamẽ modo.] Prima in duas, quia primò ostendit, in quo Pythagorici differebant cum Naturalibus: secundò ostendit, in quo cõueniebant, ibi [disputãt tamen.] Dicit ergo primò, ꝙ illi, qui uocantur Pythagorici, differũt à Naturalibus extraneo modo; nam alio modo utuntur elementis, & principiis, quàm Naturales utantur: cuius ratio est, quia Naturales à sensibilibus accipiunt principia sua; Pythagorici autem ex nõ sensibilibus; quia principia rerum acceperunt ex Mathematicis; manifestum est autem, ꝙ Mathematica omnia (præter illa, quæ cadunt sub Astrologia) sine motu sunt: & ideo cum per Mathematica sicut per numeros tractent de naturalibus, cum Mathematica sint immobilia: manifestum est, ꝙ tractant ex immobilibus & insensibilibus. Notandũ est, quòd Astrologia tenet gradum medium inter scientiam Mathematicam & Naturalem: & hoc, quia hęc scientia est principium Mathematicorũ, applicat autem res naturales, scilicet ad motum cœli: & ideo dicit Philosophus, ꝙ licèt aliæ scientiæ Mathematicæ abstrahant à motu; tamẽ minùs abstrahit; quia applicat principia Mathematica ad motum: Veruntamen notandum est, quod dicit hic Comentator, quòd licèt corpora cælestia sint subiecta Astrologiæ, tamen Astrologus non considerat de istis, in quantùm mota sunt, sed considerat de sitibus eorum secundùm quantitatem motuum & nobilitatem, & secundùm uelocitatem: etiam considerat de proportionibus eorum, & de approximatione, & elongatione eorum ad inuicem. Naturalis autem cõsiderat de corporibus cœlestibus secundùm quòd mobilia sunt, ostendens, qui motus est possibilis in eis, & qui non: Ex quo patet secundùm Commen. quòd naturalis uersatur circa motum cœli. Astrologus autem circa quantitatem motuum. Deinde cum dicit.

Astrologia ẽ media inter Mathematicam, et Naturalẽ.

Astrologus quo consideret de corporibus celestibus.

Disputant tamen, & tractant omnia de natura; etenim generant cœlum, et circa eius passiones partes, & opera obseruant, quod accidit; & principia & causas in his consumunt, tanquàm cæteris Physiologis conuenientes; quia ipsum ens, hoc est, quodcunq; sensibile est, & quod continet id, quod uocatur cœlum.

TEX. 44. *Causas uerò & principia (sicut diximus) sufficientia (ut dicunt) etiam usque ad superiora entium transcendere, & magis quàm de natura sermonibus conuenientia.*

Præfert Pythagoreos àtiquis Naturalibus.

Ostendit, in quo conueniebant Pythagorici cum Naturalibus. Vbi notandum est, ꝙ in duobus conueniebant: primò quia disputabãt de omnibus rebus naturalibus, & tractabant de generatione omnium rerum naturalium, sicut etiam naturales: secundò conueniebant; quia sicut naturales ponebant omne ens esse sensibile; ita & isti ponebant. Verum est, quòd entium sensibilium ponebant principia insensibilia, sicut numeros; & quantùm ad hoc attingebant etiam intelligibilia. His uisis patet litera, dicit enim, quòd isti Pythagorici, sicut etiam Naturales disputant & tractant de omnibus rebus naturalibus; generant enim cœlum; & quærunt causas, & principia huius, quod accidit circa partes cœli. Vocantur autem partes cœli stellæ, & orbes: Quærũt etiã causas & principia huius, quod accidit circa positiones cœli, sicut eorum; quæ accidunt circa eclipses lunares. Quærunt etiam causas, & principia, quæ accidunt circa operationes cœli, idest circa motus cœlestes; & quantùm ad hoc consentiunt aliis naturalibus: Secundò etiam cõsentiunt eis, quia totum ens ponunt sensibile, quod tamen cõprehenditur à cœlo, etiam hoc, quia Pythagoras nihil posuit extra cœlum; uerum est, quòd causas & principia entis sensibilis posuerunt res Mathematicas, siue numeros, quæ quidem aliquo modo attingũt ad entia superiora & intelligibilia: quia Mathematici abstrahunt a motu, & a materia; & quantùm ad hoc dixerunt aliquid de intelligibilibus: & dicta eorum magis fuerunt conuenientia, quàm dicta de natura, idest dicta naturalia; cuius ratio fuit; quia isti non potuerunt extendere intellectum suum ultra sensibilia, quod tamẽ isti fecerunt. Deinde cum dicit.

Ex quo tamen modo motus inerit finito, & infinito solùm; suppositis pari & impari non dicunt. Quomodo autem possibile sine motu & transmutatione generationem, & corruptionem esse, aut corũ, quæ geruntur, opera circa cælum? TEX. 45.

Incipit disputare contra istos, & diuiditur in quinque partes, secũdùm quinque rationes, quas adducit contra istos: secunda ibi, [Ampliùs aũt siue quis,] tertia ibi, [Ampliùs autem quomodo] quarta ibi, [Vtrum idem sit hic numerus.] Hæc est ergo prima ratio talis. Illa positio peccat, quæ per principia sua non potest reddere rationem motus & mutationis; positio Pythagoræ est huiusmodi, ergo &c. quia per principia sua non poterat seruare motum & mutationem, & ideo peccat; Et hoc est, quod dicit litera, quòd supposito, ꝙ par & impar, finitum & infinitum, sint principia rerum, sicut posuit Pythagoras; non potest inueniri aliquis modus, per quem ponatur, ꝙ motus insit rebus; res autem esse sine motu est impossibile: Quod enim motus sit in rebus, potest ostendi per generationem & corruptionem, quæ in rebus est: quæ quidẽ est generatio & corruptio non est sine motu: Potest etiam ostendi per opera, quæ fiunt circa cælum, quę sine motu nõ sunt. Notandum est, ꝙ Mathematica, sicut sunt numeri, quos ponebat Plato principia rerum; abstrahunt à ratione agendi, & per consequens à ratione causandi, & mouendi: si autem sic est, non potest poni causa motus & mutationis: & sic secundùm Pytgagoricos non assignatur causa motus & mutationis. Deinde cum dicit.

Redarguit Pythagorã pluribus rationibus.

Mathematica abstrahunt à rõne agendi, cãdi, & mouendi.

Ampliùs autem siue quis eis concedat esse magnitudinem, siue hoc ostendatur; tamen quomodo erunt hæc corporum leuia, illa uerò grauitatem habentia? Ex quibus n. supponunt & dicunt, nihil magis

gis de Mathematicis corporibus dicunt, quàm de sensibilibus. Unde de igne, & terra, & aliis huiusmodi corporibus nihil dixerunt, sicut nihil de sensibilibus existimant, dicentes proprium.

A

Ponit secundam rationem, & est talis. Illa positio, quæ per principia sua non potest ostendere differentiam corporum naturalium, quare scilicet sint aliqua grauia, & aliqua leuia; insufficiens est; positio Pythagoræ est huiusmodi, ergo insufficiens est: Et hoc est, quod dicit litera, ꝙ siue detur & supponatur, siue ostendatur, quòd magnitudines componuntur ex numeris; tamen certum est, ꝙ siue numeri ponantur principia rerum, qđ non potest ostendi, quare de numero corporum hęc sunt grauia, & quare hæc leuia; numeri enim qui ponũtur principia ab eis, & ex quibus supponunt, & dicunt omnia fieri, non magis adaptantur corporibus Mathematicis, quæ nec sunt grauia, nec sunt leuia, quàm corporibus sensibilibus, quæ sunt grauia & leuia: & ideo nihil magis dixerũt per principia sua de corporibus sensibilibus, sicut de igne & aliis huiusmodi corporibus, quàm de corporibus Mathematicis: cum tamen de huiusmodi corporibus aliquid proprium debuissent dicere. Notandum est, ꝙ corpora sensibilia aliquid addunt super corpora Mathematica; & ideo aliqua propria principia debuerunt poni respectu corporum naturalium, per quæ posset assignari natura eorum, & differẽtia adinuicem: cum ergo isti posuerint quædam principia, quæ non magis aspiciebant corpora Mathematica, quã corpora sensibilia, & naturalia; per talia principia nihil proprium potuerunt dicere de naturalibus. Deinde cum dicit.

Corpora sensibilia aliquid addunt super corpora Mathematica.

TEX. 46. *Amplius autem quomodo oportet accipere eas quidem esse numeri passiones, et numerum circa cęlum existentium, & factorum, & ab initio & nũc? Numerorum uerò nullum esse præter numerum hunc, ex quo consistit mundus.*

Ponit tertiam rationem, & diuiditur in duas partes: quia primò ostendit, ꝙ numerus positus à Pythagora non potest poni causa rei: secundò ostendit motiuum, quo Pythagoras mouebatur ad ponendum numerum in rebus: ibi, [nam cum in hac parte. Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ si Pythagoras posuisset duplicem numerum, sicut uisus est dicere Plato; potuisset dicere, ꝙ numerus est causa rei: potuisset enim dicere, quòd numerus itelligibilis est causa numeri sensibilis, & quia numerus sensibilis est essentia rei & substantia; ideò per consequens est causa substantiæ rei; sed quia ipse non posuit esse substantiam rei sensibilis, non potuit dicere, ꝙ numerus esset cã substantiæ rei: Si enim numerus esset causa substantię rei, & tamẽ idem est, quòd substantia rei, sequitur, quòd idem sit causa suiipsius. His uisis patet litera: dicit enim, quòd non est possibile dicere, numerum, & passiones numeri esse causas rerum existentium circa cœlum, & rerũ, quę fiunt modò, & iam factæ sunt: & cum hoc etiam dicere, ꝙ nullus alius numerus est præter hunc numerum sensibilem, ex quo constituitur mundus. Deinde cum dicit.

Nam cum in hac parte opinio, & tempus sit eis, parum uerò desuper, aut subtus iniustitia & discretio, aut & permixtio, demonstrationem aũt dicant, quia horum unumquodq; numerus est. TEX. 47.

Ponit motiuum, quo mouebatur Pythagoras ad ponendum, quòd numerus est in mundo. Ad cuius euidentiam notandum est; quòd Pythagoras ponebat, quòd omnia, quę sunt infra mũdum; sunt in proportione debita: quam proportionẽ uocabat numerum: & dicebat proportionem hãc esse ex hoc, quòd omnia corpora sunt in debito loco, & debito situ: Si enim superiora essent inferiùs, & inferiora superiùs, destrueretur proportio & numerus.

B

His uisis patet litera: nam cum in hac parte inferiori sit opinio, & tempus, hoc est situs, & contingentia; & corruptibilia, quæ cadunt sub opinione, & tempore; nec possint superius esse; nec illa, quæ sunt superiùs, possint subtus idest inferiùs: quia si ita esset in rebus, esset iniustitia, idest inęqualitas, & permixtio idest confusio, & nõ distinctio: quòd inquam ita est, hoc manifestè demonstrat, ꝙ unumquodque horum consistit in proportione, & numero. Deinde cum dicit.

Egregiè Pythag. de ordine uniuersi.

Amplius autem accidit secundùm hunc locum iam pluralitatem esse constitutarum magnitudinũ, quia passiones hæ sequuntur singula loca.

C

Ponit quartam rationem, & est talis. Videmus enim quòd accidit, quòd diuersitas cõstitutarum magnitudinum naturalium est secundùm diuersitatem locorum; quia passiones corporum naturalium diuersificantur secũdùm diuersa loca; quæ quidem diuersitas non potest attendi penes principia Mathematica, quæ posuit Pythagoras. Notandum est; quòd secundùm Philosophum motus ad formam est motus ad locũ: Ex quo tria sequuntur, primum est, quòd mouens, & generans dando formam, dat locum: secundum est, quòd secundùm diuersitatem formarum, & passionum naturalium sunt diuersa loca: sicut alius est locus terræ, & alius est locus ignis: ex quo sequitur tertiũ, scilicet quòd ille, qui largitur formam, largitur & locum; & qui largitur locum, largitur & formam;

Motus ad formam est motus ad locum.

Corollaria.

D

& qui non potest largiri locum, non potest largiri formam: etiam qui non potest largiri diuersitatem secundùm locum, nõ potest largiri diuersitatem secundùm formam, nec è conuerso: Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quòd diuersitas passionum, & formarum est secundùm diuersitatem locorum: Ex quo sequitur quòd illa principia, quæ non præstant diuersitatem secundùm locum, siue locorum; non præstant diuersitatem formarum; nec è conuerso; talia autem sunt principia, posita à Pithagoricis. Deinde cum dicit.

Diuersitas passionum, et formarũ est secundũ diuersitatẽ locorum.

TEX. 48. *Vtrum idem sit hic numerus, qui in cœlo est, quẽ oportet accipere; quia unũquodque est, aut præter hunc alius? Plato namq; ait alium esse. Existimat qui-*

dem etiam & ille numeros hæc esse, & horum causas; hos uerò sensibiles. De Pythagoricis quidem dimittatur ad præsens, sufficit.n. ipsa tangere tantũ.

Ponit rationẽ, & est ratio quinta talis per modum interrogationis; Cũ Pythagorici posuerint numeros substantiam rerum, quærimus ab eis, Vtrum sit idem numerus, qui est in cęlo, hoc est, qui est substantia superioribus, quæ comprehenduntur à cœlo, quem numerum dicimus esse substantiam rei; cum omni alio numero? aut præter hunc numerum, qui est substantia rei; sit aliquis alius numerus? quasi dicat Philosophus, quodcunque horum dixerint, accidit eis in conueniens. Si .n. dixerint, ꝙ sit tantùm unus numerus, scilicet ille, qui est substantia rei; cum ille ponatur ab eis causa rei, sequitur (ut iam dictum est) quòd idem est causa suiipsius. Si autem dicant, ꝙ est alius numerus intellectualis pręter numerum sensibilem; de hoc numero, quia non meminerũt, insufficienter locuti sunt; Hoc autem non potest obiici Platoni. Plato.n. distinxit alios numeros sensibiles, & alios numeros intellectuales; quos dixit causas rerum. Vltimò concludit Philosophus dicens, ꝙ opiniones Pythagoræ debent dimitti: sufficit.n. ad præsens eas tetigisse,

TEX. 49. *Qui uerò ideas posuerunt, primùm quidem cum quærerent horum existentium causas habere, cætera æqualia his numero attulerunt: Velut siquis numerare uolens, cum quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura uerò ea faciat, & ita numeret. ferè etenim formæ æquales, aut non pauciores iis sunt.*

TEX. 50. *Ex quibus, dum de eis causas quærerent, ad illas processerunt. Nam secundùm unumquodque æquiuocum homogeneum aliquid est, & circa substantias aliorũ, & in multis unũ, & in iis, & in sempiternis.*

Postquam Philosophus improbauit opinionẽ Pythagoricorum, hic improbat opinionem Platonicorum: & diuiditur in duas partes: quia primò improbat, quod ponebat Plato de ideis: secundò illud, quod ponebat Plato de rerum principiis: ibi: [Omnino autem sapientia.] Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ Plato ponebat species, & istas species dicebat esse principia rerum, siue existentia: dicebat etiam eas numeros: Et ideo hæc pas diuiditur in tres partes: quia primò improbat positionem specierum, & idearum: secundò improbat positionem existentium, quare (ut dictum est) species ponebant existentia: tertiò improbat positionem numerorum, qui numeri uocabantur species: secunda ibi, [Dicere uerò exemplaria esse,] tertia ibi, [Ampliùs si sunt numeri.] Prima pars in duas partes: quia primò ostendit, ꝙ non possunt poni species: secundò ostendit, ꝙ si ponãtur, quòd ad nihilum sunt utiles, ibi, [Omnium autem.] Prima pars in tres partes: quia primò ponit positionem ponentium species, & ideas: secundò ostendit, quòd motiua, quibus mouebantur ponentes species & ideas, non fuerunt bona: secundò ponit inconuenientia, quæ accidunt ponentibus species: secunda ibi, [Ampliùs autem secundùm quos modos,] tertia ibi, [Ampliùs autẽ rationum.] Ponit ergo primò positionem, dicens ꝙ Platonici primò posuerunt ideas. Volentes.n. accipere causas rerum existentium; cum non possent accipere per sensibilia, ut uidebatur eis, accesserunt per intelligibilia; posuerunt enim quasdã species separatas, æquales numero rebus sensibilibus: quas species dixerunt esse causas rerum: ut si aliquis uellet numerare, patet ꝙ non posset numerare pauciora, nisi addat aliqua alia plura. Similiter isti credentes, ꝙ non sufficerent sensibilia ad causandum res, posuerunt species æquales sensibilibus, saltem non pauciores, ex quibus speciebus prouenerunt ad causandum sensibilia: ideo autem posuerunt species; quia uiderunt, ꝙ omnia quæ sunt sub una specie, secundùm aliquid habent uniuocationem: circa enim substantias rerũ est unum in multis, & hoc tam in rebus sensibilibus, quàm sempiternis, idest Mathematicis; quia (ut dictum est supra) in Mathematicis reperiuntur plura sub uno, sicut & in Naturalibus; hoc autem unum Platonici uocauerunt speciem. Notãdum est, ꝙ benè posuit Philosophus exemplum de illo, qui uoluit numerare. Si enim aliquis uellet numerare, fatuus esset, si uellet numerare in pluribus, quod posset numerare in paucioribus: fatuus uerò non esset, si crederet meliùs, & faciliùs numerare in pluribus, quàm in paucioribus: Ita à simili cum esse rerum sensibilium benè possit reddi per sensibilia sine illis speciebus, quas posuit Plato; fatuum est ponere illas species: ex hoc enim assumit difficilius sine utilitate aliqua; sicut ille, qui potest numerare in paucioribus, sine utilitate assumit plura: Dicit autem Philosophus, ꝙ Plato dixit illas species æquales sensibilibus, uel ad minùs non pauciores: dixit aũt Aequales, inquantùm ponunt species sensibilium: Non pauciores autem, sed fortè plures, quàm sensibilia; quia non solùm ponebat species sensibilium, sed etiam species Mathematicorum; & secũdùm hoc species separatæ sunt plures, quàm sensibilia. Notandum est, ꝙ Platonici uidentes, quòd plura indiuidua conueniunt sub una specie, tam in sensibilibus, quàm in Mathematicis; sicut plures triãguli sub triangulo: illam speciem posuerunt quodammodo separatam, quæ participatur ab omnibus indiuiduis: Et hoc est, quod dicit Philosoph. in litera, ꝙ ideo posuerunt species, quia uiderunt ꝙ secundùm unumquodque est aliquod uniuocum, idest, quòd omnia indiuidua conueniunt in vna ratione & quiditate; quam quiditatem Platonici posuerunt quoddam per se separatum. Notandum tamen, ꝙ alia litera habet Aequiuocum, & tunc debet legi, ꝙ illud separatum, quod ponitur ab eis quantùm ad hoc, habet rationem æquiuocam cum istis sensibilibus: quia illud separatum est per essentiam tale, sensibilia autem sunt talia per participationem. Deinde cum dicit.

Insurgit cõtra Platonem circa substãtias, & principia rerum.

Motiua Platonicorum.

Aristotelis exemplũ notatur dignũ

Am-

Amplius autem secundùm quos modos ostendimus, quia sunt species, secundùm nullum uidetur horum. Ex quibusdam enim non est necesse fieri syllogismum; ex quibusdam uero ita, & non quorum putamus, horum sunt species: quia secundùm rationes eas, quæ sunt ex scientiis, omnium erũt species, quorumcunque sunt scientiæ, et secundùm unum in multis & in negationibus.

Ostendit, ꝙ motiua, quæ mouebant Platonem ad ponendum species, non fuerunt sufficientia: & diuiditur in duas partes, secundùm duo motiua, quæ habebat Plato: Vnum enim motiuũ fuit, ꝙ scientia non potest haberi ex sensibilibus; & ideo oportet ponere aliqua separata: Secundum motiuum, quod habuit; fuit, ꝙ intellectus non est respectu sensibilium & corruptibilium; & ideo oportet ponere aliquam speciem separatam: secunda pars ibi, [& secundum intelligere.] Primò ergo ostendit, ꝙ propter scientiam non debent poni species; sed magis sequitur, quòd si ponatur species separata, non poterit haberi scientia: cuius ratio est; quia scientia habetur per syllogismum demonstratiuum: syllogismus autem demõstratiuus non est ex singularibus, sed solùm ex uniuersalibus, quæ dicunt unam naturam communem in multis; & hoc tam in demonstratione affirmatiua, quàm negatiua: quia in omni demonstratione una propositio ad minùs debet esse affirmatiua, quæ affirmat unum de multis; species autem, quas ponebat Plato, non dicebant unum in multis, sed dicebant secundùm rem quoddam singulare, separatum à multis: & ideo ex eis non poterat esse syllogismus, nec scientia. Et hoc est, quod dicit litera, quòd illi modi, qui uidentur ostendere species esse, secundùm nullum intellectum ostendunt species esse horum sensibilium; & maximè ille modus, qui uult ostendere spẽm esse propter scientiam: Syllogismus enim scientificus ex quibusdam est, scilicet ex uniuersalibus, ex quibusdam uerò non, scilicet ex particularibus. Nec debemus putare, quòd propter scientiam species sint horum sensibilium, quorum nõ sunt: quia illæ rationes, quę ostendunt, quòd propter rationes scientiæ sunt species; debent ostendere, ꝙ illæ rationes sunt unum in multis, non unũ separatum à multis, (sicut ponebat Plato) & ꝙ sunt unum in multis: Hoc etiam habet ueritatem in negationibus, hoc est in syllogismis negatiuis. Deinde cum dicit.

Syllogism. demõstratiuus non est ex singularibus.

Et secundùm intelligere, aliquid corrumpi corruptibilium: phantasma enim aliquod horum est.

Ostendit, quòd secundum motiuum de intellectu non ualet, quia supponebat falsum: uidetur enim intellectus intelligere corruptibilia: Et hoc est, quod dicit litera; quia conuenit nos intelligere aliquid corruptibilium, phantasma enim est de numero horum corruptibilium, & respectu fantasmatis est intellectus: Sicut enim habent se colores ad uisum, ita se habent phãtasmata ad intellectum: phantasmata enim illustrata à lumine intellectus agentis, sunt obiectũ intellectus: Et ideo dicere, quòd talia corruptibilia nullo modo intelligantur, falsum est. Deinde cum dicit.

Sicut se habet color ad uisum, ita se hẽt phantasma ad intellectum.

A

Amplius autem rationum certissimæ aliæ quidem eorum, quæ ad aliquid ideas faciunt, quorum non dicunt esse secundùm se genus; aliæ uerò tertium hominem dicunt. TEX. 51.

Ponit inconuenientia, quæ sequuntur ad ponẽtes ideas, & species: & diuiditur in sex partes secundùm sex inconuenientia, secunda ibi [Et omnino quæ sunt,] tertia [Accidit autem] quarta ibi; [Ad aliquid ipso] quinta ibi; [Amplius autem] sexta ibi [hæc uerò.] Ponit ergo primum inconueniens, quod sequitur istos, ponẽdo species; & est: quòd quicunque ponit species, ponit tertium hominem; ponit enim hominem sensibilem, & cum hoc hoiem separatũ; quod quidẽ separatũ, ex quo separatũ est, non potest esse idem cũ sensibilib. & ideo oportet, quòd sit quoddam tertium ab illis. Aristoteles autem, & qui sequuti sunt eum; non habent necesse ponere hoc: licèt enim poneret uniuersale, separatum à duobus indiuiduis; sicut à Petro & à Martino posuit speciem hominis separatam; tamen illud separatum non potuit uocari tertium ab illis duobus; quia tantùm est separatũ secundùm rationem, & non secundùm rem & tale separatum non ponit in numero; quia quæ propriè numerantur, secũdùm rem separata sunt. Et hoc est, quod dicit litera, quòd de numero rationum, quæ ponunt ideas & species, & uniuersalia, quædam sunt certæ, & uerę; quæ quidem ponunt ipsam speciẽ esse separatam secundùm rationem, non autem ponunt ipsam esse quoddam genus secundùm se separatũ. s. secundum rem: aliquæ uerò non sunt uerę, nec certæ: hæ autem sunt, quæ necessariò ponunt tertium hominem: etiam hoc est quia ponunt speciem hominis separatam secũdùm rem. Deinde cum dicit.

B

Plato non posuit ideã eorum, quæ sunt ad aliquid.

C

Et omnino, quæ sunt de speciebus rationes, auferunt ea, quæ magis esse uolunt, dicentes, species esse, quàm ipsas ideas esse.

Ponit secundũ inconueniens, dicens, quòd illi, qui ponunt species, destruunt rationes, idest diffinitiones; quas tamen diffinitiones magis uolebant esse, ponentes species & ideas, quàm ipsas species, uel ideas. Notandum est, quòd ponentes species, eas ponebant propter diffinitiones; quia non poterant esse sensibilium & singularium: & ideo oportebat, quod essent aliquorum abstractorum, quæ abstracta ij uocabant species: Cum ergo hi ponerẽt species propter definitiones, & non è conuerso; uidetur quòd magis ponerent diffinitiones, quàm ideas; & tamen si ponuntur species & ideæ, definitiones non sunt; cuius ratio est, quia definitiones non sunt singularis, sed uniuersalis, quæ est unum in multis, non separatum à multis secundùm rem, sed solùm secũdùm rationem: Idea autẽ, & species oportet, quòd sint quoddam singulare, ex quo per se subsistunt: oportet etiam, quòd non solùm sint separata secundùm

D

Definitio non est singularis, sed uniuersalis, quod est unũ in multis.

dùm rationem, sed etiam secundùm rem. Deinde cum dicit.

Accidit autem ei dualitatem non esse primam, sed numerum.

Ponit tertium inconueniens, et est, quòd secundùm istam positionem accidit, quòd numerus est prior dualitate; cum tamen dualitas & binarius sit primus numerus. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd (ut dictum est supra) Plato posuit quandam dualitatem ex parte materiæ, quam uocat magnum & paruum: hac dualitate necesse est secúdùm Platonicos, ꝙ sit aliquis numerus prior: posuerunt enim species esse numeros. Sicut ergo species prior est materia, & dualitate materię; & similiter numeri, qui sunt species; priores sunt hac dualitate. Deinde cum dicit.

Idea sunt numeri impares.

Ad aliquid ipso, quod secundùm se. Et omnes, quæcunque aliquid de speciebus opiniones sequentes, opposuerunt principiis.

Ponit quartum inconueniens, & est, quòd ponentes species, necessariò habent ponere, quòd illud, quod est absolutissimum, & secundùm se subsistens, est de genere relationis, relatum ad sensibilia: & breuiter omnes opiniones, quæ ponunt istas species esse quædam ad aliquid, relata ad ipsa sensibilia, opposuerunt principijs primis, & per se notis. Notandum est, quòd ipsum uniuersale relationem dicit ad illud, cuius est uniuersale: & ideo ipsum uniuersale dependens est ad illud, cuius uniuersale est: quia uniuersalia non habent existentiam nisi in particularibus. Ex hoc sequitur, quòd Plato in sua positione incurrebat duo opposita; ponebat enim speciem separatam; & ex quo separata erat, sequebatur, quòd haberet esse independens: Ponebat autem secundò, quòd hęc species esset uniuersale, & esset quidditas rei sensibilis: cum autem uniuersale habeat esse dependens ad illud, cuius est uniuersale, & quidditas ad illud, cuius est quidditas; sequitur quòd ista species debuit esse dependens: & ita erit independens & dependens. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd secundùm istam positionem sequitur, quòd illud, quod est secundùm se & independens; erit ad aliquid & dependens. Deinde cum dicit.

Vniuersale dicit relationem ad illud, cuius est uniuersale. nec habet existentiam, nisi in particularibus.

TEX. 52. *Ampliùs autē ad existimationem quidem secundùm quòd dicimus ideas non solùm esse substantiarum species, sed & multorum aliorum. Et enim intelligentia una non solùm circa substantias; sed & de aliis est: Et scientiæ non solùm sunt ipsius substantiæ, sed & aliorum: Accidunt autem & mille talia alia:*

Ponit quintum inconueniens, quod sequitur contra istos. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd licèt non uideatur inconueniens multis: ꝙ quidditas substantiæ haberet esse separatum; tamen omnibus debet uideri inconueniens, quòd quidditas accidentis habeat esse separatū; & hoc, quia de rōne accidentis est, ꝙ sit in alio: magis.n. est de ratione accidentis, quòd sit ens additū enti, quàm quòd sit ens per se: & ita quidditas accidentis non potest habere esse separatum; Si tamē sequamur motiuum Platonis, ita benè sequitur, quòd quidditas accidētis habeat esse separatum, sicut quidditas substantiæ: ponebat enim Plato, quòd pro tāto ponebatur quidditas separata; quia multa sunt, quæ conueniunt in uno conceptu, quorum scientia est & definitio, & quia definitio & scientia non est sensibilium, sequitur, quòd ipse conceptus separatus est: si tamen hæc est bona ratio, sequitur, quòd quidditas accidentium separata est: quia accidentia etiam conueniunt in uno conceptu, sicut multæ albedines in conceptu albedinis, cuius conceptus, & definitio & sciētia est. His uisis, patet litera, dicit enim, quòd secundum existimationem, quam habuit Plato de speciebus & ideis, non solùm sequitur, quòd species sint substantiarum, id est quòd quidditates substātiæ sint separatę, sed etiam sequitur, quòd sint species multorum aliorum, scilicet accidentium: non enim est solùm unus conceptus substantiarū, sed etiam accidentium, & non solùm scientia est substantiarum, sed etiam accidentium: Et sic conceptus, & scientia ostendit, quòd ideæ sint accidētium; & ēt mille alia, quæ posuit Plato; hæc ostendunt, quæ non ostendunt quidditatem substantiæ esse ideam separatam; Hoc etiam ostendunt de accidentibus, quod tamē est impossibile secundùm opinionem eius; sola enim substantia ideam habet: de ratione enim idearum & specierum est, ꝙ sint participabiles à sensu, nō secundùm accidēs, sed secundùm essentiam, non enim participantur inquantùm dicūtur de subiecto, sed inquantùm sunt de essentia subiecti: si autem poneretur idea accidentis, per accidens participatur, uerbi gratia duplum est accidens; si ergo duplum esset per se separatum, subiectum quod participaret duplo, etiam participaret esse sempiterno; quia illud duplum sempiternum est: tamen illud participaret secundùm accidens, quia subiecto participāti duplum, quòd participet esse sempiternum, secundùm accidens est; sicut enim participat duplū, ita esse sempiternum: participatio autem ideæ debet esse participatio substantialis, & sic species non sunt accidentis, sed substantiæ solùm. Notādum est, quòd species, quæ ponitur à Platone; ponitur ut quidditas, & ut participabilis, & ut sit participabilis, scilicet sicut illud, quod est substantia & essentia rei; Si autem hoc est, propter duo prohibetur accidēs habere ideam separatam: Primum est, quia omnino est præter rationem accidentis, quòd habeat esse separatum: Secundum est, quòd de ratione quidditatis accidentalis est, quòd participetur à subiecto per accidens, & non per se: quidditas autē, quæ ponitur a Platone, debet per se participari. Deinde cum dicit.

Quidditas accidentis, non potest habere esse separatum.

Scientia est & substantiarum, & accidentium.

Duo sunt, quæ prohibent accidens habere ideam.

Hæc uerò substantiam esse hic significat, & illic. Quare necesse est apparere quid præter eas unum in multis. At si quidem eadem species idearum & participantium aliquid erit commune: quid enim magis incorruptibilius dualitatibus multis quidem, sed TEX. 53.

sem-

A *sempiternis dualitas unum & idem, quàm in hac alia: Si uerò non eadem species, æquiuocatio est & simpliciter; ut si quis uocat hominem Calliam, & lignum, nullam illorum communitatem inspiciens.*

Ponit sextum inconueniens, dicens, quòd & substantiæ sensibiles substantiam, uel naturam rei dicunt; sicut homo separatus dicit humanitatem, & ibi etiam, idest substantia intelligibilis etiam dicit substantiam, & naturam rei; sicut homo separatus dicit etiam humanitatem: & ita uidetur, quòd substantia sensibilis, & intellectus conueniant in aliquo communi, quod est unum in multis. Quæremus ergo ab illis, qui sunt de ista opinione, Vtrum idearum, & specierum, & ipsorum sensibilium sit aliquod commune, uel non? quodcunque horum dederint, sequitur inconueniens: Si enim B dixerint, quòd est unum commune: quia non est maior ratio, quòd sit vna dualitas communis dualitatibus corruptibilibus, quàm quòd sit una dualitas communis dualitatibus corruptibilibus & sempiternis, sequitur inconueniens: sequitur enim, quòd corruptibilibus & sempiternis est aliquid commune uniuocum, quod est impossibile. Si autem dixerint, quòd non est aliquid eis commune, ita quòd est eadem species istorum; sequitur, quòd est omnimoda æquiuocatio inter ista: ita quòd dicere hominem sensibilem esse hominem, & hominem separatum esse hominem, est æquiuocè dictum: sicut si dicerem Calliam, & lignum esse hominem, nullam communitatem aspiciés inter hæc duo, nisi communitatem nominis. C Notandum est, quòd ratio Arist. stat in hoc, quòd si ponitur species, & quiditas; sequitur quòd species, & illud cuius est species; & quidditas, & illud cuius est quidditas, uel sunt uniuoca, uel sunt æquiuoca: quorũ utrunque fuit impossibile apud Platonem; Primum fuit impossibile, quòd scilicet essent uniuoca; quia quæcũque sunt uniuoca, conueniunt in uno conceptu, & in una quidditate, quæ quidem quidditas (secundùm Aristo.) est separata secundùm rationem; secundùm autem Platonem secundùm rem: si ergo species, & cuius est species uniuoca sunt; sequitur, quòd conueniunt in uno conceptu, & in una quidditate separata ab utroque secundùm rem, quod est impossibile; sic enim esset abire in infinitum in separatis; D quia qua ratione illud tertium separatur ab utroque, cõueniret cum illis duobus primis in aliquo conceptu communi. Secundò species, & cuius est species non possunt esse æquiuoca; imaginabatur enim Plato, quòd species, & cuius est species habeant eandem rationem; ita tamen, quòd illa ratio in specie est per essentiam; in illo autem, cuius est species, est per participationem: & sic species, & cuius est species, conueniunt in una ratione, illo modo conuenit æquiuocis.

Quidditas secundùm Arist. est separata secundũ rõnẽ: secundùm Plat. est separata secundùm rẽ.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum hæc ratio cogat contra ponentes ideas? Dicendum est, quòd non, dicet enim aliquis; quòd idea, & illud cuius est idea, non sunt uniuoca, nec sunt æquiuoca, sed sunt analoga: Non sunt uniuoca, quia non conueniunt in uno conceptu communi, æqualiter aspiciente utrunque; & hoc quia quandocunque aliquid aspicit ideam, & illud, cuius est idea; oportet, quòd illud ratione primaria aspiciat ideam, secundariò cuius est idea; non ergo possunt esse uniuoca: Nec ẽt æquiuoca; quia in purè æquiuocis ratio unius non aspicit rationem alterius; ratio autem ideati semper aspicit rationẽ ideæ: & ideo idea, & ideatum non habent ueritatẽ uniuocationis, nec æquiuocationis, sed magis analogiæ & attributionis: Dixisset ergo Plato; si quæreretur ab eo, Vtrũ idea & participans ideam habeant aliquam unitatem? quòd sic; sed tamẽ hæc unitas, nec est unitas uniuocationis tantùm, nec unitas æquiuocationis: ita quòd idea & ideatum conueniant in una ratione, sed est unitas attributionis; quia quidquid est in participante ideam, attributionẽ habet ad ipsam ideam. Deinde cum dicit.

In purè æquiuocis rõ unius non aspicit rõnẽ alterius.

Idea, et ideatum nõ habent ueritatẽ uniuocationis, nec æquiuocationis.

TEX. 54. *Omnium autem dubitabit aliquis maximè quid cõferunt species sempiternis sensibilium, aut iis, quæ fiunt, et corrumpuntur. Neque enim motus, nec trãsmutationis ullius sunt causa in eis.*

Postquam ostendit, quòd ideæ non sunt; hic ostẽdit, quòd si ponantur ideę, nec prosunt rebus sensibilibus; et sic sunt inutiles, & otiosæ: & diuiditur in tres partes; quia primò ostendit, quòd nihil prosunt ad motum. secundò, quòd nihil prosunt ad scientiam. tertiò, quòd nihil prosunt adesse; & sic nõ sunt aliquo modo causæ motus, nec causę scientiæ, nec causę essendi. Secunda ibi [at uerò.] Tertia ibi [nec ad esse.] Dicit ergo, quòd si ponantur ideæ, ociosæ ponuntur; quia nihil prosunt, nec rebus sempiternis, sicut sunt corpora cœlestia; nec prosunt rebus sensibilibus, quæ generantur & corrumpuntur; non enim possunt cõferre ad motum; quia idea non potest esse causa motus & mutationis; magis enim ideæ ponuntur ut quidditates formales, quàm ut causa efficiens uel mouens: & ideo magis reducũtur ad causam formalem, quàm ad cãm mouentem, & per consequens non sunt causa motus & mutationis. Deinde cum dicit.

Platonis rõ non concludit.

Ideæ non sunt cã motus.

At uerò neque conferunt, quippe cum non insint in hisce rebus, quæ sunt horum illa substantia: esse enim in istis.

Ostendit quòd non sunt utiles ad scientiam, dicens, quòd si ideæ ponantur, nihil auxiliantur addiscendum rem: cuius ratio est, quia scire rem, est scire essentiam & substantiam eius; idea autẽ nec est essentia; nec substantia rei; substantia enim rei in re est: si ergo idea esset substantia rei, in re esset, & non separata à re, sicut posuit Plato. Deinde cum dicit.

Scire rẽ, est scire essentiã, & substantiã rei.

Nec ad esse, cum non participãtibus insint. Sic.n. forsan causa uidebitur esse album permixtum albo: Sed hæc quidem ratio ualde mobilis est, quam Anaxagoras priùs, et Hesiodus posteriùs, & alii quidem dixerunt: facile nanque colligere multa, & impossibilia ad talem opinionem: At uerò nec ex speciebus, sunt

Idea nõ est essentia nec substantia rei.

sunt alia secundùm ullum modum consuetorum.

Ostendit, quòd ideæ nihil prosint adesse. Ad cuius euidentiá notandum est, quòd Plato uisus est ponere, ꝙ ideæ sunt causæ essendi ipsis sensibilibus, quia participantur ab eis: ut sicut albedo est causa albi, quia participatur ab habẽte albedinẽ; ita sensibiliter Idea est causa essendi, quia participatur ab ipso ideato: Hunc modum dicendi uult destruere hic Philosophus, dans intelligere, quòd sensibilia nõ possunt esse per participationem formarum, nisi formæ sint unitæ eis, sicut albedo est unita albo: Ex quo sequitur, quòd si sensibilia habent esse per formas ideales, quòd ideæ sint unitæ materiæ, quod est impossibile secundùm Platonem: Et hoc est, quod dicit litera, quòd si ideæ ponantur, nihil utiles sunt ad esse, idest ad rationem essendi; & hoc quia non insunt ipsis particularibus. Si enim dicatur. quòd idea est causa, quia permiscetur materiæ, sicut albedo permiscetur albo; certum est, quòd declaratio ista mobilis est, idest destructibilis ualde; Hanc enim positionem, quòd formæ permiscentur materiæ, primò tetigit Anaxago. secundò autem Hesiodus, & quidam alii: cõtra quam positionem facile est colligere multa impossibilia. Concludit ergo Philosophus, quòd secundùm nullum modum consuetum dici potest, quòd sensibilia sint ex ideis; ex quo sequitur quòd inutiles sunt,

Ideæ nõ faciunt ad esse rerum.

Sẽsibilia ex ideis esse nõ possunt.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum ideæ utiles sint ad rationem essendi? Dicẽdum est, quòd ponere ideas separatas, sicut imponitur Platoni, impossibile est; Si autem ponamus ideas rationes exemplares in intellectu primi; sic necessarium est ponere ideas. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd omne agens per intellectum & artem, habet apud se ideam & exemplar rei artificiatæ; cum ergo deus produxerit omne ens per modum artis & intellectus; oportet quòd habeat apud se ideas omnium fiendorum: Et secundùm hoc ideæ sunt utiles ad rationem essendi: Nec ualet, quod dicit Philosophus, quòd non semper sequitur, quòd forma, quę ualet ad rõnem essendi, permisceatur & uniatur illi, ad cuius rationem ualet: uidemus enim quòd à forma exemplari, quæ est in mente artificis, deriuatur ipsum exemplatum; & tamen forma exemplaris non est in ipso exemplato subiectiuè. Vnde notandum est, quòd alia est participatio, qua subiectum participat formam; & alia, qua exemplatum participat exemplar: in prima enim participatione forma est ratio essendi in subiecto, & est in ipso subiecto subiectiuè: quia illa participatio nõ est, nisi quædam informatio materiæ à forma: in secunda autem participatione non oportet, quòd exemplar sit in exemplato: quia illa participatio non est nisi quædam assecutio, qua ipsum exemplatum assequitur ipsum exemplar, sicut illud, qđ habet attributionem ad illud.

Quõ ideas admittere possumus.

Rõ Philosophi haud ualida contra Platonis ideas.

Participatio duplex.

TEX. 55. *Dicere uerò exemplaria esse, & eis alia participare, uaniloquium est, & metaphoras dicere poeticas. Nam quid est opus ad ideas respiciens; contingit*

E *enim esse, & fieri simile aliquod: et non assimilatum ad illud. Quare existente Socrate, & non existente: fiet qualis Socrates.*

Postquàm improbauit ideas in se, hic improbat eas secundùm quòd ponuntur quędam exemplaria: & diuiditur in sex partes, secundùm quòd adducit sex rationes contra hæc exemplaria, secunda ibi [Similiter autem] tertia ibi [Amplius autẽ] quarta ibi [Amplius uidebitur] quinta ibi, [in Phedone uerò] sexta ibi [& multa alia.] Dicit ergo primò, quòd ponere quędam exemplaria separata uanum est, nec ad rem pertinens; & assimilatur dictum istorum methaphoris Poetarum; qui extraneè, & impropriè loquebantur; talia enim exẽplaria ociosè ponuntur: nullum enim agens agit, aspi-

F ciens ad illas ideas, & illa exemplaria; talia enim exemplaria non requiruntur, nisi propter assimilationem; per agentia autem materialia multa fiunt similia, quæ non assimilantur illis exemplaribus; sed solùm agentibus inferioribus, sicut homo genitus assimilatur homini generanti: si enim requireretur exemplar separatum, non requireretur agens proximum, & exemplar proximum: & ita siue Socrates generãs esset, siue nõ esset; adhuc posset generari Socrates, quod est impossibile. Notádum est, quòd hæc ratio Philosophi non multùm ualet contra ponentes exemplaria, quia si esset bona, ualeret etiam contra rationes exemplares, quas ponimus in intellectu primi principij. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd natura non

Philosophi nõ debẽt uti metaphoris ut Poetæ utuntur.

Rõ Philosophi nõ satis efficax contra ponẽtes exemplaria

G agit præcognoscendo finem; oportet ergo, quòd agat directa ab agente per intellectũ, qui finem cognoscit: ita quòd natura agens ordinatur per intellectũ & scientiam primi principij, in cuius intellectu sunt rationes exemplares omnium: Nec ualet, quod dicit Philosophus, scilicet quòd agentia inferiora agunt non aspiciendo ad exemplar; quia hoc est falsum: quia ordo est in agentibus, ita quòd semper suo modo agentia inferiora aspiciunt agentia superiora; Dictum est autem, quòd opus naturæ est opus intelligentiæ, ita quòd non est agens subordinatum sub intelligentia. Ex quo sequitur, quòd natura in agendo semper aliquo modo aspicit intelligentiam; licèt non cognoscat se aspicere; quia ille aspectus non ast aliud, nisi or-

Natura nõ agit, ut præcognoscat finem.

In agentib. est ordo.

Opus Naturæ est opus intelligẽtiæ nonerrãtis.

H do, & motio, impressa in natura ab ipsa intelligentia: Nec ualet, quod dicit Philosophus, quòd si daretur exemplar, quòd superflueret exemplar proximum, & aliud agens naturale: hoc enim est uerum in agentibus per se ordinatis: nunquam enim causa proxima excludit remotam, si necessariò eã includit; quia agit in uirtute illius, sic ergo exemplaria non sunt separata eo modo, quo posuit Plato, sed tamen necessariò sunt in intellectu primi principij. Deinde cum dicit.

In agentib. per se ordinatis nunquã cã proxima excludit remotã.

Similiter autem palàm, quia etiam si sit Socrates sempiternus, erunt eiusdem exemplaria plura, quare & species; ut hominis anima & bipes: similiter autem & ipse homo.

Ponit secundam rationem contra exemplaria,

&

Tertiũ aduer sus Platonem. & est ratio talis: Si præter Socratem sensibilem ponatur Socrates sempiternus,& intelligibilis,& exemplaris; sequitur quòd unius & eiusdem sint multa exẽplaria: Socratis enim sensibilis erit exẽplar Socrates sempiternus, & etiã idea hominis: Similiter hominis sensibilis multæ erunt exemplaria: primò,idea hominis,que dicitur antropos. secundò, idea animalis. tertiò, idea bipedalis. A

Notandum est, quòd exemplaria ponebantur à Platone propter participationem: ponebantur enim exemplaria esse quasdam formas, quæ participantur ab istis inferioribus: vnde quia omnes homines participãt humanitatem,sequitur quòd sit humanitas separata, quàm dicebant Platonici esse exemplar omnium hominum: Si autem exẽplar requiritur propter participationem, sequitur quòd quot sunt participationes, tot erunt exemplaria:euenit autem,quòd idem multa participat; sicut Socrates sensibilis participat essentiam hominis,animalis,& bipedalis; & sic illius erũt multa exemplaria;quia sicut participat hominem intelligibile; & animal intelligibile,& bipes intelligibile. Deinde cum dicit. B

TEX.56. *Amplius autem non solùm sensibilium species exemplaria,sed etiam ipsarum,ut genus specierum; igitur idem erit exemplar & imago.*

Ponit tertiam rationem,& est ratio talis:quòd si ponantur exemplaria, non solùm erunt exemplaria sensibilium, sed etiam specierum intelligibilium:erit ergo exemplar speciei;Ex quo sequitur magnum inconueniens: sequitur enim,quòd idem erit exemplar,& imago: species enim exẽplar erit indiuidui, & tamen imago erit generis. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta: Primum fundamentum est acceptum à Platone; posuit enim Plato, quòd exemplaria ponuntur propter participationem: ex hoc enim fundamento arguit Philosophus, ꝙ si exemplaria ponuntur propter participationẽ,sequitur, quòd ubicunque est participatio,ibi exemplar est: uidemus enim, quòd sicut indiuiduum participat speciem, ita species participat genus. Si ergo propter participationem species est exemplar indiuidui, ex eadem ratione sequetur,quòd genus sit exemplar speciei. Secundum fundamentũ est ex differentia, quæ est inter imaginem,& exemplar: exemplar enim est illud, ad cuius imitationem fit aliquid; imago autem est, quod fit ad imitationem alterius: vnde Imago, quasi imitago;ideo,sicut dicitur;quòd aliquid imitatur:Ex hoc accipit Philosophus,quòd idem erit imago,& exemplar:indiuiduum enim fit ad imitationem speciei;& ideo species est exemplar;species autem imitatur genus, & secundùm hoc est imago eius; & sic idem est imago & exemplar; quod nõ ponebat Plato in specie: ponebat enim, quòd aliqua ita fierent ad imitationem speciei, ꝙ tamen ipsa non fierent ad imitationem alterius:& sic ita erat exemplar,quod non erat imago. Deinde cum dicit. C D

Differẽtia inter imaginem,et exẽplar.

Indiuiduũ fit ad imitationem speciei.

Amplius uidebitur utique impossibile esse separatim substantiam,& cuius est substantia. Quare quo idea substantiæ rerum existentes separatim erunt?

Ponit quartam rationem contra ponentes exẽplaria;Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Platonici in dicto suo uidebantur includere contradictionem; Dicebant enim quòd illa exemplaria sunt substantia rerum, modò ita est, quòd si exemplaria separata sunt, & substantia rei non separatur ab eo,cuius est substantia; sic hæc exemplaria sunt separata,& non sunt separata:& sic est impossibile, quòd sint exemplaria: & tamen sunt substantia rerum. Et hoc est,quòd dicit litera, ꝙ impossibile est substãtiam esse separatam ab eo, cuius est substantia: ex quo sequitur, quòd ideæ non possunt poni separatæ,cum ponantur substantia rerum. Deinde cum dicit.

Substantia non potest separari ab eo, cuius est substantia.

In Phedone uerò ita dicitur,quòd ipsius esse,et fieri causæ sint species; et etiam existẽtibus speciebus, tamen non fiunt participantia,nisi sit quod mouit.

Ponit quintam rationem contra ponentes exẽplaria, & est ratio specialiter contra quodam dictum Platonis, quod ipse posuit in quodam suo libello,scilicet in Phedone:dixit enim ibi, quòd species, & exemplaria sunt causa fiendi,& etiam essendi:hoc autem improbat Philosophus per talem rationem.Si species,& exemplaria sunt causa essendi, & fiendi; sequitur quòd positis speciebus,ponitur fieri,& esse: quòd tamen falsum est: quia existentibus speciebus, res non participant esse,nec fieri; nisi ponatur causa mouens,per cuius uirtutem res mediante fieri transeat ad esse. Notandum est,quòd si species ponuntur, & exẽplaria,reducuntur ad causam formalem, ut dictũ est supra: si ergo ad fieri rei non sufficit causa formalis sine causa mouente: quam quidem causam non tetigit Plato igitur.Deinde cum dicit.

Secundùm Plato. ideæ sunt semp uniformiter se habẽtes.

Insuper multa alia fiunt,uelut domus,aut annulus,quorum non dicimus esse species: quare palàm, quia contingit & alia & esse,& fieri:& propter tales causas quales & nunc dictas. TEX.57.

Ponit sextam rationem contra ponentes exemplaria,& est ratio talis, quòd secundùm positionem Platonis species & exemplaria non ponuntur respectu artificis tantùm;immo artificialia, sicut domus,& annulus possũt fieri,& esse sine exẽplaribus & speciebus separatis.Ex isto manifestũ est,ꝙ etiam naturalia possunt fieri, & esse per causas proximas: de quibus dictum est, absque hoc, ꝙ ponantur exemplaria.Deinde cum dicit.

Amplius si sint numeri,species quo causæ erunt? utrum quia alii numeri sunt ipsa exemplaria,ut hic quidem numerus homo, ille uerò Socrates, & alius Callias.Quid igitur his sunt causæ illi? Nec enim si hi sunt sempiterni,illi uerò non, nihil differt. TEX.58.

Si uerò quia rõnes numerorũ & hic,ut symphonia, palàm quia est unũ quidem,quorum sunt rationes.si itaque hęc materia; manifestum quia & ipsi numeri,& aliqua rationes sunt aliud ad aliud.Dico autẽ, ut si est Callias ratio in numeris ignis, aquæ, terræ, TEX.59.

&

& aeris, & ipse homo: siue numerus quis existens, siue non; tamen est ratio in numeris quorundam, & nō numerus, & non erit quis propterea numerus.

Postquam ostendit, ꝙ species non possunt poni, sicut exemplaria separata: hic ostendit, ꝙ non nō possunt poni sicut numeri: & diuiditur in duas partes; quia primò improbat positionem Platonis de numeris; secundò improbat positionem eius de magnitudinib. ibi [Volentes autē.] Prima pars in sex partes secundùm sex rationes, quas adducit contra ponentes numeros, secunda ibi. [Amplius ex multis,] tertia ibi. [Amplius autem] quarta ibi. [Amplius unitates,] quinta ibi. [Amplius quare,] sexta ibi. [Amplius cum dictis.] Ponit ergo primam rationem, & est talis; ꝙ species non possunt poni numeri. si enim isti numeri ponuntur: ideo ponuntur, ut sint causa rerum; nō autem possunt assignari, quomodo sint causæ: non enim potest poni, ꝙ numeri sint causæ rerum, nisi tribus modis; omnes autem illi tres modi falsi sunt: Posset primò aliquis dicere, ꝙ numeri sunt causæ, quia numerus est essentia rei; ita quòd aliquis numerus est essentia hominis, & aliquis numerus est essentia Socratis, & aliquis numerus est essentia Calliæ; si autem aliquis sic dicat, illi numeri non sunt causæ, ex quo sunt essentia rei sensibilis; quia idem non est causa suiipsius: Secundo modo posset aliquis dicere, ꝙ aliqui numeri sunt sempiterni, & aliqui sunt sensibiles, & sic sempiterni sunt causa sensibilium: sed sic dicere non seruat positionem, quia numeri sempiterni, & numeri sensibiles non differunt in ratione numeri: ergo ratione numeri sempiterni non sunt magis causa sensibilium, quā è cōuerso: Tertiò posset aliquis dicere, ꝙ rationes numerorum sunt causæ rerum, sicut sunt causa symphoniæ: Symphonia enim uidetur aliquid dicere, sicut sonum, in quo recipitur ratio numerosa: ita ꝙ symphonia est aliquid, quod recipit numerum, & non est numerus tantùm: ita similiter quodlibet aliud aliquid unum, in quo recipitur ratio numeralis; sicut si hoc unum est materia, dicemus, ꝙ quodlibet sensibile est ex materia, & ex illo numero: Ita ꝙ rationes numeri non sunt per se, si sunt alicuius ad alium, idest sunt in alio; sicut si diceremus, ꝙ ratio Calliæ non est ratio numeri tantùm, sed est rō numeri in igne, & terra, & aqua, & aere; similiter & quodlibet aliud: si autem ita est, sicut isti posuerunt, sequitur ꝙ Antropos, idest species hominis, siue ponatur esse numerus, siue non; non erit numerus tantū: sed erit numerus aliquorū, hoc est numerus cum alio aliquo; & sic numerus non erit causa rei tota, sed numerus, & aliquid aliud: Et sic sequitur ꝙ falsum est, ponere numerum totam causam rei. Deinde cum dicit.

Cōtra ideas Platonis, in quantū eas numeros posuit.

TEX. 60. *Amplius ex multis numeris fit unus numerus: ex speciebus autem una species, qualiter, uel quō?*

Ponit secundam rationem cōtra ponentes species esse numeros: & diuiditur textus: quia primò ponit rationem suam: secundò remouet quandam

E rationem, quæ posset dari contra suam rationem, ibi, [sed si nec.] Est ergo ratio talis: si species sunt numeri, sicut ex multis numeris potest fieri unus numerus: ita ex multis speciebus potest fieri una species; sed consequens est impossibile: ergo & antecedens, scilicet, quòd numerus sit species. Deinde cum dicit.

Ex hoc potest argui, elementa nō manere in mixto. uide Scot. in 2. sen. di. 15.

Sed si nec ex eis, sed ex unis, ut in millenario, quo modo se habent unitates? siue enim eiusdem speciei; multa inconuenientia accidunt, siue non eiusdem speciei. Nec enim eædem sibi sunt inuicem, nec aliæ omnes omnibus.

F *Quomodo namque differrent impassibiles existētes? Nec enim rationabilia hæc, nec intelligentiæ confessa.* TEX. 61.

Remouet quandam responsionem, quę posset dari contra hāc rationem: dictum est enim, & suppositum in ratione, ꝙ numeri componuntur ex numeris: diceret ergo aliquis cauillando, ꝙ numerus non componitur ex numeris, sed ex unitatib. sicut numerus millenarius componitur ex mille unitatibus: contra hoc arguit Aristoteles, dicens, ꝙ quærendum est ab illo, qui ponit, ꝙ numerus componitur ex unitatibus; quomodo se habent illæ unitates adinuicem, Utrum, scilicet sint eiusdē speciei, uel diuersarum specierum; quodcunque enim dederint, sequetur impossibile. Si enim dixerint, ꝙ omnes unitates numerorū sint eiusdem G speciei, sequetur inconueniens; Si enim unitates omnium numerorum sint eiusdem speciei, & numeri erunt eiusdem speciei; cum ergo secundùm Platonem, numeri sint idem, ꝙ species; sequetur, ꝙ multæ species, & diuersæ sunt eiusdem speciei: quod est impossibile. Si autem dixerint, ꝙ omnes unitates differunt specie; ita ꝙ non sunt sibi æquidem in specie unius numeri, etiam nec unitates unius numeri adinuicem, nec unitates unitatibus alterius; sequetur etiam impossibile: sequetur .n. ꝙ entia impossibilia, idest separata à passionibus & qualitatibus, differant specie: hoc autem est irrationale, & non consonat intelligentiæ: quia omnis talis differentia est per qualitates. Notandum est, ꝙ numeri quantitates sunt: quantitates autem H oportet, ꝙ differant specie per qualitates, & passiones naturales, quæ sequuntur formam naturalem; cum ergo isti numeri essent abstracti à qualitatibus & passionibus naturalibus: & per consequens à formis non poterant differre specie. Deinde cum dicit.

Multitudo arguit semper difformitatē: causa aūt difformitatis sunt passiones.

Numeri sūt quātitates.

Amplius autem aliquid aliquod genus numeri facere necesse est; circa quod sit Arithmetica. Et omnia intermedia dicta, ex quibus simpliciter, aut ex quibus sunt principiis, aut cur horum & ipsarum media erunt. TEX. 62.

Ponit tertiam rationem contra ponentes numeros esse species; & est ratio talis, ꝙ si ponuntur aliqui numeri separati à numero sensibili, qui dicuntur species; oportet etiā, ꝙ si ponatur tertiū genus numerorum inter numerum intelligibilē, & numerum sensibilem; circa quod genus numerorum

rorum sit Arithmetica; quia secundùm Platonē, entia Mathematica sunt quædam media inter intelligibilia,& sensibilia: ergo & numeri erunt medii,ex quibus numeris, sicut ex principiis primis, & proximis fiunt entia; quòd autem sint quædam intermedia ipsarum specierum, & eorum sensibilium,quæ sunt hæc, incōueniens est; nec potest assignari ratio, quare hæc sint. Deinde cum dicit.

TEX. 63. *Amplius unitates, quæ sunt à dualitate, utraque est ex aliqua priori dualitate, quod impossibile.*

Ponit quartam rationem contra ponentes numeros separatos:& est ratio talis; Si ponitur numerus separatus, sequitur ꝙ unitas sit ex dualitate:unitates enim,quæ sunt in dualitate sensibili, sunt ita ex aliqua dualitate prima, quæ est intelligibilis:ꝙ autem unitas sit ex dualitate, est impossibile. Notādum est, ꝙ Plato ponebat numerum sensibilem,& numerum intelligibilem; & quòd quidquid est in numero intelligibili, illud, quod est ante, est in numero sensibili; ex quo sequitur, ꝙ dualitas, quæ est in numero intelligibili, sit ante unitatē, uel unitates, quæ sunt in numero sensibili;ꝙ autem dualitas præcederet unitatem, hoc uidetur impossibile. Deinde cum dicit.

Amplius autem quare numerus ex his collectus est.

Ponit quintam rationem, & est talis, ꝙ si detur numerus separatus, non poterit assignari ratio, quomodo ille numerus fiat ex collatione, uel reiteratione unitatis. Notandum est ad euidentiam huius rationis, ꝙ numerus fit ex reiteratione unitatum; non autem quorumcunque unitatum: secūdm.n. Philosoph. illæ unitates, quæ faciūt numerum; sunt unitates, quæ solùm differunt penes materiam: quoniam secundùm eum, numerus nō separatur à continuo. Vnitates ergo, quæ differunt formaliter, non propriè faciunt numerum; sed unitates, quæ differunt penes materiam & quantitatem: cum ergo secundùm Plato. unitas esset separata, non erat dare, quomodo faceret numerū: ꝙ.n. unitas faciat numerū, hoc est, quia diuiditur per materiā, in qua recipitur; ex qua diuisione cātur reiteratio unitatis; immo forte ipsa diuisio est idem, ꝙ reiteratio. Verbi.g. ꝙ humanitas faciat numerum hoīum; hoc est, quia humanitas recipitur in aliqua materia; & ipsam sic recipi; est ipsam aliquo mō reiterari, quæ quidem reiteratio numerum facit: cum ergo secundùm Plato. species, ut abstracta, & separata, non diuidatur per materiam, per cōseqnens non reiteratur; & sic non est dare, quō humanitas formalis, quam uocat speciem, faciat numerum: Et ista est cā, quare Philosophus in separatis à materia non ponit numerum; quia ibi non sunt plura sub una specie; quia talis pluralitas est ex hoc, ꝙ unitas reiteratur in materia, in qua recipitur. Deinde cum dicit.

Numerus fit ex reiteratione unitatum.

Vnitates, quæ differunt formaliter, nō faciunt propriè numerum.

TEX. 64. *Amplius aūt cum dictis si sint differentes unitates, oportebit ita dicere, quemadmodum & quicunque elementa quatuor, aut duo dicunt. Etenim horū quilibet non cōe dicit elementū, ut corpus, sed ignē, et terram. Siue sit corpus cōe ipsum, siue non. Nunc autem dicimus, ꝙ uno existente, quēadmodum igne, aut aqua similiū partium. Si uerò sic, nō erunt substantiæ numeri. Sed palàm quia si commune est aliquod unum ipsum, & hoc est principium: quare multipliciter dicitur ipsum unum, aliter est impossibile.*

Ponit sextam rōnem, & pōt esse rō ista contra aliquos, qui uellent respondere ad rōnem præcedentem: fundabatur.n. rō præcedens super hoc, ꝙ non pōt esse numerus in separatis à materia; & hoc, quia oēs illæ unitates, quæ sunt separatæ, differunt specie; numerus aūt est repetitio, & reiteratio unitatis formalis per materiam, & quantitatem: Contra hanc rationem cauillaret aliquis, dicens, ꝙ illæ unitates, quas posuit Plato, differunt per materiam, & per illud, in quo recipiuntur; & secundùm istum modum sunt principia rerum. Contra hoc arguit Philosophus, dicens, ꝙ si ita est, ut dicunt, ꝙ istæ unitates sint differentes ex hoc, ꝙ recipiūtur in alio, & alio: sequitur ex hoc, ꝙ istę unitates sint principia rerū, sicut quatuor elementa, uel duo sunt principia rerum: Quando .n. dicimus, ꝙ elementa sunt principia rerum, sicut ignis, & terra; dicimus, ꝙ quodlibet horum est principium; non autem dicimus, ꝙ aliquod cōe corpus separatū sit principiū; sed corpus, qđ est in materia; siue enim sit corpus separatum; siue non; unum istorum, siue ignis, siue aqua, quæ sunt similium partium; principium est: A simili, si unitas diuisa per materiam, principium est: sequitur, quòd separata principium non est: si autem sic est, sequitur, quòd numeri separati non sunt substantia rerum: Licèt autem tale unum separatum non sit principium omnium, uerum est, ꝙ si omne ens potest reduci ad aliquod unū, hoc ipsum erit principium; & hoc possibile est; Vnum enim dicitur multis modis: est unum numero, & sic omnia non possunt dici unum: est unum specie, nec sic omnia dicuntur unum; & unum genere, nec sic omnia dicuntur unum: & unum attributione, & sic omnia possunt dici unum, quia omnia attribuuntur uni enti; aliter.n. impossibile est, ꝙ omnia dicantur unum, siue numeri. Notandum est, ꝙ rō Philosophi est in hoc, ꝙ sicut Naturales, qui ponunt quatuor corpora principiatorum, non possunt dicere, quòd corpus separatum, & commune sit principium; sed corpus receptum in materia; Similiter isti, qui ponunt, quòd unitas recepta est principium, nō possunt dicere, quòd unitas separata sit principium; & per consequens omnia non sunt unū, nisi dicantur unum attributione. Deinde cum dicit.

Vnum multipliciter.

TEX. 65. *Volentes autem substantias ad principia reducere. Longitudines quidem.n. ponimus ex producto et breui, & ex aliquo, paruo & magno, & planum ex lato & arcto; corpus uerò ex profundo & humili.*

Improbat positionem Platonis de magnitudinibus; & diuiditur in duas partes; quia primò, ponit positionẽ. secũdò, improbat eam, ibi [quãuis quomodo] Dicit ergo primò, quòd Platonici uolentes reducere substantias rerum ad principia sui, reducebant magnitudines ad principia sua; cùm enim ponerent magnitudines esse substantias sensibilium, assignantes principia magnitudinum, credebant assignare principia omnium sensibilium: Assignabãt autem principia magnitudinum dicentes; quòd linea cõponitur ex producto & breue; & per consequens ex aliquo magno & paruo; quia productum & breue est aliquod magnum, & aliquod paruum; superficiem autem siue planum dicebãt componi ex lato & arcto; corpus autem ex profundo & humili. Deinde cum dicit.

TEX.66. *Quãuis quõ habebit aut planum lineã, aut solidũ lineã, atq; planum? Aliud.n. est genus & latũ, & arctum, & profundum, & humile. Quemadmodum ergo nec numerus est in eis: quia multum & paucũ ab his alterum. palàm quia nec aliud superiorum inerit inferioribus: At uerò nec genus profundi latum. Erit enim planum aliquod corpus.*

Improbat prædictam positionem; & diuiditur in duas partes secundùm duas rationes, quas adducit. Secunda ibi [Ampliùs puncta.] Est ergo prima ratio talis: quia secundùm illam positionẽ planum, siue superficies, non habet lineam; nec solidum, seu corpus habet lineam, & superficiẽ: Cuius ratio est, quia secũdùm illam positionem G hæc tria reducuntur ad tria principia, scilicet latum, & arctum; productum & breue; profundum & humile; quæ sunt diuersa genere: ergo ista sũt diuersa inter se; & sic unum non habet aliud; ita quòd superiora non habentur ab inferioribus, sicut linea non habetur à superficie, nec superficies à corpore. Si autem aliquis diceret, quòd unum istorum esset genus alterius, scilicet latũ genus profundi; & superficies esset genus corporis; hoc autem est impossibile: quia secundùm hoc, corpus esset aliquod planum, idest aliqua species esset plani & superficiei. Deinde cum dicit.

Quõ in uia Philosophi cõpositũ dicit tres dimensiones, & superficies duas.

Ampliùs puncta ex quo existunt, huic quidem generi & Plato oppugnabat, tãquam existente geometrico dogmate; sed lineæ principiũ uocabat. Hic autẽ multoties indiuisibiles lineas posuit: quamuis necesse est aliquid horum esse: Quare ex qua ratione linea est, & punctum est. H

Ponit secundam rationem contra ponentes prædictam positionem: & est ratio illa talis; quia hæc positio insufficiens fuit; quia cum assignauerit aliqua principia lineæ, superficiei, & corporis; nulla enim principia assignauit, ex quibus essent puncta. Cùm tamen Plato de genere pũctorum diuersimodè fuerit locutus; aliquando dixit, ꝙ totũ dogma Geometriæ circa puncta est, dicens, quòd punctum est principium lineæ: Aliquotiẽs dixit, quòd linea indiuisibile principium magni E tudinum est; tamen si posuit lineam indiuisibilẽ, oportet quòd ponat pũctum, quòd est terminus lineæ. Si enim linea est punctus, est; quia impossibile est dare lineam sine puncto.

Omnino autem sapientia de manifestis causam inquirente, hoc quidem prætermisimus. Nihil enim de causa dicimus, unde principium est transmutationis: Horum autem substantiam dicere putantes, ipsorum alias quidem substantias dicimus esse: Quomodo uerò illæ substantia horum uanè dicimus. Nã & participare (sicut priùs diximus) nihil est. Nec, quam in scientiis uidemus, existens causa; propter quã modò dicimus esse unum principiorũ, nihil tangunt species, sed facta est mathematica præsentibus philosophia, dicentibus aliorum gratia ea oportere tractari. TEX.67. F

Hic improbat positionem Platonis, quàm habuit circa principia rerum: & diuiditur in duas partes; quia primò, improbat positionem Platonis: secundò, ex omnibus præcedentibus cõcludit, quomodo omnes antiqui insufficienter dixerunt circa causas. Secunda ibi [Qui quidem igitur] Prima in duas; quia primò, ostendit quomodo Plato errauit in ponendo principia essendi: secundò, quomodo etiam errauit in ponendo principia sciendi, ibi [Quomodo autem quis discet.] Prima pars in septem, secundùm septem rationes, quas adducit: Secunda ibi [Ampliùs autem substantia] Tertia ibi, [Et de motu.] Quarta ibi, [& ꝙ uidetur] Quinta ibi, [nullam aũt rõnem] Sexta ibi, [& oĩno existentium] Septima ibi [præsertim cum hoc modo.] Ponit ergo primò primã rõnem, quæ talis est, ꝙ illa positio, quæ non pōt assignare genera causarum, prætermittenda est; talis aũt est positio Platonis; ex positione.n. eius non pōt haberi manifestè, nec cã mouens, nec causa formalis, nec causa finalis; ergo præter mittenda est. Et hoc est, quod dicit litera, ꝙ cùm Physica, & Sapientia inquirant causam rerũ manifestarũ, quæ dixit Plato, prætermittenda sunt; nihil.n. dixit de cã, unde est principiũ motus: credidit aũt aliquid dicere de cã formali, ponendo species; & hoc quia ponẽdo species, credebat ponere substantiã rerũ; hoc aũt nõ est uerũ; quia ponẽdo spẽs, nõ posuit substantiã sensibiliũ; sed posuit quasdã alias substantias à rebus sensibilibus, quæ quidẽ substantiæ uanè dicuntur esse substantiæ rerũ sensibiliũ; quia substantia rei à re nõ est separata, hæ aũt substantiæ, & spẽs separatæ sunt: Nec poterit dicere, ꝙ ipsę spẽs sunt substãtię sensibiliũ; quia participantur a sensibilibus: ostẽsum est.n. supra, ꝙ talis participatio nulla est, sic ergo nihil dixerunt de cã formali: Nec ẽt ꝑ ipsas spẽs tetigerunt causam finalem, ꝑꝑ quàm omnis natura, & omnis intellectus agit; & quia non tetigerunt causam finalem, tangendo species; non tetigerunt etiam causam agentẽ: cùm omne agens agat ꝑꝑ finem: quàm causam agentem dicimus esse de numero principiorum, sic ergo tangendo species, nõ tetigerunt istas causas: Et sic secũ

Platonis defectus circa principia essendi rerũ.

dùm

dùm Platonicos, naturalia facta sunt, ac si essent quædam Mathematica sine motu, & sine principio motus: Vnde dicebant Platonici, quòd de istis speciebus debebat tractari non gratia sui, sed alterius, scilicet propter naturalia: quomodo autem fierent ipsa naturalia ex ipsis speciebus, non est manifestum. Deinde cum dicit.

TEX. 68. *Amplius autē substantiam subiectam, ut materiam, magis mathematicam aliquis suscipiet, & magis prædicari, & differentiam esse substantiæ, & materiei; ut magnum & paruum: sicut Physiologi aiunt, rarum & spissum primas subiecti dicentes esse differentias has. Hæc autem superabundantiæ sunt quædam, & defectio.*

Ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Plato uisus est dicere, quòd formalitas rei est separata; illud autē, quod est separatum à re, non est substantia rei; arguit ergo sic Philosophus: Materia non est separata à re, forma autem sic: ergo materia magis est substātia rei, quàm forma: quod est impossibile; quia forma uel est tota substantia rei, uel substātia rei est ab ipsa forma, principium: Et hoc est, quod dicit litera, quòd secundùm positionem Platonis, aliquis recipiet, & dicet, quòd materia magis est substantia rei, quàm forma: Vocat hic Philosophus Mathematicam: quia abstracta est: & etiam aliquis diceret, quòd materia, & differentia materiæ magis prædicabitur de re, quàm ipsa forma; quia illud magis prædicatur, quod est magis de substantia: sunt autem differentiæ materiæ, secundùm Platonem, magnum & paruum: secundùm Physiologos, rarū & spissum: dicunt enim, quòd rarum & spissum sunt differētiæ primi subiecti; & materiæ; quas etiam differentias reducunt ad excedentiam, & defectum: quia in raro parum est de materia, in spisso autem multum. Deinde cum dicit.

TEX. 69. *Et de motu, siquidē hæc erit motus: palàm quia mouentur species: sin autem unde uenit? tota namque de natura aufertur perscrutatio.*

Ponit tertiam rationem contra prædictam positionem: Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Plato ideo ponit species; quia omne ens per participationem reducitur ad ens per se: quod quidem ens per se, uocabat ens separatū, & speciē; quia multi homines participant humanitatem; ideo est dare humanitatem participatam; non autem potest dari aliquid participatum, nisi detur aliquid per se: quia omne participatum, ut sic, quasi per accidens est; omne autem per accidēs reducitur ad aliquid per se: si ergo est dare humanitatem participatam, oportet quòd sit dare humanitatem per se, quàm Plato ponebat speciem omnium hominum. Ex hac ratione Platonis arguit Philosophus, quòd si hoc est uerum, quod dictum est; oportet quòd sit dare aliquem motum separatum, & aliquam speciem separatam, quæ participetur ab oibus motibus: videmus enim, quòd omne, quod mouetur, participat motum: si ergo omne participatum reducitur ad per se; oportet dare unum motum per se, qui sit species separata: sed est apud ipsum impossibile. Et hoc est, quod dicit litera, quòd dubitatio est de motu, secundùm positionem Platonis: sequitur enim, quòd hæc, idest species erat motus, quod est impossibile: quia species moueretur; nūquam enim motus est, nisi in eo, quod mouetur. Si autē aliquis dicat, quòd species non sunt motus, non erit dare unde ueniat motus: quia secundùm Platonem, omne, quod est in rebus per participationem, uenit ex ente per se, quod est species: si autem motus non est in rebus, tota inquisitio naturalis tollitur; & hoc quia natura est principium motus, & quietis. Deinde cum dicit.

Et quod uidetur facile esse monstrare, quod unū omnia non sint. Expositione enim omnia unum fiūt. Sed id aliquid unum si quis dicat omnia: & nec hoc, si non dat genus uniuersale esse: hoc autem in quibusdam impossibile.

Ponit quartam rationem contra positionem prædictam. Ad cuius euidentiam notandum, quòd Plato posuit, quòd species separata & quidditas esset quoddam unum, in quo conuenirent omnia, quæ participant illam quidditatem, & illam speciem; sicut albedo erat quoddā unum, quod participatur ab omnibus albis; & humanitas quoddā unū, quod participatur ab omnibus hominibus; & in quo uno conueniunt: omnes homines sunt unum in humanitate, & omnia alba in albedine: Contra hunc modum ponendi arguit Philosophus, certum est enim, quòd istud unum separatum non potest esse unum specie, nec unum genere: quia tale unum non est nisi unū secundùm rationem, concipientem unum præter multa: nec unum, secundùm hunc modum potest esse illud, quod separatur à multis secundùm rationē: oportet ergo, quòd sit unū numero. Quidquid enim est per se subsistens & separatum, unum numero est: si ergo hoc est unum numero, sequitur quòd omnia conueniunt in illo, & sunt unum numero; quod est impossibile: quia secundùm hoc omnia alba conuenientia in albedine, essent unum numero, quod falsum est. His uisis patet litera: dicit enim, quòd facile est monstrare, quòd omnia non sunt unum, sicut ponebāt Platonici: uera.n. positio ostendit, quòd omnia non sunt unum: si enim sunt unum, non sunt unum omni modo; quia non sunt unum numero, sed fortè sunt unū aliquid, sicut unum genere. Vnde si quis dicat, quòd omnia sunt unum, non potest dicere, nisi isto modo, scilicet quòd sint unum genere; sic autem dicens, nihil dicit; quia impossibile est, quòd omnia sint unum genere: nisi fortè diceretur, quòd ipsum ens uniuersale est genus. Deinde cum dicit.

Quidquid ē per se subsistens, & separatū, est unū numero.

TEX. 70. *Nullam autem rationem habent, nec quæ sunt post numeros, longitudines, latitudines, solida; nec quæ modò sunt, aut futura sunt; nec si aliquam habent potestatem: Hæc enim nec species possibile*

Sola immobilia, sive solus Deus ē, cætera uel fuerunt, uel erunt.

posibile esse:non enim sunt numeri: Nec inter media, sunt enim illa mathematica: Nec corruptibilia: sed rursum quartū uidetur hoc aliquod genus.

Ponit quintam rationem contra prædictā positionem. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ Plato posuit tria genera entium: posuit enim ens intelligibile, & ens sensibile, & ens medium inter intelligibilia & sensibilia; quod medium uocauit ens mathematicum: posuit autem cū hoc, quòd magnitudines sunt principia rerum. Contra hoc arguit Philosophus probans, quòd necessariò habet ponere quatuor genera entium, dicens, quòd eadē magnitudines, quas posuit Plato substantias rerum sensibilium, nullam rationē uidētur habere, nec potestatem in rebus: cùm.n. longitudines, latitudines, & solida ponantur præter numeros, nullam uirtutem habent inter entia, nisi ponatur quartum genus numeri: Nec potest poni, quòd sint in genere intermediorum; quia intermedia sunt separata, ex quo sunt substantia rei: Nec potest poni, quòd sint ipsa sensibilia; quia sensibilia corruptibilia sunt, hæc autē sunt incorruptibilia; quia corruptio semper est rei materialis & sensibilis: oportet ergo, quòd sit in quarto genere entium. Deinde cum dicit.

Genera rerum triplicia secundū Platonem.

Et omnino existentium quærere elementa, non diuidentem multipliciter dicta, inuenire imposibile est.

Ponit sextam rationem contra prædictam positionem. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ Ens uno modo nō dicitur de omnibus entibus, sed multis: & ideo diuersorum entium diuersa sunt principia: non ergo benè possunt poni elementa entis, nisi benè dearticuletur, & manifestetur multiplicitas entis: hoc autem non facit Plato, ut imponit sibi Philosophus; & ideo insufficienter dixit. Et hoc est, quod dicit litera, quòd, si aliquis uellet quærere elementa entium: imposibile est, ꝙ ea inueniat, nisi distinguat, & diuidat multipliciter dicta: Potest autem hæc litera aliter legi; elementa enim entium non dicūtur uno modo, sed multis modis: secundùm enim alium modum principium dicitur causa materialis, secundùm alium causa formalis, secundùm alium causa efficiens, & secundùm alium causa finalis: Nullus ergo potest benè quærere elementa, & principia entium: nisi tangat & distinguat multiplicitatem elementorum, & principiorum: hoc autem non fecit Plato; quia non uidetur tetigisse, nisi species; species autem ad aliquam causam reducuntur, reducuntur ad formalem tantùm. Deinde cum dicit.

Non tamē sequitur, quin nō habeat conceptum unum cū cōem omnibus entibus. Nam hec multiplicitas est suppositorū, quæ uni uocationi entis minime repugnare uidetur.

Præsertim cum hoc modo quærant, ex quibus elementis est; ex quibus enim ipsum agere, aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere: quod si est substantiarum solùm esse potest: quare aut quærere, aut putare habere omnium existentium elementa, non est uerum.

Ponit septimam rationem, & est, ꝙ Platonici quærentes elementa, ex quibus sunt entia, non posuerunt elementa omnium entium: non enim uidentur tetigisse elementa accidentium: non.n. potest haberi ex principiis eorum, ex quibus elementis est agere, & pati: & rectum, & sic de aliis accidentibus. Si autem aliquis dicat, quòd Plato quæsiuit, & tetigit elementa substantiarum solū: & hoc sufficit: quia elementa substantiarum sunt elementa omnium entium: Contra hoc statim dicit Philosophus, quòd dicere, uel putare, ꝙ quærere elementa substantiarum, sit quærere elemēta reliquorum entium, falsum est, & non uerum; quia in quolibet prædicamento uidentur esse aliqua elementa propria. Notandum est, ꝙ sicut patuit supra; species, & ideæ, quas posuit Plato, non potuerunt poni, nisi respectu substantiarum, cuius ratio est: quia illæ species ponebantur quidditates separatæ: Contra rationem autem accidentis est, quòd habeat rationem separati. Si ergo species non ponuntur nisi respectu substantiarum, Plato quærendo species, non quærebat elementa omnium entium; sed solùm quærebat elementa, & principia substantiarum; hoc autem erat insufficiens: quia Plato quærendo per species, quidditates, non quærebat quidditatem accidentis. Deinde cum dicit.

Quomodo autem quis discet omnium elementa? Palàm enim, quia non est posibile præexistere cognoscentem priùs. Sicut enim geometrizare discentem, alia quidem oportet præscire, quorum autem scientia, & quibus futuris est discere, non prænoscit: ita & in aliis. Quare siqua est omnium scientia, & de quibus oportet, ut quidam aiunt, nihil utique hic præexistit cognoscens.

Quamuis sit omnis disciplina per præcognita, aut omnia, aut quædam, aut per demonstrationem, aut per diffinitiones. Oportet enim, ex quibus est diffinitio, præscire, & esse nota. Similiter autē, et quæ per inductionem. TEX. 71.

Improbat Platonem quantùm ad hoc, quòd posuit ideas principia sciētiæ: & diuiditur in quatuor partes, secundùm quatuor rationes, quas adducit contra eum: secunda ibi, [At uerò.] tertia ibi, [Amplius autem quomodo,] quarta ibi [Amplius autē, & quorum est sensus.] Ad euidentiā primæ rōnis notandum est, ꝙ secundùm Philos. scientia est quædam notitia, quæ habetur ex prioribus; & ideo sequitur, quòd omnium non est scientia. Si enim omnium esset scientia, sequeretur, quòd principiorum esset scientia; quod non est uerum; quia si principia scirentur, per priora scirentur; & sic prima haberent aliquid priùs, qđ non est uerum. Sic ergo ea, quæ habent priora, sicut conclusiones, sciri possunt; ea autem, quæ non habent priora, sicut principia rerum, non habent, unde sciantur, sed unde intelligantur: quia principiorum est intellectus, & non scientia. Si autem ita esset, sicut dicit Plato, scilicet, quòd notitia omnium esset per ideas; sequeretur, quòd & principia, & conclusiones noscamus per ideas; si autem ita est, cum ideæ sint priores, quàm principia:

Hallucinatus est Plato circa principia cognoscendi res.

Scientia nō omnium est.

pia: sequitur, ꝙ noscamus principia ex aliquibus A prioribus; & sic sequitur, ꝙ respectu principiorum sit scientia: quia scientia (ut dictum est) est notitia ex prioribus; quod tamen falsum est, scilicet, quòd principia sciantur, sed principia supponūtur in scientia, & ex illis suppositis, quærimus scientiam conclusionum. His uisis, patet litera: Dicit enim, quòd secundùm istam positionem, quam posuit, quòd per ideas acquiritur scientia omnium, sequitur, quod aliquis addiscet, & sciet elementa, & principia scientiarum, quod non est uerum: quia oportet, ꝙ omnis addiscens aliquid, primò præcognoscat; sicut addiscens Geometriam, oportet, quòd præcognoscat aliqua; illa autem, quæ sciuntur, ex illis præscitis non præsciuntur, sed quæruntur in scientia ex principiis præcognitis: si autem omnium esset scientia, scilicet B tam principiorum, quàm conclusionum, ut aiunt Platonici, sequeretur, quòd nullum principium præcognosceretur in scientia, sed omnia sciren tur per aliqua priora, scilicet per ideas; quod tamen falsum est; quia omnis scientia, & omnis disciplina præsupponit aliqua præcognita, ex quibus esset scientia. Et hoc est uerum, quòd scientia supponit omnia, uel quędam, tam in scientia, quæ est per demonstrationem, quæ demonstratio procedit ex aliquibus principiis, quæ non sciuntur ab aliquibus prioribus: tam etiam in scientia, quæ est per inductionem: quia inductio est ex singularibus, quæ singularia præsciuntur ante inductionem. Deinde cum dicit:

Principia supponūtur in scientia, et non sciūtur.

TEX. 72. *At uerò si est existens connaturalis, mirum quo* C *modo obliuiscimur, habentes potissimam scientiarum.*

Ponit secundam rationem contra istam positionem: & est talis ratio; quòd si scientia haberetur per ideas; sequeretur, quòd scientia est nobis connaturalis; quia omnis scientia, quæ non habetur per uiam sensus, nec per uiam inuentionis, nec per uiam doctrinæ, est nobis connaturalis. Si autem aliqua sciētia est per ideas, certum est, quòd non habetur per uiam sensus, nec per uiam inuentionis, nec per uiam doctrinæ: ergo est nobis connaturalis: quòd autem sit nobis connaturalis, est impossibile, quia si esset nobis connaturalis, non lateret nos, & maximè cum talis sciētia sit nobilissima scientiarum. Deinde cum D dicit.

Scia quę nobis connaturalis.

Amplius autem, quomodo aliquis cognoscit, ex quibus est, & quo est manifestum? Etenim hoc habet dubitationem. Ambiget enim aliquis quemadmodum circa quasdam syllabas. Hi namque syma, ex s, y, m, & a, dicunt esse, alii uerò quendam sonum alium dicunt esse, & cognitorum nullum.

Ponit tertiam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd si per formas, & ideas haberetur sciētia, cum sint puræ formę separatæ à materia, sequetur quòd per eas non posset haberi scientia, nisi formarum, & non materiæ; & sic sequetur, quòd cum materia sit principium rei, quòd per ideas non habetur scientia omniū principiorum: & sic materia remanebit ignota. His uisis, patet litera: dicit enim, quòd secundùm istam positionem non erat manifestum, quomodo se habet hæc res, quæ composita est ex materia & forma: non enim erit manifestum, ex quibus principijs est; cum tamen hæc, scilicet ex quibus principiis est hæc res, habeat magnam dubitationem. Dubitabit enim aliquis circa materiam sensibilem, quidam enim dicunt, quòd hæc syllaba Syma, composita est ex quatuor elementis literis, scilicet ex S. & Y. & M. & A. quidam autem alii dicunt, quòd quædam alia litera est, quam solùm aliquando habet à prædictis quatuor: & ita de materia dubitatio est: talis autem dubitatio non potest solui per ideas, & ita hoc principium erit incognitum. Deinde cum dicit.

Hinc patet, materiā esse de quiditate rei materialis.

Amplius autem, & quorum est sensus, hæc quo aliquis nō habens sensum, cognoscet? quamuis oporteat si omnium sunt elementa, ex quibus, quemadmodum composita sunt uoces ex elementis propriis.

Ponit quartam rationem contra prędictam positionem. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ secundùm Philosophum primo Posteriorum, deficiente uno sensu, deficit in nobis una scientia: Verbi gratia, deficiente uisu, deficit in nobis sciētia de coloribus: & deficiente auditu, deficit in nobis scientia de sonis: si autem ita esset, quòd scientia esset per ideas; scientia non causaretur in nobis per uiam sensus, nec per uiā experimenti; sed ex hoc solū, ꝙ intellectus vr aspicere ideas: Si autem ita est, deficiente sensu, non propter hoc deficit scientia, ex quo scientia non habetur uia sensus, nec experimenti. Et ex his uisis, patet litera, quæ dicit, quòd mirum est, quomodo aliquis potest habere sciētiam sensibilium, quorum est sensus; & tamen non habet sensum respectu illorum, quod non est necessarium secundùm positionem Platonis: secundùm eum enim elemēta sunt omnium entium, ex quibus entia componuntur sicut uoces componuntur ex literis, quæ elementa secundùm Platon. sciuntur per ideas. Deinde cum dicit.

Videtur alludere ad influxum intelligentiarum.

Qui quidem igitur dictas causas in Physicis quærere, uisi sunt omnes, & extra has nullam habemus dicere, palàm ex priùs dictis. Sed obscurè hæc, et modò quodam omnes priùs dictæ sunt, modò uerò quodam nullatenus. Balbutiens uerò uisa prima philosophia de omnibus, uelut noua existens circa principium, & primum. TEX. 73.

Quoniā & Emped. ossi dicit inesse rationes. Hoc autem est, quod quid erat esse, & substantia rei. At uerò similiter necessarium, & carnis, & aliorum singulorum esse rationem, aut nihil: propter hoc.n. & caro & os est, & aliorum unumquodque, & non propter materiam; quam ille dicit ignem, & terram, & aerem, & aquam. Sed hoc alio dicente quidem, similiter dixit ex necessitate, manifestè uerò non dixit. De talibus quidem igitur prius est ostensum, Quæcunque uerò de ipsis his dubitabit aliquis, TEX. 74.

resumamus iterum. Nam forsan ex ipsis aliquid inuestigabimus ad posteriores dubitationes.

Peroratio quo oēs antiqui defecerint circa causas.

Concludit, quomodo omnes Antiqui insufficienter dixerunt de causis, dicens, quòd manifestum est, ꝙ antiqui Philosophi conati sunt quærere causas, de quibus fecimus mentionem in Physicis; & manifestum est, quòd per dicta eorum non est inuentum aliquod nouum genus causæ: Licèt autem ij tetigerint causas, tamen tenuiter eas tetigerunt: tetigerunt enim eas quodammodo sic, & quodammodo non: quia tetigerunt eas obscurè, non manifestè. In principio enim Philosophia fuit noua, & cruda, & ob hoc quasi balbutiens, & non manifestè loquebatur de omnibus, & maximè circa principia: sicut patet de Empedocle, quòd quasi balbutiens, & non manifestè tetigit causam formalem: dixit enim quòd natura ossis consistit in aliqua proportione; quę quidem F proportio est substantia & quidditas ossis; & sic tetigit causam formalem: Et sicut necessariū est hoc dicere de osse, quòd habet quādam formam; ita necessarum est dicere de omnibus aliis sicut de carne, & similibus: Vel enim ita est in omnibus, uel in ullo; quia simile est de uno, & de omnibus: omnia enim sicut caro, & os, & unumquodque aliorum, quòd est propter formam, & non propter materiam, quam materiam Empedocles uocauit ignem, terram, & aerem, & aquam: Licèt autem Empedocles tetigerit causam formalem, tamen ex necessitate, coactus à ueritate; manifestè autem non dixit: licèt aliquis expressiùs G dixerit: De talibus autem, quę ab aliis dicta sunt, dictum est priùs. Quæcunque autem circa hoc poterunt dubitari, reseruanda sunt in tertio libro; quia ex talibus dubitationibus fortè inuenietur aliquid utile ad totam doctrinam sequētem. Et explicit liber Primus.

ARISTOTELEAE
METAPHYSICAE,
LIBER SECVNDVS.

TEX. 1.



Peculatio de ueritate partim difficilis, partim facilis est. H

Superiùs egit Philosophus de natura ueritatis secundùm opinionem aliorum; hic agit de eiusdem natura secundùm opinionem propriam: ubi primò determinat naturam ueritatis in se: secundò ostēdit, quomodo se habet ueritas ad subiecta recipientia ueritatem: & hoc in principio libri Tertij. Vbi notādum est, quòd differt quærere de aliquo secundùm se, & quęrere de aliquo, ut in participante: sicut enim differt quærere de natura hominis in se, & de natura hominis in hoc: ita differt quærere de natura ueritatis simpliciter, & de natura ueritatis in participante:

Quærere aliquid de aliquo in se, et ut in participāte differunt.

E Sic ergo in isto libro Secūdo quæritur de natura ueritatis in se, in principio autem Tertii de participātibus ueritatem.

Quæstio.

Si quæreret quis, Vtrum ad hanc scientiam spectet quærere de natura ueritatis in se? ad hoc dicendum est, ꝙ sic. Vnde notandum est, ꝙ hæc scientia uniuersaliter considerat naturam entis, & per consequens considerabit illa, quę consequuntur naturam entis inquantùm ens: cum ergo Verum ut uerum, consequatur ens inquantùm ens; determinare de uero simpliciter, erit huius scientiæ. Imaginabimur enim, ꝙ unumquodque sicut se habet ad ens; ita habet se ad uerum, ut infra ostendetur: scientiæ, quæ considerāt ens inquantùm particulare, poterunt dubitare & tractare de aliqua ueritate particulari, non de ueritate in se, & simpliciter; hæc autem scientia, quæ F considerat ens inquantùm ens, specialiter quæret, & dubitabit de ueritate simpliciter, & in se. Sic ergo in hoc libro tractatur de ueritate, inquā tùm ueritas. Veritas autem triplicem aspectum habet: primò enim habet aspectum ad scientem, & discentem ueritatem: secundò habet aspectū ad habitum scientiæ: omnis enim scientia aliquē habitum specialem aspicit: tertiò habet aspectū ad modum sciendi, & acquirendi scientiam: Sic ergo diuiditur iste liber in duas partes: primò ostenditur, quomodo se habet ueritas ad sciētem ueritatem, & discentem, sub ratione facilis, uel difficilis: secundò quomodo se habet in modo G acquirendi, sub ratione impedimenti, ibi. [Contingunt autem auditiones secundum.] Circa primum sic procedit; quia primò ostendit, quomodo se habet discens ad ueritatem secundùm facilè, uel difficilè: secundò quomodo se debeāt habere adinuicem discentes, & scientes ueritatem, ibi, [non solùm autem his dicere gratiam.] Circa primum diuiditur textus; quia primò ponit cōclusionem suam: secundò probat eam per signū, ibi, immediatè [signum autem est.] Dicit ergo. De uerirate theoria sic quidem facilis est, sic uerò difficilis: quasi dicat, ueritatis speculatio non est omnino improportionata intellectui, quasi sit impossibile eam acquiri: sic aliqua infra ueritatem faciliter acquiruntur, quia maiorem propor H tionem habent cum intellectu nostro; alia uerò cum maiori difficultate acquiruntur, quæ non sunt sic proportionata intellectui nostro; sed si debent proportionari, hoc est per magnum discursum & per magnam inquisitionem.

Vnumquodque sicut se hēt ad ens, ita se habet ad uerum.

Veritatis triplex aspectus.

Veritatis speculatio partim facilis, partim difficilis.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum ueritatis inquisitio sit impossibilis? Ad hoc dicendum est, sicut dicit Commentator, ꝙ ueritatis inquisitio non est impossibilis; cuius ratio est, quia homo naturaliter habet desiderium ad comprehensionem ueritatis; si ergo ita esset, ꝙ ueritatis comprehensio esset impossibilis, tunc desiderium esset ociosum; in fundamento autem naturæ nihil est ociosum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd natura nunquam initiat aliquid, quod non possit perficere

In fundamento naturæ nihil est ociosum.

ficere aliquo modo, uel complere; aliàs si initiaret, & non posset complere, initiatio esset ociosa: initiatio enim respectu finis est quædam uia; omnis autem uia, quę non consequitur finem & terminum, otiosa est; desiderium enim rei nō habitæ iam quædam initiatio est respectu rei habēdæ; ergo desiderium respectu comprehensionis aliquo modo initiat inquisitionem comprehensionis; si ergo impossibilis est comprehensio ueritatis; frustra & ociosa esset omnis inquisitio; ocio sum etiam esset desiderium initium inquisitionem, quod est impossibile.

Natura nihil incitat, quod nō possit perficere.

Quæreret etiam quis, Vtrum ueritas sit facilis, uel difficilis in sua cognitione. Ad quod dico, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ facilitas, & difficultas oritur ex proportione & improportione obiecti ad potentiam; potentia citiùs & faciliùs assequitur, quæ sunt proportionata; difficiliùs autem, quæ minùs proportionata; infra autem obiecta comprehensibilia aliqua sunt magis proportionata intellectui, aliqua minùs. Debemus enim imaginari de intellectu suo modo, sicut de sensu; sic autem est in sensu, ꝙ sensus proportionem habet ad aliqua obiecta secundùm magis & minùs; sic etiam intellectus obiectum magis proportionatum faciliùs assequitur, minùs autem difficiliùs. Sic ergo cōprehensio ueritatis facilis est, & difficilis; facilis secundùm obiectum magis proportionatum; difficilis secundùm minùs proportionatum; Sicut enim sensus non sine difficultate fertur in excellens sensibile; sic & intellectus in occultum intelligibile: Et sicut suo modo requirit sensus, quòd suum obiectum non sit nimis excellens, nec nimis diminutum; sed sub quadam proportione; sic & intellectus. Videmus enim, quòd intellectus fertur faciliter in principium per se notum, & hoc propter proportionem, quæ est inter principium & intellectum: cum quadam autem difficultate fertur in conclusiones, quæ latent in principiis: cuius ratio est, quia lumen intellectus nostri non proportionatur conclusionibus latentibus, nisi per multa media, & per multos discursus; quę quidem media & discursus lumen intellectus nostri particularizat, & appropriat conclusionibus: ut sit proportio inter intellectum, & conclusiones. Sequitur.

Quæstio.

Difficultas, et facilitas cognoscēdi unde oriatur.

Comparatio inter intellectum, & sensum.

Intellectus facilius fertur in principia per se nota, quàm in conclusiones.

Signum autem difficultatis, nec dignè nullus adipisci ipsum posse, nec omnes fallere; sed unumquemque aliquid de natura dicere.

Postquam posuit conclusionem, probat eam per signum, & diuiditur in duas partes: quia primò probat conclusionē: secundò remouet quoddam dubium, quod potest oriri ex dictis: secunda ibi, [forsitan autem.] Prima in tres: quia primò probat facilitatem, & difficultatem simul in comprehensione ueritatis: secundò dat signum facilitatis per se: tertiò dat signum difficultatis per se: secunda ibi, [Quare sicut uidetur:] tertia ibi, [Habere autē totum & partem.] Prima pars

A diuiditur in duas, secundùm ꝙ ponit duo signa; secundum ibi, [Et secundùm unumquodque.] Dicit ergo primò; signum difficultatis, supple est, nullum dicentem posse adipisci ipsam comprehensionem ueritatis dignè, idest completè: signum etiam facilitatis est, nec omnes discentes, nec omnes homines esse expertes à comprehensione ueritatis; sed facilitatis inquam est: quia cōuenit unumquemque aliquid addiscere de natura ueritatis. In hoc ergo stat signum hoc, ꝙ ideo difficilis est; quia non omnino, nec completè cōprehendit; & ideo facilis est aliquo modo: quia non secundùm omnem partem sui ignoratur.

Quæreret quis, Vtrum ueritas possit perfectè comprehendi à nobis. Dicendum est, quòd non: B cuius ratio est; quia intellectus noster limitatus est; & ideo non nisi finitum cognoscit, & finitos modos scibilium; infra autem naturam ueri continentur infiniti modi scibilium. Triplici autem uia hoc potest probari. Prima autem est; quia infra naturam ueri cadit primum ens. Secunda autem, quòd substantiæ separatæ cadunt etiam infra naturam ueri. Tertia uia sumitur ex hoc, ꝙ uirtus principij respectu conclusionum non potest perfectè comprehendi à nobis. Prima ergo uia est; quia infra naturam ueri cadit primū ens; supposito enim, quòd ens primum cadat infra naturam intellectus; sicut non potest comprehēdi natura intellectus primi, sic nec natura ueri in toto suo ambitu: Item hoc patet secundò de scibili C creato; multa enim creata propter excellentiā sui esse, sunt improportionata intellectui nostro; ad quæ non potest attingere propter debilitatem sui esse; & cum illa contineantur infra naturam scibilis, & illam non attingat intellectus noster completè; non attinget etiam comprehēsionem ueritatis. Tertiò patet hoc ex habitudine, quam habent principia ad conclusiones; quæ habitudo est; quia principia sunt uirtualiter conclusiones: si ergo debet pfectè cognoscere principium, oportet quòd cognoscat totam uirtutē principij, secundùm quòd se extendit ad omnes conclusiones: cùm ergo non possit intellectus cognoscere omnes conclusiones, quæ possunt elici ex principio illo; quia secundùm Philosophū D sunt infinitæ in potentia: ergo non potest perfectè cognoscere ueritatem principij, & per consequens perfectè attingere comprehensionem ueritatis: sic ergo prima uia sumitur ex hoc, ꝙ primum ens cadit infra naturam ueri. Secunda uia sumitur ex hoc, quòd substantiæ separatæ cadūt infra habitum ueri, & scibilis. Tertia uia sumitur ex hoc, quòd uirtus principij respectu cōclusionum non potest perfectè cōprehendi à nobis.

Quæstio.

Intellectus cur non nisi finitum cognoscit?

Veritas non de perfectè à nobis comprehēdi non potest.

Consequenter quæreret quis, Vtrum sit uerū, quòd unumquemque cōuenit aliquid dicere de natura ueritatis? Dicendum est, quòd sic: Ad cuius euidentiam notandum est, quòd intellectus noster non immediatè aspicit omnia scibilia, sed sub quodam ordine: Primò enim aspicit conceptus

Quæstio.

Intellectus ordinate aspicit scibilia.

ptus fimplices, fecundò compofitos;& inter cōceptus fimplices. primò enim afpicit conceptus generales;ficut eft conceptus effe,& ueri; fecundariò magis afpicit conceptus particulares;ficut conceptus hominis,& bouis; & quia primi conceptus fimplices,ficut conceptus entis;primaria impreffione imprimuntur in intellectu noftro; ideo intellectus cuiufque de primis intellectis ftatim poteft habere notitiam, & enunciare de natura ueritatis circa ipfos: quia autem non poteft fe profundare ad cōceptus particulares,ideo non completè,nec dignè poteft enunciare. Sequitur.

Et fecundùm unumquodque quidem nihil,aut parum ei immittere: de omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam.

Signum difficultatis in fcientia.

Vbi dicit Philofophus,quòd fignum difficultatis in fcientia eft; quia unufquifque homo parum,uel nihil enunciauit de ueritate; omnes autem fimul fumpti magnam partem ueritatis inuenerunt: Dicit ergo,& fecundùm unumquodque nihil, aut parum conuenit dicere de ueritate; ex omnibus autem dictis,fcilicet ab alijs, coarticulatis,ideft fimul congregatis, conuenit fimul fieri aliquam magnitudinem:Stat ergo ratio hæc in hoc, quòd comprehenfio ueritatis difficilis eft; quia nihil, aut parum ab uno cōprehenditur;fed non omnino comprehenfio eius eft impoffibilis; quia per adiutorium multorum magna pars inuēta eft. Vbi notandum eft,quòd intellectus nofter creatur ficut tabula nuda, ut dicitur 3. de Anima:tex.com. 14. ideo nudus eft refpectu omniū fcibilium: licèt autem nudus fit ab omni fcibili formaliter,tamen continet omne fcibile uirtualiter:Sicut enim lux exterior corporalis habet uirtutem fuper omnem colorem; fic lumen intellectus fuper fcibile: quia igitur uirtualiter cōtinet fcibile; licèt nudus fit à fcibili formaliter; poteft fe ipfum inducre illo fcibili per uirtutem luminis;hoc autem impeditur,& non poteft fieri,propter debilitatem luminis; nifi lumen excitetur à docente: ita quòd docens exterior erit ficut inftrumentum,lumen autem ficut principale agēs. Et hoc eft,quod dicit Philofophus in litera,ꝙ fequentes excitati à præcedentibus,aliquid inuenerunt: ita quòd per lumen intellectus agentis, & per naturam incitationis aliquid uidet fequens, quod non uidit præcedens;femper tamen in uirtute præcedenti: Et per iftum modum inuenta eft Philofophia, & comprehenfio ueritatis; quia licèt parum inuenerint;tamen illud parum eft excitatum lumine intellectus inuenictis. Sequitur.

Intellectus nofter quo coparatur tabulæ rafæ

Philofophia & ueritas qualiter inuenta.

Quare ficut uidetur, prouerbialiter dicimus, in foribus quis delinquet? Siquidē utique erit facilis.

Oftendit,quòd comprehenfio ueritatis per fe facilis eft,dicens,quòd ficut nullus peccat in inueniendo ianuam domus,ut prouerbialiter dicitur;unde ftatim inuenit; ignorat autem ea, quæ funt intra domum: fic nullus ignorat principia, quæ funt uelut ianua; conclufiones autem, quæ

E funt infra principia à multis ignorātur: & fic cōprehenfio ueritatis eft facilis in refpectu principiorum. Dicit ergo, quòd fic uidetur haberi in fcientiis,& comprehenfione ueritatis, ficut prouerbialiter dicitur,in foribus, ideft in iannis domorū quis delinquit, idest quis decipitur? quafi dicat nullus. Notandum eft, quòd interiora domus cum difficultate fciuntur; & circa ea decipitur homo; circa autem introitum domus ferè nullus decipitur: fic circa per fe nota nullus ferè decipitur,quæ funt quafi ianua fcientiarum; circa autem conclufiones multi decipiuntur, quæ funt ficut interiora domus in domo. Deinde cū

Intelligēdū, quòd principia cōplexa fe habent ut fores in domo. non autem incomplexa.

F dicit.

Habere autem totum,& partem non poffe habere,hoc eius difficultatem oftendit.

Dat fignum difficultatis,dicēs; quòd fignum difficultatis in fcientia eft, quia non poteft habere de facili,nec fecundùm totalitatem fuam,nec fecundùm maiorem partem fui.

Quæreret quis, Vtrum principia fint ianua in fcientiis? Dicendum,quòd fic; & hoc patet primò ex proportione, quæ eft inter intellectū agētem,& principia:cum enim intellectus agens,& principia per fe nota concurrant ad unum actū fciendi, nullo modo concurrunt ex æquo: quia impoffibile eft,quòd duo agentia ad unum effectum,uel ad unum actum ex æquo concurrant;

Quæftio.

Proportio inter intellectum agētem,et principia, qualis.

G fed intellectus agens eft ficut principale agens, principia ficut inftrumentum;ficut dicit Comentator fuper 3. de Anima: ficut ergo principale agens per inftrumentum deuenit ad artificiatū & operatum, fic intellectus agens per principia deducit poffibile ad naturam fcibilis: Ita quòd principia tenent medium inter naturam fcibilis, & naturam intellectus; omne autem mediū, per quod deuenit unum in aliud, poteft uocari ianua refpectu illius,ad quod deuenitur.Imaginabimur enim,ꝙ ficut in re artificiata eft res facta, ut archa,& eft ipfum faciens,ut artifex,& eft ipfum inftrumentum medium inter faciens, & factum; fic in acquifitione fcientiæ ipfum factum eft intellectus fpeculatiuus, quafi compofitus ex

Proportio inter rē artificiatam, et fcientiam.

H intellectu poffibili, & ratione fcibilis: fecundò eft intellectus agens,ad modum facientis,qui fecundùm Philofophum.3. de Anima, eft omnia facere:& tertiò funt principia, quafi inftrumenta, per quæ deuenitur in intellectum fpeculatiuum.Secūdò idem patet ex obiecto intellectus. Vbi notandum eft, ꝙ licèt Verum fit obiectum intellectus;tamen patet, ꝙ intellectus non æquè deuenit in omne uerum: Licèt enim in ratione obiectiua non confiderentur gradus; tamen fecūdùm ꝙ intellectus deuenit in naturam, confiderantur gradus infra rationem obiecti; quia prius deuenit in obiectum magis fibi proportionatū, & ipfe intellectus quafi actuatus per hoc proportionatum,deuenit in uerum minus proportionatum:Sic autem fe habet ueritas principiorum, & conclufionum. ueritas principiorum ftatim per fe

Tex.cō.18.

se proportionatur intellectui; intellectus autem quasi proportionatus per ueritatem principii, & quasi actuatus deuenit in proportionem conclusionis; cum ergo omne illud, per quòd deuenitur in aliud; sit ianua respectu illius, ergo principium est ianua respectu conclusionis. Consequenter,

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum cognitio respectu principiorum sit facilis; Dicendum, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum, quòd omnis cognitio perfecta habetur per resolutionem ad aliquod fixū, uel est de aliquo fixo: animus enim non perfectè quiescit, nec perfectè apprehendit, donec resoluit usque ad prima. Omne ergo intellectum ad cuius cognitionē modica exigitur resolutio; faciliter cognoscitur: tale autem est principium; principium enim si debet cognosci non oportet, quòd resoluatur, nisi usque ad terminos, & ideo sicut hęc cognitio faciliter potest cognosci, sic & principium. Si autem cōclusiones debent cognosci, oportet, quòd ultimæ conclusiones resoluantur ad medias, & mediæ ad primas, & primæ ad principia, & principia ad terminos: & quia difficile est cognoscere omnes istas resolutiones; ideo faciliter erratur circa conclusiones: non sic autem circa principia, quæ statim sunt in ianua resolutionis. Si autem sic dicitur, consurgit dubium: Si enim principia cognoscuntur per resolutionem, ergo non sunt prima uera; quia omne illud, quod per resolutionem cognoscitur, posterius est comparatione illius, ad quod resoluitur: & ꝙ principia dicantur principia respectu cōceptuū compositorum, itaq; omnis resolutio conceptuum compositorum stat ad principia prima, & ipsa ampliùs non resoluuntur in alios conceptus compositos (resoluuntur tamen in conceptus simplices, ut sunt principia respectu illorum.) Notādum est, quòd sicut omne compositum resoluitur ad simplex, sic omnis conceptus compositus primorum, quem ego uoco principium, resoluitur ad primum conceptum simplicem: sicut iste conceptus, De quodlibet ens, uel non ens; resoluitur ad conceptum simplicem entis, & non entis: principia enim cognoscimus inquantùm terminos cognoscimus, ut dicitur primo Posteriorum. Deinde cum dicit.

Perfecta cognitio per resolutionem habetur.

Quantò aliquid minus resolubile, tantò facilius cognitum. Verū est de principijs cōplexis.

Dubitatio.

Conceptus simplex, & cōceptus cōpositus.

TEX. VI.

Forsan autem et difficultate secundùm duos existente modos, non in rebus, sed in nobis est eius causa: Sicut enim nycticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic & animæ nostræ intellectus ad ea; quæ sunt omnium naturæ manifestißima.

Remouet quoddam dubium; posset enim aliquis quęrere. Vnde oritur difficultas respectu difficilium obiectorum, quæ sunt substantiæ separatæ? Ad hoc dicitur, ꝙ cū difficultas, uel causa difficultatis posset esse secundùm duos modos, scilicet uel ex parte intellectus, uel ex parte rei: et tota ratio difficultatis, quare non benè apprehendimus maximè intelligibilia, idest substantias separatas, est propter defectum intellectus nostri, non propter defectum intelligibilium: ꝙ enim substantiæ separatæ non benè intelligantur à nobis. hoc est propter infirmitatem intellectus nostri, qui non potest perfectè attingere manifestissima in natura. Et hoc est, quod subdit per exemplum, sicut.n. se habent nycticoracum oculi ad lucem diei; sic se habet animæ nostræ intellectus ad manifestißima in natura: quasi dicat, ꝙ si oculi nycticoracum nō possunt benè appræhendere lucem diei, hoc non est propter defectum apprehēsibilitatis, & uisibilitatis in luce; sed propter defectum oculorum: ita si intellectus nostri non possunt benè apprehēdere substantias separatas, hoc non est propter defectum intellectus in substantiis, sed propter defectum intellectus tātùm. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd sicut uisibilitas est passio luciditatis, & coloris; ut patet bene ex secundo de Anima, tam à Philosopho, quàm à Cōmentatore: ita intelligibilitas est passio immaterialitatis: si ergo uisibilitas est passio lucidi; ubi saluatur maior ratio lucis: saluatur maior ratio uisibilitatis: ita intelligibilitas cum sit passio immaterialitatis, ubi saluatur maior ratio imaterialitatis, ibi saluatur magis ratio intelligibilis; hęc autem sunt substantiæ separatę: Et ideo quòd non benè intelligantur, hoc non oritur ex eis, sed ex nobis: sicut quòd non lux benè uideatur, hoc non oritur ex lucis natura, sed ex natura, & debilitate oculi.

Difficultas cognoscēdi est ex parte nostra intellectus.

Intelligibilitas est passio immaterialitatis.

Tex. cō. 71.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum difficultas existat secundùm duos modos, secundùm quòd dicit Philosophus? Dicendum, quòd sic. Ad quod notandum, quòd itellectus difficultas ex hoc prouenit, quòd natura rei non benè potest attingi ab intellectu; quòd autē intellectus attingat, hoc est quia mouetur ab obiecto; ita quòd ipsum intelligere magis est attingi, quàm attingere: cum enim intellectus sit potentia passiua, intellectus est magis in moueri. Quòd autem intellectus non possit moueri ab obiecto, hoc potest esse duobus modis; uel quia obiectum deficit à natura motionis actiuæ; & sic difficultas prouenit ex parte obiecti; quia intellectus deficit à natura motionis passiuæ, etiam sic difficultas est ex parte nostra. Debemus enim imaginari suo modo in intellectu, sicut in uisu: quædam enim sunt, quæ habent parum de luciditate; & ista non benè possunt mouere potentiam uisiuam, propter defectum sui, & propter defectum motionis actiuæ: quædam uerò sunt, quæ multum habent de luciditate, & ista non deficiunt in motionem actiuam, sed ipsum passiuum non est aptum natum moueri à tam excellenti obiecto: Ita suo modo, quædam sunt, quæ parum habent de intellectualitate, & ista nō sunt apta nata benè mouere intellectum, & in talibus est defectus ex parte obiecti, & difficultas. quædam sunt, quæ multum habent de intellectualitate; quia multum habent de entitate, sicut sunt substantiæ separatę, & ista non deficiūt in motione actiua; sed intellectus noster non est aptus natus benè moueri à tam excellenti obiecto,

Intellectus ab obiecto mouetur.

Similitudo uisus ad intellectum.

Difficultas cognoscendi, quō ex parte rei, et ex parte intellectus.

ꝯto, & ideo difficultas hic intelligendi est ex parte nostra, & non ex parte obiecti. Cõsequenter,

Quæstio. Quæreret quis. Vtrũ ita se habeat intellibilitas ad immaterialitatem, sicut visibilitas ad lucẽ? quia hoc supponebatur in quæstione præcedenti. Dicendum, quòd sic. Vbi notandum est, quòd sicut dicitur .2. de Anima, hęc est per se in secundo modo dicendi per se, color est uisibilis, ita quòd uisibilitas oritur ex principiis lucis uel coloris; ita etiam suo modo, natura intelligibilis oritur ex immaterialitate, ut illa sit per se in secundo modo, immateriale est intelligibile: ergo benè dictũ est, quòd intelligibilitas ita se habet ad immaterialitatem, sicut uisibilitas ad lucem, uel colorem.

Tex. 66. idẽ auer. in cõ. quod repetit in com. 67. contra Auempacẽ.

Quæstio. Quæreret etiam quis. Vtrum substantiæ separatæ sint manifestissima in natura ueritatis; Dicẽdum quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hic accipitur manifestatio rei, qua res est apta nata manifestare se intellectui, ita quòd hæc manifestatio est sua intellectualitas actiua, qua est apta nata mouere intellectum: In quibusdam autem ratio huiusmodi ex natura rei est: ita quòd natura dedit eis sufficientiam, unde possint se manifestare: Et ideo uocantur manifesta in natura, quia sua ratio actiua se manifestandi, oritur ex natura rei: In quibusdam autem est intellectualitas actiua solùm in potentia: ita quòd non mouẽt solùm nisi in potentia; & ideo requiritur aliquid aliud, quòd faciat de motore in potentia motorem in actu; & talia sunt materialia, quæ non mouent nisi per lumen intellectus agentis. Deinde sequitur.

Manifestũ rei quid.

Quare uocãtur manifesta in natura.

TEX. II. *Non solùm autem his dicere gratiam iustum est, quorum aliquis opinionibus communicauerit; sed his, qui adhuc superficialiter enunciauerunt. Etenim cõferunt aliquid. Nam habitum nostrum præexercitati sunt. Nam si Timotheus non fuisset, multam melodiam non haberemus. Si autem Phrynis, Timotheus non fuisset. Eodem uerò modo & de enuntiantibus ueritatem. A quibusdam enim opiniones quasdam accepimus: sed alii, ut hi forent, causæ fuerunt.*

Vbi ostendit, quomodo deberent se habere inter se quærentes scientiam, dicens quòd non est solùm iustum reddere gratias his, uel ipsis præcedentibus, quòd dixerunt aliquid de ueritatis natura, ita quòd multum cõmunicauerunt in ueritate inuenta; sed etiam iustum est reddere gratias illis, qui non secundùm rem attigerunt ueritatem, sed tãtùm superficialiter. Et ratio est, quia licèt ij non attigerint ueritatem; tamen excitauerunt intellectum nostrum ad ueritatem inquirendam. Vnde talia contulerunt, uel conferunt: quia habitum nostrum pręexercitati sunt; & ideo posteriores debent rengratiari præcedentibus, quia aliquo modo in sciendo dependent ex illis: nisi enim fuisset Timotheus, multũ amisissemus de compositione musicali; nos enim fundamur super illud, quod reperit: & si Phrynis non præfuisset, prædictus Timotheus nõ fuisset, idest non reperisset, quod reperit; quia inuenit in uirtu

Homines mutuò se iuuant in acquisitione ueritatis.

Antiquis gratia habenda.

E te illius: Et sicut in enunciantibus ueritatem, uel enunciatione ueritatis, à quibusdam accepimus quasdam opiniones, quas credimus benè dixisse; quibus etiam alij fuerunt causa. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd intellectus noster semper in uirtute principiorum deuenit in posteriora; & ex lumine intellectus, & uirtute primorum possunt elici ex principijs multa posteriora: sic sequẽtes Philosophi accipiẽtes alia principia, licèt pauca, à præcedentibus, ex illis potuerunt multa elicere. Si ergo tradiderunt principia uera, illis rengratiandum est; quia profuerunt ad ueritatem reperiendam; Si autem tradiderunt F principia non omnino uera, etiam illis rengratiandum est; quia dederunt occasionem, ut illis reprobatis, uera principia reperiremus &c.

Vocari autem scientiam ueritatis rectè habet. Nam theoricæ finis est ueritas, & practicæ opus. TEX. III.

Postquam ostendit Philosophus, quomodo se habet scientia ad addiscentem: hic ostendit, quomodo se habet hæc scientia ad habitum scientię, ostendens, ꝙ continetur sub habitu speculatiuo: Diuiditur autem in duas partes; quia primò ostẽdit, quòd finis huius scientiæ est speculari ueritatem, & ex hoc in habitu huius scientiæ est speculatio; secundò remouet quendam errorem circa scientiam, immo destruentem scientiam, scilicet infinitatem in causis: secunda ibi. [At uerò ꝙ sit G principium quoddã.] Prima in duas: quia primò ostendit, quòd hæc scientia est speculatiua ueritatis: & sic est speculatiua; secundò quòd est speculatiua maximæ ueritatis, scilicet principiorũ, & causarum ibi. [Nescimus autem uerum.] Circa primum sic procedit; primò probat intentum suum; secundò remouet quoddam dubium, ibi. [Etenim quomodo se habet, intendunt.] Dicit ergo, uocari Philosophiam ueritatis, hoc est, quæ speculatur ueritatem; hanc scientiam, iustum est, & rectè se habet, & ex hoc est speculatiua. Et hoc est, quod subdit. Nam finis theoricæ est ueritas, idest speculatio ueritatis; finis autem practicæ est opus, idest ipsum operari; cum ergo omnis scientia, quæ considerat ueritatem, & ibi sistit, sit speculatiua: hęc est huiusmodi, ergo specu H latiua est. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd suo modo differunt habitus speculatiuus, & habitus practicus; sicut intellectus speculatiuus, & practicus. Intellectus enim speculatiuus est intellectus non extensus, nec protensus ad pfectionem alterius, sed suiipsius. cum enim propter scire tantùm speculetur. Scire autem est pfectio scientis; sequitur, quòd intellectus speculatiuus non est, nisi propter perfectionem suiipsius. Practicus uerò est propter perfectionem alterius, & propter perfectionem, quæ est perfectio operati; & ideo hic intellectus uocatur intellectus extensus; Sic suo modo habitus speculatiuus est tãtùm propter perfectionem intellectus; quia propter scire tantùm, quod scire est perfectio scientis. practicus autem habitus est propter ope-

Finis speculatiuæ, & practicæ.

Habitus speculatiuus, & practicus.

Intellectus speculatiuus & practicus.

Scire est perfectio scientis.

operari,quod est perfectio operati.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum sit simile de potentia, & habitu? quia hoc supponebat præcedens ratio. Ad quod dicẽdum,quòd sic. Ad cuius euidẽtiam notandum est:quòd potentia,& habitus sic se habent, quòd potẽtia & habitus unum actum ambo aspiciunt:illum enim eundem actum, quẽ aspicit intellectus; aspicit & habitus intellectus: cuius ratio est;quia habitus non est nisi regula regulans potentiam respectu illius actus,qui educitur à potentia: & ideo illum eundem regulat, quem potentia elicit. Quamuis autem eundem actum aspiciant,tamen diuersimodè:nam potentia aspicit per seipsum actum:habitus autem magis per se aspicit modum actus;quia ipse habitus non est nisi modificatio actus,uel potentiæ respectu actus; Verbi gratia,potentia intellectiua pót elicere actum hoc modo, uel illo: habitus autem regulat, unde modificatè eliciat; sicut patet in scientia, quæ modificat potentiam intellectiuã, ut tendat ad conclusionem sub speciali discursu: eodem modo prudentia regulat intellectum, & modificat; ut debita media acquirat ad debitè agendum. Cùm ergo eundem actum respiciat potentia,& habitus;cũ potentia intellectus aspiciat actum,qui est perfectio agentis, idest ipsius intellectus,& actum, qui est perfectio ipsius operati:eodem modo est aliquis habitus, qui aspicit actum, qui est perfectio agentis,uti scire; & aliquis,qui aspiciet actum,qui est perfectio operati: Primus enim est speculatiuus: Secundus est practicus:

Habitus & potentia unum actum aspiciũt, diuersimodè tamen.

Quæstio.

Quæritur, Vtrum omnis habitus practicus sit propter perfectionem rei operatæ? Videtur ꝙ non,quia prudentia est habitus, & tamen nó est respectu rei operatæ. Dicendum est, quòd hoc est essentiale habitui practico,scilicet quòd sit habitus extensus, & perfectio potentiæ sub quadã extensione, & quòd propter perfectionem alterius,quàm intellectus:Conuenit tamen aliquando, quòd habitus practicus est propter perfectionem rei operatæ:& hic habitus est practicus:aliquando propter perfectionem appetitus: & hic similiter practicus est; ita quòd primus habitus est factiuus,secundus autem actiuus.Nam debemus imaginari,quòd aliquis actus est propter purum speculari, secundùm quòd ipsa speculatio est perfectio intellectus,& ibi sistit: & hic est purè speculatiuus, Aliquis autẽ habitus est,qui est propter ipsum agere,& hic est actiuus,qui est regula actionis rectæ:Aliquis est,qui est propter ipsum operari,& facere,& hic est factiuus. Differentia autem est inter agere,& operari: quia agere est actio immanens:factio autem est actio trãsiens.In hoc ergo conueniunt habitus purè speculatiuus,& actiuus: quia utrunque est propter actionem immanentem; sed differunt,quia purè speculatiuus est propter actionem immanentem in ipso intellectu,& solùm propter perfectionem ipsius intellectus;habitus aũt actiuus est pp perfectionem intellectus, protensam ad actionem appetitus, qui est manens in anima, licèt non sit manens in intellectu.

Habitus Speculatiuus, Actiuus,& Factiuus.

Intelligẽdũ est quãtum ad pfectionẽ,principaliter intẽtã ab agẽte;nõ obstãte, qđ aliquis effectus extra proueniat. Vt ab actione,quæ ẽ cõciliari, & prandere, prouenit commodum seruantis, principalis .n.et intẽtã principaliter in intelligibilibus ẽ sola rectitudo actionis, sufficienter cõsona habitui,& satisfaciẽtiagẽtis; sed factio,licèt hẽat etiã rectã operationẽ, tamẽ principaliter tẽdit in extrinsecũ effectũ, remanente.s. imperfectione illius principaliter, ut domificatio & similia.

Consequenter dubitatur. Vtrum hæc scientia sit Philosophia ueritatis? Dicendum quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est,quòd hæc scientia cómuniter dicitur Philosophia ueritatis, Sciẽtia diuina,uel Metaphisica: Denominatio enim in habitibus põt fieri ab obiecto,& à fine: Hæc ergo scientia potest denominari ab obiecto, & hoc duobus modis:quoddam enim est obiectum in hac scientia formale,ut ens,uel ratio entis:hic enim specialiter tractatur de rebus, inquantùm in eis saluatur ratio entis: & secundùm hanc rationem hæc scientia dicitur Metaphysica.hoc est super naturam à Meta, quòd est supra, & Physis natura:ens inquantùm ens non est ens naturale; quia in suo esse, uel in suo diffiniri non cócernit res motas,uel materiæ;quia si ens inquantùm ens concerneret motum uel materiam in suo esse, omne ens esset in materia;Quia quando aliquid conuenit alicui secundùm rationem reduplicatiuam,conuenit sibi uniuersaliter:& sic ens inquãtum ens, si in materia esset, omne ens esset materiale: nec etiam quantum ad diffiniri concernit materiam.si enim concerneret quantum ad diffiniri,nullum ens posset diffiniri sine materia:& similiter dicendum est de motu, sicut de materia: ergo ens inquantum ens est supra naturam motus, & ideo scientia considerans hoc obiectum Metaphysica dici potest:Secũdò est aliquod obiectum in hac scientia, in quo maximè saluatur ratio entis & formalitas: & si considerat de omni, inquantùm ibi saluatur ratio entis; tamen maximè de illo,in quo maximè saluatur;& hoc ipsum est prima causa; quia in illa maximè, & in supremo gradu saluatur ratio entis: quia ipsum est suũ esse,quod non conuenit in aliis principiis: & ab hoc tali obiecto potest dici Scientia diuina, quia de Deo, primo ente. Tertiò potest dici scientia ueritatis; quia denominatio rei fit à fine rei; & quia finis eius est ueritas, ut dicit Aristo. secundùm hoc potest dici Scientia ueritatis huiusmodi scientia;quia sua intentio, & suus finis est speculatio ueritatis. Et hoc est,quod dicit Philosophus,quòd est speculari,nó propter opus.Si autẽ sic dicitur, consurgit dubium.Dictum est in hac solutione, ꝙ hæc scientia est de illo, quod de se non concernit motum,nec materiam,scilicet de ente inquantùm ens; & ideo hæc scientia dicitur Metaphysica; ita fuit dictum in prima solutionis ratione:Si ergo sic dicitur,argumentatur à materia:Arithmetica debet dici Metaphysica,quia cõsiderat de numero;numerus autem secundùm ꝙ numerus potest esse in insensibilibus, etiam sic non cócernit materiam,nec motum: ergo Arithmetica potest dici Metaphysica. Dicendum est, ꝙ non est simile de numero,& de ente: nam numerus,qui est subiectum in Arithmetica,est numerus,qui causatur ex diuisione continui; ita ꝙ nun-

Sciẽtia hæc dupliciter denominatur.

Regula.

Dubitatio.

Continuū secūdū esse est in materia. nunquam reperitur secundùm esse, nisi in materia: cum omne continuum secundùm esse sit in materia: In spiritualibus propriè numerus nō est, hoc modo sumptus; nisi dicatur, ꝙ omnis multitudo numerus sit: illa enim propriè numerantur, quæ sunt apta nata esse unum in unitate reali cōtinua; ita ꝙ omnis numerus, propriè sumptus, est in una unitate, per agens quasi diuisa, & deducta ad multitudinem: Et secundùm hunc modū inter diuersas species spiritualium non est propriè numerus; *Numerus in quib. propriè reperitur.* nec inter diuersa spiritualia numero, est propriè numerus, prout assumit Arithmeticus: quia non sunt apta nata esse unum in continuo aliquo: de tali ergo numero, quod non excedit materiam & motum, est Arithmetica. Et hoc est, quod dicit Auicenna in solutione huius quæstionis, ꝙ numerus, qui est subiectum scientiæ huius, scilicet Arithmeticæ, est secundùm ꝙ possibile est, ut recipiat esse proportionatum augumento, & diminutioni communi, & de illis, quæ sunt nata aggregari & uniri; & hoc non accidit numero, ubi non in materia est, scilicet in corpore. Vnde in fine concludit: speculatio de natura numeri, uel essentia, ut separatus est à materia; ad hanc primam Philosophiam pertinet: speculatio autem secundùm quòd dependet à materia, & continuo; Arithmeticæ est. Deinde cum dicit.

Etenim quomodo se habent intendunt: non tamē secundùm se, sed ut ad aliquid, & nunc speculantur practici.

Remouet quoddam dubium: dixit enim, quòd scientia practica est propter operari, & non propter scire; ex hoc ergo posset aliquis credere, ꝙ *Practica facit scire.* nullo modo scientia practica faceret scire: & ideo dicit Philosophus, quòd aliquo modo considerat, quomodo se habeat res scita ad suam passionem, sed ibi non sistit, sed ultra progreditur ad opus. Et hoc est, quod dicit: et enim quomodo se habent, intendunt, idest per quem modum se habet res ad suam passionem intendunt, hoc est cōsiderant, scilicet practici; non tamen secundùm se speculantes practici, sed ad aliquid, hoc est ad opus protendunt. Notandum est, quòd omne, quod denominatur à fine, debet denominari à fine ultimo: & si ergo practica sciētia scire faciat, quia tamen non facit propter scire, sed propter operari; ideo operari est finis ultimus, & ideo ab illo denominatur. Et hoc est, quod dicit Philosophus; & si scire faciat, tamen hoc est propter aliud.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum Practica faciat scire. Dicendum secundùm quòd communiter dicitur, ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ *Scientia, ideo scientia, quia resoluit conclusiones ad suas causas.* practica scia, & est scientia, & est practica: eo ipso ꝙ scientia est, resoluitur aliquo modo ad causas; quia omnis scientia in hoc scientia est, quia resoluit conclusiones scibiles ad causas suas, & secundùm hoc scientia practica habet naturam scientiæ. Sicut enim Geometra resoluit, habere

E tres ad sua principia, & scit hanc passionem de triangulo: sic suo modo Moralis resoluit hanc passionem, uirtutem esse in medio, ad principia sua: & ex hoc scit hanc passionem de uirtute. In hoc ergo, quòd scientia practica resoluit, scientia dicitur: siue ob scire poterit dici scientia; sed propter habitudinem principiorum ad conclusiones poterit dici practica. Deinde cum dicit.

Nescimus autem uerum sine causa. Vnumquodque uerò maximè ipsum aliorum dicitur secundùm quòd & in aliis inest uniuocatio. Puta ignis calidissimus, & enim est causa aliis hic caloris. Quare uerissimum, quod posterioribus est causa, ut sint uera. TEX. 4.

In qua parte ostendit, quòd hæc scientia non solùm considerat uerum, sed etiam maximè uerùm: & est ratio sua talis; hæc scientia considerat principia, sed in principijs saluatur maximè ueri- F tas, ergo hæc scientia considerat maximè ueritatem. In hac ratione sic procedit, primò ostendit, quòd principia sunt maximè uera, quia sunt causæ aliorum, scilicet posteriorum in ueritate; ita ꝙ non habent aspectum ad oppositum: secundò cōcludit, quòd unūquodque sicut se habet ad esse, ita se habet ad uerum: secunda ibi [unumquodque sicut se habet.] Dicit ergo quantùm ad primum; nos nescimus ueritatem in rebus, nisi per resolutionē ad principia: Et hoc est, quod dicit: unumquodque.n. tūc scitur, quādo causa scitur, & cuius causa est, ut dicitur primo Posteriorū, ergo principia sunt maximè uera; Vnūquodque.n. *Tex. cō. 1 t. & 1. Phy. 1.* G è maximè ipsū.i. maximè tale de numero aliorū, secundùm quòd illud est, per cuius uirtutem inest alijs uniuocatio, & per cuius uirtutem inest formalitas effectui, quę è uniuoca cū formalitate causę: sicut dicimus, quòd ignis est calidissimus, hoc est maximè participat naturam caliditatis, quia est causa alijs in caliditate. Concludit ergo, quòd illud est principiū uerissimum, hoc est uerum in summo gradu ueritatis, quod est causa alijs, quòd sint uera; hoc est, quòd habeant gradū in ueritate: Est ergo hæc ratio in hoc, principia largiūtur ueritatem alijs, ergo sunt uerissima in se. Deinde cum dicit. *Verū est in analogicē tum. non in uniuocis, nec in æquiuocis. Sicut propō illa primi Posterior. 15.*

Quapropter semper entium, uel existentium principia esse uerissima, necesse est: non enim quandoque H *uera, quandoque non uera: nec illis causa est, ut sint; sed illa aliis. Quare unumquodque sicut se habet, ut sit, ita & ad ueritatem.*

Ostendit hoc idem per secundam rationem: & est ratio talis: quod est necessarium in sua ueritate, semper est uerissimū, prima principia sunt huiusmodi, ergo sunt uerissima. Et hoc est, quod dicit; quapropter entiū semper principia, hoc est principia de numero semper entium necesse est esse semper uerissima: non enim quandoque uera sunt, quādoque non, sed semper uera sunt: nec illis enim aliquid causa, quòd sint: sed illa aliis: ergo propter causalitatem, & propter impermixtionem ad oppositum sunt uerissima. Deinde sequitur conclusio, quam concludit ex prædictis, dicens,

dicens, quòd unumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad ueritatem: quæ conſequentia ſequitur, quòd ſi propter cauſalitatem, quam ſemper entia à nullo habent, ſunt ueriſsima; ergo ueritas ſequitur entitatem; ergo ſicut ſe habet aliquid ad eſſe, ſic ſe habet ad uerum eſſe: ita quòd unumquodque ſicut ſortiori aſpectu aſpicit eſſe, ſic uerum eſſe; & quod debiliori aſpectu aſpicit eſſe, & uerum eſſe.

Quæſtio. *Principia duplicia.* Quæreret quis, De quibus principiis hic intelligitur? Dicimus, quòd principia ſunt in duplici differentia; quædam enim ſunt principia cauſandi, quædam ſunt principia eliciendi concluſionem: prima principia uoco immaterialia reſpectu materialium eo modo, quo dixit Ariſtotel. in primo huius, quòd primum eſt *Tex. cõ. 18.* cauſa totius eſſe: quod principium non aſpicit demonſtrationem, nec ſecundùm ſubſtantiam, nec ſecundùm uirtutem; Quædam ſunt alia, quæ intrant demonſtrationem ſecundùm uirtutem eo modo, quo uocamus principia Dignitates primas, Axiomata illa generaliſsima, & uniuerſaliſsima: ad utrunque principium ſe extendit hęc ſcientia Metaphyſicalis. Cum. n. conſideret ens inquantùm ens, conſiderabit illud, uel illa, in quibus ſaluatur maximè ratio entis; hæc autem ſunt principia prima, ſcilicet Subſtãtię immateriales. Cum etiam conſideret ens inquantum ens, conſiderabit primum conceptum, & primam dignitatem, quæ fundatur ſuper ens inquantùm ens, ſcilicet, De quolibet affirmatiò, uel negatio uera, quæ quidem eſt prima inter omnes dignitates. Vnde Auicenna primo Metaphyſicæ, capitulo de Veritate, principium omnium dictionum certarum: ad quod reducitur omne, quod eſt per reſolutionem, ita quòd dicatur potentia, uel effectu de omni, quod probatur per ipſum; ſicut iam oſtendimus in libro Demonſtrationum, quòd inter affirmationem & negationem non eſt medium; & huiuſcemodi proprietas, ſcilicet, quòd inter affirmationem, & negationem non eſt medium, non eſt de conſequentibus quodcunque eſſe ſimpliciter, ſed de conſequentibus eſſe, inquantum eſſe. Cum ergo conſideret prima principia, quæ principia uoco Subſtantias ſeparatas, uel abſtractas; conſiderabit maximè uera; quia in his talibus ſaluatur maximè ratio tum ueritatis, tum entis.

Cum etiam conſideret primam rationem omnium dignitatum, conſiderabit maximè uerum *Veritas alio modo eſt in concluſionibus, alio modo eſt in cõceptibus.* in dictionibus, uel in conceptibus. Vnde Auicenna ubi ſupra, Veritas uno modo eſt in concluſionibus, ſecundo modo eſt in dictionibus, uel in conceptibus; illa autem dictio, uel conceptus uerior eſt, cuius certitudo eſt prima, & non per cauſam: hæc autem eſt prima Dignitas, quæ ſequitur eſſe, inquantùm eſſe. Conſequenter.

Quæſtio. Quæreret quis. Vtrum in primo principio ſeparato ſaluetur ratio ueritatis reſpectu alio- A rum? Dicendum quòd ſic; quod primò patet ex habitudine, quæ eſt inter neceſſe, & poſsibile. Vbi notandum eſt, quòd rem eſſe ueram non eſt alind, quàm rem habentem eſſentiam, *Rem eſſe uerã quid ſit.* participare ipſam eſſentiam: Ita quòd imaginor, quòd ueritas rei eſt eſſentia rei; rem autem eſſe ueram eſt, ipſum ſuppoſitum aſſequi *Veritas rei, & eſſentia rei idem.* ipſam eſſentiam: & hoc patet per exemplum in homine, & per exemplum in ente: Humanitas enim eſt tota ueritas hominis, & ipſum hominem eſse uerum eſt, ipſum aſsequi eſsentiam hominis, quæ eſt humanitas; Et à ſimili ipſa entitas eſt tota ueritas entis, & aliquid eſse uerum ens eſt, ipſum aſsequi entitatem ſecundùm gradum ſuum: ita quòd ſecundùm hoc ipſa na- B tura in ſe uocatur ueritas rei. Verum autem in concreto, conſiſtit in habitudine naturæ ad ha- *Verũ in cõcreto quid.* bentem naturam, uel in habitudine eſsentiæ ad habentem eſsentiam: Si ergo iſta ſunt uera, quæ credimus eſse uera; eſse uerum eſt in aſsecutione eſse illud, quod aſsequitur eſsentiam, & habet eſsentiam ſub modo neceſsarij, ita ꝙ non poteſt non aſsequi. Vnde quod neceſsariò aſsequitur, uerius participat naturam entis, & ueritatis, quàm illud, quod poſsibiliter aſsequitur: ita quòd de ſe poteſt non aſsequi: quia ab alio habet, quod aſſequitur: primum autem eſt neceſſe eſſe; quia neceſſariò aſſequitur naturam entis, & non poteſt non aſſequi: Et hæc eſt ratio Auicennæ, primo Philoſophi, pariter & *Differentia inter poſsibile, & neceſſe.* C Medici Metaphyſicæ ſuæ. Capitulo de Veritate, dicentis ſic; Igitur neceſſe eſſe eſt illud, quod per ſeipſum ueritas eſt ſemper: poſsibile uerò eſt ueritas per alind à ſe, & eſt falſum in ſeipſo.

Quidquid igitur eſt pręter neceſſe eſſe (quod eſt unum) falſum eſt in ſe: Super hoc fundatur etiam ratio Ariſtotel. in textu hoc: probat enim quod hæc inferiora non ſunt ueriſsima; quia quandoque ſunt, quandoque non ſunt; quòd quidem, ſcilicet, quòd quandoque non ſunt, non habent ueritatem, niſi propter naturam poſsibilitatis: quæ autem ſeparata ſunt ueriſsima ſunt, quia ſemper ſunt; ſemper autem eſse oritur ex natura neceſsitatis. Poſset autem hæc ratio ali- *Quò omnia aſſequãtur ueritatem, & entitatẽ à primo ac ro.* ter deduci; quia illud, quod plenius aſsequitur D rationem eſsentiæ, eſt uerius ens, quàm illud, quod aſsequitur ſub aliqua limitatione: primus autem motor aſsequitur plenitudinem entis, non ſub gradu limitato: ergo in primo uerius ſaluatur ratio entis, quàm in aliis. Et hæc eſt ratio ſupradicti Auicennæ nono ſuæ Metaphyſicę: capitulo ſexto formalibus uerbis ſic dicentis.

Igitur neceſse eſse eſt perfectum eſſe: quia nihil deeſt ſibi de ſuo eſſe, nec de perfectionibus ſui eſſe: Et paucis interpoſitis. Neceſſe omne (inquit) eſt pluſquam perfectum eſſe: quia ipſum eſſe, quod eſt ei: non eſt ei tantùm: immo etiam omne eſse eſt exuberans ab eius eſse: Quod quidem hic cõfirmat Ariſtoteles in textu, dicens, quòd ueritas in principiatis eſt à ueri-

tate in principio. Secunda uia ad hoc potest sumi ex ipsa natura ueri. Verum enim uniuscuiusque est, esse uniuscuiusque quod stabilitum est ei: ita quòd quantum addit stabilitio super esse; tantum addit ueritas super ens: tunc enim dicimus rem esse ueram; quando stabilitur, & ponitur infra naturam entis: sicut dicimus uerum hominem, quando stabilitus, & positus est infra ambitum humanitatis: si autem hoc uerum est, ubi est uerius stabilimentum essentiæ, ibi magis saluatur ratio ueritatis: Reperio enim ꝙ ipsum primum stabilitur à seipso formaliter: nam sua formalitas est sua stabilitio; non autem stabilitur ab aliquo efficiēte; quod patet ex hoc; quia non potest stabiliri ab aliquo priori; eò autem quòd ipsum efficiens nullum est aliud efficiens: nec à se ipso; quia nulla res efficienter largitur sibi esse, ut sit: nec ab aliquo posteriori; quia posteriora nō largiuntur esse primis: ergo suum stabilimentum ab alio non est; at stabilimentum omnium aliorum est: & si à seipsis sint formaliter, tamen ab alio dependent efficienter: Et ideo si omne stabilimentum est ueritas, cùm stabilimentum primi sit independens, magis stabilimētum est primi, quàm aliorum: & per consequens maior ueritas.

Quæstio. Consequenter quæreret quis. Vtrum in ueritate conceptuum, siue dictionum, quæ fuerunt secunda superiùs posita; sit maior ueritas, quàm in posterioribus? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius exactam euidentiam diligenter notandum, quòd tota ueritas conceptuum compositorum, & dictionum compositarum est, & insurgit ex necessaria habitudine prædicati ad subiectum: sed necessitas conclusionum oritur à necessitate principiorum: non enim est necessitas in cōclusione, nisi quatenus radicatur in principiis; ita ꝙ tota radix ueritatis principia sunt: sic ergo necessitas primò & magis saluatur in principiis, quàm in conclusione; & sic primò, & magis saluabitur ibi ueritas: Secundò patet hoc idē ex habitudine terminorum & conceptuum simplicium ad conceptus compositos: omnis enim necessitas in conceptibus compositis, & etiam ueritas oritur ex quidditatibus conceptuum simplicium: non enim est ueritas, & necessitas in hoc complexo, omne totum est maius sua parte, nisi propter quidditatem totius & partis: Si ergo hæc sunt uera, tota ueritas conceptuum saluatur primò, & magis in quidditatibus terminorum: ergo quidquid magis accedit ad quidditates terminorum, primò, & magis est uerum; principia autem magis accedunt, quàm conclusiones; quia principia cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus; conclusiones enim attingunt quidditates per medium, principia autem attingunt immediatè quidditates, ergo in ipsis magis saluatur ratio ueritatis.

Conceptuũ compositorum, & conclusionum ueritas, & necessitas unde.

1. Post. 6.

Quæreret quis, Vtrum, sicut dicit Philosophus, sit uerum, quòd uniuocè dicatur Ve-
E rum de principiis, & effectibus? Ad quod dicendum est, quòd uniuocatio potest accipi duobus modis. Vno modo secundùm quòd diuiditur contra æquiuocum; ita quòd uniuocum se extendat ad uerum analogicè, & hoc modo accipitur uniuocum largo modo: & sic accipiendo uniuocum, Verum potest dici de causis, & causatis: Alio modo potest accipi uniuocum propriè, secundùm quòd est quoddam diuisum contra æquiuocum, & analogum: & hoc modo non dicitur uerum uniuocè de utroque. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd diuersitas inter causas, & causatum potest intelligi duobus modis; uel quantùm ad existentiam, uel quantum ad essentiam: quantùm ad existentiam intelligo,
F go, quòd effectus existit à causa. causa autem non existit ab effectu; siue essentia sit in eodem gradu in causa & effectu, siue non: & ista ueritas inter causam & effectum non tollit uniuocationem: Cùm enim uniuoca sint, quorum nomen est commune, & ratio una; ratio autem diffinitiua aspiciat essentiam, & non esse rei; & possibile est, quòd causa & effectus habeant essentiam eiusdem rationis, & in eodem gradu; licèt unum existat ab alio: ideo hoc existere non tollit uerum uniuocationis. Alia est uarietas inter causam & effectum, quæ est in essentia, & hæc tollit uniuocationem: uarietas enim essentiæ uariat rationem, uarietas rationis tollit uniuocationem: Veritas autem in prin-
G cipiis abstractis secundùm aliam rationem saluatur, quàm in concretis: & ideo non saluatur ibi ueritas modo uniuoco: similiter & in principiis, ex quibus elicitur conclusio; saluatur magis, & priùs, quàm in conclusione: Propter quod enim unumquodque, & illud magis, ut dicitur primo Posteriorum; ideo secundùm aliam rationem saluatur in principiis, & in conclusionibus: ergo tam in principiis separatis, quæ principia uocamus Separata à materia; quàm in principiis, ex quibus elicitur conclusio; non saluatur ueritas modo uniuoco cum suis principiatis: Nec etiam modo æquiuoco; hæc est enim ratio æquiuocorum, quòd unum non habeat attributionem ad aliud: cùm ergo ueritas cau-
H satorum, & essentiæ habeant attributionem ad essentiam primi principij, sicut mensurata ad mensuram (essentia enim primi est mensura omnium aliarum essentiarum) ergo non saluatur ibi ueritas, nec modo uniuoco, nec modo æquiuoco: restat ergo, quòd modo analogo. Eodem modo ueritas conclusionis attributionem habet ad ueritatem principiorum, quæ est mensura ad ueritatem conclusionum, principia enim sunt mensura omnium conclusionum: ergo ueritas non saluatur in iis, & in illis æquiuoce, nec uniuoce; ut probatum est: restat ergo, quòd analogicè: probatum est ergo, quòd ueritas in principio separato, & effectibus sibi respondentibus saluatur modo analogo. Probatum est etiam,

Vniuocatio dupliciter.

Diuersitas inter cām, & cātum dupliciter.

Veritas aliter saluatur in principiis abstractis, et aliter in cōcretis.

Tex. cō. 18.

Principia sunt mensura omnium conclusionū

etiam, quòd in principiis, quæ intrant demonstrationem secundùm substantiam, uel uirtutem, & effectibus sibi respódentibus, qui dicuntur conclusiones; saluatur ueritas etiam modo analogo.

Quæstio.

Vlterius quæreret quis, Vtrum per alium modum possumus saluare, quòd ueritas uniuocomodo saluetur in principiis, & in conclusionibus? in principiis separatis, & effectibus sibi respondentibus? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd licèt aliquando eueniat, quòd illud, quod est in effectu formaliter, est in causa non formaliter, sed uirtualiter tantùm; eo modo, quo calor causatus à sole, non est in sole, nisi uirtualiter: si quando ergo aliquid est in utroque formaliter, hæc duo magis accedunt ad uerum uniuocè, quàm quando in uno formaliter, & in alio uirtualiter, & non etiã formaliter, ipsa enim sua essentia est sua ueritas, in causatis etiam ueritas est formaliter, sicut ostendetur inferiùs; ergo ut sic accedit ad uerum uniuocè, ita quòd uniuocè esse hic, est idem quod formaliter esse. Et sicut dixi de principio primo respectu suorum effectuum; ita dico de principio demonstrationis respectu conclusionum: quia ueritas formaliter saluatur in principiis, & etiam in conclusionibus: & hæc formalitas est uniuocatio, quam accepit hic Arist.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum sit una ueritas simpliciter, à qua sit omne uerum? & uidetur quòd non: illud est simpliciter uerum, quod nullo modo est falsum: sicut illud est simpliciter album, quod nullo modo est nigrum; sed multa sunt uera, quæ nullam habent admixtionem falsi, ergo sunt multæ ueritates simpliciter. Præterea illud est uerissimum in unoquoque genere, quo nihil est uerius simpliciter; sed omnes dignitates sunt tales; ergo multa sunt simpliciter uera; cum multæ sint dignitates. Ad oppositum simpliciter uerum, & maximè uerum conuertuntur; sed unum est maximè uerum, secundùm quod dicit hic Philosophus, ergo unum est simpliciter uerum. Notandum, in hac quæstione tria sunt declarãda. Primum, quòd est dare ueritatem simpliciter. Secundum, quod est una tantùm. Tertium est uidere, Vtrum omnia possint dici uera ueritate prima.

Quòd datur uerum simpliciter.

Primum ergo, scilicet, quòd est dare uerum simpliciter, patet ex ratione ipsius magis & minùs: ubicunque enim est magis & minus, oportet, quòd sit dare simpliciter; non enim aliquid dicitur magis album, nisi per accessum ad album simpliciter; nec dicitur minus album, nisi per recessum ab eodem. Imaginandum est enim, quòd natura rei posita in primo gradu, tenet extremum unum latitudinis; in alio autem gradu maximo tenet aliud extremum ultimum latitudinis eiusdem: magis enim, & minùs sunt media inter ista duo extrema; semper autem

A bona consequentia est, quòd si tolluntur extrema, tolluntur & media: ergo qui tollit maximè uerum, tollit magis & minus uerum; & qui ponit magis & minus, ponit maximum: cum ergo sit dare magis & minus uerum, erit dare maximè uerum. Hoc idem possumus inuestigare alia uia sic: ueritas rei propriè est essentia rei; unde ueritas hominis est ipsa humanitas: sicut dictum est supra; ergo ueritates rerum sunt essentiæ rerum; omnes autem essentiæ arguunt aliquam essentiam primam in summo gradu. Debemus enim imaginari essentias rerum ad modum numerorum: sicut enim omnes numeri descendunt ab unitate secundùm diuersos gradus; ita quòd semper unus gradus excedit alium, & est semper alterius B rationis: ita essentiæ descendunt ab essentia, in qua perfectè saluatur ratio essendi, quæ dicitur essentia simpliciter; & semper descendunt sub inæqualibus gradibus, & secundùm diuersos modos: Sicut ergo omnes numeri arguunt unitatem, in qua saluatur quasi ratio omnis numeri: ita omnes essentiæ arguunt essentiam, in qua saluatur ratio cuiuslibet essentiæ: & hanc uoco essentiam simpliciter, & cum ueritates rerum sint ipsæ essentiæ, omnes ueritates arguunt unam ueritatem simpliciter. Secundum, quòd debet declarari est, quòd hæc ueritas simpliciter est una; quod fuit principale quæsitum; quod patet sic: Sicut impossibile est esse plures ueritates primas: ita impossibile est esse plu C res ueritates simpliciter: sed tantùm est una ueritas prima: ergo tantùm est una ueritas simpliciter: Quòd tantùm sit unum uerum primum, patet primò sic secundùm Auicennam, primo Metaphysicæ, est tantùm unum necesse esse, sicut ibi probat per multa media; sed uerum simpliciter est uerum sub ratione necessarii, non sub ratione possibilis: (Appello enim uerum simpliciter sub nobilissimo modo ueritatis; hoc autem non potest esse sub modo possibili; quia nobilior modus ueritatis est, aspicere ueritatem sub modo necessarii, quàm sub modo possibilis) ergo impossibile est, quòd aliquod possibile sit uerissimum in summo gradu ueritatis; ergo illud, quod uerum D est in summo gradu, est necesse esse; tale autem secundùm Auicennam, unum est tantùm (quod etiam probabitur inferiùs) ergo tãtùm est unum primum uerum. Secundò hoc idem patet sic: si sunt plures ueritates, uel plura uera simpliciter, & maximè; cum omnis multitudo participet aliqualiter uno; oportet, quòd hoc reducatur ad aliquam ueritatem: uidendum est ergo, ad quam ueritatẽ reducitur multitudo. Dicetur.n. in quantum quòd multa numero sunt unum specie, ergo multitudo naturalis reducitur ad vnitatẽ speciei. Secundò multa in specie sunt vnũ in genere, ergo multitudo speciei reducitur ad ueritatẽ generis. Tertiò multa genere sunt unũ analogia:

Veritas simpliciter una est.

Nobilior modus aspiciẽdi ueritatem quis.

Omnis multitudo participat aliqualiter uno.

nam prædicamenta non sunt unum genere, & tamen sunt unum analogia: Plus dico, quòd illud, quod est in genere, & quod non est in genere, reducitur ad unitatem analogiæ: unde creatum est in genere; Deus autem non est in genere; & tamen hæc duo sunt unum in ente analogo: ergo omnis multitudo, quæcunque sit illa, ad unitatē reducitur: Si ergo sunt duo uera simpliciter, uel reducuntur ad unitatem speciei, & hoc est impossibile; quia omnis multitudo per indiuidua est propter imperfectionem speciei, quæ non est perfectè saluata in uno: Præterea in uerò simpliciter idem est esse uerum, & esse hoc uerum: sic ergo idem est uerum, & hoc uerum; sicut non potest hoc uerum multiplicari in plura; ita nec uerum: & est simile, si idem esset esse hominem, & esse hunc hominem: sicut hic homo non potest esse in pluribus: quia hoc est contra naturam indiuidui, scilicet, ut sit in pluribus; sic nec esse hominem posset esse in pluribus, ex quo simpliciter idem esset esse hominem, & esse hunc hominem; Cū ergo simpliciter uerum sit simplicissimum, idem est uerum, & hoc uerum; sed hoc uerum nō potest saluari in pluribus, nec multiplicari, ergo nec uerum: & hæc est ratio Auicennæ ad probādum, quòd est tantùm unum necesse esse. Nec potest dici, quòd sint plura uera, quæ sint unum in genere, & plura in specie; quia sic illa uera essent composita ex possibili, & actuali; quod autem in se capit potentiam, non est uerum simpliciter, sed secundùm quid. Ad quod notandum est, quòd illud, quod est in genere, est quid arctatum ad certam perfectionem generis: quod n. habet perfectionem unius generis, non habet perfectionem alterius: nam Prædicamenta sunt ad distinguendum diuersas perfectiones; quod autem est arctatum ad certam perfectionem non est uerum, nisi secundùm quid. Appello enim uerum simpliciter, quod habet omnem perfectionem ueri: tale autem non est in genere: quia (ut iam dictum est) omne, quod est in genere, arctatam habet perfectionem: ergo non possunt esse plures ueritates simpliciter, specie differentes, nec numero; Igitur si sunt plures, oportet, quòd sint plures ueritates simpliciter, quæ sint unum in analogia: hoc autem implicat oppositionem, scilicet, quòd sint ueritates simpliciter, & quòd habeāt analogiam adinuicem: Nā illa, quæ sunt analogia unum, habent attributionem ad aliud, sicut incompletum ad completum: omnia enim talia, quorum unū se habet hoc modo ad aliud, in uno magis saluatur ratio analogi, quàm in alio: ita quòd in uno simpliciter, in alio secundùm quid: Sicut quia omnia entia habent attributionem, & analogiam ad substantiam, in substantia magis saluatur ratio entis: & Similiter, quia omnia sana habent attributionem ad sanitatem animalis, in animali saluatur sanitas simpliciter, & in aliis non, scilicet urina, & pharmaco, sed secundùm quid; ut in urina solùm significatione, & in

Multitudo omnis ad unitatem reducida est.

Multitudo per indiuidua propter quid est.

Quod habet secum admixtam potentiam, nō est uerum simpliciter.

Prædicamēta sunt ad distinguendum diuersas perfectiones.

E pharmaco solùm effectiuè, & non formaliter in aliquo istorum: ergo solùm secundùm quid. Si ergo ueritates habent analogiam adinuicem, oportet, quòd ueritas in uno saluetur simpliciter, in alio secundùm quid: ergo non sunt duæ ueritates simpliciter, sed una tantùm: nam idem hic dicitur simpliciter esse, & maximè esse. Tertiò hoc idem sic patet: nam sicut in omni genere est dare unum, quod mensurat omnia illius generis: ita quòd secundùm participationē illius unius omnia illius generis habent gradus, magis & minùs nobiles īter se, Vt uerbi gratia, in genere coloris albedo est mensura omnium colorum; ita quòd secundùm appropinquationem maiorem & minorem ad albedinem est maior & minor nobilitas in coloribus: ita suo modo in toto ente, & in

F toto ambitu ueri est unum uerum, & unum ens, quod est mensura omnium entium, & omnium uerorum: & sicut est impossibile dare duos colores, specie differentes, qui sint in æquali gradu nobilitatis; ita est impossibile dare duo entia, specie differentia, in æquali gradu. & sicut inæqualitas in coloribus in gradu essentiæ arguit tantùm unum colorem nobilissimum: ita duo uera unū uerum nobilissimum, & duo entia unum ens nobilissimum. Si ergo sunt duo uera simpliciter, oportet, quòd sint æqualiter uera: esse autem æqualiter uera, non est; nisi quia aspiciunt æqualiter unum: sic aliqua dicuntur inæqualiter uera: quia inæqualiter aspiciunt unum: si igitur sunt æqualiter uera: æqualiter aspiciunt unum; illud:

G autem unum, quod aspiciunt uerius est utroque: quia est mensura utriusque: ergo illa non sunt simpliciter uera, quòd idem est, quòd maximè uera; quia magis uero nihil est uerius: his autē duobus, quæ respectu prioris sunt æqualiter uera, aliquid est uerius, scilicet illud, respectu cuius dicuntur æqualiter uera: & sic ista duo non habent rationem primi ueri, sed illud unum, respectū cuius sunt æqualiter uera, & istud uocatur uerum simpliciter. Et sic patet, ꝙ est dare unum uerum, quod est primum uerum simpliciter, & ꝙ non sunt plura uera simpliciter: & sic patet secundùm declarandum.

Tertium, quod debet declarari est. Vtrum omnia possint dici uera ueritate prima. Ad cuius

H euidentiam notandum est, quòd Denominatio duplex est: quædam enim est denominatio, quæ fit ab aliquo extrinseco, eo modo, quo dicimus, ꝙ res temporales denominantur à tempore: certum est enim, quòd tempus non est subiectum in rebus temporalibus: ergo denominatio, quæ fit à tempore, fit ab aliquo extrinseco. Secunda denominatio est, quæ fit ab aliqua forma intrinseca; dicimus namque, quòd album est album albedine, & ꝙ homo est homo humanitate: humanitas enim est forma intrinseca homini, & albedo albo: & ita hęc denominatio fit ab intrinseco: Ad propositum dico, ꝙ rē dici ueram, pōt intelligi duobus modis: uno modo, quòd sit uera ueritate

Simpliciter esse, & maximè eē idē.

Denominatio duplex.

Rem dici ueram duplicr.

tate

tate iutrinseca, quæ est idem, quòd essentia rei: A secundo modo, quòd sit uera ueritate primi, quę est mensura omnium ueritatum: prima denominatio est ab aliquo iutrinseco, secunda autem ab extrinseco.

Cōparatio.

Intelligeudum est enim, quòd sicut tempus denominat omnia tēporalia, ita ueritas prima denominat omnia uera; quia nihil est uerum, nisi secundùm quòd aliqua similitudine assequitur ueritatem primam: ita quòd secundùm diuersas assecutiones sunt diuersæ ueritates in rebus, & sic patet, quòd ueritas prima aliquo modo potestr denominare omue uerum. Ad argumentum primum dicendum est, quòd si uerum simpliciter diuidatur contra falsum, sic sunt multa uera simpliciter, licet secundum Auicennam (ut dictum est supra) quodlibet possibile sibi re- B lictum, sit falsum. Si autem simpliciter uerum, diuidatur cōtra illud, quod est diminuto modo verum, sic cùm tantum uuum uerum simpliciter sit primum ens, omnia enim alia a primo sunt diminuto modo uera: omnia enim sicut entia sunt, ita diminuto modo sunt uera.

Sicut entia sunt talsa, ita sunt uera.

Ad secundum argumentum dicendum, quòd prima dignitas est simpliciter uera in primo genere propositionū, sed tamen non est simpliciter uera in genere entis totius; propositiones enim oriuntur ex conceptibus simplicibus, conceptus autem simplices oriuntur à rebus; quia res mouent intellectū nostrum: res autem non sunt uerę, nisi quia sunt similitudines primi entis, & ita omnis ueritas, quę est in propositionibus oritur a primo ente, & ita C solùm primum ens est uerum simpliciter.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum uerum sit, quod dictū est in quæstione præcedenti, scilicet quòd esse uerum, ideo est uerum, quia assequitur primam ueritatem? Dicēdum est quòd sic, Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ueritas, siue uerum est indiuisum esse eius quod est; tunc res est uera, quando est indiuisa a suo esse, quod quidem esse ego uoco esse essentiæ: ex hoc enim est pœnitus uerus homo; quia est indiuisus ab essentia hominis: ita quòd illud, quod est; quod ego uoco hic suppositum; est indiuisum ab esse, quod esse hic uocatur essentia: Et similiter album; ideo est uerè album; quia est indiuisum ab albedine, & sic illud, quod est, album est indiuisum ab esse albedi D nis: Ex quo uniuersaliter potest concludi, quòd ueritas siue uerum est indiuisum esse eius, quod est uerum.

Res tūc redditur uera, quando est a suo eē indiuisa.

Quod si uolumus propriè loqui, dicemus, quòd ipsa essentia est ipsa ueritas, quæ quidem essentia hic dicitur esse; uerum autem est ex hoc, quòd ipsum quod est, est indiuisum a sua essentia, quæ dicitur ueritas: ita quòd ueritas cōprehendit iu se ipsum esse, siue ipsam essentiam; ipsum autem uerum comprehendit in se illud, quod est, & esse; quia uerum causatur ex indiuisione eius, qđ est, & esse: Et si hæc sunt uera, quę credimus esse uera; patet, quòd omne uerum ex hoc est uerum; quia aliquo modo assequitur primum uerum: ex hoc enim (ut dictum est) aliquid A est uerum; quia assequitur suum esse, & quia omne esse est similitudo primi esse; ideo nou potest assequi suum esse, quin assequatur primum esse: & sicut omne uerum est similitudo primi ueri, ita quidquid est uerum, ex hoc est uerum: quia secūdùm participationem assequitur primū uerū.

Verum esse unde oriatur.

At uerò quòd sit principium quoddam, & non infinitæ causæ existentium, nec in directum, nec secundùm speciem, palàm. TEX. 5.

Superius dictum est, quòd omne scitum, per causam est scitum: si autem esset infiuitas in causis, nou posset aliquid sciri; quia infinitum, ut infinitum uō comprehenditur; & ideo Philosophus in hac parte uult ostendere finitatem esse in causis omnibus: Diuiditur autē præsens pars in duas B partes; quia primò ponit intentum suum secundò probat cōclusionem intentam, scilicet quòd infinitas non est in causis: Prima pars in priucipio, ibi [At uerò] Secūda ibi [Mediorum autem extrema.] Circa primum sic procedit: primò ponit intentum suum circa causas in generali: secundò circa unāquanque causam in speciali, secūdùm ibi, [Neq; enim ut ex materia.] Dicit ergo [At uerò] ita dictum est, quòd scimus per causam, quòd uerò sit quoddam principium, iu quo statur in omnibus causis, & non sint infinitæ causæ existentium, nec indirectum, nec secundùm speciem, hoc est manifestum.

Quæstio.

Dubitaret quis Quid uocatur indirectum, infinitum, & secundùm speciem. Ad quod dicendū est, quòd infinitatem esse in causis possumus ima- C ginari duobus modis: Vno modo secundùm aliā & aliam rationem causandi, eo modo quo dicimus, quòd aliam rationem causandi habet agēs, aliam finis, & aliam forma, & aliam materia: possset ergo aliquis imaginari, quòd ad rationem effectus coucurrat una ratio per modum materiæ, & alia per modum formæ, & alia per modum finis, & sic usque in infinitum, secundùm rationes causandi; & cùm uaria ratio causandi uariet speciem causandi, ista infinitas; quia secundùm aliā rationem est, uocatur infinitas secundùm speciē; quia secundùm aliam rationem speciei saluatur in uno modo rō causandi, & in alio.

A.l. uarietatem.

Infinitatem esse in causis dupliciter intelligi potest.

Secūdo modo possumus imaginari uarietatem in causis, secundùm unum modum causandi, & unam ratio- D nem, eo modo quo dicimus, quòd efficieus remotum, & efficiens propinquum uariātur in ista ratione, quæ est, efficere: similiter finis propinquus, & finis remotus uariantur; sed non uariantur in ista ratione, quæ est, causare per modum finis. Eodem modo materia propiuqua, & materia remota conueniunt in uno modo causandi, scilicet per modum potentiæ & materiæ: Similiter conceptus generis, & conceptus differentiæ conueniunt in uno modo causandi, scilicet per modū informationis: posset ergo hic aliquis imaginari infinitatem, causarū in modo causandi secundùm lineam rectam; verbi gratia infra rationem agentis, quòd cum effectus causetur à.D.

& D. ab A,& A.ab F, & ſic uſque in infinitũ:ita quòd hic tota linea infinitatis continuetur ſub una ratione formali,quæ ē efficere: & ideo;quia una ratio formalis non uariat ſpeciem, ſed ſolùm ſecundùm ſub & ſupra;ideo uocatur infinitas ſecundùm lineam rectam,uel indirectam;Et eadem imaginatio,quæ eſt in efficiente, eſt in finibus: poſſet enim aliquis imaginari, quòd finis C.eſt propter finem D.& finis D.propter finem C.& ſic uſque in infinitum;& quia C.D.E. conueniunt in una communi ratione finiendi; ideo nõ dicitur hæc infinitas ſecundùm ſpeciem; ſed quia deficit A. à D. ſecũdùm ſub & ſupra,quaſi ſecundùm unam lineam rectam;ideo uocatur infinitas in directũ. Similiter poſſet aliquis imaginari in materia;quia C. reduceretur ad materiã, B.tanquã ad priorem,& ad D,tanquã ad finē, & ſic uſq; in infinitũ,ubi ſaluatur una ratio cauſandi,ſcilicet potentiæ,uel materiæ; quia tamen eſt prius, & poſterius in ratione cauſandi;ideo uocatur infinitas ſecundùm lineam rectam,uel indirectam:Similiter poſſet aliquis imaginari,quòd cõceptus ſpeciei reſoluatur ad conceptum generis, & conceptus generis ad conceptum entis,& cõceptus entis ad aliquem alium conceptum,& ſic uſque in infinitum: in tali reſolutione eſt conueniẽtia in formalitate; quia unuſquiſque iſtorum eſt conceptus formalis:ſed tamen quia differentia eſt in linea conceptuum, ſecundùm ſub & ſupra; ideo uocatur infinitas ſecundùm indirectũ: Hic ergo modus indirectus differt à primo; quia eſt ſecundùm ſpeciem:quia infra lineam infinitatis primam, quam uocat Philoſophus indirectũ, tota linea infinitatis continetur ſub uno modo cauſandi,ſcilicet uel effectus tantùm, uel finis tãtùm;& ſic de aliis:In ſecunda autem linea infinitatis,quàm uocat Philoſophus,ſecundùm ſpeciē, cõtinentur diuerſi modi cauſandi, quorum unus eſt per modum materiæ, alius per modum efficientis; & ſic de aliis. Vult ergo Ariſt.quòd nec ſecundùm primum modum infinitatis,nec ſecũdùm ſecundum eſt abire in infinitum in cauſis. Deinde cum dicit.

Neque enim ut ex materia hoc ex hoc in infinitum progredi eſt poſsibile,& uelut carnem quidem ex terra, terram ex aere, aerem autem ex igne,& hic non ſtare.Nec unde principium motus, ut hominem ab aere moueri,& hunc à ſole,et ſolem à luce: & huiuſmodi nullum eſſe finem.

Ponit intentum ſuum in ſpeciali circa unam quanque cauſam,& primò circa cauſam materialem,ſecundò circa cauſam efficiētem,tertiò circa cauſam finalem,quartò circa cauſam formalē; Secunda ibi, [neque unde principium motus.] Tertia ibi, [ſimiliter autem in cauſis:] Quarta ibi,[& in qđ quid erat,]Dicit ergo; Neq;.n.hoc ex hoc,ut ex materia,ſupple fieri, poſsibile ē progredi in infinitum,quaſi dicat,non eſt poſsibile, quòd hoc fiat ex hoc, puta.A.ex B.materialiter, & B.ex C.uſq; in infinitum.Et hoc eſt, quod ſub-

Quod in nullo genere cauſæ datur proceſſus in infinitum.

E dit,Veluti nõ eſt poſsibile, ſupple carnem quidē eſſe ex terra;terram autem ex aere,aerem autem ex igne, & hic non ſtare;hoc eſt, quòd non habeant ſtatum & finem:quaſi dicat,quòd hęc duo nõ ſunt poſsibilia, ſcilicet quòd hoc fiat ex hoc, & quòd ibi non ſit ſtatus & finis. Deinde cum dicit.

Neque unde principium motus, ut hominem ab aere moueri,& hunc à ſole,& ſolem à luce,& huiuſmodi nullum eſſe finem.

Ponit intentum ſuum circa cauſam efficientem,dicens,Neq; in cauſis,unde principium motus, hoc eſt in efficientibus eſſe infinitatē,ſupple F eſt poſsibile;ut hominē ab aere moueri, & hunc, ſcilicet aerem,à ſole moueri,& ſolē à luce; & hic nullum eſſe finem,ſupple poſsibile non eſt.Deinde cum dicit.

Similiter autem nec illud, cuius cauſa in infinitum ire eſt poſsibile. Iter quidem ſanitatis cauſa,illa uerò fęlicitatis,et fælicitatem alterius, et ita ſemper aliud alterius cauſam eſſe.

Ponit intentum ſuum circa cauſam finalem, dicēs:Nec eſt poſsibile illud,cuius cauſa fiũt omnia,quod eſt cauſa finalis,in infinitum ire: & ponit exēplum, ut iter cã ſanitatis, & ſanitas cauſa ſęlicitatis,& fęlicitatis alius ſit finis,& quod ſemper aliud aliam cauſam finalem habeat, non eſt poſsibile. Deinde cum dicit.

G *Et in quod quid erat eſſe ſimiliter.*

Ponit intētum ſuum circa cauſam formalē, & dicit: In quid erat eſſe,hoc eſt in ipſa forma, per quam eſt;quid & quidditas ſimiliter non eſt,ſupple abire in infinitum. Deinde cum dicit.

Mediorum autem extrema,quæ eſt aliquid ultimum,& primum neceſſe eſt eſſe,quod prius eſt cauſa ipſorum poſt ſe. Nã ſi dicere nos oporteat unum trium cauſam,quod primum eſt dicimus:non enim quod eſt ultimum. Nullius enim quod finale eſt.Sed nec medium, nam unius. Nihil enim differt unum, aut plura eſſe; nec infinita,aut finita. TEX. 6.

Vbi probat intentum,ſupra poſitum; & circa hoc duo facit, primò probat intētum ſuum in infinitate,quę eſt in directum: ſecundò in infinitate, H quæ eſt ſecundùm ſpeciem: ſecunda ibi. [Sed ſi eſſent infinitæ pluralitates.]Prima in quatuor: quia primò probat intentum ſuum de cauſa efficienti:ſecundò de materiali:tertiò de finali: quartò de formali:ſecunda ibi. [At uerò nec in deorſum,]tertia ibi.[Amplius autem cuius cauſa finis eſt,]quarta ibi. [Sed nec quod quid erat eſſe.]Primò ergo probat intentum ſuum circa cauſam efficientem, & facit talem rationem; quando ĩ cauſis eſt aliquid poſterius,& aliquid prius, & aliquid medium,ſemper primũ eſt cauſa motionis medio,& ultimo; ita quòd omnia mouent in uirtute primi,ita quòd ſi primum non moueret,non mouerent alia; & ſi primum non efficeret,non efficerent alia; & ſic remota cauſalitate à primo,remoueretur cauſalitas ab omnibus;ſed in infinito non eſt primum: ergo non eſt ibi cauſalitas

Quod in cã efficiētē nõ eſt proceſſus in infinitum.

falitas in primo;si nõ in primo,ergo nec in aliis: ergo ponere infinitum in causis agentibus,est remouere omnium causalitatem,sed hoc est impossibile,ergo & primum, scilicet esse infinitum in causis huiusmodi. In ista ratione Philosophus duo supponit: primum est, ꝙ in ordine agẽtium primũ est causa sequentium:secundò,ꝙ in infinito non est primum. Primum suppositum probat in principio. Secundùm probat ibi [infinitorum uerò secundùm modum istum.] Dicit ergo quò ad primum suppositum: Mediorum enim extrema,quæ sunt, hoc est, in quibus est aliquid ultimum,& primũ;necesse est,illud, quod est prius, hoc est primum,esse causam ipsorum,scilicet mediorum,& ultimorum: & ponit exemplum. Nã si oportet nos dicere causam trium ordinatorũ, B supple secundùm primum,medium,& ultimum; illud,quod est primum, dicimus causam istorũ, scilicet mediĩ,& ultimi. Probat autem hoc, dicens: non enim,quod est ultimum potest esse cã in ista totalitate:cum enim omnis causa sit prior effectu, & ipsum ultimum nullum posterius habeat,nullius causa erit. Et hoc est, quod subdit: nullius enim,quod finale est,supple est causa:sed nec medium est causa causatorum; quia non est causa, nisi ultimi. Et hoc est,quod dicit:nam unius est causa tantùm,supple ipsum medium,scilicet ultimi:restat ergo,ꝙ primum sit causa: Ratio ergo Philosophi stat in hoc,ꝙ illud, quod debet esse prima causa,& principalis infra ordinẽ istorum trium; debet habere causalitatem super C omne causatum infra ordinem illum: ultimum autem habere non potest, quia nullius est causa; medium etiam super omnia non habet, quia nõ habet super seipsum; & tamen causatum est, ex quo est medium. restat ergo,quòd prius sit, quod habet super omnia causata,scilicet super mediũ, & ultimum. Et quia posset aliquis dicere, Vtrum possit poni exemplum in pluribus, quàm in tribus:dicit Philosophus, quòd nihil differt unum, aut plura esse media,nec finita nel infinita: quasi dicat,dummodo ponatur primum, medium, & ultimum; quotquot media ponantur in quacunque pluralitate, semper primum est causa mediorum, & ultimorum. Vbi notandum est, quòd ponere esse media infinita,est impossibile,& implicatio etiam oppositionis in adiecto. Si enim D medium est,primũ habet;ratio enim medii semper est respectu primi,& ultimi:ubi autem infinitas est, primum non est: & ideo impossibile est, quòd sit medium, & sit infinitum. Vult enim Philosophus dicere, quòd si esset possibile, quòd me dietas saluaretur in infinito, sicut primum esset causa mediorum,ita esset causa infinitorum:quia ex quo staret cum medietate,quidquid posset sũ per unum, posset super aliud;primum autem, ut primum,semper est causa mediorum. Deinde cum dicit.

Primũ semper ẽ causa medij, & ultimi.

Infinitorum uerò secundùm modum istum, & omnino infiniti partes omnes media sunt; similiter autem usq; modo. Quare si nihil est ex toto aliquid primum,nec ex toto causa nulla est.

Vbi ostẽdit,quòd in infinito non est dare primum,quod fuit secundum suppositum;& primò probat hoc: secundò concludit conclusionem principalem,ibi[quare si nihil est ex toto.] Dicit ergo, ita dictum est, quòd primum est causa mouentium secundorum: infinitorum uerò secundùm istum modum,scilicet in mouendo; & omnino,hoc est uniuersaliter, infiniti omnes partes sunt mediæ: ita quòd ibi priuatur primum: & sic supple, hoc est æqualiter omnes sunt mediæ, usque modò,hoc est, usque ad quamcunque partẽ acceptam: Concludit ergo,quare si ex toto,hoc est,in totalitate infinitatis nihil est primum, hoc est,nulla causa prima mouens inuenitur ex toto; in eadem totalitate causa nulla est, hoc est, tota causalitas remouetur:quasi dicat,ratio infiniti remouet primum mouens:remota autem causalitate à primo,remouetur ab omnibus aliis.

Dubitaret quis, Vtrum in infinito omnes causę sint mediæ?Et uidetur, quòd non; quia mediũ non est nisi in respectu ad primum:in infinito autem non est primum: ergo nec medium. In oppositum est Philosophus in litera. Respondeo,dicendo,quòd medium propriè acceptum,non esset, si esset dare infinitum. Ad cuius euidentiam notãdum est,quòd medium propriè acceptum, in agentibus debet habere tres conditiones, uel proprietates; Vna est, quòd eoipso,ꝙ medium non est primum in causalitate,nec habet uirtutẽ super omnia causata; quia ipsum causatum non habet uirtutem super seipsum. Secunda proprietas est, quòd ipsum medium semper est in respectu ad primum;ita quòd sua causalitas,per quam possit causare,non est nisi uirtute primi,& deriuata à primo. Ex quo sequitur ultima proprietas, quòd omne agens medium est mouens motum; cum enim moueat posteriora, mouens est; sed quia non est nisi uirtute primi:ideo mouens motum est:Si autem esset dare infinitum,benè esset dare rationem medii secundùm primam proprietatem tantùm,scilicet;quia non esset primum negatiuè; sed non secundùm secundam proprietatem esset ratio medii; quia scilicet ut haberet aspectum ad aliquod primum; eo quòd infinitum priuat primum:Nec secundùm tertiam proprietatem;si enim esset infinitas in mouentibus, sine dubio quodlibet esset mouens motum; non tamen in uirtute unius primi:quia infinitum primum priuat:Si ergo esset dare infinitum, quodlibet mouentium esset medium,quantùm ad hoc, quòd quodlibet illorum moueret, non ut primũ mouens,nec ut ultimum; quia infinitum non habet primum & ultimum:sed esset medium quantùm ad istam proprietatem, quæ est, ipsum medium mouere in uirtute primi, & habere aspectum terminatum ad primum terminatum.

Quæstio.

Conditiones medij in agẽtibus.

Quæreret quis, Vtrum si esset dare infinitum in effectibus, omnia media essent æqualiter media,

Quæstio.

dia, sicut uidetur dicere Philosophus? Respondeo, dicendo, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd gradus in agentibus secúdùm sub & supra non est, nisi ex aspectu ad aliquod primum: Debemus enim imaginari, quòd ordo in agentibus est sicut ordo in loco, uel sicut ordo in tempore; illa autem dicuntur ordinata in loco, quæ diuersimodè aspiciunt unum primum locũ, ita ꝙ illa, quæ magis accedunt ad illum primũ locũ dicuntur priora; & quæ minùs, dicuntur posteriora. Vnde si cœlum ponatur primum in locis, ignis dicetur priùs esse respectu terræ; & è conuerso, si terra ponatur primum in locis: Similiter in tempore accipitur ordo respectu unius instantis primi: Sic ergo in agentibus accipitur ordo respectu unius primi agentis: ita ꝙ illud, quod magis accedit ad illud primum agens, est medium in primo gradu; & quod minùs, est in secundo, & sic de aliis; & maximè, quod recedés à primo, in ultimo gradu est; ergo tota ista inæqualitas in mediando est ex aspectu ad primum: cum ergo in infinito priuetur primum, priuabitur iste ordo, & ista graduatio; & per consequẽs, ut dicit Philoso. æqualiter omnia erunt media.

Ordo in agẽtibus est sicut ordo in loco.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum in mouentibus, & efficientibus sit abire in infinitum; Videtur quòd sic secundùm positionem Philosoph. si enim mundus, secundùm eum, est ab æterno; una reuolutio cœli præcessit aliam in infinitum, & unum hominem præcessit alius in infinitum: ergo est procedere in infinitum in causis; quia unus homo causatur ab alio. Ad oppositum sit dictum Philosoph. in hoc loco. Respondeo dicendo, quòd non est abire in infinitum in causis efficientibus; & hoc primò patebit, comparãdo causas ordinatas per se ad causas ordinatas per accidens; secundò hoc patebit, comparando mouens instrumentale ad mouens principale. Prima uia patet, si uideamus differentiam inter per se & per accidens in caussis: Illæ enim causæ dicuntur ordinatæ p se, quando impossibile est, quòd causalitas sit in secũdo, nisi in uirtute primi: ita quòd impossibile est, ꝙ secundum attingat suum effectum, nisi primum præcesserit in uirtute: sicut V. g. elementum non potest attingere effectum suum, nisi per uirtutẽ cœli; & uirtus cœli, nisi per uirtutem motoris: & ideo uirtus elementi; & uirtus cœli, & uirtus motoris sunt ordinatæ per se: Quando autem secundùm potest attingere effectum suum, siue præcesſit primum, siue non; si cõtingat primum præcedere, & secundum sequi, hoc per accidens est: quia hoc secundum ad causandum per accidens ordinatur ad primum, Verbi gratia, si nõ possem habere effectum in tanto uigore, decem homines aliquo mõ ordinarentur essentialiter ad me; si aũt ad uigorẽ effectus mei, & ad ipsum effectũ nihil facit, ꝙ precesserint quatuor homines, uel non præcesserint; si cõtingat præcedere octo, per accidens est: sicut ponitur exemplum commune: Si contingat artificem cum tali instrumento, pu-

Per se, & p accidẽs quo differunt in causis.

Exẽplum.

E ta cum martello facere artificiatum, ibi sunt ordinata tria essentialiter, scilicet ars in mente artificis, instrumentum medium, & ipsum martellũ esse factum per alium martellum; ita quòd sit ordo inter martellum & martellum, ille ordo accidentalis est; quia nihil ad rem, siue sint pauci, siue multi, siue nulli martelli præcesserint, dũmõ iste sit, per quem, tanquam per instrumẽtũ factũ deducatur ad esse. Hac differentia admissa, dicit Comment. quòd in mouentibus ordinatis per se non potest iri in infinitum: quia obuiat ratio Philosophi; quia (ut ostẽsum est) ex hoc est ordo per se, quia secundum nõ potest mouere nisi uirtute primorum; ita quòd si non sit primum, non erit ultimum; in infinito autem non est primum. Et

F ideo ratio infiniti obuiat ordinatis per se; ut si dicerẽ sic, factum artificiatum fit in uirtute instrumenti, instrumentum mouet in uirtute artis, & cum ista sint ordinata per se, impossibile est, ꝙ ars moueat in ratione & uirtute alterius in infinitum; quia hęc posteriora mouent in uirtute unius primi. In causis autem per accidens non sic sequitur, quia ibi non obuiat ratio Philosoph. cum enim in causis per accidens ultima non moueat propter præcedentia, non potest argui, Primum tollitur, ergo tollentur ultima: quia primum non fuit primùm nisi per accidẽs: sicut si mihi agenti accidit, quòd Petrus præcesſit me, non potest argui, quòd sublato Petro, scilicet hoc accidentali, quòd propter hoc tollatur ratio mea; Et in tali

G bus causis mouentibus p accidens, secũdùm Cõmentatorem in hoc loco, non est impossibile abire in infinitum. Vtrum autem hoc posſit improbari, quòd in causis per accidens est infinitas, uel non; non est præsentis speculationis: quod aũt dictum est, dictũ est propter distinctionẽ Commentatoris. Secunda uia patet ex differentia, quæ est inter agens instrumentale, & agens principale: Omne enim instrumentum in efficiẽtibus est mouens motum; instrumentum enim attingit effectum, & quantùm ad hoc mouẽs est; sed quia in uirtute alterius, eo ipso quòd instrumentum, ideo est mouens motum: ergo omne mouens motum est mouens instrumentale: quia semper in uirtute alterius: Principale autem agẽs non est mouens in uirtute alterius; quia hæc est

H implicatio contradictionis, scilicet quòd sit principale, & quòd moueat in uirtute alterius: Si autem esset abire in infinitum in causis mouentibus, oẽ mouens esset mouens motũ; quia si motũ tantũ hoc uoco ultimũ, infinitũ priuat ultimũ: si mouens tantùm, hoc uoco primùm; quia primũ mouens est, quod non mouet in uirtute alterius; infinitum autem priuat primum: ergo secũdùm hoc omne mouens motum, & instrumentaliter mouens conuertuntur; ergo omne mouens esset instrumentaliter mouens, quod est impossibile; sequitur enim contradictio, scilicet quòd esset instrumentale, & quòd non esset instrumentale: De ratione enim instrumenti est, quòd moueat in

Quia particularia inuicem succedentia, sunt inuicem causa per accidens, quia accidit, qđ hoc singulare, tunc præcesſerit, hoc autẽ sequatur.

In causis p accidẽs põ esse processus in infinitum.

Agens duplex, instrumentale, & principale.

Mouens motum, & instrumentaliter mouens conuertuntur.

in uirtute principalis; de ratione eiusdem est, φ sit mouens motum; sed si esset infinitum, nullum esset principale mouens, ergo nullum est mouēs instrumentale: si esset infinitum, omne mouens esset mouens motum, ergo omne mouens esset instrumentale; & sic esset instrumentale & non instrumentale. Ad argumentum in contrarium patet responsio; quia secundùm Commentatorē, ibi est ordo in causis secundùm accidens, ut in reuolutionibus, & etiam in hominibus, si sunt infinita.

TEX. 7. *At uerò nec in deorsum est possibile in infinitum ire, ipso sursum habente principium, ut ex igne quidem aquam, ex hac uerò terram, & ita semper aliquod aliud fieri genus.*

In parte ista ostendit; quòd non est ire in infinitum in causis materialibus: & primò ponit intentum suum: secundò probat, ibi [Dupliciter. n. fit hoc ex hoc] Dicit ergo: at uerò neque possibile est ire in infinitum in deorsum, supple in causis materialibus, ipso materiali habente primum, idest supple, in quo statur in sursum: quasi dicat, supposito, quòd in causis materialibus sit status in sursum, non potest esse infinitas in deorsum: & ponit exemplum, ut ex igne quidem aquam, & ex aqua terrā, & ita semper aliquid ex aliquo fieri in deorsum in interminatum, supple, hoc est impossibile. Notandum, quòd possibile subijcitur agenti, ita quòd processus ad agens est processus in sursum: & ideo in causis agentibus, supposito aliquo ultimo in deorsum, quærebat Vtrū sit abire in infinitum in sursum: processus autem ad materiam est processus in deorsum, trahit. n. materia: ideo supposito aliquo primo in sursum, quærit etiam Vtrum sit abire in infinitū in deorsum? Deinde cum dicit.

In tātis materiali. nō est abire in infinitum.

Processus in efficientibus est ire sursum, processus in materialibus est ire deorsum, quia efficiēs est agēs, materia uerò patiēs, & patientis est subijci.

Dupliciter enim fit hoc ex hoc, non (ut dicitur) post hoc; ut ex Isthmiis Olympia, sed ut ex puero mutato fieri uir, aut ex aqua aer.

Probat intentum; & diuiditur in duas partes, primò ostendit, quot modis fiat hoc ex hoc: secūdò, quòd neutro illorum modorum contingat abire in infinitum. Secunda ibi [Vtroque autem modo.] Prima in duas; quia primò ostendit, quot modis fiat hoc ex hoc: secundò dat differentiā inter illos modos, ibi, [Vt quidem ex puero fieri.] Dicit ergo: dupliciter fit hoc ex hoc, non solùm ē ibi sensus de post, eo modo, quo dicimus, quòd de mane fit meridies, aut ex Isthmiis, hoc est post talia festa fiunt Olympia, hoc est alia festa; sed dicimus hoc fieri ex hoc, aut sicut ex puero mutato fit uir, aut sicut ex aqua fit aer. Vbi notandum est, quòd Philosophus dat hic tres modos, quibus dicitur fieri hoc ex hoc: unus autem nihil facit ad propositum suum: Primus modus est, quòd hoc fit ex hoc; quia hoc fit post hoc; ita quòd unum subiectū non transit de hoc in hoc; eo mō quo dicimus, ex mane fit meridies, idest post mane, nō quia una differentia temporis mō dò sit sub mane, modò sit sub meridie: Secundo

Aliquid fit ex aliquo tripliciter.

A modo, hoc fit ex hoc; quia hoc imperfectum trāsit in perfectum: ita quòd hoc fieri non est, nisi imperfectum perfici, eo modo quo dicimus, φ ex puero fit uir, hoc est puer perficitur per uirtutem. Tertio modo, fit hoc ex hoc; non quia imperfectum perficiatur per perfectum, immo destruitur, & corrumpitur hoc perfectum, eo modo quo dicimus, quòd ex aqua fit aer, non enim est sensus, quòd aqua perficiatur per aerem, sed quòd uno destructo, aliud fit; ita quòd in secundo modo incompletum transit in suum completum: in tertio autem unum completum destruitur, & aliud fit. Notandum est etiam, quòd differentia est inter istos duos modos ultimos; quia hoc fieri ex hoc, potest esse, uel quia totum transit in totum, sola imperfectione ammissa & corrupta; & sic est secundus modus: quia illud, quod fuit sub esse imperfecto, fit sub esse perfecto, Vel quia materia acquirat aliam perfectionem; & sic est tertius modus, nam materia, quæ fuit sub una perfectione, induit aliam formam; ut ex actu aere fit actu ignis: in secundo enim aliquid est motū in magis perfectum, hoc autem est ad formā. Notandum etiam, quòd in his modis est intentio de primo. nam ex puero fit uir, hoc est prius, & ex aqua fit aer, hoc est prius: sed tamen differunt à primo; quia in primo nullum est subiectum cōmune in actu, hic autem est subiectum commune, quod perficiatur, nec per unum terminum, nec per alium: & ideo isti modi illum includunt: tamen differunt ab ipso; quia aliquid addunt super ipsum primum. Deinde cum dicit.

B

C *Vt quidem ex puero fieri uirum dicimus, quomodo ex eo, quod fit, quod factum est: aut ex eo quod perficitur imperfectū. semper enim est medium inter esse & non esse, generatio; ita & quod fit, existentis & non existentis. Est autem addiscens, qui fit sciēs: & hoc est, quod dicitur, φ fit ex addiscente sciens, hoc uerò ex aere aqua corrupto altero.*

Vbi postquam posuit duplicem modum, quòd hoc fit ex hoc, ponit differentiam inter illos modos: & habet duas partes, secundùm quòd ponit duas differentias: secunda ibi [propter quod illa non reflectuntur.] Dicit ergo, quòd illo modo, quo dicimus ex puero uirum fieri; illo modo dicimus, quòd ex imperfecto fit perfectum; eo φ perficitur, quod imperfectum est: quasi dicat in hoc modo ipsum fieri nō est, nisi ipsum imperfectum, etiam quod est in uia ad perfectionem, perfici. Vbi notandum est, quòd debemus imaginari hic tria, scilicet non esse uirum, uel non esse perfectum: secundò esse in uia ad perfectionem, sicut esse puerum: tertiò ipsam perfectionem, scilicet esse uirum: quando ergo ex puero fit uir, nō fit ex nō esse simpliciter, quia illud est quodāmō pfectū; sed fit ex quodā medio, quod quidē est ī quodam recessu à nō esse, & in quodā accessu ad esse. Et hoc est, quod subdit Philosophus: semper enim sicut generatio est medium inter esse, & non esse; quia supple recedit à non esse, & accedit

D

dit ad esse: ita & quod fit, idest quod est in fieri, & in perfici, sicut puer, est etiam medium existentis, & non existentis; sicut V. g. esse puerum, est medium inter esse uirum, & nõ esse uirum: & ponit exemplum, quòd addiscens est illud, quod fit sciens; non fit tamen ex non sciente simpliciter, sed eò quòd est in tendentia ad scientiam, uocatur addiscens; sic ergo in isto primo modo hoc esse ex hoc, est idem, ꝙ perfici per hoc. In scđò autem modo fieri, non est, quòd hoc perficiatur per illud; si quidem unum corrumpitur, & aliud fit: Et hoc est, quod subdit, quòd quando ex aere fit aqua, utrumque est quid perfectum in sua specie; Et ideo est impossibile, quòd hoc fiat ex hoc eo modo, quòd hoc perficiatur per illud; quia perfectio unius speciei non perficitur per aliam: omne enim, quod perficitur ab alio, est in potentia respectu illius; forma autem est perfectio, aqua non est in potentia, ut perficiatur per formam aeris; sic enim fieret unum ex illis, sicut ex perfectione & perfectibili; quod est impossibile; Sic ergo fit hoc ex hoc in isto modo, quia perfectio prima corrũpitur, & alia introducitur; in primo autem modo unum se habet sicut perfectum, & aliud sicut imperfectum; imperfectum autem nõ debet destrui in aduentu perfecti, sed debet perfici, & ideo illud fieri est idem, quòd perfici.

Esse puerũ est medium inter esse uirum, & non esse uirum.

Addiscens nõ fit ex nõ sciente simpliciter.

Quæstio.

Dubitaret aliquis de eo, quod dicit Philosophus, quòd generatio est medium inter esse, & non esse; Vtrum sit uerum: Et uidetur, ꝙ non; quia quod fit, non est; ergo generatio est quoddam non esse. Ad oppositum sit dictum Philosophi. Respondeo. Dicendum est, ꝙ in qualibet generatione tria sunt. Primum est, quòd illud, qđ generatur; possit fieri & generari; & ideo in qualibet generatione requiritur possibile, quod possit perfici ꝑ terminum generationis. Debemus enim imaginari, quòd ipsum generari non est aliud, nisi ipsum possibile medium perfici per formam substantialem; ut quando ex aere fit aqua; hoc est; quia possibile, quod primò perficiebatur per unam formam, modò perficitur per aliam. Secundò oportet, quòd istud possibile positum per uirtutem agentis trahatur ad actum; possibile enim, ut possibile, non trahit seipsum ad actum: ergo trahitur ab alio; omnis enim potentia passiua per actiuam perficitur; ipsam autem potentiam trahi ad actum, est ipsam esse in fieri; dum scilicet possibile trahitur ad actum, & ad ipsum factum esse. Tertiò, oportet, quòd istud fieri terminetur ad aliquem finem; fieri enim esset ociosum, nisi terminari posset; nec natura iniciaret fieri, nisi propter terminum consequendum. Habemus ergo hic tria, scilicet Posse fieri, quod tenet primum gradum, Ipsum fieri, scilicet quando possibile trahitur ad actum, & tertiò Ipsum factum esse, idest, quando ipsum possibile est perfectum, & tractum ad actum; Nomen autem generationis non est impositum possibili secundùm primum gradum, nec secundùm ultimum;

In qualibet generatione tria sunt.

Generari quid.

Finis nõ possibilis terminari, ociosus est.

E quia tunc iam est perfectum, ergo secundùm medium; Cum ergo ille gradus teneat medium inter esse, & non esse; quia quod possibile est, adhuc non est; quod in termino est, iam perfectum est; ergo & ipsa generatio tenet medium inter esse, & non esse; ita quòd esse in generari, & esse in fieri non est, nisi quidam recessus à possibili secundùm primum modum, & quidam accessus ad possibile perfectum secundùm tertium modum; ita quòd quasi est quid mixtum ex esse, & non esse. Argumentum ad oppositum patet per dicta.

Generatio tenet mediũ inter esse, et non esse.

Quæstio.

Dubitaret quis, etiam, Vtrum sit uerum, quod dicit Philosõ. quòd ex addiscente fit sciens? Respondeo. dicendũ quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc tria differunt, nõ sciẽs, addiscens, & sciens: Non sciens dicit simpliciter F negationem scientiæ; ex hoc enim dicitur non sciens, quia simpliciter ignorat: Addiscẽs autem dicit quandam tendentiam ad scientiam, & ad scibile; tendere autem aliquis ad scibile non potest, nisi habeat aliquam notitiam de scibili ad minus in uniuersali; nullus enim quærit scire, quod omnino ignorat: sic ergo non sciens dicere. uidetur ignorantiam negationis: addiscens est in uia ad scientiam, dispositus ad sciendum, nec omnino ignorat scibile, sed partim scit, & partim ignorat: Sciens autem dicit functionem scientiæ, oppositam utrique ignorantiæ; scilicet non scientis & addiscentis. Si autem hæc sunt G uera, patet quòd propriùs dicitur sciens ex addiscente, quàm ex non sciente: scientia enim semper fit ex aliquo præcognito, & ex præexistenti cognitione, sicut dicitur primo Poste. quod autem præcognoscitur, simpliciter non ignoratur, sed semp aliquid præcognoscitur, & aliquid quæritur: Cũ ergo nõ sciens dicat simplicem ignorãtiam, addiscens autem eò dicitur, ꝙ secundum aliquid scit scibile, & secundùm aliquid quærit, & sciens semper iam sit cognoscẽs: patet quòd uerius dictum est; ex addiscente fit sciens; quàm ex nesciente. Deinde dicit.

Non sciens addiscẽs, & sciens quõ differunt.

Propter quod illa non reflectuntur adinuicem, nec fit ex uiro puer. Non enim fit ex generatione, quod fit, sed est post generationem. Sic enim est dies H *ex aurora, quia post hanc: propter quod nec aurora ex die. Altera uerò reflectuntur.*

Vbi ponit secundam differentiam inter duos modos fiendi, hoc ex hoc; dicens, quòd in primo modo, quando scilicet ex imperfecto fit perfectum, non est reflexio; quia ex imperfecto fit perfectum, ut ex puero uir; non autem ex perfecto fit perfectum, sicut ex uiro puer: In altero autem modo reflexio est, quia ex aere fit aqua, & ex aqua aer: Et hoc est, quod dicit litera: Propter quod. s. quia unum est imperfectum, & aliud perfectum in primo modo; ideo illa non reflectuntur adinuicem; Nec fit ex uiro puer; licèt econtrario fiat: sicut naturali ordine, terminus sequitur fieri, non fieri terminum; ita ꝙ ex fieri aliquo

quo modo deuenitur ad terminum, nõ autem ex termino ad fieri: ita quòd ipsum terminum fieri ex generatione, est ipsum necessariò sequi generationem; sicut fieri ex aurora diem, est ipsum diem necessariò sequi ad auroram. Et hoc est, quod subdit Philosophus: Non.n.quod fit, hoc est ipse terminus, nõ est illud, supple, quod fit ex generatione, supple termini: ita quòd non sit ibi alia conditio: sed ita fit, quòd prius est generatione: ita quòd tale fieri necessariò supponit, hoc esse priùs hoc; sicut dies est ex aurora; quia est post hanc: ita quòd in hoc modo, omne ex hoc est hoc.i.hoc sequitur post hoc: Propter quod, quia.s.unum supponit aliud, aurora nõ fit ex die, licèt dies fiat ex aurora: in hoc ergo modo non est reflexio; Altera uerò, hoc est, illa de alio modo reflectuntur: quia non est ibi ista necessitas suppositionis. Vt autem uideatur meliùs ratio Philosophi, notandum est, quòd Materia aliqua aspicit sub quodam essentiali ordine; ita quòd ad unum non deuenit nisi per aliud: ita quòd ordo requirit, quòd primò unum sit in materia, & mediante illo deducatur ad aliud; sicut non aspicit uirum, nisi mediante puero: Et in talibus propter ordinem essentialem, ad ultimum deuenitur per medium, non ad medium per ultimum; & ideo non est ibi reflexio; sic enim deuenit ad uirũ per puerum, quòd non è conuerso; & ad terminum per fieri, quòd nõ è conuerso: Aliqua antem aspicit, nimirum nõ sub aliquo ordine essentiali, nec aspicit unum per aliud, sed indifferenter omnia illa, eo modo, quo aspicit formam aeris, formam aquę: & in talibus potest esse reflexio, propter defectum essentialis ordinis; quia nõ est ibi primũ, & ultimum; sed omnia sunt æqualiter prima ipsi materiæ. Notandum est etiam, ꝙ in primo modo, ubi est ordo essentialis, necessariò quando hoc fit ex hoc, oportet ꝙ hoc fiat priùs hoc; quia hoc requirit ordo essentialis. Et hoc est, qđ dixit Philosophus supra, quòd hoc fieri ex hoc, non est sicut ex generatione tantũ, sed magis sicut prius generatione. In alio autem modo, quia nõ est ordo ibi essentialis, ipsum esse hoc ex hoc, non est necesse esse prius hoc; & hoc propter defectum ordinis: non enim necessariũ est, quòd si fiat uir, præcessit puer; Ita ꝙ in primo modo sic habet locum habitudo, importata per hanc præpositionem, ex, quòd necessariò habet locum illa, quæ est per hanc dispositionem prima: in secundo autem loco ita habet locum prima, quòd non necessariò habet locum secunda: & ideo (sicut dictum est) ibi est reflexio, ubi non est ordo; ubi autẽ est ordo, ibi non est reflexio.

Materia duplex aspectus.

Quęreret quis. Vtrum hoc prius, de quo loquitur Philosophus hic, sit illud, de quo laquutus est supra. Videtur, quòd non; quia loquendo de isto, excludit illud. Respondeo, dicendum est, ꝙ hoc prius, & illud in hoc cõueniunt, quia sicut in illo est ordo essentialis, ita & in isto: quãdo enim dies fit ex aurora, dies sequitur essentialiter auro-

Quæstio.

A ram, & non è conuerso: ita quòd diem fieri ex aurora, est diem necessario ordine sequi auroram; & non è conuerso, & ideo non reflectuntur; fit enim dies ex aurora, & non è conuerso: Sicut est in hoc modo, iam dicto; ita est in hoc modo, de quo loquitur hic Philosophus: uirum enim fieri ex puero, est uirum necessariò fieri priùs per puerum; ita quòd uir necessariò ordine sequetur puerum, & non è conuerso, & sic hij duo modi conueniunt. Et ideo Philosophus in isto modo probans, quòd non est ibi reflexio, dedit exemplum de die, & aurora: ex hoc etiam dans intelligere, quòd hi duo modi conueniunt; Licèt autem sic conueniant; differunt tamen: quia in illo modo unum subiectum non subijcitur utrique: & ideo B impropriè est ibi fieri & generari: hic autem subijcitur subiectum unum, quia uel totum, sola imperfectione remota; sicut quãdo ex puero fit uir; uel màteria existens sub una dispositione, transitur ad aliam: sicut quando ex uino fit acetum, in quo quidem transitu posterior dispositio necessariò supponit primam: acetũ enim necessariò supponit uinum; & ideo ex aceto non potest fieri uinum, nisi fiat regressus usque ad primam materiam: In prima enim materia non est iste aspectus posterioritatis respectu formæ uini, quę est in materia existẽte sub forma aceti: Propter enim aspectum posterioritatis non potest fieri ex aceto uinum, quod est, ex posteriori non fit prius: propter aspectum prioritatis potest fieri ex uino acetum, C quia ex priori potest fieri posterius. Quãdo autẽ facta est reditio usque ad primam materiam, iam materia ammisit aspectum posterioritatis, quem habet sub forma aceti; & ideo ex ea potest fieri uinum. Deinde cum dicit.

Vtroque autem modo impossibile est in infinitum ire, existẽtium uerò intermediorum necesse est finem esse. Quædam uerò adinuicem reflectuntur. Alterius enim corruptio, alterius est generatio.

In qua parte ostendit, quòd non est abire in infinitum in utroque modo posito fiẽdi hoc ex hoc: & diuiditur in duas partes, secundùm quòd primò probat hoc in primo modo: secundò probat hoc in secundo: secunda ibi, [quædam uerò adinuicem.] Dicit ergo primò iam dictum est, quòd D duobus modis fit hoc ex hoc; in utroque autem modo impossibile est in infinitum ire: & hoc patet in primo modo, quia ubi est determinatum mediũ, ibi est determinatus finis, & principium; ubi autem est determinatum principium, medium, & finis, non est infinitas; ergo in primo modo nõ est abire in infinitum: Et hoc est quod subdit: Existentium uerò, supple, mediorum determinatorum necesse est finem, supple, esse determinatum: Est ergo ratio Philosophi in hoc: in primo modo hoc fit ex hoc, determinato medio; determinatum autem medium principium & finẽ habet; ubi autem hæc sunt, non est infinitum, ergo ibi non est infinitas.

Non fit hoc ex hoc in infinitum procedendo.

Dubitaret autem quis. Vnde sequitur est deter-

Quæstio.

terminatum medium, ergo finis, & principium? Respondeo, dicêdum est, quòd natura medij est, quòd sit in quadam analogia ad principium, & finem; ideo enim dicitur medium, quia sub determinato gradu aspicit principium, & finem: sic autem est in ijs, quæ habent analogiam ad aliud, quia posito illo, quod est in attributione ad aliud; ponitur primum, & si non in esse, ad minùs in conceptu: Si enim accidens non est ens, nisi in attributione ad substantiam; non côuenit concipere, quòd accidens sit ens, nisi quia entis, uel substantiæ: Cum ergo medium dicatur in attributione ad principium, & finem; non conuenit concipere medium, nisi concipiendo principium, & finem: & sicut medium habet analogiam ad principiû: ita determinatum medium ad determinatû principium, & finê: Et ideo benè dixit Philosophus, quòd determinatum medium habet determinatum principium, & finem. Alia uia potest deduci sic, secúdùm Philosophum. 5. Physi. medium est, in quod priùs mutat mutans, quàm in ultimum: Priùs autem mutare in aliud, potest esse duobus modis; uel priùs intentione, uel priùs actione: Si loquamur de prioritate intentionis, sic ultimum priùs est, quàm medium; non enim intendit agês inducere naturam medij, nisi propter naturam ultimi: natura enim nunquam intendit inducere illud, quod est ad finem, nisi propter finem. Si autê loquamur de prioritate actionis, natura priùs attingit medium, quàm finem; quia illud, quod est prius in intendendo, posterius est in essendo. Cû ergo ita sit, quòd natura nunquam intendit medium, nisi propter finem; nec attingat medium, nisi ut possit attingere finem; necessariò ubi non potest attingere finem, nec potest attingere medium: medium enim ociosè attinget, nisi possit attingere finem: Et sic ubi potest attingere medium, potest attingere finem; & ubi potest attingi determinatum medium, ibi & determinatum finê: in infinito nullus finis potest attingi, ergo nullum medium: & si medium ibi non est, nec finis; & per consequens in infinitum non est: ergo benè dictum est, quòd ubi determinatum mediû est, ibi determinatus finis est.

Natura medij ad principium, & finem.

Prius mutare in aliud potest intelligi dupliciter.

Natura intendit medium propter finem.

Vbi determinatû medium, ibi determinatus finis.

Quæstio.

Dubitaret aliquis. Vtrum in primo modo fiêdi hoc ex hoc, sit determinatum medium, quod quidem arguit determinatum principium, & finem determinatum? Respondeo, dicendum quòd sic. Vbi notandum est, quòd primus modus est, quòd fit hoc ex hoc, sicut ex imperfecto fit perfectum; omne aût imperfectum determinatum est; ideo imperfectum determinatum est; quia est ad propriam perfectionem, & est ex proprio perfectibili; Vt v. g. quando ex puero fit uir, esse puerum est esse imperfectum, non quodcunque imperfectum, sed determinatum; non est enim esse puerum imperfectio uniuscuiusque entis, nec cuiuscunque possibilis, nec ad quamcunque perfectionem, sed tantum ad esse uirum; ergo imperfectum determinatum arguit proprium possibile,

E ex quo est, & propriam perfectionem, ad quam est; possibile autem uoco principium, perfectionem autem uoco finem. Imperfectum ergo arguit possibile sicut principium, & perfectionem sicut finem: cùm ergo in primo modo fiat ex imperfecto perfectum, illud imperfectum arguit principium, & finem determinatum. Deinde cum dicit.

Possibile habet rationê principij, perfectio autê habet rationem finis.

Quædam uerò adinuicem reflectuntur. Alterius enim corruptio, alterius est generatio.

Probat, quòd non est abire in infinitum in secundo modo: & diuiditur textus; quia primò probat hoc per rationem: secundò probat quòd propriè non fit hoc ex hoc, sicut ex materia: secunda

F ibi [Similiter autem impossibile.] Dicit ergo primò, ubi reflexio est in generatis, & corruptis nô potest esse infinitas in causa materiali; sed in secûdo modo est reflexio; si enim ex aere fit aqua, & econuerso ex aqua fit aer & c. Et hoc est, quod dicit, Quædam uerò generata ad inuicem reflectuntur; & ideo supple, non est ibi infinitas; generatio enim unius est corruptio alterius: quasi dicat, benè est reflexio; quia uno generato, aliud corrumpitur; & econuerso, illo corrupto, aliud generatur.

Quæstio.

Dubitaret quis, Vnde sequitur ista consequêtia: est ibi reflexio; ergo non est ibi infinitum? Respondeo, dicendum, quòd hoc uerum est; quod

G primò sic patet: vbi est reflexio, ibi est primû & ultimum: quia illa dicuntur reflecti ad inuicem, quando illud, quod est primû respectu alicuius, fit postea ultimum respectu eiusdem, Vt si ex aere fieret aqua, tunc aer esset primum respectu aquæ: si autem ex aqua fiat aer; ita quòd sit ibi reflexio; tunc aer est ultimû est: ergo ubi est reflexio, ibi primum & ultimum est; in infinito autem nô est primum & ultimum; ergo benè dictum est, quòd reflexio repugnat infinito. Secundò potest hoc sic declarari: reflexio in elementis est propter finitatem elementorum: si enim elementa essent infinita in deorsum, possem dicere sic, ex igne fit aer, ex aere aqua, & ex aqua terra, ex terra aliquid aliud inferius: sed quia elemêta finita sunt,

Reflexio repugnat infinito.

H non potest fieri ex terra aliquid inferius; immo oportet, quòd sit reflexio ad superius elementû. Tertiò patet, quòd benè probatur, quòd non est ibi infinitas; de qua loquitur Aristo. intêdit enim excludere infinitatem in directum, si autem infinitas est in isto modo generationis, non est nisi in intellectu. Vbi notandum est (sicut dicebatur in causis efficientibus) quòd in per se ordinatis non potest esse infinitas, sed inordinatis accidentaliter non prohibetur: Sicut in causis materialibus, si fiat hoc essentialiter, idest secundùm essentialem ordinê, est ibi dare finitatem necessariò; ut si mixtum fiat ex elementis, & elementa ex potentia materiæ ordine essentiali, necessariò est ibi status in deorsum; quia infra potentiâ materiæ nihil est: cùm autem fit hoc ex hoc accidentaliter, nihil prohibet ibi esse infinitatem; sit aliquid

quid per se, & essentialiter ex potentia materiæ: accidit autem, quòd fiat ex alia forma, quæ non habet ordinem ad istam; ideo potest esse hic infinitas; ut si dicam, quòd aqua fit ex aere, & aer ex aqua alia, & hæc aqua ex aere, & sic usque in infinitum. Notandum tamen, quòd hæc infinitas semper est infra finitas formas elementorum, & ibi semper reflexio est; ita quòd propriè non est infinitas indirectum, sic quòd fieri hoc ex hoc in directũ, capiat infinitas formas specificas. Deinde cum dicit.

Similiter autem impossibile primum sempiternũ corrumpi, Quoniam enim non est infinita generatio insursum, necesse ex quo corrupto primo aliquid factum est, non sempiternum esse.

Admittunt omnes materia principium, sed Arist. sempiternũ facit.

Vbi ostendit, quòd in secundo modo, scilicet fiendi hoc ex hoc, non propriè fit hoc ex hoc, sicut ex materia; quando enim fit hoc ex hoc, sicut ex materia; non corrumpitur, sed perficitur; non enim materia corrumpi potest; quia sempiternum quoddam: quando autem fit hoc ex hoc in secundo modo, ut ex aere fit aqua: hoc est per corruptionem primi, ex quo fit. Et hoc est, quod dicit: Similiter autem impossibile est primũ sempiternum, hoc est primam materiam corrumpi; si autem fit hoc ex hoc, sicut ex materia; ipsa materia corrumpetur, Et hoc est, quod dicit. Quoniam enim non est infinita generatio in sursum, supple, nec supponitur; necesse est, ex quo corrupto primo aliquid factum est, non esse sempiternum; quia generatio unius est corruptio alterius.

1. de Generat. & Corrupt. 17. & 18.

Vbi notandum est, quòd aliter fit aliud ex potentia materiæ, aliter ex contrario, uel ex priuatione: Ex potentia materię fit aliquid per se, sicut ex eo, quod saluatur sub forma fienda, & perficitur per eam: ita quòd fieri aliquid ex potentia, non est aliud, quàm ipsam potentiam perfici; non ut fieri post potentiam propriè: Fieri autem ex contrario, uel ex priuatione, est ipsum contrariũ per priuationem corrumpi; Cùm ergo in secũdo modo fiat aliquid, sicut ex contrario, fit ex illo sicut ex eo, quod corrumpitur: si ergo hic esset materia, ergo materia corrumperetur, quod tamẽ impossibile est: quia sempiterna est.

Quæstio.

Dubitaret quis. Vtrum sit abire in infinitum in causis materialibus? Respõdeo & dico, ꝙ nõ in essentialiter ordinatis: Voco autem essentialiter ordinata, quando unum naturaliter supponit aliud, sicut potentia propinqua supponit remotam; eo modo quo dicimus, quòd naturali ordine mixtum est ex elementis, & elementum ex potentia materiæ: in quo modo necessariò est finitas: quia infra potentiam materiæ nihil est, quod quidem patet sic: Materia substantiatur per posse, sed in posse & in potentia necessariò est status, ergo & in materia: quòd autem in potentia sit status, & infra ipsam nihil sit, patet: nam potẽtia materiæ tenet medium inter aliquid, & nihil: in potentia autem esse, est plus quàm esse nihil.

Potẽtia materiæ media inter aliquid, & nihil.

Tex. cõ. 17.

Vnde Philosophus in Quinto huius, ens in potentia uocat ens; minus autem est esse in potentia, quàm esse in actu: cùm ergo infra potentiam nõ sit aliquid aliud, nisi ipsum purum nihil; ergo nõ est infinitas indeorsum. Si enim aliquid esset medium inter potẽtiam, & nihil; aliquid esset, quod esset minus ens, quàm esse in potentia; quod est impossibile. Vnde possumus sic arguere: nihil & actus sunt determinata extrema finitatis, maximè ex parte actus; actus enim finitus est; inter essentialia autem finita & determinata nõ possunt capi infinita media: cum ergo materia teneat medium inter extrema, & extrema sint finita; ergo non est infinitas in numeris. Secunda ratio patet sic, sicut omnis motio actiua est in uirtute primi agentis; ita omnis motio passiua materiæ ad formam est in uirtute primi possibilis: Sicut ergo fuit arguendum in causis efficientibus, quòd in essentialiter ordinatis omnes motiones secundorum agentium arguunt motionem primi agẽtis, uel mouentis; ita in essentialiter ordinatis omnia passiua arguunt primum possibile; sicut potẽtia propinqua arguit remotam. Deinde cum dicit.

Amplius autem cuius causa finis est. Tale autẽ quòd non alicuius causa, sed alia illius; quare siquidem fuerit tale ipsum ultimum, non erit infinitum: si uerò nihil tale, non erit cuius causa. TEX. 8.

In qua parte ostendit, quòd est status in causis finalibus; probat autem hoc per quatuor rationes; & sic hęc pars habet quatuor partes, secundùm quòd ponit quatuor rationes. Secunda ibi, [Sed qui infinitum faciunt.] Tertia ibi, [Et nullus conabitur Quarta ibi, [Neque utique erit intellectus.] Primò ergo facit talẽ rationem: finis est, cuius causa sunt omnia, & omnia alia sũt propter illud, & ratione illius: tale uerò non est causa alicuius alterius; uel ergo erit dare tale aliquid; et si detur, ultimum est: si autem ultimum, non erit infinitum: si autem nihil detur, ratione cuius alia fiant, & ipsum, non propter aliud; non erit dare finem aliquem, cuius causa fiant alia: Est ergo ratio Philosophi in hoc: de ratione finis est, esse ultimum; uel ergo dabitur finis, uel non: si dabitur, tollitur infinitum; quia ultimum repugnat infinito: si non dabitur, tollitur causa finalis, quod est impossibile; Ita quòd possumus sic arguere, infinitũ destruit ultimum, ergo destruit finem, sed hoc est impossibile, ergo & primum.

Non datur processus in infinitũ in causis finalibus.

Vltimũ infinito repugnat.

Quæstio.

Quęreret quis. Vtrum de ratione finis sit, esse ultimum. Respondeo, dicendum quòd sic: & hoc patet per distinctionem, quæ est inter finem, & illud, quod est ad finem. Nã de ratione eius, quod est ad finem, est; quòd tota natura sua sit in ordine ad aliud; illi autem, quod consistit in ordine ad aliud, repugnat ratio ultimi: de ratione autem est, quòd non sit in ordine ad aliud; ideo enim dicitur finis, quia alia terminat, & ipsum non terminatur; si enim terminaretur, esset finitum, non finis. Si ergo sua ratio est in ordine ad aliud, & natura sua est in terminare, & non in terminari, &

Finis duplex.

tale ultimum eft, ergo fua ratio eft ultimitatis. Deinde cum dicit.

Sed qui infinitum faciunt, latent, auferentes boni naturam.

Ponit fecundam rationem dicens, qui faciunt infinitum in caufis finalibus, auferũt rationem finis, & auferunt naturam boni: quòd auferant naturam finis, patet per præcedentem rationem: ꝙ auferant naturam boni, patet per Philofophum 2. Phyf. finis, & bonum idem.

Quæftio. Quæreret quis, Vtrum finis, & bonum fint idẽ, ficut dicit Philofophus. Refpondeo. Dico quòd fic, hoc autem patet duplici uia. Prima eft talis. Illud, quo non habito, non quiefcit res; & quo habito, quiefcit; uocatur finis eius; quia illud terminat appetitum præcedentem; illud autem, in quo naturaliter res quiefcit, idem eft, quòd perfectio eius: ergo perfectio, & finis funt idem; perfectio autem rei, & bonitas idẽ funt; quia perfectio, uel bonitas rei, nihil aliud eft, nifi perfectio rei: & ideo rem effe bonam non eft aliud, nifi rem indiuifam effe à fua perfectione; ergo idẽ eft bonũ, & finis, & perfectio. Secũda uia patet fic, oĩs finis, uel eft finis rei cognofcẽtis ipfum finem, uel nõ cognofcentis; & in primo modo, & in fecundo finis, & bonum idem: In primo, fcilicet in re cognofcente patet, quia appetitus cognofcitiuus non fertur nifi in bonum; nunquam enim fertur in malum, nifi inquantùm induit rationem, & fimilitudinem boni: nullus enim operatur ad malum afpiciens: cum ergo illud, in quod fertur appetitus cognofcitiuus, fit finis, et hoc eft bonum, ficut probatum eft; ergo finis, & bonum idem. Similiter patet in fecundo, fcilicet in eo, quod ordinatur ad finem, & tamen non cognofcit finem: nã talia, quæ fic ordinantur, non ordinantur, nifi acta ab alio; quod enim ordinetur, hoc habet à re cognofcente, quia opus naturæ non intelligẽtis, eft opus intelligentiæ: fic enim fagitta, quòd ordinetur, habet à fagittante, cognofcẽte finem: fic quòd uerum ordinetur in finem, habet ab intelligentia, cognofcente finem: ita quòd femper opus naturæ reducitur ad opus artis: ficut autem eft, quando aliquid tendit in aliquid, actum ab alio, eo modo tendit, quo eft actum; & eo modo, quo agens deducit. Cum ergo natura non tendat in finem, non nifi acta ab intelligentia; non tendit, nifi eo modo, quo accipit ab intelligẽtia; & eo modo, quo intelligentia imprimens iftum ordinem, tendit: fecundum autem primam rationem intelligentia non tendit nifi in bonum, ergo nec natura: cum ergo illud, in quod tendit aliquid, fit finis eius, ergo in natura finis, & bonum idem. Deinde cum dicit.

Nullus operatur ad malum afpiciẽs

Opus naturæ reducitur ad opus artis.

Et nullus conabitur aliquid facere, ad terminum non futurus uenire.

Ponit tertiam rationem, dicẽs, quòd fi aliquis tollit naturam finis, nullus conabitur aliquid facere; ad terminum non futurus; hoc eft non potens puenire ad aliquem terminum: Eft ergo ra- E tio Philofophi in hoc: qui ponit infinitum in caufis finalibus, tollit terminum: qui tollit terminũ, tollit actionem: fed quòd omnis actio tollatur; hoc eft impoffibile, ergo eft impoffibile ponere infinitum in caufis finalibus: natura fiquidem terminare non poffet, & per confequens non initiaret, & fic deftrueretur omnis actio naturæ. Vbi etiam notandum eft, quòd actio & terminus actionis fe habent fuo modo, ficut antecedens, & confequens: fi autem antecedens eft impoffibile, & confequens eft impoffibile: ita fuo modo, fi terminus eft poffibilis, actio eft poffibilis, & fi terminus eft impoffibilis, certè & actio ipfa eft impoffibilis: cum ergo infinitus terminus fit impoffibilis, ergo & actio. Deinde cum d.

Actio, et actionis terminus fe habens ut antecedens, & confequens.

F *Neque utique erit intellectus in talibus. Nam caufa alicuius femper facit, qui intellectum habet: hic enim terminus finis eft rei.* TEX. 9.

Ponit quartam rationem, dicens, quòd qui ponit infinitatem in caufis finalibus, tollit actionẽ practicam intellectus. Qui enim habet intellectum practicum, femper agit caufa alicuius; hoc autem, cuius caufa agit, eft terminus; Terminus autem finis eft, infinitum autem tollit terminum & finem, ergo &c. Eft ergo ratio Philofophi in hoc: omnis praxis eft propter aliquem finem terminatum, infinitum autem tollit rationem termini, & finis; ergo rationem praxis. Vbi notandum eft, quòd fi eft dare intellectum practicum, neceffariò tollitur ratio infiniti in caufis finalibus; nã G in operante per intellectum, oportet, quòd primò fit aliquid in inteutione; aliàs ad nihil terminatum ageret; iftud autem idem, quod eft primũ in intentione, & in intendendo, eft poftea ultimum in effendo; ubi autem eft primum & ultimum, nõ eft infinitum; ergo in intellectione practica non eft infinitas. Præterea nulla determinata media funt, nifi ad determinatum finem: ideo enim media funt determinata, quia finis eft determinatus; cum ergo intellectus practicus agat per determinata media, ergo propter determinatum finem.

Praxis eft propter aliquem finem terminatũ.

Intellectus practicus tollit rõnem infiniti.

In operãte per intellectũ oportet aliquid effe in intentione.

Quæftio. Quæreret quis. Vtrum fit abire in infinitum in caufis finalibus? Refpondeo, dicendum eft, ꝙ non: hoc autem patet in fine proprio; fecundò H hoc patet in fine communi: Primò ergo in fine proprio fic, Debemus enim imaginari, ꝙ proprius, & certus afpectus eft inter generans, & formam geniti, & actionem geniti, & finem, quem confequitur per actionem: Sicut enim generans generando dat formam, ita fuo modo dat actionem confequentem formã; & fuo modo dat afpectum ad certum finem, cõfequentem illam actionem: & ficut dat terminatam formam, ita dat terminatam actionẽ, & terminatũ finẽ. Vt. v. g. generans dando formã igni, fibi dat, ꝙ poffit tendere furfum, ut per tendentiã furfum quiefcat in loco proprio; & ficut dat generãs propriã formam, et limitatam, ita dat fibi limitatos afpectus ad limitatos fines, uel ad limitatum finem; ita ꝙ afpiciat certa

certa & determinata tendentia ad unum ultimum; ut enim terminata est natura, sic & finis. Secunda uia patet de fine in communi: Si enim uniuersum unum est, oportet, ꝙ partes uniuersi, & ipsum uniuersum connectantur in uno fine: Ita ꝙ sic imaginabimur, sicut imaginatur Commentator in Quinto huius, ꝙ bonũ partis est propter bonũ totius, & bonum totius est propter bonũ Ducis, ita ꝙ pars uniuersi est propter uniuersum, & ipsum uniuersum propter ipsum motorẽ, & est ibi status; ita ꝙ nullum medium finem imaginabimur inter partes uniuersi & vniuersum, nec inter uniuersum & primum motorem, Si.n. aliquid esset medium inter uniuersum, & primũ motorem, propter quod esset uniuersum; ipsum esset melius in uniuerso, quod est impossibile; tũ quia solus primus est melius in uniuerso; tum ẽt, quia ipsum, ex quo esset aliud à primo, esset pars uniuersi, & ideò in inferiori gradu respectu uniuersi. Quòd aũt hæc ratio sit bona, patet ex hoc, quia omnia suo modo intendunt assequi esse proprium, quod noco ipsum finem proprium, & per illud assequi esse diuinum, in quantum possunt, quod uoco communem finem, & ibi est status. Tertia uia potest patere sic. dictum est in causis efficientibus, ꝙ si esset ibi abire in infinitum, omne mouens esset mouens motum; esse autem mouens motum debet attingere unum principale mouens, quod est mouens tantùm; ꝙ ita sit mouens, ꝙ non motum; quia mouẽs motum est instrumentum, omne autem instrumentum arguit principale, & primum: Ita suo modo, si esset abire in infinitum in causis finalibus; omne, quod esset infra illũ ordinem, & esset finis, & esset illud, quod est ad finem: Sicut ergo imaginor suo modo, quòd omne mouens motum arguit primum mouens, quod est mouẽs tantùm: ita illud, quod est ad finem, & est finis, arguit illud, quod est finis tantùm; Sicut autem in mouentibus omne mouens motum mouet in uirtute primi motoris; & qui tollit illud, tollit totum ordinem, ita in causis finalibus omnia præcedentia mouent in uirtute illius, quod est finis tantùm, & qui tollit illud, tollit totum ordinem. Deinde cum d.

Bonum partis est propter bonum totius: & bonum totius propter bonum ducis. vide 12. Metaphy. 52.

Omnia intendunt assequi esse proprium, & per illud assequi esse diuinum.

TEX. 10.

Sed nec quod quid erat esse conuenit reduci ad aliquam diffinitionem, multiplicantem rationem.

Vbi probat, quòd in causis formalibus non est abire in infinitum: & diuiditur in duas partes: quia primò probat intentum suum: secundò illud probat; secunda ibi, [Semper enim quæ ante est.] Dicit ergo primò, quòd in causis formalibus, siue in causa formali, per quam est quod quid erat esse, non conuenit reduci, supple conceptus formales, integrantes diffinitionem ad aliam definitionem; definitionem dico, multiplicantem rationem, hoc est, uariantem semper aliã & aliam definitionem, & rationem in infinitũ. Vbi notandum est, quòd intẽtio Philosophi est, quòd quælibet forma specifica componatur ex conceptibus formalibus, quia species sunt sicut

Forma quælibet specifica componitur ex conceptibus formalibus.

A numeri; & explicatio horum conceptuum est definitio rerum; & in his conceptibus est prius & posterius; & unus conceptus per se facit aliam rationem, quàm secundus, & omnes simul faciũt unum conceptum completum. Verbi gratia, in specie hominis est conceptus rationalitatis, & humanitatis, & substantiæ, & entitatis, & ultimus conceptus, scilicet rationalitatis facit cõceptum differentiæ, & animalitatis conceptum generis subalterni, & substãtię generalissimi, & entitatis conceptum analogi, & sic semper vnus conceptus facit aliam & aliam rationem; & hi omnes faciunt conceptum hominis. Vult ergo Philosophus, quòd in his conceptibus non est abire in infinitum; scilicet, quòd alia & alia ratio, uel definitio uarietur in infinitum, scilicet in B infinitate conceptuum. Deinde cum dicit.

Semper enim; quæ ante est, magis est, & quæ posterior non est. cuius autem primum nõ est, nec erit quod habitum est.

Vbi probat, ꝙ in causis formalibus non est abire in infinitum: & primò probat, quòd non est abire in infinitum in conceptibus formalibus ascendendo, sed quòd est stare in uno primo cõceptu: secundò probat, quòd nulla forma materialis sit infinita: secunda ibi, [Sed materiam in eo quòd mouetur.] Prima diuiditur in duas partes, secundùm ꝙ primò probat, ꝙ in conceptib. formalibus non est infinitas in sursum: secundò quòd nec in deorsum: secunda ibi, [Amplius autem scire destruunt.] Dicit ergo primò, in cõ C ceptibus formalibus semper ille, qui est ante, est magis, hoc est, maioris ambitus, quàm consequens conceptus; sicut conceptus animalis est maioris ambitus, quàm conceptus hominis: & ille conceptus, qui est posterior, non est nisi sit prior conceptus; nam posito posteriori conceptu, ponitur prior; & si primum non est, nec habitum, idest consequens conceptus non erit: si autem est infinitas in conceptibus, non est ibi dare primum conceptum, ergo nec secundum, & per consequens nullum. Est ergo ratio Philosophi in hoc, quòd conceptus formales essentialiter ordinati, sicut generis, & speciei ita se habẽt adinuicem, quòd posito posteriori conceptu po D nitur prior. Verbi gratia, posito conceptu hominis, ponitur conceptus animalis, & destructo cõceptu primo, destruitur posterior; ut destructo conceptu animalis, destruitur conceptus hominis: Si autem esset infinitas in conceptibus in sursum, non esset ibi primus conceptus, & ita nec secundus: ergo ponere infinitatem in conceptib. formalibus, est destruere omnem rem conceptam, & omnem ordinem. Notandum est, quòd omnes conceptus in prædicando resoluuntur ad generalissimum; conceptus autem generalissimi ad conceptũ analogi, scilicet entis (si tamen ens dicit alium conceptum à prædictis) conceptum autem entis ad nullum alium resoluitur: ideo necessariò in conceptibus status est. Deinde d.

In cãis formalibus nõ est abire in infinitum.

TEX. 11. *Amplius autem scire destruunt, qui ita dicunt, non enim possibile scire, priusquam ad indiuidua perueniatur.*

Vbi ponit, quòd non est abire in infinitum in conceptibus in deorsum:& hoc probat per duas rationes, secũda ibi,[& cognoscere non est] Dicit ergo sic: qui ita dicunt.s.φ est abire in infinitum indeorsum, destruunt ipsum scire: quia non conuenit aliquid scire, nisi deueniatur ad ultimũ conceptum, qui est conceptus indiuidui; in infinito autem non est ultimum: igitur infinitas destruit scientiam. Vbi notandũ est pp rõem Philosophi, φ scientia propriè habetur de specie, species autem non propriè põt sciri, nisi sciatur ultima differentia, quæ specificat speciẽ; si ergo non conuenit in genere dare ultimam differentiam, immo esset abire in infinitũ indeorsum, si post rationale posset inueniri alia differentia, & sic usque in infinitum; non contingeret scire hominem, quia non contingeret aliquod ultimum, quod specificaret hominem. Notandum ẽt est, φ hic appellat Philosophus indiuiduum ultimam differentiam, quæ non est resolubilis in alios conceptus ulteriores; Quod (ut meliùs uideatur) sciẽdum est, φ aliter diuiditur genus in hæc inferiora, aliter species; quia diuisio in differentias est diuisio formalis, & ideo diuisio generis est diuisio in conceptus formales; quare genus irresolubile ad alios conceptus: diuisio autem speciei in indiuidua est diuisio materialis, & ideo non diuiditur in alios conceptus Petri, & Martini; uariatur tamen per materiam, scilicet conceptus humanitatis:& quia ita est; ideo conceptus speciei irresolubilis est ad alium conceptum: ideo uocatur conceptus indiuiduus; sicut conceptum generis possumus nocare conceptum diuiduum, & resolubilem. Tunc sequitur pars supra dicta, scilicet,

Scientia propriè est ipsius speciei, quæ sciri nequit, nisi sciatur eius ultima differentia.

Indiuiduũ dicitur ultima differẽtia.

Cognitio, quæ esse non potest. Qui namq; fieri potest, ut ea, quæ hoc pacto sunt; infinita intelligãtur?

Quæ diuiditur in duas præcipuas partes; quia primò ponit rationem; secundò remouet quoddam dubium: ibi [Non enim est simile.] Dicit ergo primò, quòd si ponatur infinitas in formis, nihil conuenit sciri, & cognosci: quia infinitum ut infinitum cognosci non potest: quod enim cognoscitur, ab intellectu pertransitur, infinitum autem pertransiri non potest, ergo infinitum cognosci non potest. Notandum est, quòd cognitio rei perfectè haberi non potest, nisi per definitionem eius; definitio autem rei non est, nisi explicatio conceptuum contentorum in re; ut explicatio generis, & differentiæ. Debemus enim imaginari, quòd illud idem, quod dicit definitum, dicit & definitio; sed definitum dicit illud quasi modo confuso, & non modo explicato; definitio modo claro explicat omnia principia rei: Si ergo omnis res per definitionem cognoscitur, & definitio non est nisi explicatio conceptuum, ut

Definitio rei est explicatio conceptuum, contentorum in re.

E dictum ex; non potest cognosci res, nisi cognoscantur conceptus explicitè: ut non cognosco hominem, uel naturam hominis, nisi per explicationem generis, & differentiæ: si autem essent conceptus infiniti, cum infinitum non possit cognosci, nec illi conceptus cognoscerentur, uel explicarentur; & per consequens nec definitum. Deinde cum dicit.

Non enim est simile de linea, quæ secundum diuisiones quidem non stat, intelligere uerò non potest, nisi sistat: quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertransit.

Remouet quoddam dubium: posset enim aliquis obiicere Philosopho, infinitum nõ potest cognosci, sed linea est infinita, ergo non potest cognosci. Ad hoc respõdet Philosophus, φ quando

F dictum est, φ infinitum non potest cognosci, uerũ est de infinito simpliciter; linea autem nõ est infinita, nisi solùm secundũ quid; quia solũ est infinita in potentia, & nõ in actu. Et hoc est, quod dicit litera, quòd non est simile de linea, & de infinito, de quo dictum est; linea enim solùm est infinita secundùm diuisionem, & tamen est infinita simpliciter. Vnde lineam non conuenit intelligere illum, qui non reducit eam ad aliquam unitatem, & ad aliquem statum; qui enim in linea considerat infinitas sectiones, idest infinitas partes, illas partes enumerare non poterit, & per cõsequens nec intelligere: quia quidquid intelligitur, aliquo modo ab intellectu numeratur. Notandum est, quòd esse in potentia est esse secun-

Infinitum duplex.

G dùm quid; esse antẽ in actu est esse simpliciter; illud ergo, quod est infinitum in potentia, & finitum in actu, est scđm quid infinitum; tamen simpliciter finitum; quod ãt est simpliciter finitum, licèt sit secundùm quid infinitum & diminutè, intelligi potest: linea autem est hmói: est.n. simpliciter finita: & tamen scđm quid infinita: & sic à nobis potest intelligi. Notandum est, φ partes lineę possibiles accipi per diuisionem, non capiũtur à nobis, ut faciunt quandam infinitatem; sed solùm ut sunt reductæ ad unitatem ipsius totius; & sic capiuntur à nobis semper ut finitæ. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd nullus poterit numerare, idest intelligere sectiones possibiles, supple in linea, nisi inquãtũm reducitur ad unitatem. Deinde dicit.

H

Sed materiam in eo quòd mouetur, intelligere est necesse, & infinito nihil est, esse autem non. TEX. 12.

Vbi postquam probauit, quòd non est infinitas in conceptibus formalibus, probat quòd forma materialis non est infinita: dicens, φ necesse est in omni eo, quod mouetur, intelligere materiam; materia aũt de se est quid infinitũ, & hoc quia in materia est negatio omnium formarũ; Et hoc est, quod dicit litera: in infinito aũt, hoc est in materia, quę infinita est; nihil, hoc est, est generatio omnium formarum; & sic ipsa est indeterminata & infinita; quia omnis finitas est à forma; esse autem, datum à forma, non est in finitum,

Ex hoc haberi põt, in caelo esse materiam.

finitum, sed determinatum. Et hoc est, quod dicit litera, quòd ipsum esse formale non est infinitum: quia est finito esse, idest, quia finitum, & determinat ipsam infinitatem materiæ; Notandum est, quòd ratio Philosophi in breui est ista, quòd materia est infinita, & interminata; & hoc quia de se non determinatur ad aliquem gradum firmitatis, siue formæ: de se enim nec est quid, nec est quantum, nec est quale, sicut dicetur in Quinto ergo forma finita est, & determinata; & hoc quia ponit materiam in certo gradu, & in certa determinatione. Notandum est, quòd duplex est infinitas: est enim quædam infinitas, quę oritur ex perfectione rei; & ista infinitas est in primo principio, quòd propter suam perfectionem capit omnem perfectionem entis, & talis infinitas sequitur formam, & non materiam: Alia est indeterminatio & infinitas, quæ oritur ex imperfectione & priuatione, & tali infinitate est infinita materia. cuius natura est, quòd non sit determinata, sed quòd possit determinari: & sicut materia est infinita tali infinitate; ita forma est infinita: sicut enim materia est determinata, ita forma est determinata: materia enim de se nec est quid, nec est quale, & sic de aliis prædicamentis: forma autem uel est quid, uel est quale, & sic de aliis. Et hoc est, quòd dicit Philosophus in litera, quòd in infinito est quoddam nihil, hoc est quædam negatio formarum; infinitum autem uocat materiam; forma autem non est quid infinitum, & hoc quia est esse infinito, idest quia dat esse determinatum materiæ, quæ est infinita.

Elici potest quale sit eo materia. *Infinitas duplex.* *Quo materia sit infinita.* *7. Metaph. Tex. cõ. 8.*

Quæreret quis, Vtrum in omni eo, quod mouetur, sit materia? Respondeo. Dicendum est, ꝙ sicut motus ad locum docuit nos locum; ita motus ad formam docuit nos materiam: non enim imaginandnm est, quòd forma transmutetur in formam; sed quòd possibile, quod perficiebatur per unam formam, perficitur per aliam: sic ergo in omni eo, quod mouetur ad formam, debemus imaginari aliquod possibile commune, quod transmutetur de forma in formam: hoc autem possibile uoco materiam. Consequenter.

Quæstio.

Quæreret quis, Quia ratio prædicta non est, nisi de motu ad formam, Vtrum motus ad locũ arguat materiam. Respondeo. dicendum est, ꝙ duplex est motus ad locum, scilicet motus rectus, qui sequitur naturam elementorum, & motus circularis, qui sequitur naturam cœli: de primo manifestum est, quòd arguit materiam: quia naturali ordine sequitur motus ad formam; nam generans quantùm dat de forma, tantùm dat de loco: ita quòd idem possibile existens impossibile ad formam, est impossibile ad locum: Verbi gratia, possibile, quod est possibile ad formam, ignis est; possibile ad locum sursum; & idem agens, quod trahit hoc possibile ad actum, trahit ad proprietates sequentes formam, scilicet ad locum; Cum ergo iste motus necessario ordine arguat motum ad formam, & motus ad formam non possit absolui à materia, ergo nec ipse motus; & maximè quia infra unum possibile est locus, & forma: Si autem loquamur de motu circulari corporum cœlestium, diceret Commentator, quòd non arguit materiam: nam motus ad locum non arguit materiam, nisi quatenus est motus ad formam; in cœlestibus autem non est motus ad formam: Imaginatur enim Commentator, quòd generatio & motio ad formam sint proprietates materiæ; & si aliquid potest absolui à motione formali: non obstante, quòd non absoluatur à motione secundùm locum; absoluitur à materia; cœlum autem est huiusmodi, ergo. Vtrum autem hoc sit uerum, quòd dicit Commentator, infra in Octauo, huius poterit patere.

Quæstio. *Motus ad locum duplex.* *Generans quantũ dat de forma, tãtum dat de loco.*

Quæreret quis. Vtrum forma materialis sit finita, nel infinita? Respondeo. Dicendum est, quòd imaginandum est de infinitate in forma, sicut de infinito in quanto: infinitum autem in quanto uocatur illud, quod capit omnem gradum quanti: sicut si esset aliquod infinitum in numeris, caperet omnes species numerorum; sic in finitum in forma & in essentia est, quod capit omnem perfectionem entis; & quod non est limitatum ad aliquem specialem gradum entis; forma autem in materia limitata est ad aliquem certum gradum entis, ideo semper finita est. Debemus enim imaginari, quòd forma recepta in alio, ex receptione limitatur, ita quòd non potest attingere omnem gradum entis, & perfectionis, sicut forma abstracta: & ideo in materia limitationem accipit à materia, & è conuerso: sicut pluries dictum est.

Quæstio. *Infinitum duplex.*

Quæreret quis, Vtrum forma immaterialis possit dici infinita? Respondeo. Dicendum est, quòd in forma possumus imaginari triplicem gradum: est enim quædam forma, quæ est ipsum esse subsistens, & ideo habet omnem perfectionem ipsius esse, & ideo infinita est; & talis est una sola, scilicet Deus: Alia est forma, quæ non est ipsum esse subsistens, sed est esse participatum, & suo modo est essentia recepta in alio; quomodo autem recepta sit. inferiùs dicetur: & talis essentia, licèt habeat esse participatum, tamen nõ habet esse immersum materiæ: & talis forma est forma intellectiua creata, quæ infinita dici non debet; quia esse talis formæ participatum est, & per consequens limitatum. Tertia forma est, cuius esse participatum est, & etiam immersum materiæ: & talis forma, tum propter participationem, tum etiam propter immersionem finita est.

Quæstio. *Forma triplex gradus.*

Quæreret quis. Vtrum forma debeat indicari finita, uel quia est ab alio, uel quia est recepta in alio? Ad cuius euidentiam notandum est, quòd uno modo finitas est in forma, quia est ab alio: Est enim ens in duplici differentia: est enim ens, quod est ens per essentiam; & tale ens non est ab alio, infinitum. n. est: est aliud ens, qnod est ab alio,

Quæstio. *Ens duplex.*

alio, & tale ens est ens per participationem; & quia illud ens est ens per participationem, ideo finitum est; quia omne participatum finitum, & limitatum est; omne autem ens, quod est ab alio, est ens per participationem: ergo omne ens, quod est ab alio, finitum est: forma ergo eo ipso, quòd est ab alio, finita est. Secundo modo causatur finitas, & forma ex hoc, quòd forma est recepta in alio: omne enim receptum secundùm modum receptionis limitatur & finitur: esse autem formale cuiuslibet formæ causatæ est receptum, uel in materia quantùm ad formas materiales, uel in supposito quantùm ad formas immateriale; & ideo omne tale esse formale ex receptione tali est limitatum, & finitum. Est enim diligenter notandum, ꝙ prima forma, quæ est purus actus, est infinita superiùs; & hoc quia nō est ab aliquo: & infinita inferiùs, & hoc quia non est recepta in aliquo. Possumus addere tertiam finitatem, & dicere; quòd omnis forma creata est finita inferiùs; & hoc quia est arctata ad certum gradum, & ad certam differentiam. Quomodo autem intelligantur autoritates de causis, dicentes, ꝙ substantiæ separatæ sunt compositæ ex finito & infinito; poterit aliàs declarari.

Prima forma est infinita superius, & inferius.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum in causis formalibus sit abire in infinitum? Videtur quòd sic, quia materia est in potentia ad infinitas formas, ergo ad minùs in potentia, est infinitas in formis; Postea essentiæ formales sunt sicut numeri: sed numeri habent infinitatem in sursum, ergo & formæ. Ad oppositum sit Philosophus in litera. Respondeo. Dicendum, quòd in hac quæstione duo sunt declaranda. primò enim declarandi, & distinguendi sunt intellectus, quos potest habere quæstio: secundò secundùm illos intellectus respondendum est ad quęstionem. Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ formam numerari potest intelligi tribus modis. Possumus enim imaginari primò, quòd prima forma, quę est purus, & primus actus, sit unum extremum; & ipsum, nihil, sit aliud extremum; & quòd omnes formæ, quæ numerantur & multiplicantur, sint inter ipsam primam formam, & ipsum nihil: ita ꝙ sicut omnes numeri secundùm diuersos gradus descendunt ab ipsa unitate, ita omnes formæ secūdùm gradus descendunt à prima forma; & iste numerus formarum est numerus causatus ex hoc, ꝙ ipsæ formæ diuersimodè aspiciunt ipsam primā unitatem. Secundo modo potest intelligi numerus in forma: non quia ipsa forma numeretur; sed quia infra unam formam numerantur diuersi conceptus formales; sicut in forma hominis numerantur conceptus speciei, differentiæ, & generis. Tertio modo numeratur forma per materiam, uel per illud, in quo recipitur, quidquid sit illud; iste numerus formarum uocatur numerus materialis. Vbi notandum, quòd numerus specificus & formalis ex natura & conceptu formæ accipitur, & non ex aliquo alio; quòd enim

Formam numerari tripliciter contingit.

Numerus formarum quo dicitur & unde oriatur.

E albedo numeretur specificè contra nigredinē, hoc causatur ex natura albedinis, & ex conceptu eiusdem: numerus autem accidentalis, siue materialis causatur non ex ipsa natura formæ; sed ex aliquo alio, in quo recipitur forma: quòd enim hæc albedo non sit illa, hoc non est propriè ex natura albedinis; quia albedo ut albedo non est nisi albedo: quòd autem albedo sit hæc, uel illa, hoc est per aliquid extrinsecum, in quo recipitur albedo: Sic ergo tribus modis numeratur forma; & secundùm hos tres modos hæc quæstio potest habere tres intellectus. Primus enim intellectus quæstionis potest esse. Vtrum inter primam formam, quæ est purus actus, & ipsum, nihil possint capi infinitæ formæ specificæ? Se-

Numerus accidentalis unde sumatur.

Primus sensus quæstionis.

Secundus.

F cundus intellectus potest esse. Vtrum infra unā & eandem formam possint capi infiniti conceptus secundùm sub & supra? Tertius intellectus quæstionis potest esse. Vtrum in formis potest esse infinitas non secundùm speciem, sed secundùm numerum? Sic ergo patet primum declarādum, scilicet secundùm quot intellectus potest intelligi quæstio. Secundum, quòd debemus declarare, est, quòd debet responderi ad quæstionem secundùm istos tres intellectus, & primò secundùm primum: secundò secundùm secūdum: tertiò secundùm tertium.

Tertius.

Si ergo primò quæritur. Vtrū inter puram formā, & ipsū nihil possint capi infinitæ formæ specificę? Dicendū est, ꝙ circa hoc sunt opiniones.

Variæ opinātium sententiæ.

G Dicunt.n. quidam, quòd inter formam primam, quæ est purus actus, & ipsum nihil nec esse possunt infinitæ formæ: quod quidē probāt primò in ordine essentiarum. Dicunt enim, quòd in essentialiter ordinatis necessariò est dare statum; formæ autem specificæ essentialiter ordinantur secundùm sub & supra; & ideo necessariò est ibi dare statum: ex quo sequitur, quòd formæ specificæ nec sunt, nec esse possunt infinitæ. Secundò probant hoc ex habitudine, quàm habent omnes formæ specificæ ad primam formam, quæ est purus actus: omnes enim formæ specificæ respectu primæ formæ se habent sicut numeri respectu unitatis; ipsa enim prima forma unitas simplicissima est, omnes autem aliæ formę cadunt in numerum respectu illius unitatis. Vnde

H sicut numeri aspiciunt unitates secūdm diuersos gradus; ita oēs formæ respiciunt primā formā: Si, aūt hæc sunt uera, ut uidetur; non est infinitas in formis specificis. Videmus enim in numeris, quòd est dare numerum, ꝙ est ita propinquus unitati, quòd nullus alius potest esse propinquior, sicut binarius: ergo similiter in formis est dare unam formam, quæ erit ita propinqua primæ formæ, quæ dicitur unitas, quòd nulla alia poterit esse propinquior; Quod si ita est, necessariò est finitas in formis, quia quando deuentum erit ad formam, quæ est propinquissima primæ formæ, erit ibi status: si enim esset infinitas in formis inter quamcunque formam acceptam, prima forma, quæ

quæ dicitur unitas, posset accipere aliam formã. Tertiò probant ex natura extremorũ: ubi enim sunt determinata extrema, oportet etiam, quòd media, quæ accipiuntur inter extrema, sint determinata & finita: cum ergo forma prima, quæ dicitur purus actus, & ipsum nihil sint duo extrema; ergo omnes formæ, quæ possunt capi inter primam formam, & ipsum nihil; erunt determinatæ, & finitę; sic ergo hi dicunt. Videtur tamen mihi dicendum, quòd inter ipsum nihil, & ipsam primam formam possunt capi infinitæ formæ; ita quòd semper in ascendẽdo potest fieri nobilior forma: Verbi gratia, post materiam sequitur forma elementi: post formam elemẽti in maiori gradu sequitur forma mixti; post formam mixti adhuc in maiori gradu sequitur forma uegetatiua; post formam uegetatiuam adhuc in maiori gradu sequitur forma sensitiua; post formam sensitiuã sequitur forma intellectiua; & sic sẽper ascẽdendo possunt à se tendere formæ in infinitum in nobilitate. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quælibet forma specifica causata, est imitatio primæ formæ increatæ; nulla alia forma creata potest intantùm imitari essentiam diuinam, & formam primam, quin aliqua alia posit plus imitari: essentia diuina est infinitæ perfectionis; & quia est infinitæ perfectionis, ideo infinitis modis est imitabilis; & quia infinitis modis est imitabilis, iõ possunt fieri infinitę species: cũ ipsa spẽs non sit nisi quædam imitatio essentiæ diuinæ: dicere enim quòd non possunt esse species in finitæ, est dicere, quòd deus non est imitabilis in finitis modis: & per consequens sequitur: quòd ideæ, quæ sunt in intellectu primi, sint finitæ; & cum hoc, scd'm cõiter loquẽtes, nõ sit uerum; tenendum est, quòd posint fieri infinitæ formę specificæ. Ad argumentum pro parte alia dicendum est, quòd essentialiter ordinata duobus modis possunt ordinari: Vno modo possunt ordinari ad aliquem primum, quod est finitæ perfectionis, & quod finitis modis est imitabile; & in sic ordinatis est dare statum: & hoc, quia illa essentialiter ordinata, possunt habere totam perfectionem illius primi, ex quo finita est. Secundo modo essentialiter ordinata possunt ordinari ad aliquem primum, quod est infinitæ perfectionis; & sic ordinata non habent statum: & hoc, quia illud primum, ex quo infinitum est, semper potest magis ac magis attingi; ita quòd possunt in ascendendo fieri infinitæ formæ. Ad secundum dicẽdum est, quòd prima forma nõ solùm aspicit alias formas, sicut unitas aspicit numerum; sed sicut numerus finitus numerum infinitum. Notandum est enim quòd prima forma simplicissima est, cum hoc tamen, quòd est simplicissima, infinitissima est: formæ autem creatæ cadunt à prima forma & quò ad simplicitatem, & quò ad infinitatem: cadunt enim à simplicitate primæ formæ; & ideo cadunt in numerum: cadunt etiam ab infinitate primæ formæ, & ideo cadunt in imitationẽ: quia

Opinio propria.

Inter primam formã & ipsum nihil possunt capi infinitæ formæ.

Prima forma siue diuina essentia est infinitis modis imitabilis.

Essentialiter ordinata dupliciter ordinari possunt.

A ergo prima forma est simplicissima & aliæ formæ sunt cõpositę: ideo prima forma aspicit alias formas, sicut unitas aspicit numerum: quia etiam prima forma est infinitissima, & infinitarum perfectionum; aliæ autem formæ sunt finitæ & limitatæ; ideo prima forma aspicit alias formas, sicut numerus infinitus aspicit numerum finitum: & quia ita est, ideo formæ possunt esse infinitæ: Si enim esset dare aliquem numerum infinitum, nũquã posset fieri aliquis numerus ita magnus, quin posset fieri aliquis maior: quia ille numerus infinitus nunquam posset tantùm attingi, quin posset magis: à simili essẽtia diuina pro eo, quòd est unitas infinitarum perfectionum: & ideo nunquam potest tantùm attingi, quin posit magis. Ad tertium dicendum est, ꝙ inter extrema, quorum unum est infinitæ perfectionis, possunt capi B infinita media: & hoc, quia illa media multiplicantur, quia attingũt illud extremum infinitum; & quia non potest esse finis in attingendo illud infinitum extremum, non potest esse finis in mediis: sic ergo patet quæstio secundùm primum intellectum.

Si autem quæratur secundò, Vtrum scilicet, in eadem forma posint esse infiniti conceptus formales secundùm sub, & supra? Sic dicẽdum est, ꝙ non; cuius ratio est, quia omnes conceptus essentialiter ordinati secundùm sub & supra, statũ habent in generalissimo, & in specie specialissima: In generalissimo quidem, quia cõceptus generalissimi est conceptus irresolubilis: nisi fortè C diceremus, ꝙ generalissima resoluuntur ad conceptum entis, si tamen ens habet conceptum: In specie etiam specialissima est status; & hoc quia species specialissima ampliùs non diuiditur per conceptus, sed solùm diuiditur materialiter, sic ergo patet questio ad secũdum secundùm secundum intellectum.

In genere generalissimo & specie specialissima datur status.

Si autem quærat quæstio tertio modo, s. Vtrũ formæ posint multiplicari in infinitum materialiter, & non formaliter? Sic non uideo, quòd sit impossibile: licẽt.n. formę, differẽtes specie, habeant ordinem essentialem adinuicem; tamen formæ differentes solùm numero, non habent ordinem nisi accidentalem; in ordinatis autem accidentaliter potest esse infinitum in potentia; si D enim generatio duraret in infinitum, tales formę potuissent multiplicari in infinitum: sic ergo patet quæstio secundùm tres intellectus. Ad argumentum primum dicendum est, ꝙ numerum esse in potentia ad infinitas formas, potest intelligi dupliciter; Vno modo, ꝙ sit in potentia ad infinitas in specie; & hoc non est uerum, quia formæ, quæ possunt educi per agẽs naturale; & quę sunt infra potentiam materiæ, non sunt infinitæ. Secundo modo potest intelligi, ꝙ materia sit in potentia ad infinitas formas in numero; & hoc nõ est iposs ibile; nec ista infinitas prohibetur à Philosopho: à Philosopho.n. prohibetur infinitas in formis, uel in conceptibus per se ordinatis. Argumen-

In accidẽtaliter ordinatis potest eẽ infinitum in potentia.

Numerũ esse in potentia dupliciter.

gumentum secundum concedendum est, quòd in speciebus (ut dictum est in quæstione) potest esse infinitas. Deinde cum dicit.

TEX. 13. *Sed si essent infinita pluralitate species causarũ, non esset nec ita cognoscere. Tunc enim scire putamus, cum causas ipsas nouerimus. Infinitum uerò secundum adiectionem non est pertrãsire infinito tpe.*

Postquam ostendit, quòd non est dare causarũ infinitatem indirectum; hic ostendit, quòd non est dare infinitatem secundùm speciem, dicens sic; quòd si essent infinitæ species causarũ in pluralitate, & numerositate, non contingeret per istum modum scire effectum. Tunc enim putamus scire effectum, cum causas ipsius cognoscimus: si autem causæ essent infinitæ secundùm speciem, non possent cognosci; quia infinitum non potest cognosci. Notandum est, quòd ratio Philosoph. in breui est ista. Intellectus uidetur limitatus, ergo non pôt cognoscere infinitatē cãrũ, & per consequens nec effectum, in quo claudũtur infinitæ causæ secundùm speciem: si ergo causæ essent infinitæ, periret scientia.

Species causarum sunt finitæ.

TEX. 14. *Contingunt autem auditiones secundùm consuetudinem entibus. Nam ut consueuimus, ita dignamur dici; & quæ præter ea non similia uidentur, sed præter consuetudinem minùs nota, & magis extranea. Nam consuetum notius.*

Postquam Philosophus ostendit, quomodo se habet sciens ad ipsam ueritatem secundùm possibile & impossibile, & secundùm facile & difficile: in parte ista ostendit, quæ sunt, quæ impediũt acquisitionem scientiæ: & duo facit; primò enim ostendit, quid impedit acquisitionem scientiæ: secundò docet, quis est bonus modus acquirendi scientiam ibi, [Propter quod oportet erudiri.] Prima in duas, quia primò ostendit, quomodo consuetudo impedit acquisitionem scientiæ: secũdò ostendit quomodo diuersi diuersimodè se habent ad acquirendum scientiam: secunda ibi, [Alij uerò si non Mathematicè] Prima adhuc in duas, quia primò ponit intentum suum: secundò probat per exemplum ibi, [quantam uerò uim habeat] Dicit ergo, quòd auditiones multum cõtingunt, hoc est conueniunt entibus secundùm consuetudinem, idest ijs, quę consueuimus audire. Nam, ut consueuimus audire, & ita dignamur dici, & ita uolumus assignari: quasi dicat, illa uidentur nobis probabilia & nota, quæ consueuimus audire; quæ autem non consueuimus audire improbabilia nobis uidentur: Et hoc est, quod subdit; qua propter ea, quæ non consueuimus audire, uidentur nobis non similia, idest non probabilia: propter cousuetudinem enim aliquam minùs nota, & magis extranea. Nam illud, quod cõsuetũ est, notius est; cõsuetudo. n. est altera natura: Sicut ergo qđ naturaliter mouetur non mouetur nisi ad unũ: & si contingat moueri ad contrariũ, uiolenter mouetur, & cum difficultate: ita, quod consuetum est ad unum, non mouetur nisi ad ipsum; & si contingat moueri ad contrarium, hoc

Consuetudo est ius moribus institutum, qđ suscipitur per lege, & accipitur tantũ in bonã partem, & tria requirit. primo quòd sit de rebus iustis: secũdò ut sit excerpta à natura & motu uoluntario, & fit à maiori pte populi. tertiò ut sit ad minus per decem annos.

E cum difficultate est: & ideo intellectus, qui consueuit audire aliqua, mouetur in illa, tanquam in probabilia; ad contraria autem nõ mouetur, nisi cum difficultate; quia consuetudo facta est quasi altera natura; cũ quasi inducat intellectũ, ut magis acquiescat uni quàm alteri. Et ideo dicit Cõmentator, quòd fortissimum impedimentum in scientiis consuetudo est; quia propter inclinationẽ consuetudinis intellectus mouetur in aliqua, tanquam in probabilia, quæ de se falsissima sunt. Deinde cum dicit.

Quantam uerò uim habeat consuetudo, leges declarant: in quibus fabulosa, ac puerilia plus possunt propter consuetudinem, quàm si cognosceremus ea.

Ostendit per exemplum, quantã uim habeat consuetudo in ĩpedimento sciæ, dicẽs; quantã uerò uim habeat id, quod consuetum est, supple in
F impedimento scientiæ, ostendunt leges, in quibus fabularia & puerilia magis uidentur probabilia, cognitione, supple, uera de iis. Est ergo exemplum Philosophi in hoc, uidemus apertè, q̃ multa fabularia in legibus, magis uidentur probabilia hominibus, quàm cognitio ueritatis; & magis assentitur illis, quàm ueritati in se: quod quidem non potest esse nisi propter consuetudinem. Vbi notandum est, quòd in legibus humanis multa traduntur puerilia & fabularia, ut homines retrahantur à malis, & prouocentur ad bona; quæ quidem tradi debent in eis; quia tales leges non intendunt cognitionem ueritatis, sed
G solùm cõseruationem boni in Republica; Aliter autem est de lege diuina, quæ intendit cognitionem ueri. Deinde cum dicit.

Leges humanæ pluribus fabulosis et puerilib. refertæ sunt: at secus lex diuina.

TEX. 15. *Alii uerò si non Mathematicè quis dicat, non recipiunt dicentes.*

Ostendit quomodo aliqui se habent diuersimodè ad acquirendum scientiam. Vbi notandũ est secundùm Commentatorem, quòd hic uult ostendere, quomodo aliqui diuersimodè sunt dispositi ad scientiam: quidam enim magis sunt dispositi ad Mathematica: quidam magis ad sensibilia: quidam enim magis ad intellectualia. Et hęc pars diuiditur in quatuor partes: primò enim ostendit, quòd aliqui semper quærunt certitudinem Mathematicam: secundò ostendit, quòd aliqui semper quęrunt certitudinem exemplarem:
H tertiò ostendit, quòd aliqui semper quærunt certitudinem intellectiuam: secunda ibi, [Alii uerò si non exemplariter] tertia ibi: [Et illi quidem omnia certè.] Dicit ergo primò, quòd aliqui sunt, qui non recipiunt ea, quæ dicuntur, nisi probentur eis demonstratione Mathematica. Notãdum est, secundùm Commentatorem quærere demõstrationem Mathematicam in omnibus, hoc potest accidere duobus modis, siue ex duplici causa: Vno modo propter defectum in Logicalib. nam quærere demonstrationem Mathematicam in omni scibili, est ignorare Logicam: nam ostẽdit Logica, quòd quædam demonstrãtur, & quædam non; Conclusionis enim est demonstratio; prin-

Variæ hominum dispositiones ad scientiam.

In omni scibile quærere demõstrãnem Mathematicam est ignorare Logicam.

principiorum autem non: quicunque enim quæreret demõstrationem Mathematicam in principijs, ignoraret Logicam: Certum etiã est, quòd secundùm diuersitatem scibilium in diuersis scientijs sunt diuersæ certitudines, & per consequens diuersæ demõstrationes: non enim in omni scibili est tanta certitudo, sicut est in scibili Mathematico: & ideo in omni scibili non debet quæri demõstratio Mathematica: Videmus enim quòd in Naturalibus demõstrationes sunt, & etiam in Mathematicis; sed tamen demõstrationes Mathematicę potētiores sunt, quàm Naturales; quia demõstrationes Mathematicæ sunt in primo gradu; Quęrere ergo demõstrationes Mathematicas in omnibus, est ignorare differentiam demõstrationum, & per consequẽs ignorare Logicam; Secundo modo quòd aliquis quærat demõstrationem Mathematicam in omnibus, propter naturã est; quidam enim sunt, in quibus dominatur uirtus imaginatiua; & isti quærunt in omni materia loqui Mathematicæ: Possumus addere ijs duabus rationibus tertiam rationem, & dicere, quòd aliqui sunt, qui semper quærunt loqui Mathematicè propter consuetudines; quia à iuuentute imbuti sunt in Mathematicis. Deinde cum dicit.

Ex diuersitate scibiliũ sunt diuersæ certitudines.

In scibili Mathematico potior certitudo.

Alii uerò si non exemplariter, & hi testem induci dignantur poetam.

Ostendit, quòd alij sunt, qui non recipiunt ea, quæ dicuntur, nisi confirmentur eis per exempla, uel per dicta aliorum: & isti multum requirunt Poetarum testimonium, uel aliquod istorũ. Notandum est secundùm Cõmentatorem, quòd nullus crederet, nisi confirmaretur per testimonium aliorum, hoc accidit ex debilitate intellectus; ex debilitate enim intellectus euenit, quòd aliquis non posit pertransire sermones probabiles. isti enim propter debilitatem sui intellectus non sufficiunt speculari naturam ueri in se, & quia intellectus eorum non sufficit, ideo recurrunt ad intellectum aliorum. Vnde si contingat eos cõcedere per intellecta illa, quæ sunt uerissima in se; non concedit ea; quia uerissima, sed quia probabilia & famosa. Notandum est, quòd istius sensus defectus, magnus est defectus in scientia: nam de natura scientiæ est, quòd intellectus acquiescat rei per euidentiam rei in se, non quia uidetur alicui sic, uel non uidetur; nam quando intellectus acquiescit rei propter euidentiam rei in se, tunc intellectus mensuratur à rebus, & hoc est de uirtute scientiæ creatæ; nam intellectus noster mensuratur à rebus, & non ẽconuerso: quando autem intellectus acquiescit rei non propter euidentiam rei, sed propter alterius cognitionem, tunc non mensuratur à rebus; sed per intellectum alterius: ita ꝙ non mouetur à re propter rem; sed à re, quia famosa: certum est autem, quòd multa falsa famosiora & probabiliora sunt aliquibus ueris, cùm autem scientia sit de uero in se, & multa famosa & probabilia sint falsa; non est acquiescendum rei

Ex debilitate intellectus oritur, ut aliquis non posit pertransire sermones probabiles.

Intellectus creatus mẽsuratur à rebus, & non ẽtontra.

A propter famositatem, & probabilitatem, sed propter euidentiam rei in se. Deinde cum dicit.

Et illi quidem omnia certè. His uerò labilis est certitudo, aut propter impotentiam complectendi, aut propter micrologiam. Habet autem quod certum est tale. Vnde quemadmodum in symbolis, & rationibus, non liberum esse quibusdam uidetur.

Ostendit, quòd aliqui sunt, qui quærunt omnia certudinaliter dicere, & illi quidem omnia quærunt certè, quia omnia resoluere uolunt ad principia: his ergo uerò, hoc est aliis labilis est certitudo, & hoc potest contingere propter impotentiam complectendi priora ad posteriora, ex qua complexione causatur certitudo: uel potest contingere propter Micrologiam, hoc est

B propter diligentem & certam inquisitionem, quam attingere non possunt, & illiberum uidetur eis, quòd continuè fiat quæstio usque ad minima: Nam illud, quod certum est, habet aliquid simile; quemadmodum & in symbolis, & in rationibus, ibi autem uidetur esse quædam illiberalitas, quòd ponatur ratio, uel computus de numeris: ita & hic uidetur esse quædam importunitas, quòd quilibet quærat resoluere omnia usque ad minima. Notandum est, quòd scientia non potest haberi nisi ex hoc, quòd posteriora resoluuntur ad priora: ita quòd semper fiat resolutio usque ad aliquid primum, quod quidem non est resolubile ad aliquid aliud: quidam namque sunt, qui propter debilitatem intellectus non sunt apti

C nati facere istam resolutionem, ita resolutio quasi contra naturam eorum est: omne autem, quod est contra naturã flebile, & lacrymabile est, & tristabile: & ideo certitudo habita per istam resolutionem, talibus (ut dicit Philosophus) flebilis est. Notandum est, quòd prima principia, ad quæ stat ultima resolutio, sunt maxima uirtute, quia in eis sunt omnia posteriora uirtualiter; tamen sunt minima quantitate; & maxima est uariatio in conclusionibus, & maxima infinitas; uniformitas autem, & unitas est in principiis: & ideo ex uno principio euenit, ut certificentur multæ conclusiones; Quia ergo principia sunt minima, intellectus autem istorum propter suam debilitatẽ non potest attingere minimum: ideo eis debilis

D est propter certitudo. Deinde cum dicit.

Scientia haberi nequit nisi posteriora ad priora resoluantur.

Oẽ, quod est contra naturã, flebile est.

Prima principia sunt maxima uirtute.

Propter quod oportet erudiri, quomodo singula sunt recipienda; & absurdum est simul quærere sciẽtiam, & modum sciendi. Est autem neutrum facile accipere.

Dat regulam, & artem quærendi scientiam, & primò ponit intentum suum circa duo: secundum ibi, [Acribologia uerò.] Dicit ergo sic, quia igitur sunt multa impedimenta scientiæ, propter quod oportet erudiri, quomodo, uel quando singula sint recipienda, uel quomodo non; nõ enim omnia uniformiter sunt recipienda: non enim eodem modo recipiendum est famosum, & uerum probabile, & necessarium; nec eodem modo demõstrationẽ in mathematicis, & in naturalibus. Simi-

Ars, & methodus quærendi scientiam.

Non omnia sunt uniformiter recipienda.

Similiter dat secundum documentum, quòd absurdum est simul quærere scientiam, & modum sciendi: primò enim homo debet addiscere Logicam; quæ uocatur modus sciendi quàm alias sciẽtias: fatuus enim (ut dicit Commentator:) qui docet uiam simul, & addiscit eam; neutrum autem facile est accipere. Notandum est, quòd omnis scientia est ex decursu principiorum ad conclusiones, & ex resolutione conclusionum ad principia, & ex cõnexione primorum, & posteriorum: ergo oportet, quòd uolens addiscere scientiam, primò sciat modum decurrendi ex principiis ad conclusiones; hoc autem docet Logica. Similiter autem oportet, quòd sciat modum resoluendi cõclusiones ad principia; hoc autem docet Logica, sicut patet in syllogismo resolutiuo: Oportet etiam, quòd sciat connectere priora cum posterioribus, & hoc docet Logica; docens connectere priora, uel præmissas cum conclusionibus. Et ideo beuè dixit, quòd Logica priùs addiscenda est; quia ipsa docet uiam, per quam deuenitur ad scientiam: Sicut enim uiator uolens ire ad aliquẽ terminum, oportet quòd sciat primò modum itinerandi, & modum eundi: ita intellectus uolens peruenire ad aliquod scibile, oportet, ꝙ primò sciat modum, per quem possit peruenire ad illud. Notandum est etiam, quòd illa scientia logicalis uocatur modus sciẽdi; unumquodque enim denominatur à fine; aliqua autem scientia est, cuius finis est deuenire ad naturam scibilis; sicut Geometriæ ad naturam magnitudinis, & Arithmeticæ ad naturam numeri; & illa est scientia propriè, cuius finis est scibile propriè, scilicet scibile de se; Alia, scilicet est, cuius finis ultimus est, non deuenire ad scibile, sed docere modum, per quem deueniatur ad scibile: Vnde magis debet uocari modus sciẽdi, propter talem finem, quàm debeat uocari scientia; sicut si esset unus uiator, cuius intentio esset acquirere terminum uiæ; alius esset, cuius intentio esset docere modum, per quem ipse posset acquirere terminum uiæ: secundus diceretur doctrina modalis, quia doceret modum. Notandum est, quòd ipsa Logica aliquid docet, ita quòd ipsa respicit aliquod scibile, puta debitũ decursum intellectus, uel debitum syllogismum: & quantum ad hoc potest uocari scientia; sed tamen quia in hoc non sistit, sed hoc docet, ut omnes scientię utantur hoc inuento; ita quòd istud inuentum per istam doctrinam sit modificatio omnis scientiæ; ideo magis uocatur modus sciendi, propter hunc ultimum finem, quàm scientia propter primum. Vlteriùs notandum est, quòd iste modus sciendi debuit tradi in una scientia separata ab aliis: s.n. omnis scientia utitur modo tradito à Logico, puta decurrendi, uel connectendi, uel resoluendi, si non traderetur in una scientia communi, oporteret, quòd in qualibet scientia repeteretur: ad euitandum ergo superfluitatem, inuenta est sciẽtia, quæ docet modum sciendi communem om-

Logica ẽ modus sciẽdi.

Omnis scientia ẽ ex decursu principiorum ad cõclusiones.

Logica ante cæteras facultates addiscenda.

Logica cur modus sciendi dicatur.

Quo Logica possit dici scientia.

E ni scientiæ: & omnis uolens descendere ad propria, priùs debet scire communia: primò ergo debet sciri Logica, postea aliæ scientiæ. Notandum est etiam, quòd licèt iste modus sciendi tradatur in scientia communi: tamen qualibet scientia propria illum sibi appropriat secundùm modum suum: Et ideo dicit Commentator in litera, quòd duplex est Logica, communis, scilicet, & propria; & quia nullus potest perfectè scire propria, nisi sciat communia; ideo omnis sciens debet scire communem Logicam, & propriam, inquit Commentator. Deinde cum d.

F *Acribologia uerò Mathematica non in omnibus est expetenda: sed in non habentibus materiam: propter quod non naturalis est modus. omnis enim forsan natura materiam habenti: ideò primò perscrutandum, quid est natura. Ita namque et de quibus est Physica, manifestum est. Et si unius scientiæ, aut plurium est, causas, & principia considerare.* TEX. 16.

Manifestat unum, quod dixerat: dixerat enim quòd non omnia sunt æqualiter recipienda, nec æqualiter inquirenda; hoc manifestat hic, dicẽs, quòd Acribologia hoc est inquisitio Mathematica non est petenda in omnibus entibus, sed solũ in entibus, non habentibus materiam; hæc enim scilicet certitudo Mathematica non est naturalis; quia fortè omnis natura habet materiam, quę quidem materia non concipitur in Mathematicis: G quasi dicat non potest esse tanta certitudo in re non materiali, sicut in re non materiali; & hoc quia minùs impedit certitudinem: & ideo in re Mathematica, & in re Naturali non est quærenda æqualiter certitudo. Vt autem uideatur quid sit res naturalis, primò perscrutandum est, quid sit natura: sic enim erit manifestum, de quibus erit Physica naturalis; & etiam erit manifestum, si unius scientiæ, aut plurium scientiarum est considerare causas, & principia. Notandum est propter dicta hic, intellectus noster aliquando deficit à certitudine rei propter excellentiam intelligibilis, & propter excellentiam realitatis; & quãtùm ad hoc non habet certitudinem, siue certam demonstrationem de substantiis separatis. Aliquando H deficit propter defectum rei in se: quia, scilicet res, eò quòd immersa est in materia, non habet fixionem, & necessitatem euidentem, supra quam possit se ponere intellectus certitudo; & quia omnis scientia supra fixum & necessariũ ponitur; ideo deficit hic demonstratio, & certitudo ex parte rei: Quædam autem sunt res, quę non sunt in materia quò ad conceptum, & ita nõ deficiunt ex parte materiæ; nec etiam excedunt intellectum nostrum: & ideo de eis potest haberi bona, & firma certitudo: sicut sunt res mathematicæ: Et ideo consueuit dici antiquitus, quòd Substantiæ separatæ sunt supra intellectum, & hoc est dictum propter defectum intellectus: res autem materiales sunt sub intellectu, & hoc est dictum propter excellentiam intellectus; Mathematicæ autem sunt in intellectu: & hoc est propter

Logica duplex.

Certitudo nũ æqualiter habetur in re materiali, & in re immateriali.

Intellectus noster unde quandoque deficit à cognitione rerum.

pter proportionem intellectus, & rei Mathematicæ. Notandum est etiam, quòd res Mathematicæ non sunt separatæ à materia quò ad esse, sed solũ quò ad conceptum: Et hoc intellexit Arist. quando dixit, quòd Mathematica est de separatis à Materia. Notandum est etiam, quòd illa, quæ sunt separata à materia quò ad esse, & quò ad cõceptũ, sicut substantiæ separatæ, excedunt sensũ: & ideo non sunt proportionata intellectui nostro: quia omnis cognitio nostra oritur ex sensu; illa autem, quæ non sunt separata non quò ad esse; sed quò ad conceptum, sicut sunt res Mathematicæ; non excedunt omnino sensum: unde ipsum Quantum, de quo est Mathematica, est de cõmunibus obiectis sensus; quæ non excedunt sensum; non ideo sũt improportionata intellectui nostro: Vlteriùs, quia concipiuntur præter materiam, quæ quidem ponit varietatẽ scibilis: & ideo non deficit certitudo nec ex parte intellectus, nec ex parte rei: Ergo potentissimus modus demonstrationis est in Mathematicis: Et hoc est, quod dicit Commentator hic, quòd demonstrationes Mathematicæ sunt in primo ordine demonstrationum. Et sic explicit Liber Secundus.

Separata quo ad esse, & quò ad conceptum, excedunt sensum.

Demonstrationes Mathematicæ quæ sunt in primo gradu, & ordine certitudinis.

POSTNATVRALIVM
ARISTOTELIS
LIBER TERTIVS.

TEX. I.

NECESSE est ad quæsitam scientiam nos aggredi primùm, de quibus dubitare primùm oportet. Hæc autem sunt quæcunque de ipsis aliter susceperunt quidem, & si quid præter hoc est prætermissũ.

Divisio, & mentio Libri.

Postquam in Secundo Libro Aristoteles determinauit de Veritate in se; hic uult determinare de rebus, circa quas est ueritas; sicut dictum fuit in principio Secundi Libri. Quia uerò dupliciter contingit determinare de ueritate rerum, primò dubitatiuè, idest circa quid est ueritas, & circa quid non: & hoc per totum istum Tertiũ: secũdò terminatiuè, & hoc in principio Quarti. Prima pars diuiditur in duas: quia primò ponit unam conclusionem probandam, scilicet quòd in ista scientia sunt mouendæ dubitationes: secundò conclusionem probat, ibi [Inest autem inuestigare uolentibus.] Dicit ergo primò, quòd necesse est ad scientiam, quam quærimus; primò aggredi illa, de quibus dubitare possumus; hæc, de quibus dubitamus; sunt illa, de quibus senserunt, uel susceperunt aliqui antiqui, quid sentiendum sit: uel sunt illa, quæ omnino prætermissa sunt ab antiquis; quia enim omnino aliqua prætermiserunt, quæ tamen stabilitatem habent; de ijs uidendum est hic. Notandum est, quòd (sicut uult Commentator:) hæc scientia similis est Logicæ: & ideo ad

A modum Logicæ procedit modo disputatiuo: ita quòd unus liber istius scientiæ debuit esse totus disputatiuus; & hic est ille, quem habemus præ manibus. Sicut enim in ista scientia debuit esse unus liber ad distinguendum nomina, scilicet Quintus: ita debuit esse unus, qui modo disputatiuo uersaretur circa problemata: quæ terminanda sunt in isto lib. Tertio. Et alia rõ põt esse; quia ista scientia uersatur circa ueritatem in se; reliquæ autem scientiæ circa particularem ueritatem: & ideo debuit esse una pars istius scientiæ, quæ tota dubitatiuè uersaretur circa ueritatem rerum. Deinde cum dicit.

Inest autem inuestigare uolentibus præ opere benè dubitare. Posterior enim inuestigatio priorum est solutio dubitatorum.

B Probat conclusionem intentam: & circa hoc tria facit: quia primò probat intentum suum: secundò mouet, siue numerat dubitabilia: tertiò de his exequitur. Prima in quinque, secundùm quòd ponit quinque rationes ad propositũ probandum: secunda ibi [Soluere enim non est] tertia ibi [Et quia quærẽtes] quarta ibi [Et adhuc neque quando] quinta ibi [Amplius autem.] Dicit ergo primò, quòd uolentibus inuestigare ueritatem, præ opere, & necessarium est, benè dubitare: quia posterior inuestigatio est solutio priùs dubitatorum; Est ergo ratio Philosophi in hoc; dubitatio est utilis ad scientiam, quia qui benè dubitant, benè inuestigant; & qui benè inuestigant, benè inueniunt: si ergo bona dubitatio est

Quã sit utilis dubitationis rõcinatio.

C utilis ad bonam inuestigationem, & bona inuestigatio ad bonam inuentionem, ergo dubitatio utilis est ad inueniendũ scibile. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd inuestigatio posteriorũ dependet ex primorum dubitatione. Notandum est, quòd illud idem, quod cadit sub dubitatione, cadit sub inuestigatione, & tertiò cadit sub inuentione: illud enim quod primò quærebatur, postea inuenitur, non autem aliud & aliud: cum ergo dicit Philosophus, quòd inuestigatio posteriorum est solutio priùs dubitatorum; non intelligit ibi per prius, & posterius aliam rem; sed intendit dicere, quòd illud idem, quod simul benè inuestigatur, est quod soluitur per inuestigationẽ; & quòd bona inuestigatio arguit bonam dubita

D tionem: ita quòd ipsum prius, & posterius notant circa eandem rem ordinem temporis; quia una, & eadem res, primò fuit sub quæstione, & dubitatione; secundò est sub inuestigatione, ultimò est sub inuentione. Deinde cum dicit.

Soluere enim non est ignorantis uinculum. Sed mentis dubitatio, hoc de re demonstrat. Inquantùm enim dubitatur, in tantùm similiter ligatis est passus. impossibile enim utrisque procedere ad quod est ante. Propter quod oportet difficultates speculari omnes priùs, & harum causas.

Ponit secundam rationem, & est ratio sua talis. Dubitatio est utilis; quia omne, quod facit ad scientiam, & cognitionem uinculi; facit ad solutionem

tionem uinculi; dubitatio autem facit ad solutionem uinculi: quia ille, qui dubitat, et uinculatus est, scit se esse uinculatum: ergo dubitatio facit ad solutionem uinculi, & quantùm ad hoc utilis est. Et hoc est, quod dicit litera; quia ignorantes uinculum, non possunt soluere uinculum; quia nesciunt se esse uinculatos: sed dubitatio mentis hoc ostēdit de re, quòd ille, qui dubitat, scit se esse uinculatum; inquantùm enim dubitat similis erit ligatis, qui tamē sciunt se esse ligatos. Quòd autem dubitās sit similis ligatis, patet: sicut enim ille, qui est ligatus, nō potest procedere ampliùs in uia, nisi soluatur: ita dubitans non potest ampliùs procedere in scientia, nisi soluatur dubitatio: & ideo oportet priùs speculari difficultatem rerum in isto libro dubitando, ut ex solutione dubitationum appareat ueritas. Notandum est ad euidentiam istius rationis, quod differentia est inter simpliciter ignorantem, & dubitantem: ignorans enim ligatus est, ne attingat scibile; & tamen nescit se esse ligatum, & ideo non quærit soluere; dubitans autem ligatus est, sed tamen scit se esse ligatum, quærit se soluere: ex quo sequitur, quòd dubitatio utilis est ad scientiam. Debemus enim imaginari, quòd dubitatio facit, quòd sciatur uinculum; ex hoc autem, quòd scitur uinculum, quæritur solutio uinculi; ex hoc ꝙ soluitur uinculum, inuenitur scibile: ergo de primo ad ultimum benè dixit Philosophus, quòd dubitatio ex eo, quòd est quoddam uinculum, & facit ad scientiam uinculi, ex hoc etiā facit ad sciētiam in se. Notandum est etiam, quòd sicut ille qui scit, oportet ꝙ sciat causam, & causam inquātum causam: si enim sciret illud, quod est causa, & nesciret illud esse causam, nesciret: Ita quicunque debet quærere uerum scibile, oportet quòd sit ligatus, & sciat se esse ligatum. Si enim esset ligatus, & nesciret se ligatum, unquam quæreret soluere uinculum; & per consequens non attingeret uerum scibile: hic enim fuit modus in sciētia: quia primò cœperunt homines admirari; ex hoc enim admirabantur, quia ignorabant causas: ignorantes autem cœperunt dubitare de causis; dubitantes aūt uiderūt esse se ligatos à natura causarum; uidentes aūt se esse ligatos, cœperunt inuestigare ueā causam, ut possent solui uinculū; per inuestigationem autem deuenerūt in cognitionem & scibilis, & causarum. Deinde cum d.

Ignorantia mentis ligamen.

Discrimen inter ignorantem, & dubitātem.

Dubitatio facit ad sciētiam.

Quærēti scibile duo necessaria sunt.

Et quia quærentes sine dubitatione primò similes, quò oportet ire, ignorantibus.

Ponit tertiam rationem ad probandum, ꝙ dubitatio utilis est; dicens, quòd quærentes, non primò dubitantes, sunt illis similes, qui uadunt ad terminum, & ignorant quò uadunt: Est igitur ratio Philosophi in hoc: terminus scientiæ, scilicet ipsum scibile, si debet quæri, oportet quòd aliquo modo ante præsciatur; aliàs casu quæreretur; per dubitare autem præscitur aliquo modo natura scibilis; ergo dubitatio est aliquo mō utilis ad scientiam. Notandum est, quòd dubitatio

E de re ex hoc consurgit; quia de re aliquid scitur, sed tamen ipsa res non scitur perfectè: si enim de re nihil sciretur, nihil de ea dubitaretur; sed quia scitur tantùm imperfectè, ideo de ea dubitatur; ergo dubitatio semper arguit, quòd aliquid scitur de re, & aliquid quæritur: Benè ergo dixit Philosophus, quòd dubitatio ex hoc utilis est quæstioni scientiali; quia dubitans, aliquid scit, & aliquid ignorat; ille autem, qui omnino ignorat, de nullo quærit; quia de nullo dubitat. Notandum est etiam, quòd non est incōueniens, quòd una, & eadem res sub uno modo sciatur, & sub alio modo de ea quæratur, & dubitetur: sicut possum scire de re aliquid in uniuersali, & ignorare de ea in particulari: similiter de re potest sciri; quia est, & tamē dubitari de ea, & quæri, propter quid est: Et ideo benè dixit Philosophus, quòd ille, qui F dubitat; aliquo modo scit, & aliquo modo quærit: quia si omnino ignoraret, nihil quæreret.

Dubitatio de re unde consurgat.

Vna, & eadem res scitur, & quæritur.

Dubitaret quis. Vtrum omnis addiscens aliquid, priùs sciat? Respondeo, hic duo sunt declaranda: primum, quòd omnis addiscens aliquid priùs scit: secundum, quod præscitur, & quid quæritur. Primum patet duplici uia: prima uia erit ex modo intellectus nostri, secundùm quem modū deuenit in scientiam: secunda uia erit ex differentia, quæ est inter ignorantiam dispositionis, & ignorantiam negationis. Prima uia patet sic. Intellectus noster non deuenit in uerum scibile, nisi per quendam discursum: hæc enim est diffe- G rentia inter intellectum Angelicum, & intellectum nostrum, & Diuinum: quia intellectus diuinus intelligit omnia simul, nec intelligit unum post aliud, nec propriè intelligit unum ex alio, quasi intellectus suus sit discursiuus; Intellectus aūt Angelicus, licèt nō intelligat unū post aliud, tamen intelligit unum ex alio; s. magis intelligit conclusiones in principiis; ideo intellectus eius non est discursiuus. Intellectus autem noster; quia est causatus in nobis, & intelligētiū est ultimus, intelligit unum post aliud, & unum ex alio; quare in utroque deficit: Quia ergo intellectus noster discursiuus est, & per discursum intelligit, oportet, quòd ille discursus ab aliquo priùs scito incipiat: si enim de natura scibilis nil H sciret, nullo modo posset discere: ergo intellectus noster eo ipso, quòd discurrit, necessariò aliquid priùs scit, & aliquid quærit: præscit enim à quo incipit discursus; quærit autem illud, ad qđ discursus terminatur. Secunda uia patet sic, ignorantia negationis in hoc differt ab ignorantia dispositionis; quia ille, qui habet ignorantiam negationis, nullam cognitionem habet de scibili: qui aūt hēt ignorātiam dispōnis, cognitionē hēt, sed imperfectam; quia ergo cognitionem imperfectam habet; ideo ipsum scibile secundùm aliquē modum præscit: si ergo esset, quòd doctrina & disciplina inciperet ab ignorantia negationis; ita quòd disciplina esset motus, cuius terminus à quo, esset ignoratus ignorantia negationis; sine dubio

Quæstio.

Addiscens aliquid, priùs scit.

Differentia inter intellectum nostrum, Angelicum & Diuinum.

Cū discursus intellectus humani.

Ignorantia duplex, negationis, et dispōnis.

dubio addiſcens nihil præſciret de natura ſcibilis:quia autem diſciplina eſt quidam motus, qui incipit ab ignorantia diſpoſitionis;ita quòd diſciplina eſt quidam motus, cuius terminus à quo eſt ignoratus ignorantia diſpoſitionis,& ſicut dictū eſt, quòd habens ignorantiam diſpoſitionis, aliquid præſcit;neceſſarium eſt,quòd diſciplina incipiat ab eo,quod præſcitur.Eſt enim diligenter notandum, quòd addiſcens ex eo dicitur addiſcens;quia quærit determinatum ſcibile;non autem poteſt quærere determinatum ſcibile, niſi aliquo modo illud præſciat; aliàs à caſu quæreret; præſcire autē non poteſt,ſi de eo habet ignorantiam negationis : ergo oportet, quòd habeat de eo ignorantiam diſpoſitionis:ergo benè dictū eſt, quòd omnis diſciplina ab ignorantia diſpoſitionis incipit. Secundum, ꝙ uidendum eſt;eſt quid præſcitur,& quid quæritur:quod primò poteſt declarari ex habitudine, quæ eſt inter terminos & principia, & inter principia & concluſiones.Vbi notandum eſt,quòd principium,& concluſio ſunt quidam conceptus compoſiti; omnes autem conceptus compoſiti reſoluuntur ad conceptus ſimplices: ergo conceptus principiorum reſoluuntur ad conceptum ſimplicem.Nam unūquodque principiorum oritur ex quidditate terminorum, ut dictum eſt ſupra. Vlteriùs conceptus compoſiti concluſionum reſoluuntur ad cōceptum compoſitum principiorum:ſic ergo naturali ordine præſcitur conceptus termini ante cōceptum principij,& conceptus principij ante cōceptum concluſionis; ita quòd principium præſcitur,& concluſio quæritur.Secundò hoc patet, ſcilicet,quid præſcitur,& quid quæritur,ex habitudine,quæ eſt inter ſubiectum,& paſſionē. Vbi notandum eſt, quòd quęlibet ſcientia præſupponit ſuum ſubiectum ſub eſſe confuſo;quærit autē ipſum explicare : ſicut enim ars Carpentaria ſupponit lignum, & de ligno quærit explicare formas,puta formam arcæ,uel huiuſmodi; Ita quòd ſecundùm hoc poſſumus dicere, quòd lignū ſupponitur, archa autem quæritur, ſic quæcunque alia artificialia : ita ſcientiæ ſpeculatiuæ ſupponunt ſubiectum ſuum, & quærunt eum explicare per paſſiones; immo ipſæ paſſiones ſunt explicationes ſubiecti. Verbi gratia, Geometria de triangulo ſupponit, quia eſt; & poſtea explicat iſtam paſſionem, quòd angulus habet duos intrinſecos ſibi oppoſitos;& mediante iſta iam explicata, explicat iſtam, quòd habet tres æquales duobus rectis. Si ergo hoc eſt uerum; igitur ſupponitur ſubiectum,& præſcitur; quæritur autem explicatio ſubiecti: & ſic patet quid quæritur, & quid ſupponitur.Notandum eſt,quòd quia explicatio iſta non poteſt fieri,niſi mediantibus principiis:ideo ſcientia ſupponit ſubiectum tāquam explicabile,& ſupponit principia tanquam quædam media,per quæ fit explicatio;& quærit paſſiones tanquam illud explicatum per principia. Tertiò,patet quid præſcitur;&|quid quæritur,ex

Addiſcens cur ſic dicatur.

Principium & cōcluſio ſunt conceptus quidā compoſiti.

Qualibet ſciētia praſupponit ſuū ſubiectum.

Proportio inter artificialia, & ſciētias ſpeculatiuas.

Al. explicantes.

A ordine, qui eſt inter quæſtiones. Vbi notandum eſt,quòd nullus poteſt quærere naturam ſcibilis, niſi ſciat quid dicatur per nomen ſcibilis;ſi enim omnino ignoraret, quid diceretur per nomen, nullo modo poſſet quærere : & ideo quid eſt,qđ dicitur per nomen, eſt primum præſcitum de natura ſcibilis, quod quæritur : Poſtquam autē habetur quid dicitur per nomen, adhuc poteſt dubitari, utrum illud, quod dicitur per nomen ſit ens,uel non ens;hoc eſt habeat eſſentiam,uel nō habeat:Video enim,quòd illud,quod dicitur per nomen, poteſt reperiri in re non habente eſſentiam, ſicut in uacuo; & in re habente eſſentiam, ſicut in homine;Et ideo pręſcienti quid dicitur p nomen,ad huc reſtat quærere,utrum illud dictū,
B uel ſignificatum ſit,uel non ſit:nec dico ſit,uel nō ſit in exiſtentia ; ſed in eſſentia:Ergo poſtquam præſcitū eſt,quod dicitur per nomen, reſtat quęrere ſi eſt, quod eſt quærere , ſi habet eſſentiam, uel non habet : ita quòd iſtud ſi eſt,quærit de eſſentia non de exiſtentia:Habito quòd dictum p nomen,habeat aliquam eſſentiam, ad huc reſtat dubitatio, quid ſit determinatè, hoc eſt indeterminato genere,& determinata differentia: poſſumus enim ſcire quòd ſignificatio per nomen non repugnat naturæ eſſentiæ,& naturæ entis;tamen neſcimus quid determinatè eſt ipſa eſſentia, igitur reſtat quærere , quid eſt determinatè. Habito quid ſit determinatè , adhuc reſtat quærere,utrum ſit in exiſtentia,aut non;ita quòd habita quidditate , adhuc reſtat quærere , an eſt in
C exiſtentia: ita quòd quidditas tenet medium inter duo,ſcilicet inter ſi eſt eſſentiæ , & ſi eſt exiſtentiæ. Ex omnibus iſtis patet , quod præſcitur in toto ordine quæſtionum, eſt illud , quod dicitur per nomen,& ſuper illud fundatur prima dubitatio de eſſe eſſentiæ : ita quòd hæc dubitatio præcedit ſcitum; quod uoco eſſe eſſentiæ in generali;ſuper hoc autem ſcitum fundatur quæſtio de quidditate in determinato genere; habita autem quidditate,reſtat dubitatio de exiſtentia;Ex quibus omnibus patet , quòd ſemper dubitatio præcedit ſcitum, ſicut dicit Ariſto.& propria dubitatio proprium ſcitum.Deinde cum dicit.

D *Et adhuc neque quando quæſitum inuenit,cognoſcit.finis enim huic eſt non manifeſtus. Prædubitanti autem manifeſtus.*

Ponit quartam rationem , dicens ; quòd ille , qui ſine dubitatione quærit inuenire ſcitum,non cognoſcit in termino inuentionis, Vtrum inuenerit,uel non inuenerit.finis enim quæſtionis ſit manifeſtus per dubitantem.Eſt autem ratio Philoſophi in hoc,quòd quicunque quærit inuenire ſcitum,debet ſcire quidquid quærit; aliàs in fine quæſtionis.Notandum eſt, quòd ille, qui quærit benè,debet ſcire quid quærit , & quid non quærit; per dubitationem autem præſcitur aliquo modo, quod quæritur : quia præſcitur ſub uno modo,& quæritur ſub alio:Similiter per dubitationem ſcitur.quid quæritur; nam per dubitatio

Ordo in dubitando.

Qui benè quærit, ſcire dēt quid quærit, & quid nō quærit.

nem manifestatur difficultas quæsiti: difficultas autem quæsiti respicit quantitatem quæsiti. Deinde cum dicit.

Meliùs necesse est habere ad iudicandum eum, qui audiuit, uelut aduersariorum, & dubitantium omnes rationes.

Illud ē præmittendū in scientia, qđ est utile ad benè iudicandū de re quæsita.

Ponit quintam rationem ad probandum, ꝙ dubitatio est utilis, dicens: ꝙ meliùs se habet homo ad iudicandum benè de re quisita, & hoc propter rationes & dubitationes aduersariorū, quæ mouentur circa quæsita. Notandum est, ꝙ ratio Philosophi in breui est hæc: quidquid est utile ad benè iudicandum de re quæsita, debet præmitti in scientia: dubitatio est huiusmodi: ergo. Vbi notandum est, quòd propter rationes aduersariorum multa patefiunt, quæ aliàs laterent: per ea autem, quæ patefiunt; circa quęsita potest homo meliùs iudicare, quàm prius.

TEX. 2. *Est autem dubitatio prima quidem, de quibus proœmialiter dictis, dubitauimus: utrum unius scientiæ, aut multarum est scientiarum causas speculari.*

Postquam Arist. posuit intentum suum, secundùm quòd utile est dubitare, hic enumerat ipsa dubitabilia. Et diuiditur textus; quia primò ponit dubitabilia, quæ spectant ad scientiam, & considerationem scientiæ in se: secundò ponit dubitationes, quæ spectant ad principia, & elementa, ibi. [Et utrum principia, & elementa.] Prima in duas: quia primò mouet dubitationem pertinentem ad scientiam in se: secundò mouet dubitationes, quæ spectant ab substantiam, quę specialiter considerantur in ista scientia, ibi [Et utrum substantiæ principia. Dicit ergo primò, ꝙ prima dubitatio est, de qua dictū est in proœmio, hoc est in fine secundi libri, Vtrum, scilicet, ad unam scientiam, uel ad plures spectet considerare causas, & principia rerum? Deinde cum dicit.

Et utrum substantiæ principia est scientiæ huius scire solùm, aut de principiis, de quibus ostendunt omnes: ut utrum contingit unum, & idem simul dicere, & negare, aut non: & de aliis talibus.

Ponit quæstiones, pertinentes ad substantiā: & diuiditur textus; quia primò ponit quæstiones de scientia substantiæ: secūdò ponit quæstiones de ipsa substantia in se; ibi, [Et hoc quidem necessarium ipsum est quærere.] Et diuiditur in tres partes, secundùm tres quæstiones, quas mouet: secunda ibi, [Et si est circa substantiam] tertia ibi, [Et si plures.] Quærit ergo primam quæstionem, dicens, quòd quæstio est, Vtrum istius scientiæ sit solùm considerare prima principia substantiæ; an etiam cum hoc consideret de primis principiis, ex quibus, idest, per quæ ostendūt omnes scientiæ? videlicet, Vtrum ista scientia cōsideret de hoc principio. An contigerit idem simul affirmare, & negare, aut non? & Vtrum consideret etiam de sibi similibus. Notandum, quòd non est idem principium substantiæ, & quo utuntur omnes scientiæ, sicut De quolibet affirma-

Principiū substantiæ, & sciarum non idem.

E tio, uel negatio uera. Nam hoc principium sequitur naturam entis; natura autem entis maioris ambitus est, quàm sit substantia: & ita istud principium se extendit ad plura, quàm se extendat substantia: principia autem substantiæ non se extendunt extra substantiam; Et propter istā dubitationem principiorum fortè videtur alicui, quòd una scientia non cōsideret ista duo; & quia hoc dubitabile est: ideo Philosophus hoc sub quęstione posuit. Deinde cum dicit.

Principia substantiæ non se extēdunt extrā substantiā.

Et si est circa substantiam, Vtrum una circa omnes, aut plures sunt?

Ponit secundam quæstionem de consideratione substantiæ, dicens, quòd supposito, ꝙ scientia sit circa substantiam; quæstio est, Vtrum una

F scientia sit circa omnes substantias, an plures scientiæ circa plures substantias? Notādum est, quòd scientiæ differunt pœues obiecta formalia: ubicunque ergo inuenitur una formalitas, oportet, quòd inueniatur una scientia: cum ergo omnes substantiæ conueniant in una formalitate, scilicet in hoc, quòd est per se esse; apparebit fortè alicui, quòd una sciētia sit circa omnes substantias, & sic quæstio habet faciem pro una parte. Secundò, quia ratio substantię æquiuocè saluatur in incorruptibili, & quod æquiuocè saluatur, est secundùm aliam & aliam rationem formalē, & alia & alia ratio uariat scientiam; ideo uidetur fortè alicui, ꝙ non sit una scientia circa omnes substantias: & sic quæstio habet faciem pro secū

Scientia penes quid differunt.

G da parte: & ideo Philosophus istud, tanquam dubitabile mouet. Deinde cum dicit.

Et si plures, utrum omnes cognatæ, aut earum hæ quidem sapientiæ, illæ uerò aliquid aliud dicendæ sunt?

Mouet tertiam dubitationē de substantia, siue de consideratione substantiæ, dicens; supposito, quòd sint plures scientiæ circa substantias, quæstio est, Vtrum illæ scientiæ sint cognatæ, & unigeneæ, aut de numero istarum, hæ uocentur sapientiæ, illæ uerò uocentur aliquo alio nomine? Notandum est ad euidentiam literæ, ꝙ scientias esse unigeneas pôtest intelligi duobus modis: Vno modo ex parte obiecti, secundo modo ex parte causarum, uel ex parte modi considerandi:

Scientias esse unigeneas, dupliciter.

H Duæ enim scientiæ dicuntur unigeneæ, quæ considerant duo obiecta ad unam formalitatem propinquam; sicut Geometria, & Arithmetica dicuntur scientiæ unigeneæ, quia considerant numerū & magnitudinem, quę conueniunt in quātitate, & etiam in quadam formalitate propinqua. E cōtrario scientia Naturalis & Geometria dicuntur diuersigeneæ, quia obiecta istarum scientiarum, scilicet motus, & magnitudo, non sic accedunt ad unam formalitatem. Secundo modo potest esse unigeneitas ex parte modi considerandi, & ex parte causarum: nam scientię, quæ non considerant causas altissimas, ita sunt scientiæ, quòd non sunt sapientiæ; & ita quantùm ad hoc unigeneæ sunt; ex quo merentur dici uno nomine. Si autem sint

sint duæ scientiæ, quarum una non cõsiderat causas altissimas, alia autem sic: prima meretur ita dici scientia, quòd non sapientia: secunda autem ita scientia, quòd etiam sapientia; & in quantum ad hoc non sunt unigeneæ: De ista ergo unigeneitate quærit Philosophus. Vtrum, scilicet plures scientię considerantes substantias, mereantur omnes dici scientiæ; uel una mereatur dici scientia, & alia sapientia? Vbi notãdum est, quòd quia istæ scientiæ, quæ considerant substantias, uidentur conuenire in scito & considerato, uidetur fortè alicui, quòd essent unigeneæ propter istam cõuenientiam; & sic quæstio habet faciem pro prima parte: Secundò uidetur fortè alicui, quòd illa scientia, quæ considerat substantiam altissimam separatam, mereatur dici nomine nobiliori; quã illa, quæ considerat substantiam materialem: & ita cum secunda dicatur scientia, restat quòd prima dicatur sapientia, & ideo quæstio faciem habet pro secunda parte: Et ideo fortè à Philosopho ponitur hoc dubitabile. Deinde cum dicit.

Quæ scientia meretur dici sapientia, & quæ nõ.

Et hoc quidem necessarium est ipsum quærere, utrum sensibiles substantiæ esse solùm dicendæ sunt, aut præter has aliæ: et utrum unitæ sunt, aut plura genera sunt substantiarum, ut facientes species, & Mathematica inter ista & sensibilia dixerunt. De his igitur (ut diximus) perscrutandum est.

Postquam multiplicauit quæstiones ex parte considerationis substantię, hic multiplicat ex parte substantiæ: & diuiditur in duas partes, quia primò multiplicat quæstiones ex parte substantię in se: secundò ex parte substantiæ in respectu ad accidens, ibi, [Et utrum circa substantias solùm.] Dicit ergo primò, quęstio est, Vtrum omnes substantiæ sint sensibiles, an præter substantias sensibiles sint substantiæ separatæ eo modo, quo ponebat Plato ideas, & species: Et etiam quæstio est, Vtrum sit dare substantias separatas; Vtrum sit dare tantùm unum genus substantiarum separatarum; aut sit dare duo genera substantiarũ separatarum eo modo, quo ponebant illi, qui ponebant Mathematica separata intermedia inter species & sensibilia: ita quòd ponatur unus gradus substantiarum sensibilium: secundus autem ponatur substantiarum Mathematicarum: in ultimo uerò ponantur species, quæ uocantur ideę. De his.n. gradibus, Vtrũ sint; perscrutandũ est. Notandum est ad euidentiam literę, ꝙ omnis intellectus, si debet esse uerus; oportet, ꝙ aliquid respõdeat sibi in re; aliàs intellectus esset uanus; nam intellectus noster mensuratur à rebus. Si ergo intellectus noster aliqua separat, quæ in re separata non sunt; uidetur quòd intellectus conceptui nihil respondet in re; & sic intellectus est uanus: uidemus enim quòd intellectus separat uniuersalia à particularibus, sicut humanitatẽ ab hac humanitate; ergo oportet, quòd in se humanitas sit separata ab hoc homine: & hoc sic separatum uocabãt Platonici ideã, & speciẽ; quam ponebant separatam, ne intellectus esset uanus.

Ad intellectum uerũ quid requiratur.

Intellectus noster à rebus mẽsuratur.

A Vlterius uidemus, quòd intellectus noster separat naturam quantitatis à natura materiæ: ut ergo intellectus noster nõ sit uanus, oportet quòd sit quantitas separata in re; & ista quantitas sic separata ponebatur media inter sensibilia & species. Sic ergo ne intellectus noster esset uanus, ponebantur duo genera separatorum: Quòd tamen hæc ratio, fundata super naturam separationis, non concludat; patebit inferiùs. Deinde cum dicit.

Et utrum circa substantias solùm speculatio, aut circa quæ accidunt secundùm se substantiis.

Multiplicat quæstiones in substantia in respectu ad accidens: & diuiditur in tres partes, secũdum tres quæstiones: secunda ibi. [Adhuc autẽ.]
B tertia ibi. [Ampliùs autem.] Dicit ergo primò, ꝙ quæstio est, Vtrum speculatio scientialis cadat solùm circa substantias; an etiam cadat circa accidentia, quę per se accidunt substãtiis? Notabiliter autem dicit, per se; quia accidentia per accidens non cadunt sub scientia, quia sunt infinita, & indeterminata. Notandum est autem, ꝙ accidens, & substantia uidentur reduci ad duas formalitates, quæ non habent unitatem, nisi analogicè: & ideo fortè uideretur alicui, ꝙ accidens, & substantia non spectant ad unam scientiam; quia una scientia unam formalitatem aspicit; & sic quęstio habet faciem pro una parte. Secundò hẽt faciẽ pro alia parte; quia licèt formalitas accidentis nõ sit formalitas subiecti; tamẽ ipsum acci-
C dẽs oritur ex principiis subiecti; & quærere ipsũ accidẽs nõ est quęrere, nisi explicationẽ subiecti; Qui.n. quærit habere tres, quodãmõ quęrit triangulũ; quia ad hoc quæritur, ut explicatiùs sciatur natura trianguli: ergo unum quæritur propter aliud: ubi autem unum propter aliud, Vtrum sit tantùm unum: ergo quærere substantiam, & accidens est quodammodo quærere unum: & cum una scientia sit respectu unius; uidetur, quòd una scientia possit esse subiecti, & accidẽtis: Et quia hæc quæstio habet probabilitatem ex utraq; parte, ideo fortè ponitur à Philosopho. Deinde cum dicit.

Accidẽtia per accidens nõ cadunt sub scientia.

Vnitas substantiæ, & accidentis ẽ analoga.

Adhuc autem & de eodem & diuerso, simili et dissimili, & contrarietate priori & posteriore, &
D *aliis omnibus talibus, de quibus Dialectici intendere tentant; ex probabilibus solùm perscrutationem facientes, quorum theoria est de omnibus.*

Ponit secundam quæstionem quærens, Vtrũ ista scientia consideret de eodem & diuerso, simili & dissimili, & contrarietate priore & posteriore, & aliis communibus accidentibus; de quibus Dialectici tractant ex probabilibus; quorum Dialecticorum theoria, & speculatio est de omnibus. Notãdum est, quòd prius & posterius oriuntur ex ente, inquantum ens. Nam prius, & posterius non sunt accidentia huius entis, uel illius: nã omne ens respectu alterius, uel est prius, uel est posterius: Eodem modo dico de simili, & dissimili; quia similitudo non est, nisi quædam

Prius, & posterius oriũtur ex ente, in quãtum ens.

unitas; dissimilitudo quædam multitudo; unum autem,& multa sequitur naturam entis in se, nõ huius entis;uidetur ergo, quòd illa scientia, quæ considerat ens inquantùm ens; debet considerare huiusmodi accidentia:& ita quęstio habet faciem pro una parte. Secundò uidetur, quòd duæ scientiæ nõuersentur circa idem, Dialecticus autem(ut dicit Aristo.)de iis considerat;& ideo uidetur,quòd Metaphysicus non consideret: & ita quæstio habet faciem pro alia parte: & sic hoc tã quam dubitabile ponitur. Notandum est, quòd de iis accidentibus considerat Metaphysicus sub alio modo,quàm Logicus:inquãtùm enim oriũtur à principiis entis considerantur à Metaphysico:inquantùm autem deseruiunt decursui intellectus,circa quem decursum uersatur Logicus, considerantur à Logico:Ita quòd propriè,& per se Logicus est circa decursum;sed quia decursus inuenitur in tali materia,puta in priori & posteriori,& sibi similibus; ideo hoc secundariò considerat. Notandum est etiam, quòd quando dicit Aristo. quòd speculatio Logici est circa omnia; hoc debet sic intelligi, scilicet, quòd ipsa Logica primò,& per se non est nisi circa decursum intellectus ad regulandum, scilicet illum decursum: & ita primò, & per se est circa unum: sed quia ille modus inuentus à Logica, est communis omni scibili in quacunque scientia; ideo secundariò est circa oẽ scibile quasi materiale .i. quòd suus decursus, quem inuenit, potest esse circa omnem materiam scibilem. Deinde cum dicit.

Quõ circa idẽ uersetur Logicus,& Metaphysicus.

Logica circa discursũ propriè uersatur.

Logica quõ est circa omnia.

Amplius autem iis eisdem quæcunque secundũ se accidunt, & non solùm quid est horum unumquodque. Sed utrum unum est uni contrarium?

Ponit tertiam quæstionem quærens. Vtrũ non sit considerandum solùm de ijs accidentibus cõmunibus,sed etiam sit considerandum de ijs,quę accidunt his accidentibus?& Vtrum non sit considerandum, quid sit unumquodque horum accidentium, sed etiam debeamus considerare illa, quæ accidunt ills? ut non solum sit considerare quid sit contrarietas,sed etiam Vtrum ipsius contrarietatis passio, quòd unum est uni contrariũ? Vbi notandum est, quòd quædam sunt accidẽtia quę immediatè aspiciunt subiectũ; quædam sunt quæ non aspiciunt subiectum, nisi mediante alio accidente,& alia passione. Verbi gratia, habere tres non aspicit triangulum, nisi mediante ipsa passione,quòd angulus extrinsecus ualet duos intrinsecùs sibi oppositos: similiter albedo immediatè aspicit quantũ;sed claritas in albedine non aspicit quantum,nisi mediante albedine: Sic etiã in proposito,contrarietas est quædam diuersitas, & ista contrarietas habet ipsam passionem,quòd unum est uni contrarium,ita quòd ipsa passio nõ reducitur ad subiectum, nisi mediante contrarietate: Est ergo quæstio, Vtrum hæc scientia consideret de contrarietate,quæ est quædam diuersitas; uel etiam consideret de passione contrarie-

Accidentia duplicia.

E tatis,quæ est,Vtrum uni sit unum contrarium? Deinde cum dicit.

Et utrum principia,& elementa sint genera ipsa; an ea,quæ insunt,et in quæ res quæq; diuiditur? Quid si sint genera, utrum sint ea, quæ ultimò de indiuiduis ipsis dicuntur, an ipsa prima? Et utrum animal, aut homo principium & magis est, quàm singulare?

Pòstquam posuit quæstiones,quæ cadunt circa res,quæ res sunt de consideratione huius sciẽtiæ;hic ponit quæstiones, quę spectant ad principia rerum:Ponentes autem principia in rebus, uariabantur: quidam enim ponebant principia rerum materiam,& formam;quidam autem ponebant ipsa uniuersalia, sicut genus, & species; F quidam autem ponebant unum, & ens esse principia rerum; quidam autem ponebant ipsa Mathematica:Et secundùm hoc hæc pars diuiditur in tres partes:quia primò quærit, Vtrum principia rerum sint materia,& forma, uel ipsa genera. Secundò quærit, Vtrum principia rerum sint unum,& ens,ibi. [Amplius autem, ꝙ omnium difficillimum.] Tertiò quærit,Vtrum Mathematica sint principia rerum, ibi. [Adhuc autem, utrum numeri,& longitudines.] Diuiditur textus:quia primò mouet quæstionem de materia, & forma respectu generis,& speciei, Vtrum secundùm hæc principia sint,uel illa:secundò mouet quæstionem de ipsa materia in respectu separati à materia,ibi. [Maximè uerò quærendum G est.] Dicit ergo primò,quęrendum est, Vtrum genera sint principia,& elemẽta rerum? an illa sint principia,in quæ singularium existentia diuiditur, sicut est materia & forma?& supposito, ꝙ genera sint principia, quæritur Vtrum illa dicantur principia, quæ proximè prędicantur de indiuiduis?an illa sint principia, quæ sunt priùs, quæ non prædicãtur proximè de indiuiduis?sicut sunt subalterna, & generalissima: Videlicet utrũ animal sit magis principium, quàm homo?an homo magis quàm animal?quod est magis existens, & magis singulare,quàm animal:hęc de prima quæstione. Notandum est,quòd omne illud uocatur principium, ad quod ipsum compositum materiale resoluitur: Videmus enim ꝙ ipsum com- H positum materiale resoluitur ad materiam & formam; materia autem ampliùs non resoluitur in aliud; & quia resolutio compositi stat ad materiam & formam; ideo posset uideri alicui,quòd materia & forma sint principia: Secundò uideamus,quòd species & conceptus speciei resoluuntur ad genus,& differentiam: Sicut enim natura resoluit compositum ad materiam, & formam; ita intellectus resoluit conceptum compositum, scilicet speciei ad conceptus simplices, scilicet generis,& differentiæ: ideo posset uideri alicui, quòd genera sint principia, quia ad illa resoluuntur conceptus speciei. De secunda quæstione notandum est, quòd à conceptu composito, scilicet speciei, ad conceptus simplices,scilicet generis,

Principiũ uocatur, in quod resoluitur cõpositũ materiale.

Resolutio cõpositi stat ad materiã & formam.

neris,& differentiæ, est transitus, ideo posset uideri alicui, quòd genera sint principia; quia ad ill la resoluuntur conceptus speciei. De tertia quæstione notandum est, quòd ad conceptum compositum duo concurrunt, scilicet possibilis conceptus,& actualis; possibilis autem cóceptus est ipsum genus, quod possibile est; alius est conceptus actualis, conceptus in formas per diuersas differentias. Conceptus autem generis,& differétiæ sic differunt, quòd conceptus generis non habet alium cóceptum priorem; conceptus autem differentiæ ante se habet conceptum generis: Si ergo ita est, cum de natura principii sit, quòd nó resoluatur ad alium conceptum in prædicando; ideo uideretur alicui, quòd genus esset principium, magis quàm differentia; quia tamen differentia dicit actum respectu generis, & omnis actus magis habet rationem principij, quàm possibile: uidetur quòd differentia sit magis principium, quàm genus: Et sicut dico de differentia respectu generis, ita dico de specie etiam respectu generis: genus enim, & species concurrunt ad intellectum indiuidui, sed genus concurrit tanquá conceptus generalior,& qui ad plura se extédit; & quia de natura principij est, quòd se extendat ad effectum: ideo quod ad plura se extédit, uidetur magis habere rationem principij, & sic genus magis, quàm species; species autem concurrit ad intellectú indiuidui actualiùs; & sic magis uidetur declarans naturam indiuidui; & sic species magis uidetur habere rationem principij, quàm genus. Notandum est etiam, quòd species uocantur finalia; quia ultra speciem nihil reperitur, ꝙ propriè sit in prædicamento: prædicamentum enim propriè duo respicit, scilicet primò diuisionem formalem non materialem, species autẽ diuiditur in indiuidua diuisione materiali, & non formali: & ideo sola diuisio generis, quæ est diuisio formalis, multiplicat prædicamentum infra se ipsum: diuisio autem speciei in indiuidua, quæ materialis est, non multiplicat prædicamentum, sed ut sic, est accidens prædicamento. Secunda proprietas prædicamenti est, quòd ratio prædicabilis semper cadit super aliquo fixo, certo, & determinato; indiuidua autem sunt incerta, & quasi infinita; & ideo ratio prædicamenti sistit in specie; indiuidua autem sunt præter artem: & ideo species uocauit finalia. Deinde cum dicit.

Ad conceptum compositum duo concurrunt.

Quare species dicātur finalia.

Prædicamētum duas hābet conditiones.

Maximè uerò quærendum est, & tractandum; utrum est aliquid præter materiam causa secundùm se, aut non: Et hoc separabile, aut non: & utrum unum, aut plura numero.

Quærit quæstionem de causa materiali in respectu ad alias causas separatas à materia: & diuiditur in duas partes, quia primò quærit tres quæstiones de aliis causis, separatis à materia: secundò quærit, Vtrum sit dare quidditatem separatam à suo toto, ibi [Et utrum est] Est ergo quæstio duplex, prima est, Vtrum præter

A causam materialem sit alia causa secundùm se, aut non: & supposito, quòd sit alia causa, Vtrum causa illa sit separata à materia, aut non. De primo notandum est diligẽter, quòd antiquorum quidam non ponebant nisi causam materialem, non curantes de causa formali, uel efficiente; sed hoc statim fuit dubitabile; potentia enim passiua non potest seipsam deducere ad actum, ergo oportet, quòd deducatur per aliud: dicere ergo quòd sit solùm causa materialis, est dicere, quòd materia, quæ est in potentia passiua; possit seipsam deducere ad actum: sed cum hoc sit impossibile, oportet præter causam materialem dare aliam causam, quæ deducat ipsam potentiam

B passiuam ad actum; & hanc causam uocamus efficiens: quia autem efficiens deducendo ad actú, largitur actum; & actus est forma; ideo præter causam materialem oportet dare causam formalem. Notandum est etiam, quòd notabiliter quærit, Vtrum sit dare aliam causam secundùm se: cuius ratio est, quia licèt ratio causalitatis saluetur in potentia passiua; id est materia, & saluetur in potentia actiua; id est efficiente, & in forma: attamem priùs, & magis secundùm se saluatur in potentia actiua, quá in passiua. Vnde potentia passiua non dicitur, nisi in quadam analogia ad actiuam: magis enim debeo dicere, quòd hoc patitur, quia hoc agit; quàm é conuerso, hoc agit,

C quia hoc patitur, & ideo quasi secundùm se in potentia actiua saluatur ratio causalitatis, & quasi secundùm aliud in potentia passiua, & materia: Eodem modo dico de materia respectu formæ, magis enim saluatur analogia in potentia respectu actus ad actum, quàm in actu respectu potentiæ passiuæ. De secunda quæstione notandum est, quòd illa quæstio potest quærere de principio efficiente, uel de principio formali: De principio enim efficiente potest esse triplex imaginatio; Vna, quòd omne agens efficienter sit separatum à materia; Secunda, quòd omne agens sit in materia, & nullum sit agens præter materiam: Tertia quòd aliqua agentia sint in materia, & aliqua extra materiam: Et ideo quantum ad efficiens quæritur, Vtrum sit separatum, uel non: Vel

D potest esse de forma, Vtrum sit separata, uel nó. Tertia quǭ est circa ipsa separata, Vtrú illud separatú à materia sit unú, aut plura numero. Vbi notandum est, ꝙ circa separatum potest esse duplex imaginatio: una quòd tota materia sensibilis respondeat uni separato, tanquam agenti eo modo, quo ponebat Anaxagoras, quòd intellectus unus, immixtus, & impassibilis segregabat omnia: Secunda imaginatio potest esse, quòd sit dare diuersitatem separatorum iuxta diuersitatem sensibilium eo modo, quo imposuit Arist. Platoni, quòd sit dare diuersitatem idearum separatarum, eo modo, quo posuit Plato. Deinde cum dicit.

In quo magis saluatur rō causalitatis.

De principio efficiente triplex opin.

De separato duplex imaginatio.

Et utrum est aliquid præter synolon, Dico autem synolon, quando prædicatur aliquid de materia, aut nihil,

nihil, aut horum quidem, horum uerò non.

Ponit quæstionem de quidditate separatorum, quæ propriè spectat ad opinionem Platonis, & est quæstio, Vtrum quidditas aliqua sit separata præter synodon, idest simul totum, quando aliquid prædicatur de re materiali; aut nihil sit separatum, aut in aliquibus sit, & in aliquibus non. Vt autem uideatur quæstio, notandum est, quòd secundùm opinionem Platonis, indiuiduum participat naturam speciei, & secundùm hoc, quòd quoddam totum simul ex participabile, & re participata; & ipsa res participata est quasi quoddam simplex istius compositi; & istud compositum uocat Philosophus simul totum, respectu speciei. Est ergo quæstio, Vtrum ista species, quæ participatur; sit separata realiter actualiter ab omni participante, eo modo, quo posuit Plato per se hominem, & per se equum. Notandum est etiam diligenter, quòd ista participatio ex hoc consurgit, quia ipsa non participata prædicatur de participante; ipsum autem participans est materia uniuscuiusque, & materiale respectu participati: & ideo dicit; uoco autem simul totum, quando aliquid prædicatur de materia; quasi dicat, ex hoc est simul totum, quod est participans, de quo prædicatur; & hæc est res participata, quæ prædicatur de illo participante; eo modo, quo nos dicimus, quòd hic homo est quoddam totum respectu humanitatis; quia hic homo plus includit, quàm humanitas: nam hic homo includit participantem, & humanitatem participatam: humanitas autem non includit, nisi rem participatam. Tendit ergo quæstio ad hoc, Vtrum, quòd quid est rei; sicut esse humanum; sit separatum ab eo, cuius est; hoc est à participante. Deinde cum dicit.

Synolon quid est.

Simul totū quid.

Amplius autem, utrum principia numero, aut specie determinata; & quæ in rationibus, & in subiecto.

Postquam quæsiuit quæstionem de natura principiorum; hic quærit quæstiones de modo ipsorum principiorum: & primò quærit quæstiones circa unum, & multa: secundò circa pœnes corruptibile, & incorruptibile: ibi, [Et utrum corruptibilium.] Dicit ergo primò, Vtrum principia naturæ sint determinata in numero, an determinata in specie: Verbi gratia, si ad naturalem concurrunt priuatio, forma, & materia; est quæstio, Vtrum una priuatio numero sufficiat ad omne generabile, an una materia numero; an priuatio, forma, & materia sint unum principium, secundùm conuenientiam speciei: Et ista questio locum habet tam in rationibus, hoc est tam in principiis formalibus, quàm in subiecto, hoc est in principiis materialibus. Deinde cum dicit.

Et utrum corruptibilium, & incorruptibilium eadem, aut diuersa. Et utrum corruptibilia omnia, aut corruptibilium corruptibilia.

E Mouet quæstionem de corruptibilitate, & in corruptibilitate principiorum: & est quæstio duplex. Prima est, Vtrum corruptibilium, & incorruptibilium sint eadem principia, uel diuersa: Et supposito, quòd sint diuersa, est secunda questio, Vtrum principia corruptibilia, & incorruptibilia sint corruptibilium; aut corruptibilium corruptibilia, & incorruptibilium incorruptibilia? Notandum est diligenter, quòd quia proportio uidetur esse inter principia, & principiata, uidetur alicui, quòd corruptibilia haberent principia corruptibilia & incorruptibilia. Ampliùs de natura principii est, quòd non resoluatur ad aliud; ita quòd non habeat aliquod prius, in quo possit corrumpi: siue genus sit principium corruptibilium siue incorruptibilium; de natura sua est, quòd non resoluatur in aliud; ita quòd sit incorruptibile, & sic quæstio habet dubitationem ad utramque partem. Deinde cum dicit.

F

Amplius autem quod omnium difficillimum est, & plurimùm habet dubitationem, utrum unum & ens; quemadmodum Pythagorici dicunt & Plato; non aliquid alterum esse supra existentium substantiam, aut non; sed alterum aliquid ipsum subiectum, ut Empedocles amorem dicit, alius uerò ignem, alius aquam, alius aerem? Et utrum principia sint uniuersalia, aut singularia rerum?

Mouet quæstionem de ente & uno: & diuiditur in quatuor partes, secundùm quod mouet quatuor quæstiones. Primam quæstionem mouet factam ex habitudine, quę est inter ens & unum, & participantia ens & unum. Secundam quæstionem mouet ex habitudine, quæ est inter particulare, & uniuersale. Tertiam ex habitudine, quæ est inter potentiam, & actum. Quartam ex habitudine, quæ est inter motum, & non motum; secunda ibi. [Et etiam est questio,] Tertia ibi, [Et potestates.] Quarta ibi. [Ampliùs utrum aliter.] Dicit ergo, quòd omnium difficillimum, & quod plurimam habet dubitationem est, Vtrum unum, & ens sint principia rei substantialia, ita quòd non differat realitas & unitas, sed sint substantia rei, sicut ponebat Pythagoras & Plato: An non sint idem cum substantia rerum, sed ponatur aliquid aliud principium rerum, eo modo, quo ponebat Empedocles, & alii naturales ponentes amorem, aut ignem, aut aquam, aut aerem esse principia rerum: ita quòd aliquid aliud sit in rebus præter unitatem & entitatem? Deinde cum dicit.

G

H

Et etiam quæstio est, Vtrum principia sint uniuersalia, aut singularia rerum?

Hoc est, utrum principia se extendant ad causandum res in sua uniuersalitate, in sua singularitate, uel particularitate. Deinde cum d.

Et potestate, aut actu.

Hoc est, Vtrum principia sint principia in actu, uel in potentia. Vbi notandum est, quòd hęc

hæc quæstio uidetur extendi ad principium materiale: principium materiale, ex quo fit aliquid; quidam posuerunt esse corpus in actu; Philosophus autem posuit illud esse ens in potentia, medium inter ens simpliciter, & nihil: Et ideo quæstio est, Vtrum principium materiale habeat suam causalitatem, quia in actu, uel quia in potentia. Deinde cum dicit.

Amplius, Vtrum aliter, aut secundùm motum. Hæc enim dubitationem præstant magnam.

Quærit, Vtrum primum principium habeat suam causalitatem secundùm motum, uel non secundùm motum. Vbi notandum est, quòd hæc quæstio potest intelligi duobus modis. Philosophi enim naturales ponunt, quòd efficientia naturalia causent suos effectus per motum, & transmutationem: Plato autem posuit, quòd hęc sensibilia sunt ab ideis separatis per quandam participationem, sine motu, & transmutatione. Potest ergo esse quęstio, Vtrum hoc modo, uel illo fit. Secundò potest habere intellectum quęstio, quia efficiens agit motus à fine, ita quòd agens, & efficiens est mouens motum à causa finali; finis autem mouens non motum, quia finis est causa causarum; ideo potest esse quęstio, Vtrum mouens moueat tantùm per modum efficientis, quod est mouere motum à fine; an moueat per modum finis, quod est mouere non motum, sed per modum desiderati, & amati; hæc enim dicta pręstãt magnam dubitationem, quia difficultatem habent ad utranque partem. Deinde cum d.

Adhuc autem, Vtrum numeri, aut longitudines, & figuræ, & puncta substantiæ sunt quadam; aut non? & si substantiæ, utrum separatæ à sensibilibus, aut in eis? De his omnibus non solùm difficile est consequi ueritatem, sed ne ratione quidem benè dubitare facile est.

Mouet duas dubitationes de Mathematicis; & prima dubitatio est, Vtrum res Mathematicę, scilicet numeri, longitudines, figuræ, & puncta sint quædam substantiæ; sicut posuit Pythag. & Plato? Aut non; sicut posuerunt Naturales. Secunda quæstio est, supposito, quòd prædicta sint substantię, Vtrum sint separata à rebus sensibilibus, uel non. Hęc enim omnia magnam dubitationem habent, & de illis non solùm est difficile ueritatem inquirere; sed nec etiam facile est de ipsis dubitare.

TEX. 3. *Primùm quidem igitur de quibus diximus primùm, utrum unius, an plurium scientiarum sint speculandæ omnia genera causarum?*

Discussiones, non propositæ. Postquam Philosophus mouit quæstiones; & numerauit ea, quę faciunt dubitationem in ista scientia: hic incipit de eis disputare: Et diuiditur in tres partes: in prima disputat de quęstionibus pertinentibus ad considerationem huius scientię: in secunda de quęstionibus pertinentibus ad substantiam: in tertia de quęstionibus pertinentibus ad principia substantię. Secunda ibi, [Amplius autem, vtrum substantię sensibiles.] Tertia ibi, [At de principiis, utrum oportet genera elementa.] Circa primum tria facit, primò disputat de consideratione huius scientię quantùm ad causas; per quas demonstratur: secundò disputat de primis principiis demonstrationis: tertiò quantum ad substantias consideratas in hac scientia: Secunda ibi, [At uerò de primis principiis demonstrationis.] Tertia ibi, [Totaliter substantiarum, utrum una est.] Circa primum sic procedit, primò premittit titulum quæstionis, quem intendit disputare: secundò disputat de ea, ibi, [Vnius enim scientiæ.] Dicit ergo primò, quòd primum dubitabile, de quo prius diximus, est, Vtrum unius scientiæ, an plurium sit speculari omnia genera causarum? Deinde cum dicit.

Vnius enim scientiæ quomodo erit non contraria principia existentia cognoscere?

Incipit disputare quæstionem, & sic procedit: quia primò ponit rationes ad probandum, quòd una scientia non considerat omnia genera causarum: secundò supposito, quòd plures scientiæ considerent plura genera causarum, quærit Quæ illarum debeat dici scia, quæ quęritur &c? Secunda ibi, [At uerò, sed scientiæ causarum.] Prima in duas, secundùm quòd adducit duas rationes: prima ad probandum, quòd ad unam scientiam non pertinet considerare omnia genera causarum: secunda ad probandum, quòd omnes scientiæ non possunt considerare omnia genera causarum: Secunda ibi, [Amplius autem multis existentium.] Dicit ergo primò: contraria sunt illa, quæ spectant ad unam scientiam: quæ ergo non sunt contraria, non spectant ad unam scientiam.

Dubitaret quis. Vtrum ratio Aristotelis ualeat. Dicendum est, quòd non: cum enim disputatiuè hic loquatur, non est inconueniens, quòd hic adducat aliquas sophisticas rationes: deficit autem hæc ratio per fallaciam consequentis; quandocunque enim fit processus à duobus causis ueritatis ad unam, semper est fallacia. *Quæstio.* Quòd autem aliqua diuersa spectent ad unam scientiam, potest esse duobus modis, & propter duas causas. Vna causa potest esse; quia illa diuersa reducuntur ad unam formalitatem: cum enim scientia sit una, oportet, quòd sua unitas oriatur ex una formalitate in obiecto: diuersa ergo unam scientiam non aspiciunt, nisi quæ reducuntur ad unam formalitatem. *Diuersa ad eandem scientiam spectare, dupliciter.* Secunda causa potest esse, quòd aliqua diuersa reducantur ad unam scientiam; quia unum facit ad cognitionem alterius; quandocunque.n. cognitio unius dependet à cognitione alterius impossibile est; quòd perfectè cognoscatur unum sine alio; eo modo quo dicimus, quòd quia cognitio priuationis dependet ex habitu, non potest *Dependens ab altero, non perfectè cognoscitur sine eo.*

cogno-

cognosci priuatio, nisi cognoscatur & habitus: & hoc modo contraria fortè spectant ad unam scientiam: quia non potest perfectè cognosci unum contrariorum sine cognitione alterius. Quòd ergo genera causarum spectent ad unam scientiam, hoc potest esse duobus modis; uel quia reducuntur in unam formalitatem; uel quia duorum contrariorum, siue priuatiuè oppositorum, unum dependet à cognitione alterius: Cùm ergo hęc possint uerificari duobus modis, ipse accipit, ac si uerificarentur tantùm uno modo: sophistica ergo ratio est à duabus causis ueritatis ad unam. Potest etiam hoc probari aliter: non enim si cōtraria sunt infra unam scientiam, quòd quæcunque sunt infra unam scientiam, sint contraria: maioris enim ambitus est esse infra unam scientiam, quàm est ambitus contrariorū: non enim ista duo conuertuntur; si sunt contraria, ergo sunt infra unam scientiam, & èconuerso. Ratio autem Aristote. accipitur, ac si esse infra unam scientiam tanti ambitus sit, quanti est ratio contrariorum: & è conuerso. Potest hoc idem probari aliter: quia ratio accipitur, ac si unitas scientiæ sumatur ex natura contrarietatis; quod tamen falsum est. Debemus enim imaginari unitatem habitus sicut unitatem potentiæ; unitas autem potentiæ sumitur ex unitate formalitatis in obiecto, ut ex aliquibus diuersis, quę sint infra illam formalitatem: Potentia enim uisiua ideo una est; quia quamuis aspiciat quæcunque diuersa, nō aspicit nisi sub ratione unius, scilicet lucidi; sic unitas ambitus sumitur ex unitate formali in obiecto principali; ut Geometria dicitur una scientia; quia quidquid considerat, considerat sub una ratione formali. Hæc autem formalitas in scientiis non est ipsa contrarietas, uel non contrarietas; immo esse contrarium accidit formalitati: ratio autem Philosophi accipit, ac si contrarietas esset tota ratio, quare aliqua cadunt infra unam scientiam. Dein de cum dicit.

Genera cāsarum ad unā spectare scientiam, duplicuer esse pōt.

A. l. diapha na.

Amplius autem multis existentium non profectò insunt omnia.

Postquam probauit, quòd una scientia non considerat omnia genera causarum; hic probat, quòd & si una scientia fortè posit considerare omnia genera causarum, tamen non omnis: Et circa hoc diuiditur textus: primò enim probat, quòd non omnis scientia considerat omnia genera causarum: secundò probat quoddam, quod dixit, ibi [Quo namque modo possibile est] Circa primum ergo dicit sic, quòd omnia genera causarum non insunt omnibus de numero entium; debet ergo suppleri: ergo non scientia quæcunque considerans aliquod ens, uel aliquod existens, considerabit omnia genera causarum. Est ergo ratio Philosophi in hoc; si omnis scientia consideraret omnia genera causarū; ergo omne ens consideratum à quacunque scien

E tia, includeret omnia genera causarum; sed hoc non est uerum; ergo nec primum.

Quæreret quis, Vnde sequitur hæc consequentia: si omnis scientia consideraret omnia genera causarum; ergo omne ens, quod cadit sub scientia, includeret omnia genera causarum. Respondeo. Dicendum est, quòd proportio est inter scientiam, & obiectum scientiæ; quæ quidem proportio est in hoc: quòd scientia cadit super obiectum; nec cadit super aliud, nisi super illud, quod continetur infra obiectum; ens enim, circa quod uersatur scientia, reducibile est ad obiectum, & quasi clausum & contentū infra illud: Si ergo omnes scientiæ considerant omnia genera causarum; oportet, quòd omnia genera causarum includantur infra omnia entia, considerata ab omni scientia: impossibile est

Quæstio.

Proportio inter scientiam, et obiectum.

F enim, quòd scientia uersetur circa causas, & omnia genera causarum, nisi inquantùm omnia genera causarum reducta sunt ad obiectum scientiæ, & quasi clausa infra obiectum: Si ergo omnes scientiæ considerant omnia genera causarum, & omnes scientiæ sunt circa totum ens; ergo omnia genera causarum claudunt totum ens. Deinde cum dicit.

Quo nanque modo possibile est, motus principiū esse in omnibus immobilibus, aut boni naturā? si qui dē omne, quod bonū est, secundum se, et propter suā naturā, finis est, & ita causa, quòd illius causa & fiunt, & sunt cætera: finis autem, & cuius causa, actus cuiusdam est finis. Sed actus omnes cum motu, quare in immobilibus non contingit hoc esse

G

principium, neque esse aliquid autogathon, idest per se bonum.

Probat, quod dixit: dixit enim, quòd omnia genera causarum non insunt omnibus entibus: uult ergo hoc probare: & primò probat per rationem in rebus mouentibus uniuersaliter: secundò in rebus Mathematicis, ibi [Vnde etiam in Mathematicis.] Dicit ergo primò, benè dictū est, quòd omnia genera causarum non insunt omnibus entibus, quo nāque modo possibile est principium, unde motus in immobilibus? idest causa agens non potest esse in rebus immobilibus; quia eo ipso, quòd immobilia sunt, ibi non

H est actio, nec motus; Nec etiam in talibus potest esse causa finalis, quæ uocatur natura boni: cuius ratio est; quia omne, quod est bonum secundùm se, & secundùm naturam suam, est finis: finis & bonum conuertuntur; finis autem, & cuius causa sit aliquid, est terminus alicuius actus; omnis autem actus cum motu est; sed in immobilibus non contingit esse motum, & actum, eo ipso q̄ immobilia: ergo non est in eis istud principium, quod est causa finalis, nec aliquid autogathon, idest per se bonum. Est ergo ratio Philosophi in hoc: ubicunque nō conuenit esse motum, & actū, non conuenit esse motum, finem, & actū, nec ēt causam finalē: sed in immobilibus nō est motus, &

In immobilibus nō est actio, nec motus, nec finis, sed quomodo?

& actus:ergo non est ibi finis. Notandum est, q ex hoc habetur confirmatio prædictæ rationis; si aliqua scientia considerat de immobilibus,& im mobilia non claudunt omnia genera causarum; ergo non omnis scientia considerat omnia genera causarum. Notandum est, quòd notabiliter dixit, quod est bonum secundùm se, est finis: aliquod enim bonum est utile, quod non est bonũ, nisi in ordine ad aliud;& tale non est bonum secundùm se, ex quo est bonum in ordine: & de tali non est nerum, quòd sit finis, nisi fortè finis sub fine: quoddam est aliud bonum, quod non est bonum in ordine ad aliud, sed non est bonum de se;& tale bonum, eoipso est finis, quòd non est ordinatum ad aliud, sed alia ordinantur ad ipsum;quia de ratione finis est, quòd alia præcedẽtia,& priora finiat,& terminet;& ipse non terminetur, uel finiatur.

Bonum triplex utile, honestum, & delectabile.

Quæreret quis. Vtrum eodem modo, & eadem ratione aliquid & sit bonum, & sit finis? Respondeo. Dicendum est, quòd licèt idem in re,& sit bonum,& sit finis;tamen alia ratione dicitur bonum, & alia ratione dicitur finis. Vbi notandum est,quòd secundùm Auicennam, secundo Metaphysicæ; finis, & bonum idem sunt in re; differunt tamen in ratione;Ipse enim finis cõparationem habet ad agentem, comparationem habet ad recipiens etiam ipsum:& cũ sit in potẽtia & cõparationẽ habet ad motum. per comparationem enim motus uocatur terminus, & non potest uocari finis: fine enim existente, propter quem res est; & quem res intendit; res non destruitur, sed perficitur per eum;motus autem destruitur per inuentionem finis, qui quidem non debet uocari finis respectu ipsius motus, sed terminus:finis nerò respectu recipientis, quod per illum perficitur, uocatur bonum;nam isto modo idem est, quòd perfectio perfectibilis, & recipiẽtis;omnis autem perfectio est quędam bonitas perfectibilis. Debemus enim imaginari, q priuatio perfectionis in recipiente perfectibili est quoddam malum;perfectio autem sibi opposita est quoddam bonum, oppositum remouens illud malum, & perfectio, ipsius perfectibilis: respectu aũt agentis debet ipse finis dici cã finalis;quia ex hoc sua cãlitas est, quia mouet agẽtẽ.

Quæstio.

Finis & bonum unũ idẽ, et differunt.

Per inuentionem finis destruitur motus.

Dubitaret quis, Vtrũ finis sit terminus motus? Respondeo. Dicendum est, quòd sic, ille finis, scilicet, qui acquiritur per motum: nam de ratione causæ finalis est. quòd habeat quandam prioritatem respectu agentis, & quandam posterioritatem:finis primò mouet agentem: agens autem motus, inducit finem in effectu:ita quòd finis, ut cã est, præcedit agens:sed secundùm quòd finis est quidam effectus, qui per actum agentis inducitur, ut sic finis & est prius & posterius; & præcedit actum,& sequitur.

Quæstio.

Finis habet rõnem prioris,& posterioris.

Dubitaret quis. Vtrum omnis finis sit acquisitus per actum, & sit terminus actus? Dicendum est, quòd nonnam certum est, quòd prima cau-

Quæstio.

A sa est finis totius uniuersi:dictum est enim superiùs, quòd omne ens ordinatur ad primum ens; certum est autem, quòd prima causa est prior oĩ ente in essendo; ergo non potest acquiri per actum alicuius agentis;ipsa enim & est agens, & est finis: inquantùm est agens, præcedit actum cuiuscunque agentis, etiam in essendo; inquantùm est finis omnium actionum agentium, terminat omnem actum:sed tamen ita terminat, q non acquiritur per actum: quia impossibile est, quòd illud, quod est prius alio in essendo, acquiratur per actum illius:hæc autem causa præcedit omnem actum in essendo.

Prima causa est finis totius uniuersi.

Dubitaret quis, Vtrum in rebus inmobilibus sit actus,& motus? Respondeo. Dicendum est,

B q hoc potest intelligi duobus modis: Vno modo q sit ibi actus, ita q acquiratur per motum; & hoc mõ non est motus, in rebus immobilibus, res enim immobiles, sicut Substantiæ separatæ, non introducuntur in esse per motum, aut generationem (nisi fortè uocemus creationẽ mutationẽ)& sic res imobiles nõ sũt finis alicuius motus, nec alicuius actus mobilis. Secundo mõ põt intelligi, q sit ibi motus, ita q motus,& actus causetur actiuè à substãtia imobili: & sic dico, q est ibi motus, & actus: mouẽt.n.alia p modum agentis,& per modum finis;quia mouent sicut desideratum & amatum. Ex quo patet, q quamuis res immobiles non moueantur secundùm se, & eo modo non sit ibi principium motus, nec etiã

Quæstio.

Quõ in immobilib. sit actus et motus.

C finis alicuius motus; tamen ipsa alia mouent: & hoc modo causa agens est in rebus immobilibus: & etiam alia finiunt, & sunt finis aliorum; quia mouent sicut desideratum & amatum;& hoc modo etiam est finis in rebus immobilibus. Et ad ad hoc non ualet ratio Philosophi: non. n. plus probat, nisi q non monentur; nec sunt terminus alicuius motus; nec introducuntur in esse ab aliquo agente per motum. Ita quando dicitur, immobile priuat motionem passiuam in substãtiis separatis, s. q per motum non habeant esse; non autem priuat motionem actiuam. s. quin alia moueant per modum agentis, uel per modum finis. Deinde cum dicit.

Causa agẽs est in rebus immobilib.

D *Vnde & in Mathematicis nihil per hanc ostenditur causam, neque est demõstratio ulla, eo quòd melius aut deterius, sed nec omnino nullus taliũ alicuius reminiscitur. Quapropter & Sophistarum quidam, ut Aristippus ipsas præ neglexit. In aliis enim artibus & illiberalibus, ut Tectonica, & Coriaria, eo quòd meliùs aut deteriùs dici omnia Mathematicas uerò nullã de bonis, aut de malis rationẽ facere.*

Postquam probauit causam agentem, & finalem non esse in immobilibus; ex hoc specialiter descendit ad ostendendum, quòd non sunt in Mathematicis, dicens sic, quòd ex hoc, quòd in immobilibus non est finis, euenit, quòd in Mathematicis nihil demonstretur per causam finalem; nec demonstratio est in eis ex hoc, quòd aliquis finis sit deterior, uel melior; nullus enim Mathema-

Mathematica non demonstrant p causã finalem.

thematicorũ reminiſcitur cauſæ finalis. Et iõ ille Sophiſta Ariſtippus neglexit dinumerantes ſciẽtias per cauſas finales; cuius ratio eſt, quia tales demonſtrationes ſunt in artibus illiberalibus, puta Coriaria, & Tectonica ideſt ædificatoria: tales enim artes conſiderant rationem boni, & rationem finis; & quidquid conſiderant, conſiderant propter melius, & propter deterius: artes autem Mathematicæ nullam demõſtrationem faciunt propter finem, quia nullam mentionem faciunt de ratione boni, uel mali; bonum autem & finis conuertuntur. Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc. ſcientiæ, quæ conſiderant cauſam finalem, demõſtrant per finem; ſed in Mathematicis nulla eſt demonſtratio per finem, ergo Mathematicæ non conſiderant cauſam finalem. Notandũ eſt, quòd potiſsimæ demonſtrationes ſunt in Mathematicis; & ideo Ariſtippus demonſtrationes, quæ non erant in Mathematicis, ſed in Metaphyſicis; uilipendebat: & hoc quia non erant in ſcientiis, quę potiſsimè demonſtrant.

Quo artes mechanicæ conſiderant finẽ, & bonum.

Demonſtrões potiſsimæ ſunt in Mathematicis.

Ariſtippus ãridebat demonſtrões non Mathematicas.

Quæſtio.

Quæreret quis, Vtrum in Mathematicis ſit finis? Dicendum eſt, quòd Mathematica ut ſic, nec mouẽt, nec mouẽtur: Nõ.n. mouent, quia oẽ mouens concernit eſſe exiſtentiæ; Mathematica autem in conceptu, licèt non in eſſe, abſtrahunt ab eſſe exiſtentiæ: ex quo ergo non mouent, non eſt ibi principium motus, nec finis motus: finis enim reſpicit agens; ex quo ergo nõ eſt ibi ratio actionis, nec ratio finis. Mathematica etiam non mouẽtur, hoc eſt, ut ſic non introducũtur per motũ: quia quod introducitur per motum, concernit eſſe ſenſibile; Mathematica autem abſtrahit ab eſſe ſenſibili; & per conſequens ut ſic, non terminãt motum; ergo ut ſic non ſunt finis. Notandum eſt tamen, quòd differt finis, & illud, quod eſt finis, in quantum finis; in Mathematicis enim poteſt eſſe illud, quod eſt finis; & illud, quod eſt bonum, ideſt quod idem eſt quantitas naturalis, & quantitas Mathematica: ergo ſicut illa eſt finis, ita & hæc: ſed tamen quantitas ut naturalis, ſcilicet ſub iſto modo, eſt finis ſub ratione finis; quia ut naturalis terminat motum; illa eadem quantitas, ut mathematica, eſt illud, quod eſt finis: quia eadem eſt cum naturali: ſed tamen quia ut ſic, nõ terminat motum; non eſt finis inquantùm finis, nec ſub ratione finis.

Mathematica non mouẽt, nec mouentur: ſed quare?

Finis, & id qđ eſt finis, differunt.

Quæſtio.

Quæreret quis. Vtrum hæc ſcientia conſideret omnia genera cauſarum? Reſpondeo. Dicendum, quod dicit Auicenna primo Metaphyſicæ, quoſdam dixiſſe, quòd cauſa erat ſubiectum in hac ſcientia: ita quòd genera cauſarum erant cõſiderata in hac ſcientia, ſicut ſubiectum: quod poteſt improbari, ſicut ipſe improbat multis uiis. Prima uia ſummitur ex habitudine, quæ eſt inter ſubiectum, & paſsiones: nam paſsio ſic ſe debet habere ad ſubiectum, quòd debet oriri ex principiis ſubiecti; nec debet eſſe maioris ambitus, quàm ſit ipſum ſubiectum: ſi enim paſsiones excederent ſubiectum, non poſſent oriri ex princi-

An cã ſit ſubiectum Metaphyſi.

Metaphyſi. non conſiderat omnia genera cauſarum.

E piis ſubiecti: quia qđ eſt extra ſubiectum de paſſionibus, non poteſt oriri ex eo. Verbi gratia, ſi aliqua paſsio excederet magnitudinem, quæ reperiretur extra magnitudinẽ; illa nõ oriretur ex natura magnitudinis, ſed ex aliquo ſuperiori; cuius ambitus eſſet tantus, quantus eſſet ambitus illius paſsionis. Si ergo hæc ſunt uera, patet, quòd cauſa non eſt ſubiectum in hac ſcientia: paſsiones enim huius ſcientiæ excedunt cauſam: nam iſta ſcientia conſiderat de potentia, & actu; de uno & multo; quæ excedũt ambitum cauſæ: quia eſſe in potentia, & in actu non ſunt paſsiones cãrum tantùm: ſed etiam effectuum: ſimiliter unum & multa: Cùm ergo excedunt ambitum cauſæ, igitur cauſa non poteſt eſſe ſubiectum: oportet

Paſsiones Metaph. excedunt cãm.

F ergo, quòd ſubiectum ſit illud, cuius ambitũ hæ paſsiones non excedunt: & hoc eſt tantùm Ens, inquantùm ens. Secunda uia poteſt eſſe ex ratione huius ſcientiæ ad ſuum ſubiectum: nam cum iſta ſcientia ſit ſuprema & prima: oportet, quòd ſuum obiectum ſit primus conceptus, non reſolubilis ad aliquem priorem conceptum; hoc autem impoſsibile eſt, quòd ſit cauſa; cauſa enim inquãtum cauſa eſt quid relatum; omnis autem conceptus relatiuus eſt reſolubilis ad alium cõceptum abſolutum, tanquam ad prius; impoſsibile eſt.n. cognoſcere cauſam inquantùm cauſam, niſi cognoſcatur illud, cuius eſt cauſa: & ſimiliter conceptus cauſæ, & cuiuslibet relatiui dependens eſt ex conceptu ſui relatiui: conceptus autem, qui eſt obiectum huius ſcientiæ, debet eſſe con-

G ceptus independens: & cum conceptus Entis ſit primus conceptus, & abſolutiſsimus, & non reſolubilis: oportet, quòd obiectum huius ſcientiæ ſit conceptus entis, inquantum ens. Concludit ergo Auicenna, quòd hæc ſcientia conſiderat cauſam, uel inquantum cauſa, uel inquantum ens; cũ ergo non poſsit eſſe ſubiectum inquantum cauſa; oportet, quòd ſit conſiderata in iſta ſcientia, in quantùm reducta ad ens. Ex quo concludo: eo ipſo, quòd non conſideratur niſi per reductionem ad aliquod aliud, non poteſt eſſe ſubiectum huius ſcientiæ; quia ex quo reducitur ad aliquod; illud, ad quod reducitur, formalius eſt; illud autem uocatur obiectum in ſciẽtia, & ſubiectum; quod

Obiectũ Metaphyſicæ & cõceptus entis, ut ens ẽ.

H formalius eſt in ſcientia: & quòd ad nihil aliud formalius reducitur, ſed omnia alia ad illud. Patet ergo falſitas illorum, qui ponebant, quòd cauſarum genera erant hic conſiderata in hac ſcientia, ſicut obiectum.

Illud eſt ſubiectum in ſcientia, qđ eſt formalius in ſciẽtia.

Quæſtio.

Quæreret quis. Vtrum hæc ſcientia in ſpeciali conſideret cauſam finalem? Reſpondeo. Dicendum eſt, quòd ſic; quod patet ſic: hæc ſcientia cõſiderat ens inquantum ens, ergo debet conſiderare illud, in quo maximè ſaluatur ratio entis; illud autem, in quo maximè ſaluatur ratio entis, eſt finis omnium entium. Nam illud, in quo maximè ſaluatur ratio entis; eſt ipſum primum ens: primum autem ens eſt finis omnium entiũ; quia omnia ſuo modo appetunt aſsimilari primo enti.

ti. Sic ergo hæc scientia considerat ens, inquantum ens; & ex hoc cõsiderat primum ens; & quia primum ens est finis omnium entium; concludit, q considerat causam finalem.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum hæc scientia consideret causam agentem? Respondeo, dicendũ est, q sic; nam cum hæc scientia consideret substantias separatas; substantiæ autem separatæ se habent in ratione agentium respectu inferiorum; considerabit causam agentem: nam substantiæ separatæ, maximè prima causa, quæ cadit sub cõsideratione huius scientiæ; respectu aliorum entium, & est mouens, & est finis: ita q in idem incidit causa mouens, & causa finalis: & ideo ista scientia, quæ considerat primam causam, considerabit causam mouentem.

Cã agẽs, & finalis cõincidunt.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum hæc scientia consideret formalem causam? Respondeo. Dicendum est, quòd sic; causa enim formalis rei dat entitatẽ rei; illa ergo scientia, quæ considerat ens inquantum ens, debet considerare formalitatem. Notandum tamen, quòd differt considerare formalitatem in se, & formalitatem in hoc: sicut differt cõsiderare animal in se, & animal in homine: sicut enim animal in homine non est nisi homo; ita formalitas in hoc, puta homine, non est nisi homo: Considerare ergo formalitatem in se; puta quid est quidditas, pertinet ad hanc scientiam: sicut patet ex Septimò huius: considerare autem formalitatem in hoc, pertinet ad alias scientias: Sicut Geometria non considerat formalitatem in se; sed formalitatem in magnitudine; & huiusmodi non est, nisi considerare magnitudinem: quia (ut dictum est) formalitas in magnitudine non est nisi magnitudo: ita quòd hæc scientia considerat formalitatem per se: si autem considerat formalitatem in hoc, est ex consequenti: E contrario autem in aliis scientiis: quia primò considerant hoc, & considerando hoc considerant formalitatem: sicut Geometria considerat magnitudinem; & hanc considerando, considerat formalitatem in magnitudine.

Differentia inter formalitatẽ in se, & in hoc.

Quæreret quis. Vtrum hæc scientia consideret causam materialem? Respondeo. Dicendum est, quòd non ita principaliter, sicut alias causas: & hoc, quia materia non est causa totius entis, sed tantũ entis particularis, & entis mobilis; & ideo si consideratur in ista scientia, non consideratur, nisi in quantum saluatur in ea ratio entis. Deinde cum dicit.

Materia nõ est cã totius entis, sed entis particularis.

At uerò si scientiæ causarum sunt plures, & altera alterius principia; quæ earum est dicenda, quæ quæritur? aut quis maximè res quæsitas est eas sciẽs habentium?

Postquam quæsiuit, Vtrum unius scientiæ uel plurium sit considerare omnes causas: supposito quòd sit plurium, quærit, Quæ illarum debet dici sciã, quæ quæritur &c? Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit unam quæstionem, quæ habet duas partes: secundò per tractat unam partem: Secunda ibi, [Contingit enim eidem,] Prima pars quæstionis est, si diuersæ causæ considerantur à pluribus scientijs, quæ illarum debeat dici scientia, quæ quæritur, an illa, quę considerat causam finalem? an illa, quæ considerat causam formalem, uel efficientem? Secunda pars quæstionis est: si aliqua res habet plures causas, quis maximè cognoscit illam rem, illorum, qui considerant diuersas causas illas? Deinde cum dicit.

A

Contingit enim eidem omnes modos causarum inesse, ut domus. Vnde quidem motus ars, & ædificator: cuius uerò causa opus, & materia terra, & lapides species uerò ratio.

Pertractat unam partium prædictarum; & diuiditur in duas partes; quia primò pertractat unã partem prædictæ quæstionis: secundò resumit illam quæstionem: secunda ibi, [Igitur ex dudum determinatis.] Dicitur ergo, quòd eidem rei cõtingit esse multos modos causarum; quod patet in rebus naturalibus, & in rebus artificialibus, de quibus ponit exemplum. Nam domus habet principium efficiens, sicut artem, & edificatorẽ; sic domus est aliquis finis, cuius causa fit; sicut opus, & usus; similiter domus est materia, sicut lapides, & ligna; similiter domus est aliqua forma, & species, sicut ratio, & proportio inter partes domus. Deinde cum dicit.

B

Vna & eadem res habet plures cãs: & una & eadẽ scit ita plures considerat causas.

Igitur ex dudum determinatis, quam decet uocare scientiarum sapientiam?

Resumit quæstionem supradictam, scilicet, supposito, quòd una res possit habere multas causas; & quòd plures scientiæ considerent plures causas, quæ illarum dici debeat sapientia? & primò format rationem suam: Ex determinatis dudum, idest in Primo, hoc est, secundùm determinata de sapientia in Primo libro, quæ sciẽtiarum considerantium causas, debet uocari sapientia, Vtrum illa, quæ considerat causam formalem, uel finalem, & sic de aliis? Deinde cum dicit.

C

Quæ sciẽtia mereatur nomen sapientiæ.

Habet enim rationem quamlibet appellari, inquãtum senior, & principalior; cui ueluti seruientes, nõ contradicere scientias alias, certum est; quæ finis & boni talis est. Huius enim causa sunt cætera.

Adducit rationes pro tribus causis, & primò pro causa finali: secundò pro causa formali, ibi, [Inquantùm uerò primarum causarum.] tertiò pro causa efficienti, ibi, [Circa generationes uerò, & actus.] Primò ergo adducit rationem pro causa finali, dicens, quòd licèt habeat aliquam rationem, quòd scientia considerans quamcunque causam, appelletur nomine sapientiæ; tamẽ specialis ratio uidetur de causa finali: inquãtùm enim sapientia est senior, & principalior aliis scientiis, cui aliæ scientiæ non contradicunt, sed subseruiunt; intantum certum est, quòd sapientia est respectu finis, propter quem, scilicet finẽ, cætera sunt: Est ergo ratio Philosophi in hoc: sciẽtia principalissima, quæ uocatur sapientia; debet esse respectu principalissimi principij, & principalissimæ causæ: cum ergo causa finalis sit principalissimæ causæ: cum ergo causa finalis sit princi-

D

Sapiẽtia est respectu finis.

cipalissima causa, propter quam sunt omnes aliæ causæ: ergo sapientia est respectu finis. Notandū est, quòd finis est causa causarum: nam finis mouet agentem; agens introducit formam: & forma perficit materiam; ergo finis præcedit agentem, & forma materiam: igitur benè dictum est, quòd finis est illud, propter quod cętera sunt. Notandum est etiam, quòd sapientia considerat altissimas causas, & primas: cum ergo finis sit prima causa, & altissima respectu omnium; benè dictum est, quòd sapientia debet considerare causam finalem: Vtrum autem hæc scientia hanc cōsideret, disputatum est statim supra. Deinde cum dicit.

Finis quō cā causarū.

In quantùm uerò primarum causarum, & maximè scibilis, diffinitiua est esse substantiæ, utique erit talis.

Ponit rationem pro causa formali: & diuiditur in duas partes: primò ponit rationem suam: secūdò probat quoddam, quod dixerat, ibi [Multis enim modis.] Primò enim dicit, quòd in quantum sapientia est consideratio primarum causarum, & consideratio maximè scibilis, in tantum uidetur, quòd sit consideratiua substantiæ, & formæ; quæ quidem substantia, & forma est diffinitiua ipsius esse: esse dico diffinitiui, & esse essentiæ: Est ergo ratio Philosophi in hoc: illa sapientia, quæ considerat maximè scibile, debet considerare causam, quæ maximè facit scire; causa formalis est huiusmodi; quia est certificatiua ipsius esse: ergo sapientia considerabit causam formalē. Deinde cum dicit.

Multis enim modis rationem scientibus, magis quidem scire dicimus eum, qui nouit in ipso esse, quid ipsa res, quàm in non esse: & horum eorundem aliud alio magis, & maximè quid est, et non quantum, aut quale, aut aliquid facere, aut pati, apta nata est.

Probat quoddam, quòd dixerat, scilicet, quòd causa formalis maximè facit scire, sicut supposuerat in ratione: Et diuiditur ī duas partes, quia primò probat, quòd causa formalis facit maximè scire essentiam rei: secundò probat, ꝙ hoc etiam habet ueritatem in accidentibus, ibi [Amplius autem & in aliis.] Dicit ergo, dictum est, quòd formalis causa est certificatiua esse, & facit maximè scire: quod patet, quia scientibus idem per multos modos, magis dicimus scire eum, qui nouit esse rei, quàm illum, qui non nouit esse: de numero illorum, qui nouerint esse rei, magis nouit ille rem, qui nouit quid est rei, quàm ille, qui nouit quantitatem rei; quàm etiam ille, qui nouit, quid est apta nata facere res, uel quid est apta nata pati: Est ergo ratio Philosophi in hoc: formalitas, & quidditas rei magis ducunt in notitiam rei, quàm quodlibet eorum consequētium: ergo formalitas, & quidditas facit magis scire rem, quàm quodlibet illorum consequentium. Notādum est, quòd Arist. imaginatur quidditatem immediatè: secundò imaginatur accidentia, tanquā quæ-

Causa formalis facit maximè scire, quia dat esse. hinc in diffinitione ipsius scire primo Post. per cām intelligenda ē cā formalis tantùm.

E dam extrinseca, & quasi quædam aduentitia: sicut primò intelligimus quidditatē humanitatis in habēte humanitatem, hoc est priùs humanitatem, secundariò accidētia, & quasi ex cōsequenti: & quia ipsa quidditas immediatè aspicit habentem quidditatem; ideo magis declarat habentem quidditatem, quàm quodlibet consequentium accidentium. Notandum est etiam, ꝙ notitia pōt haberi de re negatiuè, noscendo. i. non esse hoc, uel illud: uolenti. n. uenire ad notitiam rei, non est modicum scire, ꝙ illud, quod quæritur; non est hoc, uel illud: puta uolenti noscere naturam hominis, non est parua portio scire, ꝙ illud; quod quæritur, non est aliqua aliarum specierum: Hęc autem scientia, quæ habetur de non esse, habetur per notitiam rei in generali; quia

Quō de re habeatur notitia negatiuè.

F cognitio rei in speciali habetur per cognitionē ipsius esse, non per cognitionem ipsius non esse; postquam enim scitur de re ipsum non esse per notitiam generalem; quæritur ipsum esse rei, & etiam ipsa essentia, ut habeatur notitia rei in speciali; quantùm enim excedit notitia specialis notitiam generalem; tantùm excedit notitia de esse notitiam, quæ est de non esse. Et ideo benè dicit Philosophus, quòd magis dicimus scire de re, qui scit ipsum esse, quàm illum, qui scit de re ipsum non esse. Posset hoc aliter declarari: omnis notitia priuationis oritur ex habitu; & oīs demonstratio negatiua oritur ex affirmatiua: similiter proportio negatiuæ ex affirmatiua; ideo. n. ista est uera, bonum non est malum; quia ista est

Cognō affirmatiua, melior cognōne negatiua.

G uera, bonum est bonum: & ideo ista uera est, homo non est asinus; quia ista est uera, homo est homo. Si ergo ita est, & notitia habita de ipso esse, est radix, & fundamentum notitiæ, quæ habetur de non esse: unumquodque enim magis scitur, quando scitur in sua radice, & in suo principio primo: ergo. Deinde dicit.

Quando aliquid magis scitur.

Amplius autē & in aliis scire singula, & quorum demonstrationes sunt: tunc putamus existere, quando scimus quid est: ut quid est tetragonizare? quia mediæ inuentio; similiter autem & in aliis.

Postquam probauit, quòd substantia, & natura rei magis scitur per quidditatem, quàm quando scitur per consequentia: hic probat etiam habere ueritatem circa accidentia; quia natura accidentis tunc maximè scitur, quando scitur quid

H est natura ipsius accidentis. Dicit ergo sic: quòd ampliùs & in aliis à substantiis, scilicet in accidētibus, quorum sunt demonstrationes; tunc maximè dicuntur scire illa, quando scimus de illis, qđ quid est ita: & ponit exemplum, ut tūc scimus tetragonismū, quando scimus, quod quid est eius, scilicet quòd tetragonismus est inuentio mediæ lineæ: sicut dico de tetragonismo, ita de aliis. Vocatur autem tetragonismus superficies æquidistātium laterum, ut quadrata, quam tamen dicimus quadrare; quia inuenimus quadratum illi æqualem: quod non est aliud nisi inuenire lineam mediā in proportione inter latera superficiei, & ex cuius

Tetragonismus quid.

cuius ductu fit quadratum, æquale superficiei non quadratę. Quod, ut meliùs pateat; ponamus exēplum in numeris: sex enim est in media proportione inter quatuor, & nouē. sex enim ad quatuor est in proportione sexquialtera. nouē autem ad sex est proportio similiter sexquialtera: si autē ducātur quatuor in nouem; ex ductu istius in illum fiunt triginta sex. Similiter si ducatur senarius, qui fuit in media proportione in seipso, certè fiunt trigintasex: ergo illud quadratum, quod fit ex ductu istius numeri, scilicet senarij in seipsum, est æquale numero, qui fit ex ducatu quaternarij in nouennarium. Similiter ponatur exemplum in continuis: sint tres lineæ. A. B. & C. sicut se habet. A. ad B. ita B. ad C. ita quòd B, sit in media proportione inter A, & C. tunc quadratum, quod fit ex ductu in seipsum, est æquale superficiei non quadratæ, quæ fit ex ductu ipsius A. in ipsum C. ergo benè dictum est, quòd inuenire lineam, est inuenire quadratum æquale superficiei non quadratæ. Notandum est, quòd aliqua sunt, quæ respiciunt naturam accidentium per modū essentialium; aliqua, quæ respiciunt per modum accidentalium: aliter enim dicimus albedinem esse colorem, aliter albedinem esse claram: color enim est de essentia albedinis, claritas autem accidit albedini; Sicut ergo in substantia ipsa quidditas; quia propinquiùs aspicit substantiam; magis notificat eam, quàm ipsum accidens: sic in accidentibus, ipsum quòd quid est accidentis magis notificat ipsum esse accidentis, quàm accidēs ipsius accidentis. Deinde cum dicit.

Proportiones aliquot.

Natura accidentis dupliciter respicitur.

Circa generationes uerò, & actus, & circa omnem transmutationem opinamur nos perfectè cognoscere, quando cognoscimus principium motus. Hoc autem alterum, & oppositum fini.

Ponit rationem pro causa efficienti, & diuiditur textus; quia primò ponit rationem suam: secundò concludit, quòd alterius scientiæ est considerare aliam & aliam causam principaliter. ibi, [Quapropter uidetur.] Dicit ergo, quòd circa generationem, & actum, & circa omnem transmutationem, tunc maximè cognoscimus, quando cognoscimus principium motus: cuius ratio est; quia in iis, quæ habentur per motum, causa efficiens uidetur tenere principalitatem; nam motus non est, nisi actus mobilis à mouente, hoc autem mouens est quid oppositum fini, & alterum ab eo. Notandum est, quòd per prædicta Aristo. non intendit ostendere, nisi quòd diuersæ causæ habent diuersas principalitates in diuersis scientiis: nam in illa scientia, quæ est ordinatio aliarum, & ad quam alia ordinantur; uidetur tenere principalitatem finis, qui est causa causarum in illa scientia, quæ respicit maximè scibile; & quia natura scibilitatis respicit maximè formam, & est per formam, uidetur obtinere principatum forma; & quia una & eadem substantia est ordinatiua & suprema respectu aliorum, & respicit maximè scibile, in

3. Phy. 6.

Diuersa causa diuersimode præminēt in scientiis diuersis.

A omni una, & eadem scientia consideratur forma, & finis; sicut in Metaphysica: nam Metaphysica propriè est de prima forma, & ultimò fine: In iis autem, quæ sunt per motum & transmutationem uidetur obtinere principatum causa agens; quia motus non est aliud, nisi actus mobilis à mouente. Notandum est etiam diligenter, quòd Philosophus dicit, quòd finis, & efficiens sunt diuersa, & opposita: cuius ratio est; quia licèt finis sit primum in intentione, est tamen ultimum in operatione, & executione. Vnde ipsum agens respicit motum, sicut principium, à quo effectiuè initiatur motus; finis autem respicit motum, sicut terminans motum; & quo habito cessat motus: Et ideo finis agenti B opponitur; quia agens præcedit motum, finis autem sequitur; licèt in intentione præcedat agentem. Deinde cum dicit.

Finis, & efficiens sunt opposita.

Quapropter uidetur alterius esse scientiæ causarum harum singulas speculari.

Concludit, quòd per prædicta manifestū est, quòd speculari singulas causas est alterius, & alterius scientiæ; quia ostensum est, quòd in diuersis rebus diuersæ causæ uidentur habere principalitatem; in iis, quæ sunt per motum, causa agēs: in scibilibus quòd quid est: in iis autem, quæ sunt ad finem; ipse finis.

At uerò de principiis demonstrationis, Vtrum unius scientiæ est, aut plurium, dubitatio est. TEX. 4.

C Postquam Philosophus disputauit de consideratione causarum; hic disputat de primis principiis demonstrationis, & maximè de hoc principio, De quolibet affirmatio, uel negatio: Et circa hoc tria facit, primò ponit quæstionem suam: secundò arguit ad unam partē, ibi [Vnius igitur esse non est rationale] tertiò arguit ad partem oppositam, ibi [At uerò si alia.] Prima adhuc diuiditur in tres: primò ponit quæstionem suam: secundò declarat quoddam, quod dixerat, ibi, [Dico autem demonstratiuas.] tertiò redit supra quæstionem suam, eam repetens, ibi [Vtrum harum una scirntia.] Dicit ergo primò; At uerò dubitatio est de primis principiis demonstrationis, utrum considerare ea, sit unius scientiæ, aut plurium. Deinde cum dicit.

D *Dico autem demonstratiuas communes opiniones, ex quibus demonstrant: ut quoniam omne necessarium est aut dicere, aut negare; & est possibibile simul esse, & non esse: & quæcunque tales propositiones.*

Manifestat, quod est principium demonstrationis dicens; Dico autem, idest uoco demonstratiuas, hoc est, principia demonstrationis, communes opiniones, hoc est, de quibus omnes opinantur; & circa quæ nullus errat: ex quibus opinionibus demonstrant omnes scientiæ, sicut est istud principium, Omne, quod est, necesse est esse, uel non esse: & Impossibile est idē de aliquo affirmare, & negare. & si aliquæ sunt similes propositiones. Deinde cum dicit.

Principium demonstrationis quod.

K Vtrum

Vtrum harũ una scientia et substantiæ, aut aliæ? Et si non una est, quam oportet appellare, qua nunc est quæsita.

Repetit quæstionem suam, & est, Vtrum omnium principiorum sit una scientia, uel plures? & Vtrum illa scientia, quæ considerat de substãtia, consideret de principiis? uel si alia de substantia, alia de principiis, Quæ earum debeat dici philosophia prima, quæ nunc est quæsita? Notandum est, quòd Philosophus uocat prima principia cõmunes opiniones; cuius ratio est; quia ipsa prima intellecta, quæ sunt prima principia, sunt nota omnibus; ita ꝙ communiter de illis opinantur: illa autem, quæ eliciuntur ex iis principiis intellectis, non sunt nota omnibus; sed solùm sapientibus: Principia enim in sua prima apprehensione statim apprehenduntur ab omnibus: sicut, quòd Omne totũ est maius sua parte: & ideo hæc propter generalitatem apprehensionis uocantur cõmunes apprehensiões, & claræ: Alia autem quæ eliciuntur ex istis, sicut conclusiones; quia non habentur nisi per magnum discursum, nec eas habere est, nisi sapientum: ideo possunt nocari propriæ opiniones, & occultę: prima possunt dici nota omnibus; ista autem nota sapientibus. Deinde cum dicit.

Prima principia cur dicantur cões opinio.

propria opiniones quæ.

Vnius igitur esse, non est rationale. Quid enim magis Geometriæ, quàm qualiscunque de his est proprium audire? Si igitur similiter qualiscunque sit, omnium uerò non contingit, sicut nec aliarum: ita neque ipsas substantias cognoscentes, proprium est de istis cognoscere.

Obiicit ad unam partem, ostendendo, quòd hæc principia considerare non spectat ad unam scientiam; nec etiam ad illam, quæ considerat substantiam: Et diuiditur textus; quia primò ostendit, quòd illa scientia, quæ considerat de substantia, non considerat hæc principia: secundò ostendit, quòd etiam scientiæ particulares ista non cõsiderant, ibi [Simul autem, & quomodo erit eorum scientiam?] ita quòd prima ratio ostendit, quòd Metaphysica sola non considerat hæc principia: secunda, quòd nec etiam aliæ scientiæ particulares: Dicit ergo primò: unius scientiæ non est rationabile considerare ista principia; quia non est maior ratio de una scientia, quàm de alia: de iis enim non est magis obaudire considerationi Geometriæ, quàm alterius: omnes uerò scientias considerare hæc principia, non conuenit; quia una scientia unũ considerat: sicut autem non est unius scientiæ cuiuscunque considerare ista principia, sic nec scientiæ, cognoscentis substantiam, quam nocamus Metaphysicam; est proprium cognoscere de huiusmodi principiis. Est ergo ratio Philosophi in hoc: unius scientiæ cuiuscunque non est considerare prima principia; cùm ipsa sint communia omnibus; ergo nec illius, quæ considerat substantiam, hanc autem uocamus Metaphysicam. Vbi notandum est, quòd substantia uidetur esse quoddam ens, diuisum contra subiecta aliarum scientiarum; sicut ergo aliæ scientiæ propter particularitatem subiecti diuisi contra substantiam, alia subiecta non considerant, principia prima communia omnibus scientiis: nec illa scientia, quæ considerat substantiam (quia substantia uidetur esse quid contra diuisum contra alia subiecta) considerabit ista principia communia.

Vnius scientiæ non est considerare prima principia.

E

Quæreret quis, Vtrum hæc ratio ualeat: aliæ scientiæ non considerant hæc principia; ergo nec illa, quæ considerat substantiam? Respondeo, Dicendum est, quòd non ualet: illa enim eadem scientia, quæ considerat substantiam; considerat ens inquantùm ens: scientiæ autem aliæ, quæ cõsiderant alia subiecta, utpote magnitudinem, & numerum; non oportet, quòd considerent ens inquantùm ens. Ratio autem huius differentiæ est; quia ratio entis inter omnia prædicata primò, & etiam principaliter saluatur in substantia: & ideo oportet, quòd illa scientia, quæ considerat ens inquantum ens; consideret illud, in quo inter prædicata saluatur primò ratio entis: nec sic autem saluatur ratio entis in subiectis aliarum scientiarum sicut in substantia: ideo non oportet, quòd aliæ scientiæ, quæ considerant alia entia; considerent ens inquantùm ens. Si ergo una scientia consideret ens inquantùm ens, & consideret substantiam; & illa, quæ considerat ens inquantùm ens, consideret hoc principium, De quolibet affirmatio, uel negatio: patet, quòd illa scientia, quæ considerat substantiam, potest considerare hoc principium, & alia principia communia: Et patet, quòd motiuum illorum non ualebat: subiecta aliarum scientiarum, ita sunt contra diuisa contra alia subiecta, quòd non includunt aliquod subiectum generale, ad quod sequitur hoc principium, De quolibet affirmatio &c. illa autem scientia, quæ considerat substantiam ita habet subiectum contra diuisum contra alia subiecta, quòd ad ipsum sequitur ens, ad quod pertinet istud principium, De quolibet affirmatio, uel negatio, &c. Deinde cum dicit.

F

Quæstio.

Rõ entis primò, et præcipue saluatur in substantia.

A. l. prædicamenta.

G

Simul autem, & quomodo erit ipsorum scientia? Quid enim & unumquodque horum existit ens, & nunc nouimus. Vtuntur ergo eis, ut notis artes aliæ.

H

Ostendit, quòd ad aliquam scientiam particularem non spectat considerare principia: & hoc probat per duas rationes, prima in principio: secunda ibi, [Si autem de iis est demonstratio.] Prima ratio talis est. Illud, quod supponitur à scientia, non consideratur à scientia; prima principia supponuntur in qualibet scientia; ergo non considerantur in scientia qualibet: Et hoc est, quod dicit: quomodo est ipsorum principiorum scientia aliqua particularis; nec enim statim nouimus, quòd unumquodque istorum principiorum est aliquid existens: & omnes

aliæ ſcientiæ, & artes particulares utuntur iſtis principijs, ut per ſe notis. Notandum eſt, quòd illud, quod prima impreſsione imprimitur in anima, ens eſt; quod aût ſecunda impreſſione imprimitur, eſt hoc ens, uel illud: illud aût, quod ſecundariò imprimitur in anima, ſupponit, quod primò imprimitur: cum ergo aliæ ſcientiæ ab iſta, ſint circa hoc ens, uel illud; & hæc ſcientia circa ens inquantum ens; aliæ ſcientiæ ſunt circa illud, quod ſecundariò imprimitur, & iſta circa illud, quod primò imprimitur: ergo ſubiectum aliarum ſcientiarum ſupponit ſubiectum iſtius, & cum principia prima oriantur ex ſubiecto iſtius, ſcilicet ex ente inquantùm ens, oportet quòd omnes aliæ ſcientiæ ſupponant iſta principia, ſicut ſupponunt ſubiectum huius ſcientiæ. Notandum eſt etiam; quòd principia, quæ ſunt fundata ſuper terminos communes, ſtatim occurrunt intellectui, ſicut & ipſi termini communes; ſicut ſtatim occurrit natura entis, ita & hoc principium, De quolibet affirmatio &c. Et iō Philoſophus, quòd prima principia ſupponuntur tanquam nota omnibus. Si enim prima principia fundarentur ſuper terminos ſpeciales; cum natura terminorum ſpecialium non ſtatim pateat omnibus; nec talia principia fundata ſuper tales terminos ſtatim paterent; nec ſupponerentur ab omnibus artibus, tanquam nota omnibus. Deinde cum dicit.

Qđ prima impreſsione imprimitur in anima, ens eſt.

Ex hoc habere pôt, oēs alias ſcientias ſubalternari Metaphyſi. ſub alternatiōe non uniuoca, ſed analoga.

Si autem demonſtratio eſt de his, oportebit aliquod igitur eſſe ſubiectum; & hæc quidem paſsiones: illa uerò dignitates eorum. Namque de omnibus eſſe demonſtrationem, eſt impoſsibile: Neceſſe enim ex aliquo eſſe, & circa aliquid, & aliquorum demonſtrationē. Quare accidit eſſe unum genus aliquid monſtratorum. omnes enim demonſtratiuæ dignitatibus utuntur.

Ponit ſecundam rationem, & eſt ratio talis; Si ſcientia eſſet de dignitatibus, ita quòd dignitates demonſtrarentur in ſcientia, ſequeretur, ꝙ dignitates demonſtrarētur cum ſubiecto: quia quæcunque demonſtrantur, de ſubiecto demonſtrantur; quòd autem dignitates demonſtrentur de aliquo ſubiecto, impoſsibile eſt: ſi enim dignitates demonſtarentur de aliquo ſubiecto, ſequeretur, quòd omnes ſcientiæ particulares conuenirent in uno ſubiecto. Sicut enim omnes ſcientiæ particulares conueniunt in dignitatibus, ita conuenirent in ſubiecto, de quo demōſtrātur; & ſic omnium demonſtratorum in quacunque ſcientia particulari eſſet idem ſubiectum, ſicut ſunt eædē dignitates. Viſa hac ratione, patet litera, quæ dicit: quòd ſi de his, ſcilicet dignitatibus eſſet demonſtratio; oportebit, quòd iſta demonſtratio ſit circa aliquod genus ſubiecti, de quo demonſtrentur dignitates: In omi enim demonſtratione eſt ſubiectum, & paſsio, & diffinitio; ſubiectū autem, & dignitas non demonſtrantur; impoſſibile eſt enim demonſtrationem eſſe de omnibus: omnis enim demonſtratio ex aliquibus eſt,

Dignitates demonſtrari non poſſunt.

Eadem ferè habētur ex primo & ſecūdo Poſte. & 4. huius.

Cuilibet demonſtrōne tria inſunt.

A quantùm ad dignitates; & circa aliquid, quantùm ad ſubiectum; & aliquorum, quantùm ad paſſiones. Si ergo dignitates demonſtrarentur ex aliquibus prioribus (quod eſt impoſsibile; quia dignitatibus non ſunt priora principia) demonſtrarentur etiam circa aliquod ſubiectum: ſi autem ita eſſet, accideret omnium demonſtratorum in quacunque ſcientia particulari eſſe unum ſubiectum, omnes enim ſcientiæ demonſtratiuæ utuntur dignitatibus, ergo conueniunt in dignitatibus: ſi autem conueniunt in dignitatibus, conueniunt & in illo ſubiecto, de quo demonſtrantur dignitates. Deinde cum dicit.

Oēs ſcientiæ demonſtratiuæ utuntur dignitatibus.

At uerò ſi alia, quæ ſubſtantiæ, & quæ de his, quæ earum principaliter, & prior eſt? Vniuerſaliter enim maximè omnium principia ſunt dignitates. Et ſi non eſt Philoſophi, cuius erit alterius deternare ueritatem, & falſitatem?

B

Probat, quòd ad aliam ſcientiam, quàm ad illam, quæ conſiderat ſubſantiam; non ſpectat conſiderare principia; Et hoc eſt, quod dicit: ſiqua alia ſcientia conſiderat de principiis, & alia de ſubſtantiis; dubium eſt, quæ iſtarum ſit prior, & principalior? uidetur enim, quòd illa ſciētia, quę conſiderat ſubſtantiam ſit prima Philoſophia: quæ conſiderat etiam principia; dignitates enim uniuerſaliter ſunt principia reſpectu omnium, ſi ergo non cadunt ſub ſpeculatione primi Philoſophi, non erit dare, quæ alia ſcientia ſit, quæ ſpeculatur ueritatem & falſitatem in eis: & ſic remanebunt incognita. C Notandum eſt, quòd ratio Philoſophi conſiſtit in hoc, eiuſdem facultatis uidetur eſſe conſiderare ſubſtantiam, & conſiderare principia: ſi enim eſſent duę facultates, non eſſet facile dignoſcere, quæ harum eſſet maior: eadem. n. ſcientia principalis, quæ conſiderat ſubſtantiam, conſiderat principia. Cōſiſtit etiam ſecunda ratio Philoſophi in hoc: dignitates ſunt principia reſpectu omnium, ergo de eis nō poteſt determinari in una ſcientia; nāque idem pluries repeteretur; ergo oportet, ꝙ de iſtis dignitatibus determinetur in una ſcientia communi. ſ. in prima Philoſophia, cuius eſt cōſiderare communia. Notandū eſt, ꝙ hanc quæſtionem determinat Philoſophus in Quarto huius; oſtendens, ꝙ ad eandem ſciētiam, ad quam D ſpectat conſideratio entis in communi, ſpectat conſideratio principiorum, & maximè huius, De quolibet affirmō, uel negatio &c. & iā patuit ſuperiùs, quòd ratio prima tenet. Dictum eſt enim, quòd non eſt ſimile de Metaphyſica: quæ conſiderat ſubſtantiam, & de aliis ſcientiis, quæ conſiderant alia ſcibilia particularia: aliæ autem rationes, quæ concludunt, ꝙ aliæ ſcientiæ utuntur iſtis dignitatibus, & non probāt eas; uerum concludunt: quia in iſta eſt uirtus demoſtrationis, ꝙ ipſæ non demonſtrantur; cum etiam primus Philoſophus nō conſideret illas dignitates, ipſas demonſtrando; ſed ſolùm diſputauit illas, contradicendo negantibus.

Eiuſdē ſciētia eſt conſiderare ſubſtantiam, et prima principia.

Tex. c. 7. & inde.

TEX. 5. [*Totaliter quæ ſubſtãtiarum, utrum una omnium ſit, aut plures ſcientiæ?*

Poſtquam poſuit quęſtiones de conſideratione ſcientię quantũ ad cauſas, & principia prima, hic multiplicat quęſtiones circa eandem conſiderationem quantum ad ſubſtantiam: Et diuiditur in duas partes, quia primò quęrit unam quęſtionem de conſideratione ſubſtantię in ſe: ſecundò de conſideratione in reſpectu ad accidens. ibi, [Ampliùs autem utrum circa ſubſtantiam.] Prima in duas: quia primò ponit quęſtionem: ſecundò arguit ad unam partem, ibi [Vnã uerò omnium.] Quęrit ergo primò, Vtrum uniuerſaliter omnium ſubſtantiarum ſit una ſcientia, an plures? Notandum eſt, ꝙ Comm. dicit, ꝙ ſi una ſcia eſſet omniũ ſubſtantiarũ, uideretur ꝙ ſubſtantia diceretur uniuocè, & ſecundùm unam rationem de omnibus ſubſtantiis; & ſic omnes ſubſtantię eſſent generabiles, & corruptibiles: ſi autem plures ſcientię conſiderant omnes ſubſtantias, aut illę ſubſtantiæ, quę cadunt ſub diuerſis ſcientijs; erunt conſimiles, aut diuerſę: ſi igitur fuerint cõſimiles, continget quòd ſcientię ſubſtantiarum ſint unius ſcientię; & ſi non fuerint conſimiles, tunc hoc nomen, Subſtãtia, diceretur purè æquiuocè de ſubſtantiis: & tunc ſubſtantiarum ſcientię non reducerentur in unam ſciẽtiam: quod eſt impoſsibile: Igitur Cõmentator uidetur dicere, quòd ſubſtãtia non dicitur nec purè uniuocè, nec purè æquiuocè de omnibus ſubſtantiis, ſed analogicè: cuius ratio eſt, quia nihil eſt uniuocũ ſubſtantię materiali, & immateriali: ſubſtantiæ etiam materiales: etiam analogiam habent ad immateriales. Deinde cum dicit.

Subſtantia dicitur analogicè de omnibus ſubſtantiis.

Si quidem ergo non una, cuius ſubſtantiæ ponenda eſt ſcientia?

Ponit rationem ad probandum, quòd nõ ſunt plures ſcientię reſpectu omnium ſubſtantiarum; dicens, quòd ſi non eſt una ſcientia reſpectu omnium ſubſtantiarum, non poteſt faciliter aſsignari ratio, cuius ſubſtantiæ ſit hęc ſcientia; cuius ratio eſt, quia non uidetur maior ratio, quod ſit de una ſubſtantia, quàm de alia. Deinde cum dicit.

Vnam uerò omnium non eſt rationabile. Etenim demonſtratiua una de omnibus erit utique per ſe accidentibus, ſiquidem demonſtratiua omnis circa aliquod ſubiectum, ſpeculatur per ſe accidentia ex communibus opinionibus. Et circa idem igitur genus accidentia per ſe eiuſdem eſt ſpeculari ex eiſdem opinionibus. Nam circa ipſum quia unius, & ex quibus unius, ſiue eiuſdem, ſiue alterius. Quare & accidentia, ſiue hæc ſpeculentur, aut ex his una.

Probat, quòd non poteſt eſſe una ſcientia reſpectu omnium ſubſtantiarum, dicens; quòd non eſt rationabile, quòd ſit una ſcientia reſpectu omnium ſubſtantiarum; quia ſic eſſet una ſciẽtia demonſtratiua omnium accidentium, & omnium ſubſtantiarum: ratio autem huius eſt, quia omnis ſcientia demonſtratiua ſpeculatur per ſe accidẽ-E tia circa aliquod ſubiectum, per conſequens opiniones, id eſt per dignitates: ita quòd eadem ſciẽtia, ex eiſdem opinionibus, circa idem ſubiectũ ſpeculatur eadem accidentia: Verum eſt, quòd ipſa ſcientia, quæ demonſtrat paſsiones, uerſatur circa ipſum Quia; circa autem ſubiectum, propter quid, ſiue circa principia, ex quibus eſt demonſtratio; aliquando uerſatur unus & idem, qui uerſatur circa quia; aliquando alius: aliquando enim unius ſcientiæ eſt conſiderare quia, & ꝓp quid, aliquãdo unius quia & alterius propter quid, Et hoc eſt, quòd dicit Philoſophus, quòd ſiue unius ſcientiæ, ſiue alterius, &c. concludit ergo ex dictis: quòd ſi una ſcientia, ſiue plures conſiderent ſubſtantias, ſpeculabuntur etiam accidẽ-F tia, quæ ſunt circa ſubſtantias; quaſi dicat, ſi una ſcientia conſideret omnes ſubſtantias, conſiderabit etiam accidentia omnium ſubſtantiarum: ſi aũt plures ſciæ uerſantur circa ſubſtantias, uerſabuntur circa etiam accidentia ſubſtantiarum. Notandum eſt, quòd ratio Philoſophi in breui eſt hæc: ſcientiæ ideo uerſantur circa ſubiectum, quia probant paſsiones, & accidentia de ſubiecto: non enim imaginandum eſt, quòd duæ ſcientiæ ſint circa ſubiectum, & accidens; ſed una & eadem; quia ſcientia non eſt niſi explicatio accidentium de natura ſubiecti; ergo ſi una ſcientia conſiderat omnes ſubſtantias, conſiderabit omnia accidentia per ſe omnium ſubſtantiarum, demonſtrando ea de omnibus ſubiectis; quod eſt G impoſsibile. Notandum eſt, quòd aliquando contingit, quòd Quia, & Propter quid pertinent ad eandem ſcientiam; ita quòd ſi contingat, quod aliquod principium demonſtret aliquam concluſionem, etiam illud principium poterit demõſtrari in eadem ſcientia: ut ſi demonſtretur habere tres de triangulo per hoc, quòd angulus extrinſecus eſt æqualis duobus intrinſecis, ſibi oppoſitis: etiam illud principium poterit demonſtrari à Geometra. Aliquando contingit, quòd quia, & propter quid pertinẽt ad diuerſas ſcientias: quia de eo, de quo inferior ſcientia dicit Quia, ſuperior dicit Propter quid: ut Muſicus probat, quòd tonus nõ diuiditur in duo ſemitona æqualia, pro eo quòd ſexquioctaua proportio diuidi non poteſt in duo æqualia, hoc dicit muſicus ita eſſe; ſed H propter quid, nõ dicit, ſed Arithmeticus hoc probat, dicens; hoc contingere, quia eſt proportio ſuperparticulari. Notandum eſt etiam, quòd non poteſt eſſe diuerſitas in ſcientijs, ita quòd una uerſetur circa ſubiectum, & alia circa accidens per ſe illius ſubiecti; quia ſcientia non uerſatur circa accidens, niſi propter ſubiectum explicandum; nec circa ſubiectum, niſi ut ſciatur natura accidentis per ſe illius ſubiecti: benè poteſt tamen eſſe diuerſitas in principijs, & in modo conſiderandi: quia de illo eodem, de quo dicit inferior tantum eſſe, & quia eſt; dicit ſuperior propter quid eſt, ſicut de iſta paſsione, ſexquioctauam proportionem non diuidi per æqualia, dicit Muſicus

Scientia demõſtratiua ſpeculatur per ſe accidentia de ſubiecto.

Scientia nõ eſt, niſi explicatio accidẽtium de natura ſubiecti.

Principia demõſtrõnis non ſp ſunt ſimpliciter indemõſtrabilia; ſed qđ eſt cõcluſio unius demõſtrõnis põt eſſe alterius demõſtrõnis principiũ: et propterea demõſtrare huiuſmõi principia quãdoq; ptinet ad eãdẽ ſcientiã, quãdoq; ad aliam.

Eadẽ ſcientia conſiderat ſubiectũ, & accidentia p ſe illius.

ficus ita esse, & Arithmeticus, dicit propter quid est. Et hoc est, quòd dixit Philosoph. quòd una & eadem scientia considerat accidens, & subiectum:& hoc est, si ex eisdem opinionib. quia si esset ex aliis principiis, esset alius modus considerandi, ut hoc quia, & hoc propter quid; posset pertinere consideratio illius accidentis, & subiecti ad diuersas scientias, quarum una de illo accidente diceret quia, & alia de eodem diceret propter quid.

Quæstio. Dubitaret quis, Vtrum consideratio omnium substantiarum pertineat ad unam scientiam, & maximè ad istam. Respondeo hanc quæstionem terminat Aristo. in Quarto huius: quia illa scientia, quæ considerat ens inquantum ens, debet considerare substantiæ inquantum substantiam. Vbi notandum est, quòd multum differt considerare substantiam in se, & substãtiam in hoc; hęc enim scientia considerat naturam substantię in se; aliæ autem considerant hanc substantiam; nec uerò naturam substantiæ in se, nisi inquantum saluatur in hac substantia: sicut Physicus considerat substantiam mobilem; naturam autem substantię in se non considerat, nisi inquantum saluatur in substantia mobili; hęc autem considerat naturam substantię in se: Cum enim cõsideret naturam entis, debet considerare illud, in quo primò saluatur ratio entis prędicabilis; hoc autem ens est ipsa substantia; nam ratio entis prædicabilis est in attributione ad substantiam; Et sicut Metaphysica considerat substantiam in se, ita quærit proprietates & accidentia substantiæ in se: sicut quòd substantia est primum ens inter prædicamenta, & quòd substantia non diffinitur per additionem, & similia: Et ideo non oportet, quòd quærat omnia accidentia omnium substantiarũ, sicut arguebat unum argumentum; sed solùm accidentia substantiæ inquantùm substantia. Deinde cum dicit.

Considerare substãtiam in se, & in hoc differunt.

4. l. prædicamentalis.

TEX. 6. *Amplius autem, utrum circa substantias solùm theoria est, aut circa ipsas, & accidentia? Dico autem ut si solidum quædam substantia est, & linea, & superficies, Vtrum eiusdem scientiæ est eadem cognoscere, & accidentia circa unumquodque genus, de quibus Mathematica ostendunt, aut alterius?*

4. q. principalis. Mouet quæstionem de substantia in aspectu ad accidentia propria: & circa hoc tria facit; primò mouet quæstionem: secundò arguit ad unam partem: tertiò ad partem oppositam: Secunda ibi, [Nam si eiusdem.] Tertia ibi, [Si uerò diuersæ.] Dicit ergo primò, quòd quæstio est, Vtrum theoria, idest speculatio sit solùm circa substantiam, & non circa accidentia, an illa eadem speculatio, quæ est circa substantiam, sit circa accidentia. Verbi gratia, si solidum, superficies, & linea sint quædam substãtiæ, hoc supponatur, quęstio est, Vtrum eiusdem scientiæ est cognoscere ista accidentia propria ipsorum circa unumquod que genus suum? de quibus, scilicet solido, superficie, & linea considerant Mathematici: aut alicuius scientiæ sit considerare ista, & sua propria accidentia? Notandum, quòd uocat solidum, superficiem, & lineam esse substantias more illorum, qui ponebant res Mathematicas esse substãtias. Deinde cum d.

A *Nam si eiusdem demonstratiua quædam esset, et quæ substantia est. Nõ enim uidetur eius quod quid est demonstratio.*

Probat, quòd non eadem scientia est respectu substantiæ, & accidentium, dicens: quòd si eiusdem scientię esset considerare substantias, & accidentia; sequeretur, quòd illa scientia, quæ est respectu substantiæ, erit quædam demonstratiua scientia substantiæ; non autem uidetur, quòd ipsius quod quid est, sit demonstratio; quasi dicat, B ipsum quod quid est, & ipsa substantia demonstrari non potest: quia omnis demonstratio est respectu propriarum passionum.

Ipsius quod quid est nõ est demonstratio.

Quæreret quis. Vtrum sequitur consequentia, quia. s. si una scietia esset respectu substãtiæ, & accidẽtium, ꝙ substantia, & ipsum quod quid est demonstratur? Resp. Dicendum est, ꝙ Arist. hic uocat scientiam ostensionem scibilis, & uiã, per quam deuenimus in scibile: ostensio autem scibilis accidentalis, & uia, per quam deuenimus in illud, est demonstratio: si ergo una esset ostensio respectu scibilis accidentalis, & substantialis; cum ostensio scibilis accidentalis sit demonstratiua: sequitur, quòd ostensio respectu scibilis substantialis esset demõstratiua, quod est impossibile.

Quæstio.

Ex hoc potest haberi duo esse instrumenta sciendi, demonstrõ, & diffinitio: sic duo sunt scibilia diuersa.

Quæstio.

C Quæreret quis, Vtrum ostẽsio respectu Quòd quid est, sit demonstratiua. Dicendum est, quòd non: sicut enim differt quod quid est, & esse: ita differt ostensio, per quam deuenimus in quod quid est; & ostensio, per quam deuenimus in ipsum esse: ostensio autem, per quam deuenimus in quod quid est, diffinitio est; ostensio autẽ, per quam deuenimus in ipsum esse, demõstratio est; maximè in esse passionum: sicut ergo ostẽsio diffinitiua non est demonstratiua: ita ostensio ipsius quod quid est non est demonstratio.

Ostensio diffinitiua, demõstratiua esse nequit.

Quæreret quis. Vtrum ostensio respectu substãtiæ sit demonstratiua? Respondeo. Dicẽdum est, quòd substantia secundùm duplicem intentionem accipitur, uno modo substantia idem est, ꝙ D essentia; & cum essentia sit idem, quòd quidditas, sicut diffinitio est ostẽsiua quidditatis, ita & essentiæ, & per consequens substantiæ, hoc modo acceptę; Essentia enim ut essentia diffiniri põt, demonstrari uerò non potest; nisi inquãtum induit rationem ipsius esse respectu subiecti: Vnde ipsũ Quod quid est in eo Quod quid est secũdũ Aris. 2. Posteriorum: non syllogizatur. Alio modo accipitur substantia, secũdùm quod idem est, quòd substantia prędicamentalis, super quam fundatur tota natura entis, & ita huiusmodi propriè non est demõstratio: In hoc enim differt diffinitio, & demonstratio; quia diffinitio est ad ostensionem huius in hoc. Ex quo sequuntur duæ differentiæ inter definitionem, & demonstrationem: Vna est,

Quæstio.

Substantia dupliciter.

Essentia, ut essentia demõstrari nõ põt, sed bene diffiniri.

Differentia inter demõstrõnem, & diffinitionẽ

est,quia diffinitio cadit super quæstionem simplicem,scilicet quid est;ita quòd diffinitio est terminatiua quæstionis . nam illud , quod dicit , quid est,per modũ quæstionis;dicit diffinitio per modum certificationis.Deinde ratio, quæ cadit super quæstionem compositã,scilicet quia est unũ, illud idem,quod dicit quia est,per modum quæstionis, dicit demonstratio per modum certificationis,reddẽs causam de ipso quia est,per ipsum propter quid est:In quæstione enim quia est;quęritur passio de subiecto; in demonstratione certificatur eadem passio per ipsum propter quid est. Secunda differentia est inter demonstrationem, & diffinitionem;quia ipsa diffinitio potest esse respectu entis inclinati & concreti ; & respectu entis fixi,& absoluti: quod ens uoco substantiam : licèt non ita propriè sit respectu entis inclinati,sicut respectu entis absoluti:demonstratio autem, quia est ostensio entis in hoc, semper est entis inclinati;non tamen est ostensiua inclinationis,sed solùm essentiæ, & quidditatis in se, Nisi fortè cõtingat,quòd essentia non possit intelligi à nobis, nisi fortè intellecta inclinatione: Cũ ergo omnis demonstratio eo ipso quòd est ostensiua hoc in hoc, sit entis inclinati;& essentia substantiæ sit essentia fixa,respectu huius propriè non est demõstratio, Vtrum autem esse ipsius essentiæ scibilis possit demonstrari de ea per inclinationem illius ad aliud,alibi poterit patere.Deinde cum dicit.

Si uerò diuersæ, quæ erit speculans circa substantiam accidẽtia?Hoc enim reddere est ualde difficilè.

Arguit ad oppositum,scilicet, quòd non possint esse diuersæ scientiæ respectu substantiæ & accidentis;dicẽns,quòd si diuersæ sunt scientię, non erit dare,cuius scientię sit speculari accidentia circa substantiam ; hoc enim facere est ualde difficile:quasi dicat,si scientia considerat substãtiam tantum non poterit dari aliqua alia,quę consideret tantùm accidentia:hoc enim facere est ualde difficile.

Quæstio.

Quęreret quis, Vtrum eadem scientia considerel substantiam,& accidẽtia?Respondeo, hic sũt duo notanda: Primum est , quòd eadem scientia est respectu subiecti, & respectu per se accidentis ; tota enim scientię intentio est ad certificandum naturam subiectiuam;quę quidem certificatio consurgit ex hoc,quòd propriç passiones explicẽtur per demonstrationem de subiecto:non enim imaginandum est , quòd alia scientia quęrat subiectum,& alia passiones;sed una et eadem cadit super utrunque.Secundùm quod est notandum; est , quòd scientia non est quid unum numeraliter,sed habitus scientialis capit ostensionem demonstratiuam , & ostensionem diffinitiuam;ita quòd ex ostensione diffinitiua deueniatur ad demonstratiuam:nec oportet,quòd quidquid est,in scientia sciatur demonstratiuè tantũ, uel diffinitiuè tantùm ; sed aliqua diffinitiuè, & aliqua demonstratiuè. Ex primo notato patet,ꝙ hæc scientia una, & eadem est circa substantiã,

Eadem est scientia subiecti, & per se accidentis.

Intentio scientia quæ.

Scientia nõ est quid unũ numeraliter, sed quo modo?

E & passiones substantiæ : & si enim hæc scientia sit circa ens tantùm,ut dicetur in Quartò huius; est tamen circa substãtiam,sicut principale ens : quoniam enim aliqua scientia est circa aliqua , quæ sunt in analogia magis quàm alia;cum ergo hæc scientia sit circa entia, quæ habent analogiã ad substantiam, patet,quòd est magis circa substantiam : Et cum dictum sit in primo notato, ꝙ eadem est scientia circa subiectum, & accidentia:ista erit circa substantiam in se,& circa accidentia substantiæ,inquantum substantia. Ex secundo notato patet , quòd argumentum contra hoc positum à Philosopho , non ualet. Dictum est enim,quòd infra habitum scientialem capiũtur duæ ostensiones,scilicet diffinitiua, & demõstratiua:& quòd Quod quid est in scientia, non oportet , quòd sciatur altero istorum modorum tantùm;sed aliqua isto modo, & aliqua illo:non ergo sequitur, Accidentia, & substantia sunt infra unam scientiam:ergo sciuntur una ostensione ambo,scilicet demonstratiua tantùm,uel diffinitiua tantùm:Et ita non sequitur (sicut concludebat)accidentia demonstrantur, ergo substantia:non enim accipitur hic una scientia pro una ostensione ; sed pro uno habitu scientiali, quasi composito ex diuersis ostensionibus; quarum una habebit ordinem ad aliam: aliàs non facerẽt unum habitum scientialem, nisi una ordinaretur ad aliam.

Qđ quid est in scientia non scitur uno mõ tantum.

F

Habitus scientialis cõpositus est.

G *Ampliùs autem, Vtrum sensibiles substantiæ solæ causæ sint dicendæ, aut præter eas aliæ? Et utrum unum genus, aut plura genera substantiarum sunt? ut dicentes species, et intermedia, circa quæ Mathematicas dicunt esse scientias?* TEX. 7.

Postquam posuit quæstiones,quæ spectant ad considerationem huius scientiæ,nunc pertractat quæstiones, se tenentes ex parte rerum consideratarum,an sint fine substantiæ separatæ,uel sensibiles,uel Mathematicæ secundùm opiniones ponentium substantias Mathematicas esse?Et circa hoc tria facit;primò ponit quæstiones : secundò arguit ad unam partem: tertiò ad partem oppositam.Secunda ibi,[Quomodo ergo dicimus] Tertia ibi, [Multis autẽ modis.] Dicit ergo primò: Ampliùs quæstio est,Vtrum solæ substantiæ sensibiles sint dicendæ esse,an etiam sint aliquæ aliæ H substantiæ separatæ à sensibilibus ? Et si sunt aliquæ aliæ substantiæ, Secunda quæstio est,Vtrum istæ sint unitæ,hoc est unius generis,an plura genera substantiarum separatarum? Quidam enim posuerunt substantiam separatam , quam uocabant ideã rei,ut per se hominem, & per se equũ quidam uerò sunt dicentes,ipsas species, & ipsa sensibilia esse intermedia, circa quæ intermedia dicunt esse scientias Mathematicas . Notandum est,quòd(sicut dictum est supra)propter duplicẽ modum abstractionis ponebant Antiqui duplex genus substantiarum separatarum.Est enim una abstractio,qua abstrahitur quidditas ab eo,cuius est quidditas ; ut homo ab hoc homine : & huic modo

Abstractio duplex.

modo abstractionis ponebant respondere substátiam separatam, quam uocabant speciem. Aliud genus abstractionis est, quo abstrahitur forma quantitatiua ab eo, cuius est quantitas; eo modo quo intelligo quantitates præter materiam: & & huic modo abstractionis respondebant intermedia illa, quæ ideo dicebantur intermedia; quia partim conueniebát cum speciebus, inquantùm illa erát abstracta à sensibilibus, sicut species: partim etiam conueniebant cum sensibilibus; quia sicut infra sensibilia reperiuntur plura numero sub una specie, ut plures homines sub humanitate; ita & in istis, ut plures circuli sub circulo: Conueniunt etiam in alio; quia licèt abstrahant à materia sensibili, nó tamen abstrahunt a materia intelligibili, quam Philosophus uocat in Sexto continuum: licèt enim abstrahat à continuo sensibili; puta calido, frigido; tamen non abstrahit à continuo simpliciter. Deinde cum dicit.

Vide 7. Metaph. 35. & 8. Metaph. 15.

Quomodo ergo dicimus species, causasque, & substantias secundum se, dictum est in prioribus de omnibus ipsis sermonibus.

Ponit argumentum pro parte affirmatiua, scilicet quòd sint separatæ, dicens; per quem modú dicimus ipsas species esse causas, & esse substantias secundùm se, dictum est in prioribus sermonibus, qui sermones fuerunt habiti de ipsis ideis in Primo libro: quasi dicat, ex his, quæ ibi dicta sunt; posset probari, quòd species, & ideæ, quas ponebat Plato; sint causæ istorum inferiorum; & quòd sint quædam substantiæ separatæ ab istis sensibilibus. Deinde cum dicit.

Multis autem modis habentibus difficultatem, nullo minùs absurdum dicere quidem alias aliquas esse naturas præter eas, quæ in cælo sunt has autem easdem dicere sensibilibus, nisi quia hæc quidem sempiterna, illa uero corruptibilia. Nam per se hominē dicunt hominem esse, et equum, & sanitatem: aliud autem nihil simile faciētes, Deos esse ostendentibus, & humanæ speciei esse. Nihil enim aliud illi fecerūt, qui homines sempiternos, nec hi species, nisi sensibiles sempiternas.

Ponit argumenta pro parte negatiua, scilicet quòd non sint substantiæ separatæ à sensibilibus: secundò, quòd non sunt media Mathematica inter sensibilia & separata à sensibilibus, ibi [Amplius autem si quis præter species.] Dicit ergo, quòd per multos modos possunt poni difficultates contra ponentes species, nullo tamen prædictorum modorum minùs est absurdum, quod sequitur: quasi dicat, multi sunt modi adducendi difficilia contra ponentes species; tamen maximè absurdum est hoc, quod sequitur, scilicet, dicere alias esse naturas separatas præter eas sensibiles, quæ sunt in cœlo; & dicere eas esse eadem specie cum istis sensibilibus; & non differre in alio, nisi quia illa separata sunt sempiterna, & hęc corruptibilia; in differentia autem specifica non differunt: nam per se hominem, hoc est hominē separatum dicunt esse hominem, hoc est speciē

Contra ponētes ideas.

A hominum sensibilium, & quidditatem eorum: & similiter per se equum ponebant quidditatē omnium equorum: & per se sanitatem quidditatem omnium sanorum: & nihil aliud ponebant inseparatis & sensibilibus, nisi quòd hæc sunt separata, & hæc corruptibilia; & hæc, & illa esse eiusdē speciei: simile est dicentibus, Deos esse, & illos Deos esse eiusdem speciei cum hominibus: Ij. n. nihil aliud fecerunt, nisi ponere aliquos homines sempiternos; similiter & isti, qui ponunt species; nihil aliud faciunt, nisi ponere species sensibiles esse sempiternas. Notandum est, quòd in ista ratione multa impossibilia tangit Philosophus contra Platonicos. Primum est, quòd quidditas rei sensibilis sit separata à re sensibili, & maximè B cum in quidditate rei sensibilis cadat materia. Et hoc est, quod dicit ultimò, quòd nihil aliud faciunt, nisi ponere res sensibiles esse sempiternas. Est enim diligenter notandum, quòd licèt causa agens sit separata à suo effectu realiter; quia nihil efficit seipsum; tamen causa quidditatiua, & formalis non potest separari ab eo, cuius est quidditas realiter: est enim talis comparatio inter illud, cuius est quidditas, & quidditatem; sicut inter informatum, & informationem: informatum autē, & informatio non differunt, secundùm rem separata. Ita quòd cōtra Platonicos sequuntur duo inconuenientia; quia nec quidditas potest esse separata inquantùm quidditas, nec quidditas rei materialis potest esse separata de materia. Secun C dum inconueniens contra Platonicos est, quòd ponebant separata, siue sempiterna, & corruptibilia esse eiusdem speciei; quod est impossibile: quia generabile, & ingenerabile differunt plusquam secundùm genus 7. Metaph. Comm. dicit multa inopinabilia contingunt dicentes formas, maximè dicentibus, quòd hæ substantiæ, & illæ sunt eædem nomine, & diffinitione; & quòd nó differunt, nisi quòd hæ sunt sempiternæ, & hæ sunt generabiles; & quòd non differunt in nomine, & diffinitione; ponunt enim, quòd homo in illis abstractis, & homo in istis sensibilibus est eiusdem nominis, & diffinitionis: Potest ergo poni ratio Philosophi in breui sic; quicunque ponunt corruptibile, & incorruptibile esse eiusdem speciei; & quicunque ponūt quidditates rerum sen D sibilium esse separatas à materia, inopinabilia ponunt: dicentes aūt formas sunt huiusmodi; ergo.

Agens separatur realiter à suo effectu, cā autem formalis non pōt separari ab eo cuius est quidditas.

Duo inconueniētia cōtra Platonicos.

Quæreret quis, Vtrum dicentes formas separatas, habuerint bona motiua. Dicendum est, quòd Auicenna in Metaphysica sua lib. 8. ponit multa motiua, quæ mouebant istos ad ponendum res separatas. Primum motiuum est; quia cū aliquid est separatum ab alio, & explicatum in cōceptu, oportet quòd sit expoliatum inesse; quidditates autem rerum cōcipiuntur præter illas, cuius sunt quidditates; ergo sunt expoliatæ inesse: Potest autē sic deduci ratio istorum. Intellectus enim est quid mensuratum à rebus: Si ergo concipit unū præter aliud, aut ita est in re, aut non; si ita non est

Quæstio.

Motiua, quibus moti fuere Platonici ad ponēdū Ideas separatas.

est in re; ergo sensus, & intellectus falsus. Si ita est in re; ergo quod est expoliatum in intellectu, est expoliatum in esse: Hoc motiuum soluit ipse Auicenna, dicens; quòd non oportet, quòd illud, quod intellectus apprehendit sine conditione eius, cui adiungitur, sit separatum ab illo in re: ut ponendo exemplum, non oportet, quòd si intellectus intelligat, siue concipiat animal, non concipiendo hominem; quòd propter hoc animalitas sit separata ab homine: nec oportet, quòd si linea concipiatur præter superficiē, quòd propter hoc sit separata à superficie in re: Ratio autē Auicennę est; quia alia est ratio rei in se: alia autem ratio rei est, ut coniuncta est; quandocunque autem ita est, quòd aliquid est extra rationem, vna ratio potest concipi præter aliam rationem: ut verbi gratia, alia est ratio hominis in se, alia est ratio hominis, ut coniunctus est in homine: si.n. de ratione humanitatis esset, ꝙ esset in hoc homine; omnis homo esset hic homo. Alia solutio Auicennę est, quòd nō est impossibile, quòd aliquid, quod non est de materia alicuius essentiæ, separetur à coniuncto in existētia; dummodo certitudo non contineatur intra certitudinem. Vbi notandum est, quòd Auicenna hic appellat certitudinem essentiam rei: sunt ergo aliqua, quæ separantur à certitudine, quæ tamen non separantur in existentia: sicut linea, & superficies in existentia non separantur, tamen essentia & certitudo lineæ nō est certitudo & essentia superficiei: etiam quia intellectus per se respicit certitudinem & essentiam, & non existentiam: ideo non obstante simultate existentiæ: stante tamen diuersitate certitudinum, unū non pōt intelligi, & concipi præter aliud; Aliqua sunt, quæ sunt coniuncta & in existentia, & in certitudine, sicut diffinitio & diffinitum; & super talia, quia non inuenitur diuersitas nec in certitudinibus, nec in existentia; non potest cadere separata cognitio intellectualis. Aliam solutionem ponit Auicenna: quia refert separari aliquid ab aliquo per modum negationis, & priuationis; dicendo hoc nō est illud, uel hoc non est cum illo: uel per modū simplicis apprehensionis, intelligendo hoc, scilicet præter illud: Illa ergo, quæ sunt coniuncta in existentia, & non in essentia, non cadunt sub primo modo apprehensionis; non enim dicit intellectus, homo non est animal, uel linea non est cū superficie; sic enim esset falsus intellectus; sed solùm concipit animal simplici apprehensione, nō concipiendo hominem: ita quòd hoc concipere, & hoc separare non est, nisi concipere quidditatem unius præter quidditatem alterius: sic simplici appreheusione concipit lineam, non concipiendo superficiem: Illa autem, quæ sunt coniuncta in essentia, & in existentia, nec cadunt sub primo modo apprehensionis, nec sub secundo.

Responsiones Auic. ad motiua Platonicorum.

Essentiā rei appellat Auicenna certitudinem.

Separatio duplex.

Secundùm motiuum est ex hoc, quòd omniū existentium in una specie est una intētio: pōt autem sic fieri ratio: omnium existentium in una E specie est una intētio, ut in materia est (quia omne, quod est in materia, particulare & diuisum est) una intentio separata, participatione cuius quidquid est in materia est tale; ut participatione humanitatis separatæ omnis homo est homo. Quod motiuum soluit Auicenna, dicens; quòd nos non intelligimus omnium existētium in una specie esse intentionem unam numero, quasi separatam, per se existentem. Videntur enim isti imaginari, quòd sit una humanitas separata iu se, una existens, quasi multiplicata per multos respectus; quia humanitas una existens, habet exemplum ad omne, quod participat humanitatem; & sic in se una existens secundùm respectus multiplicatur; sicut unus pater numero F respectus habet ad multos filios, sic ergo intellexerūt isti: Non autem sic debet intelligi esse unā intentionem omnium existentium in una specie; sed debet intelligi una intentio; quia in quacunque materia uenerit intentio, non largitur, nec dat nisi intentionem unius rationis: ita quòd de se semper est una ratio specifica; & semper de se largitur realitatem vnius rationis: quòd autem largiatur aliam & aliam in numero, hoc est propter subiectū: Verbi gratia, albedo dicitur una, quia in quacunque materia recipiatur; semper dat, & largitur materiæ intentionem unius rationis; nec infra quamcunque intentionem aliam specificam; & quantùm est de se; non largitur, nisi esse albedinis: quòd autem lar G giatur hoc esse, uel illud, hoc est propter subiectum aliud, & aliud in receptione. Ponitur autem aliud exemplum, ut humanitas, & color dicuntur duæ intentiones; quia uenientes in materiam, secundùm alium & alium modum specificant materiam; humanitas autem humanitati una intentio est: una dico non numero, sed intentione; quia eo modo intentionis, quo informat hæc humanitas suam materiam; eo modo & alia humanitas informat suam materiam, & non uariatur ratio. Aliter posset dici, & breuiter: quòd omnium existentium sub una specie est una intentio non numero, sed solùm ratione: nō enim omnium hominum est una humanitas in numero, sed solùm una secundùm modum concipiendi, & rationis; quia intellectus concipit eam præ H ter omnia principia indiuiduantia; & quia principia indiuiduantia dant sibi diuersitatem; ideo concipit eam præter omnem diuersitatem; & ideo unam intentione, non ut unam numero; quia concipit eam præter unitatem numeralem. Tertium motiuum est, quia si quæratur, utrū intentio sit una, uel plures omnium existētium sub una specie? uidetur quòd non possit responderi, quòd sint plures: quia sunt sub una specie, & quòd habeant plures intentiones, hoc est impossibile; quia idē esset sub una specie, & sub una intentione: ergo oportet respondere, quòd sit una, nō ut coniuncta cum materia, ergo ut se parata. Ad hoc motiuū respondet Auicenna in mul-

Ad. rōn.

A multis locis; quia quæstio de intentione potest fieri duobus modis: Vno modo, sub modo affirmationis in utroque extremo, quærẽdo, scilicet, Vtrum sit una, uel plures: Secundo modo per modum contradictionis, quærendo, Vtrum sit una, uel non una? Si primo modo fiat quæstio, debet responderi, quòd una, nec plures; homo enim non est nisi homo: de natura sua non est, quòd sit unus, nec plures; si enim de natura sua esset, quòd esset unus homo, nunquam natura ista posset saluari in pluribus: similiter si de natura sua esset, quòd esset in pluribus; nunquam natura ista posset saluari in uno tantùm: ita quòd essentialiter humanitas est tantùm humanitas, quòd autem sit una uel plures, hoc est de accidentibus conuenientibus. Si autem fiat quæstio per modũ B contradictionis, scilicet, Vtrum sit una, uel non una? absolutè debet responderi negando, quia, (ut dictum est) quòd de se non est una, eo quòd de se non est nisi humanitas: Vt autem meliùs uideantur uerba Auicennæ: notandum est, quod dicit; est unitas essentialis, & quæ sequitur essentiam rei, eo modo, quo dicimus, quòd humanitas est una essentia, quæ est indiuisa in se, & diuisa ab omni alia essentia: & si de tali unitate loquamur, cum quæratur Vtrum una, uel plures? debet responderi absolutè, quòd una: talis enim unitas non est de accidentibus consequentibus ipsam essentiam: sicut enim humanitas, & color sunt plures essentiæ; sic humanitas in se non est tantùm, nisi una, & talis unitas non est essentiæ C per aliud; sed per naturam sui: Et similiter, si de tali unitate quæratur per modum contradictionis, Vtrum sit una, uel non una? debet responderi simpliciter, quòd una: Alia est enim unitas, quæ inest rei per principia indiuiduantia; & talis unitas est de accidentibus consequentibus essentiam; ut enim dictum est pluries; albedo non est nisi albedo, quòd autem sit hæc, uel illa, hoc per aliud est; & sic esse hanc uel illam, est de accidentibus consequentibus ipsam essentiam: hoc enim uocatur accidens, quid quid est extra intentionem rei: Et de tali unitate intellexit Auicenna, quando dixit, quòd si quæratur de intentione, Vtrum sit una, uel plures? absolutè debet respondere, quòd nec una, nec plures: licet enim D semper sit una in essentia, tamen quòd sit in existentia, hoc est per aliud: & ideo extra intentionem rei est. Quartum motiuum est, quia dicimus, quòd intentio rerum existentium sub una specie semper manet; non autem semper potest manere, nisi sit separatum à materia, eo modo, quo dicimus, quòd humanitas semper manet, etiam corrupto hoc homine: Ita quòd oportet ponere aliquod separatum unum numero, quod maneat corruptis participãtibus. Hoc motiuum soluit Auicenna, quòd non oportet, quòd si semper manet aliquid, quòd semper maneat idem numero; humanitatem enim remanere corruptis particularibus non est unam, & eandem humanitatem numero semper manere; sed quia semper manet humanitas sub eadem ratione specifica: quia enim generatio unius est corruptio alterius, & è conuerso; ideo licèt species deficiat in hoc, tamẽ non deficit in toto suo ambitu. Licèt enim corrupto Petro, deficiat humanitas in ipso Petro; non tamen deficit in quolibet indiuiduo participante ipsam naturam; & hoc est ipsam perpetuam, scilicet perpetuari ipsam in specie per successionem indiuiduorum: hæc est ergo uia Auicennæ. Aliter posset dici, quòd in natura rei includitur aspectus essentiæ, & aspectus existentię; aspectus autem essentię dicitur semper manere; quia in quocunque instanti concipiatur, uerè concipietur: & hoc quia non concernit differentiam temporis: semper enim uerè cõcipitur, quòd homo est animal, propter necessariam habitudinem hominis ad animal: Aspectus autem existentię concernit certam differentiam temporis; & ideo sua ueritas dicitur non semper manere: quia de re non semper uerè concipitur, quòd existat: Permanentia ergo, & perpetuitas in esse existentiæ est, quia essentia semper apta nata est facere de seipsa perpetuum conceptum; & quia ip am concipi, est concipere eius ueritatem; ideo eius ueritas dicitur semper manens, & perpetua. Non sic autem est in esse existentiæ, & hoc quia esse existentiæ de se non est aptum natum facere perpetuum conceptum: non enim est necessarium, ut qui concipit rem, concipit eã existere.

1. de Gener. & Corrup. 17. 18. & 20.

Esse essẽtiæ est sempiternum, nõ autem esse existentiæ.

Qui cõcipit rem, non necessariò concipit eã existere.

Ampliùs autem si quis præter species, & sensibilia intermedia ponat; multas habebit dubitationes.

Postquam probauit, quòd nõ est dare species separatas; hic probat, quòd non est dare intermedia inter sensibilia, & ipsa separata. Notandum tamen, quòd isti, qui ponebant ista intermedia; uidebantur ponere, quòd quantitas Mathematica, quam uocabant intermediam: esset alia à quãtitate naturali: Inter hos tamen fuit differentia: quidam enim horum ponebant hanc quantitatem Mathematicam esse separatam à quantitate naturali quò ad esse existentiæ, quasi existens quędam ens per se: alij autem ponebant ipsam esse aliam à quantitate naturali, & sensibili: & tã isti, quàm illi deficiebant. Et secundùm hoc ista pars diuiditur in duas partes: primò enim improbat positionem illorum, qui ponebant quantitatem istam Mathematicam separatam; & etiam arguit pro eis; secundò pertractat secundùm modum illorum, scilicet, qui ponebant quantitatem Mathematicam simul esse cum quantitate naturali. Secunda ibi, [Sunt autem & aliqui.] Circa primum duo facit: primò enim adducit rationes cõtra illos, qui ponunt Mathematica separata: secũdò arguit pro eis, ibi, [Similiter autem nec hoc uidetur.] Adducendo autem rationes cõtra eos; primò ponit intentum suum: secundò adducit rationes, ibi, [Palam enim.] Dicit enim primò, quòd

quòd præter ea, quæ dicta ſunt; ſi aliquis ponat intermedia inter ſpecies, & ſenſibilia; multas habebit dubitationes, id eſt multa ſequuntur dubitabilia. Deinde cum dicit.

Palàm enim quia ſimiliter lineæ præter ipſas ſenſibiles erunt, & unumquodque aliorum generum. Igitur quoniam Aſtrologia una harum eſt, erit quoddam celum præter ſenſibile cœlum, & ſol, et luna, & alia ſimiliter cœleſtia, Et quomodo his credere oportet? Neque enim immobile rationabile eſſe; mobile uerò impoſsibile omnino.

Adducit rationes contra eos: & diuiditur in tres partes, ſecũdùm tres rationes, quas adducit: Secũdum ibi, [Similiter aũt & de quibus.] Tertia ibi. [Dubitabit autem aliquis.] Dicit ergo in prima ratione, quòd ſi ſint aliqua media Mathematica præter ſenſibilia; tunc erit dare lineam ſeparatam præter lineam ſenſibilem; & unumquodque mathematicorum ſeparatum erit præter ſenſibile: cum ergo Aſtrologia ſit una de numero ſcientiarum Mathematicarum, etiam ipſa eſt circa cœlum: ſicut erit dare lineam ſeparatam, ſic erit dare cœlum ſeparatum præter ſenſibile; & ſolem, & lunam ſeparatam præter ſolem, & lunã ſenſibilem; nõ autem eſt poſsibile, ꝙ iſta ſint ſeparata; quia ſi cœlum eſſet ſeparatum, aut eſſet mobile, aut immobile: nõ mobile per eos, quia ſeparatum; ergo immobile, quod eſt irrationale; quia de natura corporum cœleſtium eſt, quòd perpetuò moueantur. Notandum eſt, quòd ratio Philoſophi eſt in hoc: ſi res, quæ cadunt ſub ſcientiis Mathematicis, & ſub ſpeculatione earum, ſunt ſeparatæ; ergo & illæ, quæ cadunt ſub ſpeculatione Aſtrologiæ: quia Aſtrologia eſt quædam Mathematica; ſed cœlum cadit ſub ſpeculatione Aſtrologiæ; ergo cœlum eſt ſeparatum; quod eſt impoſsibile, quia ſic de ratione ſua non eſſet mobile. Notãdum eſt, quòd fortè uideretur alicui, quòd linea, uel ſuperficies eſſent ſeparata; quæ cadunt ſub ſpeculatione Geometriæ; & hoc quia iſta non concernunt motũ: Similiter uideretur alicui, ꝙ numerus non uidetur concernere motum; nulli autem debet uideri, ꝙ cœlum ſit ſeparatum; & hoc quia coniungitur motui; & ideo ſimiliter quia non apparet ita inconueniens de ſubiecto Geometriæ, uel Arithmeticæ, ſicut de ſubiecto Aſtrologię; magis adducit de iſta incõueniens, quã de aliis. Notandũ ẽt, ꝙ Aſtrologia primò, & principaliter nõ eſt circa motum cœli (circa.n.hoc propriè Naturalis eſt ſcientia; ſcientia enim naturalis cõſiderat & motum ad formam, & motum ad locum) ſed magis eſt circa diſtantias motuum, & quantitatem motus: ſi.n.principaliter eſſet circa motum, naturalis eſſet ſcientia; ſed quia eſt circa diſtantias, & quantitatem motuum; ideo Mathematica eſt: ſed tamen quia non conſiderat quantitatem ſimpliciter, ſed quantitatem in motu, & quantitas in motu nullo modo ſeparata eſt: ideo ſtatim apparet prima facie, ꝙ illud, quod cadit ſub conſide-

Aſtrologia pars Mathematica.

Aſtrologia non eſt circa motũ cœli, ſed circa diſtantias motuum.

E ratione Aſtrologi, non eſt ſeparatum. Deinde cum dicit.

Similiter autem & de quibus Perſpectiua tractat, & in Mathematicis Harmonia. Etenim hoc impoſsibile eſſe præter ſenſibilia propter eaſdẽ cauſas. Nam ſi ſunt ſenſibilia intermedia, & ſenſus. Palam & manifeſtum quia & animalia erunt intermedia, & ipſorum, & incorruptibilium.

Adducit ſecundam rationem contra iſtos, dicens; quòd ſicut eſt impoſsibile in Aſtrologia, quòd ſint aliqua ſeparata; ita eſt impoſsibile in illis, de quibus pertractat Perſpectiua, & in illis, de quib. pertractat Harmoniaca, quæ ſunt in Mathematicis, hoc eſt, de numero Mathematicorũ: in iſtis enim impoſsibile eſt eſſe aliqua ſeparata F præter ſenſibilia propter eaſdem cauſas, quibus dicebatur de cœlo. Sicut enim cœlum concernit aliquid ſenſibile, ſic Perſpectiua, quæ concernit lineam uiſualem. & Arithmetica, ſiue Muſica, quæ concernit proportiones ſonorum audibilium; ita quòd ſemper concernit ſenſibilia; ſenſibilia autem nõ ſunt intermedia ſeparata; ſi enim eſſent aliqua ſenſibilia ſeparata, & intermedia; cum ſenſibile dicatur reſpectu ſenſus, eſſet & aliquis ſenſus intermedius: & cum ſenſus ſemper ſit in animali; ſi eſſent ſenſus intermedii & ſeparati, eſſent alia ſenſibilia ſeparata intermedia inter corruptibilia & incorruptibilia. Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc: ſi ea, quæ cadunt ſub ſenſu, eſſent ſub ſpeculatione, & conſideratione Mathematicorum; eſſent ſeparata, & intermedia: er G go & ea, quæ cadunt ſub ſpeculatione Perſpectiui & Harmonici, qui ſunt Mathematici; hoc autem eſt impoſsibile; quia ſpeculatio iſtorum eſt circa ſenſibilia; ſenſibilia autem ſeparata non ſunt; quia ſenſus, nec alia quorum eſt ſenſus, ſeparantur. Notandum eſt, quòd Perſpectiua non eſt circa lineam ſimpliciter, ſed circa lineam uiſualem; & ideo cõcernit naturam ſenſibilis; quia uiſuale concernit uiſum & ſenſum: & ideo ſi fortè uideretur alicui, quòd Geometria, quæ eſt circa lineam, ſit circa aliquid ſeparatum: tamen nulli debet uideri, quòd Perſpectiua, quæ concernit uiſuale, ſit circa aliquid ſeparatum: Et ideo Ariſto. propter concernentiam ſenſibilis probauit; quòd Perſpectiua non eſt circa ſeparata: Simili H ter Muſica non eſt circa proportionem ſimpliciter (circa hoc enim eſt Arithmetica) ſed eſt circa proportionem ſonorum; ſonus autem concernit rem ſenſibilem; & ideo ſi uideretur alicui, quòd Arithmetica eſſet circa aliquid ſeparatum, ſicut circa proportionem: tamen nulli intelligenti debet uideri, quòd illud, quod cadit ſub ſpeculatione Muſici, ſit ſeparatum: cum concernat rationẽ ſenſibilis.

Perſpectiua uerſatur circa lineã uiſualem.

Muſica circa quæ uerſatur.

Quæreret quis, Quomodo iſtę ſcientiæ ſint Mathematicæ, cum ſint circa ſenſibilia? hoc enim uidetur proprium Naturalis ſcientiæ, quòd ſit circa ſenſibilia. Mathematicę autem à ſenſibilibus abſtrahunt. Dicendum eſt, quòd iſtæ ſcien-

Quæſtio.

tiæ non tractant de sensibilibus inquantum sensibilia, sed inquantum saluatur ibi ratio rei Mathematicæ. Perspectiua enim dicens de linea uisuali, magis dicit de uisione inquantum saluatur ibi ratio lineationis, quàm de lineatione inquantum saluatur ibi ratio uisionis: terminare enim de natura uisionis, est Philosophi naturalis; sed uidere quomodo fiat uisio per lineas, & quomodo per lineas uerticales, & pyramidales &c. hoc est Perspectiui. Si enim terminaret de natura uisionis in se, iam esset naturalis; sed quia principaliter attendit lineationem in uisione, non uisionem in lineatione: ideo Mathematica uocantur. Notandum tamen quòd ipse cõsiderat lineationem in uisu, & non in quocunque alio; ideo non purè Mathematica, sed quodam modo accedit ad naturalem, quasi tenens medium inter purum Mathematicum, & purum naturalem: Et sicut dixi de Perspectiua, ita dico de Harmonica, siue Musica, quia naturalis principaliter attendit sonum: sed musicus primò & principaliter proportionẽ in sono; & considerans sonum proportionatum, magis considerat proportionis naturã, quã soni naturam: & ideo magis Mathematicus est, quàm naturalis. Sic ergo non obstante, quòd considerat sensibilia, quia tamen considerat ipsa sensibilia propter rem Mathematicam, non ẽ conuerso; sicut sonum propter proportionem, non proportionem propter sonum; & uisionem propter lineationem, non lineationem propter uisionem; ideo possunt dici Mathematicæ, licèt non puræ Mathematicæ, eo mõ quo Arithmetica, uel Geometria. Deinde cum dicit.

Circa quæ Perspectiuus et Naturalis uersantur.

Perspectiua è media inter Naturalẽ & Mathematica.

Musica est magis Mathematica, quàm Naturalis.

TEX. 8. *Dubitabit autem aliquis, & circa quæ existentium quærere oportet has scientias? Namq; in hoc differt Geometria, idest ars mensurandi terram à Geodesia idest ab arte diuidendi terram, solùm quia hæc quidem horum est, quę sentimus; illa uerò non sensibilium; palam uerò & præter medicinam & alia erit scientia, & præter unamquanque aliarum inter ipsam medicinalem & hanc medicinalem, sed quomodo hoc possibile? Etenim salubria quædam utique erunt præter sensibilia, & etiam sanum.*

Vbi ponit tertiam rationem ad probandu m, quòd non est dare Mathematica intermedia, dicens sic; quia non uidetur maior ratio inter species & sensibilia, siue aliqua intermedia in Mathematicis, quàm in aliis scientiis; ideo meritò aliquis dubitabit, circa quæ entia oportet quærere has scientias Mathematicas? Nam in hoc differt Geometria à Geodesia, quæ est scientia de mensuris sensibilibus, quia Geometria est de intermediis nõ sensibilibus, & alia de sensibilibus; Pari ratione etiam præter medicinalem sensibilem, & pręter unamquamque aliarum scientiarum, quæ est de sensibilibus, dabitur aliqua inter media scientia inter hanc medicinalem, quæ est de sensibilibus, & medicinalem, quæ est de speciebus, quod est impossibile; Quia si esset medicinalis media inter species, & sensibilia, essent quæ

Discrimen inter Geometriam & Geodesiam.

A dam salubria intermedia inter sensibilia salubria, & autosana, idest per se sanum, quod uocatur species. Est ergo ratio Philosophi in hoc: si esset dare triplicem gradum in scientiis Mathematicis, ita quòd una scientia esset de separatis, quæ uocantur species; & una esset de intermediis, sicut illa, quæ uulgò dicitur Geometria; & esset una de sensibilibus, sicut illa, quæ dicitur Geodosia: pari ratione esset una scientia medicinalis de speciebus sanorum, & una de intermediis, & una sicut de sensibilibus, & hoc est impossibile: quia medicina est de corpore sanabili, corpus autem sanabile necessariò concernit materiam, & ita impossibile, quòd corpus sanabile separatum sit, & cum proportio sit inter scientiam & obiectũ, B nulla scientia poterit esse de salubri separato, uel intermedio. Deinde cum dicit.

Medicina è de corpore sanabili.

Similiter autem nec hoc uidetur, quod Geodesia sensibilium sit magnitudinum & corruptibilium, corrupta.n. esset utiq; corruptis.

Arguit ad oppositum ad probandum, quòd est dare intermedia separata, & hoc per duas rationes, secunda ratio est ibi, [At uerò nec sensibilium.] Dicit ergo primò: dictum est, quòd Geodesia est circa sensibilia, sed non uidetur uerum, quòd Geodosia sit sensibilium magnitudinum & corruptibiliũ; quia sensibiles magnitudines contingit corrumpi; corruptis autem illis, esset corrupta Geodosia; quòd est impossibile: suppleatur ergo ratio, ergo Geodosia est incorruptibi- C lium magnitudinum; & omne huiusmodi est separatum, ergo Geodosia est de separatis. Notandum est, quod minùs uidetur quod Geodosia sit de separatis, quàm aliæ scientiæ Mathematicæ; probato ergo de hac, quod sit circa separata, multò magis & alię scientiæ erũt circa separata; Geodosia autem uidetur esse circa separata, quia nulla scientia est corruptibilium; quia si esset corruptibilium, contingeret, quòd scientia non esset circa necessaria. Deinde cum d.

Arguit à minori ad maius.

At uerò nec sensibilium erit magnitudinum; nec circa cęlum hæc Astrologia. Nec enim sensibiles lineæ sunt tales, quales dicit Geometra. Nihil enim rectum sensibilium, ita nec rotundum. Tangit enim regulam non secundum pũctum circulus, sed ut Pro D thagoras ait, Geometras redarguens: Nec motus, nec reuolutiones cęli similes, de quibus Astrologia sermones dicit; nec astris puncta naturam habent eandem.

Ponit secundam rationem ad probandum, quod obiecta scientiarum Mathematicarum sunt separata: & in hac ratione primò hoc probat de Astrologia: secundò de Geometria: De Astrologia sic: non uidetur, quod Mathematicæ scientiæ sint magnitudinum sensibilium, nec quod Astrologia sit circa hoc cœlũ sensibile: similiter de Geometria; non enim uidetur, quod sensibiles lineæ sint tales, quales sunt illæ, de quibus determinat: cum enim omnis sciẽtia sit circa uerum, & multa, quæ dicit Geometra, non sunt uera, in sensibilibus lineis

Vide Eucli. primo lib.

-neis, uidetur quòd aliæ sint lineæ Geometriæ, aliæ sensibiles, & aliæ figuræ ambarum: nullum enim rectum de numero sensibilium, nec rotundum est tale, quale est illud, de quo determinat Geometra, quia non habet proprietates illius: circulus enim secundùm Geometram tangit planum in puncto; circulus autem sensibilis non tangit res, hoc est planum in puncto; ita quòd aliæ sunt proprietates rerum Mathematicarũ, & aliæ & rerum sensibilium: Et ideo Protagoras redarguens geometras, ait; quòd mẽtiuntur in multis: & etiã Astrologi; quia reuolutiones cœli secundùm ueritatem non sunt tales, quales sunt illæ, de quibus facit sermonem Astrologus: Similiter cum Astrologi ponant stellas loco punctorum, & astra pro punctis, & astra sunt corpora, uidetur quòd mentiantur: quia astrum, cum sit corpus, non potest habere naturam pũcti. Sic ergo cum ista non possint uerificari circa sensibilia, uidetur quòd sit dare aliquod separatum: Est ergo ratio Philosophi in hoc: illa, de quibus determinat Astrologus, non possunt uerificari circa hoc cœlum sensibile: ergo uidetur, quòd sit dare aliquod cœlum separatum; circa quod possint uerificari lineæ sensibiles; ut exemplificatũ est in ipsa passione circuli, scilicet circulus tangit planum in puncto: oportet ergo dare aliquam lineam separatam, scilicet aliquam magnitudinem, circa quam uerificetur: quia omnis scientia est circa uerum; hoc autem uerum in scientiis istis non potest inueniri circa sensibile: ergo oportet, quòd reperiatur circa aliquod separatum.

> *Circulus tãgit planum in puncto.* — *Redargutio Pythagora contra Geometras.* — *Potest exẽplificari de ecentricis, epicicli & concentricis quæ ipsi ponunt.* — *Omnis scientia est circa uerum.*

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum sit dare aliqua mathematica separata, sicut disputat hic Auicenna? Dicendum est, quòd non: quod patet ex natura quantitatis: hæc est enim differentia inter quantitatem, & qualitatem; quia licet modus qualitatiuus possit reperiri in separatis à materia; sicut patet de prima specie qualitatis; quia in his potest reperiri species intellectualis, quæ reducitur ad primam speciem qualitatis: quantitas autem est de accidentibus adhærentibus materiæ; & iõ omnis scientia, quæ considerat quantitatem, considerabit aliquid, quod secundùm rem in materia est. Secunda uia patet ex differẽtia, quæ est inter Mathematicam, & Metaphysicam: quia Mathematica est de iis, quæ secundùm rem sunt in materia, non tamen secundùm conceptum; quia possunt concipi præter materiam: ita quòd non sunt separata secundùm esse, sed secundùm diffiniri: Metaphysica autem est de iis, quæ sunt separata & secundùm esse, & secundùm diffiniri: & ideo si possit poni, quòd Metaphysica est de illis, quæ sunt separata, & secundùm esse, & secundùm rem; non tamen Mathematica. Supposito, quòd Mathematica non est de separatis secundùm esse; quæritur quomodo argumenta possint solui, quæ adducunt pro hac parte. Dicendum est, ꝙ media Philosophi possunt reduci ad duo. Primum, quia scientia Mathematica est circa ne-

> *Discrimen qualitatis à quantitate.* — *Mathematica quomodo differt à Metaphy.* — *Solutio argumentorum Auicennæ.*

E cessaria, ea antem sunt incorruptibilia: Secũdum est, quia scientia Mathematica est circa uerum: ita quòd oportet ita esse in re, sicut concipitur; eo quòd ueritas non est nisi adæquatio rei, & intellectus: si autem Mathematica esset de magnitudinibus non separatis, uideretur, quòd non esset circa uerum; quia passiones, de quibus determinat Mathematicus aut Astrologus, nõ possunt certificari in rebus sensibilibus. Primum argumentum potest sic solui; nihil enim prohibet, ꝙ illud, quod de se corruptibile est, ab intellectu possit concipi sub aliqua habitudine necessaria; quando enim considero in homine, uel in pluuia esse existentiæ, considero aliquid, quod est corruptibile & generabile: quando autem considero F ipsum esse essentiæ, puta, quòd homo est animal, uel quòd pluuia est aqua, guttatim cadens; tunc considero aliquid, quod habet rationem necessarii, & incorruptibilis: & de re sub hac ratione considerata potest esse scientia: Nec oportet, ꝙ primum & secundum sint diuersa in re; quia unum & idem sub una ratione corruptibile est, & sub alia ratione induit modum necessariæ habitudinis: & sic unum, & idem potest esse sensibile, & materiale; & tamen potest concipi præter qualitatem sensibilem, & materiam, & motum: Nec oportet, quòd sit alia res, quia una, & eadem res in se sensibilis est; & tamen ut etiã in intellectu est, concipitur præter qualitatem sensibilem: Et sic res Mathematica, licet sit sensibilis; tamen scientia Mathematica non est de ea, G ut sensibilis est; sed ut secundùm conceptum separatum est à qualitate sensibili. Secundũ medium potest sic solui: Mathematica enim semper est circa uerum: considerat enim passiones essentiarum, puta magnitudinum, & linearum: ita quòd hæ passiones sequuntur essentias magnitudinis, & lineæ; & si contingat, quòd hæ passiones non reperiantur in sensibilibus, hoc forte est; quia ibi nõ reperitur perfectè essentia subiecti, in quo est illa passio: Vt si passio circuli est, quòd tangat planum in puncto, si contingat hoc non reperiri in sensibili circulo, hoc forte est, quia circulatio perfecta in sensibilibus non reperitur: & tamen hoc non obstante, semper ista passio circuli passio est: H & hoc sufficit, quòd circulus de natura sui semper hoc habeat; non obstante, quòd impediatur ab aliquo extrinseco: sicut demonstraui; quòd continuum est diuisibile in infinitum; sufficit, quòd hoc habeat continuum inquantùm cõtinuum: licèt non habeat inquantùm uniuersale, uel sensibile: quia secundùm Philosophũ, est dare minimam carnem. 1. Phy. 36. Vtrum autem Astrologi mentiantur, ponendo circa cœlum circulos eccentricos, & epycielos, quæ uidentur repugnare naturæ quintæ; hoc non est præsentis speculationis. Deinde cum dicit.

> *Quo scientia est de corruptibilibus.* — *Mathematica quo uerificantur.*

TEX. 9. *Sunt autem aliqui, qui dicunt, esse quidem intermedia hæc infra species, & sensibilia, non extra sensibilia, sed in his. Quibus accidunt impossibilia omnia*

nia quidem pluris est orationis pertransire. Sufficit enim & talia speculari.

Obiicit contra secundam opinionem ponentium, intermedia inter species & sensibilia esse tantū secundùm esse in sensibilibus: Et duo facit; quia primò recitat opinionem: secundò obiicit contra eam, ibi, [Non enim talibus.] Dicit ergo primò, quòd sunt aliqui, qui dicunt esse aliqua intermedia inter sensibilia & species; & ea esse coiūncta sensibilibus secundùm esse: quibus sic dicentibus, enumerare omnia impossibilia, quæ possunt eis accidere, est maioris negotij, quàm sit præsens; requirit enim maiorem orationem, hoc est maiorem tractatum, quàm sit præsens tractatus: de multis autem impossibilibus, quæ sequuntur ad hanc opinionem, sufficit tangere aliqua. Notandum est, quòd ij ponebāt duplex genus quātitatis, quarum una habebat rationem intermedij, alia habebat rationem quantitatis sensibilis: & quòd una esset simul cū alia; quod non poterat esse, nisi dimensiones ponerent dimēsiones; has autem dimensiones, quas ponebāt intermedia, uocabant aliquo modo separatas: quia non erat aliqua quantitas sensibilis, immo poterat recipere omnem quātitatem sensibilem. Imaginabātur enim in istis dimensionibus, sicut nos imaginamur in materia: suo modo enim nunquam inuenitur separata, quin semper sit sub aliqua formarum, & tamen de se non est quid, nec quale, nec aliqua formarum: ita quòd secundùm aliquam separationem habet à forma, etiā si non in esse existentiæ, attamen aliquo modo in esse essentiæ: eo modo quo potest habere essentiā; Ita suo modo isti ponebant quantitatem, quæ poterat recipere omnem quantitatem sensibilem, & istam ponebant locum, & receptaculum omnium quantitatum sensibilium, quæ nunquam erat, quin esset sub aliqua quantitatum sensibilium; & quantum ad hoc erat nō separata ab eis; tamen non erat aliqua quantitatum sensibilium; quia omnem poterat recipere; Arguere enim cōtra istam positionem, scilicet quòd ponatur quātitas una præter quantitatēs sensibiles, quæ semper coniuncta sit cum aliqua quantitate sensibili; ita quòd una poneret aliam, spectat ad 5. Physi. ubi probatur, quòd locus quantitatum sensibiliū non est quantitas separata. Deinde cum dicit.

Duplex genus quantitatis.

Materia nunquā inuenitur separata.

Tex. cō. 36

Non enim talibus congruum est habere sic solùm; sed palàm. quia & species contingit in sensibilibus esse. Eiusdem rationis utraque ea sunt.

Adducit quatuor rationes contra prædictam positionem. Prima ratio talis est: Mathematica, & species uidetur esse eiusdem rationis; quia utrunque propter abstractionem intellectus & uerificationē eius ponitur: Si ergo ponuntur Mathematica in sensibilibus existere, non solùm hoc erit congruum ponere in eis, sed etiam conuenit & ipsas species esse in sensibilibus: quod tamen nullus Antiquorum posuit.

Quæstio. Quæreret quis, Vnde sequitur hæc consequentia, si ita est in intermediis; ergo & in speciebus? Dicendum est, quòd isti ponebant separationem tam in iis, quàm in illis propter abstractionem in intellectus; quia uidebatur eis, quòd illa, quæ abstrahit intellectus; sint abstracta in re; si ergo alij, qui ponūt ipsa Mathematica esse in sensibilibus, non obstante abstractione intellectus; ita quòd duo hæc possint simul stare, & quòd intellectus abstrahat, & quòd ista sint in sensibilibus; uidebatur eodem modo, non obstante abstractione intellectus, qua abstractione abstrahit species à rebus; quòd ipsæ species poterunt esse in sensibilibus: Si enim Mathematica abstrahit, & species abstrahunt: & si non obstāte abstractione, Mathematica sunt insensibilibus; ergo non obstante abstractione, species erunt in sensibilibus. Deinde cum dicit.

Amplius autem duo solida in eodem necesse loco esse.

Ponit secundam rationem, dicens quòd secundùm positionem istorum sequitur, quòd duo corpora solida sunt in eodem loco: ponunt enim corpus sensibile, & corpus Mathematicum, & quòd hæc duo corpora simul sunt; quia corpus Mathematicum & sensibile penetrant se simul. Notandum, sicut dicit Comentator 4. Physicorum, quòd duo corpora non possunt esse in eodem loco, hoc prohibet quantitas: quòd enim corpus calidum, & corpus frigidum non possint esse in eodem loco, hoc est propter naturam quantitatum, nō passionum: si ergo quātitas prohibet, ubicunque saluabitur ratio duarum quantitatum, ibi prohibetur simultas duorum corporum in uno loco; sed in corpore Mathematico saluatur ratio quantitatis, & in corpore sensibili: similiter, & secundùm istos hæc quantitas non est illa; ergo est impossibile; quòd sint sensibiles: Si enim passio naturalis prohiberet hanc simultatem; quia corpus Mathematicum non est passionatum passione naturali: posset alicui uideri, quòd posset simul esse cū corpore naturali: sed quia quantitas prohibet, & secundùm istos, alia est quantitas Mathematica, & alia naturalis: ideo impossibile est, quòd corpus Mathematicum, & naturale sint simul, prohibente hac quantitate. Quomodo autem corpus glorificatum possit esse simul cū corpore nō glorificato, est alterius speculationis; & alibi poterit patere: Notandum est etiam, quòd sicut suo modo, est in formis; ita suo modo uidetur esse in corporibus: uidemus enim, quòd duæ formæ eiusdem rationis non possunt esse in eodem; sicut albedo, & albedo: formæ autem aliquæ diuersarum rationū possunt esse in eodem, sicut albedo & dulcedo: Ita suo modo corpora diuersarum rationum, & diuersorum prædicamentorum possunt esse; sicut corpus substantia, & corpus quantitas: si autem essent duo corpora eiusdem prædicamenti, sicut corpus naturale, & corpus Mathematicum: ita quòd corpus naturale uocetur ipsa quantitas sub passione sensibili; corpus autem Mathematicum

Duo corpora non possunt esse in eodem loco.

Quantitas duplex.

Proportio formarum respectu corporum.

L uocetur

uocetur quantitas nõ passionata, sed ut abstrahit à passione: impossibile est, quòd sint in eodem. Notandum est, quòd istud inconueniens sequitur istos; quia ponebant corpus naturale, & corpus Mathematicũ differre realiter, & ꝙ unũ sit in alio. Positioni autem Philosophi non potest sequi istud inconueniens; quia posuit unum, & idẽ corpus esse naturale & Mathematicũ; quòd nunc uocauit naturale, nunc Mathematicum, sub alio, & alio modo considerandi: eadem enim quantitas trium dimensionum, ut est coniuncta passionibus sensibilibus, dicitur corpus naturale; illa autem eadem quantitas, ut non concipitur præter ista, dicitur corpus Mathematicum. Sicut enim non est alia linea, quæ est coniuncta superficiei, & quæ consideratur prætor superficiem: ita non est alia quantitas, quæ coniungitur formis sensibilibus, & quæ consideratur præter formas sensibiles. Deinde cum dicit.

Et non esse immobilia in motis existentia sensibilibus.

Motis nobis, mouentur omnia, quæ sunt in nobis.

Ponit tertiam rationem contra positionẽ istã, & est ratio talis: quòd ipsa Mathematica existentia in rebus sensibilibus, quæ mouentur, nõ erũt immobilia, sed mouebuntur; quia moto aliquo, mouetur illud, quod est in eo; sed Mathematica ponuntur, secundùm istos, in istis sensibilibus: ergo motis istis sensibilibus, ipsa mouẽtur; quod est contra rationem Mathematicorum; quia abstrahunt à materia, & à motu. Sed uidetur, quòd

Obiectio.

hæc ratio sit ita contra rationem Aristo. sicut contra rationem istorum; quia Mathematica sunt separata secundùm conceptum, sed nõ secundùm esse: ergo secundùm esse sunt insensibilibus: igitur motis sensibilibus, ipsa mouentur. Dicẽdum

Solutio.

est, quòd positio Philosophi in duobus differt à positione istorum: primò differt; quia isti ponebant aliquam quantitatem totaliter Mathematicam, & naturalem, Philosophus autem ponit eandem secundùm modum considerandi esse aliam naturalem, & Mathematicam: Secundò differt, quia illi ponebant realitatem quantitatis Mathematicæ realiter esse abstractam à motu: & sic implicabatur contradictio in positione ipsorum; quia ponebãt Mathematica realiter esse abstracta à motu, & cum hoc quod sunt realiter insensibilibus; ideo sequitur, quòd mouentur & non mouẽtur: Philosophus autem posuit, quòd secundùm conceptum abstrahunt à motu: ita quòd illud, ꝙ est quantitas mouetur ad motum rei sensibilis; tamen inquantùm sic concepta, & inquantùm Mathematica, non mouetur; quia concipitur præter sensibilitatem, quæ propriè respicit motum. Deinde cum dicit.

Totaliter autem cuius causa quis ponet esse quidem ipsa, esse autem in sensibilibus. Eadem enim contingunt incõuenientia eis, quæ dicta sunt. Erit enim cælum aliquod præter cęlum, non tamen extra, sed in codẽ loco, quod magis impossibile. De bis ergo dubitatio multa, qũo oportet positã babere ueritatẽ.

E Ponit quartam rationem contra istos, dicens; illud, quod ponitur, debet poni causa alicuius: totaliter autẽ ulla causa potest dari rationalis; quia ista ponantur esse, & tamen insensibilibus esse: unde omnia inconuenientia, & eadem sequũtur istam positionem, quæ sequebãtur præcedẽtem. Sicut enim sequebatur ad illam positionem, ꝙ esset dare aliquod cœlum præter hoc cœlum sensibile; ita sequitur ad istam positionem: & quod maius est, maius impossibile sequitur ad hanc positionem, quàm ad primam; quia secũdùm primã positionem cœlum separatum non est in eodẽ loco, cùm hoc cœlo sensibili: secundũ autem hanc positionem, cœlum sensibile, & cœlũ Mathematicum sunt in eodem loco, & sunt duo corpora F in eodem loco; quod est impossibile: Vltimò concludit Philosophus, quòd prædictæ quæstiones multam habent dubitationem, quomodo se habet ueritas in eis, & quomodo non.

At de Principiis, Vtrum oportet genera, elementa, & principia suscipere; aut magis ex quibus cum insint, est unumquodque, primis. TEX. 10.

Laborat circa naturam principiorũ

Postquam disputauit quæstiones motas circa materiam substãtiæ, hic disputat quæstiones, quę mouentur circa naturam principiorum: Et diuiditur in duas partes; quia primò mouet quæstiones circa naturam principiorum: secundò circa modũ principiorũ, ibi, [Adhuc autem utrum substãtia una] Prima adhuc diuiditur in duas partes; quia primò quęrit, Vtrũ ipsa uniuersalia sint principia: secundò quærit, Vtrum sint aliqua separata G à materia, quæ sint principia, ibi, [Est aũt habita in his dubitatio.] Prima in duas; quia primò quærit, Vtrum genera sint principia, aut non? secũdò quæ, genera, Vtrũ prima, uel alia? ibi, [Adhuc aũt si maximè.] Prima in tres: primò. n. ponit titulũ quæstionis: secundò disputat ad unã partẽ: tertiò ad oppositam. Secunda ibi, [Vt uoces elementa] Tertia ibi, [Quòd si cognoscimus unumquodq;] Primò. n. quærit, Vtrũ principia rerũ & elemẽta sint ipsa genera, quæ prædicãtur de pluribus: An illa sint principia rerũ & elementa, ex quibus primis res cõponuntur; & ex quibus primis est unũquodque, quæ quidem principia insint in ipsa re? Notandum est, quòd duas conditiones addidit H principiis, scilicet quòd insint in re, & ꝙ sint prima: quædam. n. sunt, quæ componunt rem; quædam enim sunt, ex quibus fiunt res, quæ non manent in rebus; sed transeunt, sicut sunt contraria, uel priuationes: dicimus enim, quòd ex non albo fit album, sed tamen non album non stat cum albo; sed in generatione albi destruitur non albũ: & ideo de tali principio hic non intẽditur; sed de tali, quod est hmõi, ꝙ ex eo fiat res; & est in re: Quędam. n. sunt, ex quibus fiunt res, sed tamẽ nõ sunt prima principia rerũ, sed proxima tantũ; & quæ aũt non sunt prima, sed proxima nõ dicũtur propriè elemẽta. Videmus. n. ꝙ corpora aliquãdo fiunt ex carnibus, & neruis; sed tamẽ; quia hęc resoluuntur ad alia priora, non propriè dicuntur

Duæ conditiones principiorum.

elementa

elementa animalis. De natura.n.elementi est, ꝙ non resoluatur ad aliquod corpus prius: Ad differentiam igitur primorũ, & quæ non manent, dixit Arist. cùm insint; ad differentiã secundorum, quæ in aliud resoluuntur, dixit, prius. Deinde d.

Vt uocis elementa, & principia uidentur esse, ex quibus componuntur uoces omnes primùm; sed non communis uox. Et diagrammatum, idest, descriptionum ea dicimus elementa, quorum demonstrationes insunt in aliorum demonstrationibus, aut omnium, aut plurimorum.

Quæ sunt principia rerum.

Vult ostendere, quòd genera non sunt principia rerum; sed tantùm illa, ex quibus componuntur res: & hoc per tres rationes. Prima in rationabilibus in principio; secundò in naturalib. ibi, [Amplius autem corporum.] Secunda in rebus artificialibus ibi. [Adhuc autem & ad aliorum siquis uult.] Dicit ergo, uidetur, supple, ꝙ elementa rerum non sint genera; nam elementa & principia uocis uidentur esse ea, ex quibus primis compununtur omnes uoces: non enim principium, & elementum uocis dicitur esse illud commune, quod est uox, idest ipsa uox uniuersaliter, & genus uocis: similiter & in diagram matibus, idest, in demonstratiuis descriptionib. figurarum Geometricarum uidetur esse uerum, quòd genus non est principium, & elementum: sed solùm illa, ex quibus hæc componuntur: horum enim diagrammatum non dicimus esse elementa, hoc commune, quod est diagramma: sed magis dicimus esse elementa horum theorematum, quorum demonstrationes insunt demonstrationibus aliarum theorematum geometricarũ: & hoc dico, aut plurium, aut omnium: demonstrationes enim posteriorum procedunt ex suppositione primarum demonstrationum: ita quod uirtus primorum est in posterioribus, uel omnibus, uel pluribus. Est ergo ratio Philosophi in hoc: si genus esset principium, & elemẽtum: hoc commune, quod est uox, esset principium, & elementum respectu uocum compositarum: & hoc commune, quod est diagramma, geometricarũ: sed hæc sunt falsa, ergo & primum. Notandum est, quòd liber Euclidis semper est ex deductione primorum ad posteriora: supponuntur enim aliqua, & ex suppositione illorum alia demonstrantur: ita quòd ex uirtute istorum suppositorum demonstrantur ista, quæ demonstrantur: & ex istis demonstratis, possunt demonstrari alia posteriora: ita quòd semper gradatim uirtus primorum in posterioribus saluatur. Et hoc est, ꝙ dicit Philosophus, quòd priora theoremata sunt illa, quæ sunt in demonstrationibus posteriorũ. Deinde cum dicit.

Liber Euclidis cur liber elementorũ dicatur.

Amplius autem corporum, qui dicunt esse plura elementa, & qui unum: ex quibus componuntur & constant principia, dicunt esse. Vt Empedocles ignem, & aquam, & quæ sunt in simul, hæc elementa dicit esse, ex quibus sunt entia, quæ sunt; sed non ut genera dicit ea eorum, quæ sunt.

A Ponit secundam rationem ad probandum, ꝙ illa sunt principia rerum, & elementa, ex quibus res componuntur, & non ipsa genera: & hoc in rebus naturalibus. Dicit ergo, quòd illi Antiqui, qui ponunt plura elementa rerum; & illi, qui ponunt unum; ambo in hoc conueniunt, quòd illa sunt elementa, & principia rerum, ex quibus res componuntur, & ex quibus res consistunt: etiam illis rebus existentibus. Vnde Empedocles ponit elementa rerum, ignem, & aquam, & alia huiusmodi: ex quibus sunt ipsa entia naturalia: & quæ etiam insunt rebus naturalibus: sed non dicit ipse Empedoc. ipsa esse elementa rerum, quę sunt genera rerum: Est ergo ratio Philosophi sumpta per locum ab autoritate; quia omnes An B tiqui in hoc conueniebant, elementa rerum, quæ componebant rem, & ex quibus res fiebant: ex eis, quæ erant in ipsis, quod additum est ad differentiam priuationis, & contrarii: quia res fit ex priuatione, & ex contrario: tamen nec priuatio, nec contrarium manet in re, sed destruitur in aduentu rei. Deinde cum dicit.

Res fit ex priuatione & cõtrario.

Adhuc autem & ad aliorum siquis uult naturam speculari, ut lectum ex quibus partibus est, & quomodo compositis, cognoscet eius naturam. Et ex his quidem rationibus non sunt principia genera existentium.

Ponit tertiam rationem, sumptam in rebus artificialibus, dicens: adhuc autem si aliquis uult speculari naturam aliorum, puta artificiatorum: oportet si uult cognoscere illa artificiata: ut C puta si uult cognoscere lectum, oportet cognoscere, ex quibus partibus componitur illud artificiatum, & modum compositionis partium: tunc enim sciet naturam eius, scilicet artificiati, quando ista sciet. Est ergo ratio Philosophi in hoc: illud, quo scito, scitur res: uidetur esse principium rei: sed scitis partibus rei artificiatæ, & modo cõpositionis earum, scitur res artificiata: ergo ista uidentur principia rei artificiatæ. Notandum est, quòd partes non quocunque modo compositæ faciunt rem artificiatam; sed sub speciali modo compositionis rem artificiatam faciunt: sicut partes sub speciali modo faciunt, & componunt nauem: sub speciali archam, uel sub speciali domũ D faciunt: ita quòd partes tenent locum materiæ: specialis autem modus tenet locum formæ: Et ideo Philosophus hæc duo tetigit in compositione rerum artificiatorum, scilicet, partes componentes, & modum compositionis. Deinde concludit quò ad istam partem, dicens; quòd hæ autem sunt rationes, quibus probatur, ꝙ genera non sunt principia rerum existentium. Deinde cum dicit.

Illud ẽ principium rei, quo scito, scitur res.

Quomodo partes faciunt rem artificiatam.

Quòd si cognoscimus unumquodque per diffinitiones, & principia diffinitionum, sunt ipsa genera; necesse, & diffinitorum principia esse genera.

Probat, quòd genera sunt principia: & diuiditur in duas partes; primò.n. probat, ꝙ genera sunt principia: secundò excludit quandam fal-

ſam opinionem,ibi[Sed nõ poſsibile dicere.]Prima in tres,ſecundùm tres rationes,quas adducit: Secunda ibi.[Et ſi eſt eorum , quæ ſunt.]Tertia ibi.[Videntur autem quidam dicentium.]Ponit ergo primam rationem , dicens ; quòd inquantum cognoſcimus unumquodque per diffinitiones, intantùm uidetur, quòd genera ſint principia: genera enim ſunt principia diffinitionum, quæ autem ſunt principia diffinitionum, uidetur eſſe genera diffinitorum;ſi ſunt ergo genera principia diffinitionum, ergo & diffinitorum.

Principia eſſendi ſunt principia cognoſcẽdi, et econuerſo.

Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc: principia cognoſcendi, ſunt principia eſſendi, & è conuerſo : ſi genera ſunt principia cognoſcendi, ergo ſunt principia eſſendi; genera ergo ſunt principia reſpectu diffinitionum; & quia diffinitio eſt ad cognoſcendum ; ideo ſequitur, quòd genera ſint principia cognoſcendi.

Diffĩo et diffinitũ dicũt eandẽ rem.

Notandum eſt,quòd diffinitio, & diffinitum dicunt eandem rem,licèt ſub diuerſis modis: & ideo quidquid eſt principium reſpectu unius, uidetur eſſe principium reſpectu alterius : & ita cum genus ſit principium diffinitionis,uidetur,quòd ſit principium reſpectu diffiniti. Deinde cum dicit.

Et ſi eſt eorum, quæ ſunt accipere ſcientiam,accipienda eſt ſcientia ſpecierum; ſecundùm quas dicuntur eſſe entia. Specierum autem principia ſunt genera.

Ponit ſecundam rationem,dicens:uniuſcuiuſque rei hoc accipitur,quòd ſcitur ſpecies rerum, ſecundùm quas ſpecies res dicuntur entia: ſpecies autem ſciri non poſſunt,niſi per genera;principia.n.ſpecierum genera ſunt.

Principia ſpẽrum sũt genera.

Eſt ergo rõ Philoſophi in hoc:tunc.n.res ſcitur, cum ſpẽs ſcitur; ergo ſpẽs ſunt principia reſpectu rerũ: ſpecies aũt ſciri non poteſt, niſi per genus : ergo genus eſt principium reſpectu ſpeciei; & ſi reſpectu ſpeciei,ergo & reſpectu illorum, quorum principiũ erat ſpẽs: quia quidquid eſt principiũ reſpũ principiorũ,eſt principiũ reſpũ principiatorũ.

Scire rei,eſt ſcire rei naturam.

Notãdũ eſt, ꝙ ſcire rẽ, eſt ſcire naturã rei:genus autẽ propriè nõ dicit naturã rei;nã in genere eſſe, eſt eſſe in potentia;conceptus enim generis eſt conceptus,poſsibilis informari per multas differentias;ſcire ergo rem in genere, eſt ſcire eam in potentia: tunc autem propriè ſcitur , quando ſcitur eius natura ſpecifica ; Debemus enim imaginari de eſſe,ſicut de ſcire : in eſſe autem ſic eſt, quòd eſſe in potentia eſt eſſe ſecundùm quid ; eſſe autem in actu , eſt eſſe ſimpliciter : ita ſic ſcire rem in genere,eſt ſcire eam in potentia,& ſecundùm quid : ſcire autem eam in ſpecie,eſt ſcire eam in actu,& ſimpliciter:Et ideo dicit Philoſophus , ꝙ ſcire rem,eſt ſcire ſpeciem rei , uel rem in ſpecie ſua.

Scire dupliciter.

Quæſtio.

Quæreret quis, Vtrum ſecundũ ſpecies res dicantur entia, ſicut innuit Philoſophus ? Reſpondeo.Dicendum eſt,quòd hæc principia uerificantur,& ſecundùm opinionem Platonis, & ſecundùm opinionem Ariſt.Primò ſecundùm opinionem Platonis;poſuit enim ſpecies ſeparatas , per quarum participationem res dicuntur habere entitatem:ſicut per participationem hominis ſeparati hic homo dicitur homo : Imaginabatur enim humanitatem in aliquo eſſe per ſe , & per eſſentiã, ſicut in ſpecie ſeparata hominis ; in aliquo autem eſſe per quandam participationem, ſicut in homine coniuncto cum materia : & ſicut dico de humanitate, ita dico de aliis ſpeciebus ; ergo poteſt hoc uerificari ſecundùm opinionem Philoſophi.

E

Platonis opinio.

Eſſe ens per aliud eſt dupliciter.

Notandum eſt tamen , quòd eſſe ens per aliud,hoc poteſt eſſe duobus modis. Vno modo,quia ab eo capit eſſe eſſentiæ, ſed in ſingularibus capit eſſe exiſtentiæ;hic enim homo per humanitatem habet eſſẽtiam,ſed humanitas in hoc homine capit exiſtentiam:ita quòd quidditas, & ipſum particulare ita ſe habent,quòd ipſum particulare non habet eſſentiam , niſi per quidditatem,& naturam ſpecificam;ipſa autem quidditas & natura ſpecifica non capit exiſtentiam, niſi in particulari:Benè ergo dixit Philoſophus , quòd participantia non ſunt entia, ſupple , quò ad eſſe eſſentiæ,niſi per ſpecies.Deinde cum d.

F

Videntur autem quidam dicentium elementa exiſtentium,unum autem ens,aut magnum,aut parum,ut generibus eius uti.

Ponit tertiam rationem,ſumptam ab autoritate Platonicorum , qui poſuerunt elementa exiſtẽtium unum,& ens:aut magnum,aut paruum ; quibus utuntur ut generibus ; ergo genera ſunt principia.Deinde cum dicit.

G

Sed non poſsibile dicere utrobique principia ipſa. Ratio namque ſubſtantiæ eſt una. Diuerſa ergo erit quæ eſt per genera diffinitio;& quæ dicit, ex quibus eſt,quæ inſunt.

Excludit quandam reſponſionem;poſſet enim aliquis dicere,quòd illa,quæ componunt res , & ipſa genera ſunt principia; hoc excludit,dicens; quòd hoc non eſt poſsibile;iſta,& illa dicere principia;quia illa ſunt principia rei, ex quibus eſt ratio diffinitiua; ratio autem diffinitiua ſubſtantiæ eſt una:ſi uerò hæc, & illa eſſent principia , una & eadem res haberet diuerſas diffinitiones;quia diffinitio,quæ datur per genera: eſt alia & diuerſa ab illa,quæ eſt ex principiis exiſtentibus in re; ex quibus res componitur:Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc: una, & eadem res habet unam diffinitionem ; ſi autem hæc, & illa eſſent principia ; unum & idem diuerſimodè diffiniretur : quia unumquodque diffiniri poteſt ex principiis ſuis; & ſic diffinitum eſt ex principiis , quæ componunt rem , & ex genere ; quod etiam ponitur principium.

Rõ diffinitiua ſubſtantiæ eſt una.

H

Vnius rei unica eſt diffõ.

Notandum eſt,quòd hęc ratio ſuper hoc fundatur, ꝙ quidquid principiat rem, poſſet eam diffinire;ſi ergo ponuntur duo principia,uel duplici modo,eſſent duæ diffinitiones ; quod uidetur eſſe contra commune dictum : quia unius rei unica eſt diffinitio.

Adhuc autem ſi maximè principia ſunt genera, utrum prima generum oportet æſtimare principia,

pia, aut ultima prædicata de indiuiduis? Etenim hæc dubitationem habet.

Hic disputat secundam quæstionem, scilicet, Vtrum genera prima, uel illa, quæ ultimò dicuntur de indiuiduis; debeant dici principia? Et diuiditur in duas partes: primò ponit titulū quæstionis: secundò adducit rationes ad quæstiones, ibi, [Nam si qua uniuersalia sunt magis principia.] Dicit ergo primò, quòd si genera sunt maximè principia; quæ sunt illa, quæ oportet magis existimare principia; an illa, quæ sunt prima & cómunissima de numero generum; an illa, quæ ultimò & proximè prædicantur, de indiuiduis, sicut species specialissima; hoc enim habet dubitationem. Deinde cum dicit.

Nam si quidem uniuersalia sunt magis principia, palàm quia suprema generum. Ea namque maximè dicuntur de omnibus existentibus. Tot igitur erunt entiū principia, quot & prima genera. Quare erit ens, & unum principia substantiæ. Ea namque de omnibus maximè dicuntur existentibus. Non est autem possibile genus entium esse unum; neque unum, neque ens. Nam necesse est differentias cuiusque generis esse, & unam esse quamlibet. Impossibile autem prædicari, aut species de propriorum generū differentiis; aut genus sine suis speciebus. Quare si unum genus, aut ens, nulla differentia, neque unum, neque ens erit. Sed si non genera, nec principia erūt: si principia & genera.

Obiicit ad propositam quæstionem: & circa hoc duo facit: primò ostendit, quòd uniuersalia, uel prima generum non possunt dici principia: secundò ostendit, ꝙ species specialissima magis debet dici principia, quàm ipsa genera, ibi [Atvero & si magis principia:] tertiò adducit rationes ad oppositum, scilicet quòd genera prima debēt dici principia, ibi, [Iterum aūt quō oportet] Prima diuiditur in tres partes secundùm tres rationes, quas adducit: Secunda ibi, [Ampliùs autem quæ sunt intermedia.] Tertia ibi, [Adhuc magis differentiæ sunt principia.] Dicit ergo primò, ꝙ si uniuersalia sunt magis principia, quàm ultimò prædicata, manifestum est; quòd superna generūt, & quæ de omnibus prædicantur, erunt maximè principia; ita quòd tot erūt rerum principia, & quæ de omnibus prædicātur: ergo ens, & unū sunt principia rerum, quæ de omnibus maximè prædicantur: si autē ens, & unum sunt principia; sequitur, quòd aliqua principia non sunt genera; quia ens, & unum non sunt genera: quòd autem ens, & unum non sunt genera, probatur ex hoc; quia necesse est cuiuslibet generis esse aliquas differentias, & unam quamlibet illarum esse determinatorum: si ergo ens, & unum essent genera; haberent differentias, quod est impossibile: cuius ratio est; quia impossibile est species generis prædicari de propriis differentiis; aut ēt genus prædicari de differentiis sine suis speciebus; hoc est nisi mediantibus speciebus; genus enim non prædicatur de differentia, nec participatur ab ea: Quare si ens, aut unum esset genus; nulla differentia diuidens unum, uel ens; participabit ipsum unum, uel ens; nec ens, aut unū prædicabitur de eis. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd nec ens, nec unum differentia erit. Si uerò aliquis dicat unum, & ens non esse genera; certè non erunt principia; si omnia principia ponantur genera. Est ergo ratio Philosophi in hoc; Si cōmunissima, quæ de omnibus prædicantur, ponantur principia: ergo ens, & unum erūt principia; ens autem, & unum non sunt genera; quia nulla differentia participat genus; omnis autem res, & omnis entitas participat naturam unius, & entis: ergo nō omnia principia erunt genera.

Ens & unū non sunt genera.

Cuiuslibet generis necesse est esse aliquas differentias.

Nulla differentia participat genus.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum ens habeat differentias? Dicendum est, quòd non: cuius ratio est; quia habitudo inter genus & differentiam talis est, quòd conceptus generis est extra cōceptum differentiæ: nam conceptus animalitatis est extra conceptum rationalitatis. Licèt enim conceptus generis, & differentiæ concurrant ad conceptum speciei; tamen conceptus generis omnino est extra conceptum differentiæ: si genus ens haberet differentias, oporteret quòd conceptus entitatis esset extra conceptum illarum differentiarum. Verbi gratia, si decem prædicamenta diuiderent ens, tāquam differentię; oporteret, quòd conceptus entitatis esset extra conceptum prędicamentorum, & per consequens conceptus prædicamenti non esset entitas: cùm enim conceptus entis sit ipsa entitas, si ens haberet diuisionē eo modo, quo genus diuiditur in differentias; oporteret, quòd illud, quod diuidit ens, non esset entitas. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera; quòd si ens diuideretur in differentias, illa differentia nec esset ens, nec unum: quod est impossibile.

Habitudo inter genus & differentiā qualis.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum ens sit genus? Respondeo; statim posset patere ista quæstio per præcedentem: quia ex quo ens non habet differentias, & omne genus differentias habet: ergo ens non potest esse genus. Tamen aliter potest quæstio deduci: ens enim potest esse quoddam nominatum ab esse essentiæ, uel ab esse existentiæ: sicut enim lucens potest esse quid denominatum à luce, uel à lucere: ita suo modo potest dici ens ab essentia, uel ab esse existētiæ; Imaginabimur enim suo modo lucem loco essentiæ, lucere autem loco existentiæ, lucens autem loco entis: si autem dicatur ens ab esse essentię; patet, quòd non potest esse genus: cuius ratio est; quia omne genus descendit in species mediante conceptu; ita ꝙ conceptus generis nō est conceptus specierum, licèt sit de conceptu speciei: descendit autem p differentias, quarum conceptus est extra conceptus generis: Si ergo ens esset genus, secundùm quòd imponitur ab esse essentiæ; oporteret quòd conceptus essentiæ esset extra conceptum cuiuslibet differentię, diuidentis ens: & secundùm hoc sequeretur, quòd illa differentia esset

Ens dupliciter.

quædam non entitas: quod est impossibile; conceptus enim essentiæ est conceptus primus, profundans se infra omnem conceptum inferiorē. Secunda ratio potest esse talis, adhuc de esse essentiæ: si ens, ut imponitur ab esse existentiæ, esset genus ad aliqua; esset genus ad decem prædicamenta; hoc autem probo esse impossibile; omnia enim quæ sunt infra unum genus, conueniunt infra unum conceptum, qui quidem conceptus, non est conceptus alicuius inferiorum, sed est alius à conceptu omnium inferiorum: Si ergo omnia prædicamenta conuenirent in uno genere, puta in ente; oporteret, ꝙ conceptus ille esset unus conceptus, alius à conceptu omniū prædicamentorū; quod est impossibile: cùm omnis conceptus, uel sit conceptus entis in se, uel entis in alio, hoc est accidentis & substantiæ; oporteret autem, si accidens, & substantia conuenirent in uno tertio conceptu, quòd ille conceptus non esset cōceptus entis in se, uel in alio, quod est impossibile: omnis enim conceptus, uel est conceptus entis in se, uel entis in alio: Vnde Commentator; impossibile est, ut aliquid prædicetur prædicatione generis de rebus habentibus formas diuersas, quæ non conueniunt in una forma numero: Ad cuius Commenti euidentiam, notandum est, quòd Commentator uocat formas diuersas, formas prædicamentales; quas formas impossibile est conuenire in una forma, hoc est in uno conceptu: genus enim dictum de speciebus, unum conceptum indicat; ens autem, & unum dicta de decem prædicamentis, non indicant unum conceptum. Et hoc est; quod dicit idem Commentator: ens & unum dictum de eis, hoc est, de prædicamentis; non notificat de eis unam naturam, hoc est unum conceptum: Suo enim modo imaginabatur de esse, sicut de æquiuoco: æquiuocum enim immediatè descendit in multa significata: sic & ens immediatè descendit in omnia prædicamenta, sine mediante aliquo alio conceptu: Hæc tamen est differentia inter, æquiuocum & ens: quia æquiuocum, licèt immediatè descendat in multos conceptus; tamen conceptus æquiuocorum non habet analogiam ad unum conceptum primum: ens autem sic descendit in conceptus prædicamentales, quòd conceptus prędicamentales habent attributionem ad conceptum primum, qui est conceptus substantiæ. Vnde si ens immediatè descenderet in conceptus prędicamentales: ita ꝙ conceptus accidentis nō haberet analogiā ad conceptū substantię, ens esset purè æquiuocum ad decem prędicamenta. Tertiam uiam tangit Commentator in hoc passu, ad probandum quòd ens impositum ab esse existentię, non potest esse genus: quia si prędicamenta conuenirent in genere, quod est ens, necesse esset, ꝙ ipsa prędicamenta intellecta non haberent differentias ad inuicem, quibus differrent adinuicem in omnibus suis naturis, adeo quòd natura

Notabilis propō Commentatoris.

Comparatio entis ad æquiuocum.

E substantię & qualitatis esset eadem. Ad cuius Commenti euidentiā notandum, ꝙ quęcunque conueniunt in genere, partim differūt, & partim cōueniunt: ita non ꝙ differant in oībus suis naturis; sed cū illa, quę sunt in genere, sint species, & ēt species componantur ex conceptu generis, & differentię; oportet, ꝙ illa, quę sunt in genere prędicamenti conueniant, scilicet in conceptu generis; & partim differant, scilicet in conceptu differentię: ita ꝙ differant à se ipsis non in omnibus naturis suis, sed secundùm partem sui, scilicet per naturam differentiarum. Vnde Philosophus Decimo huius illa uocat differentia, quę partim conueniunt, & partim differunt: diuersa autem, quę differunt se ipsis. Si ergo ista sunt uera, quæ

Quæcunque conueniunt in genere, partim differunt, & partim conueniunt.

Tex. cō. 15. & 13.

F credimus esse uera: si prędicamenta conuenirent in ente tanquam in genere; sequeretur (ut dicit Commentator) ꝙ non differrent se ipsis in omnibus suis conceptibus, hoc est, in omnibus suis naturis; quas naturas Commentator uocat conceptus; quia prędicamenta, ex quo essent in genere, partim conuenirent, & partim differrēt: quod Commentator habet pro impossibili; quia prædicamenta omnino se ipsis differunt, nullo modo capientia infra suos conceptus conceptum cōmunem generis. Et ideo dicit Commentator, ꝙ si ens esset genus; quòd substantia, & qualitas essent eadem; hoc est, haberent unum conceptum cōmunem, quod est impossibile. Sic ergo patet, quòd ens secundùm quod imponitur ab esse essentię: non potest esse genus. Similiter nō potest

Prædicamē ta omnino seipsis differunt.

G esse genus ens, secūdùm quod imponitur ab esse existentię: quòd patet duplici uia. Primò ex habitudine, quæ est inter genus, & speciē: talis enim habitudo debet esse inter genus & speciem, ꝙ illud; quod est de principali significato generis, debet esse de conceptu speciei: licèt enim conceptus generis non sit conceptus speciei; tamen conceptus specificus est quidam conceptus compositus ex conceptu generis, & conceptu differentię. Ideo oportet, quòd conceptus generis sit de conceptu speciei; & illud, quod importatur per nomen generis, sit de significato illius, quod importatur per nomen speciei. Si autem hæc sunt uera, patet quòd ens, se-

H cundùm quòd imponitur ab esse existentię; non potest esse genus, & maximè respectu decem prædicamentorum: hoc enim ens imponitur ab esse essentię: ita quòd esse essentię est de significato principali, & de principali conceptu ipsius entis: sic autem est, quòd esse essentiæ est extra esse ipsorum prædicamentorum: ad esse enim in prædicamento non requiritur esse existentiæ Si ergo esse existentiæ est extra conceptum prædicamentorum: ergo & ens secundùm quòd imponitur ab esse existentiæ: impossibile est, quòd illud, à quo imponitur res, sit extra conceptum illius: quia imponitur ab illo, ut sic non sit extra conceptum: ut si albedo sit extra conceptū alicuius: & album est extra conceptū eiusdē: Si

Illud, à quo res imponitur, non pōt esse extra il lius cōceptū.

Si ergo esse existentiæ est extra conceptum prædicamentorum, ergo & ens, secundùm quòd imponitur ab esse existentiæ, erit extra conceptum eorundem. Ex quo apparet prima uia, quòd, scilicet ens, secundùm quòd imponitur ab esse existentiæ, non potest esse genus. Secunda uia patet ex natura generis in se: de natura.n. generis est, q̄ dicat quid, & quid essentiæ; Non.n. debemus imaginari, q̄ genus & species, uel differentia, & species dicantur duo quid, sed unum quid, sed alio tamen & alio modo: genus enim dicit ipsum quidān potentia, & sub esse incompleto, & in distincto, quasi specificabilem per differentias: species autem dicit idem quid, iam specificatū, completum, & distinctum; ipsa differentia dicit specificationem eiusdem quid: & quia ipsa specificatio est quoddam quale substantiale; ideo dicitur, quòd differentia dicit quid quale, uel quid per modum qualis: & ideo in fine decimi Topic. dicitur, quòd differentia dicit qualitatem generis: Ex quibus patet, quòd genus, differentia, & species cadunt super esse essentiæ: licèt diuersis modis: quia ipsum genus cadit super esse essentiæ, quasi informabile & specificabile; differentia autem cadit super ipsam specificationem & informationem; ipsa autem species dicit quid compositum ex ambobus, scilicet ex informabili, & informatione, idest, ex natura generis, & differentiæ: ita tamen quòd nos non imaginamur, quòd genus, differentia, & species dicant tres res, sed unam rem sub diuersis modis: sicut patebit in Septimo huius; Si ergo genus cadit sub esse existentiæ: quidquid immediatè cadit sub esse existentiæ, non potest esse genus: huiusmodi est ens, secundùm quod imponitur ab esse existentiæ: Quòd autem huiusmodi uia sit bona, patet ex diuersitate quæstionum positarum in secundo Posterio. nam quæstio an est, & quæstio quid est, sic differunt; quia quæstio quid est, cadit super esse essentiæ; & quæstio an est super esse existentiæ: quidquid ergo cadit immediatè super esse existentiæ, respicit quæstionem quid est; & tale non potest esse genus: quia genus est, per quod respondetur ad quæstionem quid est: certum est autem, quòd ens secundùm quòd imponitur ab esse existentiæ, respicit quæstionem an est: sicut enim ens secundùm quòd est impositum ab esse essentiæ, respicit quid est; ita ens secundum q̄ imponitur ab esse existentię, respicit q̄ōnē an est; & per consequens non pōt esse genus, quia (ut dictū est) omne genus dicit quid est, & non an est.

Genus, & species, uel species & differentia dicunt unū & idē quid.

In princ.

An est, & quid ē quo differunt.

Quæreret quis, Vtrum genus prædicetur de differentiis? quia Philosophus innuit, q̄ non. Respond. dicendum est, q̄ non: quia genus non prædicatur de differentiis per se: cuius ratio est; quia illud, quod prædicatur per se de aliquo, est de cōceptu illius: & appello hic per se in primo modo: Vult ergo dicere Philoso. q̄ quia conceptus generis est extra conceptū differētiæ: ideo genus p se non prędicatur de differentia: & ideo ens pro-

Quæstio.

Genus non prædicatur per se de differentijs.

A hibetur esse genus: quia ens non dicit alium conceptum à differentiis; ut pluries dictum est: illud autem, quod est uerum genus, debet habere aliū conceptum à differentiis: ita quòd conceptus huius non sit de conceptu illius; & per consequens non prædicetur per se de illo. Debemus enim imaginari suo modo habitudinem inter genus & differentiam, sicut inter potentiam & actum: potentia autem & actus sic se habent, q̄ conceptus potentiæ non est conceptus actus, nec conceptus istius est de conceptu illius: sic & conceptus generis non est conceptus differentiæ; sed unus conceptus est extra conceptum alterius; & ideo genus non prædicatur per se de differentia.

B Quæreret quis. Vtrum genus prædicetur de differentiis mediantibus speciebus, sicut ponit Philosophus? Dicendum est, quòd genus prædicatur per accidens de differentia; & per consequens uidetur, quòd mediante specie: Pimum patet sic; licèt enim conceptus generis sit extra cōceptum differentiæ; cum ipsa differētia aliquo modo det intelligere genus: ita quòd ipsum genus uerificatur de differentia: licèt enim conceptus rationalis non sit conceptus animalis, tamē omne rationale est animal: ita quòd uerum est dicere, quòd rationale sit animal; quòd cum non possit esse uerum per se; ut probatum est in quæstione præcedenti; oportet quòd sit uerum per accidens: prædicatur ergo per accidēs ipsum genus de differentia: Secundùm, scilicet, quòd prædicatur mediantibus speciebus, patet, sicut dictū

C est, quòd genus, si prædicatur per accidens, reducitur ad per se: ita quòd genus prædicatur de speciebus per se, & de differentiis; eo quòd sint in specie: Quòd autem genus prædicetur per se de specie, patet. Per se.n. in primo modo est duobus modis, Vno modo, quando conceptus prædicati idem est, quòd conceptus subiecti: sicut quando diffinitio prædicatur de diffinito, diffinitio, & diffinitum dicunt eundem conceptum: Secundo modo, prædicatur per se in primo modo, quando conceptus prædicati est de conceptu subiecti; & hoc modo genus prædicatur per se de specie: licèt conceptus generis, & speciei non sint unus conceptus: tamen conceptus generis

D est de conceptu speciei, & non ē conuerso: Sic ergo prædicatur genus per se de specie: de differentia autem prædicatur, secundum quòd est in specie, & mediante specie: & ita per accidens. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, q̄ aliquid prædicari de aliquo potest esse duobus modis, Vel ratione formalitatum subiecti, & prædicati, scilicet, quia formalitas prædicati est formalitas subiecti, sicut quando diffinitio prædicatur de diffinito: Vel quia formalitas prædicati est de formalitate subiecti, & talis prædicatio tenet rōnem formę, & est semper per se: aliquādo uerò tenet rōnē subiecti, & nō rone formę; aliquando.n. prædicatur de aliquando, cuius formalitas prædicati, & formalitas subiecti sunt formali-

Quæstio.

Genus prædicatur de differentia p accidens.

Per se in primo dupliciter.

Aliquid prædicari de aliquo dupliciter.

malitates alicuius tertij; & talia ſemper prædicantur ſecundùm rationem formæ: quia albedo nec eſt formalitas muſicæ, nec de formalitate eius; ſed prædicatur unũ de alio ratione tertii, quia ambo recipiuntur in uno ſubiecto: & ſic prędicatur unũ de alio per accidens. Sic quando genus prædicatur de differentia, non poteſt eſſe ratione formæ, quia genus nec eſt formalitas differentiæ, nec de formalitate eius: & ideo non poteſt prædicari ratione formæ: oportet ergo ꝙ ratione ſpeciei, & mediante ſpecie: Ita ꝙ iſta, rationale eſt animal, uera eſt; quia homo eſt animal: & iſta eſt per accidens, rationale eſt animal; & reducitur ad iſtam, quæ eſt per ſe; homo eſt animal. Deinde cum d.

TEX. 11. *Amplius autem quæ ſunt intermedia, & coaccepta cum differentiis erunt genera uſque ad indiuidua. Nunc autem hæc quidem uidentur, illa autem non uidentur.*

Ponit ſecundam rationem ad probandum, quòd genera non ſunt principia, dicens ſic: Amplius autem ſi genera dicuntur principia, quia cõmunia; & quia prædicantur de pluribus: oportebit quòd omnia, quæ erunt, prædicata de pluribus, & cõia, ſint principia; & per conſequens genera; ſi omnia principia ſunt genera: Et ſic ſequitur, quòd omnia intermedia, accepta cũ differentiis uſque ad indiuidua, erũt genera: quia omnia talia sũt cõmunia prædicata de pluribus: hoc autem falſum eſt; quia aliqua intermediorũ ſunt genera ſicut ſubalterna: aliqua uerò nõ ſunt, ſicut ſpecies ſpecialiſsimæ. Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc: ꝙ quando aliquod prædicatũ conuenit alicui ſubiecto ratione reduplicationis; oportet ꝙ ubicunque reperitur illa reduplicatio, reperiatur illud prædicatum: ut ſi Iſoſceles habet tres, quia triangulus; ubicunque reperietur habere tres, reperietur ratio trianguli. Si ergo genera ſunt principia, quia cõmunia; ubicũq; reperietur ratio cõmunitatis, ergo & ratio principiandi: & ſic ſpecies ſpecialiſsima principium eſt; quod non poteſt ſtare cum poſitione eorum; quia ſecundùm eos, omnia principia ſunt genera; ſpecies autem ſpecialiſsima non eſt genus. Deinde cum dicit.

Regula notabilis.

Adhuc magis differentiæ ſunt principia; quàm genera; & ſi hæ ſunt principia, infinita (ut ita dicatur) erunt principia. Aliter & ſi primum quidem genus principium ponat.

H

Ponit tertiam rationem ad probandum, quòd non omnia principia ſunt genera: & eſt ratio talis; magis uidetur, quòd differentiæ ſint principia, quàm genera; ſed differentiæ non ſunt principia; quia ſi differentię eſſent principia, principia eſſent infinita; differentiæ enim rerum infinitæ ſunt, non quidem infinitæ ſecundùm numerum, ſed quò ad nos; ita quòd ponere differentias eſſe principia, eſt ponere principia eē infinita: Aliter eſt autem, ſiquis ponat primum genus eſſe principium, quia non ſequitur ad hoc infinitas, eo

E quòd prima genera rerum ſunt infinita.

Quæret quis, Quare uidetur, quòd differentię magis ſint principia, quàm genera? Dicendum, quòd quando aliquod prędicatum conuenit alicui ſub ratione reduplicatiua, ubicunque ſaluatur magis ratio reduplicationis, ſaluatur magis ratio illius prædicati; iſti autem ponebant genera eſſe principia ratione notificationis, quia dabant notitiam de re, ratio autem notificationis magis reperitur in differentia, quàm in genere; quia differentia dicit rem per modum actus, genus autẽ per modum potentiæ; actus autem magis notificat quàm potentia. Notandum tamen, quòd iſti ponebant principia habere duas proprietates, ſcilicet et quòd eſſent communia, & quòd eſſent no- F tificatiua; ſi attendatur ratio communitatis, ſic genus uidetur magis principium quàm differentia; ſi tamen attendatur ratio notificationis, ſic ẽ conuerſo eſt. Et hanc proprietatem attendens Philoſophus, dixit; quòd differentiæ uidentur magis principia, quàm genera. Deinde cum dicit.

Quæſtio.

Rõ principii magis in differentia, quàm in genere.

Principiorũ duæ proprietates ſecundum Priſcos Philoſophos.

At uerò & ſi principium ſpeciale ſit unum: unũ autem indiuiſibile; indiuiſibile uerò omne, ſiue ſecũdùm quantitatem, ſiue ſecundùm ſpeciem, & prius, quod eſt ſecundùm ſpeciem: genera uero diuiſibilia in ſpecies, magis utique erit unum ultimum prædicatum. Non enim eſt genus homo aliquorum hominum.

Oſtendit, quòd ſpecies eſt magis principium, G quàm genus. Et diuiditur in tres partes ſecundùm tres rationes, quas adducit; Secunda ibi. [Amplius in quibus & prius.] Tertia ibi. [Amplius autem ubi hoc quidem melius, illud uerò uilius.] Prima ratio talis eſt. Illud uidetur magis habere rationem principii, quod eſt magis unũ; quia ratio unius ſaluatur in principiis, & ratio multitudinis in principiatis: ſecundùm Platonicos, unum, & ens erant principia rerum; ſi ergo principium habet rationem unius, & eſt magis unum, quod magis eſt indiuiſibile; quia unum non eſt niſi ens indiuiſum: ſpecies autem cum habeat rationem magis indiuiſibilem: patet, quia indiuiſibile dicitur duobus modis, ſcilicet ſecundùm quidditatem, & ſpeciem, & ſecundũ quantitatem: prius autem eſt illud, quod eſt indiuiſibile ſecundùm quidditatem, quàm illud, quod eſt indiuiſibile ſecundùm quantitatem: ſicut quidditas prior eſt quantitate: genera autem ſunt diuiſibilia ſecundùm ſpeciem: ſpecies autem non diuiditur diuiſione ſpecifica: ſi autem genus diuiditur in ſpecies; ſpecies autem nõ ſic diuiditur: magis erit principium ultimum prædicatum, hoc eſt, ſpecies ſpecialiſsima, quàm ipſum genus: ipſum autem genus diuiditur in ſpecies: ſpecies aũt ſpecialiſsima, ut homo, non ſic diuiditur; non. n. homo eſt genus hominum: ita quòd homo ſit genus, & aliqui homines ſint ſpecies: & diuiſio hominis in aliquos homines, non eſt ſicut diuiſio generis in ſpecies. Eſt ergo rõ Philoſ. in hoc: qđ eſt

Indiuiſibile dupliciter.

est indiuisibile secundùm speciem, est magis indiuisibile, quàm illud, quod est diuisibile secundùm speciem; & per consequens habet maiorẽ rationem principii: species est huiusmodi respectu generis, ergo &c. Notandum est, quòd duplex est diuisio, scilicet formalis, & quantitatiua; diuisio autem formalis est in genere, ex hoc, ꝙ genus diuiditur in diuersas formalitates, & diuersas rationes: diuisio autem quantitatiua est materialis, ex hoc, quòd ratio una recipitur in alia & alia materia, uel in alia & alia quantitate: & hæc diuisio in specie est. Debemus enim imaginari, quòd prædicatum primò diuiditur in diuersas formas, scilicet in aliam & aliam differentiam, Vt verbi gratia, substantia, per corporeum & incorporeum: multiplicatur & corporeum per animatum & inanimatum: & ista diuisio formalis cõtinuè fit usque ad speciem specialissimam: quia species specialissima non diuiditur per formas, sed solùm per materias: homo enim nõ multiplicatur in hunc hominem, & illum multitudine formali, sed solùm multitudine materiali; generans autem generat aliud propter materiam; & hanc multiplicationem appellat Philosophus quantitatiuam: Cum ergo diuidi secundùm formas, & secundùm formalitates, sit magis diuidi, quàm diuidi secundùm materiam, patet, ꝙ maior diuisibilitas est in genere, quàm in specie: & per consequens minùs saluatur ratio indiuisibilis in genere, quàm in specie: & per consequens uidetur (ut tangit Philosophus) quòd minus ratio principii. Deinde cum d.

Diuisio duplex, formalis, & quantitatiua.

Spẽs specialissima diuiditur ꝑ materias.

Multiplicatio quãtitatiua que.

Amplius in quibus, & prius, & posterius est, nõ est possibile in his aliquid esse præter ea. Vt si prima numerorũ est dualitas, nõ erit numerus aliquis præter speciem numerorum. Similiter autem nec figura aliqua, præter species figurarum. Si autem nõ horum schola, idest interpretatio aliorum genera erunt præter species. Horum enim maximè uidentur esse genera. In indiuiduis uerò non hoc est primum, & aliud posterius.

Adducit secundam rationem, quæ sumitur ex quadam quæstione Platonis, quòd quando unũ aliquod prædicatur de pluribus non secundùm prius & posterius, posuit illud unum separatum; quando autem aliquid prædicatur secundũ prius & posterius, non posuit illud separatum: Et hoc est, quod dicit litera, quòd in quibus est prius & posterius, non est possibile in his esse aliquid separatum præter hoc: hoc est præter priora, & posteriora, de quibus prædicatur illud unum: ut si in numero est prius & posterius, ita quòd prima species numeri est dualitas, secunda ternarius, & sic de aliis; non erit aliquis numerus separatus, qui possit dici idea numerorũ: numerus (dico) separatus præter species numerorum, de quibus prædicatur: Si autem ita est, quòd supra naturam generis reperiatur prius & posterius in spẽbus: quia semper una species prior & perfectior est, & alia imperfectior; non reperitur aliquod ge-

A nus separatum præter suas species: si autem hoc non sit uerum, sed reperitur genus separatum; genera separata præter species erunt schola aliorum: quia habent doctrinam & scholam per se respectu aliorum; quia in his non saluatur regula, quæ saluatur in aliis: genera enim maximè uidentur de numero eorum, quæ habent prius & posterius: in his autem, quæ habent prius & posterius; dictum est, quòd non est aliquid separatum; si ergo genus esset separatum haberet scholam per se: si ergo secundũ hoc, in genere non est dare aliquod separatum; & hoc quia ibi est prius & posterius; & è contrario in specie est aliquod separatum; quia in indiuiduis eiusdem speciei nõ est hoc prius, & hoc posterius; si ergo species habet

B rationem separati, habet magnam rationem primi; ergo species habet magis rationem principii, quã genus: Est ergo ratio Philosophi in hoc: quod habet rationem separati, habet magis rõnem principii, quàm illud, quod non habet: species est quid separatum; ergo species habet magis rationem principii, quàm genus. minorem probat; quia ubi est dare prius & posterius, non est dare aliquod separatum; & ubi non est dare prius & posterius, est dare aliquid separatum: in genere est dare prius & posterius; quia semper ut dictum est, una spẽs perfectior est alia; in indiuiduis eiusdem speciei non est dare prius & posterius: ergo in genere non est aliquid separatũ: in specie autem sic.

Plato posuit ideas spẽrũ, & nõ generum, sed quare?

In indiuiduis eiusdẽ spẽi non est hoc prius, et hoc posterius.

C Dubitaret quis, Quæ potuit esse ratio motiua dicendi, quòd ubi est prius & posterius, ibi non est unũ separatum: & ubi non est aliquid prius, & posterius, ibi est dare unũ separatũ? Respõdeo, dicendum, quòd illud unũ separatũ uidebatur poni, ut omnia posteriora participarent aliquod primũ; ita ꝙ omnes homines in materia participabant ideam hominis; ita quòd tota multitudo hominum, quæ erat per materiam, reducebatur ad hominem separatum, quem uocabant Ideam hominum: istud ergo primum ponebant, ut omnia posteriora participarent unum primum: Vbi ergo illud primum poterat reperiri infra naturã rei, non fuit necesse ponere illud primum separatum; sic autem erat in illis, in quibus erat prius &

D posterius; quia .n. omnis numerus reducitur ad unum primum numerum; qui quidem est infra ordinem numerorum, sicut dualitas: ideo nõ fuit necesse ponere ideam numerorum: Similiter in genere: quia enim species se habent secundũ prius & posterius; ita quòd omnes possunt reduci ad unam primam: ideo non fuit necesse ponere ideam generis, ad quam reducerentur oẽs species, ex quo possunt reduci ad unam primam speciem. Vbi autem illud primum non potest reperiri infra ordinem rerum, oportet dare aliquod separatum, ad quod reducantur omnia posteriora: sic autem est in his, in quihus non est prius & posterius; ex quo enim unum non est prius alio; non est maior ratio, quòd unum reducatur ad aliud,

Quæstio.

Cur nõ ponitur idea numerorum.

Prius, et posterius ordinẽ dicunt; ordo aũt est duplex, essẽtialis & accidentalis: inter spẽs ẽ ordo essentialis inter indiuidua ẽ ordo accidẽtalis.

aliud, quàm è conuerso: sic autẽ est in indiuiduis eiusdẽ speciei; omnia enim indiuidua eiusdẽ spẽi unam formalitatem participant; una autem formalitas, quia una, non habet prius & posterius infra se: quia prius uidetur semper esse inter duas formas; & ideo in talibus secundùm opinionem Platonicorum oportebat dare aliquod unum primum separatum, ad quod reducerētur omnia posteriora, quod prius separatum, uocabant Ideam.

Quæstio. Dubitaret quis. Vtrum in speciebus semper sit prius, & posterius; sicut uidetur dicere Philosophus? Respondeo, dicendum, quòd hic non accipitur priùs, & posteriùs tempore; sed prius & posterius dignitate, & nobilitate: sic autem accipiendo prius & posterius inter species eiusdẽ generis semper est prius & posterius: quod patet duplici uia: Prima sumitur ex habitudine, quam habent species ad ipsum primum. Secunda sumitur ex habitudine, quam habet species ad genus: Prima uia patet sic; species habent habitudinem suo modo ad primũ, sicut habent numeri ad unitatem, numeri autem sic se habent ad unitatem, quòd semper sub quibusdam gradibus descendunt ab unitate; & nunquam duo numeri sunt in eodem gradu: sed semper alius & alius numerus alium & alium gradum habent; & semper alius & alius numerus aliter & aliter aspicit unitatem; & ille alius & alius aspectus est uariatio specifica inter numeros, Vt uerbi gratia, dualitas suum aspectum habet ad unitatem: & hunc aspectum non habet aliquis alius numerus: ita quod iste aspectus specificus dualitatis est sua natura specifica; & ideo quia omnes numeri sub alio & alio gradu aspiciunt unitatem: ideo nunquam reperiūtur duo numeri specificè differētes in æquali gradu: Sic suo modo species se habent respectu primi: omnes enim essentiæ specificæ descendūt à prima, & semper descendunt sub inæquali gradu; ita quòd illa, quæ propinquior est, perfectior est; & illa quæ remotior, ignobilior est: & sicut nũquam reperiuntur duo numeri specifici, qui non habeant inæqualitatem in gradu quantitatiuo respectu unitatis: ita nunquam reperiuntur duæ essentiæ specificæ, quæ non habeāt inæqualitatem inter se respectu primi, inæqualitatē (dico) in gradu; quia semper una est perfectior alia: ita quòd illud idem, quod facit diuersitas respectu unitatis in gradu quantitatiuo; facit diuersos aspectus specierum ad primum in gradu perfectionali: & sicut ibi una quantitas numeri deficit ab alia quantitate semper; quia quantitas unius numeri est maior alia; ita semper hic in speciebus perfectio unius deficit à perfectione alterius; quia una species semper est perfectior altera: Sic ergo patet prima uia. Secũda uia patet sic, genus habet istã habitudinem ad differentias, quòd semper una differentia nobilior est, quàm alia: unde omnes differentiæ diuidentes genus, reducuntur ad priuationem & habitum, & ad diminutionem, & diminutum; quia una differentia semper habet esse

Prius et posterius dupliciter.

Inter spẽs eiusdẽ generis semp est prius, & posterius.

Vna spẽs est altera perfectior.

E diminutum respectu alterius, & alia habet esse perfectius: Si ergo differentiæ se habent secundum esse diminutum, & esse perfectius; & ratio specierum semper sumitur ex natura differētiarum ultimarum: ergo semper duæ species constitutæ ex duabus differentiis se habent secundùm esse diminutum, & secundùm esse perfectum: ita quòd semper una erit perfectior alia. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem ubi hoc quidem melius, illud autem uilius, semper quod est melius, prius: Quare nihil horum erit genus. Ex his igitur magis uidentur quæ de indiuiduis sunt prædicata, esse generum principia.

F Ponit tertiam rationem ad probandum, quòd species est magis principium, quàm genus: & est ratio talis; Quæcunque duo sic se habent, quòd unum est melius, & aliud est uilius; semper illud, quod est melius, debet esse prius; & habet magis rationem principij, quàm illud, quod est uilius: genus autem & species sic se habēt ad inuicem, & sunt principia, sed magis ipsa species: concludit ergo Philosophus, quòd propter istas rationes, illa, quæ ultimò prædicantur de indiuiduis, sicut species specialissimæ, magis uidentur esse principia, quàm ipsa genera.

Spẽs magis principiũ, quã genus.

Quæreret quis, Vtrum species sit nobilior, quàm genus? Respondeo: hanc quęstionẽ soluit Commentator dicens, quòd species nobilior est quàm genus, quia species est perfectio generis. G Ad cuius euidentiam notandum est, quòd conceptus generis est quidam conceptus possibilis, uel informabilis, uel quasi informabilis per naturam speciei: Nō enim debemus imaginari, quòd genus & species dicant duas res, sed unam & eandem rem; genus autem per modum potentiæ, & per modum informabilis; species uerò per modum perfectionis, & actus: Et ideo species (dicit Commentator:) se habet sicut perfectio, & genus sicut potentia: Sicut ergo actus, & perfectio est nobilior, quàm potentia; ita & species nobilior est ipso genere. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Species est perfectio generis.

Genus, & species dicunt unam & eandem rem.

Iterum autem quomodo oportet suscipere principia, dicere facile non est. Principium enim & causam oportet esse præter res, quarum est principium, & possibile ab eis separatum esse. Tale uerò aliquid H ***præter singularia esse, quare aliquis suscipit, nisi quia uniuersaliter & de omnibus prædicatur? Sed si propter hoc, magis uniuersalia magis ponēda sunt principia. Quare principia erunt genera.***

Obiicit in contrarium, ad probandum, quòd genera prima sunt principia tali ratione: Principium & causa est præter res, quarum est principium; & possibile est esse ab eis separatum; quia nihil est causa suiipsius: ergo quod est principiũ singularium, oportet, quòd sit præter singularia: si ergo principium debet esse separatum, illud quod est magis separatum habet magis rationē principii: quod autem aliquid sit separatum à singularibus, hoc est, quia commune & uniuersale, si er-

si ergo pp hoc sunt separata, quia uniuersalia; magis uniuersalia sunt magis principia, quàm minùs uniuersalia: ergo prima genera magis sunt principia, quã spẽs: quia magis separata sunt, & magis uniuersalia. Notandũ est, ꝙ ipsum uniuersale, & commune ponebant Platonici separatum à particulari: & ideo quod erat magis uniuersale, & magis distãs à particulari, uidetur, ꝙ deberet magis habere ratione principii, eo quòd habet magis rationem seperati: genera autem magis distant à particularibus, quàm species; & per cõsequens magis uidentur habere rationem uniuersalis, & etiam separati; & per consequens magis rationem principij, quàm ipsæ species. Harum quæstionum solutio principium innuitur ex hac ultima ratione, secundùm hoc.n. genera, uel species, & ipsa uniuersalia principia ponebantur, in quantum quidem ponebantur separata: cùm ergo non sint separata, ergo non sunt principia eo modo, quo ponebãt: Probatur.n. in Septimo huius, quòd uniuersalia non sunt per subsistentia; & i Octauo huius probatur, ꝙ principia rei sunt materia & forma; ad quorum similitudinem se habent genus & species: Ita ꝙ sicut materia & forma sunt principia in essendo; sic genus & species in ꝯgnoscendo; & sicut forma est magis principium essendi, quàm materia; sic & species magis est principium cognoscendi, quàm genus.

Sicut materia & forma sũt principia in essendo; sic genus & spẽs in cognoscẽdo.

TEX. 12. *Est autem habita in his dubitatio, & omnium difficillima, & ad considerandum maximè necessaria; de qua ratio nunc exiſtit.*

Disputata quęstione de uniuersalibus, utrum sint principia; hic mouet quæstionem de separatis, Vtrum sit aliquod separatum à sensibilibus, quod sit principium sensibilium? Et diuiditur in duas partes, secundùm quòd mouet duas quęstiones: prima est, Vtrum uniuersalia sint separata à sensibilibus: secunda est, An sit aliquid formale separatum ab his, quæ sunt composita ex materia & forma? Secunda pars ibi. [Ampliùs autẽ si quã maximè aliquid præter simul totum.] Prima in duas: primò enim mouet dubitationem suam: secundò obiicit ad unam partẽ ibi [At uerò si hoc est necesse.] Dicit ergo primò, quòd consequenter his, est dubitatio difficillima inter omnes, & maximè necessaria ad considerandum; quia de ea Philosophi diligentissimè considerauerunt: de qua quæstione sine dubitatione ratio præcedens exiuit: quia ratio præcedentis quæstionis ex istã dependet: Quæstio enim hæc quærit, Vtrum uniuersalia sint separata? quæstio autem præcedens quærebat, Vtrum uniuersalia sint principia: & iõ quæstio præcedens ex ista dependet: quia secundùm opinionem Antiquorum, si vniuersalia sunt separata, principia sunt; si autem non sunt separata, non sunt principia. Deinde cum dicit.

Nam si non est aliquid præter singularia: singularia uerò infinita, quomodo accipere contingit sciẽtiam. Nam inquantum unum aliquid & idem, & inquantum uniuersale aliquid est; intantum omnia

A *cognoscimus.*

Ita quòd si non conuenit dare aliquod uniuersale separatum, non conuenit aliquid sciri; singularia enim infinita sunt; infinitum autem ut infinitum non conuenit sciri: singularia enim propter sui infinitatem, & interminationem cognosci non possunt, nisi inquantum reducuntur ad aliquid unum, quod quidem unum uniuersale est; & intantùm omnia singularia cognoscimus inquantum ipsum uniuersale; quod est aliquid separatum, cognoscimus. Est ergo ratio Philosophi: si nihil esset præter singularia, nihil esset certum, finitum, & terminatum; & per consequens scientia non esset; quia scientia cadit super finitum, & terminatum; quia quidquid scitur, scientis cõprehẽsione cõprehẽditur ut finitũ. Deinde d.

Singularia sunt infinita.

Singularia cognoscuntur, in quãtum uniuersale cognoscitur.

Scientia cadit super finitum & terminatum.

B *At uerò si hoc est necesse, & oportet aliquid esse præter singularia, erit necesse esse genera præter singularia, aut ultima, aut prima. Hoc autem quia impossibile, nunc dubitamus.*

Obiicit ad partem contrariam, scilicet, quòd uniuersalia non sunt separata, dicens; quòd si necesse est esse uniuersalia præter singularia; oportet, quòd genera sint præter singularia, uel prima genera, uel ultima; quæ immediatè sunt ante singularia: hoc autem esse impossibile, ostensum est in præcedenti dubitatione.

Dubitaret quis, Vtrum uniuersalia sint separata? Respondeo. Hanc quæstionem terminabit Aristote. in Septimo huius; ubi ostenditur, quòd uniuersalia non sunt separata à singularibus. *Quæstio.*

C Vbi notandum est, quòd duplex separatio est; quædam enim est secundùm rem, quædam secũdùm rationem. Si loquamur de saparatione secũdùm rem, impossibile est, quòd uniuersale sit separatum à singulari; unde eandem naturam, quã dicit singulare; dicit uniuersale; eandem enim rẽ, quam dicit hæc humanitas, dicit humanitas; unã autem, & eadem natura non potest esse separata à seipsa: Si ergo autem loquamur de separatione secundùm rationem, sic vniuersale separatum est à singularibus; licèt enim unam & eandem naturam dicant uniuersale, & singulare; tamen illam dicunt secundùm differentem modum, & differentem conceptum; hic enim homo dicit naturam humanitatis cum intellectu, & conceptu principiorum indiuiduantium; hoc autem dicit eandem naturam, non dando intelligere de se principia indiuiduantia.

Separatio duplex.

Vniuersale & singulare dicunt unam & eandem naturã.

D Quæreret quis, Vtrum ratio Philosophi ualeat, qua probauit, ꝙ uniuersalia sunt separata? scilicet, quòd si non esset separatũ, non esset scientia. Respondeo. Dicendum est, quòd illa ratio non probat, quòd uniuersalia sint separata secundùm rem, sed solùm secundùm rationem: Ad hoc enim, quòd de singularibus possit esse scientia; oportet, ꝙ omnia singularia reducantur in unum & idem; sicut dixit Philosophus in ratione: sed tamen non oporteret, quòd illud unum, in quod reducitur, sit ab eis separatum secundùm rem; sed solùm *Quæstio.*

solùm sufficit, quòd sit separatum secundùm rationem: Si enim ipsum uniuersale esset quædam realitas separata à singularibus, scire naturã uniuersalis & realitatem, non esset scire aliquid naturæ ipsius singularis; & per cõsequens scire istã realitatem: non est scientia singularis. Si autem uniuersale est separatum secundùm rationem; ita quòd una realitas sit uniuersalis, & singularis; scire uniuersalis realitatem, est scire realitatem singularis: & sic per istum modũ potest haberi scientia de ipsis singularibus, inquantum reducuntur ad unum & idem, quod non est separatum secundùm rem, sed secundùm rationem.

Quæstio. Dubitaret quis: cum quidquid est in re sit singulare; quomodo potest esse, quòd ipse intellectus consideret uniuersale, quod quidem in re non est uniuersale? Ad quod dicendum, quòd nõ est necesse, quòd aliquod unum & idem eundem modum essendi habeat in rerum natura, per quẽ modum est ab intellectu scientis comprehẽsum: Videmus enim quòd intellectus ea, quæ sunt coniuncta in natura, diuidit; nam linea, & superficies coniuncta sunt in natura; & tamẽ intellectus concipit conceptum lineæ, non concipiendo cõceptum superficiei: Similiter intellectus ea, quę sunt materialia in re, immaterialiter cognoscit; A simili dico hic, quòd intellectus naturas rerũ, quæ sigulariter existunt in rerum natura, potest uniuersaliter considerare; quando, scilicet cõsiderat ipsam naturam absque consideratione principiorum indiuiduantium. Deinde cum dicit.

Intellectus diuidit ea, quæ sunt cõiũcta in natura.

Amplius autem si quàm maximè est aliquid præter simul totum, quando prædicatur aliquid de materia; Vtrum si est aliquid præter omnia, oportet aliquid esse, aut præter quædam esse, & præter quædam non esse, aut præter nihil.

Prosequitur secundam quæstionem utrum, scilicet, sit aliquid formale separatũ ab his, quæ sũt composita ex materia & forma, & circa hoc duo facit: quia primò mouet qõnẽ: secundò prosequitur de ipsa: Secũda ibi, [Si quidẽ igitur præter singularia nihil est.] Dicit ergo primò, quòd dubitabile est, Vtrum sit aliquod separatum præter simul totum, id est præter rem compositam ex materia & forma: exponit autem quid uocat simul totum, dicens: dico autem simul totum, quando aliquid, supple formale prædicatur de materia. Notandum est enim, quòd Plato ponebat ideas separatas, quas ideas sensibilis materia participabat; ita quòd tria ibi sunt, scilicet ipsa idea separata, ipsa participatio ideæ, & ipsa materia, quæ quidem cum ipsa participatione faciebat quoddam simul totum; De his autem separatis facit Philosophus trimembrem quæstionem, Vtrum, scilicet præter omnia huiusmodi sit aliquid separatum; & præter quædam non; an præter nihil horum est aliquid separatum. Notandum est, quòd hæc quæstio non est omnino eadem cum præcedente; quæsiuit enim superior quæstio, Vtrum uniuersale sit aliquid separatum à singularibus;

Simul totũ quid sit.

E hæc autem quæstio quærit, Vtrum sit aliquid separatum à singulari composito ex materia, & forma; quod quidem secundùm opinionem Platonicorum erat quoddam simul totum, compositũ ex materia, & forma, & participatione: ita quòd ipsum separatum non ueniebat in compositionem huius, sed ipsa participatio separati; hoc autem simul totum compositum ex materia & forma; licèt sit singulare, non tamen omne singulare est compositum ex materia, & forma; quod patet, quia substantiæ separatæ sunt quædam particulares substantiæ, habentes per se subsistentiã, & per se operationem; & ideo singulares sunt; & tamen non sunt compositę ex materia, & forma.

Non oẽ singulare ẽ cõpositum ex materia, & forma.

F Cum ergo quæstio præcedens quærat de uniuersali respectu cuiuscunque singularis: hæc autem quærat de uniuersali respectu singularis, quod est quoddam simul totum, compositum ex materia, & forma; patet, quòd quæstio præcedens generalior est, quàm ista. Deinde cum dicit.

Si quidẽ igitur nihil est præter singularia, nihil est intellectuale, sed omnia sensibilia, & scientia nullius: nisi quis dicat sensum esse scientiam.

Prosequitur dubitationem prædictam: & duo facit; quia primò obiicit contra illos, qui dicunt, quòd nihil debet poni separatũ ab his, quæ sunt composita ex materia, & forma: secundò obiicit ad oppositum, ibi. [Sed si hoc iterum quis ponit.] Prima in duas, secundùm quòd adducit duas rationes; secunda ibi, [Amplius autem neque sempiternum.] Dicit ergo primò, quòd si nihil est separatum præter singularia compositã ex materia, & forma; nihil utique est intelligibile, sed omnia erunt sensibilia, nulla erit scientia: nisi fortè quis dicat sensum & scientiam esse idem. Est ergo ratio Philosophi in hoc; omnis intellectualitas, & omnis scientia est circa abstracta à sensibilibus; si igitur nihil est abstractum; sed quidquid est, est sensibile; ergo nihil est intelligibile, nihil est scibile. Notandum est, quòd si sensus, & scientia essent idem; sicut sensus uersatur circa sensibilia; ita & intellectus uersaretur circa sensibilia; sed quia intellectus, & sensus sunt diuersæ potentię, oportet, quòd uersentur circa diuersa obiecta; cũ ergo sensus uersetur circa sensibilia, uersabitur intellectus circa aliquid aliud, quod Arist. uocat abstractum à sensibili. Deinde d.

G

Omnis scientia est circa abstracta à sensibilib.

H

Amplius autem neque sempiternum est aliquid et immobile. Nam sensibilia omnia corrumpuntur, & in motu sunt.

Ponit secundam rationem; circa quam sic procedit, primò concludit, quòd si nihil esset à sensibilibus abstractum, nihil est sempiternum; secundò probat hoc impossibile, scilicet, quòd nihil sit separatum; Secunda ibi, [At uerò si sempiternum nihil est.] Dicit ergo primò, si nihil est separatum à sensibilibus, nihil est sempiternum, nec immobile; quia omnia sensibilia corrumpuntur, & sunt in motu. Deinde cum d.

At uerò si sempiternum nihil est, nec generationem

nem possibile est esse. Necesse enim est aliquid esse quod factum est, & ex quo fit, & horum ultimum ingenitum si stat; & ex non ente generari impossibile.

A

Probat hoc esse impossibile, scilicet ꝙ nihil sit sempiternum:& diuiditur in duas partes, secũdùm quòd inducit ad probãdum duas rationes: Secunda ibi, [Ampliùs aũt cùm sit generatio & motus:] Dicit ergo primò, quòd si nihil est sempiternum, non est possibile esse generationem; omnis enim generatio aliquod sempiternum supponit, scilicet materiam: in omni enim quod generatur, necesse est esse aliquid quod fit, & aliquid ex quo fit, & illud ex quo fit est principium materiale, & est ultimum in re generata; quare est ultimum ad quod stat tota resolutio generati; & istud principium materiale ingenitum existit: Si enim generaretur, ex alio principio materiali generaretur; & hoc est impossibile: sic enim esset abire in infinitum; Nec est possibile dicere, quòd hoc principium materiale generatur ex non ente: impossibile est enim ex non ente aliquid generari. Deinde cum dicit.

Materia ẽ sempiterna

Materia ẽ ingenita.

Ampliùs autem cùm sit generatio, & motus, finem esse necesse est. Motus.n.nullus est infinitus; sed omnis est finitus. Generarique impossibile, quod est impossibile factum esse. Quod autem generatum est, esse necesse est, quando primum factum est.

Postquam probauit, quòd est aliquod sempiternum ex parte materiæ; hic probat, quòd est aliquod sempiternum ex parte formę, Et duo facit: primò probat, quòd omnis generatio habet finẽ, qui quidem finis forma est: secundò probat, ꝙ aliqua forma est sempiterna: Secunda ibi, [Ampliùs autem si materia est.] Dicit ergo primò, ꝙ si generatio & motus est, necesse est aliquem finem generationis & motus esse, cuius ratio est; quia nullus motus est infinitus; sed omnis motus finẽ habet: Et sicut est de motu, ita de generatione: non enim potest esse aliqua generatio una infinita: nõ possibile est aliquid generari, quod impossibile est peruenire ad terminum generationis, qui quidem terminus est ipsum factum esse, ꝙ autem ipsum factum esse sit terminus generationis, patet ex hoc; quia tunc aliquod generatũ primò est, quando primò factum est; & tunc terminatur generatio, quãdo primò habet ipsum factum esse. Notandum ꝙ ulla natura iniciat, quod finire non potest: & sic non initiat motum, quem finire nõ potest: si aũt motus esset infinitus, nõ haberet finem: & si esset quid infinitum iniciatum à natura, ociosè initiaretur, eo ꝙ fieri non posset: ergo omnis motus est, & finem habet; nec est instantia in motu circulari primò: Et si enim tota continuitas motus circularis sit infinita, secundùm ꝙ circulatio succedit circulationi, tamen quælibet circulatio secundùm suam speciem cõpleta & finita est: ꝙ autem ei succederet alia circulatio, hoc accidit isti circulationi quantùm ad finitatem & terminationẽ suam. Deinde cum d.

Infinitas et finitas ĩ motu dupliciter põt intelligi, uel secũdũ durationẽ, uel secũdũ terminos: primo mõ motus celi infinitus, secundo omnis motus finitus.

Ampliùs autem si materia est; quia est ingenita, & multò, & rationabilius est esse substantiam, quando hac aliquando fit esse. Nam si nec hæc erit, nec illa nihil erit omnino. Sed si hoc est impossibile, necesse est aliquid esse præter synolon, scilicet formam & speciem.

Postquam probauit, ꝙ omnis motus, & generatio finem habet, cùm generationis finis forma est; Hic probat, ꝙ multò magis ipsa forma sempiterna est, & ingenita, quàm materia: dicens sic, ꝙ si materia sempiterna est; quia ingenita, multò rationabilius est substantiam formalem esse ingenitam, cùm per formã materia habeat esse: nã si hæc forma non erit, nec illa materia erit; si aũt materia, & forma non sit, nihil erit omniũ: Si autem hoc est impossibile, ꝙ nihil sit, necesse est aliquid esse ingenitũ. s. formã & speciẽ, quæ separata sit, & existẽs præter sylonon. i. simul totum, quod est compositum ex materia & forma.

Finis generationis est forma.

Forma substantialis est ingenita.

B

Dubitaret autem quis, Vtrum sequatur consequẽtia: Si materia est ingenita: ergo & forma? Et uidetur ꝙ non. forma enim continuè generatur, & corrumpitur, & põt resolui in aliquod prius. s. in potentiã materię: materia aũt ad aliquod prius resolui non põt, & per consequens corrumpi nõ potest, nec ex aliquo priori educi põt: & per consequens generari nõ potest; quia omne quod generatur, ex aliquo priori possibili generatur: ergo nõ est simile de materia, & de forma. In contrarium est Philosophus. Respõdeo dicendũ est, ꝙ ppetuitas materiæ arguit perpetuitatem in forma: ipsa.n.materia cõtinuè est sub aliqua forma; appetitus.n.materiæ perficitur nunc per formã aliam; sed quia perpetuari non põt iste appetitus sub una forma in numero; oportet, ꝙ sub una in genere, uel in specie forma perpetuetur: Imaginabimur ergo sic, ꝙ omnis appetitus ad aliquod perpetuum est, & omnis appetitus nititur assequi naturam perpetui, inquantũm potest: ergo & appetitus materiæ nititur assequi perpetuum esse sub forma inquantùm potest, & inquantùm possibile est: cùm ergo non possit assequi perpetuitatem sub esse unius formæ in numero, assequitur perpetuitatem ipsam sub formis, sibi inuicem continuè succedentibus: ita quòd esse formale generabilium, & corruptibilium, licèt non sit perpetuum in esse numerabili: tamen perpetuum est per continuam successionem formæ ad formam.

Quæstio.

Omne qđ generatur, ex aliquo priori possibili generatur.

C

Perpetuitas materiæ arguit perpetuitatem in forma.

Omnis appetitus ẽ ad aliquod perpetuum.

D

Esse formale quõ sit perpetuum.

Dubitaret quis, Vtrum cõtinuitas ista formalis per continuam successionem arguat perpetuitatem in una forma numero separata? Respondeo dicendum est quòd sic; cuius ratio est; quia omne, quod est per participationem aliquid, arguit aliud, quod est tale per essentiã, & omne esse diminutum arguit esse perfectum: perpetuum aũt esse p continuã gñationẽ est quedã ppetuitas imperfecta, & diminuta: ergo arguit aliquã perpetuitatẽ perfectã & completã, quæ quidẽ est perpetuitas unius formę in numero, quæ est semper

Quæstio.

manens in se, non tamen in suo simili. Imaginabimur.n. q esse diminutum, & esse perfectum, primò & per se saluatur in uno: secundariò āt, & per quandam participationem saluatur in aliis: & si contingat, q aliquid non possit habere istud esse perpetuum, & diminutum in uno: assequitur illud in pluribus per continuam generationē, & successionem. Ex quibus patet, qūo cōcludit rō Philosophi. uult enim probare, q si materia est ingenita, oportet dare formam ingenitam; nam appetitus materiæ ad aliqđ esse perpetuum, ad quod est materia, est perpetuum diminutum; esse autem perpetuum diminutum arguit esse completum perpetuum, & perfectum; & hoc est esse formæ separatæ: Arguemus ergo de primò ad ultimum; materia perficitur per formam, sed non perficitur per formā, nisi saluetur in ea esse perpetuum; tale āt esse perpetuum, qđ saluatur in materia, est diminutum; & esse tale perpetuum arguit & completum; ergo si materia ingenita perficitur, necessariò est dare aliquā formā p petuam, & ingenitam, & completam. Deinde cum dicit.

Sed si hoc iterum quis ponit, dubitatio est, in quibus hoc ponet, & in quibus non. Nam quia in omnib. non existimatur manifestum. non.n. ponemus domum aliquam præter domos aliquas.

Arguit ad oppositam partem, ad probandum, q non est dare formā separatā à singularib. compositis ex materia & forma, dicēs; q si aliquis ponat formam separatā, dubitatio est, in quibus habeat ueritatem, & in quibus nó: nam qđ non sit possibile esse ipsam formam separatam in omnibus, manifestum est: in artificialibus patet, q nō est possibile aliquam domum separatam esse præter domos in materia existentes.

Quæstio. Dubitaret quis. Vtrum sit dare formam separatam à singularibus? Resp. dicendum est, q hāc qōnem ptractat Philos. in 12. huius. partim ēt in 7. In 12. n. ostendetur, q est dare substātias quasdam formales separatas, secundùm se intelligibiles: In 7. uerò ostendetur, q formæ, spēs, & quidditates sensibilium, non sunt separatæ à sensibilibus, secundùm rem, licèt separentur secūdùm rōnem; nec pp hoc sequitur, q si non sunt separatæ secundùm rem, qđ de illis non possit esse sciā: quia sciā sequitur separōnem secundùm conceptum, & rōnem, non separōnem scđm rem; & si n. quidditates, & formæ sensibilium sunt in sensibilib. realiter: tamen scđm conceptum separari possunt: & per consequēs de eis pōt esse sciā: Ex quo patet, q aliquæ formæ separatæ sunt à sensibilib. realiter: sicut substantiæ intelligibiles actu; aliquæ autem formæ separatæ sunt solùm scđm rōnem, sed realiter sunt in sensibilib. & istę sunt quidditates rerum sensibilium, quæ sunt intelligibiles in potentia, & non in actu.

Tex. cō. 29.

Tex. cō. 51.

De sensibilibus est sciētia.

Dāt formæ realiter separatæ a sēsibilibus.

TEX. 13. *Adhuc autem, Vtrum substantia una est omnium, ut hominum.*

Postquam quęsiuit Philosophus de natura

E principiorum, Quæ, scilicet sunt principia, & Vtrum sint separata à materia, uel non: hic quæritur de qualitate principiorum: & primò quærit de unitate, & multitudine principiorum: secundò quærit, Vtrum principia sint in actu, uel in potentia ibi. [His autem affine est quærere] tertiò quærit, Vtrum principia sint uniuersalia, uel particularia ibi, [Et utrum uniuersalia sint.] Prima in duas: quia primò quærit de unitate, & multitudine principiorum: secundò quærit per quem modum unum & ens se habēt ad rationem principiandi, ibi, [Omnium autem ad considerandū difficillimum.] Circa primum mouet tres quæstiones: prima quæstio est, Vtrum omnium existentium sub una specie sit unum principium for-

F male numero, ibi. [Ampliùs autē de principiis] tertia quæstio est, Vtrum corruptibilium & incorruptibilium sint eadem principia, uel diuersa ibi. [Non autem minor dubitatio.] Circa primū sic procedit: primò mouet quæstionem: secundò obiicit ad quæstionem ipsam ibi [Sed impossibile est.] mouet ergo quæstionem, dicens; quòd adhuc quæstio est, Vtrum omnium existentiū sub una specie, ut omnium hominum sub una substantia formali in numero, quasi dicat, quæro, Vtrum forma specifica omnium existentiū sub una specie, sit una numero. Deinde d.

Sed impossibile est. non.n. unum omnia, quorum substantia una. sed multa & differentia. sed hoc extra rationem est.

G Siue secundùm aliam literam, *inconueniens est.* Obiicit ad probandum, quòd non est una forma numero existentium sub una specie, & hoc per duas rationes: Secunda ibi. [Simul autem, & quomodo sunt.] Dicit ergo primò, incōueniens est, quòd omnium existentium sub una specie sit una forma substantialis in numero: non enim omnia, quorum est una substātia formalis, specifica; sunt unum in numero, sed sunt multa, & differētia numeraliter; hoc enim est extra rationem, q talia sint unum in numero, quæ sunt sub una forma specifica: Est ergo ratio Philosophi in hoc: si esset una forma substantialis numero omnium existentium sub una specie, illa omnia essent unum in numero, sed hoc est impossibile: ergo & primum. Deinde cum dicit.

H *Simul autem, & quomodo sit materia horum singulum, & synolon, idest totum simul ea ambo.*

Ponit secundam rationem ad probandum idem, & est ratio talis. Illud, quod est unum in numero, non potest uenire ad constitutionem diuersorum: manifestum est autem, quòd forma specifica uenit ad constitutionem diuersorum singularium secundùm diuersitatem, & diuisionem materiæ: Et hoc est, quod dicit, quòd non est manifestum, supposito, quòd forma sit unum numero: nec potest assignari, quomodo singuli horum particularium sint materia, habens formam indiuisam, & unam; nec est assignari, quomodo synolon. hoc est simul

mul totum, est compositum ex materia, & forma indiuisa; est ergo ratio Philosophi in hoc: ad diuisionẽ materiæ sequitur diuisio formæ; sed manifestum est, quòd materia diuiditur in singularibus eiusdem speciei: ergo & forma diuiditur; nõ ergo est una forma numero omnium existẽtium sub una specie: Ad contrarium huius quæstionis non obiicit Philosophs; quia rationes, quæ ad sequentem quæstionem proponentur, ad oppositum prædictarum rationũ sunt: Et etiam quia superius probatum est, quòd est dare uniuersale separatũ unum numero. si autem ita esset, esset una substantia numero formalis existentium sub una specie.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum existentium sub una specie, sit una forma numero? Respondeo patet, ꝙ non primò ex unitate speciei; unitas enim speciei non est unitas rationis; non enim illa, quæ conueniunt in specie, conueniunt in unitate numerali; sed in unitate rationis, & conceptus: unde unum numero nõ oportet, quòd compatiatur secum multitudinẽ: potest enim esse unũ in numero, quod nullã multitudinem habet, sicut patet in primo principio: unũ autem in specie necessariò compatitur secum aliquam multitudinem; nam quæ sunt unum in specie, sunt multa in numero; Secunda uia patet est diuisione formæ specificæ; nam licet forma specifica de se non diuidatur, tamen recepta in alia & alia materia diuiditur; licèt enim humanitas in se considerata non sit una uel plures; tamen recepta in alia et alia materia necessariò plures est; & ubi est alia & alia materia, erit alia & alia humanitas; cum ergo indiuidua sub eadem specie habeant aliam & aliam materiam numero, habent aliam & aliam formam numero, Vtrum autem forma possit aliter diuidi, quã per materiam, alterius est speculationis. Deinde cum dicit.

Vnitas speciei non est unitas rationis.

TEX. 14. *Amplius autem & de principiis hoc dubitabit aliquis. Nam si speciæ sunt unum nihil erit numero unum.*

Postquam mouit dubitationem de unitate principij respectu eorum, quæ sunt sub eadem specie; hic mouet quæstionem de unitate, & multitudine principiorum respectu omnium generaliter, Vtrum, scilicet principia rerum sint eadem numero, uel eadem specie, & numero diuersa: Et circa hoc duo facit: primò probat, quòd sint eadẽ numero: secundò probat oppositum, ibi [At uerò si numero unum.] Prima in tres, secũdùm tres rationes, quas adducit: secunda ibi, [Nec unum iterum,] Tertia ibi [Et scire quomodo erit.] Ponit ergo primò primam rationem cum dubitatione, dicens; quòd ampliùs de principijs in uniuersali dubitabit aliquis; nam si principia sunt unum specie, & non numero, nihil erit in principiatis unũ numero. Deinde cum dicit.

Nec unum iterum, unum ipsum & ens.

Ponit secundam rationem, dicẽs: quòd si principium non est unum numero, ipsum ens, & ipsum unum non erit principium; cum ipsum unum, & ipsum ens sit unum numero per se subsistens. Notandum est, quòd per ipsum unum intelligit ipsam unitatem primam, quæ est unitas per essentiam; & per ipsum ens intelligit illud, quod est ipsum ens, & quòd habet ipsam entitatem per essentiam, & non ꝑ participationem: ꝙ autem ipsa unitas, & ipsa entitas per essentiam tãtùm unum numero est; ideo dixit, quod unum, & ens numero, est unum; quod quidem est ipsa unitas prima; & ipsa entitas prima. Deinde cum dicit.

Quid intelligatur per unum, & ens.

Et scire quomodo erit, nisi quid unum fuerit in omnibus?

Ponit tertiam rationem, & est talis: quòd sciẽtia habetur de rebus per hoc, quòd unum reperitur in multis; non enim scientia est de singularibus; sed de uno reperto in singularibus; si igitur non sit dare unum numero in singularibus, super quo cadat scientia, quomodo erit scire? quasi dicat, nullo modo. Notandum est, quòd scientia, cadit super aliquo certo, terminato, & finito; cum ergo singularia sint quasi incerta, & quasi infinita, sequitur, quòd super ea non cadat scientia, sed solùm cadit super aliquo uno certo, reperto in singularibus. Notandum est etiam, quòd licet scientia cadat super aliquo uno certo, & terminato, reperto in singularibus; tamen nõ est dare propter hoc, quòd cadat super uno certo & terminato numero; quia unum tale numero non est reperire in multis singularibus; sed oportet, quòd cadat super uno terminato, & certo in conceptu. Deinde cum dicit

Scientia cadit super terminato & finito.

At uerò si numero unum, & unum quodlibet principiorum. & non quemadmodum in sensibilibus alia aliorum, ut in hac syllaba, ba, specie existente, & principia specie eadem. Etenim ea sunt numero diuersa. Quod si non ita, sed quæ sunt entium principia, numero unum sunt, non erunt præter elementa quippiã aliud. Nam dicere numero unũ, aut singulare, nihil differt: Sic. n. dicimus unumquodq; numero unum. Vniuersale uerò, quod in his est. Vt si uocis elementa numero essent determinata, tot literas esse necesse esset, quot elementa. Duobus quidem eisdem non existentibus, nec pluribus.

Obiicit, & probat oppositum, dicens; si principia sunt unũ numero, ita quòd quodlibet principiorum in se consideratum sit unum; non erit dicere de principiis existentium, quòd hoc modo se habeant, sicut principia sensibilium: Videmus enim in sensibilibus, quòd diuersorum sunt diuersa principia secundùm numerum, & tamen eadem secundùm speciem: sicut patet, quòd diuersarum syllabarum secundùm numerum, quæ conueniunt in specie, sunt eædem literæ secundũ speciem, sed non secundùm numerum; Siquis autem dicat, quòd non est ita in principiis, sed omnium existentium principia sunt unum numero, sequitur quòd nihil sit in rebus præter ipsa elemẽta, quia quod est unum numero, est singulare;

 sicut

ſicut enim appellamus ſingulare, quod eſt unum numero, ſic uniuerſale, quod eſt in multis; quod autem eſt ſingulare, non multiplicatur, nec inue nitur, niſi ſemel. Si ergo ponatur, quòd omnium ſyllabarum eſſent principia eadem, nunquam eædem literæ numero poſſent multiplicari: ut ſi eſſent duo, A, uel plura, ſic non poſſet ſcorſum inueniri A, per ſe, & ſeorſum inueniri in ſyl laba iſta Da: & eadẽ ratio eſt de aliis literis: pa ri ergo ratione, ſi omnium entium ſunt principia numero eadem, ſequitur, quòd ſit, uel præter ipſa principia, quod uidetur inconueniens: quia cum principium alicuius ſit, non eſt principium, ſi non ſit aliquid præter ipſum; nec poſſet reperiri A, uel alia litera in multis ſyllabis, ex quo eſſet tantũ unum numero: unum enim numero non diuiditur. Hanc autem quæſtionem

Tex.cõ. 19. ſoluit Philoſophus in Duodecimo huius, Ibi enim oſtenditur, quòd principia intrinſeca, ſci licet materia, forma, & priuatio non ſunt eadem numero omnium, ſed ſecundùm analogiam, ſiue proportionem: principia autem ſeparata, ſcilicet ſubſtantiæ intellectuales, quarum ſuprema eſt, Deus; ſunt unum numero, unaquæque ſecũdùm

Qđ eſt unũ et ens, Deus eſt. ſeipſam; illud quod eſt unum & ens, Deus eſt, & ab ipſo deriuatur entitas uariata ſecundùm numerum in rebus omnibus; Scientia autem eſt de entibus, non quia ſint unum numero in omnibus: ſed quia eſt unum in multis ſecundùm ratio nem, & ſecundùm conceptum; ſicut dictum eſt ſupra: Ratio autem, quæ eſt ad oppoſitum, uerifi catur in principiis eſſentialibus, non autem in principiis ſeparatis, cuiuſmodi ſunt agens, & finis: multa enim poſſunt produci ab uno agente, & mouente, & ordinari in unum finem ultimũ.

TEX. 15. *Non autem minor dubitatio modernis, & prioribus relinquitur, Vtrum eadem corruptibilium, et incorruptibilium ſint principia, aut diuerſa?*

Poſtquam quęſiuit de unitate, & multitudinẽ principiorum eorum, quæ ſunt in una ſpecie, uel in diuerſa, hic quærit, Vtrum corruptibilia & incorruptibilia, quæ plus differunt, quàm ſecun dùm genus, ut dicitur in Decimo huius, ſint eadem principia, uel diuerſa: Et diuiditur in tres partes: quia primò quærit quæſtionem ſuam: ſecundò oſtendit, quòd non ſint principia eadem corruptibilia, & incorruptibilia: tertiò oſtendit, ꝙ non ſunt diuerſa, Secunda ibi, [Nam ſi eadem ſunt.] Tertia ibi. [Si uerò diuerſa principia.] Di cit ergo primò, ꝙ non minor dubitatio à prioribus relinquitur modernis Philoſophis, & poſterioribus, Vtrum.ſ. eadem ſint principia corrupti bilium & incorruptibilium? dubium enim magnum eſt, vtrum principia corruptibilium ſint, ſcilicet, & utrum eadem, uel diuerſa. Deinde cum dicit.

Nam ſi eadem ſunt, quomodo hæc quidem incor ruptibilia, illa uerò corruptibilia, & propter quam cauſam.

Oſtendit, ꝙ non ſunt eadem principia corru-

E ptibilium & incorruptibilium, & tria facit; primò inducit rationem ad hoc oſtendendum: ſecũ dò infringit quandam ſolutionem, quam quidẽ Poetæ Theologi adducebãt: tertiò infrigit quã dam aliam ſolutionem, quam adducebant quidã Philoſophi naturales: Secunda. [Qui quidem igi tur circa Heſiodũ.] Tertia ibi [Adicentibus uni uerſaliũ & incorruptibiliũ] Dicit ergo primò: nã ſi eadẽ ſunt non eſt dare modũ, & cãm, ꝓ quã hæc quidẽ de numero effectuũ ſint incorruptibi lia, illa uerò corruptibilia: eſt ergo uirtus rõnis in hoc. Ex eadem cauſa ſequitur idem effectus. *Ex eadẽ cauſa ſequitur idẽ effectus.* ſi ergo corruptibilia & incorruptibilia habent eandem cauſam, & idem principium; non uide tur poſſibilis modus diſtinctionis horũ. uidetur

F enim, uel ꝙ ambo debent eſſe corruptibilia, uel ambo incorruptibilia. Deinde d.

Qui quidem igitur circa Heſiodũ, & omnes, qui Theologi erant, ſolùm apud ipſos perſuaſionem curauerunt; nos autem neglexerunt. Deos autem facientes principia, & ex Deis eſſe facta: quæ non gu ſtauerũt nectar, et mãna, mortalia facta eſſe dicũt.

Infringit ſolutionem Poetarum Theologicorum, & duo facit; primò ponit modum, & ſolutionem eorum: ſecundò ſolutionem infringit, ibi [Palàm, ꝙ hæc noĩa ſibi nota] Dicit ergo primò, ꝙ Philoſophi, qui fuerunt circa Heſiodum. i. om nes alii, qui fuerunt Theologi illius temporis, ſo lùm curauerunt perſuaſionem ſibiipſis: nos autẽ, & alios neglexerunt, & ſpreuerunt. tales enim

G Philoſophi principia rerum, Deos uocauerunt, & ex iſtis dixerunt alia eſſe facta: & dixerunt, quòd illi de numero principiorum, qui non guſtauerunt manna, uel nectar, facti ſunt mortales; & alii, qui guſtauerunt, remanſerunt immor tales: Eſt ergo uirtus ſolutionis, ꝙ ratio, quare hæc ſunt corruptibilia, illa uerò incorruptibilia, non obſtante, quòd ex eiſdem principiis cauſarentur, eſt: quia hi de numero horum guſtauerunt manna, & nectar, hi autem non. Notandum eſt, quòd hi Poetæ antiqui Theologi ueritatem, quam tradiderunt, tradiderunt ſub quodam uelamine fabularum, ita quòd propter latentiam uelaminis, illa ueritas latens ſolùm fuit nota eis: & ideo dixit Philoſophus in ſolutione prædicta,

H quòd ſolùm curauerunt de ſeipſis, alios autem ſpreuerunt.

Quæreret quis, Vtrum poſſit habere ueritatem, quòd guſtu mannæ cauſetur corruptio & in corruptio? Reſpondeo. Dicendum, quòd quia tradiderunt ſub uelamine fabularum ueritatem, difficile eſt diuinare, quid uoluerint dicere: poſſumus autem dicere ſic, quòd corruptio cauſatur in rebus ex longè diſtare à primo; incorruptio autem cauſatur propter approximare ad naturam primi. Scimus enim, ꝙ ea, quæ ſunt prope primum, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ, incor ruptibilia ſunt: hæc autem, quæ diſtant à primo, corruptibilia ſunt, ſicut natura elementorum: hæc autem appropinquatio, & elongatio

Queſtio.

Ambroſia immortalitas, Nectar iuuetus dicitur.

cau-

causatur in rebus ex maiori, & minori participatione bonitatis primi; in eo enim, quod est magis iuxta primum, magis lucet bonitas primi; & minus in eo, quod magis elongatur: Potest ergo per hanc participationem maiorē intelligi, quidam gustus bonitatis ipsius primi: & per consequens dulcedinis: quia bonitas est quædam dulcedo: & per elongationem potest intelligi non degustatio; non quòd ista non degustauerint; quia omnis entitas participat entitatem primam; sed quia quasi comparatiuè, illa, quæ multum elongatur non gustant; quia quasi respectu illorum nō participant: ita quòd ista non degustatio solū est cōparatiua, & non absoluta. Deinde cum d.

Palàm hæc omnia sibi nota dicentes, et quidem de allatione harum causarum super nos dixerunt. B *Nam si gratia uoluptatis ipsi tangunt, non est causa existendi nectar, et manna. Si uerò essendi, quomodo erunt sempiterni cibo egentes?*

Infringit hanc solutionem: & duo facit. primò infringit eam: secundò excusat se à diligenti inquisitione huius positionis: ibi, [Sed de fabulosè &c.] Dicit ergo primò, quòd quid prædicti noluerunt sentire per ipsa nomina manna, & nectar, solummodo notum fuit eis; & ideo per quem modum attulerunt ipsas causas ad præstādum corruptionem, uel incorruptionem rebus, occultum est, & supra nostrum intellectū: quia quidquid est ibi, uelatum est: si enim hæ causæ accipiantur inquantum sonant, ratio nullius efficacíæ uideretur his; Hi. n. Dii, qui gustauerunt manna, aut gustauerunt gratia uoluptatis, & delectationis, uel propter necessitatem essendi; hę enim sunt duæ causæ sumendi cibum: si sumpserunt propter uoluptatem & delectationem manna, & nectar, non potuit esse eis manna, & nectar, causa essendi, uel incorruptionis; cuius ratio est; quia illud, quod est causa essendi, & incorruptionis præcedit ipsum esse; delectatio enim consistit in actu secundo: esse autem est actus primus. Sicut ergo actus secundus sequitur actum primū; ita delectatio sequitur esse: Si autem sumpserint manna, & nectar propter necessitatem essendi; ita quòd per cibum sumptum fuerint incorruptibiles, hoc uidetur impossibile; quia omne, quod cibo indiget, est corruptibile: ita quòd dicere, quod cibo indigeret, & incorruptibile sit, est oppositio in adiecto; cibus enim transit in cibatum ad restaurationē deperditi: omne autem, quod deperdere potest aliquid de substantia sua, corruptibile est. Deinde cum dicit.

Quid manna & nectar.

Delectatio in actu secundo consistit.

Omne indigens cibo corporale est.

Sed de fabulosè sophisticantibus, non est dignum cum studio intendere.

Excusat se à diligenti inquisitione huius positionis; dicens; quòd non est dignum cum studio intendere his, quæ fabulosè traduntur. Deinde cum dicit.

A dicentibus uerò per demonstrationem, oportet sciscitari interrogantes, quare ex eisdem existentia; hæc quidem sempiterna secundum naturam A *sunt; illa uerò corrumpuntur existentium? Quoniam autem nec causam dicunt, nec rationabile est, sic se habere; palàm quòd nec eadem principia, nec causa ipsorum erunt.*

Postquam disputauit contra responsionē quorundam Poetarum, hic disputat contra responsionem quorundam Philosophorum naturalium, & sic procedit: primò recitat quæstionem prædictā: secundò ponit responsionem horum Philosophorum, & infringit illam responsionem: Secūdà ibi, [Etenim quàm existimabit utique aliquis.] Tertia ibi [Videbitur autē nihilominus.] Dicit ergo primò, ꝙ prætermissa responsione illorū, qui sub uelamine fabularum tradiderūt ueritatem; oportet quærere, & sciscitari ab illis, qui tradiderunt ueritatem modo demonstratiuo, quo modo secūdùm esse, ꝙ omnia existentia sint ex eisdē principiis, & tamen quædam de numero existentium corrumpuntur, & quædam sunt sempiterna; cum enim non reddatur causa huius, non uidetur rōnale, ꝙ ita sit: uidetur esse ponendum, ꝙ sempiternorum, & corruptibilium non sint principia, nec causæ eædem. Deinde cum dicit.

Etenim quàm existimabit aliquis utique maximè dicere ipsi Empedocli, est & idem passus. Ponit enim quoddam principium causam corruptionis odium.

Postquam recitauit quæstionem; ponit ad causam solutionem prędictorum Philosophorum, dicens, quòd illa ratio, & illa solutio quantùm aliquis existimabit esse conuenientem huic quæstioni, & quam maximè aliquis poterit dicere, est illa, quam confessus est Empedocles, qui tamen Emped. idem passus est cum aliis: sicut enim alii inciderunt in magis inconuenientia, ita & Empedocl. Solutio autem Empedocl. hæc fuit: cum enim quærebatur, Vtrum principia corruptibilium, & incorruptibilium sint eadem, ponebat, ꝙ principia communia horum eadem sunt: sed tamen posuit quoddam principium esse causam corruptionis specialem, scilicet odium elementorum: Imaginabatur, ꝙ cum principio communi adiungebatur ipsum odium, quod quidem faciebat corruptionem in rebus. Deinde cum d.

Videbitur autem nihilominus, & hoc generare extra unum. Nam omnia ex hoc alia sunt prater Deum. Dicit ergo ex quibus omnia, & quæcunque erant, & arbores pullulauerunt, & uiri, & feminæ, bestiæque, & uultures, & aqua nutriti pisces, & Dii longæui. Et pater hæc palàm, quia si non esset in rebus, essent unum omnia, ut ait. Nam quando conuenerunt, tunc ultimum omnium stabit odiū. D

Improbat prædictam rationem, & prædictam solutionem, primò ostendendo, ꝙ rō ab eo assignata non conuenit suæ positioni: secundò ostendendo, ꝙ non est sufficiens ibi. [Similiter quoque ipsius transmutationis] tertiò ostendendo, ꝙ non est ad propositum ibi. [Attamen tantùm solùm dicit] Circa primum tria facit: quia primò ostendit, ꝙ nō conuenit eius rō suæ positioni ex parte

parte odii: secundò ex parte Dei: tertiò ex parte amoris; Secunda ibi. [Propter quod & accidit,] tertia ibi. [Similiter autem nec amor.] Dicit ergo primò, quòd incōuenienter posuit ipse, quòd odium esset causa corruptionis: quantum.n. pōt patere ex dictis Empe. qui quamuis poneret odium esse causam corruptionis, nihilominus uidebatur omnia (præter unum) generare ex odio, & aliis causis: nam omnia, secundùm eum, præter Deum sunt generata ex aliis causis, & odio: uidetur enim dicere, quòd causæ unitæ cum odio, sunt illæ, ex quibus sunt omnia, quæ sunt, & quæ erant, & ex quibus arbores pullulauerunt, & uiri, & fœminæ, & bestiæ, & uultures, & pisces in aqua nutriti, & Dii longæui, quos fortè uocabat stellas, & Demones: hos Platonici ponebant animalia aerea; Quòd autem ita sit, quòd odium sit causa generationis, adhuc manifestum est ex dictis Empedocl. quia secundùm eum, si non esset odium in rebus, omnia essent unum & confusa simul; nam (ut ait) ꝙ postquam omnia conuenerunt simul, & fuerunt infra quoddam cōfusum, ultimò stetit odium diuidens omnia illa, & separās ex illo confuso: Est ergo ratio Philosophi in hoc, huiusmodi uidetur dicere Emped. ꝙ odium est causa corruptionis; sicut alibi ex dictis suis potest colligi, quod est causa generationis, quòd quidquid est causa distinctionis est causa generationis; odium autem est causa distinctionis, quia distinguit & separat omnia entia, quæ fuerunt infra confusum. Notandū est, quòd esse quoddam confusum est esse quoddam potentiale respectu esse distincti, quidquid est ergo cā distinctionis, uidetur esse causa actualitatis, & quidquid est deducens entia de esse confuso ad esse distinctū, uidetur illa deducere de potentia, uel quasi de potētia ad actū: esse āt hmōi est cā generationis, quia generatio nō est aliud, nisi deductio alicuius de potentia ad actum, odium autem est huiusmodi secundùm Empedo. ergo uidetur esse causa generationis. Deinde cum dicit.

Emped. opi.

Esse confusum, est esse quoddam potentiale.

Propter quod etiam accidit ipsi fœlicissimum Deum, minùs prudentem aliis. Non enim cognoscit elementa oīa. Nā odium non habet. Notitia uerò similis simili. Terra namque ait per terram cognoscimus, & per aquam aquam, & per affectum affectum, & adhuc odium per odium triste. Sed unde ratio hæc etiam palàm, quia accidit ei odium non magis corruptionis, quàm existendi causa?

Ponit secundam rationem contra Empedocl. sumptam ex parte Dei, dicens; quòd etiam accidit Emped. dicere, quòd ipse deus unus pendens sit ab aliis: cum enim prudentia consistat in cognitione, quod pauciora cognoscit, minùs pendens est; Deus autem non cognoscit omnia elementa, per quæ tamen alia cognoscuntur: nam cum odium sit inter principia, & inter elementa, scdm Emped. odiū tñ Deus non cognoscit; quia Deus ex odio non componitur, nec odium habet in se; nam cum secundùm Empedoc. notitia fiat

E per similitudinem, & simile cognoscatur simili: ita quòd terram cognoscimus per terrā, & aqua per aquam, & affectū per affectū: si Deus odium cognosceret oporteret, ꝙ haberet in se, ita ꝙ cognosceret odium per odium, quod odium uocat Arist. difficile, idest ualde graue malum, quòd discordia mala est: concludit ergo Philosophus ꝙ accidit ex ista ratione, quòd odium non est magis causa corruptionis quàm causa existendi, idest generationis. Notandum est, quòd secundū Emped. Si animal debet cognoscere aliqđ ens, oportet quòd illam entitatem habeat in se, quia omnis cognitio est ꝑ assimilationē cognoscentis ad cognitū, ut si terrā quis cognoscit; oportet, ꝙ componatur ex terra: si ergo Deus debet cognoscere odium, oportet quòd ex odio componatur; cum ergo secundùm eum, nullum odium reperiatur in Deo; ergo Deus odiū non cognoscit, ergo Deus felicissimus insipiens est, quod est impossibile. Deinde cum dicit.

Omnis cognitio est per assimilationē cognoscentis ad cognitum.

F

Similiter autem nec amor existendi. Colligens enim in unum corrumpit alia.

Ponit tertiam rationem sumptam ex parte amoris, uidebatur enim ponere Emped. ꝙ odiū est causa corruptionis, & amor generationis, qđ non uidetur uerum; quia amor non uidetur causa existendi, idest generationis, amor enim uidetur colligere omnia distincta in unum confusū, cum aūt illa quæ sunt distincta colliguntur in cōfusum, & congregantur in unum, tunc est corruptio eorum; ergo amor uidetur esse causa corruptionis, ita quòd alia corrumpit, & non generat, quod est impossibile. Notandū est, ꝙ sicut dictū est, esse potētiale est esse cōfusum respectu esse distincti, & esse distinctū est esse actuale; quidquid ergo trahit naturā rei ab esse distincto ad esse cōfusum, trahit illam de actu ad potentiam, & per consequens uidetur illam corrumpere: sicut generatio nō est aliud, nisi deductio eius, quod est in potentia ad actū, ita corruptio nō est aliud, nisi deductio eius, quod est in actu ad potentiam: cum ergo amor deduceret secundùm potentiam ipsam de esse distincto ad esse cōfusū, uidebatur esse causa corruptionis.

G

Dubitaret quis. Vtrum odium possit dici causa corruptionis? Respondeo. Dicēdum est, quòd diuinare, quod uellet dicere Emped. difficile est, tamen possumus dicere, quòd priuatio semper machinatur ad maleficium formæ, omne quod machinatur maleficium alicuius, quasi odit illud: possumus ergo dicere, quòd priuatio odium formæ est, cum ergo priuatio sit causa corruptionis in rebus corruptibilibus; quia ex hoc res corruptibiles sunt, quia materia est admixta priuationi, possumus dicere secundùm hoc, quòd odium est causa corruptionis.

Quæstio.

H

Quō priuatio sit odiū formæ.

Quæreret quis. Vtrum amor ex opposito sit causa corruptionis? Dicendum est, quòd aliquo modo potest uerificari sic; Videmus enim, quòd amor consurgit ex hoc, quòd potentia trahitur ad

Quæstio.

Quō amor sit causa corruptionis.

ad actum ex hoc, quòd proprium perfectibile accipit propriam perfectionem, ex hoc autē quòd actus perficit potentiam, & perfectio perfectibile; consurgit quędam unitas, & quædam amicitia inter potentiam & actum; cum ergo hæc unitas & concordantia sint causa generationis ergo amor & amicitia. Deinde cum dicit.

Similiter quoque ipsius transmutationis causam nullam dicit, nisi quia sic aptum natum fuit. Sed ita quòd magnum odium in membris nutritum est, & ad honorem intendebat perfectio tempore, qui mutabilis dißoluit sacramentum. Quare necessarium eius transmutari, causam uerò necessitatis nullam ostendit.

Ostendit quomodo ratio ipsius Empedoclis non fuit sufficiens: Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Empedocles posuit, quòd amor aliquando omnia uniebat, & odium aliquando omnia separabat: ita quòd in aliqua parte temporis dominabatur amor, & in aliqua odiū dominabatur; quia in hoc tempore magis dominabatur odium quàm amor, uel ē conuerso; hoc non dixit; & ideo insufficienter dixit: dixit enim, quòd odium aliquando habebat dominium suū, & ponebat exemplum: Videmus enim, quòd in corruptione animalis corruptibilis partes unitæ sunt ad inuicem per amorem; aliquando autem partes separabuntur: ita quòd odium habebit dominium suum: Sicut autem est in animali, ita est in toto uniuerso: aliquo enim tempore partes uniuersi sunt infra unum confusum, separantur autē aliquo tempore per odium: ita quòd odium habet dominiū suum: Hoc est ergo qđ dicit litera, quòd simul cùm dictis Empedocles insufficienter dixit: dixit enim, quòd successiua transmutatio est per odium & amorem, causam autem huius successiuę transmutationis, quare scilicet aliquando dominaretur odium, aliquando non; nō dixit, nisi quòd dixit, quòd sic aptum natum est esse, scilicet quòd aliquando dominaretur odiū, aliquando amor: Dixit enim, quòd in nutrimēto animalium, nutrimentum est magnum odium; quod quidem odium aliquo tēpore perfecto ueniet ad honorem suum; quando scilicet habebit dominium, per quod dominium, uel sacramentū dissoluet unionē, quę fuit inter membra: & ita aliquando necesse est esse secundùm Emped. omnia quidē mutari per odium, causam uerò huius transmutationis nullam dixit: & ideo insufficienter dixit. Notandum est, quòd secundùm Empedocl. similitudo fuit aliqua inter minorem mundum & maiorem: minorem autem mundum hic uoco animal; sicut enim in animali aliquando dominatur amor, quando membra sunt unita, aliquando odium in separatione partium; ita similiter erit in maiori mundo: Et hoc est quod dicit in litera Philosophus, quòd aliquando odium nutritur in membris animalium, quando scilicet nō habet dominium suum; aliquando incipit esse in honore suo, quando incipit habere dominium

A suum. Deinde cum dicit.

Attamen tantùm solùm dicit confessè. Non. n. existentium hæc quidem corruptibilia, illa uerò incorruptibilia facit, sed omnia corruptibilia, præter elementa. Dicta uerò dubitatio est, cur hæ quidem: illa uerò non, si ex eisdem sunt? Quod quidem igitur non utique erunt eadem principia, tot dicta sunt.

Ostendit, quòd ratio Empedoclis non erat ad propositum; Ad cuius euidentiam notādum est, quòd propositum erat, quòd q uædam entia erant corruptibilia, & quædam incorruptibilia: & hoc supposito quærebatur utrum corruptibilium, & incorruptibilium sint eadem principia uel diuersa; & sic quæstio supponebat, quòd quædam entia essent corruptibilia, & quædam incorruptibi-
B lia, Empedocles autem in dictis suis negabat, qđ suppositum est: dicebat enim, quòd omnia entia erant corruptibilia præter elementa; & sic ratio sua non fuit ad propositum, cùm negaret illud, quod suppositum est. Visa hac sentētia, patet litera; quæ dicit, quòd Empedocles solùm dicit hoc manifestè, scilicet quòd non sunt quædam corruptibilia, & quædam incorruptibilia; nō enim (secundùm eum) quædam de numero existentium corrumpuntur, & quædam non; sed omnia corruptibilia sunt, præter elementa; & ita interimit qđ suppositum est. Dicta enim dubitatio supponendo, quòd quædam sunt corruptibilia, quædam non: quærebat cur hoc est, quòd hæc corrumpuntur, & hæc non: Concludit ergo Philosophus, ꝙ
C tot sint dicta ad probandum, quòd non sint eadē principia corruptibilium, & incorruptibilium. Notandum est, quòd Empedocles supposito, ꝙ quædam entium sint corruptibilia, & quædam incorruptibilia, non poterat euadere argumentū: & ideo ut euaderet, negabat prima, & dicebat, quòd omnia sunt corruptibilia præter elementa, idest principia: principia enim eo ipso, quòd prima, corrumpi non possunt in alia.

Quæreret quis, quomodo potest saluari uerbū Empedoclis, quòd omnia sunt corruptibilia, præter elementa; Videtur enim cōtradicere sibi ipsi: Si enim dixit, ꝙ Deus non componitur ex odio, & si hoc est; oportet, quòd Deus sit incorruptibilis, & non solùm elementa, sicut dixit. Di-
D cendum est, quòd Empedocles duplicem corruptionem posuit in rebus, Vnam secundùm confusionem totius uniuersi, quam fecit amor; & ab hac non fecit immunem ipsum Deum. Secundam autem ponebat singularium rerum, quarū principiū est odium, & hanc excludebat à Deo; quia in eo non erat odium. Deinde cum dicit.

Si uerò diuersa principia, una quidem dubitatio, Vtrum & incorruptibilia hæc erunt, aut corruptibilia. Nam si corruptibilia; manifestum quia necessarium, & ea ex aliquibus esse. Omnia enim corrumpuntur in ea, ex quibus sunt. Quare contingit principia priora. Hoc autem impossibile siue stet, siue in infinitum uadat.

Postquam autem probauit, quòd non sunt eadem

Confutatio Empedocl.

Quæstio.

Minor mūdus est animal.

dem principia corruptibiliũ & incorruptibiliũ; hic probat, quòd non possint esse diuersa, & est ratio sua talis: Si sunt eadem principia corruptibiliũ & incorruptibiliũ; uel hæc, uel illa sunt corruptibilia; uel hæc & illa sunt incorruptibilia; sed nec primo, nec secũdo mõ possunt esse: ergo nõ sũt diuersa principia corruptibiliũ & incorruptibiliũ. Et in hac ratione sic procedit: quia primò ostendit, quòd non possunt esse diuersa principia corruptibilium, & incorruptibilium: ita ꝙ hæc & illa sint corruptibilia. secundò ostendit, quòd nõ possunt esse diuersa principia corruptibilium, & incorruptibilium: ita quòd hæc & illa sint incorruptibilia, ibi [Si uerò incorruptibilia.] Prima in duas, secundùm duas rationes: Secunda ibi, [Amplius autem] Ponit ergo primam rationem, & est talis: si sint diuersa principia corruptibilium & incorruptibilium, ita tamen, quòd sint corruptibilia; sequitur, quòd principia resoluãtur in aliquid prius; quia omne corruptibile est resolubile; ꝙ autem principia resoluantur in aliquid prius; impossibile est; quia principium & primum idẽ est: Hoc est ergo quod dicit litera, quòd si principia sint diuersa, dubitatio est Vtrum sint corruptibilia, uel incorruptibilia: nam impossibile est, quòd sint corruptibilia. nã si sunt corruptibilia, ex aliquibus sunt; quia oĩa illa quæ corrũpuntur, corrũpũtur in illa ex quibus; & sic primis existunt alia principia priora; & hoc est impossibile, siue sit status in principiis, siue non. Notandũ est, quòd si principiũ resolueretur in aliquid aliud, sequerẽtur duo impossibilia: vnum esset, quòd aliquid esset prius principio: secundum esset, quòd esset abire in infinitum in principiis: Philosophus autem contentus est primo impossibili; & hoc est, quòd dicit in litera, quòd siue principia uadant in infinitum, siue non; sufficit mihi istud impossibile, quòd principio erit aliquid prius. Deinde cum dicit.

Omne corruptibile ẽ resolubile.

Principia non sunt resolubilia.

Amplius autem, quomodo erunt corruptibilia si destruentur principia?

Ponit secundam rationem, & est ratio talis, ꝙ si principia sint corruptibilia, aliquando corrumpentur: postquam autem corrupta erunt, non poterunt esse principia; quia quod non est, nihil causat: Et hoc est quod dicit litera, quòd si principia sunt corruptibilia, destruentur, & sic non erunt principia. Notandum est, quòd si omnia principia destruerentur, destrueretur purus actus, qui est principium omnium; & sic destructo puro actu, nihil poterit causari in rebus; quia ea quæ sunt in potentia, non possunt causari, nisi ab his quæ sunt in actu. Deinde cum dicit.

Si destruerentur principia, et primus actus destrueretur.

Si uerò incorruptibilia, cur ex his quidem incorruptibilibus existentibus corruptibilia erunt, ex diuersis uerò incorruptibilia? Hoc enim non rationabile est, sed aut impossibile, aut multa ratione eget,

Ostendit, quòd non possunt esse diuersa principia, & diuiditur in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit: Secunda ibi [Amplius autem.] Dicit ergo primò, quòd si principia sint diuersa, & tamen incorruptibilia; non poterit assignari causa, cur si principia sint incorruptibilia, aliqua de numero existentium erunt incorruptibilia, & aliqua non: quòd enim hæc sint incorruptibilia, & illa non; & tamen principia sint incorruptibilia; uel est irrationabile, uel est impossibile, uel indiget magna perscrutatione, ꝙ hoc possit eẽ: Est ergo ratio Philosophus in hoc, unum ut unum non causat nisi unum: ergo incorruptibile, ut incorruptibile non causabit nisi incorruptibilem effectum: & sic mirabile est quomodo ex principiis corruptibilibus aliqui effectus sunt incorruptibiles, & aliqui non. Deinde cum dicit.

E

F *Amplius autem nec conatus est aliquis diuersa dicere, sed eadem omnium dicunt principia. Verùm primum dubitatum concedunt tanquam hoc paruũ aliquid accipientes.*

Ponit secundam rationem ad ostendendum, quòd non sunt diuersa principia omnium; & sumitur ratio ex communi opinione omnium. Dicit ergo, quòd nullus conatus est ponere principia diuersa esse rerum, sed omnes dixerunt principia esse eadem; & isti dicentes sic; concedunt primum dubitatũ, & obiectum, accipientes illud tanquam aliquid modicum, & aliquid uanũ, Litera Boetij planior est, quæ dicit, quòd primũ obiectum deglutiunt; tanquam quoddam paruum, & leue: ita quòd leuiter transeunt de eo.

G Quæreret quis de consequentia, quam facit Philosophus, Vtrum sit bona? Arguit enim sic, si sunt diuersa principia corruptibilium, & incorruptibilium; aut omnia sunt corruptibilia, aut incorruptibilia, nec primo modo potest esse, nec secundo &c. Videtur enim, quòd arguat ex insufficienti: est enim dare tertium membrum præter ista duo: si enim diuersa sunt principia corruptibilium & incorruptibilium, uel omnia sunt corruptibilia, uel omnia incorruptibilia, uel horum quidem corruptibilia, illorum aũt incorruptibilia. Dicendum est, quòd Philosophus non apposuit tertium membrum, cuius ratio est; quia si poneretur tertium membrum; sequeretur idem inconueniens, quod sequitur ad primum membrũ: H Dictum est enim in primo membro, quòd si omnia principia essent corruptibilia, sequeretur, ꝙ aliquod esset prius principio: eodẽ modo si principia quorundam corruptibilia, & quorundam incorruptibilia, sequeretur ad minus in principiis corruptibilibus, quòd aliquid esset prius principio.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum corruptibilium & incorruptibiliũ sint eadem principia, uel diuersa? Dicendum est, quòd aut loquimur de principiis extrinsecis, uel intrinsecis, Si loquamur de principiis extrinsecis: sic dico, ꝙ unum, & idem principium est respectu corruptibiliũ & incorruptibilium, scilicet primum mouẽs: Nec ualet quod dicit Philosophus, quòd si principium unum, & incorruptibile,

Quæstio.

Principia duplicia.

incorruptibile, quod non poteſt eſſe, quòd aliqua entium ſint corruptibilia, & aliqua non. Dicendum eſt, quòd licèt omnia entia ſint ab uno primo; tamen non omnia uniformiter aſpiciunt illud primum; & ita propter diuerſum aſpectum, quædam longè diſtant à primo, & hæc dicuntur corruptibilia: Vel dicendum eſt, quòd corruptibilitas & incorruptibilitas magis accipitur penes principia intrinſeca, quàm extrinſeca: Si autem loquamur de principiis intrinſicis, ſicut de actu, & potentia; ſic dico, quòd corruptibilium & incorruptibilium non ſunt eadem principia ſecundùm rem; ſed ſolùm ſecundùm proportioné: ſicut habet oſtendi in Duodecimo, quòd licet.n. ens creatum cõponitur ex actu, & potẽtia; actus & potentia eſt principium omnium creatorum entium; ita tamen quòd actus, & potentia diuerſificantur in diuerſis rebus ſecundùm rem, & ſecundùm rõnem, & ſecundùm proportionem.

Entia licet ſint ab uno primo, non tamen omnia uniformiter aſpiciunt illud.

Tex. cõ. 19.

TEX. 16.

Omnium autẽ ad conſiderandum difficillimum, & ad cognoſcendum ueritatem maximè neceſſarium, Vtrum unum, & ens ſubſtantiæ entium ſunt? & Vtrum ipſorum non alterum aliquid ens, hoc quidem unum hoc autem quidem ens eſt. Aut oportet quærere quid ſit ipſum ens, & unum quaſi ſubiecta alia natura?

In parte iſta quærit, Vtrum unum, & ens ſint ſubſtantiæ rerum; & quomodo unũ & ens ſe habent ad rationem principij: Et diuiditur in duas partes; quia primò quærit, quomodo ſe habent unum, & ens, Vtrum, ſcilicet ſint ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtentes, uel non? ſecundò quærit, Quomodo ſe habent Mathematicæ res, Vtrum ſint ſubſtantiæ, uel non? ibi, [His autem habita eſt dubitatio.] Prima in duas: quia primò mouet dubitationem ſuam: ſecundò ponit opinionem circa dubitationem illam, & ad utranque partem, ibi, [Hi namq; illo modo.] Dicit ergo primò, quòd inter oẽs dubitationes una difficillima eſt propter rationes, quæ ſunt ad utranque partem, & ad cognoſcẽdum ueritatem neceſſaria; quia quærit de ſubſtãtia rerum, & eſt quæſtio, Vtrum unũ & ens ſint ſubſtantiæ exiſtentium: & dato, ꝙ ſint ſubſtantiæ exiſtentium, Vtrum unum, & ens ſint quædam ſubſtantiæ in ſe ſubſiſtentes? an accideret ens alicui alteri naturæ, quæ informetur ipſa unitate & entitate? Notandum eſt, quòd iſta quęſtio quærit de uno & ente; quærit Vtrum unũ & ens ſint quædã ſubſtantia ſeparata, quę participetur ab omnibus, quæ ſunt unum & ens; eo modo quo ponebat Philoſophus, quòd ſeparata in materialia participantur à materialibus: uel Vtrum unum, & ens non ſint ſeparata, ſed ſemper ſint in rebus, quæ ſunt unum & ens: ita ꝙ unitas & entitas ſemper attribuitur alteri naturæ. Secũdo mõ poteſt intelligi quæſtio, ꝙ unitas, & entitas ſint in omnibus rebus; quæ ſunt unum & ens: Sed tamen ꝙ ſint in omnibus rebus, hoc poteſt intelligi duobus modis; Vno modo, quòd unitas, & entitas ſint ſubſtantiæ rerum; ita quòd eſſe, à quo imponitur ens, idem ſit ꝙ eſſentia; unitas autem, à qua imponitur unum, ſit eſſentia rerum, quæ ſunt unum: Vel ꝙ unitas, & entitas accidant rebus: & tunc eſt quæſtio, Vtrum unum, & ens ſint in genere ſubſtantiæ, uel in genere accidentis. Deinde cum dicit.

Vnũ & ens eſſe in omnibus dupliciter contingit.

Hi namque illo modo, illi hoc modo putant naturam ſe habere. Plato namque, & Pithagorici non aliquid aliud ens, nec unum; ſed hoc ipſorum naturã eſſe, quaſi exiſtente ſubſtantia, ipſum unum eſſe, & ens aliquid.

Ponit opiniones circa ens, & unum: Et diuiditur in duas partes, ſecundùm duas opiniones. Secunda ibi, [Alij uerò de natura.] Dicit ergo primò, ꝙ circa ens, & unum hi dicunt uno modo, alij autem alio modo. Plato enim & Pythagoras dicunt, ꝙ unum, & ens ſunt ſubſtantiæ non aduenientes alicui alteri naturæ; ita quòd non oportet quærere aliquid aliud, quod ſit, & unde: ſed ipſum unde eſt ipſa unitas; & ipſum ens eſt ipſa entitas, quæ quidem unitas, & entitas participatur ab omnibus, quæ dicuntur unum & ens. Notandum eſt, ꝙ Plato & Pytagoras fortè imaginabãtur, quòd eſt dare unitatem per eſſentiam, & unitatem participatam; & eſt dare entitatem per eſſentiam, & entitatem participatam; ita ꝙ unitas & entitas per eſſentiam nõ dicunt niſi unitatem & entitatem, & nihil aliud; & iſtud aliud uocat Philoſophus aliquã aliam naturam: & ſic unitas & entitas per eſſentiam dicunt unam intentionem, ſcilicet unitatem, & entitatem tantùm: unitas autem & entitas per participationem includunt participans & participatum: Ita ꝙ unum, & ens ſecundùm iſtum modum, dicuntur denominata ab unitate & entitate ſecundùm primũ modum. Deinde cum dicit.

Vnitas, & entitas per eſſentiam & participata.

Alii uerò de natura, ut Emped. ut ad aliquid notius reducens, dicit quòd unum ens eſt; uidebitur.n. utique dicere hoc amorem eſſe, cauſa nãque eſt hoc unum omnibus eſſe. Alii uerò ignẽ, alii aerem dicũt eſſe unum hoc & ens; ex quo entia eſſe, & facta eſſe. Similiter & qui plura elementa ponunt. Neceſſe nanque & hi tot dicere ens, & unum, quot principia dicunt eſſe.

Ponit ſecundam opinionem dicens: ita dictũ eſt, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ unum & ens dicunt unitatem, & entitatem, & nihil aliud: alii uerò ſunt ſicut Phyloſophi naturales, ut Emped. qui reducũt unitatem & entitatẽ ad aliquid aliud notius. Videbatur.n. dicere Empedocl. ꝙ unum, & ens reducuntur ad amorem; quia amor eſt cauſa unitatis, & entitatis in omnibus. Alij uerò Philoſophi Naturales attribuunt unũ, & ens cauſis elementaribus, ſicut igni, uel aeri; Aliqui enim eorum dicunt, quòd entitas, & unitas omnium eſt ignis; quia ex igne fiunt omnia, quæ fiunt: ita ꝙ ignis eſt ſubſtantia omnium. Alii uerò dicunt, ꝙ entitas & unitas omniũ eſt aer; & hoc quia oĩa fiunt ex aere, quæ fiũt; Alij ſunt, qui unitatem, & entitatem, non ſolùm attribuunt uni elemento, ſed pluribus

ribus elementis; quia plura elementa ponunt, ex quibus fiunt, quæ fiunt: ita ꝙ necesse est, ꝙ quot modis dicuntur principia, tot modis dicatur unũ & ens. Notandum est, quòd sicut Philosophi antiqui se habuerunt ad principia; sic se habuerũt ad unum & ens: inter autẽ Philosophos antiquos Plato uidebatur ponere, quòd principia rerum erant quidditates separatæ; & ideo posuit, quòd ipsum unum, & ens erant unitas, & entitas separata; quæ dicunt unam intentionem simplicem, non attributam alicui alteri naturæ: Philosophi autem naturales ponebant, quòd tota substantia rei erat illa, à qua fiebat res, quia tota substantia rei erat materia secundùm eos; & quia substantia rei erat entitas & unitas; ideo ponebant, quòd materia erat entitas, & unitas rei: Et ideo, qui ponebant ignem esse materiam omnium rerum, ponebant ignem esse entitatem omnium rerum, & unitatem: & sicut dico de igne, ita dico de aere, & aliis elementis. Deinde cum dicit.

Bifidi prisci Philosophi, de principiis rerum.

Accidit autem siquidem quis non ponit esse quãdam substantiam unum & ens, neque aliorum esse uniuersalium nullum. Hæc namque uniuersalia sunt maximè omnium. Si uerò non est aliquid unum ipsum, nec ipsum ens; uix aliorum aliquid erit præter ea, quæ dicta sunt singula.

Arguit ad utrãque partem quæstionis: & diuiditur in duas partes; quia primò arguit pro opinione illorum, qui dicebant unitatem & entitatem, siue unum dicere intentiones simplices & separatas, non attributas alicui alteri naturæ: secundò arguit pro opinione illorum, qui unum & ens attribuebant alicui alteri naturæ, ibi [At uerò si erit] Prima pars in duas, secundùm duas rationes, quas adducit: Secunda ibi, [Ampliùs autem] Prima ratio talis est: ens & unum inter omnia uniuersalia, & cõia sunt maximè uniuersalia, & maximè cõmunia; si ergo unum & ens non dicunt entitatem separatam, ergo separata non sunt; si autem unum & ens non sunt separata, quæ sunt maximè uniuersalia, ergo nullum aliorum separatum est: quod est impossibile secundũ Platonem. Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit: quòd si aliquis non ponat unum & ens esse aliquam substantiam separatam, nec etiam ponet ullum aliorum uniuersalium esse separatum: ens enim & unum sunt maximè uniuersalia respectu omnium, quòd si ipsum unum & ipsum ens non sunt aliquid præter singularia, nec aliquod aliorum ullum esset aliquid præter singularia ipsa. Notandum est, quòd Commentator aliter ponit istam rationem, arguit enim sic: quòd si ens & unum, quę sunt maximè uniuersalia, non dicunt substantiam rei, sed dicunt aliquid accidentale; ita quòd esse, & unũ esse accidit rebus; sequitur, quòd omnia alia uniuersalia dicant aliquid, quod accidit rebus, si autem ita est, perit omnis diffinitio; quia omnia definitio per uniuersalia est quæ quidem non esset per uniuersalia, si uniuersalia dicerent aliquid accidentale:

Ens, & unũ sunt maximè uniuersalia.

E le: quia diffinitio est indicatiua substantię, & non accidentis. Notandum est, quòd (sicut dictum est supra) Platonici imaginabãtur, quòd ipsa uniuersalia dicebant illud, quod est per essentiam tale; ipsa autem particularia dicebant illud, quod est per participationem tale; & hoc quia, secundùm eos, particularia participant uniuersalia: & quia illud, quod est per essentiam tale, est separatum; quia si esset in materia, non esset per essentiam tale, sed per participationem; ideo ponebãt uniuersalia separata, quæ participantur ab omnibus particularibus: & ita ponebant entitatem, & unitatem separatam; & sic de aliis uniuersalibus. Deinde cum dicit.

F *Ampliùs autem non existente unius substantia, palàm quia nec numerus erit quasi natura alia, ab existentibus separata. Numerus enim unitates, unitas uerò quæ uerè unum aliquid est. si autem est aliquid ipsum unum & ens, necesse est substantiam ipsorum esse ipsum unum, & ens. non enim aliquid uniuersaliter prædicatur, sed hæc ipsa.*

Ponit secundam rationem: & est ratio talis: ꝙ si unitas non est quid separatum, nec numerus: quia numerus non est aliud, nisi unitates simul sumptæ: Et hoc est, quod dicit litera: quòd si unũ non existit substantia separata, manifestum est, quòd nec numerus erat aliqua natura separata ab his, quæ existunt in materia: numerus enim idem est, quòd ipsæ unitates: quòd autem numerus non sit quid separatum, inconueniens est secundùm illos, qui ponunt numeros separatos.

Numerus, & unitas quid.

G Vnitas uerò uerè est aliquid unum separatum, quod nihil dicit nisi unitatem: si autem unum & ens sunt aliquid existens per se; necesse est quòd ipsum unum dicat substantiam rerum; & hoc, quia unum & ens sunt maximè uniuersalia, quæ prædicantur de rebus; uniuersalia autem dicunt substantiam rerum. Deinde cum dicit.

At uerò si erit aliquid ens ipsum, & ipsum unũ, multa erat dubitatio, quomodo erat diuersum aliquid præter hæc. Dico autem quomodo erunt uno plura entia? Quod enim diuersum est ab ente, non est. Quare secundùm Parmenidis rationẽ accidere necesse est, unum omnia esse entia, & hoc esse ens.

Ponit rationes ad partem oppositam; & diuiditur in duas partes secundùm duas rationes, quas adducit. Secunda ibi. [Ampliùs si indiuisibile] Prima in duas, quia primò adducit rationem suam: secundò ostendit, quòd ex utraque parte redditur quæstio difficilis, ibi [Vtrobique uerò.]

H Ponit ergo primam rationem, & est ratio talis: si unum & ens dicunt unitatem & entitatem separatam, quę entitas est una numero; sequitur quòd omnia sunt unum numero: si enim omnia entia participant unitatem & entitatem, ergo quæ participant unam entitatem numero, sunt unum numero: Et hoc est, quod dicit litera; quòd si ipsum ens, & ipsum unum est aliquid separatum, multa erit dubitatio; quo modo poterit esse aliquid diuersum præter hoc: hoc est dicere, quo modo pos sunt

sunt eē entia plura uno;quod enim est diuersum ab ente,non est: cum ergo ens & unum conuertantur;ergo quod est diuersum ab uno, non est: & sic accidit secundùm positionem Parmenid. quòd omnia sint unum, sicut dictum est primo Physicorum.Notandum est,quòd hæc ratio multum fortè cogeret Platonem; ponebat enim Plato,quòd unitas & entitas separata idem erat, & ipsum primum ens,quod ab omnibus participatur: ita quòd omnia participant unum ens; non autem sequitur ex hoc, quòd omnia sint unum numero;quia entia debēt iudicari unum, & multa pœnes unitatem,& entitatem intrinsecam; & non penes unitatem, & entitatem separatam. Deinde cum dicit.

Tex. cō 15. & com. 41.

Vtrobique uerò difficile, siue namque non sit ipsum unum substantia, siue sit unum idem; substantiam esse numerum est impossibile. Si quidem igitur non sit, dictum est priùs propter quid. Si autem fuerit, eadem est dubitatio & de ente: Ex aliquo namque & præter ens, erit ipsum aliud unū. Nihil enim esse est necesse; omnia autem entia, aut unum sunt, aut multa, quorum est unumquodque.

Ostendit, quòd ex utraque parte quæstio redditur difficilis, dicens: quòd si dicatur, quòd ipsū unum sit substantia rerum, siue non; quæstio redditur difficilis: si enim unum non est substantia, nullus numerus substantia est; quòd autem numerus non sit substantia, impossibile est, sicut dictū est prius: Si autem unum sit substantia, oportet quòd eadem dubitatio concurrat circa ens, & unum; aut enim præter ipsum unum & ens separatum, est aliquod unū, aut non: Si non sit aliquod aliud unum, oportet quòd non sit multitudo: & sic omnia sunt unum, dixit Parmeni. Si autem sit aliquod unum, oportebit quòd aliud aliquod sit ex aliquo, quod est præter ens: & sic esset nihil; quia quidquid est præter ens, est nihil, & si est ex nihilo, ex ipso non potest construi multitudo, omnia enim entia uel sunt unum, uel sunt multa; ita tamen quòd multitudo cōstruitur ex uno, quod est ens. Notandum, quòd ratio Philosophi in hoc est: quòd siue unum ponatur una substantia separata, siue non; sequitur impossibile. Si enim non ponatur substantia separata, nec numerus est substantia separata; quod est impossibile secundùm opinionem illorum: Si autem unitas sit substantia separata una, sequitur quòd non sit multitudo in rebus: quia quidquid est præter illam, erit non ens, & non unum: multitudo autem non potest componi ex non ente, & non uno: & sic sequitur quod sunt unum, ex quo non potest esse multitudo in rebus. Deinde cum dicit.

Ex nihilo non potest cōstrui multitudo, sed ex uno, qd est ens.

Amplius si indiuisibile est ipsum unum secūdùm Zenonis dignitatem, nihil utique erit. Quod enim nec additum nec ablatum facit maius nec minus, non ait esse hoc existentium, tanquam palàm existē te magnitudine ipso ente. Et si magnitudo corporalis. Hoc enim omnino ens. Alia uerò aliqualiter quidem addita, facient maius; aliqualiter autem nihil; A ut superficies, & linea. Punctus uerò & unitas nullatenus.

Ponit secundam rationem, & tria facit: quia primò ponit rationem istam: secundò soluit eā: tertiò ostendit, quòd non obstante ista solutione adhuc remanet difficultas: Secunda ibi. [Sed quoniam.] Tertia ibi. [Sed quomodo ex uno.] Est ergo ratio prima in hoc, quòd secundùm positionem Zenonis, quòd istud unum, quod ipsi ponebant nihil sit; & per consequens cum sint unū omnia, nihil erunt. Ponebant enim Zeno, quòd ens & corpus conuertuntur; ita quòd omne ens est diuisibile; cum ergo istud unum, quòd isti ponebant, sit indiuisibile; sequitur, quòd sit nō ens. Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit sic, quòd B si ipsum unum, quod ponitur sit indiuisibile; sequitur secundùm principium, & unitatem Zenonis, quòd nihil est; supponebat enim Zeno, quòd illud, quod additum alicui non facit maius: & qđ remotū non facit minus, est non ens; & hoc quia sola magnitudo est ens; & inter magnitudines sola magnitudo corporalis; magnitudo enim corporalis addita alicui, facit maius; & remota, facit minus; & ideo est simpliciter ens; alia uerò magnitudo, ut linea, & superficies addita alicui, aliqualiter facit maius, & aliqualiter non; & ideo linea & superficies aliqualiter est ens, & aliqualiter non; punctum uerò & unitas, nullo modo faciunt minus; & ideo nullo modo sunt ens. Notandum enim, quòd linea uno modo facit maius: C linea enim addita lineæ in longitudine facit maius: non autem si addatur in latitudine: superficies enim addita superficiei, facit maius; non autem si addatur in profunditate, Et hoc est, qđ dicebat Zeno, quòd linea, & superficies aliqualiter sunt entia, & aliqualiter non; quia secundùm aliquem modum faciunt maius, secundùm aliquem non; punctum autem, & unitas; quia secundùm nullam dimensionem faciunt maius; ideo non sunt entia ullo modo. Deinde d.

Principium Zenonis.

Sed quoniam hic speculatur onerosè, & contingit esse indiuisibile, ut & sic ad illum aliqua habeatur responsio; maius enim non faciet, sed plus additum tale.

Hic soluit rationem Zenonis, & est solutio sua D ista; dicebat enim Zeno, quòd unitas nihil erat; & hoc quia addita alicui, non facit maius; Potest autem solui, quòd licèt non faciat maius; tamen facit plus; plus enim continetur infra entia; & sic unitas est, quæ facit plus: Et hoc est, quod dicit litera, quòd Zeno in ponendo tale principium, speculabatur onerosa ineruditè & grossè: secūdùm enim ipsum indiuisibile nihil est, & hoc quia additum alicui non facit maius: Potest tamen haberi talis responsio ad eum, quòd licèt indiuisibile non facit maius, tamen facit plus. Deinde cum dicit.

Indiuisibile facit plus, non autem maius.

Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus erit magnitudo? Simile namque est, & lineam ex punctis esse dicere.

Osten-

Ostendit, quòd nõ obstante ista solutione, adhuc remanent duę difficultates: & diuiditur in duas partes secũdùm duas difficultates, quas ponit: Secunda ibi [At uerò]. Dicit ergo, quòd non obstante ista solutione, ad huc restat difficultas, quomodo ex tali unitate, uel pluribus unitatibus potest fieri magnitudo, dicere enim, quòd magnitudo possit componi ex unitatibus; est dicere, ꝙ linea potest componi ex punctis & indiuisilibus; & hoc quia unitas est quid indiuisibile. Notandum: quòd isti ponebant istam unitatem separatam esse substantiam omnium; & ita oportet, ꝙ non solùm sint substantia numerorũ, sed magnitudinum, quòd autem unitas sit substantia numerorum, nõ uidetur impossibile: sed quòd sit substantia magnitudiuum, impossibile uidetur: quia licet numerus componatur ex indiuisibilibus: nõ tamen magnitudo; Et hoc est quod dicit Philosophus, quòd ponere, quòd magnitudo componatur ex unitatibus: ita est impossibile, sicut ponere, quòd linea componatur ex punctis. Deinde cum dicit.

Numerus componitur ex indiuisibilibus; magnitudo autẽ minimè.

Vt uerò, & si quis ita putat, ut factus sit, ut quidam dicunt ex uno ipso, & alio non uno aliquo, numerus: nihil minus est quærendum, quare, & quomodo. Quandoque quidem numerus, quandoque autem magnitudo erit, quod factum est, si non unum inæqualitas, et eadem natura erat. nec enim quomodo ex uno hac nec quomodo ex numero aliquo, & hac, fient utique magnitudines palàm.

Ponit secundam difficultatem, quæ adhuc restat. Ad cuius euidentiam notãdum est, quòd prima difficultas erat in hoc, Quomodo ex uno non potest esse magnitudo: contra hãc difficultatem fortè obuiaret aliquis, dicens; quòd magnitudo non fit ex uno tãtùm, sed fit ex aliquo, quod participat unum: ita quòd fit ex uno & non uno; secundùm enim hæc tota substantia magnitudinis non est unum tantùm, & hoc quia magnitudo componitur ex uno & non uno: Hãc obuiationẽ remouet Philosophus, dicens: quòd adhuc restat difficultas: si enim dicatur, quòd numerus & magnitudo fit ex uno, & aliquo alio non uno, nihilo minus quærendum est, quomodo illud, quod per se ctum est ex isto uno & non uno, aliquando est numerus, aliquando est magnitudo, & maximè si quod est non unum, est inæquale; ipsum autem unum est eadem natura; si enim quod est non unum est inæquale: ipsum autem unum est eadem natura, non est manifestum, quomodo ex uno & ex tali natura aliquando fiant magnitudines, aliquando numeri. Notandum est, quòd isti ponebant, quòd unum erat substantia omnium: uidebantur enim ponere per istum modum, quòd ex ista unitate fiebant diuersa entia secundùm diuersitatem participantium, ita quòd secundùm diuersam participationem illius unius diuersa entia fiebant numerus: ergo erit unum, quia erat compositum ex uno & non participante. Vnde & magnitudo etiam erat unum & non unum quia erat quid compositum ex uno & non participante uuum: & sic, secundùm istos, magnitudo & numerus non solùm erat ex uno, sed ex uno & non uno. Notandum est, quòd istis sic dicentibus obuiabat Philosophus dicens, quòd licèt isti uideantur euadere difficultatem, quia ponũt quòd magnitudo & numerus non solùm componuntur ex uno, sed ex uno & non uno: ita quòd diuersificantur penes unum, quòd licèt unum sit eadem natura in utroque, tamen non unum est inæquale & diuersum in utroque; tamen non euadunt: quia ex dictis eorum non est benè manifestum, quomodo ex tali uno, & ex tali nõ uno fiat numerus, uel magnitudo. Notandum est, ꝙ inæquale uocat Philosophus diuersam participationem unius: ita quòd unum de se erat eadem natura, sed non unum erat inæquale ex diuersa participatione unius.

Quæreret quis. Vtrum sit dare unum, & ens separatum. Dicendũ, ꝙ scdm aliquẽ modũ sic, & scdm aliquem modũ non: est. n. aliquod unum, quod est ipsa unitas ꝑ essentiã, & ipsa entitas, & tale unum, & tale ens separatum est per se subsistens: tamen non debet dici substantia, uel essentia omnium rerum: est aliud unum, quod est analogum ad decem prædicamenta, & tale unum, uel ens non est separatum à prædicamentis, sed tale unum, & tale ens multiplicatur secundùm multiplicationem rerum. *Quæstio.* *Vnum duplex.*

Horum autem habita est dubitatio, Vtrum numeri, & corpora, & superficies, & puncta substantia aliquæ sunt, aut non. TEX. 17.

Postquam quęsiuit de uno, & ente, Vtrum sint substantiæ rerum; secundò quęrit, Vtrũ oporteat ponere alias substantias præter sensibilia, & Mathematica: tertiò quærit, Vtrum rerum principia sint in actu, uel in potentia; quartò quærit, Vtrũ vniuersalia sint substantiæ, uel non: Secunda ibi, [Omnino uerò dubitabit.] Tertia ibi. [His autẽ affine est.] Quarta ibi [Et utrum vniuersalia sint] Prima in tres; quia primò mouet dubitationem: secundò obiicit pro prima parte, ibi. [Nam si nõ sunt.] tertiò obiicit pro parte contraria ibi. [At uerò.] Dicit ergo, quòd dubitatio consequenter se habens ad præcedentem est, Vtrum numeri, & corpora, & superficies, & puncta sint substantiæ, uel non. Deinde cum dicit.

Nam si non sunt, diffugit nos, quidnam sit ipsum ens, & quænam entium substantiæ: Passiones enim & motus, et ad aliquid, et dispositiones, et orationes, nullius uidentur substantiam significare. Dicuntur. n. omnia de subiecto aliquo, et nihil hoc aliquid. Quare uerò maximè substantiã significare uidetur aqua, et ignis, et terra, ex quibus corpora composita constant: horum calores quidem, et frigiditates, et similes passiones non sunt substantiæ. Corpus uerò hæc patiens, solùm remanet, ut ens aliquod, et substantia aliqua existens.

Probat, quòd res Mathematicorum sint substantię: Et duo facit; quia primò hoc ostendit: secundò

cundò probat, ꝙ vna res Mathematica est magis substãtia, quã alia. Probat ergo primò, & ẽ rõ sua talis: si res Mathematicæ, sicut corpora, & superficies non ponãtur substantiæ, nulla res substantia est: & ita fugit à nobis rõ substantiæ; in re.n.non uidetur esse nisi rõ corporis, uel dimẽsionum, & passionum rõ. si ergo passiones non sunt substantiæ, sicut patet oibus, nec dimensiones secundum ipsam potentiam: restat, ꝙ substantia nõ est; Hoc est ergo, quod dicit litera, ꝙ dimẽsiones nõ sunt substantiæ, fugit à nobis, quid sit ipsum unũ ens; quod est substantia: manifestum est.n. ꝙ passiones, & motus, & relationes, & dispõnes, & orõnes, quæ uoce proferuntur, nullam substantiam significare uidentur, & hoc: quia oia ista dicũtur de aliquo alio, & non sunt aliquid per se subsi-
B stens: quæ verò uidentur significare substantiam, sunt sicut aqua, ignis, & terra, ex quibus consistunt corpora composita: passiones ãt horũ, sicut calores, & frigiditates, & similes passiones nõ sunt substãtiæ, sed corpus patitur: est ergo ens aliqd p se, & substãtia aliqua existens, quæ remanet in quodam esse firmo sub omnibus passionibus. Notandum est, quòd isti, qui sic arguebant; imaginabantur, quòd in qualibet re transmutabili solùm esset ratio dimensionum, & ratio passionum, sub quibus subiiciebantur dimensiones; cum ergo passiones non possint esse substantia rei; restat, quòd dimensiones sunt. Deinde cum dicit.

C *At uerò corpus est minus substantia superficie, & hæc linea, & hæc unitate, & puncto; his enim diffinitur corpus. Et hæc quidem sine corpore contingere uidentur esse: corpus uerò sine his impossibile.*

Ostendit, quòd inter res Mathematicas una uidetur magis esse substantia, quàm alia: & duo facit: quia primò hoc ostendit: secundò enumerat opiniones antiquorum circa substantiam rei ibi, [Propter quod multi.] Dicit ergo primò, ita dictum est, ꝙ res Mathematicæ sunt substantiæ: tamen corpus minus uidetur substantia, quã superficies, & superficies, quàm linea; & linea, quã punctum: & punctus, quã unitas; corpus.n.diffinitur per superficiem: superficies ãt per lineam, linea per punctum; punctus autem per unitatem:
D quia punctus est unitas habens positionem; hæc et possunt esse sine corpore, sed corpus non põt esse sine his: Est ergo rõ Philoso. in hoc: ꝙ est in minori dependentia, est magis substantia; sed linea, superficies, & punctus sunt in minori depẽtia, quàm corpus: quia corpus dependet ab his, & non ẽ conuerso; ergo sunt magis substantia. Deinde cum dicit.

Propter quod multi quidem, & priores substantiam & ens putabãt corpus esse: alia uerò hmõi passiones. Quare & principia corporum entiũ esse principia. posteriores uerò, & sapientiores his esse opinabantur numeros. Quemadmodũ ergo dicebamus: si non sunt substantia, hæc omnino nulla substantia

A *est, neque ens nullum. non enim horum accidentia dignum est uocare entia.*

Recitat opin. antiquorum circa substantiam rei, dicens; ꝙ pp ea, quæ dicta sunt; multi & primi Philosophantium putabant, ꝙ corpus, qđ est in genere quantitatis, est substãtia & ens per se: alia uerò oia entia sunt passiones huius corporis: & ideo principia corporum existimabant principia entiũ: credebant.n. ꝙ ens & esse corporeum conuerterentur. Alij uerò posteriores & sapientiores existimabant, ꝙ numeri essent substantia rerum; quantum ãt spectat ad propositum nostrũ secundùm opin. aliquorum corpus uidetur esse substantia; si.n.non sit substantia: omnino substãtia nulla est, nec ullum ens; accidentia.n.horum
B corporum non est dignum uocare entia, & hoc quia magis sunt entis, quàm sint entia. Notandũ est, ꝙ Philosophi antiqui pp debilitatem intellectus non intelligebant aliud ens, nisi ens corporeũ: ita ꝙ credebãt, ꝙ ens & ens corporeũ cõuerterẽtur; in ente ãt corporeo duo intelligebant. s. rõnem corporis, & rõnem passionum, arguebãt ergo sic: solum.n.ens corporeum est ens, & cum in ente corporeo passio nõ possit dici ens & substantia: restat, ꝙ tota substantia, & tota entitas sit corporeitas: Peccabant ãt isti in duobus: primò, quia non est uerum, ꝙ ens, & ens corporeum cõuertantur: ens.n.est maioris ambitus, quàm ens corporeũ: scđò peccabãt: quia nõ distinguebant inter corpus, quod est in genere substantiæ, & in
C genere quantitatis. Licet.n.corpus, quod est in genere substantiæ sit substantia; non tamen corpus, ꝙ est in genere quantitatis. Deinde d.

Antiqui pp debilitatem intellectus non intelligebant nisi ens corporeum.

Ens est maioris ambitus, quàm ens corporeum.

At uerò si hoc quidem confessum est quia magis substantia sunt longitudines corporibus, & pũcta; hoc autem non uidemus qualium utique erunt corporum. nam si in sensibilibus impossibile esse, nõ utique erit substantia ulla.

Adducit rõnes ad partem oppositam: & diuiditur in quatuor, secundùm quatuor rõnes, quas adducit: Secunda ibi, [Ampliùs aũt.] Tertia ibi, [Adhuc aũt similiter:] Quarta ibi, [Nam cum dictis.] Primò ponit primam rõnem; & est rõ talis: linea, superficies, punctus, & unitas, ut probatum est, uidentur magis esse substantia, quã corpus: sed non substantiæ sunt: ergo nec corpus est substantia. Et hoc est, quod dicit litera, ꝙ si aliquis confiteretur, ꝙ longitudines.i. lineæ sunt magis substantia corporibus, & puncta, quã lineæ; hæc ãt non sunt substantiæ; ergo nec corpus. ãt hæc non sint substãtiæ: patet, quia substantia est p se; hæc ãt sunt in alio: Et hoc est, qđ dicit litera, ꝙ si hæc sunt substantia, qualium corporũ erunt? q.d. nullorum.i.in nullo corpore erũt; impossibile.n. est, ꝙ sint in corporibus sensibilibus; quod.n.substantia est, in alio nõ est; sic ergo hmõi nulla substantia sunt. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem hæc omnia uidentur dimensiones corporis. Hoc quidem ad latitudinem, hoc uerò ad profunditatem, aliud ad longitudinem.

N Ponit

Ponit secundam rationem, & est ratio talis: di mensiones corporis non sunt in genere substantiæ; sed in genere quantitatis: sed linea, superficies, & corpus dimensiones sunt (est enim linea dimensio in longum, superficies autem dimẽsio in latum, corpus autem dimensio in profundum) ergo non sunt in genere substantiæ, sed in genere quantitatis. Deinde cum dicit.

Adhuc autem similiter est in solido quæcunque figura. Quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo, sic ut segregata, non igitur neque superficies. Nam si quæcunque, & hæc utique erat determinans medietatem: Eadem enim ratio, & in linea, & in puncto, & in unitate. Quare si maximè quidem substantia est corpus; hoc autem magis ea, non sunt autem ea, nec substantiæ aliqua, diffugit quidem ipsum ens, & quæ substantia entium.

Ponit tertiam rationem, & est talis: Omnis dimensio, uel est dimensio in actu, uel dimensio in potentia, sicut illa, quæ potest fieri in corpore per diuisionem corporis in duo dimidia: sed prima non est substantia; quia in alio est, & non per se; nec secunda, ex quo in potentia est: ergo nulla dimensio substantia est: Hoc est ergo quod dicit litera, quòd in corpore solido, in potentia est quælibet figura, quæ potest protrahi in illo solido per aliquam sectionem; sed tamen quando est est in potentia, non est in actu, sicut figura Mercurij non est in lapide nondum secto in actu, sed in potentia; nec medietas cubi antequam cubus diuidatur in duas medietates; est segregata & separata in actu, sed in potentia: ita quòd nec corpus, nec superficies est adhuc in actu, sed in potentia: quia superficies, quæcunque præter exteriorem esset in actu, superficies quæ determinat medietatem, esset in actu ante diuisionem corporis: & quod dictum est de superficie, intelligendum est de linea, & puncto, scilicet ꝙ nõ omnis linea, & omnis punctus est in actu, sed in potentia. Sumatur ergo ratio, non semper dimensiones sunt in actu, sed aliquando in potẽtia; sed istæ quę sunt in potentia, non sunt substantia, nec etiam illę, quæ sunt in actu: ergo nulla talis dimensio substãtia est; & sic fugit à nobis ratio substantiæ: Et hoc est quod concludit Philosophus, & si corpus uideatur maximè esse substantia: tamen hęc, scilicet superficies, linea, & punctus magis uidentur esse substantia, quàm corpus: si ergo hæc non sunt substãtia; ergo nec corpus, & sic fugit à nobis ratio substantiæ. Deinde cum dicit.

Nam cum dictis & circa generationem, & corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur enim substantia non ens prius, nunc esse; aut priùs existens, posterius non esse, cum generatione, & corruptione ea pati. Puncta uerò, & lineas, & superficies non contingit, neque fieri & corrumpi; quandoque existentes, quandoque uerò non existentes. Nam quando copulantur, aut distinguuntur corpora, simul quandoque quidem una copulatorũ, quandoque duæ diuersorum fiunt: quia non compositorũ E *est. Sed corruptum est, diuersorumque sunt prius nõ existentes. Non enim indiuisibile punctum diuisum est in duo. Et si generantur, & corrumpuntur, ex aliquo generantur.*

Ponit quartam rationem, & diuiditur in duas partes: quia primò ponit ea: secundò manifestat eam in quodam simili, ibi [Similiter autẽ se habet.] Primò ergo ponit rationem, & est ratio talis: Omnis substantia, quæ habet esse post nõ esse, hoc habet ꝑ generationẽ; & quę habet nõ esse post esse habet per corruptionẽ hoc: sed pũctus, superficies, & linea, habent esse post non esse, & non esse, post esse sine generatione & corruptione: ergo non sunt substantiæ: Hoc est ergo quod dicit litera, ꝙ cũ dictis inconuenientibus adhuc F accidunt alia irrationabilia, & incõuenientia circa hanc positionem, quæ accipiuntur ex parte generationis & corruptionis: substantia quæ prius non fuit, & modo est, hoc est ꝑ generationem; & substantia quæ prius fuit, & modo nõ est; hoc patitur per corruptionem: linea uerò, & superficies quandoque sunt, quandoque non sunt; & tamen non generantur, nec corrumpuntur: ꝙ aũt quandoque sint, & quandoque non sint; patet quia cõ uenit corpori priùs diuersa copulari, & priùs coniuncta diuidi; quando autem copulantur, fit una superficies, quæ priùs non erat: quando autem diuidũtur, fiunt duæ superficies de nouo, quæ priùs non erant: non enim põt dici, ꝙ superficies diuidatur in duas superficies, secundùm profunditatem: nec etiam, ꝙ linea secundùm latitudinem: G nec ẽt, ꝙ punctus diuidatur: & sic non põt dici, ꝙ fiat ex duobus unum per modum compositionis, nec ex uno duo per modum diuisionis. Punctum enim est omnino indiuisibile, & sic pũctus non potest diuidi in duo puncta; sed quando linea diuiditur, incipiunt esse duo puncta, quæ prius non erant; & tamen non põt dici, ꝙ generentur: quia omnia quæ generantur, & corrumpuntur, ex aliqua materia generantur, & in aliqua corrumpuntur, hæc autem materiam nõ habent. Deinde cum dicit. *Punctũ est omnino indiuisibile.*

Similiter autem se habet circa nunc in tempore. Non enim contingit fieri, & corrumpi. Attamen uidetur semper esse, non substantia aliqua existens. Similiter autem palàm; quia se habet & circa puncta, & lineas, et superficies. Eadem enim ratio. Nã omnia similiter, aut termini, aut diuisiones sunt. H

Manifestat, quod dixit per quoddam simile: & est similitudo exempli in hoc: Sicut se habet nũc ad tempus, quod est indiuisibile in tempore; ita se habet punctus ad lineam; sed nunc aliquando est, aliquando nõ, sine generatione & corruptione; ergo & punctus: & sicut dico de puncto, ita de linea & superficie: Et hoc est quod dicit litera, ꝙ illud quod dictum est de puncto, simile habet in ipso nunc: nunc enim, nec fit, nec corrumpitur; & tamen ipsum nunc in tempore semper uidetur esse aliud, & esse nouum: tempus enim non est aliqua substantia, sed est quid existẽs ꝑ in fluxu, *Sicut se hab nunc ad tẽpus, ita pũctus ad lineam.*

in fluxu;& ideo per fluxum continuè renouatur A ipsa substantia: sicut autem est de nūc, scilicet ꝙ aliquando est, & aliquando nō est sine generatione & corruptione;ita est de linea,superficie, & puncto: eadem enim ratio est de omnibus istis, uel similiter sunt termini,uel similiter sunt dictiones. Notandum est,ꝙ sicut lineam terminat punctus,& superficiē linea,& superficies corpus; ita nūc terminant tempus: & sicut punctus cadit in medio lineæ,& linea in medio superficiei, & superficies in medio corporis;ita nunc in medio tēporis; & ideo benè dixit Philosophus,quòd hæc omnia,uel sunt similiter termini, uel similiter diuisiones. Notandum est,ꝙ ueritas huius quęstionis.s. Vtrum res Mathematicę sint substantia:est hæc nō enim sunt substātia; quia sunt in genere B quantitatis, & (ut dictum est) illi decipiebantur; quia non distinguebant inter corpus quod est substantia,& corpus quod est quantitas.

Omnino uerò dubitabit aliquis, quare oportet quærere quædam præter sensibilia, quæ sunt inter media, quas ponimus species.

In parte ista quærit Philosophus, Vtrum præter sensibilia & Mathematica sit dare speciem separatam,non solùm à sensibilibus, sed etiā à Mathematicis: ita ꝙ sicut est dare humanitatem separatam ab omnibus hominibus, ita sit dare triāgulum separatum ab omnibus triangulis, Et diuiditur ista quæstio in tres partes: quia primò ponit quæstionem: secundò arguit ad unā partem, ibi, [Nam si ideo] & arguit ad oppositum ibi, [At uerò] Dicit ergo primò, ꝙ quæstio est, Vtrum præter sensibilia,& inter media oportet ponere quasdam substātias,quas uocamus species;ita ꝙ sicut sensibilibus respondent species: ita similiter Mathematicis. Deinde cum dicit. C

Nam si ideo: quia Mathematica à præsentibus in aliquo quodam differunt, inesse uerò plures similes speciei nihil differunt. Quare non erunt eorum principia numero determinata quemadmodum,nec præsentium literarum numero quidem omnium non sunt principia determinata sed specie:nisi quis summat huius syllabæ,aut huius uocis: harum.n.erunt & numero determinata. Similiter autem & in eis, quæ sunt intermedia. Infinita enim,et illic sunt,quæ eiusdē speciei. Quare si non præter sensibilia & Mathematica alia quædam, qualia dicunt species ipsas quidam, non erit una numero & specie substātia. Nec principia entium numero existunt quanta aliqua sed specie. Ergo si hoc est necessarium,& species necessarium est propter hoc esse. Etenim & si non benè dearticulant dicentes; sed hoc, est quod uolunt, & eos ea necesse est dicere; quia specierum singula substantia quædam est, sed non secundùm accidens. D

Arguit pro parte prima, scilicet ꝙ præter Mathematica est dare species, sicut præter sensibilia. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ sententia Platonis fuit, quòd omnis multitudo reducitur ad unum, & omnia quæ sunt multa per participationē, reducuntur ad unū, quod est tale per essentiam;& ideo ubicunque reperiuntur plura numero,illa plura numero reducuntur ad unum,quod non solùm est unum in specie,sed et unum in numero,quod quidē est tale per essentiam; cùm ergo in sensibilibus, & in Mathematicis sint plura numero sub una specie; in sensibilibus quidem sicut plures homines sub homine; in Mathematicis autem sicut plures trianguli sub triangulo: oportet, ꝙ tā hic quàm ibi ipsa quæ sunt plura numero,& quasi infinita & interminata; reducantur ad unum separatum, quod quidem est idea omnium illorum, & quod quidem respectu omniū illorū est per se,& per essentiam tale: Hoc est ergo quod dicit litera, ꝙ Mathematica & si differant à præsentibus, scilicet à sensibilibus in aliquo: in hoc enim conueniunt, & nihil differunt, ꝙ sicut in sensibilibus sunt plura similis speciei, sicut plures homines sub homine: ita in Mathematicis reperiuntur plura numero sub una specie: Si autem ita est, sequitur, ꝙ sicut principia sensibilium non sunt determinata secundùm numerum; quia illa quæ sunt eiusdem speciei, ibi sunt infinita numero: nisi fortè quis dicat, quòd huius syllabæ signatę, & huius uocis, & etiā huius trianguli est principium determinatum: Si ergo nec hic, nec ibi plura numero non sunt determinata, sed infinita: si aliquis non ponat præter sensibilia & Mathematica alia entia determinata numero, quæ entia quidam uocant species; non erit dare aliquam substantiam unam numero, & secundùm speciem, ad quam reducantur omnia illa infinita, & indeterminata, nec etiam secundùm hæc principia entium, & etiam ipsa entia multiplicata secundùm numerum erunt determinata in numero, sed solùm in specie: Si autem necessarium est, quòd omnia indeterminata in numero, reducantur ad aliquod unum determinatum in numero; necessarium, quòd componatur species, tàm respectu sensibilium, quàm respectu intermediorum: Et hoc est quod uoluerunt dicere Platonici, licèt non benè dearticulauerint, uel manifestauerint: uoluerunt enim dicere, quòd in singulis quæ differunt numero, est dare substantiam & speciem separatam, cùm illa quæ conueniunt, & conueniunt per se; & nihil sibi conuenit per accidens. Notandum est, quòd ratio Philosophi in breui uidetur esse hæc: Plura in numero reducuntur ad unum in specie, unitas autem in specie est unitas semiplena & imperfecta; & ideo non stat ibi resolutio; ergo oportet, quòd ulterius reducantur in aliquod unum numero, quod quidem unum est tale per essentiam, cui nihil conuenit per accidens. Imaginabantur enim Platonici isti talem differentiam inter hominem separatum, & hominem in materia, sicut inter albedinem & album: albedo enim, ut albedo non est nisi albedo; & ideo nihil sibi conuenit per accidens: albū autem aliud concernit, quàm

Platonicorum opin.

Vnde ideæ necessariæ positæ sūt.

albedinem;& ſic aliquid concernit,quod accidit quidditati: Similiter homo ſeparatus non concernit niſi humanitatem; homo autem in materia aliud concernit,quod accidit humanitati:& ſicut dico de homine reſpectu hominis quantùm ad ſenſibilia: ita dico de triangulo reſpectu huius trianguli quantùm ad Mathematica. Deinde cum dicit.

At uerò ſi ponimus ſpecies eſſe,& unum numero principia & non ſpecie, diximus,quæ contingere neceſſe eſt,impoſſibilia.

Arguit ad oppoſitum,dicit ꝙ ſi ponamus ſpecies ſeparatas eſſe,& ꝙ principia rerum non ſolùm ſunt determinata in ſpecie, ſed etiam in numero,ſequuntur quædam impoſſibilia,quæ dicta ſunt ſuperiùs in quadam quæſtione. Notandum, ꝙ ueritas huius quæſtionis eſt, quòd non eſt dare aliquod unum ſeparatum in numero, ꝙ ſit forma omnium,quę ſunt in materia: ſufficit enim,ꝙ plura ſecundùm numerum reducantur ad unum ſpecie:nec oportet, ꝙ reducantur ad formã unã numero,niſi fortè dicatur,ꝙ reducũtur ad primũ principiũ, quòd quidẽ primũ reſpectu omniũ ſe habet in ratione primi efficientis,& primæ formæ,& primi finis.Deinde cum dicit.

Primũ principium ſe habet in rõne primi efficientis, primæ formæ, & ultimi finis.

TEX. 19. *His autem affine eſt quærere, Vtrum poteſtate ſunt elementa, aut aliquo alio modo?*

Quærit, Vtrum principia ſint in potentia, uel in actu: Et diuiditur in tria; quia primò ponit quæſtionem: ſecundò obiicit ad unam partem, ibi [Nam ſi aliter]tertiò obiicit ad partem oppoſitã,ibi,[Si uerò ptãte.] Dicit ergo primò,ꝙ proxima dictis eſt quærere, Vtrũ elemẽta & principia ſint in potentia, an aliquo alio modo. Deinde d.

Nam ſi aliter,priùs aliquid erit principiis aliud. Prior enim erit poteſtas cauſa illa.Poſſibile autem non eſt neceſſarium illo modo ſe habere.

Probat, quòd ſunt in potentia,& non in actu dicẽs;quòd ſi principia aliter ſunt, quàm in potẽtia:ſequitur,ꝙ aliquid erit prius principiis:potentia enim prior eſt actu,quòd patet;quia prius eſt, à quo non conuertitur conſequẽtia: ſi autem aliquid eſt in actu:ſequitur quòd poſſit eſſe,& non ẽ conuerſo: ſi enim aliquid eſt poſſibile,non ſequitur,quòd ſit;Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc quod magis habet rationem primi, magis habet rõnem principij;ſed potentia reſpũ actus magis habet rationem primi; quia potentia præcedit actum; ergo magis habet rationem principii. Deinde cum dicit.

Si uerò poteſtate ſunt elementa,nihil entium eſſe conuenit. Nam poſſibile eſt eſſe, quod nondum eſt ens:fit enim non ens. Nihil autem fit impoſſibilium eſſe. Has igitur dubitationes quærere neceſſe eſt.

Obiicit ad partem oppoſitam, ſcilicet quòd principia non ſint in potentia, dicens; quòd ſi principia rerum ſunt in potentia;ſequitur quòd nullum ens eſt: nam illud quod poteſt eſſe,non eſt ens,quod patet ex hoc;quia quod fit,non eſt; illud autem quod fit, non eſt de numero impoſ-E ſibilium; ſed de numero poſſibilium: ergo poſſibilia non ſunt. Concludit ergo Philoſophus, quòd ad utranque partem quæſtionis, quòd hæ ſunt dubitationes, & hæc ſunt argumenta, quæ fiunt circa principia. Notandum eſt ergo,quòd ratio Philoſophi eſt in hoc. Si principia tantùm poſſunt eſſe,ergo non ſunt:ſi autem principia nõ ſunt,ergo principiata nõ ſunt: ſi autem nec principia,nec principiata ſunt; ergo nullum ens eſt. Notandum eſt, quòd ueritas huius quæſtionis eſt, quòd principia prima ſunt in actu;quia omne quod deducitur de potentia ad actum,deducitur per aliquod principium, quod præexiſtit in actu: & quando dicitur, quòd potentia præcedit actum,falſum eſt: licèt enim potentia F præcedat actum in eodem numero; tamen ſimpliciter actus præcedit potentiam.Deinde cum d.

Potentia præcedit actum,& actus potentiam.

Et utrum uniuerſalia ſint, aut(ut dicimus)ſingularia? TEX. 20.

Quærit utrum uniuerſalia ſint ſubſtantiæ ſeparatæ: & diuiditur in tres partes; quia primò ponit quęſtionem:ſecundò arguit pro una parte,ibi [Nam ſi uniuerſalia]tertiò arguit ad partem oppoſitam,ibi[Si autem non]Mouet ergo primam quæſtionem dicens, quòd quæſtio eſt,Vtrum ipſa uniuerſalia ſint ſubſtantiæ,an omnis ſubſtantia prima ſit ſingularis. Deinde cum dicit.

Nam ſi uniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. Nihil enim communium hoc aliquid ſignificat, ſed quale quid. Subſtantia uerò hoc aliquid eſt.

G Probat,quòd uniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ, & diuiditur in duas partes;quia primò ponit rationem ſuam: ſecundò probat quoddam, quòd dixit ibi, [Sed ſi eſt hoc aliquid,] ſed uniuerſalia & communia non ſignificant hoc aliquid;ſed magis ſignificant quale quid;ergo non ſunt ſubſtantiæ. Viſa ratione,patet litera quæ dicit,quòd ſi aliqua ſunt uniuerſalia, ex ipſo quòd uniuerſalia ſunt, ſubſtantiæ non ſunt: nullum enim de numero uniuerſalium,& communium ſignificat hoc aliquid; ſed quale quid, ſubſtantia uerò uidetur ſignificare hoc aliquid. Notandum eſt, quòd duplex eſt qualitas ſubſtantialis, & accidentalis: uniuerſalia dicunt qualitatem non accidentalem, ſed eſſentialem: cùm enim dico, Pe-H trum eſſe album, dico eum eſſe qualem ſecundùm qualitatem accidentalem:& cùm dico Petrum eſſe hominem,dico eum eſſe qualem ſecundùm qualitatem ſubſtantialem ; hæc ergo ratio non probat uniuerſaliter, quòd uniuerſale non ſit ſubſtantia, ſed ſolùm probat,quòd non habet modum ſubſtantiæ; quia ſignificat rem ſuam per modum qualitatis.Deinde cum dicit.

Qualitas duplex.

Sed ſi eſt hoc aliquid,et ponitur quòd communiter prædicatur, multa erit animalia Socrates, ipſeque homo & animal:ſi ſignificat ſingulum hoc aliquid et unum. Si igitur uniuerſalia ſint principia, ea contingunt.

Probat quoddam,quod dixit: dixit enim, ꝙ uniuerſale non ſignificat hoc aliquid ; ſed quale quid,

quid, dicens; quòd si illud quod prædicatur communiter de aliquo, significat hoc aliquid; sequitur, quòd unum & idem sint multa hoc aliquid. Video enim, quòd de Socrate prædicatur homo, & animal, quorum utrunque animal est; quia & homo animal est: si ergo illud quod prædicatur, significat hoc aliquid, sequitur, ꝙ Socrates erit multa hoc aliquid; & per consequens multa animalia: est enim Socrates, & est homo, & est animal; quorum unumquodque secundùm positionem est hoc aliquid: & sic erit tria hoc aliquid: Inconuenientia ergo quæ contingunt dicentibus uniuersalia esse principia, hęc sunt. Notandũ est, quòd qualitas non ponit numerum propriè contra illud, cuius est qualitas; non enim benè dictum est, quòd homo est homo albus: si autem album diceret hoc aliquid diuisum cõtra hominẽ; homo, & album essent duo: Ad propositum ergo sic uniuersale significat rem suam per modum qualis substantialis; & ideo non ponit numerum contra illud, cuius est qualitas: dicere enim hominem, & hominem esse animal, non est propriè dicere duo: Si autem animal diceret hoc aliquid diuisum contra hominem; sequeretur, quòd homo esset duo: esset enim homo, & esset animal: & sic essent duo hoc aliquid, & duo animalia: & sic patet ratio Philosophi. Deinde cum dicit.

A.l.ficut.

Si autem non uniuersalia, sed quasi singularia nõ erunt scibilia. Vniuersales enim sunt omnes scientiæ. Quare erunt diuersa priora principiis uniuersaliter prædicata, si futura est eorum scientia.

Ponit argumenta ad partem oppositam, scilicet quòd uniuersalia sint separata præter singularia dicens, quòd si nullum ens est ens uniuersale; sed omnia entia sunt singularia: sequitur, ꝙ non est scientia: scientia enim est uniuersalium, & nõ singularium: & sic si scientia futura est aliquorum; oportet, ꝙ sint quædam principia uniuersalia separata à singularibus. Notandum est, ꝙ uniuersalia non sunt substantię separatę à singularibus, sicut habet declarari in Septimo huius, nec propter hoc periit scientia; quia licet uniuersalia non sint separata secundùm rem à singularibus; tamen sunt separata secundùm rationem, & hoc conceptum, & hoc sufficit ad scientiam.

Scientia est uniuersalium & quo.

Tex. cõ. 37.

DIVINORVM ARISTOTELIS

LIBER QVARTVS.

TEX. I.



ST autem scientia quædam, quæ speculatur ens inquantùm ens, & quæ huic insunt secundùm se. Hæc autem nulli est in parte dictarum eadem. Aliarum enim nulla intendit uniuersaliter de ente inquantùm ens est; uerùm partem eius abscindentes aliquam, circa quidem hanc speculantur ipsum accidens, ueluti scientiarum Mathematicæ.

A

In tertio libro Philosophus dixit de his, quæ cadunt in ista scientia disputatiuè; in parte ista incipit terminare de eis: Et diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quæ sunt illa, ad quæ se extendit potestas & consideratio huius scientiæ: secundò incipit terminare de illis, ad quæ se extendit consideratio huius scientię. Secunda in principio Quinti Libri. Prima pars in tres: quia primò ostendit, ꝙ potestas & consideratio huius scientię se extẽdit ad considerationem entis inquantùm ens: secundò ostendit, quòd consideratio huius scientiæ se extendit ad considerationẽ unius, quod conuertitur cum ente: tertiò, ꝙ se extendit ad considerationem primi principij, quod est De quolibet affirmatio uel negatio uera. Secunda ibi, [Si igitur ens, & unũ.] Tertia ibi, [Dicendum autem.] Prima pars in duas partes; quia primò ostendit, ꝙ consideratio huius scientiæ se extendit ad considerationem entis inquantùm ens: secundò remouet quoddam, seu respondet cuidam tacitæ quæstioni, ibi [Ens autem multis quidem modis dicitur.] Prima pars in duas partes secundùm duas rationes, quas adducit ad probandum, quòd hæc scientia est consideratiua entis inquantùm ens: Secunda ibi, [Quoniam autem principia.] Ponit ergo primam rationem, & põt esse talis, Differt consideratio entis inquantùm ens, & consideratio entis inquantùm hoc ens; sed consideratio entis inquantùm ens non traditur in aliqua sciẽtiarum particularium; quia tales scientiæ particulares solùm considerant partem entis, & non totum ens: ergo restat, ꝙ consideratio entis inquantùm ens tradatur in aliqua scientia uniuersali & communi; & hęc est quam quęrimus. Visa hac rõne patet litera, quę dicit, ꝙ necesse est, ꝙ sit quædam sciẽtia, quę speculetur ens inquantùm ens, & accidentia quę insunt entis inquãtum ens secundùm se; & hæc scientia diuisa est à scientiis particularibus & partialibus: nulla enim scientiarum particularium intendit uniuersaliter de ente, inquantùm ens; sed omnis scientia particularis considerat partem entis, circa quod ens speculatur accidens proprium, & secundùm se: Exemplum in scientiis Mathematicis. nam Mathematicæ de numero scientiarum cõsiderãt partẽ entis, & nõ totũ ens: Geometria enim partẽ entis considerat sicut magnitudinẽ, & Arithmetica numerũ. Notãdum est, ꝙ cõsideratio propriorũ supponit cõsiderationem cõmunium: non.n. benè possunt sciri propria, nisi sciãtur cõia: cùm ergo ens, & hoc ens se habeant sicut cõe & propriũ, non põt sciri quidem ens partiale, nisi sciatur natura entis in se: oportet ergo, ꝙ ens inquantùm ens sciatur in aliqua scientia; hæc aũt non põt esse aliqua scientiarum particulariũ; eadem.n. ratione tradetur, & in alia; & sic cognitio eiusdem in omnibus scientiis particularibus replicaretur: ne ergo accidat superfluum; oportet, ꝙ sit una scientia cõis, quę tradat notitiã entis

B

C

D

Ly inquãtũ (q̃dquid dicat aliq) hoc in loco accipitur reduplicatiuè: rõ .n. formalis entitatis est rõ formalis subiectiua huius scientia. i. quidquid cõsideratur in hac scientia, cõsideratur sub ea rõne, qua ens formaliter. i. ut existit.

Speculatio propriorum supponit speculationem cõmunium.

Cõcludit, ergo tãtum in uniuersali considerat Metaphy.

entis inquantùm ens, & hęc est quã quęrimus: Et hic est intellectus Philosophi in litera: arguit.n. sic; si cognitio entis inquantùm ens nõ debet tradi in aliqua scientiarum particularium; oportet, ꝙ tradatur in aliqua scientia communi. Deinde cum dicit.

Quoniam autem principia, et extremas quærimus causas, palàm quia cuiusdam eas naturæ secundùm se esse necesse est; Si ergo & entium elementa quærentes ea quæsierunt principia, necesse & entis elementa esse, non secundum accidens, sed inquantũ sunt entia. Vnde & nobis entis inquantum est ens, primæ causæ sunt accipiendæ.

Ponit secundam rationem ad probandum eandem conclusionem; & potest esse ratio talis: illa scientia, cuius est considerare primas causas, & ultimas, debet considerare ens inquantũ ens; sed hæc scientia considerat primas causas, & ultimas: ergo considerat ens inquantum ens. Ad euidentiam huius rationis notandum est, quòd hæc ratio fundatur super quandam consequentiam; quæ consequentia est, quòd illa scientia, quæ considerat causas primas & ultimas, considerat ens inquantum ens; hanc consequentiam probat Philosophus in litera; cuius sententia est, ꝙ primæ causæ & ultimæ, quæ uocantur causæ uniuersales, & abstractæ; sunt causę totius entis, non tantùm huius, uel illius: & ideo illius sciæ, cuius est considerare tales causas, est considerare totũ ens: si enim hæ causæ respicerent hoc ens particulare, illa scientia, quæ terminaret de hoc ente, terminaret de talibus causis, uel è conuerso: sed hæ causæ sunt causæ totius entis: ideo sequitur, quòd eiusdem scientiæ est considerare has causas, & totum ens. His uisis patet litera: dicit enim quòd quærimus prima principia, & causas ultimas; hæc autem principia, & hæ causæ sunt principia & causæ alicuius naturæ secundùm se; non autem dicendum est, quòd sint huius naturę, uel illius tantùm; sed necesse est, quòd sint elementa, uel causæ totius entis: illi enim, qui quærebãt principia entium, hæc principia ultima quærebant; & ideo necesse est, quòd hæc principia ultima sint principia entis inquantum ens, non secũdùm accidens. Vnde cum in ista scientia sint accipiendæ causæ primæ totius entis: manifestum est supple, quòd hæc scientia est entis inquãtum ens: ita quòd eadem scientia sit de causis primis, & de toto ente. Notandum est, quòd illud, quod conuenit alicui inquantum tale, conuenit sibi ꝑ se: quòd autem conuenit ratione alterius, conuenit sibi per accidens; ergo causæ, quæ aspiciunt ens inquantum ens, aspiciunt ens secundùm se: illæ autem, quæ aspiciunt ens inquantum hoc, uel illud, aspiciunt illud secundùm accidens, Et hoc est, quod dicit Philosophus in littera; ꝙ hæ causæ, quæ quæruntur hic, aspiciunt ens inquantum ens, & non secundùm accidens; quod quidẽ esset, si aspicerẽt ens inquantũ hoc, uel illud.

Causæ uniuersales, & abstractæ sunt totius entis causæ.

Regula.

Quæreret quis. Quæ sunt istæ causæ, quæ aspiciunt ens inquantum ens? Dicendum est, quòd quædam est causa, quæ non aspicit ens pro toto suo ambitu; sed tantùm ens mobile & materiale, sicut est materia; materia enim est causa & principium entis mobilis; & ideo non est causa entis inquantum ens, sed inquantum ens mobile: & de tali causa disserere propriè spectat ad naturalem: ita quòd eiusdem scientiæ est disserere de materia, & de ente mobili. Quædam sunt causæ, quæ aspiciunt totum ambitum entis causati, sicut primum mouens, & ultimus finis, & ultimum exemplar: debemus enim intelligere, quòd totum ens causatum deriuatum est ab uno exemplari, & ab uno mouente primo, & ordinatum est ad unum ultimum finem: Sicut enim dicetur in Duodecimo huius; bonum partis ordinatur ad bonum totius: bonum autem totius ordinatur ad bonum Ducis, qui est ultimus finis: hæ ergo causæ, quę uocantur à Philosopho primæ & ultimæ sunt illæ, quæ aspiciunt totum ens causatum, & nõ hoc tantùm, uel illud.

Materia est principium entis mobilis, de qua ad naturalẽ spectat.

Ex his patere poterit ẽs causatũ, esse subiectum Metaphy.

Quæreret quis, Vnde sequitur ista consequentia, hæc scientia considerat primas causas, & ultimas: ergo considerat totum ens, sicut dicit Philosophus in litera? Dicendum est, quòd ista consequentia debet sic uerificari: quandocunq; aliqua cadunt infra unam analogiam, & unam attributionem; eadem scientia, quę considerat unũ in illa analogia, & primum in attributione, considerat omnia illa, quæ habent attributionem ad illud primum: cum ergo omnia entia attributionẽ habeant ad primum mouens, & ad primam formam, & ultimum finem, eadem scientia, quæ cõsiderat de istis causis, considerabit de toto ente. Est enim diligenter notandum, quòd hæc scientia sapientia est: de ratione autem sapientiæ est, (ut dictum est in Prologo) quòd ipsa est circa causas altissimas, & circa omnia: Ita quòd nos imaginabimur, quòd est differentia inter scientiam & sapientiam: quia scientia considerat causas particulares & arctatas & inferiores; sapientia autem considerat causas altissimas, quæ propter sui latitudinem habent aspectum ad totum ens: eadem ergo sapientia considerabit illas causas, & totum ens. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Differentia inter scientiam, & sapientiam.

Ens autem, quidem dicitur modis, sed ad unum, & ad unam naturam aliquam, & non æquiuocè. Sed quemadmodum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem ad conseruationem, id uerò in actione, aliud quia est signum, ut urina sanitatis; hoc autem, quia illius est susceptibile. TEX. 2.

Remouet quoddam dubium, seu respondet cuidam tacitæ quæstioni: Dictum est enim, quòd hæc scientia considerat totum ens. posset ergo aliquis dubitare, & dicere; quòd hoc non est possibile, quòd una scientia est respectu unius; entia autem habent magnam diuersitatem adinuicẽ; & ideo uidetur, quòd non possint cadere infra unam scientiam. Hanc obiectionem excludens Philosophus in parte ista, uult ostendere, quòd omnia

omnia entia possunt cadere infra unam scientiarum: Et diuiditur in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit ad probandum hoc: Secũda ibi. [Omnis autem generis.] Prima in duas: quia primò ostendit, quòd totum ens cadit infra unam scientiam: secũdò ostendit, quòd licèt ista scientia sit de toto ente: tamen specialiter est de primo ente, quod est substantia, ibi. [Vbicunque uerò.] Ponit ergo primam rationem, quæ talis est: illa, quæ cadunt infra unam attributionem, & unam analogiam, cadunt infra unam scientiam. Circa istã rõnem sic procedit: quia primò declarat, q; omnia entia sunt infra unam attributionẽ: secundò ex hoc concludit, q; cadunt infra unam sciam, ibi. [Quemadmodũ ergo.] Circa primũ. Notandum est, quòd illa cadunt infra unam attributionem & analogiam, quæ attributionem habent ad unum. attributionem habere ad unũ, potest esse tribus modis, uel sicut ad unum finẽ, uel sicut ad unum efficiens, uel sicut ad unum subiectum: primò ergo declarat, quomodo aliqua habent attributionem ad unum finem: secundò, quomodo aliqua ad unũ efficiens ibi. [Et medicinale:] tertiò positis his duobus modis, quasi pro exemplis, ostendit qũo oĩa entia habent attributionem ad unum ens primum, tanquam ad unum subiectum, ibi. [Ita uerò & ens.] Dicit ergo primò, quòd ens dicitur multis modis; sed tamen non obstante hac multitudine, totum ens potest cadere sub una scientia: quia hæc multitudo nõ est multitudo æquiuocorum; sed est multitudo attributorum ad unum primum exemplum in his, quę sunt attributa ad unum finem; Omnia.n. salubria attributionem habent ad sanitatem, tanquam ad unum finem; hæc enim dicuntur salubria, quia conseruant sanitatem, sicut exercitium & motum, dicimus esse sanum: quia conseruat sanitatem, Aliquid dicimus esse sanũ; quia facit sanitatem eo modo, quo dicimus, quòd medicina sana est, Aliquid dicimus sanum: quia significat sanitatem, eo modo, quo dicimus, quòd urina sana est, Aliquid dicimus sanum, quia suscipit sanitatem, eo modo, quo dicimus, q; animal sanum est. Deinde cum dicit.

Quæ cadũt infra unam analogiam, cadũt infra unam scientiam.

Attributionem habere ad unum, cõtingit tripliciter.

Multitudo duplex, altera significatorum, & ista est æquiuocorum: altera est suppositorum, & hæc est uniuocorum: et sic accipitur hic in loco, quia ens est terrè uniuocum ad omnia ẽtia, q̃ stat cum analogia.

Et medicinale à medicina. Hoc enim habendo medicinas dicitur medicinale, illud uerò susceptibile ad eam, aliud uerò per actus existentium medicinæ. Similiter autem alia sumemus his dicta.

Ponit exemplum de secundo modo attributionis, in quo modo sunt, quę habent attributionem ad unum primum efficiens: sicut esse medicinale attributionem habet ad artem medicatiuam, Aliquid dicitur medicatiuũ, quia habet artem medicinæ, sicut medicus peritus, Aliquid uerò quod est aptum benè ad habendam artẽ medicinæ: sicut sunt aliqui homines, qui sunt bene dispositi, ut acquirant artem medicinæ, Aliquid dicitur medicinale, quia eo opus est ad medicinam, sicut dicimus instrumẽta, quibus utitur medicus esse medicinalia, & sicut ista dicuntur

A in relatione ad medicinam, ita & multa alia. Deinde cum dicit.

Ita uerò & ens multipliciter dicitur quidem, sed omne ad primum principium. Hec enim quia substantiæ entia dicuntur, illa uerò quia passiones substantiæ dicuntur, alia quia uia ad substantiam, aut corruptiones: aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, aut ad substantiam dictorum, aut quorundam horum negationes aut substantiæ, Quare & non ens esse non ens dicimus.

Positis duobus exemplis secundùm duos modos attributionis & analogiæ; hic ostendit quomodo omnia entia attributionem habent ad unum primum ens, quod est substantia, sicut il-

B lorũ unicũ subiectum, dicens: quòd sicut salubre dicitur multipliciter, sed tamẽ omnia salubria attributionem habent ad unum finem: & sicut medicinale dicitur multipliciter, & tamen omnia medicinalia habent attributionem ad unum efficiens, ita ens dicitur multis modis: & tamẽ omne ens attributionem habet ad unum ens primum, sicut ad substantiam: De numero enim entiũ hæc dicuntur entia: quia per se existunt, & hæc propriè & principaliter sunt; & tale ens substantia est: Hęc aute dicuntur entia, quia sunt passiones & proprietates huius entis, scilicet substãtiæ: hæc autem dicuntur entia, quia sunt uia ad substantiam & generationem & corruptionem substantiæ eo modo quo generatio & corruptio entia

C sunt. Alia dicuntur entia, quia sunt priuationes formarum substantialium, uel etiam quia sunt qualitates substantiæ, Alia dicuntur entia quia sunt effectiua uel generatiua substantiæ, uel eorum quæ attributionem habent ad substantiam, sicut sunt accidentia; Negationes dicuntur entia rationis: dicimus enim, quòd ista propositio est uera, non ens est non ens. non autem esset uera nisi negationes aliquo modo haberent aliquam entitatem rationis: Dicetur enim in Quinto huius, quòd ens dicitur duobus modis, est enim ens rei, & ens rationis: ens autem rationis attribuitur secundis intentionibus, & attribuitur affirmationi & negationi; est enim ens rationis ens diminutum & factum ab anima, & tale attribuitur

D isti propositioni, non ens est non ens. Deinde cum dicit.

Ambitus Metaphy.

Negationes quo habeãt entitatem.

Ens duplex 5. Metaph. Tex. cõ. 13.

Quemadmodum ergo salubrium omnium una est scientia, ita hoc etiam & in aliis. Non enim solum circa unum dictorum, unius est scientiæ speculari, sed ad unam dictorum naturam. Etenim ea modo quodam circa unum dicuntur. Manifestum igitur quia entia unius est scientiæ speculare inquantum entia.

Posito, quòd entia cadant sub una attributione, & una analogia; concludit ex hoc, quòd cadunt sub una scientia dicens; quòd quemadmodum omnium salubrium est una scientia in hoc, quia omnia salubria dicuntur in attributione ad unum; ita omnium aliorum, quę cadunt sub una attri-

attributione est una scientia, scientia enim una non solùm est eorum, quæ uniuocantur in uno, sed etiam est eorum, quæ attributioné habent ad unam materiam: cum ergo hæc entia dicatur secundùm unum, idest attribuatur uni prædicamento, manifestum est, quòd unius scientiæ est speculari entia inquantum entia. Deinde cum d.

Vbique uerò propriè primi est scientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo si hoc est substantia, substantiarum oportet principia, & causas habere Philosophum ipsum.

Metaphysi. principaliter e de substantia, quia est de nobiliori pro suis subiectis; qd' e ens: & nõ bet intelligi quòd ex hoc substãtia sit subiectum Metaphy.

Ostendit, quòd licèt hæc scientia speculetur omnia entia, tamen specialiter, & propriè speculatio sua uersatur circa primum ens, quæ est substantia, & est ratio sua talis. Quandocunque aliqua scientia uersatur circa multa, quæ sunt infra unam analogiam, & attributionem; specialiter uersatur circa illud, quod est primum in illa attributione; cum ergo omnia entia attributioné habeant ad substantiam, tanquam ad quoddam primum, specialiter uersabitur hæc scientia circa substãtiam: Et hoc est, quòd dicit litera, quòd semper & ubique scientia propriè est primi, ex quo omnia alia dependent: si ergo substantia est primum ens inter omnia entia; manifestum est, quòd Philosophus primus specialiter quærit causas, & principia substantiæ. Deinde cum dicit.

Omnis autem generis unius est sensus unus, & scientia: ut grãmatica una existens, omnes speculatur uoces. Quapropter & entis inquantum est ens quascunque species speculari unius est scientiæ genere, & species specierum.

Ostendit per secundam rationem, quòd istius scientiæ est considerare oĩa entia; & est ratio sua talis, Quæ cadunt infra unum genus, cadunt infra unam scientiam; sed omnia entia cadunt infra unum genus (appellat hic genus largo modo ipsum ens:) ergo omnia entia cadũt infra unam scientiam: Et hoc est, quod dicit litera, & unius generis est unus sensus, & una scientia; sicut uisus est respectu omnium colorum, & grammatica est respectu omnium uocum; ergo unius scientiæ est speculari ens inquantum ens, & omnes species entis; quæ quasi conueniunt in ente, sicut in quodam genere: Ita quòd hæc scientia considerat entia inquantum entia: species tamen entium secundùm proprias rationes specierũ sunt, hoc est faciunt speciales scientiæ, & particulares: licèt enim secundùm rationem entis cadant infra unam scientiam; tamen secundùm speciales rationes cadunt infra diuersas scientias.

Dicit ens et genus, capiendo hic capiẽdo genus: quoniam in Tertio satis ostensũ est, ens non esse genus.

Quæstio.

Quæreret quis ad euidentiam eorum, quæ dicta sunt, Vtrũ oĩa entia prima talia attributioné & analogiam habeant ad substantiam? Dicendũ est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd differentia est inter uniuocum, & æquiuocum, & analogum: quod enim uniuocè dicitur de aliquo, secundùm unam rationem dicitur de illis: ita quòd omnia uniuoca ad unam rationem sunt reducta, quod autem dicitur æquiuocè de

Differentia inter uniuocum, æquiuocum, & analogum.

E aliquibus, secũdùm diuersas rationes dicitur de illis: ita tamen, quòd illæ rationes sic se habent, quòd una non habet attributionem ad aliã, nec ambæ ad aliquod tertium; analoga autem dicuntur secundùm diuersas rationes, & habitudines; quæ tamen omnes habitudines referuntur ad unum primum: Entia ergo prædicamentalia non possunt habere uniuocationem: quia sic essent reducta ad unam rationem communem; & sic omnia prædicamenta essent unius rationis, siue unius generis ueri, quod est impossibile; nec etiã omnia entia prædicamentalia habent rationes æquiuocas: quia si sic esset ratio unius prædicaméti, non diceretur in habitudine ad rationem alterius; restat ergo, quòd omnia prædicamenta cadant in una attributione, & in una analogia:

F Intelligimus enim, quòd prima diuisio entis prædicamentalis est, quòd omne ens, uel est ens in se fixum, uel ens in alio: si autem est ens in se fixum, sic non dicitur in attributione ad aliud; quia qđ est ens in se fixum, est ens irresolubile: quia ens fixum est infra seipsum, nõ resoluitur ad aliquid aliud. Si autem est ens in alio, sicut est ens, quod est ens in attributioné ad aliquod fixum; & isto modo accidẽtia sunt entia: Quædam enim accidentia sunt entia, quia sunt mensuræ, & dimensiones entis fixi, quod est substantia; & hoc modo dicimus, quòd quantitates sunt entia; Quædã autem sunt entia, quia sunt dispositiones, & proprietates entis fixi, eo modo, quo dicimus, quòd qualitates entia sunt: & sicut dico de quantitate,

G & qualitate, ita dico de omnibus prædicamentis accidentalibus, quòd semper dicunt habitudiné ad ens fixum, quod est substantia; ita quòd nouẽ prædicamenta accidentium dicunt nouem habitudines diuersas respectu entis fixi, & substantiæ. Est enim diligenter notandum, quòd unitas uniuocationis est unitas rationis: uniuoca enim conueniunt in uno, quod est unum secundùm rationem non secundùm numerum: analoga autẽ attributionem habent ad unum secundùm numerum; illa uerò, quæ sunt infra analogiam, sunt infra unum ordinem; qui quidem ordo consurgit ex hoc, quod diuersa aspiciunt unum secundum diuersos aspectus, & secundùm diuersas proportiones, & habitudines: Et ex hoc cõsurgit, quòd

H sunt unius scientiæ, quia illa, quæ sunt infra unũ ordinem, sunt infra unam scientiam.

Diuisio entis prædicamentalis.

Substantia est ens fixũ, & infra se ipsum.

Vnitas uniuocationis ẽ unitas rõis.

Quæ sũt infra unum ordinem, sunt infra unam scientiam.

Quæreret quis. Quomodo hæc scientia, & si sit omnium entium: tamen specialiter est primi entis, sicut dicit Philosophus in litera? Dicẽdum est, quòd hæc scientia cadit super duplicem analogiam, & de utraque analogia uerificatur uerbũ Philosophi; Est enim analogia, & attributio, in qua omnia entia, quæ sunt in prædicamento, & omnia entia causata attributionem habent ad causas altissimas, sicut ad primum exemplar, & ultimũ finem: omnia enim entia causata ex hoc entia sunt, quia imitantur primum exemplar secundùm gradus suos: Et in tali analogia uerificatur

Quæstio.

Analogia duplex.

tur uerbum Philosophi: Licèt enim hæc scientia sit de omni ente: tamen specialiter est de causis altissimis,& ultimis. Est autem analogia,& attributio, in qua nouem prædicamenta accidentiũ attributionem habent ad substantiam, tanquam ad quoddam ens fixum,& quasi ad seipsum reflexum;& in tali analogia uerificatur uerbum Philosophi:quia licèt hæc sciẽtia sit de omnibus entibus:tamen specialiter de substantia est;ergo patet,quòd uerbum Philosophi, secundùm duplicem analogiam uerificatur; Ratio autẽ uerificationis utriusque potest esse una; quia ratio entis non est in ente causato,nisi per causas altissimas: ideo ratio entis priùs & principaliùs saluatur in causis altissimis, quàm in aliquibus aliis; & ideo scientia,cuius est considerare ens, priùs & principaliùs considerabit illud, in quo magis saluatur ratio entis: & eodem modo dicendum est de substantia, respectu aliorum entium: quia enim ratio entis priùs saluatur in substantia, quàm in aliis prædicamentis: ideo hæc scientia magis est de substantia,quàm aliorum entium.

Hæc scientia specialiter est de substantia.

Rõ entis in ente cãsato reperitur per causas altissimas.

TEX. 3. *Si igitur ens & unum idem,& una natura,quia se adinuicem consequuntur, ut principium & causa,sed non ut una ratione ostensa. Nihil autem differt,nec si similiter suscipimus, sed et præ opere magis. Idem enim unus homo,& ens homo, & homo, & non diuersum aliquid ostenditur secundùm repetitam dictionem ipsum est homo, & homo, & unus homo.*

Postquam ostendit,ꝙ potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem entis, hic ostendit,ꝙ se extendit ad considerationem unius, ꝙ conuertitur cum ente: Et diuiditur hæc pars in duas partes,quia in prima parte ostendit, ꝙ hæc scientia se extendit ad considerationem unius, quod conuertitur cum ente,& eorum quæ opponuntur uni. secundò redit ad probandum, ꝙ potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem tam entis, quàm unius, quàm etiã omnium consequentium, quæ sequuntur ens inquantum ens:Secũda ibi,[Et philosophi est de omnibus.] Prima pars in duas, quia primò ostendit, ꝙ potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem unius: secundò ostendit,per quem modum se extendit ibi, [Quare quotcunque unius:] Prima pars in duas,quia primò ostendit,ꝙ consideratio huius scientiæ se extendit ad considerationem unius: secundò, ꝙ multitudinis,siue pluralitatis, quæ opponitur uni, ibi,[Quoniam autem unius est,opposita.] Prima pars in duas,quia primò ostendit,ꝙ hæc scientia se extendit ad considerationem unius: secundò ꝙ se extendit ad considerandum species unius ibi; [Quare quotcunque.] Primò ergo probat, ꝙ ad hanc scientiam spectat consideratio unius, & est ratio sua talis; Quæ dicunt eandem naturam cadunt,sub consideratione unius scientiæ,sed ens & unum dicunt eandem naturam,ergo cadunt sub consideratione unius scientiæ,sed hæc scientia se extendit ad

Ens,& unũ dicunt unã & eandem naturam.

A considerationem entis,ergo se extendit ad considerationem unius: De hac autem ratione Philosophus ponit minorem ostẽdens, ꝙ ens & unum dicunt eandem naturam; & hoc ostendit tribus modis,siue rationibus. Secunda ratio ibi [Palàm autem.] Tertia ibi, [Ampliùs autẽ cuiusq; substantia.] Dicit ergo primò, ꝙ ens & unum dicũt eãdem naturam, & est ratio sua talis: quãdo sunt duo addita uni nullam diuersitatem afferunt uel faciunt, sunt penitus idem;sed ens & unum addita homini,uel cuicunque nullam differentiam faciunt.quia idem est dicere homo,& ens homo & unus homo,ergo ens & unum sunt penitus idem, Visa hac ratione patet litera,quæ dicit sic,quòd si ens & unum sunt eadem natura eo quòd consequuntur se adinuicem sicut principium & causa;

B quia quidquid est unum est ens,& è conuerso, sicut quidquid est principium est causa, licet differant ratione,quia alia ratione aliquid dicitur ens, & alia ratione aliquid dicitur unum, quæ tamen si essent eadem ratione,nihil diceret ad propositum, sed magis esset utile; quia propositum nostrum est probare quòd ens & unum cadunt sub eadem sciẽtia;Si(in quam)ita est,ꝙ ens & vnum dicant eandem naturam,manifestum est, quòd cadunt sub una scientia, quòd autem dicant eandem naturam manifestum est, quòd idem est dicere homo & ens homo, & unus homo:ita quòd unum & idem & non alterum secundùm dictionem replicatur & redditur: Notãdum est, quòd

C aliqua sunt,quę sunt eadem secundùm suppositum,& tamen nõ sunt eadẽ scd'm naturam, sicut fortes,& hoc albũ & hoc musicũ,& hoc mõ unũ & ens non sunt eadem,Quædam sunt,quæ sunt eadem secundùm naturam,quæ dicunt eandem naturam,& etiam sunt eadem secundùm rationem, quia dicunt illam naturam secundùm eandem rationem,& isto modo sunt eadem synonima,sicut tunica & indumentũ: & isto modo ens & unum non sunt eadem:Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera,quòd eadem natura repetitur cum dicitur homo,ens homo, & unus homo, licèt repetatur secundùm diuersos modos & diuersas rationes, unde sunt unum sicut principiũ & causa non sicut tunica & indumentum.Notandum,quòd ratio Philosophi ad probãdum, quòd

D unum & ens cadant sub eadem scientia, hoc est, quòd unum & ens dicant eandem naturam: si autem dicerent eandem naturam secundùm eandem rationem,ratio non minus esset ad propositum,sed magis quàm si dicant secundùm diuersas rationes:Et hoc est quod dicit Philosophus in litera,quòd ens & unum differunt ratione, licèt si cõuenirent in ratione;ratio magis esset ad propositum. Deinde cum dicit.

Aliqua esse eadem dupliciter.

Palàm autem, quia non separantur nec in generatione, neque in corruptione. Similiter autem & in uno. Quare palàm quia additio in his idem ostendit: & nihil aliud unum præter ens.

Ponit secundam rationem,& est ratio sua talis:

lis, Quæcunque non differunt in generatione & corruptione eadem sunt, sed ens & unum non differunt;ergo sunt eadem:Et hoc est,quod dicit litera, quòd manifestum est,quòd homo & ens homo, non separantur in generatione & corruptione:quando enim generatur homo,generatur & ens homo;& quando corrūpitur homo,corrūpitur & ens homo: similiter homo & unus homo non separatur in generatione & corruptione, quando enim generatur homo,generatur unus homo: Ex quo manifestū est quòd ens & unum sunt eadem, quia addito tertio , scilicet homine nihil aliud ostendit quàm hominem , & sic nihil aliud ostenditur per nomen entis quàm principium unius;quia quæcunque sunt eadem eidem, sunt eadem inter se. Deinde cum dicit.

Eadem eidē sunt eadem inter se.

Amplius autem cuiusque substantia unum est secundùm accidens,similiter & quod ens aliquid.

Ponit tertiam rationem, & est ratio talis. Vnitas rei idem est,quòd substantia rei,quæ est una; quia unaquæque res est una per substātiam suā, & non per aliud:similiter entitas idem est, quòd substantia rei,quę est: quia unumquodq; est ens per substantiam suam,& non per aliud: ergo unitas & entitas sunt idem,quòd substantia rei ; ergo sunt idem inter se, ex quo sunt eadem substātia.De ista ratione nō ponit plus,nisi quòd unūquodque est ens per substantiam suam , dicens ; quòd substantia uniuscuiusq; est una, ens per se, & non per accidens,nec per aliquid aliud. similiter uniuscuiusque substantia est ens per se,& nō per aliquid aliud. Notandum est, quòd Philosophus dicit,quòd unaquæq; res est una,& ens, & non per aliud,& hoc non probat hic:tamen probat Commentator, dicens sic ; res uel est una & ens per se, uel per aliquid aliud , quod est additū ei:si per se,habemus propositum.si per aliud quæstio est de illo addito;quæreretur enim Vtrum sit unum per se , uel per aliquid additum : si sit. ens per se,æquè benè poterat dici de primo, scilicet, quòd erat unum & ens per se;quia non est maior ratio in secundo,quàm in primo:si autem est ens & unum per aliquid additum,adhuc quæreretur de illo addito,& sic erit abire in infinitum,quod est impossibile.Notandum est,quòd uidetur fuisse discordiam inter Auicennam , & Auerroym , de uno,& de ente.Auicennas autem uidetur posuisse, quòd unum & ens significat aliquid additum rei,& non significat eius substātiam. De ente autem dixit propter duo , Primò propter differentiam entium: quoddam enim est ens, quod non est ab alio,& in tali ente esse non differt ab essentia:ita quòd esse dicit substantiam & essentiam rei:quoddam est ens,quod est ab alio, & in tali ente differt essentia & esse;& hoc quia in tali ente,quod est ab alio, substantia rei est in potētia ad esse: Secundò hoc dixit de ente,scilicet,ꝙ ens dicat rem habitam;quia differt dicere rem,& rē entē:imò potest sciri res, & ignorari esse eius: & potest sciri quid est res, & tamen ignoratur si

Dissidiū inter Auer. et Auicen.

E est.Secundò dixit de uno, quòd dicit rem additam,cuius rō potest esse duplex. Prima talis est, omne denominatum dicit rem additā illi , quod denominatur;unum autem prædicatur denominatiuè de eo,quod est unum. unde dixit Auicenna,quòd unum est de genere nominatorum. Secunda ratio eiusdem potest esse;quia si unum diceret rem eandem cum eo,quod est unum,& nō rem additam,nugatio esset,dicendo homo unus: quia idem bis repetitur semel per hominem , & semel per unum. Auerroes aūt dicit,ꝙ unum, & ens non dicunt rem additam substantiæ rei ; sed unaquæque res est ens,& unum per substantiam suam,cuius ratio iam tacta est;Quia si res esset una & ens per rem additam,esset abire in infinitum;si enim F esset res una per aliquid additū, quæreretur de illo addito, Vtrum sit unum per se, & si sit habemus propositum , scilicet , quòd aliquid est unum & ens per se : si autem per aliquid additum , erit processus in infinitū:Distinguit tamen Auerroys duplex unum , quod est principium numeri , & tale unum est de genere denominatorum,nec est idem,quòd substantia rei:& aliud unum, quòd conuertitur cum ente ; & tale unum idem est quòd substantia rei : & non obstante tali identitate;non oportet,quòd sit nugatio,dicendo homo unus;quia licèt homo & unus dicānt eandem naturam; tamen dicunt eandem secundùm diuersos modos, & rationes diuersas, quæ diuersitas excludit nugationem. Vnde Commentator G illud,quòd dicit ens per consignificationem,dicit unum per propalationem, quasi dicat,ratio unius non propalatur per rationem hominis. Licèt enim dicendo hominem, dicatur natura unius;tamen dicendo hominem non propalatur ratio unius;& ideo non est nugatio,dicendo unus homo. Deinde cum dicit.

Vnum duplex.

Quō ens, & unum dicūt eādem rem.

Quare quotcunque unius sunt species,tot entis , & de quibus quidem est eiusdem scientiæ genere speculari. Dico autem, ut de eodem,& simili,& aliis talibus.Ferè autem omnia referuntur contraria ad principium illud.Speculata sunt autem & ea à nobis in ecloga,idest explanatione, uel tractatione contrariorum.

Ostendit,quòd ad scientiam istam spectat cō- H siderare species unius: & diuiditur in duas partes:quia primò hoc ostendit: secundò ostendit, quòd partes huius scientiæ sunt partes substantiæ, ibi, [Et tot sunt partes Philosophiæ.] Dicit ergo primò, quòd ex quo unum,& ens conuertuntur; tot sunt species unius, quot entis: sicut ergo hæc scientia considerat de speciebus entis: ita considerabit de speciebus unius, quæ sunt,idem , simile, & æquale: Et hoc est, quod dicit litera, quòd ex quo ens & unum conuertuntur, tot sunt species unius,quot entis ; de quibus speciebus unius, istius scientiæ est considerare; dicimus enim quòd hęc scientia considerat de eodem, simili, & æquali,quę sunt species unius;ferè enim omnia communia reducuntur

Quot sunt spēs entis, tot sūt spēs unius.

cuntur in hoc principium, quod est unum;Dicit A autem ferè, quia non est ita manifestum in quibusdam contrariis,sicut in aliis:quomodo autem reducantur, hoc speculandum est in ecloga con trariorum, idest in parte & tractatu, qui est̓ electus ad tractandum de contrariis in Decimo.

Tex.com.9.

Identitas, similitudo, aequalitas quid dicũt.

Notandum, quòd identitas est unitas in substantia;similitudo est unitas in qualitate;ęqualitas autem est unitas in quantitate:& ideo simile, aequale,idem sunt species unius, Est ergo sententia Philosophi,quòd sicut huius scientiae est tractare de uno,ita huius est tractare de simili, aequali, & eodem,tanquam de speciebus unius.Notandum est,quòd Philosophus dicit;quòd contraria reducuntur ad unum,cuius ratio est,quia contrarietas est quaedam multitudo, sicut dicetur in Decimo B huius:dicetur enim ibi,quòd cõtrarietas est quaedam multitudo secundùm speciem: quando ergo dicitur, quòd contrarietas reducitur ad unũ, hoc potest uerificari multis modis,Primò modo sic;omnis multitudo ad unum reducitur, nã quae sunt multa in numero,sunt unũ in specie; & quae sunt multa in specie,sunt unum in genere:Secundò potest uerificari sic,contraria ita se habent,ꝙ in omnibus contrariis unum contrariorum se habet ad modum priuationis, & alterum ad modũ habitus : priuatiua autem reducuntur ad prima priuatiua,inter quae prima est unum,& multitudo: Tertiò potest uerificari & sic, ut nõ intelligatur de omnibus contrariis,sed intelligatur de simili & dissimili,& eodem & diuerso,& de ęquali & inaequali: quasi ergo dicat Philosophus, haec C scientia determinat de simili, & de codẽ,& aequali;quę cum suis contrariis reducuntur in unum et multitudinem,idem enim simile & aequale reducuntur ad unum ; sua autem contraria, quae sunt dissimile,& inaequale, & diuersum, reducuntur ad multitudinem.Deinde cum dicit.

Cõtrarietatem reduci ad unũ fiat multipliciter.

Partes unius correspõdent partibus entis.

TEX. 4.

Et tot partes sunt Philosophiae quot substantiae. Quare aliquam esse primam necesse,& habitam ipsis.Existunt enim rectè genera ens & unum habentia. Quapropter & haec sequuntur scientiae.Est enim Philosophus ut mathematicus dictus. Etenim ea partes habet,& prima quaedam, & secunda est scientia,& alia deinde in Mathematicis.

Metaphysica specialiter agit de substantia: alia. n. entia eo sunt entia, quia sunt in substantia.

Ostendit,quòd partes huius scientię,& partes D huius Philosophiae sunt partes substantiae.Ad eu ius euidentiam notandum est, quòd licèt haec scientia determinet de ente inquantum ens, tamen specialiter determinat de substantia, & de principiis substantiae;& hoc quia alia entia à substantia non sunt entia nisi quia sunt in substantia: quia ergo specialis intentio huius Philosophi est determinare de substantia, ideo dicit Philosophus,ꝙ partes huius scientiae accipiuntur secundùm partes substantiae,est enim quaedam substantia materialis, & quaedam immaterialis ; pars ergo huius scientiae determinat de substantia immateriali,& aliqua de materiali: Ita ꝙ sicut Mathematica est de quantitate,partes autem scientiae Mathematicae accipiuntur secũdũ partes quãtitatis,quia quędam scientia Mathematica est de numero,quaedam de magnitudine:ita hęc scientia est de substantia, partes huius scientiae accipiuntur secundùm partes substantiae;quia quaedã pars huius scientiae est de substantia immateriali, & quaedam de materiali,His uisis patet litera, dicit enim,quòd tot sunt partes Philosophiae, quot sunt partes substantiae, partes autem substantiae sic se habent, ꝙ necesse est aliquam substantiam esse primam,sicut immaterialem ; & aliquam secundam,sicut materialem,& consequenter se habentem:Et quia aliquis posset dicere, quomodo istę partes substantiae cum sint diuersae, possunt cadere sub una scientia.Respõdet Philosophus, quòd licèt sint diuersae, tamen habent ens & unum pro genere:& ideo illa scientia,quae determinat de ente & uno, determinat de istis sciis, Ita quòd partes huius scientię sequuntur se ad inuicem sicut & partes substantiae:sicut enim substantia est prior substantia, ita & pars huius scientiae est prior alia:Philosophus enim primus assimilatur Mathematico, Mathematicus autem habet primam partem & secundã:sicut prior est Arithmetica Geometria.ita similiter Philosophus primus habet diuersas partes, quarum una est alia prior.Notandum est,quòd prior dicitur duobus modis, est enim prius natura, & prius quò ad nos:si loquamur de priori quò ad nos, sic substantia materialis est prior; & scientia quae est de substantia materiali,est prior ; quia omnis doctrina nostra incipit à notioribus nobis: si autem loquamur de priori in intẽtione & dignitate.sic substãtia immaterialis prior est, & scientia, quae est de substantia immateriali : Philosophus enim primus non tradit cognitionem substantiae materialis, nisi ut per cognitionem eius deueniamus in cognitionem substantiae immaterialis.

Subſtantia duplex.

Metaphysica est una unitate generis, cuius partes sunt plures.

Necesse est aliquã substantiam esse primam.

Prior dupliciter.

Quaereret quis ad euidentiã huius lectionis, Vtrum ens dicat aliquid additum esse,& substantiae rei? uidetur quòd sic ; quia ens imponitur ab esse existentiae, quia illud uocatur ens,quod existit: sed existentia dicit aliquid additum essentiae & substantiae rei,ergo & ens:quod autem existentia dicat aliquid additum esse,& substantiae rei, patet per autoritatem Boetii de Hebdomadibus, ubi dicit; quòd in entibus creatis diuersum est esse,& illud quod est;uocat autem illud,quod est,essentiam,esse autem existentiam.Ad oppositum est Philosophus in litera,qui dicit, quòd idẽ est homo,& ens homo,& unus homo; ita quòd ens & unum nihil aliud addunt super humanitatem. Circa hanc quaestionem sunt duo modi dicendi:dicunt enim quidam;quòd uno modo ens imponitur ab esse essentiae,ita quòd illud uocatur ens,quod essentiã habet: & si isto modo accipiatur,sic ens nihil dicit additum super essentiam; quia essentia,& esse essentiae dicit eandem rem: Secundo modo ens imponitur ab esse existentię, & secundùm istum modum accipiendi ens, ens in omni-

Quaestio.

De ente, essentia,& esse.

In entibus creatis diuersum est esse,& illud quod est.

Ens à duob. denominatur.

in omnibus rebus creatis dicit aliquid additum ſuper eſſentiam & ſubſtantiam rei; quia ens dicit exiſtentiam, ſeu eſſe exiſtentiæ, quod quidem eſſe exiſtentię non eſt idem, quod eſſe eſſentiæ in rebus creatis; quòd autem eſſe exiſtentiæ non ſit idem, quod eſſe eſſentię rei in rebus creatis, hoc probant tribus modis: Primū medium fundatur ex rei poſsibilitate; nam omnis eſſentia rei creatæ poſſibilis eſt ad eſſe: eſſentia enim rei createę non eſt neceſſe eſſe, ſed poſsibiliter aſpicit eſſe, quia poteſt eſſe & non eſſe; nulla autem res eſt poſsibilis ad ſeipſam; ſi ergo eſſentia eſt poſsibilis ad eſſe, non eſt idem quòd eſſe ſi enim eſſet poſsibilis ad eſſe, & tamen eſſet idem cum eſſe, eſſet poſsibilis ad ſeipſam. Secundum medium ſumitur ex rei limitatione; quęlibet enim eſſentia creata limitata, & finita eſt; ſi autem eſſentia creata eſſet ſuum eſſe: eſſet illimitata & infinita: ſi enim eſſet ſuum eſſe, à ſeipſa haberet eſſe, & non ab alio, & per conſequens eſſet infinita ſuperiùs, ex quo ab alio non eſſet: ſi etiā eſſet ſuum eſſe, eſſe ſuum non eſſet receptum in alio, & ſic eſſet infinita inferiùs; & ſic eſſet infinita ſuperiùs & inferiùs, quod eſt contra eſſentiam rei creatæ. Tertium medium ſumitur ex compoſitione, quęlibet enim res creata compoſita eſt multis cōpoſitionibus, ita tamen, quòd prima compoſitio eſt ex eſſentia & eſſe; ſic autem in eſſentialiter ordinatis, quòd ubi non eſt primum, non eſt ſecundum, neque tertium, ubi ergo non erit prima compoſitio, non erit ſecunda, neq; tertia; & hoc quando compoſitiones eſſentialiter ordinantur ſi ergo eſſentiali ordine compoſitio ex eſſentia & eſſe eſt prima, ubi non eſt illa, nec aliqua aliarum eſt: ſi ergo res creatæ carent compoſitione, quæ eſt ex eſſentia, & eſſe; carent omnibus aliis; & ſic res creatæ ſimpliciſsimæ ſunt: Hic eſt ergo unus modus dicendi.

Eſſe exiſtentia non eſt idem, q̄d eē eſſentia.

Nulla res ē poſsibilis ad ſeipſam.

Quælibet res creata componit̄ multis cōpōnib.

Alius modus dicendi eſt, quòd idem eſt eſſentia & exiſtentia, ita quòd ens nihil additum dicit ſuper eſſentiam: & hic modus dicendi magis appropinquatur uerbis Philoſophi, quàm modus præcedēs, apertè enim dicit Philoſophus, quòd nihil differt dicere in re, homo, & ens homo; ſi autem ens diceret aliquid ſuper hominem, differret dicere homo & ens homo, quia quando diceretur homo, diceretur quidditas & eſſentia tantùm, quando autem diceret homo & ens homo, diceret eſſentiam & eſſe, & per conſequens dicerentur duę res, & ſic multùm differret dicere homo & ens homo. Et ſi dicatur, quòd duplex eſt ens, ens, quod dicit eſſe eſſentię, & de tali ente loquendo, non differt dicere homo & ens homo, aliud eſt ens, quod dicit eſſe exiſtentię: & de tali ente loquendo, differt dicere homo & ens hō; qđ non poteſt dici ſecundùm intentionē Philoſophi, quia Philoſophus dicit, quòd non differt dicere homo & ens homo in generatione & corruptione: ergo loquendo de ente, ad quod terminatur generatio; ſed tale eſt ens, quod dicit eſſe

Eſſe non uenit ab eſſentia, ſed ab ente, ab eſsētia uerò uenit exiſtentia.

E exiſtentiæ: Philoſophus ergo loquitur de eſſe exiſtentiæ, & non de eſſe eſſentiæ apertè; Et eſt hoc contra intentionem Commentatoris, qui dicit, quòd unaquæque res eſt ſupple eſſentia ſua, ita quòd ens nihil addit ſuper eſſentiam ſuam, ſi enim ens, ſiue eſſe exiſtentiæ aliquid adderet ſuper eſſentiam, eſſet proceſſus in infinitū; ſicut arguit Commentator: dicit ergo ſecundùm iſtum modum, quòd eſſe & eſſentia dicunt eandem rē, ita ꝙ ens nihil addit ſuper eſſentiā: licèt āt dicat eandē rē: tamen dicit eam ſcđm diuerſas rōnes, ita ꝙ una & eadem realitas ſub una ratione uocatur eſſentia, ſub alia uocatur eſſe: diuerſitas autē iſtarum rationum diuerſimodè a diuerſis aſsignatur, Quidā enim dicunt, quòd eadem realitas ſi-

F gnificatiua per modum habitus eſſentia dicitur, ſignificatiua per modum actus eſſe dicitur. Exēplum, eadem realitas eſt lux & lucere, tamen illa realitas per modum habitus dicitur lux, ſignificatiua per modum actus dicitur lucere; ita quòd eſſentia, & eſſe eſt una realitas ſignificatiua per modum habitus, & per modum actus. Aliī autem ſunt, qui hanc diuerſitatem dant ſic intelligere, dicunt enim quòd eadem realitas eſt obiectū intellectus diuini, ſiue operationis, & actionis diuinæ; quę operatio dicitur creatio; iſta ergo realitas inquantum eſt obiectum intellectus diuini, uocatur eſſentia; inquantū eſt terminus operationis diuinæ, dicitur eſſe, Verbi gratia, illa eadem humanitas quę eſt obiectum intellectus diuini,

G poſtea eſt obiectum operationis diuinę, dicitur eſſe. Sic ergo ſuſtinendo hanc poſitionem, poſſumus reſpondere ad argumenta alterius poſitionis: quando enim dicitur quòd nulla res eſt in potentia ad ſe ipſam: Argumentum procedit ex falſa imaginatione: non enim imaginandum eſt, ꝙ eſſentia ſit quædam res, quę ſit in potentia ad eſſe, quaſi ad quandam aliam rem: ſed imaginandū eſt, quòd tam eſſentia, quàm eſſe eſt in potentia creantis & facientis: quando enim aliquid creatur, tota realitas creatur; et ideo tota realitas eſt in potentia; cum ergo realitas ſit eſſentia, eſſentia eſt in potentia non quidem ſubiectiua, ſicut imaginātur iſti: (uidentur enim imaginari, quòd eſſentia ſit in potentia ad recipiendum eſſe tan-

H quam aliam rem diuerſam) ſed eſt in potētia obiectiua, quia tota eſſentia eſt obiectum potentiæ creātis. Ad ſecundùm argumentum, quando dicitur, quòd ſi eſſentia eſt ſuum eſſe, quòd eſſet illimitatum & infinitum; dicendum eſt, quòd ſequitur hoc, iſta enim eſſentia ita eſt ſuum eſſe, qđ eſſe ipſum eſt limitatū ſuperius, quia ab alio eſt: nō enim ſequitur eſſentia eſt eſſe, ergo nō eſt ab alio: Dictum eſt enim iam, quòd eſſentia rei ita eſt eſſe, quòd hæc tota eſſentia poſsibilis eſt; & quia illud quod eſt poſsibile, eſt ab alio; ideo eſſentia eſt ab alio; & quia eſt ab alio, ideo & limitata ſuperiùs: Si enim eſſentia ita eſſet eſſe, quod neceſſe eſſet ipſam eſſe, non caderet ſub ratione poſsibilis, & ſic non eſſet ab alio; & ſic eſſet

In oīa reſolutionis per intellectum ſp cōmū addit ſup particularius ſicut diuiſibile ſup diuidentia: In uia aūt cōpoſitiua ſp particularius addit ſup cōmu, ſicut diuidentia ſup diuiſibilia: & ita ens, ut cōſiſmu, eſt primū in eſſendo, & etiam ultimū, ad quod omnia reſoluuntur.

Eſſe & eſsētia dicūt eādem rem.

Eſſentia eſt in potentia obiectiua.

ſet

fet per consequens illimitata superiùs; sed quia essentia rei creatæ ita est suum esse, quòd tota habet rationem possibilis; ideo ab alio est: & per cõsequens limitata est superiùs, & etiam limitata in se; non quia esse recipiatur in essentia, sicut dicebant isti; sed quia essentia habet esse certum, & limitatum gradum perfectionis. Ad tertium argumentum quando dicitur, quòd compositio ex essentia & esse, est prima: & per cõsequens, si hoc non est in rebus, nulla alia est. Dicendum est, ꝙ compositio ex actu & potentia est prima compositio in rebus creatis, & si hæc non esset, ibi nulla alia esset: non autem imaginandum est, quòd potentia & actus in rebus creatis semper dicant duas res; sed sufficit, quòd dicant eandem rem, secũdùm diuersas rationes: Ita quòd in rebus creatis una & eadem res: primò fuit in potentia, postea fuit in actu, & ex hac potentia, & actu attingũt omnem rem creatã; Eodẽ mõ dico de essentia & esse, in rebus creatis nõ dicunt compositionem secundùm rẽ, sed secundùm rationem; quia illa realitas, quæ dicitur essentia, dũ est obiectũ intellectus diuini, & est in potentia facientis; potest dici esse, dum actu est terminus operationis diuinæ. Argumentum autem arguebat, ac si cõpositio ex essentia, & esse esset compositio secundùm rem. Ad authoritatem Boetij, quòd esse & essentia differunt in omni re creata, prolixè esset respondendum; sed tamen quantum spectat ad propositum, dicendum est; quòd non oportet, ꝙ differant secundùm rem, sed solùm secundùm rationem sufficit. Hæc ergo dicta sunt de ente: de uno autem hic prætermittendum est; quia de ipso multa dicentur in Decimo.

Compõ ex actu, & põa est prima in rebus creatis.

Actus, et potentia non semper dicunt duas res, sed unã eadẽ rem.

Tex. cõ. 8. & inde.

Quoniam autem unius est opposita speculari, & uni opponitur pluralitas, & negationem, & priuationem unius est speculari; quia utrunque speculatur unum, cuius negatio aut priuatio. Hæc autem quæ simpliciter dicuntur; quia non inest illi, aut alicui generi.

Postquam ostẽdit, quòd partes huius scientiæ se extendunt ad considerationem unius: hic ostẽdit, quòd potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem multitudinis, seu pluralitatis, quæ opponitur uni: Et diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quòd ad hanc scientiam spectat considerare multitudinem: secundò ostẽdit, quòd ad hanc pertinet considerare species multitudinis, quę sunt diuersum, dissimile, & in æquale, ibi, [Sed ubi opponitur pluralitas.] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem multitudinis: secundò manifestat, quod dixit, ibi [Huic igitur] Primo ergo ostendit, quòd hæc scientia considerat multitudinem & pluralitatem; & est ratio sua talis, Vnius sciẽ est considerare opposita; cùm ergo unum, & multa opponatur; quia unum uel est priuatio, uel negatio multitudinis; sequitur, quòd unius scientiæ est considerare unum & multa; cum ergo hæc scientia considere-

Spẽs multitudinis quę.

Vnũ quid.

A ret unum, ergo considerabit multitudinem. Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit sic, ꝙ unius scientiæ est speculari opposita, uni autem opponitur pluritas, ideo scientiæ huius est considerare pluralitatem, quia debet considerare illud, cuius priuatio uel negatio est unũ hæc.n. scientia propter utrumque speculatur unum, & propter negationem & propter priuationem, de essentia cius est, uel quod sit negatio simpliciter dicta, quia absolute hoc negatur ab illo, & hoc non est illi, negatio autem in genere uocatur, quia negatur non simpliciter, sed in tali genere; sicut impar est negatio paris in tali genere, scilicet in numero. Notãdum est, quòd unum est ens non diuisum: debemus enim imaginari, quòd omne ens

B uel est ens simplex, uel est ens cõpositũ: Si aũt est ens simplex, sic sua unitas est sua simplicitas; & ideo dicitur unũ; quia nec est diuisibile in potentia, nec diuisum in actu: Si aũt est ens cõpositũ, ideo est unum; quia non diuisum in actu: sic ergo unũ semper priuat diuisionẽ: Et sic benè dictum est, quòd unum est ens non diuisum; & per consequens ratio sua consistit in priuatione & negatione diuisionis, & per consequens multitudinis. Deinde cum dicit.

Negõ simpliciter, & in genere.

Vnum est ens non diuisum.

Ens duplex.

Vnum dicit negationem in genere non principaliter, sed positiuum.

Huic igitur uni differentia adest, præter quod est in negatione. Illius enim absentia negatio est. In priuatione uerò subiecta quædam fit natura, de qua dicitur priuatio.

C Manifestat quoddam, quòd dixit: dixit enim, quòd unum est negatio, uel priuatio: uult ergo manifestare, quòd unum magis debet dici negatio, quàm priuatio. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ negatio, & priuatio conueniũt & differunt. Cõueniunt quidẽ, quia illud idẽ, qđ negatur per negationẽ, negatur ẽt per priuationẽ, Exẽplũ; nõ uidens negatio est, quæ quidẽ negatio negat uisum, cæcus aũt priuatio est, quæ quidẽ priuatio ẽt negat uisum: Differunt autem; quia priuatio addit supra negationem unam differentiã, quia licèt unum & idem negetur per priuationẽ & negationem; tamen negatio potest dici de ente & de non ente: ita quòd illud, quod negatur à negatione, potest negari ab ente & non ente: nõ uidens enim potest dici de ente & de non ente,

D Illud autem quod negatur per priuationem tantùm, negatur ab ente: cæcus enim non dicitur nisi de ente: unum ergo cum dicat negationem in natura entis, magis debet dici priuatio quàm negatio. His uisis, patet litera, quæ dicit, quòd huic, idest uni adest una differentia præter quàm in negatione, idest quæ non est in negatione: est enim differentia inter negationem & priuationem; quia negatio est absentia rei, siue sit in ente, siue in non ente: ita quòd negatio non determinat sibi specialem naturam; in priuatione uerò semper est quædam specialis natura, de qua dicitur priuatio. Notandum est enim, quòd priuatio est negatio in genere, & ita priuatio addit speciale genus super negationem: cùm ergo

Negõ & priuatio conueniunt, & differunt.

go unum sit ens non diuisum determinat sibi ens, & sic debet dici priuatio. Deinde cum dicit.

Sed uni pluralitas opponitur. Quare opposita dictis diuersumque & dissimile & inæquale, & quæcunque alia dicuntur, aut secundùm pluralitatem & unum, est dictæ cognoscere scientiæ, quorum unum quidem contrarietas est. Differentia namque quædam contrarietas est, & differentia diuersitas.

Postquam dixit, quòd hæc scientia se extendit ad unum & multitudinem: hic ostendit, quòd se extendit ad considerandum species multitudinis: Et hoc est, quod dicit, quòd uni opponitur pluralitas; & ideo illa scientia, quæ considerat unum, considerat species unius, quæ sunt, (ut dictum est) idem, æquale, & simile: & eadem scientia considerat opposita hiis speciebus, quæ sunt diuersum, dissimile, & inæquale; & hoc quia hæc tria sunt species pluralitatis: Istius ergo scientiæ est cognoscere omnia, quæ reducuntur ad unum & pluralitatē; de numero quorum est ipsa contrarietas: contrarietas enim est quædam differentia secundùm speciem, ut dicetur in Decimo. Differentia autem quædam est diuersitas; diuersitas autem reducitur ad multitudinem. Notandum est, quòd diuersitas est quædam multitudo; sed non omnis multitudo; sicut enim identitas non est omnis unitas; sed tantùm unitas in substantia; & ideo diuersitas dicitur species multitudinis. Similiter dissimilitudo non est omnis multitudo, sed solùm multitudo in æqualitate; & iō dissimilitudo dicitur species multitudinis, Eodē modo inæqualitas non est omnis multitudo; sed tantùm multitudo in quantitate: & ideo est quædam species multitudinis. Imaginabimur ergo, quòd multitudo est sicut quoddam transcendens se extendens ad prædicamentum substantiæ, quātùm ad diuersitatem, & ad prædicamentum qualitatis, quantùm ad dissimilitudinem, & ad prædicamentum quantitatis, quantùm ad inæqualitatē; Benè ergo dixit Philosophus, quòd eiusdem scientiæ est dicere de multitudine, & dissimili, & inæquali, & hoc quia sunt species multitudinis. Notandum est, quòd contrarietas est diuersitas; sed non omnis diuersitas, sed est diuersitas & differentia secundùm speciem, & eorum, quæ maximè distant sub eodem genere; & ideo contrarietas est quædam diuersitatis species: sicut ergo diuersitas reducitur ad multitudinem: ita contrarietas; Benè ergo dixit Philosophus, quòd hæc scientia considerat contrarietatem, tanquā quid reductum ad multitudinem; hæc enim scientia quędam considerat, quæ reducuntur ad unum; de numero quorum est idem, simile, & æquale; quædam considerat, quæ sunt reducta ad multitudinem: de numero quorum est contrarietas. Deinde cum dicit.

Ordo transcēdēs attributionis. Vnitas. Identitas. Similitudo. Pluralitas. Diuersitas. Differētia. Cōtrarietas.

Multitudo, se hēt, sicut trāscendens

Cōtrarietas qua diuersitas.

Quare quoniam unum multipliciter dicitur, & hæc quidem multipliciter dicentur. Attamen unius omnia cognoscere. Non enim simpliciter alterius. Quare si nec secundùm unum, nec ad unum E *rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam uerò ad primum omnia referuntur, ut quæcunque unum dicuntur, ad primum unum; similiter dicendum est & de eodem, & diuerso, & contrariis se habere.*

Postquam ostendit, quòd hæc scientia considerat de uno, & sibi oppositis; hic ostendit per quem modum considerat de istis: Et tria facit: quia primò ostendit modum considerandi: secūdò ex modo dato concludit quandam regulam necessariam hic: tertiò soluit quandam quæstionem motam in Tertio: Secunda ibi, [Ergo diuisum.] Tertia ibi. [Palàm ergo.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd si unum diceretur æquiuocè de omnibus speciebus suis, omnia, quæ dicunt unum non possunt esse sub una scientia: F quia æquiuocorum una scientia non est; sed quia unum dicitur analogicè, & in respectu ad unum primum de omnibus, quæ dicuntur unum: ideo talia possunt cadere sub a scientia. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus, quòd licèt unum dicatur multipliciter de illis, de quibus dicitur; hoc est secundùm multas rationes; tamen nō ob stāte hoc, unius scientiæ est cognoscere omne unum inquantum unum. Non enim sequitur, hoc dicitur multipliciter, ergo nō potest cadere sub una scientia: si enim diceretur ita multipliciter, quòd illa multiplicitas esset æquiuocatio, in qua quidem æquiuocatiōne sunt diuersæ rationes, nō relatas ad unum; necesse esset, quòd illa, quæ sic differunt illis rationibus, essent alterius & alterius scientiæ; quando autem illæ rationes referūtur ad unum primum, tunc de omnibus illis potest esse una scientia: Sic autem est in uno; omnia enim, quæ dicuntur unum, dicuntur in aspectu ad unum primum, & ideo possunt cadere sub una sciētia: Et sicut dictum est de uno, eodem modo dicendum est de eodem, & diuerso, simili, & dissimili, & contrariis: de hiis enim potest esse una scientia, & hoc quia omnia dicuntur in aspectu ad unum primum. Deinde cum dicit. G

Aequiuocorum non est una sciētia.

Quō ex diuersitate obiectorū uariatur scientia, & quo non.

Ergo diuisum, quotiēs dicitur singulum, sic reducendum est ad primum in singulis prædicatis, quomodo ad illud dicitur. Hoc enim habendo illud, illa uerò faciendo illud, alia uerò secundum alios dicentur modos.

H Dat quandam regulam generalem in materia ista. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd æquiuocum & analogum in hoc cōueniūt, quòd utrunque concernit diuersas rationes; tamen in hoc differunt, quòd æquiuocum concernit diuersas rationes simpliciter & absolutè; analogum autem concernit diuersas rationes in aspectu ad unum primum: ita quòd in omni analogia est diuersitas rationum continentium unum primum. Est ergo regula Philosophi, quòd analogum, de quo est hæc scientia, diuidendum est in res suas: & postea uidendum, quomodo diuersimodè res illæ aspiciunt primum. Et hoc est, quod dicitur in litera, quòd diuiso analogo, quotiens dicitur unumquodque illorum, quæ sunt sub

Conuenientia, & differentia inter æquiuocum et analogum.

Regula.

sub analogo, referendum est, & reddendum est ad ipsum primum secundùm proportionem & habitudinem suam. Verbi gratia aliqua sunt, quę referuntur ad aliquod primum, quia habent illud: alia sunt, quæ referuntur, quia faciunt illud: & alia secundum alios modos, Sicut dicimus, quòd animal attributionem habet ad sanitatem; & hoc quia illam habet; medicina autem, quia illam facit; urina autem quia illam significat: & sic diuersæ res secundùm diuersos modos, & proportiones ad unum referuntur. Deinde cum dicit.

Aliqua referri tripliciter.

Palàm ergo quod in quæstionibus dictum est; quia unius est de his, & de substantia sermonẽ habere, hoc autem erat unum dubitatorum.

B Et dictis soluit quandam quæstionem motam in Tertio; quærebatur enim in Tertio, Vtrum eiusdem scientiæ sit considerare communia iam dicta, & substantiã? Dicit ergo Philosophus hic, quòd manifestũ est illud, quod quęrebatur in dubitationibus Tertij; manifestum est enim, quòd eiusdem scientiæ est habere sermonem de substantia, & de his communibus; hoc autem erat unum, quod quærebatur in Tertio. Notandum est quòd ex præcedentibus nos habemus, quòd hæc scientia de substantia est; dictum est enim ꝙ licèt hæc scientia sit de ente, tamen specialiter est de substantia: probatum etiam fuit, quòd hæc scientia considerat de communibus, quæ consequuntur ad ens & unum: Et ideo benè dixit Philosophus, quòd manifestum est ex præcedentibus, quòd unius scientiæ est considerare de substantia, & de iis consequentibus: Hoc autem erat unum de iis, quæ quærebantur in Tertio.

Metaph. est de substantia, & de cõsequentibus substantiã.

TEX. 5. *Et Philosophi est de omnibus posse speculari. Nã si non Philosophi, quis est, qui inuestigat, si idem Socrates, & Socrates sedens? aut si unum uni contrarium? aut quid est contrarium? aut quotiẽs dicitur? similiter autem & de talibus?*

In parte ista Phiilolosophus adhuc probat per quasdam rationes communes, quòd hæc scientia considerat de communibus: Et diuiditur in duas partes; quia primò hoc probat: secundò epilogat omnia, quæ dicta sunt in præcedentibus, ibi, [Quod quidem igitur unius est] Prima in duas; quia primò ostendit, ꝙ hęc sciã cõsiderat de cõibus: secundò ex hoc concludit, ꝙ nullius alterius sciæ speculatiuę est speculari de his, ibi [Et propter hoc non est] Prima in quatuor partes; quia primò Philosophus probat, quòd huius scientiæ est speculari de eodem, & diuerso, & contrario: secundò probat, quòd huius scientiæ est speculari de partitionibus entis: tertiò probat, quòd huius scientiæ est speculari de ente: quartò ostẽdit, quòd huius scientiæ est speculari de contrariis: Secunda ibi, [Quoniam ergo unius] Tertia ibi, [Signum aũt] Quarta ibi, [Ampliùs aũt contrariorum.] Primò ergo probat, quòd huius sciẽtiæ est speculari de eodem & diuerso, & est ratio talis: Omnis quæstio in aliqua scientia debet ter-

Huius scientiæ est speculari de eodẽ & diuerso.

A minari: sed quæstio de eodem & diuerso non potest terminari in aliqua scientia; ergo oportet, quòd terminetur à Philosophia prima, siue à sciẽtia communi: Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit sic; quòd speculari de omnibus, idest de cõmunibus Philosophi primi est, & Metaphysici; nã si ista scientia non inuestigat talia; nulla alia sciã illa inuestigabit; nãque nulla alia sciã specialis intromittit se ad terminandum quæstiones, quæ sunt de eodem, & diuerso; sicut non intromittet se de ista quæstione, si idem est Socrates, & Socrates sedens: Similiter nulla scientia specialis intromittet se de quæstionibus, quæ sunt circa contraria: ut si unum uni contrarium est: aut quid est contrarium: aut quoties dicitur contrarium; de talibus enim communibus non intromittet se aliqua scientia specialis, sed solùm communis. Notandum est, quòd communia hic uocantur, quæ possunt saluari in multis scientiis: quęstiones etiam communes uocãtur, quę possunt quęri in multis scientiis; sicut quæstio de eodem, & diuerso; & sicut quæstio de contrario, & de non contrario. Manifestum est enim, an hoc sit idem illis, aut non; ita potest quæri in Geometria, sicut in Aritmetica: Hæ ergo quæstiones non debent terminari in aliqua scientia speciali, cuius ratio est; quia ex quo communes sunt, qua ratione terminarẽtur in una sciẽtia, fortè terminarentur & in alia: & sic scientia eiusdem replicarentur in multis scientiis: Est etiam secunda ratio ad hoc,
C quia quæstio terminanda in scientia non debet excedere subiectum scientiæ; cùm ergo quæstiones communes excedant subiecta scientiarum specialium, non debent terminari in scientiis specialibus, nisi inquantùm sunt contractæ ad tale subiectum. Deinde cum dicit.

Metaph. antonomaticè Philosoph.

Quæ dicantur cõia.

Terminãda in scientia, non debent excedere subiectum sciẽtiæ.

Quoniam ergo unius inquantũ est unũ, & entis inquantũ est ens, eadẽ secundùm se passiones sunt; sed non inquantùm numeri, aut lineæ, aut ignis, palàm quia illius scientiæ est quid est in eis cognoscere, & eorum accidentia.

Ostendit, quòd hæc scientia se extendit ad considerandum passiones unius, & entis: Et duo facit, quia primò ostendit hoc; secundò concludit quandam conclusionem, ibi [Et ideo non peccant] Primò ergo ostendit, quòd istius scientiæ
D est considerare passiones entis & unius: & est rõ sua talis. Eiusdem sciẽ est cõsiderare subiectũ & passiones eius; sed hęc sciã cõsiderat ens & unũ; ergo cõsiderat passiones entis & unius. Visa rõne, patet litera, quæ dicit sic: ꝙ quia aliqua sunt, quæ sunt passiones unius inquantũ unũ, & entis inquantùm ens, quę non sunt passiones numeri inquantũ numerus; & lineæ inquantũ linea; nec ignis inquantũ ignis, manifestum est, ꝙ illius sciẽtiæ, cuius est cognoscere quid est ens & unũ, est cognoscere accidẽtia ipsius, scilicet enti & uno. Deinde cum dicit.

Ens hẽt passiones.

Et ideo non peccant, qui de eis intendebant quasi non philosophantes; sed quia primum est substantia

O 2 de,

de qua nihil audiunt. Quare sicut sunt & numeri, et & inquantùm numeri propriè passiones sunt, ut imparitas & paritas, & mensuratio, æqualitas, excedentia, & defectio, & ea quæ secundùm se, & adinuicem insunt numeris. Similiter aũt & solido & mobili, & immobili, et leui, et graui sunt alia propria; sic entis inquantùm est ens, quædam propria, & ea sunt, de quibus est Philosophi perscrutari ueritatẽ.

Concludit ex prædictis quandã conclusionẽ, dicẽs: quòd quia entis unius sunt passiones: ideo illi, quòd determinant de istis passionibus, non peccant, quasi hoc non spectet ad Philosophiam: benè tamen in hoc peccant; quia cùm substantia sit primum ens inter omnia entia, de illa nihil dicunt; cùm tamen specialis intentio huius Philosophiæ sit circa substantiam: Quòd aũt non peccent; patet ex hoc, quia sicut sunt quædam passiones numeri inquantùm numerus, sicut est paritas, & imparitas, & superfluum, & diminutum, & æquale, & commensuratum; quarũ quædam passiones insunt numero absolutè, sicut par, & impar; & quædam in relatione ad aliud, sicut æquale; quia omne æquale respectu alterius est æquale; & sicut sunt quædam passiones, quæ sequuntur solidum, & corpus; & quæ sequuntur naturã mobilis, uel immobilis; uel quæ sequuntur naturam leuis & grauis: Ita sunt quædã passiones entis inquantùm ens, de quibus passionibus speculari ueritatem spectat ad Philosophum primum, Notandum est, ꝙ quædam sunt, quæ sequuntur naturam entis illius, uel istius; sicut naturam numeri, uel magnitudinis: & de talibus passionibus illa scientia debet determinare, cuius est illud subiectum terminatum: quædam sunt passiones, quæ sequuntur naturam entis in se, uel unius; eo modo quo dicimus, ꝙ omne ens, uel est necesse, uel possibile; uel est prius, uel est posterius; & de talibus spectat determinare ad scientiam, cuius subiectum est commune. Notandum est, ꝙ si entis inquantùm ens nullæ essent passiones communes, Philosophi antiqui tractando de istis in prima Philosophia peccassent: quia ex quo nõ essent passiones entis, nõ deberent determinari in sciẽtia de ente; sed quia multæ sunt passiones; ideo non peccant in determinando de istis: licèt possit esse peccatum in alio; quia scilicet non determinatur in principio de substantia. Deinde cum dicit.

Passiones multiplices.

Vnum est passio entis, dicit tamen Philo. easdẽ esse passiões entis & unius; quod dicit, quoniam unum est prima passio adhærens enti, qua mediante insunt eĩ aliæ passiones: quare fit, ut quodãmodo habeat rõnem subiecti: ita ut dicantur æqualiter passiones esse eadem utriusque: ex quibus habere poteris, quõ passionis sit passio.

Signum autem, Dialectici nãque et Sophistæ eandẽ subinduunt figuram Phylosopho; quia Sophistica apparens est Sophia, et Dialectici de omnibus disputant, omnibus autem commune ens est. Disputant autem de his, scilicet quia Sophistæ sunt ea communia. Nam circa idem genus uersatur, & Sophistica, & Dialectica cum Philosophia.

Ostendit, quòd huius scientiæ est determinare de ente; quod fuit suppositum in ratione præcedenti: Vnde hæc ratio confirmat præcedentem, & est ratio talis: Circa idem uersatur Dialectica, & Sophistica scientia; sed Dialectica &

Circa idem uersatur Dialecticus

E Sophistica uersantur circa ens inquãtùm ens: ergo Metaphysica circa ens: In hac ratione sic procedit; quia primò ostendit, quomodo Dialectica, Sophistica & Metaphysica uersantur circa ens, & circa communia: secundò, ne aliquis crederet, quòd quia uersantur circa idem, sint eædem scientiæ; dat differentiam inter illas, ibi, [Sed differt.] Dicit ergo primò, ꝙ signũ, ꝙ hæc scientia uersatur circa communia, & circa ens; sumitur ex cõuenientia, quam habet Metaphysica cum Dialectica, & Sophistica; Dialecticus.n. & Sophisticus induunt eandem figuram, & eandẽ similitudinem cum Philosopho: Sophistica enim est quædam Sophia, idest Philosophia apparens circa omnia, idest circa totum ens: Dialectica ẽt F disputat de omnibus; omnibus autẽ cõe est ens: & ita intromittit se de toto ente; disputando aũt de omnibus, & intromittendo se de toto ente, intromittit se de eo, qđ est proprium Philosophiæ primæ; & hoc quia circa idem genus uersatur Dialectica, Sophistica, & Metaphysica. Deinde cum dicit.

Sophista, et Metaphysicus.

Sed differt ab hac quidem modo potestatis, ab illa uerò uitæ proæresi, idest electione. Est aũt Dialectica tentatiua, de quibus Philosophia est sciens: sophistica quidem apparens, existens uerò non.

Ponit differentiã inter Metaphysicam & has duas sciẽtias, dicens; quòd licèt Metaphysica cõueniat cum Dialectica; tamen differt ab ea potestate: maioris enim uirtutis est consideratio Metaphysici, quàm Dialectici. G Nam Metaphysicus de his communibus demonstratiuè dicit, generando scientiam de eis: Dialecticus autem de his determinat solùm ex quibusdam probabilibus: & ita non generat de eis, nisi opinionẽ: Licèt.n. Metaphysica, & Sophistica conueniant; tamen differunt uitæ proæresi, idest electione, siue desiderio uitæ; quia ad aliud ordinant uitam suam iste & ille: Metaphysicus enim ordinat desiderium suum ad sciendum ueritatem: Sophistica autem ad hoc, ut uideatur scire: Et propter istã differentiam, quæ est inter Dialecticam, & Metaphysicam dicitur, quòd Dialectica est tentatiua de his, & procedit modo tentatiuo; qui quidem modus est procedere per quædam extranea; H de quibus Metaphysica est procedens, & sciens modo scientifico; qui quidem modus est procedere ex propriis: Et propter istam differentiam, quæ est inter Metaphysicam, & Sophisticam dicitur, quòd Metaphysica est uera scientia, Sophistica autem uidetur scientia, & non est.

Quo differunt adinuicem Dialectica, Sophistica, & Metaphysica.

Quæreret quis, Vtrum Metaphysica, & Dialectica uersentur circa idem? Videtur ꝙ non; quia sciẽ secãtur, & diuiduntur sicut & res, de quibus sunt: si ergo res, circa quã est Dialectica, & Metaphysica est una: ergo Metaphysica, & Dialectica est una scia. Ad oppositũ est Philoso. Dicẽdũ est, ꝙ Metaphysicus & Dialecticus primò nõ uersantur circa idẽ; sed secundariò, Ad cuius euidentiã notandum

Quæstio.

Dialecticus et Metaphysicus quomodo uersant circa idem.

notādū est, ꝙ duplex est ens; ens rei, & ens rōnis; *Ens duplex* ens qđ factū est ab intellectu, quale ens sunt secundæ intentiones, quas secundas intentiones fabricat intellectus circa entitatē realem, sicut sunt genus & species, particulare & uniuersale, affirmatio & negatio, & sic de similibus. Metaphysica propriè est circa ens rei; Dialectica aūt est circa ens rōnis: Est.n. imaginandū, ꝙ Dialectica est inuenta ad regulandum decursum intellectus, & *Dialectica circa quid, & ad quid.* rōnis: & ideo sunt inuentæ quædā secundæ intentiones, quibus pōt regulari ipse decursus, de quibus secundis intentionibus propriè Logica est, siue de discursu regulato per istas intentiones; & sic patet, ꝙ hæ sciæ.s. Metaphysica, & Dialectica nō sunt circa idem: Primò, quia Metaphysica est circa ens rei, & circa ens reale: Dialectica aūt circa ens rōnis: secundariò aūt Dialectica uersatur circa totum ens; sicut & Metaphysica, cuius ratio est; quia Dialectica est de secundis intētionibus: & quia secundę intentiones possunt applicari ad totum ens reale; ideo Dialectica aspicit secundariò totum ens. Ad argumentum patet, ꝙ non sunt circa idem eodem modo.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum Dialectica sit temptatiua de his, de quibus est: & Philosophia prima sit sciens, sicut dicit Philosophus? dicendū est, ꝙ sic. *Procedere tētatiuè, & scientificè quid.* Ad cuius euidētiā notandū est, ꝙ procedere mō temptatiuo est procedere modo extraneo, & per quædam cōia: procedere autē modo scientifico est procedere per principia rei intrinseca; quia omnis scientia ex propriis principiis generatur; cùm ergo Metaphysica intromittat se de natura entis per principia entis; manifestum est, ꝙ procedit modo scientifico: Dialectica autem intromittit se de toto ente per quædam extrinseca; quia per quasdam secundas intentiones, & per quædam entia rationis adinuenta circa totū ens; & quantum ad hoc non procedit modo scientifico, sed magis modo temptatiuo.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum Dialectica sit scientia? Videtur quòd non; quia dictum est in præcedenti quæstione, quòd non procedit modo scientifico. Ad oppositum est; quia in Dialectica *Quō Dialectica sit scientia.* probantur conclusiones quidem per principia propria; ergo scientia est. Dicendum est, quòd Dialectica *Dialectica duplicater.* potest considerari duobus modis: Vno modo ut est docens, & sic potest dici scientia: secundū enim ꝙ docens est, habet consideratonē de istis intentionibus, instituens modum, quo.s. per eas procedi possit ad conclusionē in singulis sciētiis: Secundo modo pōt considerari secundùm quòd utens est: & isto modo non est scientia; quia isto modo non plus facit, nisi quia utitur modo adinuento ad concludendum aliquid probabiliter in singulis scientiis: ita ꝙ secundùm hoc recedit à scientia, & accedit ad usum sciētię: Secūdum.n. primum modū pro tāto erit scientia; quia modo demonstratiuo uenabatur modum sciendi in omnibus scientiis: secundo autem modo pro tanto non est scientia; quia solùm utitur modo adin

A uento. Notandum tamen, ꝙ usum Logicæ possumus intelligere duobus modis: uno modo secundùm quòd ipsa Logica utitur quibusdā regulis communibus circa alias scientias: alio modo secundùm ꝙ aliæ sciæ utuntur modo tradito à Logica, decurrendo.s. à principiis ad cōclusionem, eo modo quo statuit Logicus: Et sicut dictum est de Logica; ita dicendum est aliquo modo de sophistica: Sophistica.n. ut est docens, tradit modū arguendi apparenter per necessarias, & determinatas rationes: & quantùm ad hoc scientia est: secūdū uerò, ꝙ est utens, utitur isto modo tradito, & quantùm ad hoc deficit à rōne sciētiæ, & accedit ad usum scię. Notandū est tamen, ꝙ Logica quantùm ad aliquā partem sui.s. quantùm ad partem probabilē, & quantùm ad regulas cōes, quas tradit; potest uti illis regulis traditis, & illis cōibus in aliis sciētiis: ita ꝙ doctrina, & usus doctrinę pertinet ad Logicā: Quantùm autē ad partem sui alterā.s. quantùm ad demonstratiua; doctrinā pertinet ad Logicā; sed usus doctrinæ ptinet ad Philosophiā: cuius rō est; quia usus sciētiæ demōstratiuæ consistit in utendo reiū principiis, p quę fit demōstratio, quæ principia pertinent ad sciētias reales: Logica.n. secūdùm primum modum respicit intentiones cōes; & quia usus cōium spectat ad sciam cōem; ideo Logica secundùm primū modum pōt esse utens; Logica aūt secundùm secdm modū tradit modū procedēdi ex propriis principiis rerū ad proprias conclusiones; & quia uti propriis principiis est sciæ realis; ideo usus talium non spectat ad Logicam. Ad argumentū patet responsio, quia declaratū est, quòd secundùm aliquē modum Logica scientia est, & secundùm aliquem modum non. Deinde cum dicit.

Amplius contrariorum alia coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens, & ad non ens, & ad unum, & ad pluralitatem; ut status unius, & motus pluralitatis. TEX. 6.

Ostendit, quòd ad hanc scientiā spectat considerare cōtraria: Et diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quòd ad hanc scientiā spectat cōsiderare contraria; & hoc quia considerat ens, & nō ens, siue unū & plura: secundò probat conuersam huius.s. ꝙ ad hanc sciam pertinet cōsiderare ens; quia considerat contraria, ibi [Entia uerò.] D primò ergo probat, quòd hæc scia considerat cōtraria; & hoc quia considerat ens, & est ratio talis: ad hanc sciam spectat considerare ens & non ens, sed contraria reducuntur ad ens, & non ens; & hoc quia alterum contrariorum habitus est & ens, & alterum quasi priuatio & non ens: ergo ad hanc scientiam spectat considerare contraria, *Methaphysi. est considerare contraria.* Visa ratione, patet litera, quæ dicit; quòd supple alia coelementatio, idest ordinatio contrariorum, priuationem, idest reducitur ad priuationem, & alia ad habitum: contraria enim reducuntur ad ens & non ens, & etiam ad unum, & ad multitudinem; alterum enim contrariorum habet rationem unius eo modo, quo di-

Usus Logices duplex.

B C

cimus, quòd quies, fiue ftatus habet rationem unius: alterum autem habet rationem multitudinis, fiue pluralitatis eo modo, quo dicimus, quòd motus habet rationem multitudinis.

Quiefcere, & mouere quid.

Notandum eft, quòd quiefcere eft eodem modo fe habere nunc, & priùs; & quia idẽtitas eft quędam unitas; ideo benè dictum eft, quòd quies reducitur ad unitatem: moueri autem eft alio modo fe habere nũc, & priùs; & quia alieneitas, fiue diuerfitas reducitur ad multitudinem, ideo benè dictum eft, ꝙ motus ad multitudinem reducitur. Deinde cum dicit.

Entia uerò, & fubftantiam confitentur ferè omnes ex contrariis componi. Omnes.n. principia contraria dicunt. Hi namque impar & par, illi uerò calidum & frigidum, alii finitum & infinitũ, alii amorem & odium. Omnia uerò alia reducta uidẽtur ad unum, & pluralitatem. Sumatur ergo illa reductio à nobis. Principia uerò, & omnia, quæ de aliis ad unum, & ens, ut in genera ea cadunt.

Opinio antiquorum de principijs.

Oftendit conuerfam præcedentis, fcilicet ꝙ hæc fcientia confiderat ens, quia confiderat contraria: & eft ratio fua talis: Omne ens, uel eft contrarium, uel compofitum ex contrariis: & hoc dictum eft fecundùm opinionem Antiquorum: cũ ergo hæc fcientia confideret contraria; quia hæc reducũtur ad unum & multitudinem: ergo hæc fcientia confiderat ens. Circa hanc rationem fic procedit; quia primò ponit, ꝙ ferè oẽs antiqui Philofophi ponebant, quod omnia entia componebantur ex contrariis: fecundò, ex hoc concludit, quòd hæc fcientia confiderat ens: tertiò dat modum confiderandi circa naturam entis, fiue oftendit, qũo eft poffibile, ꝙ omnia entia cadant fub una fcientia: Secunda ibi, [Palàm igitur] Tertia ibi, [Attamen.] Dicit ergo primò, ꝙ ferè omnes Antiqui confitebantur, quòd omnia entia cõponuntur ex contrariis: omnes enim Antiqui dicebant, quòd principia entium funt contraria: uerum eft, quòd in ponendo principia contraria, differebant: quidam enim ponebant, ꝙ principia entium funt par, et impar; ficut Pythagorici: quidam autem calidum & frigidum, ficut Parmeni. quidam autem finitum & infinitum ficut idẽ Pythagoræi, qui infinitum attribuebat impari, & finitum pari: quidam quòd concordia & difcordia ficut Anaxago. & ifta omnia contraria reducuntur ad unum, & multitudinem: quæ reductio modo à nobis fupponatur, quia longum effet eã manifeftare: principia enim contraria, & uniuerfaliter principiata, quæ funt ab aliis; incidunt in unũ & ens ficut in quædam genera. Notandum eft, quòd Philofophi antiqui non perpederunt propter debilitatem ingenii naturam corporis quinti: nec etiam naturam fubftantiarum feparatarũ: fi enim perpendiffent naturam corporis quinti, uel etiam fubftantiarũ feparatarum: non potuiffent omnia componi ex contrariis: corpus enim quintum, & fubftantiæ feparatæ non componuntur ex contrariis. Notandũ eft, ꝙ femper ad uni

Quõ ens, & unum funt genera.

Cur ãtiqui non attigerunt fubftãtias feparatas.

Corpus quintum, & fubftãtiæ fepa-

E tatem reducitur impar propter fui indiuifionẽ: par autem propter fui diuifionem ad multitudinem reducitur: quia infinitum fecundùm Pythagor. attribuitur pari, & infinitum impari: & ideo finitum, & infinitum reducuntur ad unum & multitudinem: concordia dicit unitatem, & itẽ reducitur ad unitatem, & per oppofitum difcordia ad multitudinem: calor ẽt ad unitatem reducitur, inquantùm caufa eft unire homogenea: frigus autem ad multitudinem, inquãtum habet ea feparare. Benè ergo dixit Philofophus, ꝙ hæc contraria reducuntur ad unũ, & multitudinem. Deindecum dicit.

Cata nõ componuntur ex contrarÿs.

F *Palàm igitur ex his; quia unius eft fcientiæ ens inquantùm ens fpeculari. Omnia namque aut ex contrariis, aut contraria. Principia uerò contrariorum unum & pluralitas, et ea unius fcientiæ, fiue fecundùm unum dicuntur, fiue non; ut forfan habet ueritas.*

Concludit ex his, ꝙ huius fcientiæ eft cõfiderare ens: quod manifeftum eft, ꝙ huius fcientiæ eft confiderare ens inquantùm ens: & hoc quia oĩa fecundùm opinionẽ Antiquorũ aut funt contraria, aut funt ex contrariis: contraria autem reducuntur ad unum & pluralitatem, hoc aũt fcilicet unum, & pluralitas funt huius fciẽtiæ: & hoc quia fcilicet hæc contraria funt, fiue dicantur fecundùm unum, ideft uniuocè, fiue non: ficut fe habet unitas, fed folùm analogicè. Deinde cum dicit.

Remouetur inftãtia de æquiuocatione entis.

G *Attamen & fi multipliciter dicitur unum, ad principium omnia dicentur, & contraria fimiliter. Et propter hoc fi non ens, & unum uniuerfaliter idem in omnibus, aut feparabile, ut forfan non eft: fed hoc quidem ad unum, illud uerò ad ea, quæ confequenter funt.*

Oftendit, qũo oĩa, quæ dicuntur ens, uel quæ dicuntur unum, uel quæ funt cõtraria, poffunt cadere fub una fcientia, non obftante, ꝙ fint diuerfa, dicens: ꝙ & fi unum dicatur multipliciter, tamen quia omne unum reducitur ad unum principium; ideo omne unum poteft cadere fub una fcientia: Et ficut eft de uno, ita eft de contrariis, omnes enim fignificationes contrariorum poffunt cadere fub una fcientia, & hoc quia redu-

H cuntur ad unam primam fignificationem. Similiter omne ens inquantùm ens poteft cadere fub una fcientia, non obftante, ꝙ ipfum ens non fit unum. i. non fit uniuocè dictum, quafi quoddam uniuerfale de omnibus entibus; non obftante ẽt, ꝙ nõ fit quoddã feparatũ ab omnibus entibus, fecundùm opinionẽ Platonis. Ad hoc. n. ꝙ unũ & ens poffint cadere fub una fcientia, fufficit hoc, ꝙ omnes fignificationes unius & entis reducantur ad unam primam fignificationem fecundùm diuerfos gradus: ita quòd aliquæ fignificationes unius & entis afpiciũt primũ in primo gradu, aliq uerò in fecundo, & cõfequenter. Notandũ eft, ꝙ de ente eft triplex imaginatio, fiue intellectus: ita tamen, ꝙ duo intellectus falfi funt, tertius aũt uerus:

Ens triplicit.

uerus:Posset.n. aliquis dicere, q ens est genus di ctum uniuocè, & secundùm unam rationem de omnibus entibus. Secùdò posset aliquis dicere, sicut dixit Plato, q ens est quoddā separatū secū dū rē ab oībus entibus;& isti duo modi dicēdi sūt falsi. Tertius modus dicendi est modus Philosophi,qui dicit q ens analogicè dicitur de omnibus entibus,& secundùm priùs et posteriùs. Hoc uiso,patet text. Philosophi,cuius summa est, q si ens non dicatur uniuocè, nec etiam sit aliquid separatum, dummodo ens dicatur analogicè de omni ente, inquantum ens potest esse una scientia. Deinde cum dicit.

Et propter hoc non est Geometriæ speculari,quid contrarium, aut perfectum,aut unum,aut ens,aut idem,aut diuersum,nisi ex conditione.

Cōcludit quoddam corollariū ex prædictis dicens;quòd ex quo ista sciētia se extendit ad ens, & ad ea quæ consequuntur ens, ideo speculari ista consequentia non est alicuius scientiæ specialis sicut Geometriæ, Geometriæ enim nō est speculari quid est contrarium;aut perfectum,aut unum,aut ens,aut idē,aut diuersum, nisi fortè ex suppositione, inquantum scilicet scientiæ particulares supponunt illud,quòd determinatum est à primo Philosopho. Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur unius scientiæ est ens inquātum ens speculari, et quæ insunt ei inquantum ens, manifestum. Et quia non solùm substantiarum, sed accidentium eadem est theoria, et dictorum, et de priore,et posteriore, et de genere,et specie, et toto, et parte,et talibus alijs.

Epilogat ea, quæ determinata sunt in præcedentibus,dicens;quòd manifestum est, quòd ad hanc scientiam spectat speculari ens inquantum ens, & passiones;quæ insunt enti inquātum ens: manifestum est etiam,quòd una scientia, scilicet hæc,est consideratiua non solùm substantiarum, sed etiam accidentium:manifestum est etiam, q eadem scientia considerat de omnibus istis, scilicet de priore,& posteriore,de genere,& de specie,& de toto,& parte,& de aliis similibus.

Epilogus dictorum.

Dicendum autem Vtrū unius, aut diuersæ scientiæ, de uocatis in Mathematicis Dignitatibus, et substantia.

Postquam ostendit,quòd potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem entis, & eorum,quæ consequuntur ens: in parte ista ostendit, quòd potestas huius scientiæ se extendit ad considerationem primorum principiorū;Et duo facit;quia primò mouet quæstionem, Vtrum,scilicet potestas illius scientiæ. quæ se extendit ad considerationem substantiarum, se extendat ad considerationem primorum principiorum;secūdò soluit quæstionem ibi. [Palàm autem.] Dicit ergo primò,quòd quæstio est, Vtrum unius sciētiæ, aut diuersæ sit considerare de substantia, & de principiis,quæ in scientiis Mathematicis uocantur Dignitates. Notandum est,quòd potissimæ demonstrationes sunt in Mathematicis;& iō

A principia,quæ uocantur dignitates magis appropriantur scientiis Mathematicis,quàm aliis sciētiis. Deie cum dicit.

Rō est, quo niā certiùs demōstrāt; ipsis principijs manifestius utuntur, resoluēdo oīs suas demōstrōnes in ista principia simpliciter prima.

Palàm autem,quia unius est,et eius qui est Philosophi, quæ de his perscrutatio. omnibus enim insunt existentibus,sed non generi alicui separatim ab aliis,et utuntur omnes,quia entis inquātum est ens. Vnumquodque enim genus est ens. Intantum uerò utuntur,inquantum eis est sufficiens. Hoc autem est quantum continet genus, de quo demonstrationes ferunt. Quare quoniam manifestum est,quòd inquātum sunt entia, insunt omnibus:hoc enim eis est commune,de ente inquantum est ens cognoscentis, et de eis est speculatio.

Soluit quæstionem motam, cuius solutio est:
B quòd unius scientiæ,scilicet huius, est considerare de substantia,& de dignitatibus:Et duo facit, quia primò ostendit, quòd ad hanc scientiam, quæ considerat de substantia, spectat considerare de primis principiis: secundò ostendit, quòd ad hanc scientiam specialiter spectat considerare de nobilissimo principio & firmissimo.[Congruit autem maximè.] Prima pars in duas, quia in prima parte ostendit, quòd ad hanc scientiam spectat considerare de primis principiis:secundò remouet quendam errorem,quem habuerunt aliqui circa principia ibi[Quicunque uerò conantur]Prima pars in duas partes,quia primò ostendit,quòd dictum est:secundò concludit quādam conclusionem ex prædictis ibi[Vnde nullus] Pri
C mò ergo probat,quod dictum est,& est ratio sua talis: Quæcunque insunt omnibus entibus,& nō solùm alicui generi separatim ab aliis, hæc pertinent ad considerationem primi Philosophi: prima principia sunt huiusmodi:quod patet ex hoc, quòd omnes scientiæ utuntur eis : quòd autem utantur eis,patet, quia unumquodque genus subiectum alicuius scientiæ recipit prædicationem entis inquantum ens, ergo ad primum Philosophum spectat considerare prima principia: Licèt autem omnes scientiæ utantur primis principiis, tamen non utuntur eis,ut se extendunt ad omnia entia, sed quantum sufficit eis secundùm continentiam generis in scientia subiecti. Ex his manifestum est ergo,quòd illius scientiæ, quæ consi
D derat ens inquātum ens,est speculari prima principia. Notandum est, quòd intantum se extendunt principia quæ fundantur super ens,inquantum se extendit ipsum ens,sicut hoc principium De quolibet affirmatio, uel negatio, tantum se extendit,quantum ipsum ens. Et hoc est,quòd dixit Philosophus in litera;quòd quia omnia subiecta omnium scientiarum particularium suscipiūt prædicationem entis; ideo omnes scientiæ utuntur principiis,quæ fundantur super ens: Et sicut dico de ente;ita dico de omnibus intentionibus communibus . nam quantùm se extendit totum & pars,tantùm se extendit hoc principium, Omne totum maius est sua parte ; & quia totum, & pars se extendunt ad multas scientias ; ideo hoc prin-

Metaphy. ē considerare prima principia.

Cuiusque scientia subiectum recipit prædicationem entis, inquantum ens.

Talis est ambitus principiorū, qualis est ambitus entis.

Principia quæ se extēdūt ad particulares scientias, non habēt in aliqua particulari scientia considerari.

principium, omne totum est maius sua parte, se extendit ad multas scientias particulares: Et hæc est ratio, quare hæc principia non possunt considerari in aliqua scientia particulari; quia qua ratione considerarentur in una, considerarentur in alia; & ideo in nulla particulari scientia considerantur, sed in una scientia communi. Notandum est, quòd superius in inferiori non est nisi inferius, sicut animal in homine, non est nisi homo; & totum in magnitudine, non est nisi ipsa magnitudo; ita principia communia in inferiori subiecto alicuius scientiæ particularis fiunt sicut inferius; Exempli gratia. De quolibet affirmatio, uel negatio &c. contractum ad diametrum, accipitur secundùm modum diametri; dicendo, quòd diameter est symiter, uel asymetrū; ita quod dicit affirmatio, uel negatio in sua communitate, hoc dicitur symetrum, uel asymetrum in tali subiecto. Et hoc est, quòd dicit Philosoph. quòd hæ scieutiæ utuntur his principiis secundùm modum subiecti; sicut Geometria utitur affirmatione, & negatione secundùm modum diametri, dicendo; quòd diameter est asymeter, uel symeter. Deinde cum dicit.

Superius in inferiori nō est nisi inferius.

Dignitatib. utuntur particulares scientiæ cōtractæ. hoc est, ut eis ipsarū subiecta indiget, uel requirunt: Nā demonstratio non est communibus, sed ex propriis est.

Vnde nullus particulariter intendentium nititur dicere aliquid de eis, si uera aut non, neque Geometra, neque Arithmeticus. Nisi Physicorum quidam meritò hoc facientes.

Scietia particulares præsupponunt prima principia.

Concludit quandam conclusionem ex dictis: & duo facit, quia primò concludit quandam conclusionem: secundò excludit quendam errorem, quod solùm ad scientiam communem spectat ibi, [Soli namque] Dicit primò, quòd quia ita est considerare principia communia, ideo nullus artifex particularis nititur aliquid dicere de istis principiis, Vtrum sint uera, uel nō uera; nec Geometer nec Arithmeticus, nec Physicus naturalis; & meritò, quia hoc non spectat ad eos. Deinde cum dicit.

Soli namque putantur de tota natura intendere, & de ente. Sed quoniam est adhuc Physico aliquis superior. Vnum enim aliquod genus est natura entis ipsius uniuersalis, & circa substantiam primam theorizantis, idest speculantis, et de his erit perscrutatio. Est autem sophia, idest sapientia quædam physica, sed non prima.

Exploduntur errores aliquot circa principia.

Excludit quendam errorem: Ad cuius euidentiam notandum est, quòd error quorundam Naturalium fuit, quòd substantia naturalis esset prima substantia, & primum ens: & ideo scientia naturalis, quæ considerat de substantia: naturali, considerat de tote ente: ex quo etiam sequæbatur, ꝙ scientia naturalis est prima scientia, et prima Philosophia. Hunc errorem excludit Philosophus dicens, ꝙ soli Physici, idest naturales dicentes de substantia naturali, credebāt dicere de toto ente; quia dicentes de substantia, credebant dicere de primo ente; sed tamen errabant: quia scientia naturalis non est prima scientia, sed est aliqua prior ea: substantia naturalis est unum ge

E nus particulare entis uniuersalis, quod ens consideratur a prima Philosophia; cuius primæ Philosophiæ speculatio, & theoria est circa primam substantiam. Vnde scientia naturalis est quędam sophia, & sapientia particularis, & non uniuersalis. Notandum est, quòd ad eandem scientiam (sicut dictum est in principio huius libri) spectat determinare illud, quod est prius; prius in aliqua attributione, & analogia; & omnia, quæ sunt infra illam; si ergo substantia naturalis esset primū ens, eadem substantia naturalis, quæ considerat substantiam naturalem, consideraret totum ens; & hoc quia totum haberet attributionem ad substantiam naturalem; Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd Philosophi antiqui naturales intendentes de substātia naturali, credebant intēdere de toto ente; & hoc quia credebant, quòd substātia naturalis esset primum ens: sed tamen hoc est falsum, quia super substātiam naturalem est ens separatum, ad quod attributionem habet totum ens, & de tali ente separato est prima Philosophia, quam quærimus. Deinde cum dicit.

Eiusdē scientia est determinare illud, qd est prim. in aliqua analogia, & quæ sunt infra ipsam.

F

Quicunque uerò conantur dicentium dicere quid de ueritate, quo oportet mod˙ recipere propter ignorantiam analyticorum hoc faciunt. oportet enim de his præuenire scientes, sed non audiētes quærere. TEX. 8.

Excludit quendam errorem circa prima principia, qui quidem error est, quòd quidam credebant, quòd prima principia possent haberi per demonstrationem, & hoc falsum est; Et hoc est, G quod dicit Philosophus, quòd quicunque de numero dicentium aliquid de ueritate speculatiua conantur accipere aliquem modum demonstratiuum, quo modo, idest per quem modum reperiantur, & habeātur principia demonstratiua; errant: quòd enim hoc faciebat, est ignorantia analyticorum, idest illius partis Logicæ, quæ est analytica, & demonstratiua; prima enim non demōstrantur, sed ad omnē ueritatem, & scieutiā oportet præscire ista tanquam per se nota audientes, idest discipuli, qui sunt instruendi per auditum, non debent quærere ista principia tanquam quędam ignorata, & tanquam quædam demonstrabilia, sed debet ea supponere sicut per se nota. Deinde cum dicit.

Ignorantia Logices est ca multorū errorum.

Prima principia præcognoscenda.

H *Quoniam igitur Philosophi, & de omni substantia speculantis inquantum congruit, & de omnibus syllogisticis principiis est perscrutari palam.*

Concludit Philosophus conclusionem propriam, dicens; ꝙ manifestum est, quòd Philosophi nō considerāt de omni subiecto; nisi inquantum congruit: & etiam manifestum est, ꝙ eius est considerare de syllogisticis principiis. Notandum est ad euidentiam literæ, quòd de natura resolutionis est, quòd omnis resolutio stat in aliquo primo; si autem resolutio non staret in aliquo primo, processus esset in infinitum in resoluendo, quod est impossibile. Debemus enim intelligere, quòd in resolutione demonstratiua est essentialis ordo: ubicunque aliqua essentialiter ordinātur,

Omnis resolutio debet stare in aliquo primo.

tur ibi est finitas; quicunque ergo dicunt, quòd principia demonstrantur, ignorant naturam resolutionis, sicut dicit Philosophus: Si enim principia demonstrarentur, resoluerentur ad aliqua priora; & sic non essent prima. Quæremus enim ab illo, qui dicit, quòd principia demonstrantur, utrum demonstrentur per priora, an per posteriora: si per priora, ergo resolubilia ad aliqua priora: & sic non sunt prima principia: si per posteriora, ergo circulus est in demonstrando; quia priora demonstrantur per posteriora.

1. Post. 21. 22. et inde.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum primus Philosophus consideret prima principia? Videtur quod non, quia prima principia in nulla sciētia commmuni, nec in speciali possunt demonstrari, quia indemonstrabilia sunt: ergo nec considerari. Ad oppositū est Philosophus. Dicendum est, quòd hæc scientia considerat prima principia, sicut dicit Philosophus. Ad cuius intellectum notandum est, quòd prima principia uocantur hæc, quæ fundantur super terminos communes; & quia hæc scientia considerat terminos communes, & nulla sciētia particularis; ideo hæc scientia considerat hæc principia. Est enim sciendum, quòd quædam propositiones sunt, in quibus prædicatum est de essentia subiecti; sed tamen quia fundantur super terminos particulares & arctatos, non debent uocari propositiones communes, nec per se notæ; nisi fortè sapientibus; Propositio enim communis uocatur, quæ super terminos communes fundatur; cum ergo istæ propositiones fundentur super terminos speciales, non debent uocari communes; Per se notæ autem uocantur, quæ statim per se ipsa sine discursu offeruntur ut notissima omnium intelligenti: propositiones autem fundatæ super terminos particulares, propter latentiam terminorum non sine magno discursu habentur; & sic non possunt uocari per se notæ: Sic ergo propositiones, quæ fundantur super terminos particulares, non possunt dici communes, nec per se notæ: Propositiones autem communes, & communes sunt, & per se notæ; communes quidem quia fundantur super terminos communes; per se notæ autem quia termini cōmunes quasi sunt noti omnibus; De talibus propositionibus demonstrat primus Philosophus non quidem demonstratiuè, quia hoc est impossibile; prima enim non demonstrantur, sed tradendo notitiam terminorum communium: sicut tradendo notitiam totius & partis, quasi tradit notitiam huius principii, omne totum est maius sua parte: & tradendo notitiam entis, quasi tradit notitiam huius principii, De quolibet affirmatio uel negatio. Ad argumentum patet, quia (ut iam dictum est) Philosophus primus non demonstrat ista, sed solùm dat notitiam terminorum.

Quæ uocantur prima principia, & cur; & quare per se nota dicantur.

Congruit autem maximè cognoscentem circa unumquodque genus, habere dicere firmissima rei A ***principia. Quare & de entibus inquantum sunt entia omnium firmissima. Est autem hic Philosophus ille.***

Postquam ostendit, quòd hæc scientia determinat de principiis scientificis; hic ostēdit, quòd hæc scientia considerat de primo & nobilissimo principio: Et tria facit, quia primò ostendit, quòd ad hanc scientiam spectat considerare de isto principio, secundò ostendit, quòd est istud principium: tertiò excludit quosdam errores circa istud principium: Secunda ibi. [Et firmissimum omnium] Tertia ibi [Sūt autem quidam.] Probat ergo primò, quòd hæc scientia considerat primum principium & firmissimum: & est ratio sua talis: Scientia, quæ est certissima debet B considerare scibile maximum certum, & maximum firmum: sed hæc scientia certissima est, primum autem principium cognoscendi firmissimum est & certissimum, ergo hæc scientia considerat tale principium, uel talia principia. Via hac ratione, patet litera, quæ dicit sic: quòd conueniens est, quòd illa scientia, quæ est maximè cognoscitiua circa unumquodque genus entis, habeat dicere firmissima rei principia: scientia autem quæ est de entibus inquantum entia, inter omnes scienrias, fismissima est, & hæc dicitur prima Philosophia: & sic hæc scientia habet dicere de firmissimis principiis. Deinde cum dicit.

Primū principium simpliciter est Metaphysicæ considerare.

Et firmissimum omnium principiorum est, conC ***tra quod mentiri impossibile est: notissimum enim esse tale est necesse. Nam circa ea, quæ ignorant decipiuntur omnes. Et non conditionale. quod enim necessarium habere quodcunque entium intelligētem, hoc non conditionale. quod autem cognoscere est necessarium quodcunque cognoscentem, & uenire habenti est necesse.***

Ostendit, quod est istud principium firmissimum; & est intentio sua, quòd est istud principium, De quolibet affirmatio, uel negatio uera; & facit talem rationem: Principium, qnod quærimus, debet habere tres conditiones; debet enim esse firmissimnm; secundò debet esse non conditionale; tertiò non debet acquiri per demonstrationem: sed hæ conditiones maximè D insunt huic principio, De quolibet affirmatio uel negatio: ergo hoc est principiuū; quod quærimus. Circa hanc rationem sic procedit, quia primò ponit tres cōditiones principii: secūdò adaptat has conditiones ad hoc principiū, De quolibet affirmatio uel negatio, ostendens quòd hæ conditiones maximè reperiuntur in isto principio: Secunda ibi, [Quod quidem igitur tale principium.] Ponit ergo primò tres conditiones primi principii: debet enim esse firmissimum, ita quòd circa ipsum impossibile sit mentiri, ex hoc autem quòd firmissimum est, notissimum est: circa enim illa, quæ ignorantur; faciliter dicipiuntur homines; & hoc quia non sunt notissima, neque firmissima in sua cognitione:

Conditiones primi principii.

ne: Secunda conditio huius primi principij, ꝙ non debet esse conditionale, non habitum ex suppositione: cuius ratio est: quia primum principium hic uocatur. i. quod necessarium habetur à quocunque intelligente; talis uerò non est conditio, id est non habetur ex suppositione, & conditione. Tertia conditio huius principij est, ut non acquiratur per demõstrationem, sed alio modo; & hoc quia necessarium est, ꝙ hoc principium sit primum, quod cognoscatur à quocunque cognoscente; tale autem principium cognoscenti & habenti cognitionem, quasi per naturam aduenit; & non per naturam demonstrantium decursum. Notandum est ad euidentiam harũ trium conditionum, ꝙ natura primi principij est, ꝙ notitia sua non innititur alteri; notitia enim primi principij non potest inniti notitiæ posteriorum; & hoc quia priora posterioribus non innituntur: nec potest inniti notitiæ priorum; quia primò principio nihil prius: & sic notitia eius nulli innititur: quod autem nulli innititur, firmissimum est & independens: Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd primum principium est firmissimum & notissimum; & ideo circa illud nullus potest errare: Et istam conditionem sequitur secunda; ex hoc enim, quòd notissimum est, sua notitia non habetur ex suppositione & conditione; quædam enim sunt, quæ non sunt nota in se; & tamen ex quadam conditione supponuntur esse nota; eo modo, quo dicimus, supponamus hoc esse uerum, cum tamen non pateat ueritas eius: tali notitia non est notum primum principium; & hoc quia notissimum est in se. Ex prima item cõditione sequitur tertia; nam primum principium eo ipso, ꝙ firmissimum est; non innititur alicui priori; & per consequens non potest demonstrari; quia omnis demõstratio est per priora; & quia non habetur per decursum demonstratiuum, dicitur haberi naturaliter, idest ex uirtute luminis naturalis.

Natura primi principij quæ.

Primo principio nihil prius.

Circa primum principium nõ contingit error.

Quæreret quis, Vtrum notitia principiorum insit homini à natura? Videtur, ꝙ nõ: quia secũdm Philoso. Anima creata est, sicut tabula nuda, in qua nihil est depictum; ergo in anima non est depicta nec notitia principiorum, nec conclusionũ; ergo notitia principiorum non est animæ à natura. Ad oppositum est, quod dictum est in litera, ubi dictum est, ꝙ principia statim aduenerunt animæ à natura. Ad istam quæstionem dicendum est, ꝙ triplex notitia est; notitia in potentia, notitia in habitu, & in actu; Si loquamur de notitia in potentia, sic benè potest concedi, ꝙ notitia inest animæ à natura: ipsam enim animam habere notitiam in potentia, non est aliud, nisi ipsam habere potentiam naturalem, per quã possunt omnia fieri in conceptu: sicut. n. materia habet potentiam naturalem, per quam potest fieri aliquid in effectu; ita anima habet potentiam naturalem, per quam potest aliquid fieri in conceptu: Quantum ergo ad talem potentiam, certum est, ꝙ talis

Quæstio.

Tertio de Anima. tex. com. 37.

Notitia triplex.

E potentia inest animæ à natura; Sed ꝑ talem potentiam non potest dici, ꝙ anima habeat sciam, & notitiam: sicut enim homo in potentia non est homo, ita potentia ens non est ens, nisi per quandam attributionem & analogiam; ita in potentia sciens, non est sciens, nisi per quandam attributionem: Si autem loquamur de scientia, & notitia in habitu, uel in actu; sic dicendum est, quòd aliter loquendum est de notitia principiorum, & aliter de notitia cõclusionum: Si enim illud dicatur à natura, quod non est per acquisitionem, nec ab extrinseco; sic nec notitia principiorum, nec notitia conclusionum est aliqua; & hoc quia Anima creata est sicut tabula rasa, in qua nulla notitia depicta est; sed omnis notitia est ab extrinseco; anima enim intellectiua est in potentia passiua: in potentia autem passiua nihil est, nisi per ipsum actum; & ideo in anima nulla notitia est, nec in habitu, nec in actu: nisi priùs moueatur ab obiecto, quod quidem obiectum habet rationem actiui respectu potentiæ intellectiuæ: Si autem illud dicatur à natura, quod naturaliter acquiritur ab extrinseco, sic notitia principiorum dicitur esse à natura: notitia autem conclusionum non. Ad cuius eximiam euidentiam diligenter notandum est, quòd potentia intellectiua duobus modis potest considerari, uno modo potentia intellectiua consideratur, ut natura: secundo modo, ut ratio: Primo modo potentia intellectiua est apta nata habere notitiam principiorum. notitia enim principiorum naturaliter acquiritur, hoc est acquiritur sine discursu; ad præsentiam enim obiecti per uirtutem luminis naturalis mouetur ab ipso obiecto; in qua quidem motione anima concipit notitiam terminorum, sicut totius & partis; habita autem notitia totius uel partis & terminorum, uidetur notitia principiorũ: sicut istius principij; Omne totum est maius sua parte. Intellectus autem, ut ratio, est aptus natus habere notitiam conclusionum; uocatur enim hæc ratio potentia discursiua: & quia conclusiones habentur & noscuntur per multos discursus: ideo conclusiones dicuntur haberi, & cognosci ab intellectu, ut ratio est, & non ut natura: Sic ergo patet ad quæstionem: quia si naturaliter haberi idem est, quòd non per acquisitionem haberi; sic nec notitia principiorum, nec notitia conclusionum est à natura: Si autem naturaliter haberi idem est, ꝙ non rationabiliter haberi, sic notitia principiorum naturaliter habetur: quia non habetur per discursum; sed per uirtutem obiecti mouentis in uirtute luminis naturalis. Per hoc patet argumentum utriusque partis. Primum enim argumentum concludit, quòd notitia principiorum non habetur naturaliter, sed per acquisitionem: Secundum autem argumentum pro alia parte concludit, quòd principia naturaliter habentur, pro tanto: quia non habentur rationaliter, & per discursum. Deinde cum dicit.

Potentia intellectiua duplex.

Quod

TEX. 9. *Quod quidem igitur tale principium omnium sit firmissimum palàm. Quid uerò sit illud, post hoc dicamus. Idem enim simul esse, & non esse in eodem, secundùm idem, est impossibile, & quæcunque alia determinaremus, utique sint determinata ad Logicas difficultates. Hoc autem omnium firmissimum est principium. Habet enim dictam determinationem.*

Postquam ostendit, quæ sunt conditiones primi principii; hic ostendit, quòd illud principium primum, cui conueniunt dictæ conditiones, est

Primū principium qd. hoc principium, De quolibet affirmatio, uel negatio: Et duo facit: quia primò ponit conclusionem suam: secundò probat eam, ibi. [Impossibile namque.] Dicit ergo primò, ita dictum est, ꝙ principium primum omnium est firmissimum: B post hoc autem dicendum, quod est istud principium, quod est firmum; hoc autem principium est, quòd impossibile est, quòd illud simul sit, & non sit respectu eiusdem, & secundùm alias conditiones, quæ requiruntur ad ueram contradictionem; de quibus determinationibus dictum

Vera cōtra dictio hic multas conditiones. est in difficultatibus Logicalibus: uera enim cōtradictio multas conditiones requirit; quòd autem contradictoria non possint uerificari de eodem, hoc per se notum est: & hoc est principium firmissimum, & primum, quod quærimus; habet enim istud principium dictam determinationē, idest habet dictas iam conditiones. Deinde cum dicit.

Impossibile namque quemcunque idem suscipere C *esse & non esse. Quemadmodum quidem quidam putant dicere Heraclytum. Non enim est necesse, quæ aliquis dicit hoc, & suscipere. Si uerò non contingit simul inesse eidem contraria. Determinentur ergo nobis eadem propositione consueta. Contraria uerò est opinio opinioni, quæ contradictionis palàm, quia impossibile simul suscipere eundem esse, & non esse idem. Simul enim habebit contrarias opiniones, qui de hoc est mentitus.*

Manifestat, quod dixit: dixit enim, quòd istud principiū habet multas conditiones: prædictæ autem conditiones sunt, quòd principium debet esse firmissimum, & notissimum: secundò, quòd non debet esse conditionale: tertiò, quòd non possit demonstrari, sed quod habeatur à natura. D Duo ergo facit: quia primò probat, ꝙ hoc principium firmissimum & notissimum est. secundò manifestat, quòd non demonstratur, sed est principium omnium demonstrationum: Secundum ibi. [Quapropter.] De secunda autem conditione non facit mentionem: & hoc quia satis habetur, habitis his duabus. Dicit ergo, quòd hoc prīcipium firmissimum est hoc; Quod impossibile est idem esse & non esse: quemadmodum dixit

Heraclytus aliud in ore, aliud in corde. Heraclytus, sicut imponitur sibi: & etiam notissimum est, quòd nullus potest illud ignorare; si Heraclytus dixit ore, quòd contradictoria possent uerificari; tamen hoc non potuit extimare in mente: hoc enim principium ita notum est, ꝙ mente negari non potest; si enim contingeret, ꝙ contradictoria possent inesse eidem; & contraria contingunt simul eidem in esse; hoc ostendetur à nobis, & determinabitur quadam propositione consueta, & in Logicis terminata: ostensum est enim in fine Peri Hermenias, quòd opiniones sunt contrariæ primò & per se, quæ sunt contradictionis, & non quæ sunt contrariorum; non.n. sunt cōtrariæ opiniones primò, & per se: si unus opinatur, quòd fortes est albus; & alius, quòd fortes est niger: Sed sunt contrariæ opiniones primò, & per se; si unus opinatur, quòd fortes est albus; & alius, quòd fortes non est albus: Si igitur simul quis opinetur duo contradictoria esse uera, opinando simul idem esse, & non esse; simul opinabitur contraria, quod est impossibile; qui enim hoc dicit, mentitur: quia non potest opinari hoc mente, licèt hoc dicat ore. Deinde d. Opinio. contraria quę.

Quapropter omnes demonstrationes in hanc reducunt ultimam opinionem. Natura namq; principium, & aliarum dignitatum, hæc omnium.

Ostendit, quomodo alia conditio conuenit huic principio, scilicet, quòd non demonstratur, sed est radix omnium demonstrationum; Et hoc est, quod dicit, quia firmum est hoc principium, & notissimum: ideo omnes demonstrationes reducuntur ad hoc primum principium, tanquam in quandam primam propositionem, & radicem omnium propositionum: hoc enim principium est radix omnium principiorum, & omnium dignitatum. Primū principium radix omnium principiorum et dignitatum.

Quæreret quis, Vtrum sit uerum, quod dicit Philosophus, quòd hoc principium sit radix omnium principiorum, & omnium propositionum? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duplex est operatio intellectus. Prima est, qua intelligit ipsum quod quid est: & hæc operatio uocatur simplicium intelligētia: Alia est operatio intellectus, qua componit, & diuidit; & in utraque operatione est aliquod primum, quod, scilicet cadit sub prima apprehēsione intellectus: illud, quod est primum in prima operatione, est ens; nihil enim potest concipi simplici intelligentia, nisi concipiatur ens; & hoc quia entitas se profundat infra omnes cōceptus; primum autem infra operationem intellectus est hoc principium, De quolibet affirmatio, uel negatio: & hoc quia hoc principium est fundatū super ens. Vnde sicut ens est primum in prima operatione: ita hoc principium in secunda: in secunda enim operatione intellectus nihil potest intelligi, non intellecto hoc principio: sicut enim totum & pars non potest intelligi, nisi intellecto ente: ita hoc principium, omne totum est maius sua parte, non potest intelligi, nisi intellecto hoc principio firmissimo: Et sic sicut omnes conceptus simplices resoluuntur ad ens; ita omnes cōceptus compositi resoluuntur ad hoc principiū. Quæstio. Operatio intellectus duplex. Entitas profundat se infra omnes conceptus. De quolibet affirmatio, & c. principium, ad qd cætera resoluuntur.

Sunt autem quidā, qui (ut diximus) dicebant cōtingere idem esse, non esse, & existimare ita. Vtuntur

tur autem ratione hac multi eorum, qui de natura. Nos autem nunc accipimus quasi impossibile existente simul esse & non esse, & propter hoc ostendemus quòd firmissimum id principiorum est omniũ.

Errores circa primum principium

Postquam posuit ordinem primi principij firmissimi, & notissimi; in parte ista ostẽdit, quòd quidam errabant circa hoc principium: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit duos errores circa hoc principium: in secunda parte disputat contra eos, qui falsificabant hoc principium; dicendo ꝙ contradictoria possunt uerificari de eodem, uel etiam falsificari: ita ꝙ ambo possunt esse uera, uel esse falsa: ibi [Principia uerò ad omnia talia] Prima in duas, quia primò ostẽdit duos errores contra negantes hoc principium: secundò dat modum, secundùm quem potest procedi & disputari contra negantes hoc principium, ibi [Est autem demonstrare] Prima pars in duas secundùm duos errores, quos tangit. Secunda ibi, [Dignantur autem.] Dicit ergo primò, ꝙ sunt quidam, qui dicunt, ꝙ conuenit idem esse, & nõ esse; ita quòd opinantur, quòd contradictoria possint uerificari de eodem; & hac opinione utuntur multi naturales; sicut patebit infra: nos autem dicimus hoc esse impossibile, idem esse, & non esse: quòd enim contradictoria non uerificentur de eodem, hoc est uerissimum & firmissimum principium, quod falsificari non potest. Deinde cum dicit.

Primũ principium falsificari nõ potest.

Dignantur autem & hoc demonstrare quidam propter apedeusiam, idest habitudinem & in docilitatem animi ad sciendum. Est enim apedeusia non cognoscere, quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum nõ oportet. Totaliter quidem enim omnium esse demonstrationem est impossibile. Nam in infinitum procederet, ut nec ita foret demonstratio. Si uerò quorundam non oportet demonstrationem quærere, quod dignantur magis esse tale principium, non habent dicere.

Ponit secundum errorem circa hoc principiũ, dicens; quòd quidam uolunt, quòd hoc principiũ demonstretur, & hoc accidit propter ineruditionem in Logica: Dictum enim est, quòd quædam demonstrantur, & quædam non; conclusiones enim demonstrantur, principia uerò non: magna enim ineruditio in Logica est, nescire distinguere inter ea, quæ demonstrantur, & quæ non demonstrantur: non enim omnium uniuersaliter est demonstratio: Si enim omnium esse demonstratio, principiorum esset demonstratio; si autẽ principiorum esset demonstratio, principiorũ essent principia, & sic esset abire in infinitum in principiis, quod est impossibile: principia ergo non demonstrantur. Si autem quorundam principiorũ non est demonstratio, maximè huiusmodi principii non est demõstratio, quod est radix omnium principiorum, sicut dictum est. Notandum est, quod duplex est demonstratio ostẽsiua, & ad impossibile· prima demonstratione nõ potest demõstrari hoc principium; & hoc quia omnis talis de-

Non omniũ est demonstratio.

Demonstrõ duplex.

E monstratio est per priora, nihil autem est prius hoc principio: Nec etiam potest demõstrari hoc principium demonstratione deducente ad impossibile, & hoc quia si demonstrarentur demõstratione deducente ad impossibile, talis demonstratio deduceret ad aliquid, quod esset manifestius in sua possibilitate, quàm oppositum huius principii, quod est impossibile: sicut enim hoc principium est manifestissimum in sua ueritate, ita oppositum illius est manifestum in sua falsitate. Benè ergo dixit Philosophus, quòd hoc principium demonstrari non potest. Deinde cum dicit.

Est autem demonstrare elenchicè et hoc, quia impossibile, si solùm aliquid dicit qui dubitat. Si ue- F *rò nihil, derisio est quærere rationem ad nullam habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis enim plantæ talis iam est.*

Dat modum, per quem potest procedi contra negantes hoc principium: Et duo facit, quia primò ostendit hunc modum: secundò ostendit, ꝙ hic modus non est demonstratiuus ibi, [Elenchicè autem.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd elenchus est syllogismus compositus ad cõtradicendum alicui: hic autem elenchus aliquando procedit ex his, quæ concedit respondens: demonstratiuè ergo non potest procedi contra negantes hoc principium, & hoc quia demonstratiuè procedere est procedere ex prioribus simpliciter: potest autem procedi contra negãtem hoc G principium elenchicè, procedendo, scilicet ex illis, quæ supponit ille, qui negat hoc principium: qui enim negat hoc principium, uel nihil dicit uel aliquid, uel nihil supponit, uel aliquid: Si nihil supponit, nec dicit; cum eo non est disputãdum, sicut cum planta, & cum arbore: Si autem aliquid concedit, oportet, quòd concedat hoc principiũ, quia in quocunque concesso cõceditur hoc principium; Illud enim quod conceditur, uel est simplex conceptus, aut compositus: si simplex conceptus habetur propositum; concesso enim simplici conceptu, conceditur ens; quia ens est radix omnium simplicium cõceptuum; cõcesso autem ente, conceditur principium, quod fundatur super ens. si autem illud, quod conceditur, est con- H ceptus compositus, habetur etiã propositũ; quia concesso hoc, cõceditur hoc principium: nã hoc principium intelligitur in omni conceptu composito. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit; quòd licèt hoc principium non possit demonstrari simpliciter; tamen potest demonstrari elenchicè, & per syllogismum elenchum, qui est ordinatus ad falsificandum opinionem falsam ex aliquibus concessis à respondente; talis enim, qui negaret hoc principium, & dubitat de eo, si aliquid dicit, aliquid concedit, & aliquid significatur per naturam; statim potest sibi ostendi, & quod impossibile est idem simul esse, & non esse: & quia ad minus in eo, quòd cõcedit, & quod terminatè significatur per naturam, uerificatur hoc

Syllogismus elenchus quid.

Demonstratiuè procedere.

Ens radix omniũ simplicium cõceptuum.

Ex his hãri põt primum principium aliqualiter posse demõstrari, & quod omnino potest esse quodammodo demõstratio.

hoc principium; quia si hoc principium esset falsum, nihil terminatè concederetur, nec significaretur: si autem iste nihil dicit, nec concedit, fatuum est quærere aliquam rationem contra istum, qui nullam habet rationem: talis enim similis est plantæ, & animali. Deinde cum dicit.

Elenchicè autem demonstrare, dico utique differre & demonstrare. Quia demonstrat quidē, quod in principio. Alterius autem tali existente causa, elenchus utique erit, & non demonstratio.

Dat differentiam inter istum modum, & modum demonstratiuum, dicens, quòd elenchicè demonstrare, & demonstrare simpliciter, uidentur differre. Si quis enim uellet demonstrare hoc principium simpliciter, uidebitur petere principium: Sed quando argumentatio non erit talis, scilicet simpliciter contra negantem hoc principium, erit elenchus quidem, non demonstratio. Notandum est, quòd in omni propositione intelligitur hoc principium, sicut iam dictum est; & ideo hoc principium est prius omni propositione: si ergo aliqua propositio probaret simpliciter, hæc propositio esset prior, & posterior hoc principio; In tali etiam probatione petitur, quod est in principio; quia ista propositio non potest esse uera, nisi per hoc principium, quod debet probari; cum omnis ueritas cuiuscunque propositionis ex ipso dependeat: ita quòd secundùm hoc, ueritas præmissarum dependeret ex ueritate conclusionum: Simpliciter ergo non potest probari hoc principium: huic autem, uel illi qui negat hoc principium, potest probari ex aliquibus, scilicet quæ concedit, quibus concessis concedet principium. Deinde cum dicit.

Principium uerò ad omnia talia non uelle, aut esse aliquid dicere, aut non esse. Hoc enim forsan utique quis opinabitur, quòd à principio petere. Sed significare quidem aliquid & ipsi, & alii. Hoc enim necesse est si dicat aliquid. Si enim non, cùm tali utique non erit sermo, nec ipsi ad seipsum, nec ad alium. Si quis autem hoc dederit, erit demonstratio. Iam enim erit aliquid diffinitum. Sed tamē non demonstrans, sed sustinens. Interimens enim rationem sustinet rationem.

Disputat contra primũ errorem, & primo ex nominis significatione. Incipit disputare contra negantes hoc principium; & duo facit, quia primò disputat contra eos, qui dicunt contradictoria simul esse uera: secundò contra eos, qui dicunt, quòd conuenit ea simul esse falsa, ibi [At uerò nec contradictio.] Prima in duas; quia primò disputat contra eos in communi: secundò ostendit, quòd opinio Pythago. incidit in opiniones ipsorum: Secunda ibi, [Est autem & ab eadem] Prima in octo, secundùm octo rationes, quas adducit: Secunda ibi, [Necesse itaque] Tertia ibi, [Omnino uerò destruunt] Quarta ibi, [Ampliùs si contradictiones] Quinta ibi, [Ampliùs autē circa omnia] Sexta ibi, [Ampliùs igitur quomodo] Septima ibi, [Vnde & maximè] Octaua ibi, [Ampliùs si

A qua maximè.] Prima pars in duas, quia primò ponit, quid est illud, per quod oportet procedi contra negantes hoc principium: secundò ponit rationem suam contra eos, ibi [Primũ quidem igitur.] Dicit ergo primò, quòd principium, quod debet poni contra negātes hanc dignitatem, nō est, ꝙ supponamus aliquid esse, uel non esse; hoc est quòd supponamus aliquam propositionem affirmatiuam uel negatiuam; & ex illa supposita uelimus probare hoc principiũ; quia sic esset petere principium, ut iam dictum est; sed est, quòd supponamus, ꝙ nomen aliquid exprimat & dicenti, & audienti. Si enim dicens, aliquid dicit, necesse est quòd aliquid terminatum exprimat per nomen; si autem nihil dicit sic non erit cùm eo

B sermo, uel disputatio; nihil enim exprimit, nec sibi, nec alteri: si autem expresserit aliquid per ipsum nomen, iam demonstratio erit contra eum, scilicet negantem hoc principium, ex quo enim aliquid terminatum & diffinitũ exprimitur per nomen, iam ab isto nomine exprimitur una pars contradictionis terminata & non alia: Verũ est, quòd talis ratio sic ostendens, non erit demonstratio demonstrans hoc principium simpliciter, sed tantùm erit ratio sustinens sermonem, dicens, ꝙ per sermonem aliquid exprimitur; & per consequens necessariò hoc principium conceditur: qui enim dicit, ꝙ nihil significat, negat sermonem, negando autem sermonem, cōcedit sermonem; quia non potest negare loquelam, nisi

C concedat loquelam. Notādum est, ꝙ hoc principium est radix (ut iam dictum est) omnium conceptuum cōplexorum: & ideo omnis conceptus complexus posterior est conceptu huius primi principij: & quia ita est; ideo dixit Philosophus, ꝙ ad probationem huius primi principij non debemus supponere aliquid esse, uel non esse; hoc est, non debet supponi aliquis conceptus compositus; quia omnis talis cōceptus posterior est; sed debet supponi, ꝙ nomen significet aliquem conceptum simplicem terminatum. Vbi notandum est, ꝙ conceptus iste compositus oritur à conceptu simplici entis, uel non entis; quasi ergo dicat Philosophus, si nomen significat conceptum simplicem terminatum; oportet, quòd ita significet

D quidditatem unius, ꝙ non significet oppositā illius; & per consequens contradictoria non uerificabuntur de eodem: ex hoc enim hoc principium uerum est; quia diffinitio, quam significat nomen; ita est unius, quòd non alterius. Deinde cum dicit.

Primũ quidē igitur manifestũ, quòd hoc quidē uerũ est, quod significat nomen esse, aut non esse hoc. Quare neque utique omne sic, & non sic se habebit.

Ponit rationem suam: & duo facit, quia ponit rationem suam: secūdò manifestat quoddā, quod dixit; ibi [Ampliùs si homo] Ponit ergo primò rationem suam, & est ratio sua talis: si hoc uerum est, quod suppositum est, ꝙ nomen significat aliquid terminatum; manifestum est, quòd ita significat

ficat esse, hoc est quidditatem unius, quòd nullo modo significat nō esse, hoc est oppositum illius quidditatis; & sic aspectus aliquis terminatus erit in rebus; quia ita aspicietur quidditas unius ab alio, ꝙ nō aspicietur oppositū eius: quare falsum est dicere, ꝙ aliquid sic, & non sic se habeat, sed tantùm se habet uno modo, scilicet sic, uel non sic: quasi ergo dicat Philosophus, quia nomina habent terminatos aspectus ad unam quidditatem, & non ad aliam, & ad quidditatem huius, & non oppositi: ideo sequitur, quòd contradictoria non sunt simul uera; & quod uerificatur ita unū, quòd non uerificatur oppositum eius. Deinde cum dicit.

Ampliùs si homo significat unū, sit hoc animal bipes. Dico autem unum significare hoc, si hoc est homo, si sit aliquid homo, hoc est hominem esse. Nihil autem differt, nec si plura quis dicat significare, solùm autem diffinita. Ponetur.n. utique rationibus alterum nomen. Dico autem ut si non dicat hominem unum significare sed multa; quorum unius quidem una ratio animal bipes, sunt aūt et aliæ plures, sed diffinitæ numero. Ponetur.n. utique proprium nomen secundùm unamquamque rōnem. si autē non ponatur, sed infinita significare dicat, palàm quia non utique erit rō. Nā non unum significare, nihil significare est. Non significantibus autē nominibus, aufertur adinuicem disputare, secundùm ueritatem autem, & ad se ipsum. Nihil enim contingit intelligere, nisi intelligentem unum. si autem contingit, ponatur huic rei nomen.

Manifestat quoddam, quod dixit: dixit enim, quòd ad probationem primi principij hoc debet supponi, quòd nomen significat aliquid unum, & terminatum: hoc ergo uult hic manifestare: Et duo facit: quia primò hoc manifestat: secundò hanc manifestationem adaptat ad propositum, ostendendo, quòd contradictoria non uerificantur de eodem, ibi [Sit itaque] Manifestat ergo, ꝙ nomen significat unum & terminatum, & est ratio talis: Nomen aut significat unum, aut plura: si unum habemus, quod quærimus: si autem plura; aut illa plura sunt finita, aut infinita: infinita non possunt esse; quia infinitum ut infinitum significari non potest, infinitum autem concipi non potest: ergo nec significari; unde significare infinitum & indeterminatum nihil est significare: si autem illa, quæ significant, plura sunt, & tamen finita, sicut est in noīe æquiuoco; sequitur idem quod prius, quòd nomen significet unum: nam ex quo illa significata finita sunt, numerari possunt ab intellectu, & cuilibet illorum significatorum potest imponi unum nomen: Visa hac ratione patet litera, quæ dicit: quòd si homo, uel aliquid aliud significat unum, sicut animal bipes, habemus propositum nostrum: dico autem unum significare; quia significatur una quidditas, & unum esse quidditatiuum; puta si homo significat aliquid; oportet, quòd hoc sit esse hominis, idest esse quidditatiuum hominis: Si au-

Infinitū cōcipi non potest.

Qđ significatur, & intelligitur est unum.

E tem dicas, quòd nomen significat plura; nihil refert quantum ad propositum nostrum, dummodo illa plura sint finita & terminata, cuius ratio est; quia si rationes significatæ ambæ sint plures, dum tamen sint determinatæ, cuilibet illarum rationum poterit imponi nomen: Exempli gratia, si aliquis dicat, quòd homo non significat unam rationem, sed plures, de numero quarum est hæc ratio, quæ est, animal bipes; dum tamen illæ rationes, quæ significantur ab homine, non sint infinitæ; nihil refert, quia cuilibet illarum rationum potest imponi nomen unum. Si autem aliquis cauillando dicat, quòd nomen significat plura, & infinita; rationabiliter dicit: nam significare unum & terminatum, nihil est significare:

F ita quòd secundùm hoc nomen nihil significabit: Si autem nomina non significant, peribit omnis disputatio, & omnis expressio; disputatio dico, & quæ est ad hominem, & quæ est secundùm ueritatem; nam quòd non intelligitur, non significatur, quod autem non est unum & terminatum, non intelligitur: & per consequens non significatur. Si autem illud, quod significatur, conuenit intelligi; poterit illi tali rei significatæ imponi nomen. Notandum est, quòd in omni disputatione ita exprimitur determinatè unum, quòd non aliud: quando enim uersatur disputatio inter opponentem & respondentem; oportet, quòd conceptus expressus ab opponente, uel à respondente, sit determinatus

G & finitus. hoc non esset, nisi nomina essent significatiua terminatorū conceptuum: Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd si nomina nō significarent terminatos conceptus, peribit omnis disputatio. Deinde cum dicit.

Qđ non intelligitur, non significatur.

Sit itaque sicut à principio dictum est significās aliquid nomen, & significās unum: nec sic contingit hominem esse significare non esse hominem si homo significat non solùm de uno, sed & unum: non enim hoc dignamur unum significare quod de uno quoniā sic: itaque musicus, & album, & homo unum significarent. Quare unum omnia erunt synonima: namque & non erunt esse & non esse idem. nisi secundùm æquiuocationem; ut si quem nos hominē uocamus. Dubitatum uerò non hoc est, si contingit simul idem esse & non esse hominem secundùm H *nomen, sed secundùm rem. Si autem non significet alterum homo, & non homo; palàm quia non esse hominem non erit diuersum ab esse hominem: quare erit hominem esse non hominem esse; unum enim erunt: hoc enim significat etiam unum, ut uestimentum & indumentum; si ratio una. Si uerò erunt unum, & unum significat hominem esse, & non hominem, sed ostensum est, quòd alterum significat.* TEX. 11.

Applicat suam manifestationem ad propositum; & est applicatio talis: si nomen tantùm significat unum; ut si nomen significat esse hominis, nullo modo significabit non esse, nisi fortè æquiuocè: hic enim appellamus unum, quod

quod est unum secundùm rem, & secundùm rationem; non quia sit in uno subiecto, eo modo quo dicimus, quòd album & musicum sunt unum, quia sunt in uno subiecto: & sic si esse significaretur à nomine, non significabitur altera pars contradictionis, quæ est non esse; & per consequens falsum est, quòd contradictoria sint uera. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd si hoc est uerum, quod dictum est à principio, quòd tantũ significat unum & non plura; sequitur, quòd nomen cùm significet hominis esse, non significat oppositum illius, scilicet non esse hominis: non enim illa dicimus significare unum, quæ sunt in uno: quia si illa significarent unum, quæ sunt in uno; homo, & album, & musicum significarent unum; & per consequens omnia essent unum: quia si album, quia est in homine, sit idem cum homine; eodem modo quia est in lapide, erit idẽ cum lapide, & sic lapis & homo erunt idem: quia quæcunque uni & eidem, sunt eadem inter se sunt idem; & sic omnia essent synonima significantia idem secundùm rem, & secundùm rationem. Sic ergo esse, & non esse non sunt idem; quia ad minus differunt secundùm rationem: quia si homo & album, non obstante quòd uerificentur de eodem, sunt diuersa; multò magis esse & non esse. Si autem non sunt idem, non significabuntur ab uno nomine: nisi fortè æquiuocè: ut si aliquis uocet hominem, quod nos uocamus non hominem: significare autem æquiuocè nihil facit ad propositum nostrum: accipimus enim hic significare, quando id quod significatur, est idem secundùm rem, & secundùm rationem: Homo ergo & non homo diuersa significant: si enim non significant alterum homo & nõ homo; manifestum est, quòd esse hominis erit eius non esse; & secundùm rem, & secundùm rationem homo & non homo erunt nomina synonima, quorum res, & ratio significatiua est una; & sic idẽ significabitur p unum nomen & aliud: cuius contrarium ostensum est. Deinde cum d.

Regula.

Nomen uni est simpliciter nomi unũ.

TEX. 12. *Necesse itaque siquidem est uerum dicere; quia homo animal esse bipes. Hoc enim erat, quod significabat homo: sed si hoc necesse, non contingit non esse hoc ipsum animal bipes. Hoc enim significat necesse esse, impossibile non esse hominem: Non igitur cõtingit simul uerum esse dicere idem hominem esse, & non esse hominem: Eadem autem ratio & non inesse hominem.*

Secunda ratio ex necessarij natura.

Ponit secundam rationem, & est ratio sua talis: si contradictoria uerificantur de eodem, nulla propositio erit necessaria, quia propositio ex hoc est necessaria; quia ita aspicit unum, quòd nõ potest aspicere oppositum illius: sicut ista propositio, homo est animal; est necessaria, quia ita aspicit animal, quòd non potest aspicere oppositum illius. Si autem contradictoria sunt simul uera de eodem, simul affirmatio & negatio aspicientur ab eodem: nulla ergo propositio se habebit, quòd ita aspiciat unum oppositorum, quòd

A non aspiciat aliud, & sic destruitur natura necessarij; & per consequens impossibilis. Circa hanc rationem sic procedit; quia primò probat conclusionem suam (ut iam dictum est) per rationem necessarij: secundò eandem confirmat per naturam oppositionis, ibi [Nam hominem esse & non hominem esse] tertiò per naturam interrogationis ibi, [Si autem hoc non contingit.] Dicit ergo primò, quòd necesse est, quòd sit uerũ dicere, q homo sit animal bipes: animal enim bipes est illud, quod significatur ab homine; quia diffinitio rei est ratio, quam significat nomen; quasi dicat Philosophus, hęc est necessaria, homo est animal bipes; & hoc quia animal bipes est diffinitio hominis, significata à nomine hominis: Si B autem necesse est hominem esse animal bipes, non conuenit ipsum non esse animal bipes: si.n. necesse est hominem esse animal bipes, impossibile est ipsum nõ esse animal bipes: natura enim necessarij hoc significat, q oppositũ illius est impossibile; si ergo hoc est necessarium, scilicet hominem esse animal bipes, & oppositum illius est impossibile: igitur non conuenit simul uerum dicere idem, simul esse hominem & non hominẽ; sed si necesse est esse hominem, impossibile est esse non hominem: Et sicut dictũ est de homine, q necessariò aspicit aliquod prædicatum; ita potest dici de non homine; eadem enim ratio est in utroque. Deinde cum dicit.

Diffinitio rei è ratio, quam significat nomẽ.

Aequipollentia modales.

C *Nam hominem esse, & non hominem esse, alterum significat: siquidem albũ esse, & hominem esse alterum, multũ enim opponitur illud magis, quare significat diuersum. Si autem & albũ dixerit idem significare, & unum ratione idem dicemus; quod et prius dictum est, quòd unum omnia sunt, & non solùm opposita.*

Manifestat eandem conclusionem per naturã oppositionis; & est ratio sua talis: Magis opponũtur homo & non homo; quàm homo & albũ; sed homo & album non significant idem; licèt sint in eodem; ergo multò magis homo & non homo non significant idem. Visa ratione, patet litera, quæ dicit; quòd esse hominis & esse non hominis diuersum significat; cùm homo & album significent diuersum, multò enim magis opponuntur homo & non homo, quàm homo & album. Si erD go homo & album diuersum significãt: ergo homo & non homo diuersum significant, ad minùs secundùm rationem: Si enim diceret aliquis, q homo & album significãt idem secũdùm rem, & secundùm rationem: sequitur (sicut dictum est prius) q oĩa sunt unum, & nõ solũ opposita contradictoriè: si enim homo & album sunt unum, eadem ratione homo & musicum; & per consequens idem erit album & musicum, q si hoc non contingit, homo & album non sunt idem. Deinde cum dicit.

Cõfirmatio per naturã oppõnis.

Si autem hoc non contingit, contingit quod dictũ est. Si respondeatur ad interrogatum: si autem apponat interroganti simpliciter, & negationes non

respondetur ad interrogatum. Nihil enim prohibet idem, & hominem, & album, & alia mille secundùm pluralitatem. Attamen interrogante, si uerum est dicere hominem hoc esse, aut non. Respondendum est unum significatum, & non addendum; quia album, & nigrum, & magnum. Et enim impossibili infinita talia accidentia permeare, aut igitur omnia permeantur, aut nullum: Similiter etiam si millies est homo, idem & non homo, non est correspondendum interroganti, si est homo; quia est simul, & non homo; si non, & alia quæcunque acciderunt, sunt correspondentia quæcunque sunt, aut non sunt: si autem hoc non fecerit, non disputat.

Probat eandem conclusionem per naturam interrogationis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd de natura interrogationis est, quòd ad specialem interrogationem detur specialis responsio, & determinata: si autem contradictoria significarent idem & secundùm rem, & secundùm rationem, nulla interrogatio esset finita & terminata, nec etiam responsio: Si enim homo & non homo dicerent idem, & secundùm rem, & secundùm rationem; quicunque interrogaret aliquid de homine, interrogaret & de non homine: & quicunque responderet hominem, responderet non hominem: quòd autem interrogationes & responsiones non sint determinatæ & definitæ, impossibile est: interrogationes & responsiones sunt de diuersis ad minùs secundùm rationem. Vnde quandocunque aliqua duo differunt secundùm rationem: & si sint idem secundùm subiectum: non oportet, quòd facta interrogatione, uel responsione de uno, fiat interrogatio & responsio de alio: & ideo si homo & non homo sint idem secundùm rem, dum tamen differant secundùm rationem, non oportet, quòd si respondetur homo, quòd respondeatur non homo. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit: quòd si hoc non contingit, quod dictum est, quòd album, & homo sunt idem; contingit quòd contradictoria non dicant eandem rem, & hoc necesse est si debet responderi ad interrogatum simpliciter, & determinatè, & definitè. Si enim aliquo interrogante simpliciter de aliqua parte negationis, puta de affirmatiua; aliquis respondens, cùm affirmatiua apponat negatiuam, respondebit determinatè & definitè ad interrogatum. & si enim homo & non homo sint idem secundùm rem, dum tamen sint diuersa secundùm rationem, ita debet responderi unum, quòd non aliud. Exemplum, nihil prohibet hominem, & album, & alia mille accidentia esse idem, sed tamen quia differunt ratione, si aliquis interrogauerit, Vtrum iste sit homo, uel non homo, Respondendum est tantùm unum significatum, puta ꝙ est homo, uel non homo, & non est respondendum, quòd est albus, uel niger, uel quòd est magnus. si enim aliquod istorum accidentium deberet responde-

E ri; qua ratione responderetur unum, & aliud; uel enim omnia respondebuntur, uel nullum: cum ergo accidentia sint infinita, ad eandem interrogationem respondentur infinita; quod est impossibile, quia est impossibile infinita pertransire: Et sicut dictum est de homine, & albo; ita dicendum est de homine, & non homine: & si enim homo & non homo sunt unum secundùm rem: dum tamen differant secundùm rationem; quando respondetur homo; non oportet, quòd respondeatur non homo; nec oportet, quòd simul respondeatur homo & non homo; nisi fortè oporteret, cum quæritur de homine, respondere ꝑ omnia, quæ accidunt homini; quod est impossibile: quia si sic oporteret fieri, periret omnis

Non contingit infinita pertransire.

F disputatio: in omni enim disputatione oportet, quòd opponens interroget determinatos & finitos conceptus; & respondens eodem modo debet respondere finitè & determinatè: si ergo quæstio, uel responsio fieret de infinitis accidentibus, periret omnis disputatio; quia talia accidentia non possunt pertransiri ab intellectu. Deinde cum dicit.

Omnino uerò destruunt, qui hoc dicunt substantiam, & quod quid erat esse. Omnia namque accidere dicere eis est necesse, & uerè hoīem esse, aut animal esse, & non esse: nam si quid fuerit, quod est hominis esse, hoc non erit non hominem esse, aut non esse hominem: & enim hæ sunt negationes huius: Vnum enim erat, quod significabat nomen, & hoc TEX. 13.

G *erat alicuius substantia; significare uerò substantiam est, quòd non aliud aliquid esse ipsi. Si autem fuerit, quod est esse hominem ipsi, quod non hominem esse, esse hominem aliud erit. Quare dicere eos est necesse, quia nullius talis erit ratio, sed omnia secundùm accidens: hoc enim determinata est substantia et accidens, Accidit.n. album homini, quia est albus, sed non quòd uerè album.*

Ponit tertiam rationem contra negantes principium; & est ratio sua talis: si affirmatio & negatio uerificantur de eodem: sequitur, quòd nullum prædicatum erit substantiale; nec de substantia rei: sed omnia erunt accidētalia: sed hoc est impossibile, ergo & principium. Circa hanc rationem sic procedit, quia primò ponit conse-

Tertia rō ex terminis uel nominis significatione.

H quentiam; & probat eam: secundò infringit consequens, ad cuius infrictionem sequitur destructio antecedentis, scilicet istius, quòd affirmatio & negatio uerificantur de eodem: Secunda ibi, [Si uerò omnia:] Ad euidentiam consequentiæ huius notandum est, quòd hæc est differentia inter prædicatum substantiale, & accidentale: quia prædicatum substantiale dicit esse quidditatiuum subiecti, & habet quandam identitatem cum subiecto: prædicatum autem accidentale non dicit esse quidditatiuum subiecti: sed est quoddam aliud ab esse subiecti: Est ergo hæc consequentia in hoc, si esse & non esse uerificantur de eodem, omne esse subiecti ē quoddam non esset non esse autem quandam alie-

Differentia inter prædicatum substantiale & accidentale

alietatem dicit, eo modo quo dicimus, quòd album non est esse hominis quidditatiui, sed magis quoddam non esse; quod autem alietatem dicit respectu illius, à quo est aliud, habet naturam accidentis, magis quàm substantiæ; ergo secundùm hoc esse prædicatum erit accidentale; quia omne prædicatum erit non esse sui subiecti. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit sic: quòd illi, qui sic dicunt, scilicet, quòd esse & non esse uerificantur de eodem; omnino destruunt substantiam, & quòd quid erat esse, idest prædicatũ substãtiale & quidditatiuum: quòd autem sic, patet, quia sic dicere est dicere, quòd omnia accidant rei, & habeant quandam alietatem à re; & per consequens non sunt de substantia rei; sic enim dicere est dicere, quòd hominis esse est eius non esse; & sic esse eius; & non esse est aliud ab eo: & sic dicere, est dicere, quòd animalis esse est eius non esse: & sic est aliud ab eo, & non est substantia eius; substantia enim ita dicit esse, quòd non dicit non esse: si ergo esse est aliquid quidditatiuum hominis, nullo modo dicit nec esse non hominem, nec non esse hominem; quamuis hæ duæ negationes sint huius, scilicet hominis; unum est enim esse hominis, qđ significabatur, & hoc erat substantia alicuius, scilicet hominis, quod quidẽ esse si erat substantia, nullo modo poterat esse non esse: cuius ratio est: quia significare subiectum, non est significare aliquid, quod sit aliud ab ipso esse: Si autem illud, quod erat uerè esse hominis, erat idem, quòd esse non hominis; sicut dicebant isti: sequitur, quòd esse hominis sit aliquid aliud ab homine; & per consequens sequitur, quòd necesse sit dicere, quòd esse tale non sit ratio alicuius subiecti, sed sit accidens rei: & ita omnia prædicata erunt secundùm accidens: Hec est enim determinatio & distinctio inter substantiam, & accidens: quia esse substãtiale nihil aliud dicit diuersum à re; esse autem accidentale dicit aliquid aliud diuersum à re, cuius est esse; eo modo, quo dicimus, quòd album accidit homini; nõ ita tamen quòd uerum esse hominis sit esse albũ, sed esse album dicit aliquid aliud ab homine. Deinde cum dicit.

TEX. 14. *Si uerò omnia secundùm accidens dicantur, nullum erit primum uniuersale. Si autem semper accidens de subiecto aliquo significat prædicationem; in infinitum ergo necesse est ire: sed impossibile.*

Ostendit consequens esse impossibile, idest, quòd oẽ prædicatum est accidentale. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd esse per accidẽs reducitur ad esse per se; & esse accidens reducitur ad substantiam. Si enim per accidens non reduceretur ad per se, uel si accidens non reduceretur ad substantiam, sed semper accidentis esset accidens, esset abire in infinitum in accidẽtibus; & hoc quia non esset in aliquo per se. Est ergo ratio Philosophi in hoc: si omne prædicatum est accidentale, & nullum substantiale, accidens nõ reducitur ad per se; si autem ita est, est abire in infinitum in accidentibus; sed hoc est impossibile, ergo & primum. Circa hanc rationem sic procedit; quia primò ponit rationem suam, quæ scilicet est: si omne prædicatum est accidentale, est abire in infinitum: secundò probat, quòd in accidentibus non est abire in infinitum, ibi. [Neque enim plura duobus.] Dicit ergo sic, quòd si omnia prædicantur secundùm accidens, non erit aliquod prædicatum, quod prædicetur per se & primò; & per consequens non erit aliquod uniuersale primum. Accipitur autem uniuersale primum hic, sicut in Posterioribus, scilicet, quod prædicetur de aliquo per se, & secundùm quòd ipsum: Quòd autem nullum tale sit prædicatum, sed omnia sunt accidentalia, hoc est impossibile; quia si sic est, est abire in infinitum. Deinde cum dicit.

Lib. t. c. 4.

Neque enim plura duobus complectitur. Accidens enim accidenti non accidit, nisi quia ambo eidem accidunt. Dico autem ut album musico, & hõ albo. quia homini ambo accidunt, sed non Socrates musicus. Itaq; ambo accidunt alicui alteri. Quoniã igitur hæc quidem ita, illa uerò illo modo dicuntur accidentia, quæcunque sic dicuntur, ut album Socrati, non contingit infinita esse in superius, ut Socrati albo alterum aliquid accidens. Non enim fit unum aliquid ex omnibus, nec itaque albo erit aliquod aliud accidens, ut musicus. Nihil enim magis hoc illi, quàm illud huic accidit, & simul determinatum est; quia hæc quidem ita accidunt, hæc autẽ ut musicus Socrati. quæcunque uerò sic non accidenti accidunt per accidens, sed quæcunque illo modo; quare non omnia secundùm accidens dicuntur: erit igitur aliquid etiam ut substantiam significans: si autem hoc ostensum est, quia impossibile est simul prædicari contradictiones.

Ostendit, quòd non est abire in infinitum in accidentibus, siue in prædicatis accidentalibus; & est ratio sua talis: prædicatio accidentalis est in duplici differentia: Vno enim modo est prædicatio accidentalis, quando accidens unum accidit subiecto: eo modo, quo dicimus, quòd musicum accidit Sorti: Secundo modo, quando duo accidentia accidunt tertio, sicut musicum & album accidunt Sorti: neque primo modo, neque secundo est abire in infinitum in accidentibus: ergo nullo modo est ibi infinitas. Visa ratione, patet litera, quæ dicit sic: quòd prædicatio accidentalis non est nisi duobus modis unus modus, quando accidens prædicatur de accidente per accidens: & hoc ideo, quia ambo accidunt tertiò; sicut album prædicatur de musico; quia ambo accidunt homini: alius modus est, quo accidẽs prædicatur de subiecto, eo modo, quo dicimus, quòd Sortes est musicus, quia musicum accidit Sorti; non quia ambo accidant alicui alteri: Cum igitur sint duo modi prædicationis per accidens, in neutro modo conuenit prædicationem esse in infinitum: in illo enim, in quo prædicatur accidens de accidente, non contingit infinitum esse

In prædicatis accidentalibus non est abire in infinitum.

Prædicatio per accidẽs duplex.

in deorsum; & hoc quia in illo modo prædicandi ambo accidentia accidunt tertio, in quo tertio est status; & sic descendendo de prædicato ad subiectum, contingit stare in subiecto: Sed in illo modo prædicandi per accidens, quo accidens prædicatur de subiecto, dicendo Sortes est albus, non contingit abire in infinitum in superiùs ascendendo; ita ut dicatur, quòd Sorti accidit album; & Sorti albo accidit musicum; & sic usque in infinitum: Hoc enim non posset esse, nisi duobus modis, Vno modo, quòd ex albo & Sorte fieret unum; & sic sicut Sortes est subiectū unius albedinis: ita Sortes albus esset subiectum alterius albedinis, siue accidentis; quia ex subiecto & accidente non fit unum simpliciter; & ideo non potest esse unum subiectum. Alius modus esset, quia sicut Sortes est subiectum albi: ita album est subiectum musici: & hoc non potest esse propter duas rōnes; Primò quia non est maior ratio quòd album sit subiectum musici, quàm q musicus sit subiectum albi; non enim album naturaliter precedit musicum, nec musicum album; cum tamen subiectum naturaliter debet præcedere accidens. Secunda ratio est, quia diffinitum & determinatum est, quòd iste modus prædicandi per accidens, in quo accidens prædicatur de accidente; est alius ab illo modo, in quo accidēs prædicatur de subiecto; sicut musicum de Sorte: in tali autem modo accidens non prædicatur de accidente; sed in illo primo modo: Quasi dicat; si esset abire in infinitum in accidentibus, ita ascēdendo accidens prædicaretur de accidente: sed in illo modo accidens prædicatur de subiecto solùm; Manifestum est ergo, quòd non omnia prædicantur secundùm accidens, sed aliqua prædicantur substantialiter: si autem sic est, impossibile est quòd contradictoria prædicentur de eodem.

Infinitum in prædicationibus duplicter. Notandum est, quòd infinitum in prædicationibus possumus imaginari duobus modis, in deorsum, & in sursum: In deorsum non potest esse infinitas, nec in prima prædicatione per accidens, nec in secunda, cuius ratio una est; quia in prima prædicatione accidens accidit substantiæ; in substantia āt est status; quia substantia nō est ens inclinatū; in alia prædicatione duo accidētia accidunt substantiæ, & ibi est status, sicut priùs. Similiter nec in prima, nec in secunda potest esse infinitas in ascendendo, ita quòd accidens sit subiectum accidentis in infinitum; primò, quia subiectum non est subiectum accidentis: secundò autem quia (ut iam suppositum est) in una prædicatione tantùm est unum accidens; Et sic patet plane littera Philosophi.

Quæstio. Quæreret quis per literam Philosophi: Verum accidens possit esse subiectum accidentis? Dicendum est, quòd accidens cadere medium inter subiectum & accidens potest intelligi duobus modis: *Accidēs esse medium inter subiectū et accidens, dupliciter.* Vno modo, quòd cadat medium quantum ad rationem subijciendi; ita quòd unum accidens sit subiectum alterius: & isto modo accidens pro

E priè non est medium; & hoc quia subiectum debet habere rationem fixi; accidens autem non habet rationem fixi: Secundò modo potest intelligi, quòd accidens cadat medium quantum ad rationem causandi, ita quòd subiectum per hoc sit subiectum unius accidentis, quia est subiectū alterius; sicut corpus recipit colorem mediante superficie: & isto modo accidens potest cadere medium sub ratione causæ, & non subiecti. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duo accidentia respicere unum subiectum, hoc potest intelligi duobus modis, Vno modo quòd illa accidentia aspiciunt illud subiectum secundum quēdam ordinem essentialem, & secūdùm rationem prioris & posterioris; eo modo quo dicimus, q *Duo accidētia respicere unum subiectum, dupliciter.*
F quātitas priùs aspicit corpus, quàm color: & isto modo accidens primum cadit medium inter subiectum & accidens quantùm ad rationem causæ; sed non subiecti: Secundo modo quòd duo accidentia respiciant unum subiectum accidentaliter; & hoc quia unum non aspicit subiectum mediante alio, nec è cōuerso; & in tali modo unum accidens non habet rationem prioris respectu alterius, nec in ratione causæ, nec in ratione subiecti.

Ampliùs si contradictiones simul de eodem uere sunt omnes; palàm quòd omnia unum erunt. Erunt enim idem triremis & murus, & homo; si de omni aliquid aut affirmare aut negare contingit. TEX. 15.

G Ponit quartam rationem contra negantes primum principium, & firmissimum; de quo iam dictum est; & est ratio sua talis. Si contradictoria uerificantur simul de eodem, omnia erunt simul unum; sed hoc est impossibile, ergo & primum. *Quarta rō ex terum distinctione.* Circa hāc autem rationem sic procedit, quia primò ponit consequentiam suam, scilicet si contradictoria sint simul uera; sequitur, quòd omnia sunt unum: secundo ostendit, quòd hoc inconueniens, scilicet quòd omnia sunt unum; sequitur ad opinionē Pithag. & Anaxag. tertiò probat consequentiam primam ueram esse: Secunda ibi [Quemadmodum est] Tertia ibi [At uerò dicenda est] Ponit ergo primò consequentiam suā dicens; quòd si contradictoria sint simul de codē, ita quòd idem affirmare & negare contingat, se-
H quitur q omnia sunt unum, ita quòd unum est triremis .i. nauis habens tres ordines remorum, & murus, & homo. Deinde cum dicit.

Quemadmodum est necesse dicentibus rationem Pythagoræ. Nam alicui si uideatur non triremis homo, palàm quia non triremis. Quare et est, si contradictio uera.

Ostendit, quòd idem inconueniens, scilicet, q diuersa sunt unum: sequitur ad opinionem Pythag. & Anaxag. & primò, quòd sequitur ad opinionē Pythago: secundò Anaxag. ibi. [Sic itaq;.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd Pythago. posuit, quòd quicquid uidetur alicui est unum; & hoc quia sensus noster est mensura rerum, & non è conuerso: Si autem hæc positio est uera;

uera;sequitur,ꝙ cōtradictoria sunt simul uera de eodem; sed quia si quidquid uidetur est uerum, si alicui uidetur, quòd homo sit triremis, erit triremis: & si alteri uidetur quòd non sit, non erit: & sic idem esset triremis & non triremis: & sic secundùm hunc modum, secundùm positionem Pythago. contradictoria sunt simul uera de eodē: Si autem contradictoriā sunt simul uera de eodē; sequitur secundùm consequentiā prẹcedentem, quòd omnia sunt unum: ergo ad positionem Pythago. sequitur, quòd omnia sunt unum; & hoc est, quòd debuit declarari. Visa hac sententia, patet litera, quę dicit, quòd non solùm ad positionem prẹcedentem sequitur, quòd omnia sunt unum, sed etiam ad positionem Pythag. Nam secundùm positionem ipsius Pythag. si alicui uidetur, quòd homo non sit triremis non erit; & etiā quòd si alicui alteri uidetur, quòd sit, erit: & sic contingit, quòd contradictoria sunt uera secundùm positionem Pythago. & per consequens, ꝙ omnia sunt unum.

B

Sic itaque Anaxag. simul res omnes esse, ut nihil uerè sit unum. Indefinitum igitur uidetur dicere, ut putantes dicere ens, de non ente dicunt. Nam pote state ens & non endelechia indefinitum erit.

Ostendit quòd idem sequitur ad positionem Anaxag. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ opinio Anaxag. fuit, quòd quodlibet est in quolibet; & hoc quia quodlibet fit ex quolibet: si autem ita est, quòd quodlibet est in quolibet, sequitur quòd opposita, & per consequens contradictoria uerificentur de eodem; sequitur etiam, ꝙ omnia sunt unum illo confuso, in quo sunt. Decipiebatur autem Anaxag. quia non distinguebat inter actum & potentiam: licet enim quodlibet sit in quolibet in potentia, quod est secundùm quid; tamen unum non est in alio in actu, quod est esse simpliciter & perfectè. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit: quòd Anaxag. accidit dicere res simul esse; ita quòd nihil sit uerè distinctū ab illo: & hoc quia quodlibet est in quolibet. Posuit enim quoddam ens confusum & indeterminatum, in quo omnia sunt unum: Decipiuntur autem isti: quia credentes loqui de ente in actu & perfecto, loquuntur de ente in potentia, & nō de ente in actu. Nam hoc ens, quod ponunt, est indefinitum & indeterminatum; omne autem tale ens est in potentia, & non est endelechia, idest actu. Notandum est, quòd esse in aliquo sub esse confuso & indeterminato, est esse secundū quid, & in potentia: quando ergo Anaxag. dicebat, ꝙ quodlibet est in quolibet sub esse confuso; necessariò habebat dicere, quòd quodlibet est in quolibet in potentia tantum. Et hoc est, quod dicit Philosoph. quòd licet crederet dicere, ꝙ quodlibet est in quolibet actu; tamen ex uerbis suis sequitur, ꝙ quodlibet est in quolibet in potentia tantùm. Deinde cum dicit.

Vide 1. Phy. 32.

C

At uerò dicenda est ipsis de omni affirmatio & negatio. Inconueniens enim si unicuique sua quidem

A *negatio inest, quæ uerò alterius quidem non inest ei: dico autem ut uerum est dicere, hominem quia non homo, palam quòd & non triremis: ergo si affirmatio necesse est & negationem. Si autem existat affirmatio, negatio alia inerit magis, quàm illa, quæ sua; ergo & si illa inest, inerit quæ & ipsius triremis. Si autem hoc, & affirmatio. Hoc ergo contingit hanc dicentibus rationem.*

Probat consequentiam iam dictam; scilicet si contradictoria uerificarentur de eodem, omnia sunt unum: Et duo facit; quia primò probat, ꝙ omnia affirmatiuè dicta erunt unum: secundò probat, quòd secundùm istam positionem affirmationes non distinguuntur a suis negationibus in ueritate & falsitate, ibi, [Et quia non est necesse.] Probat ergo quòd secundùm istam positionem sequitur, quòd omnia sunt unum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamēta; Primum fundamentum est, quòd si affirmatio & negatio eiusdem uerificatur de eodem; affirmatio non distat à sua negatione: Secundum fundamentum est, quòd affirmatio cuiuscunque rei magis uidetur distare à negatione sui, quàm à negatione cuiuscunque alterius: si autē ita esta. s. ꝙ affirmatio & negatio eiusdem uerificaretur de eodem, multò magis affirmatio & negatio alterius: cum maior distantia uideatur in prima, quàm in secunda: Ex his duobus fundamentis arguit Philosophus sic. Si affirmatio & negatio uerificantur de eodem, per primum fundamentum affirmatio & negatio non distant: ex quo sequitur, quòd homo non distat à non homine: si autem non distat à non homine, multò magis non distat à non asino: ergo idem est homo & non asinus: sed si contradictoria sunt simul uera de eodem, quidquid est non asinus, est asinus: si ergo homo est non asinus, ergo homo est asinus, ergo homo & asinus est unū & idem: qua autem ratione homo est asinus, eadem ratione est quodlibet aliud, & sic omnia sunt unum. Visa autem hac ratione, patet litera, quæ dicit: quòd dicendum est, quòd si de omni uerificatur affirmatio uel negatio, magnum inconueniens est: si de aliquo uerificatur negatio propria, & magis uerificabitur ēt negō alterius. Exemplū. Si de homine uerificatur non hō, quæ est negatio propria: magis uerificabitur nō triremis, quæ est negatio alterius; necesse est. n. ꝙ de omni uerificetur negatio alterius secundùm istā positionem: cuius ratio est; si enim affirmatio alterius uerificatur de ista affirmatione; puta, quòd sit uerum dicere, quòd homo sit triremis; necesse est & negationem eius uerificari; & hoc quia affirmatio, & negatio uerificantur de eodem: si autem affirmatio alterius nō uerificatur de aliquo, necesse est ad minùs negationem alterius uerificari de aliquo: si negatio propria uerificatur, ut si uerificatur non homo de homine; uerificabitur multò magis non triremis: si autem negatio uerificatur, sicut non triremis; uerificabitur & affirmatio,

D

matio, sicut triremis; & sic idem simul erit homo & triremis. Hoc autem est impossibile, quod sequitur ponentes hanc positionem. Deinde cum dicit.

Et quia non est necesse aut dicere, aut negare. Nam si uerum est, quia homo & non homo; palàm quia nec homo, nec non homo erit. Nam duorum duæ negationes. Si autem una & ex utrisque illa, & una utique erit opposita.

Ostendit, quòd secundùm istam positionem contingit, quòd affirmatio non distinguitur à negatione in ueritate & falsitate; sed utraque erit falsa de eodem: Et est sententia sua ista: si homo & non homo uerificantur de eodem; sequitur, quòd nec homo, nec non homo uerificentur: poterit enim esse una propositio composita ex affirmatione & negatione, ut dicatur, quòd hic est homo & non homo; hæc autem propositio habet suam oppositam, quæ est ista, quòd hic nec est homo, nec homo: si ergo opposita sunt uera de eodem; sequitur quòd si hic est homo, & non homo; quòd etiam hic nec sit homo, nec nõ homo: Hoc est ergo, quod dicit litera, quòd secundùm istam positionem non est necesse, aut negare, aut affirmare; hoc est, non est necesse, quòd aut affirmatio, aut negatio uerificetur de aliquo, sed utraque de aliquo falsificari potest: Si enim de aliquo est uerum dicere, quòd est homo & non homo; de eodem erit uerum dicere, quòd nec erit homo, nec non homo: & hoc, quia horum duorum erunt duæ negationes, scilicet nec homo, nec nõ homo: poterit enim fieri ex his duabus una propositio composita, dicendo quòd hic est homo, & non homo; cui opponuntur istę negationes, scilicet quod hoc non erit homo, nec non homo.

In hac rõne accipit Philosophus affirmatiuam de prædicato infinito tanquam negatiuam; eo quia æquipollet negatiua de prædicato finito.

TEX. 16.

Amplius autem circa omnia ita se habet, & est album, & non est album, & est ens & non ens: & circa alias dictiones, et negationes modo simili, aut non; sed circa quasdam sic, circa quasdam autem non: & si quidem non circa omnes, hæ utique erunt confessæ.

Ponit quintam rationem contra negantes hoc primum principium. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hoc principium primum negare, poterit esse quatuor modis: ita ꝙ negantes hoc principium, se habere poterunt quatuor modis. Primus modus est, quòd dicerent; quòd affirmatio & negatio uerificantur de aliquibus: ita quòd circa illa si affirmatio est uera, & negatio; & è cõuerso: circa aliqua uerò non uerificatur affirmatio, & negatio: sed circa illa, si affirmatio est uera, & negatio est falsa; & è conuerso: Secundus modus est, quòd affirmatio, & negatio ita se habet, quòd de quocunque uerificatur affirmatio, & uerificatur negatio, & non è conuerso; quia non est necesse, quòd de quocunque uerificetur affirmatio. Tertius modus est, quòd de quocunque uerificatur affirmatio, uerificatur negatio, tamen habet ueritatem coniunctim tantum; ita quòd quicunque dicit diuisim, quòd homo est albus,

Quinta rõ ex cognitionis certitudine.

Primũ principium negari quadrupliciter contingit.

E falsum dicit: & quicunque diuisim dicit, homo non est albus, etiam falsum dicit: sed quicunque dicit coniunctim homo est albus, & homo non est albus; uerum dicit. Quartus modus est, quòd affirmatio & negatio uerificantur de eodem, & è conuerso etiam diuisim: ut quicunque dicit diuisim, homo est albus, uerum dicit; & quicunque diuisim dicit; homo non est albus, etiam uerum dicit. In ista ergo parte quatuor facit, quia primò destruit primum modum dicendi: secundò destruit secundum: tertiò destruit tertium: quartò destruit quartum: Secunda ibi, [Si uerò circa omnes] Tertia ibi, [Si uerò negando] Quarta ibi, [Similiter autem.] Dicit ergo, quòd si affirmatio & negatio uerificantur de eodem; aut ita F se habet circa omnia: ita quòd idem sit album & non album, & ens & non ens; aut circa quædam sic se habet, & circa quædam non: & si quidem hoc secundum sit uerum, quòd affirmatio & negatio possunt uerificari de quibusdam, & de quibusdam non; sequitur quòd hoc principium, De quolibet affirmatio uel negatio uera, ad minùs in quibusdam est concessum, & firmum; nec falsificari potest: quia (ut dictum est) in quibusdam, ita est uera affirmatio, quòd non est uera negatio; & e conuerso. Deinde cum dicit.

Si uerò circa omnes, iterum aut de quibuscunque dicere & negare. & de quibuscunq; negare & dicere; aut de quibuscunque quidẽ dicere & negare, sed de quibuscunque negare, non de omnibus dicere. G *Et si sic, erit aliquid firmiter non ens: & hæc erit firma opinio. & si ipsum non firmum aliquid sit, & notior utique erit dictio quàm opposita negatio.*

Destruit modum secundùm dicendi; & est ratio sua talis: si secundus modus dicẽdi uerus est, sequitur quòd opinio negatiua firmior est, & notior affirmatiua; quia secundùm istum modum, de quo uerificatur affirmatio, uerificatur negatio; & non è conuerso: ita quòd negatio firmior est, & purior, quàm affirmatio: sed hoc est impossibile; quia omnis firmitas, & omnis puritas, & notitia negatiuæ oritur ex notitia & firmitate affirmatiuæ: Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd si affirmatio & negatio uerificantur de eodem, & hoc circa omnia: aut hoc est; quia de quibuscunque dicitur affirmatio, dicitur & negatio; & H non è conuerso; de quibus dicitur negatio, dicitur affirmatio: & si quidem hoc secundo modo hoc fuerit; sequitur quòd non ens firmius est, quàm ens; & quòd opinio negatiua firmior est, quàm affirmatiua; quod est impossibile: si enim ipsum non esse firmum est, multò magis firmum est ipsum ens esse; & hoc quia affirmatio firmior est & notior, quàm negatio sibi opposita. Vnde ad hãc positionẽ sequitur, ꝙ utraque opinio uera est in se; quia negatio est uera & firma propter affirmationẽ: si autem negõ est firma, multò magis affirmatio firma est. Deinde cum dicit.

Affirmatio firmior, & notior negatione.

Si uerò negando similiter & quæcunque contingit negare dicere, necesse est de his, aut diuidentem uerum

uerum dicere, ut quòd album, & iterum quòd non album: aut non. Et siquidem non uerum diuidentem dicere, non dicet ea, & non erit nihil. Non entia autem quomodo utique pronunciabunt, aut ibunt? & omnia utique erunt unum (ut prius dictum est) & idem erit homo. Deus, & triremis, & ipsorum contradictiones. similiter de unoquoque nihil differret aliud ab alio. Namque si differret, erit hoc uerum, & proprium.

Destruit tertium modum dicens; quòd affirmatio & negatio uerificentur de quocunque; hoc pôt esse duobus modis, quia aut hoc est uerũ diuisim; ita ꝙ qui dicit diuisim, hõ est albus, uerũ dicit; & similiter qui dicit, homo non est albus; aut solùm est uerum coniunctim; ita ꝙ hæc copulatiua est uera, ꝙ homo est albus & nõ est albus: B Et si quidem dicatur secundo modo. s. ꝙ utraq;, tam affirmatio quàm negatio, diuisim dicta, est falsa. sed coniunctio utriusque sit uera; sequuntur duo inconuenientia: Primum est, ꝙ quicunque dicit affirmationem tantum, nihil dicit, & nihil pronunciat; quia pronunciat falsum, & nõ ens; quæ pronunciari non possunt nisi falsò: & quicunque dicit negationem diuisim tantùm, falsum dicit, & falsum pronunciat; & sic nihil est uerum. Secundum inconueniens, quod sequitur ad istam positionem, est; ꝙ secundùm hoc sequitur, quòd omnia sunt unum, sicut dictum est priùs in alia ratione: ita ꝙ idem erit homo, & Deus, & triremis, & ipsorum contradictiones: Quod sic patet; quia si affirmatio & negatio simul & con C iunctim dicuntur de unoquoque, nihil differret unum ab alio; quia si differret unum ab alio, puta affirmatio à negatione, & è conuerso; ita esset affirmatio uera, & propria de aliquo, ꝙ non esset negatio propria de illo: sic ergo affirmatio & negatio non differunt: quæcunque autem non differunt, sunt unum; ergo affirmatio & negatio propria unum sunt; si aũt negatio propria unum est cum sua affirmatione, multò magis negatio alterius; ita quòd idem esset homo, & nõ Deus: si autem idem esset homo, & non Deus: unum esset homo & Deus, quia affirmatio & negatio erant unum: & sic de omnibus aliis: & sic omnia sunt unum. Deinde cum dicit.

Similiter autem si diuidentem contingit uerum esse, accidit quòd dictum est. Adhuc quia omnes dicent uerum, & omnes mentientur, & idem ipso se ipsum dicere falsum confitetur, simul autem palàm quia de nullo est adhuc perscrutatio. Nihil enim dicit: Hæc enim est ita, sed ita & non ita: & item hæc negat ambo, quia nec ita, nec non ita. Nam si non, iam utique erit aliquid determinatum.

TEX. 17. *Ampliùs si quando est affirmatio uera, & negatio est falsa, et si hæc uera, affirmatio falsa, non erit utique dicere simul idem affirmare et negare uerè, sed forsan dicet utique aliquis hoc esse, quod à principio positum est.*

Destruit quartum modum dicendi, qui est quòd affirmatio, & negatio sunt uera de quo- A cunque diuisim dicta, dicens: quòd si aliquis dicat, ꝙ diuisim dicere affirmationem esse ueram, & etiam diuisim dicere negationem esse ueram; sequuntur multa inconuenientia: Primum est, ꝙ omnia sunt unum, sicut dictum est prius: Secundum est, quòd omnes dicunt uerum: quia omnis, qui dicit, uel dicit affirmando, uel dicit negando: secundùm autem hanc positionem tam affirmatio, quàm negatio, quam dicit: est uera. Tertiũ est, quòd omnes mentiuntur, quia tunc aliquis mentitur, quando cõtradictorium illius est uerũ: secundùm hanc autem positionem quodlibet cõtradictoriũ dicti est uerum: ex quo affirmatio & negatio uera sunt. Quartum est, quòd secundùm hanc positionem perbit omnis disputatio, & perscrutatio: nõ enim potest disputari cum illo, qui nihil concedit: si autem dicens nihil concedit, absolutè & determinatè non dicit, quòd est ita tantum, sed dicit quòd est ita, & non ita: si autem est ita, & non ita: sequitur quòd non sit ita, nec non ita: sicut patuit ex præcedenti ratione: si hoc non sequeretur, sequeretur quòd esset aliquod determinatum in rebus, quia aliquid erit ita uerum, ꝙ oppositum suum non erit uerum. Quintum incõueniens est per diffinitionem ueri & falsi: nam diffinitio ueri est, quòd dicatur esse illud, quod est; & quòd dicatur non esse, quod non est: & diffinitio falsi est, quod dicatur esse, quod non est, & dicatur non esse, quòd est: ita quòd secundùm has diffinitiones, si affirmatio est uera, negatio est falsa: nam si uerum est dicere esse quod est; falsum est dicere non esse, quod est; si negatio est uera, affirmatio erit falsa: nam si uerum est dicere non esse, quod non est; falsum est dicere esse, quod non est: Patet ergo per istam rationem, quòd non contingit idem simul affirmare & negare; Nisi fortè quis dicat, ꝙ in hac ratione petitur principium, quia qui ponit contradictoria simul uerificari de eodem; fortè negabit hanc diffinitionem ueri & falsi, scilicet quòd uerum dicit tantùm esse, quod est; uel tantùm non esse, quod non est; falsum autem dicit non esse, quod est; & esse, quod non est.

Ampliùs igitur quomõ aut habere existimans, aut non habere mentitus est, qui autem ambo, uerũ D dicit? Nam si uerum dicit, quid utique erit, quod dicitur, quia talis est entium natura? Si uerò non uerũ dicit; magis uerum dicit, qui isto modo existimat, iã aliqualiter si habebunt entia. et uerum utique erit, & non simul etiã non uerum; Si autem similiter et omnes mentientur, & uera dicunt, nec pronunciandum est, nec dicendum est tali; simul enim hæc, et nõ hæc dicit. Si autem nihil suscipiat, sed similiter existimat, et non existimat, et quid utique habebit differenter à Plantis?

Ponit sextam rationem contra negantes primum principium & firmissimum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ratio Arist. est in hoc; si est aliquid determinatum in rebus, uel determinatè uerum in propositionibus; contradi- Quinta ratio ex ueritatis conditione.

ctoria non uerificantur de eodem; sed quomodo cunque ponant isti, aliquid determinatè, uerum est, ergo contradictoria non uerificantur de eodem: Si enim ponant, quòd affirmatiua est tantùm uera, aliquid est determinatè uerum: Similiter si ponant quòd affirmatio & negatio sunt uera simul, ad minùs hoc est determinatè uerum; ita quòd suum contradictorium non est uerum: ergo ad minùs contradictoria non uerificantur de eodem. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit sic: dictum est, quòd affirmatio & negatio simul uera non sunt; ergo ille, qui suscipit siue opinatur sic se habere tantùm, quia est tantùm uera affirmatio, mentitus est. Similiter ille, qui opinatur, quòd negatio est tãtùm uera, ita quòd opinatur non sic se habere rem, quòd sit, uerum, mentitus est etiam; & hoc quia secundùm istam positionem solùm ille, qui opinatur sic, & non sic se habere; ita quòd affirmatio & negatio sint simul uera; uerum dicit; sed tamen iste qui sic opinatur; oportet, quòd dicat aliquid determinatè uerum: Si enim iste uerum dicit, & alii non dicunt uerum, cum uerum sit adæquatio rei & intellectus, si iste uerum dicit, & non alii; oportet quòd ita sit in rerum natura, sicut iste dicit: Si autem fortè aliquis dicat, quòd ille, qui dicit affirmationem & negationem simul esse uera, non uerum dicit; sed ille, qui dicit affirmationem tantùm, uel negationem tantùm; adhuc habemus propositum nostrum, quia si affirmatio est determinatè uera, uel negatio; oportet, quòd entia habeant se determinatè; ita quòd aliquid sit determinatè in entibus. Si tamen omnes prædicti, qui dicunt alteram partem tantùm, & qui dicunt neutram partem esse ueram, simul uerum dicunt, & mentiuntur; cum tali, qui hoc ponit; non est disputandum; nec aliquid dicendum, uel pronunciandum, ut disputetur cũ eo: simul enim iste se dicit dicere uerum, & non dicere uerum; Cum enim nihil suscipiat determinatum, sed omnia simul & semel, existimat, & non existimat; nihil uidetur differre à plantis, immo uidetur esse in peiori conditione, quàm plantæ; quia Planta habet determinatas conceptiones, quòd non habent hi. Notandum est diligenter, quòd ratio Aristote. fundatur super ueritatis conditionem, quæ uidetur, quòd sit quædam adæquatio orationis, siue propositionis, & rei significatæ per propositionem: Circa autem propositionem aliquis potest se habere quatuor modis. Primo modo, quòd dicat tantùm esse ueram: & si sic dicitur, habetur propositum; quia si affirmatiua est tãtùm uera, aliquid est determinatum in re significata per propositionem. Secundo modo, quòd dicat, quòd negatiua est tantùm uera: & si sic dicitur, habetur propositum, quia aliquid est determinatum in re significata per propositionem. Tertio modo aliquis posset dicere, quòd affirmatio & negatio sunt simul uera, & si sic dicitur, habetur propositum: quia ad minùs hoc est determi-

Planta habent determinatas cõceptiones.

E natè uerum, quod est significatum per istud dictum, quòd affirmatio & negatio sunt simul uera. Quarto modo posset aliquis dicere, quòd qui cunque aliquid proferunt, nullo modo dicunt determinatè uerum, sed simul dicunt determinatè uerum, & mentiuntur: cum tali autem sic dicente, non est disputandum: quia omnis disputatio requirit determinatos conceptus inter opponentẽ, & respondentem. Deinde cum dicit. TEX. 18.

Vnde & maximè manifestum est, quia nullus ita disponitur, nec aliorum, nec dicentium hanc rationem. Quare namque uadit domum, & non quiescit putans ire? Nec statim diluculo uadit in puteum, aut torrentem, si contingat. sed uidetur timens, tanquam non similiter putans non bonum esse incidere, F *& bonum. Palam ergo quia hoc quidem melius existimat, hoc autem non melius. Si autem hoc in bono ex non bono necesse est; sic in aliis; et hoc quidẽ hominem, hoc autem non hominem; & hoc quidem dulce, illud uerò non dulce putare est necesse. Non enim existimant, quando putant meliùs esse aquam bibere, & hominem uidere: deinde ea quærit quamuis oportebat, si idem erat, similiter homo, & non homo. Sed secundùm quòd dictum est, nullus est, qui non uidetur hæc quidem timens, illa uerò non. Quare sicut uidetur omnes existimat habere simpliciter, sed non circa omnia sed circa melius & deterius.*

Sexta ratio ex rerum fuga, & electione.

Ponit sextam rationem contra negantes hoc principium: Et duo facit, quia primò ponit istam rationem: secundò remouet quandam responsionem, ibi [Si autem non scientes]. G Ad euidentiam rationis notandum est, quòd hoc principium negantes, negabant determinationem existimationis: dicebant enim quòd nullus existimans hoc esse tantùm, uel hoc non esse tantùm, dicit uerum; sed solùm ille dicit uerum, qui existimat hoc esse; Intendit ergo Philosophus in ista ratione probare, quòd sunt aliquæ determinatæ existimationes de esse & non esse, & potest esse, ratio sua talis. Determinatæ electiones, & determinatæ fugæ sequuntur determinatas existimationes; sed in eligentibus & fugientibus sunt determinatæ electiones, & determinatæ fugæ; ergo & determinatæ existimationes: si autem determinatæ existimationes sunt, non ergo contradictoria uerificantur de eodem. H Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit: quòd manifestum est, quòd nullus ita disponitur, nec etiam isti, qui dicunt istam rationem: nec aliquis de numero aliquorum, ut dicat & credat, quòd affirmatio & negatio sunt simul uera: si enim aliquis crederet, ꝙ affirmõ & negatio simul uera sunt: credit, ꝙ idẽ sit ire domum, & nõ ire; si autẽ credit quòd idem sit ire domum, & non ire, non est dare rationem, quare magis uadat, uel non; eo enim ipso quòd uadit, habet aliquam propriam existimationem de ipso ire, quòd non habet de ipso non ire. Similiter si idem esset affirmatio & negatio, idem esset cadere in puteum, & non cadere, nec magis tenebitur unum, quàm aliud; cum autem hoc sit falsum,

falſum, quia cadere in puteum tenebitur tanquã quoddam non bonum: manifeſtum quòd aliqua propria exiſtimatio habetur de una parte contradictionis, quæ non habetur de alia. Exiſtimatur enim quòd non cadere in puteum, ſiue in torrentem, eſt bonum, & cadere eſt malum: ſi enim cadere in puteum, & non cadere non differunt in bonitate, & malitia: quare ſtatim aliquis non uadit in puteum, ſed fugit ipſum? Quaſi dicat, non eſt dare rationem huius, niſi ponatur, quòd affirmatio & negatio differũt ſecundùm diuerſas exiſtimationes. Sicut autem eſt de affirmatione & negatione in iſtis, ſcilicet quòd differunt, ita eſt in aliis: ita quòd aliud ſit opinari eſſe hominem, & aliud non hominem; & aliquid ſit opinari eſſe dulce, & hoc eſſe nõ dulce, ſicut dictum eſt: Omnia enim non exiſtimantur ex æquo; ſi enim exiſtimamus aquam meliùs bibere, quàm non bibere; & hominem uidere, quàm non uidere; & hoc quia hoc quærimus, & nõ illud: certum eſt, quòd aliam exiſtimationem habemus de uno, quàm de alio: Si autem idem eſt bõ, & non bõ; & affirmõ & negõ; non oportet aliam exiſtimationem habere de uno, quàm de alio; cum tamen hoc oporteat; quia uidemus quòd iſtud timetur, & illud non timetur; timere autem, & non timere ſequũtur diuerſas exiſtimationes: Omnes ergo exiſtimant, quòd altera pars contradictionis eſt uera ſimpliciter, ſcilicet uel affirmatiuã tantùm, uel negatiua tantùm: & ſi hoc non exiſtimant circa omnia, ad minùs hoc exiſtimant circa bonum & malum, & circa melius & deterius: ſicut declaratum eſt. Notandum eſt, quòd fuga & appetitus ſequuntur exiſtimationem, ſed non ſequuntur quamcunque: non enim ſequuntur exiſtimationem purè ſpeculatiuam: intellectus enim ſpeculatiuus non mouetur ad proſecutionem, uel fugã, ſed ſequitur exiſtimationem utilis uel non utilis, proficui uel nociui: Et ideo dicitur, quòd intellectus practicus, ſiue exiſtimatio practica mouet ad proſecutionem & ad fugam. Si ergo exiſtimatio boni & non boni mouet ad proſecutiones & ad fugam, oportet quòd ſecundum differentiam appetitus & fugæ; ſiue proſecutionis & fugæ ſit differentia ſecũdùm exiſtimationem: Et hoc eſt, quod dicit Philoſophus in litera, quòd ſi differẽtia eſt inter proſecutionem, & fugam; quia hoc perſequimur, & hoc fugimus; neceſſe eſt, quòd differentia ſit in exiſtimationibus: ita quòd de contradictoriis non habetur eadem exiſtimatio. Deinde cum dicit.

Fuga, & appetitus ſequuntur exiſtimationẽ.

Si autem non ſcientes, ſed opinantes, multò magis curandum utique erit de ueritate: quemadmodũ infirmo exiſtenti, quam ſano de ſanitate. etenim opinans ad ſcientem, non ſalubriter diſponitur ad ueritatem.

Remouet quandam reſponſionem contra poſitionem prædictam: Poſſet enim aliquis dicere, quòd cauſa, quare aliqui hoc proſequuntur, & hoc fugiunt; non eſt, quòd ſciant, hoc eſſe

A bonum, & hoc non eſſe bonum; ſed ſolùm quia opinantur hoc eſſe bonum, & hoc non eſſe bonum: licèt in ueritate idem ſit bonum, & non bonum: Iſtam reſpõſionem remouet Philoſophus dicens; quòd ſi iſti ſunt opinantes, & non ſcientes; curandum eſt multùm eis, ut acquirant ueritatem. Sic enim ſe habet opinans ad ſcientem, ſicut ſe habet infirmus ad ſanum: ſicut ergo infirmo curandum eſt, ut habeat ſanitatem; ſic opinãti curandum eſt, ut habeat ueritatem. Notãdum eſt, quòd ſi nulla ſanitas eſſet in animalibus, fruſtra eſſet exercitium animalium, & cura eorum ad habendum ſanitatem: à ſimili ſi nulla eſſet determinata ueritas in rebus, fruſtra eſſet ſtudium & exercitium, quod ordinatur ad adquiſitionem

B ueritatis. Hoc uiſo, patet litera Philoſophi: eo enim ipſo quòd opinãtes infirmi ſunt intellectu, laborare debent, ut acquirant ueritatem, quę quidem eſt ſanitas intellectus: ſi autem nulla eſſet ueritas determinata in rebus, fruſtra laboraret intellectus: Quaſi ergo dicat Philoſophus, eo ipſo ꝙ opinio eſt quædam infirmitas intellectus, eo ipſo ſcientia eſt quædam ſanitas; ſed ſcientia non eſſet, niſi eſſet ueritas in rebus determinata; ergo oportet, quòd ſit aliqua determinata ueritas in rebus, ſi ſcientia eſt, uel opinio. Deinde cum dicit.

Ampliùs quia ſi maximè ſic ſe habent omnia, & non ſic, ſed magis & minus ineſt in natura entium. Non enim ſimiliter dicemus eſſe duo paria &

C *tria, neque ſimiliter mentitus eſt, qui quatuor eſſe pente, id eſt quinque opinatus eſt, & qui mille. Si igitur non ſimiliter, palàm quia alter minùs, quare magis uerum dicit. Si igitur quod magis affinius, erit utique aliquid uerum, cui affinius quod magis uerũ. Et utique ſi non eſt, ſed iam aliquid eſt firmius, & uerius. Et à ratione remoti utique erimus incond ita, & prohibente aliquid mente, determinare.*

Ponit ſeptimam & ultimam rationem contra negantes primum principium: & eſt ratio talis: ubicunque eſt magis & minùs uerum; eſt dare maximè & ſimpliciter uerum: & ubicunque eſt magis & minùs falſum, eſt dare aliquod ſimpliciter uerum, reſpectu cuius dicitur magis & minus falſum: ſed nos uidemus manifeſtè, quòd in natura entium eſt dare magis & minùs uerum, &

Septima rõ ex falſitatis comparatione.

D eſt dare magis & minùs falſum, eo modo quo dicimus, quòd iſta propoſitio eſt magis falſa, quatuor ſunt mille, quàm iſta, quatuor ſunt quinque: ergo eſt dare ſimpliciter uerum: ſi autem eſt dare uerum ſimpliciter, eſt dare determinatè uerũ, quòd ita ſit uerum, quòd non ſit falſum: ergo eſt ueritas determinata in rebus. Viſa hac ratione, patet litera, quæ dicit: quòd & ſi ſecundùm iſtos omnia ſimiliter ſe habeant, & non habeant; ita ꝙ affirmatio & negatio ſint ſimul uera; tamen magis & minùs uerum eſt in natura entium; ſimiliter magis & minus falſum: Non enim ſimiliter ſe habet ad ueritatem dicere, ꝙ duo ſunt paria, & ꝙ tria ſunt paria; nec ſimiliter ſe habet ad falſum & ad mendacium dicere, ꝙ quatuor ſunt quinque,

que,& quatuor sunt mille: manifestũ est enim ꝙ alter minus mentitur,scilicet qui dicit,quòd quatuor sunt quinque;& alter magis, qui dicit quòd quatuor sunt mille. Si ergo magis & minùs uerum est in natura entium; & magis uerum sit ꝙ est affinius simpliciter uer; & minùs uerum sit,ꝙ minus affinius est simpliciter uer: manifestũ est, quòd est dare simpliciter uerum & absolutè; respectu cuius dicitur magis, & minùs uerum: Ex quo habetur, quòd aliquid est uerius, & firmius,& certius alio: iam enim nihil esset certius alio,nisi esset dare maximè certum, & maximè firmum:Per istas ergo rationes liberati sumus ab opinione incondita,i. non benè temperata.

Quæstio. Quæreret quis, Vnde sequitur consequentia; si est dare magis & minùs uerum, ergo est dare uerum simpliciter? Dicendum est,quòd magis & minùs uerum non sunt,nisi quædam participationes ueri;magis enim & minùs in formis nõ sunt, nisi quædam participationes formarum secundùm diuersos gradus: si autem est dare formam secundùm participationem,& secundùm diuersos gradus participatos; oportet quòd detur forma secundùm essentiam & simpliciter talis: Sic ergo arguit Philosophus:si est dare magis & minùs uerum, est dare uerum secundùm diuersam participationem: sed diuersa participatio ueri arguit primum uerum, quod participatur; hoc est certissimum & firmum uerum. Notandum est tamen ad euidentiam dictorum, quòd aliter est magis & minus in positiuis, & aliter in priuatiuis. In positiuis enim est magis & minùs per diuersum accessum ad unum primũ: in priuatiuis autem est magis & minùs per diuersum recessum ab uno primo. Cum ergo uerum dicat positionem,& falsum priuationem;magis & minùs uerum erit per diuersum accessum ad unum primum certissimum, & firmissimum; magis & minùs falsum erit per recessum maiorem & minorem ab uno primo. Sicut dicit Philosophus:hæc est minùs falsa; quatuor sunt quinque,quàm ista, quatuor sunt mille. Imaginatur enim Philosophus, quòd hæc est firmissima & certissima: quatuor sunt quatuor; sed quia quatuor minùs distat à quinque, quàm à mille; ideo ista est minùs falsa: quatuor sunt quinque, quàm ista, quatuor sunt mille. Habes autem in dicto Philosophi, quòd priuationes suscipiunt magis & minùs:certum est enim,quòd falsum priuationem dicit;& tamen est dare magis & minùs falsum:ita tamen, quòd quantum ad actum non uidetur esse hoc magis & minus; nam ita in actu nec forma quinarii est forma quaternari, sicut nec forma millenarii;sed est ibi magis, & minùs quantùm ad maiorem & minorem distantiam formarum; quia maiorem distantiam uidentur habere quaternarius & millenarius, quàm quaternarius & quinarius.

Magis, & minus uerum quid.

Magis, & minus in positiuis, & in negatiuis aliter, & aliter.

Quæstio. Quæreret quis ad euidentiam omnium præcedentium, Vtrum hoc principium,Contradicto-

E ria non uerificantur de eodem,sit uerissimum & certissimum. Videtur quòd non; & primò uidetur,ꝙ non sit uerissimum: Nam uidetur,ꝙ contradictoria possint uerificari de eodem; namque scientia & non scientiã contradictoria sunt; & tamen uidetur,quòd ucrificentur de eodem: uirtus enim est quædam non scientia; si ergo scientia & uirtus uerificantur de eodem, dicendo, ꝙ iste est sciens,& uirtuosus;uidetur, ꝙ scientia & non scia uerificentur de eodẽ; & per consequens cõtradictoria. Pariter ur̃,ꝙ hoc principiũ non sit firmissimum;quia hoc principium datur per modum negationis;omnis autem negatio ortum habet ab affirmatione:cum ergo affirmatio notior sit & firmior negatione,& non esse; uidetur, ꝙ

F aliquid sit firmius,& notius, & certius hoc principio. Ad oppositum est Philosophus,qui uult, ꝙ hoc principium firmissimum est. Ad hanc quæstionem dicendum est, quòd hoc principium uerissimum est,& maximè primum. Duo ergo debent esse;primò ꝙ sit uerissimum; secundò ꝙ sit maximè primum. Primum patet. Nam illud primum est uerissimum & notissimum,quod conceditur, quocunque concesso; tale autem est hoc principium. nam hoc principium, quocunque concesso, conceditur. nam si aliquid conceditur determinatè, oportet ꝙ ita concedatur hoc, ꝙ non concedatur contradictorium. Quæremus ergo ab illo,qui negat hoc principium, Vtrum concedat aliquid,uel nihil;si nihil,cum eo non est di

G sputandum:si autem aliquid;aut ita cõcedit hoc, ꝙ non concedit contradictorium illius; & sic habetur propositum: si autem concedendo hoc, concedit contradictorium illius; ergo concedendo hoc,dicit se concedere illud:& sic in quolibet concesso falsificabit seipsum: Istud ergo principium ideo uerissimum,& notissimum est, quia quicunque ipsum negauerit, uel de ipso dubitauerit, seipsum falsificabit: si enim contradictoria sint uera, simul negabit & non negabit, simul dubitabit & non dubitabit: dicendo ergo se negare, non negabit; & dicendo se dubitare, non dubitabit: Sic ergo patet primum, scilicet, quòd hoc principium est firmissimum & notissimum: Debet ergo declarari secundum,

H scilicet, quòd hoc principium est maximè primum. hoc autem declarabitur,si ostẽdatur, quòd hoc principium est radix omnium demonstrationum, de quo dictum est aliquid supra; sed tamen dicendum est nunc clariùs. Ad huius autem euidentiam diligenter notandum est, quòd quædam sunt principia,quæ intrant demonstrationem secundùm substantiam;& quædam sunt, quæ intrant secundùm uirtutem: prima principia sunt principia propria, nec possunt uocari dignitates: secunda principia sunt communia, & dignitates uocantur: & hoc quia eorum uirtus ad multas demonstrationes se extendit; sicut uirtus istius principii, Quæcunque uni & eidem sunt æqualia, inter se æqualia sunt, se extendit

Principia ingredientia demonstrationem duplicia.

tendit ad multas demonstrationes: ad quæ enim potest se extendere æqualitas, potest se extendere uirtus huius principij, quod fundatur super æqualitatem: sic ergo uirtus principiorum communium se extendit ad multas demõstrationes; Quãtò ergo principium latius est, & fundatur super terminos latiores, & maioris ambitus; tantò uirtus eius ad plures demonstrationes se extendit; Cùm ergo hoc principium, De quolibet ens, uel non ens sit latissimum; quia fundatur super ens, & non ens; quæ sunt latissimi ambitus; oportet, quòd uirtus eius se extendat ad omnes demonstrationes: ita ꝙ sit principium & radix omnium demonstrationum: patet ergo quæstio. Ad primum argumentum põt dici, ꝙ scientia, & nõ scientia benè sunt contradictoria; sed tamen scia & non scientia in tali, puta in uirtuoso, non sunt propriè cõtradictoria; & hoc quia negatio arcta tur ad certum subiectum, & ad certam materiã: Vel potest fortè dici, ꝙ scientia & nõ scientia dicta de uirtute, non dicũtur de eodem per modũ abstractionis, sed per modũ formarum denominantium; ita tamen, ꝙ istæ denominationes non sunt ab oppositis contradictoriis; sed sunt à formis disperatis; non scientia enim in uirtute idem est ꝙ uirtus, uel scientia: ergo in uirtute denominare aliquod subiectũ idem est, ꝙ uirtute denominari ipsum: sicut ergo non est impossibile sciẽtiam & uirtutem denominare unum & idem subiectum; ita non est impossibile scientiam & nõ scientiam in uirtute denominare unum & idem subiectum. Ad secundum argumentum dicendum est, quòd licèt istud principium detur per modum negationis, habet tamen uim affirmatiuæ propositionis: ideo contradictoria non sunt uera; quia quodlibet ens est unum sibi ipsi, & indiuisum à se ipso. Ad cuius euidentiam notandum est; quod dictum est supra, quòd unum & ens cõuertuntur; tamen unum super ens addit indiuisionem, est enim unum, ens indiuisum: Licèt ergo hoc principium fundetur super ens; tamen uidetur, quòd magis fundetur super ens, ut habet rationem unius; quàm ut habet rationem entis: Nam si unum est, quod est indiuisum in se, & diuisum ab omni alio, idest, quòd ita est hoc, quòd non est aliud; esse autem hoc, & non aliud, est ꝙ contradictoria non uerificentur de eodem; nam ratio contradictorij est ens, & non ens, siue hoc & non hoc; cum ergo unum includat, quòd aliquid sit hoc, & nullo modo sit non hoc, & aliquid aliud; uidetur, quòd unum sit radix huius principij.

Solutio argumenti.

A.l. uirtute

A.l. uirtuoso.

Quæstio. Quæreret quis; quia dictum est in præcedenti quæstione, quòd in demonstrationibus sunt principia propria, & communia, Vtrum etiam in syllogismis Dialecticis sint propriè & principia propria, & communia? Dicendum est, ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notãdum est, ꝙ in syllogismis Dialecticis sunt præmissæ propriæ, ex quibus cõponuntur syllogismi; ut si dicamus, Quidquid po

A test miles, potest Rex; sed miles potest expugnare castrum, ergo & Rex: hic miles, & Rex, & pręmissæ, quæ componuntur ex istis terminis, faciũt principia propria: sed tamen loci Dialectici, qui probant istas præmissas, sunt principia cõia: Si.n. dicatur, quidquid potest miles, potest Rex: hoc probatur per locum à minori: Sicut autẽ magis, & minùs, & similes sunt termini communes; ita locus à maiori, minori, & simili, & sic de aliis, sunt principia communia; quæ se extendere possunt ad multos syllogismos: Sicut ergo dicebamus in demonstrationibus, quòd principia communia non intrant demonstrationes, nisi secundùm uirtutem: ita dicimus hic, ꝙ principia communia, quæ uocamus syllogismos Dia

B lecticos; nõ intrant syllogismos Dialecticos, nisi secundùm uirtutem.

Quæreret quis, Vtrum uirtus horũ principiorum communium se extendat ad probandũ formam syllogismi, uel materiam? Dicendum est, ꝙ principia communia sunt in duplici differentia: Quædam enim sunt principia communia, quorũ uertus se extendit ad probandum formam syllogisticam; & ista principia sunt duo, scilicet dici de omni, & de nullo: dici de omni probat formã syllogisticam in syllogismo affirmatiuo, & maximè in prima figura; dici enim de omni uirtualiter continet syllogismum affirmatiuum primæ figuræ: nam dici de omni est, quando nihil est sumere de subiecto maioris propositionis, de quo

C non dicatur prædicatũ eiusdem: Et ita hoc principium continet maiorem, & minorem, & cõclusionem, & ordinem eorundem: ex hoc enim ꝙ aliquid sumitur sub subiecto maioris propositionis; ex hoc habetur minor propositio, & ordo eius ad maiorem: ex hoc autem, ꝙ prædicatum dicitur de eo, quòd sumitur sub subiecto maioris propositionis, ex hoc habetur conclusio & ordo eiusdem ad ambas pręmissas. Dici autem de nullo, probat syllogismum negatiuum in prima figura; nam dici de nullo est, quando nihil est sumere sub subiecto, à quo non remoneatur prædicatum: ex hoc autem, quòd aliquid sumitur sub subiecto habetur minor propositio, & ordo eiusdem ad maiorem: ex hoc aũt ꝙ prædicatum re-

D mouetur ab eo, quod est suppositũ sub subiecto maioris propositionis, ex hoc habetur conclusio & ordo eiusdẽ ad pręmissas: Sic ergo dici de omni, & dici de nullo sunt principia, à quibus oritur totus ordo syllogisticus; & quia ordo syllogisticus est forma syllogismi, benè dictum est, ꝙ dici de omni, & dici de nullo sunt principia, quorum uirtus se extendit ad formam syllogisticam. Alia sunt principia communia, quorum uirtus se extẽdit ad materiã syllogismi, idest præmissas, ex quibus componitur syllogismus, sicut ad maiorẽ tantùm in se, uel minorem: & hæc principia in demonstratiuis uocantur Dignitates, in aliis autem scientiis ratiocinabilibus uocantur Loci.

Quæstio.

Principia cõia duplicia.

Dici de omni quid.

Dici de nullo.

Est autem ab eadem opinione & Pythagora ra- TEX.19.

Q tio.

tio,& necesse similiter ipsas ambas aut esse, aut nõ esse. Nam si quæ uidentur, omnia sunt uera & apparentia; necesse omnia simul uera & falsa. Multi namque contraria sibi inuicem existimant, & non eadem opinantes sibi ipsis mentiri putant. Quare necesse idem esse,& non esse.

Redarguit Pythag. de contrãp. quod quid uidetur eẽ uerũ.

Postquam disputauit in communi contra ponentes, quòd contradictoria sint simul uera: hic specialiter descendit ad opinionem Pythagoræ, quæ opinio descendit in eandem sententiam: ad opinionem enim istius sequitur, quòd contradictoria sint simul uera: secundò incipit disputare contra diuersas opiniones, quæ negabant hoc principium, ibi, [Est autem non idem modus.] Prima pars diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quòd ad positionem Pythagoræ sequitur, quòd contradictoria sint simul uera: secundò ostendit conuersam, scilicet, quòd si contradictoria sunt uera, uera erit opin. Pythagoræ, ibi [Est si hoc est, necesse est.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd opinio Pythagor. fuit, quòd quidquid uidetur alicui, est uerum: si autem hæc opinio uera est; sequitur, quòd contradictoria sunt simul uera; nam de eadem re ipse sentit affirmatiuam esse ueram; alius autem opinatur negatiuam esse ueram; & sic si quidquid uidetur cuilibet, est uerum; sequitur, quòd affirmatiua & negatiua sint ueræ; Aliter etiam sequitur hoc; nam si quidquid uidetur alicui, est uerum; sequitur, quòd si aliquis opinatur hoc esse uerum, alius opinatur, quòd ipse mentiatur; quod idem erit uerum,& nonũerũ: uerum quidem; quia huic uidetur, ꝙ sit uerum; non uerum autem, quia alius opinatur, quòd mentiatur. Visa hac sententia, patet litera, quę dicit, quòd ratio Pythago. non recedit à dicta opinione, sed reducitur in eandem: necesse est enim opinionem prædictam, & opinionem Pythagoræ simul esse, & non esse: dicebat enim Pythago. quòd omnia, quæ uidentur alicui, sunt uera; si autem omnia, quæ uidentur alicui,& quę apparent sunt uera; necesse est, quòd omnia sint simul uera & falsa: quod patet, Dicitur primò quidem; quia multi opinantur sibi inuicem, ꝙ contraria sint simul uera: secundò quia duo non eadem opinantes, putant sibi inuicem mentiri; Si autem ita est, necesse est idem esse, & non esse; fortè quia unus opinatur sic esse, alij autem uidetur, quòd ipse mentiatur, opinando sic esse. Deinde cum dicit.

Et si hoc est, necesse putata omnia esse uera; opposita namque inuicem opinantur mentientes, & uerum dicentes; igitur entia si sic se habent, uerũ dicunt omnes: Quòd quidem igitur ab eodem sunt intellectu utræque rationes, palàm.

Ostendit conuersam huius, scilicet quòd si contradictoria sunt uera, necesse est, quòd quidquid uidetur alicui, sit. Ad cuius euidentiam notandum, quòd omnis opinio uel cadit super esse, uel cadit super non esse; uel cadit super af-

Omnis opinio uel cadit sup esse, uel non eẽ.

E firmationem, uel super negationem. Si ergo esse & non esse simul uerificarentur; sequeretur, quòd ille, cui uideretur sic esse; opinaretur uerum: & etiam ille, cui non uideretur sic esse, opinaretur uerum. Benè ergo dictum est, ꝙ si contradictoria sunt simul uera, uerificatur opinio Pythago. scilicet, quòd omnis opinio est uera; uel est de esse, uel de non esse. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd si hoc est, scilicet quòd contradictoria sint simul uera; necesse est omnia putata, idest opinata esse simul uera; uerum enim dicentes & mentientes, opinantur contraria sibi inuicem: si ergo contraria sunt simul uera, omnes sic opinantes, uerum dicent. Manifestum est igitur ex dictis, quòd utræque opiniones se sequuntur, & ab eodem intellectu procedunt. Deinde cum dicit.

F

Est autem non idem modus homeliæ, idest locutionis, uel instructionis ad omnes, Hi namque persuasione egent, illi ui. Quæ que enim dubitasse existimauerunt, horum bene curabilis ignorantia. Non enim ad orationem, sed ad mentem obuiatio est eorum: Quicunque uerò orationis cãusa dicunt, horum argumentatio est medela, & eius, quæ in uoce orationis,& eius quæ in nominibus.

Incipit obuiare opinionibus diuersorum, negantium hoc principium: Et duo facit, quia primò ostendit, quòd non eodem modo est obuiandum omnibus: secundò hoc dicto, incipit obuiare istis opinionibus, ibi, [Venit autem dubitantibus.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd aliqui negant istud principium; quia eis occurrerunt aliquæ rationes sophysticæ; ex quibus uidebatur sequi oppositum huius principij: & istis obuiandum est, soluendo eis rationes eorum, quorum ignorantia inciderunt in istum errorem: Aliqui sunt, qui negant hoc principium solùm causa orationis, & propter proteruiam quandam; quia contrarium principium non potest demonstrari: & isti cogendi sunt per quandam uiolentiam, deducendo scilicet eos ad oppositum alicuius, quod concedunt: hoc autem fit opponendo, quòd per nomen, & per orationem aliquid determinatè significetur; & de isto modo obuiationis facta est mentio superiùs: Oportet ergo, quòd nunc obuiemus per alium modum; quasi dicat Philosophus obuiatum est superiùs per unum, scilicet per significationem nominis; nunc autem obuiandum est alio modo, soluendo scilicet rationes, ex quibus deuenerunt ad tales errores: Hoc est ergo, quod dicit; quòd non idem modus obuiandi est ad omnes; hi namque errantes, indigent persuasione; ut scilicet ostendatur eis, quòd rationes, ex quibus inducebantur ad hos errores; non sunt ueræ: hi autem negant hoc principium ex quadam proteruia; & hi per quandam uim reducendi sunt. Quicunque enim propter aliquam dubitationem, quam scilicet nesciunt soluere, ita existimauerunt, scilicet oppositum huius

Disputat sigillatim cõtra negãtes primo principium.

G

H

Negantes primum principium quo explodẽdi.

huius principii : horum ignorantia benè curabilis est . in cura enim istorum non est obuiandum ad rationem , idest positionem in se; sed est obuiandnm ad mentem, idest solui debet dubitatio , propter quam ligatur mens eorum . Quicunque nerò negant hoc principium solùm causa orationis,& propter proteruiam quandã, nolentes sustinere rationes imposibiles per se; horum cura est redargutio , ut scilicet dncantur ad oppositum alicuius,quod concedunt;quæ quidem redargutio fit supponẽdo , quòd aliquid nomen significet,uel ipsa oratio. Deinde d.

Venit autem dubitantibus hæc opinio ex sensibilibus. Quæ quidem eius quòd simul contradictiones & contraria existere uidentibus, ex eodem facta contraria. Ergo si non contingit fieri non ens, præfuit similiter res ambo ens: ut & Anaxago. mixtum omne in omni, ait, & Democritus. Etenim inane & plenum similiter secundùm quamcunque existere partem , quamuis hoc quidem horum esse non ens, illud uerò ens.

Postquam obuiauit superiùs superbis, & proteruis ex significatione nominum,& orationum: hic incipit obuiare dubitationibus, q.s. propter aliquam dubitationem deuenerunt in hos errores.s.soluendo illas dubitationes. Et diuiditur in duas partes; Primò.n.soluit dubitationes quantùm ad illos, qui ponebãt contradictoria esse simnl uera:quia(ut iam dictum est)etiam ad hanc opin. sequebatur , q contradictoria essent uera: secundò quantùm ad illos, qui ponebant omnia apparẽtia uera esse,ibi. [Similiter ãt & quę circa apparentia.]Prima pars in duas;quia primò ponit rationem,quæ posset mouere quosdam ad ponendum,q cõtradictoria erunt simul uera:secũdò illam soluit,ibi.[Igitur ex his ad suscipiẽtes.]

Soluit dubitationes antiquo.

Ad euidentiam huius notandum est , q quidam uolentes sustinere opinionem Anaxag. necessarium habebãnt dicere,q contraria erant in eodem.dicebat enim Anaxago. q quodlibet fit ex quolibet;& quia omne,quod fit,præexistit in eo, ex quo fit:oportet,q quodlibet sit in quolibet:cũ ergo contrarium fiat ex contrario,contrariũ erit in contrario;& sic contraria sunt simul. Quia ergo hi nesciebant soluere istam rationem, incidernnt in hunc errorem. Et hoc est,quod dicit litera;quòd opinio de hoc , quòd contradictio uerificetur, uenit per modum dubitationis ex sensibilibus, ex quibus apparet generatio, corruptio, & motus. Videbant enim , quòd ex uno fiunt contraria , & etiam contrarium fit ex contrario; sed omne,quod fit, fit ex priùs existente : quod enim non est, non contingit fieri; cum ex nihilo nihil fiat; si ergo non contingit fieri non ens; sed omne, quod fit, præexistit : oportet, quòd si duo contraria fiunt ex eodem, quod præextiterint in illo : sicut quãdo ex aqua fit aer, qui est calidus: & terra , quæ est frigida : oportet, quòd in aqua præextiterit calidum, & frigidum: & similiter quod unum contrariorum fit cx alio,

Opi. Anax.

A sicut quando calidum fit frigidum ; si ex calido fiat frigidum , & quia frigidum est non calidum , idem erit calidum , & non calidum. Per hanc rationem deceptus est Anaxagor. qui dixit , quòd omnia miscentur in omnibus: & hoc quia quodlibet fit ex quolibet. Huic etiam opinioni , quòd contradictoria sint in eodem : uidetur acquieuisse Democritus:posuit enim uacuum & plenum in qualibet parte corporis coniungi . Cum ergo uacuum sit non ens , & plenum sit ens : oportet , quòd poneret , quòd ens & non ens essent simul in eodem. Deinde cum dicit.

Opin. Democri.

Igitur ex his ad suscipientes dicemus:quia modo quodam rectè dicunt , & modo quodam ignorant. TEX. 10.
B *Ens enim dupliciter dicitur. Est ergo quomodo contingit fieri aliquid ex non ente . est autem quomodo non : unde & simul idem esse ens , & non ens , sed non secundùm idem ens . Potentia namque contingit idem esse contraria , perfectè uero non.*

Obuiat rationi Anaxagor. de qua iam dictum est ; & soluit eam ; ut ex illa solutione negantes primum principium remoueantur ab errore suo. Et duo facit, secundùm quòd duobus modis obuiat dictæ rationi : Secunda ibi . [Ampliùs autem dignificamus .] Ad euidentiam primi diligenter notandum est,quòd quando aliquid fit,præexistit(sicut dicebant isti,)quodammodo uerum est ; præexistit enim in potentia,& non in actu : dicentes ergo , quòd omne ,
C quod fit,fit ex ente ; quodammodo dicebant uerum,quia fit ex ente in potentia, non ex ente in actu:sic autem accipiendo fieri,nihil erit ad propositum eorum . Nam quòd contraria sint in eodem : ita tamen quòd unum contrariorum sit in actu, & reliquum in potentia:non est imposibile:quando ergo contrarium fit ex contrario, unum contrarium est in actu , & reliquum in potentia; si ex frigido fiat calidum , frigidum est in actu,& calidum in potentia:sic autem esse contraria simul , non est imposibile . Est enim diligenter imaginandum,quòd esse in actu est esse simpliciter : esse in potentia est esse secundùm quid, & per quandam attributionem ad aliud : quòd autem duo contraria sint simpliciter in
D eodem ; est imposibile: sed quando unum sit in actu, & reliquum secundùm quid & in potentia, non est imposibile. Visa hac sententia ; patet litera , quæ dicit sic: quòd contra eos, qui ita existimant, scilicet,quòd omne, quod fit, præexistit:& quòd omne,quod fit,fit ex ente:dicemus,quòd quodammodo benè dicunt, & quodammodo non . nam illud, quod fit, fit ex non ente . quòd autem fiat ex non ente, est quidem , ut sic , est autem non. Si enim intelligatur ; quòd illud, quod fit ex non ente simpliciter fiat, salsum est;(uoco autem non ens simpliciter,quòd nec est ens actu, nec potentia.) Si autem intelligatur,q illud,quod fit,fit ex nõ ente in actu,in potentia tamẽ ente:sic uerũ est:itaq

Põa duplex subiectiua, et obiectiua: prima subiectũ dicit potentię; secũda obiectum dicit potentia. Primo mõ materia ẽ in põa: Secũdo mõ res nõ existẽs est in põa. Prima potẽtia opponit actus formalis. Secũda actus existẽtia, qui est ipsa res actualiter existens. Actus, & potentia accipiuntur hic primo mõ.

aliquo modo contraria ſiue contradictoria poſſunt eſſe in eodem, ſed non ſecundùm idem. Contingit enim, quòd idem eſt ens, & non ens; ſed non ſecuudùm idem. eſt enim ens in potentia, & non ens in actu; ſicut contingit, quòd idē eſt calidum, & non calidum: calidum quidem in potentia, non calidum autem in actu. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem dignificemus ipſos exiſtimare, & aliam ſubſtantiam eſſe entium, cui nec motus exiſtit, nec corruptio, nec generatio omnino.

Obuiat rationi Anaxag. ſecundo modo. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd Anaxag. concludebat, quòd quodlibet eſt in quolibet ex ratione ipſius fieri, & moueri: hæc autem rationō ualebat, niſi fieri & moueri ſe extenderēt ad qđ libet ens. non enim ex ipſo fieri ſequitur, quòd quodlibet ſit in quolibet, niſi fieri ſe extendat ad totum ambitum entis: cum ergo fieri non ſe extendat ad totum ens; non ſequitur ex ipſo fieri quodlibet eſt in quolibet. Et ſic poteſt eſſe ratio Philoſophi talis i fieri, & moueri non ſe extendunt ad totum ens; quia entia ſeparata a materia immobilia ſunt & ingenerabilia; ergo ex fieri, & moueri non poteſt concludi, quòd quodlibet ſit in quolibet. Viſa hac ratione, patet litera, quæ dicit, quòd dignum eſt, quòd iſti, ſcilicet Anaxagor. & ſequaces eius exiſtiment, & opinentur aliquam ſubſtantiam eſſe. non enim ineſt, nec generatio, nec corruptio, nec motus, & de tali ſubſtantia non uerum probat Auaxagor. Ex quo enim fieri non eſt in tali ſubſtantia, non poterit concludi ex ipſo fieri, quòd contraria ſunt in tali ſubſtantia. Deinde cum dicit.

TEX. 21. *Similiter autem, & quæ circa apparentia ueritas quibuſdam ex ſenſibilibus uenit. utrum enim nō pluralitate iudicari putant oportere, nec paucitate. Idem uerò his guſtantibus dulce uidetur, illis uerò amarū. Quare ſi omnes laborauerint, aut omnes deſipuerint, duo autem, uel tres ſani ſint, aut intellectum habent, hos quidem uideri laborare & deſipere, alios uerò non.*

Non omnia apparentia uera ſunt.

Poſtquam obuiauit poſitioni Anaxagor. ad quam ſequebatur, quòd contradictoria ſunt nera, obuiando rationibus eius. Iu parte iſta obuiat poſitioni illoruu, qui ponebant, quòd omnia apparentia erant uera. Et duo facit, quia primò ponit poſitionem illorum, qui ponebant, appareutia ſimul eſſe nera, & etiam poſitionem illorum, qui ponebant, quòd nihil poterat ſciri; & hoc quia omnia ſunt in motu, & nihil eſt determinatum in rebus: ſecundò obuiat prædictis poſitionibus. Secunda ibi, [Nos autem & ad hanc quæſtionem.] Circa primum duo facit, quia primò tangit opinionem illorum, qui ponebant, quòd omnia apparentia erant uera: conſequenter tangit opinionem illorum, qui ponebant, quòd nihil poterat ſciri; quia omnia erant in motu, & omnia erant indeterminata, ibi. [Huius autem opinionis cauſa.] Circa primum duo facit: quia primò ponit opinionem ponentium, quòd appareutia ſunt ſimul uera: ſecundò ponit quoddam accidens, quòd ſequitur ad opinionem illorum, ibi. [Quare & grauiſſimum accidens eſt.] Ponit ergo talem rationem, nihil ſcitur, nec uidetur à nobis, niſi per ſenſum. ſenſui autem apparent contraria, & contradictoria: ſi ergo ea, quæ uidentur, ſunt uera: ſequitur, quòd contraria ſimul apparentia uera ſunt. Circa hanc rationem ſic procedit, quia primò ponit ſecundam propoſitionem, ſcilicet quòd contradictoria apparent ſecundùm ſenſum: ſecundò ponit primam propoſitionem, ſcilicet quòd nihil apparet nobis, niſi ſecundùm ſenſum: tertiò ponit concluſionem, ſcilicet quòd ſeundùm iſtam opinionem contraria ſunt ſimul uera, & idem ſic & non ſic ſe habebit: Secunda ibi [Omnino uerò.] Tertia ibi. [Palàm ergo.] Circa primum duo facit, quia primò oſtendit, quomodo contraria apparent eidem, & ſunt ſimul nera, cum quadam ſolutione, quam improbat: ſecundò probat, quòd contraria apparent ſecundùm ſenſum, ibi. [Ampliùs autem.] Primò ergo ponit, quòd contraria apparent ſecundùm ſenſum, dicens: quòd ueritas, quæ eſt circa apparentia, ideſt opinio, de ueritate apparentium ueiut ex ipſis ſenſibilibus; & hoc quia credebant, quòd quidquid ſentitur, ita eſt, ſicut ſentitur; & quidquid uidetur, ita eſt, ſicut uidetur: cum ergo contraria uideantur, contraria erunt ſimul uera. Nec ualet ſolutio aliquorum, qui fortè uolunt dicere, q illud, quod uidetur pluribus, eſt uerum; & illud, quod uidetur paucioribus, eſt falſum: quia iudicinm de talibus non accipitur ſecundùm multitudinem, & paucitatem: Si enim iudicium de re fieret ſecúndùm multitudinem & paucitatem, ſequeretur, q uerum conuerteretur in falſum, quod patet ſic: Si hoc eſſe dulce, ideo eſt uerum: quia uidetur his ſanis uel ſapientibus, qui ſunt plures: hoc autem eſſe amarū, eſt falſum quia uidetur .i. his infirmis & inſipientibus, qui ſunt panciores; ſequitur, quòd ſi omnes laborauerint, nel deſipiāt; pauci autem ſint ſani, uel prudentes; quòd dicemus hos, ſcilicet infirmos, uel inſipientes eſſe plures; illos autem, ſcilicet infirmos, uel inſipientes non, ſed eſſe pauciores: Si ergo illud, quod uidetur pluribus, eſt uerum: ergo illud, quod uidetur infirmis & inſipientibus, qui ponūtur plures, eſt uerum. ex his autem uidetur dulce eſſe amarum; ergo hoc erit uerum, quod tamen erat falſum, quando uidebatur paucioribus; ſecūdùm ergo hanc poſitionem falſum uertitur in uerum. Notādum eſt, quòd in breui ratio Philoſophi eſt hæc. Si iudicium de uero & falſo eſt ſecundùm multitudinem & paucitatem: ita quòd plures iudicentur ſapientes, & pauciores iudicentur inſipientes; ſequitur, quòd nerum nertatur in falſum, & falſum reuertatur in uerum; quod eſt

est impossibile: Quòd autem sequatur patet, possibile est enim quòd plures sint sani, & pauciores infirmi; iudicent ergo sani de dulci, & etiam infirmi; sani iudicabunt dulce esse dulce, infirmi autem dulce esse amarum: Sed soluunt istam: Standum est iudicio plurium: si autem ita est, dicit Philosophus; sequitur quòd id idem, quod est falsum, uertitur in uerum: Nam si plures sint infirmi, & pauciores sani; sequetur, quòd iudiciũ infirmorum sit uerum, eo quòd plures sunt: & sic dulce esse amarum erit uerum, quod tamen erat falsum, quando infirmi erant pauciores. Deinde cum dicit.

Amplius autem multis aliorum animalium contraria uideri & nobis. Et ipsi autem unicuique ad seipsum non eadem secundùm sensum semper uideri; quæ igitur horum uera aut falsa; non manifestũ. Nihil enim magis hæc, quàm illa uera, sed similiter. Propter quod Democritus ait, aut nihil esse uerum, aut nobis non manifestum.

Ostendit, & probat, quòd contradictoria apparent secundùm sensum, dicens, quòd contraria apparent secũdùm sensum primò, quia illud, quod uidetur sapidum boui, uel asino; uidetur homini mali saporis: secundò quia idem homo diuersis temporibus diuersimodè iudicat de sensibilibus: quod enim sibi uidetur dulce & sapidũ uno tpe; alio tpe uidebitur insipidũ & amarũ: & sic contraria apparent secundùm sensum: Ex quo sequitur, quòd cõtraria sunt simul uera, quia quid quid uidetur, est uerum: si enim unum uidetur uni, & contrarium alteri; non potest assignari ratio, quare hoc dicatur uerum, & hoc non; & quare opinio istius sit uera, & alia non: & ideo oportet, quòd ambæ uel sint æquè ueræ, uel æquè falsæ. Et ideo dixit Democritus, quòd nihil est uerũ in rebus; uel si est, non est manifestum nobis, quòd sit illud uerum: non enim nobis manifestum est, quæ opinio sit magis uera, quàm alia; Est ergo ratio Philosophi in breui; Contraria apparent secũdùm sensum; cum ergo non sit nobis manifestũ, quod cõtrariorum sit uerum, & quod sit falsum; quia eadem ratio uidetur de ambobus; uel ambo contraria erunt simul uera, uel ambo falsa. Deinde cum dicit.

Opinio Democriti contingit; quoniam cognitio nostra oritur ex sẽsu, iudiciũ autem sensus non est determinati uerum; cũ non semper uniformiter iudicet, & se se habeat.

Omnino uerò propter existimare prudentiam quidem sensum, & hũc autem esse alterationem. quod uidetur secundùm sensum, ex necessitate uerum dicitur.

Ponit ptimam propositionem rationis suæ, quæ fuit, quòd omnia quę uidentur nobis, uel apparent; nõ apparent nisi scd'm sensum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Philosophus sic arguebat: ea, quæ apparent secundùm sensum, cõtraria sunt; cum ergo id; quod uidetur sensui, sit uerum; necesse est, quòd contraria sint simul uera: Hanc rationem posset aliquis cauillare dicendo, quòd licèt contraria uideantur esse uera secũdùm sensum; non tamen sic uidetur intellectui: & hoc quia iudicium intellectus repugnat iudi-

A cio sensus: sicut sensus iudicat solem esse bipedalem, cuius tamen iudicio contradicit intellectus: Hęc cauillationem remouet Philosophus dicẽs, quòd secundùm opinionem istorum quidquid apparet & uidetur, apparet secundùm sensum; et hoc quia ponebant sensum & intellectum esse idem. Duo ergo facit, quia primò ponit, quomodo isti ponebant sensum & intellectum esse idẽ; & per consequens omne iudicium sensitiuum esse uerum: quia non est dare aliud iudicium, quod repugnet iudicio sensuum: secundò confirmat dictam opinionem per dicta quorundam antiquorum ibi [Ex his enim Emped.] Dicit ergo pri

Sensus plerumque decipitur circa obiecta cõia & per accidens: & etiã circa propria obiecta & hoc uel propter obiecti in proportionem, uel propter organi indispositionem.

B mò, quòd isti uniuersaliter opinabantur, quòd prudentia, & sapientia, & scientia non essent nisi sensus; non enim ponebant differentiam inter sensum, & intellectum; quidquid autem uidetur sensui, uerum est secundùm istos, necessariò: & hoc quia sensus, & cognitio sensitiua fit per quandam alterationem factam à sensibili in ipso sensu: & sic semper cognitio sensitiua respondet naturæ rei sensibilis, à quo mouetur sensus. Deinde cum dicit.

Ex his enim Empedoc. & Democritus, & aliorum, (ut est uerisimile dicere) unusquisque talibus opinionibus facti sunt rei. Etenim Empedoc. permutantes habitum permutare dicit prudentiam. Ad præsens enim consilium augere hominibus, & in a-

C *liis dicit. Quia quantùm alteri transformati sunt, tantùm ipsis & semper sapere altera affuit.*

Confirmat prædictam positionem, scilicet quòd sensus, & intellectus sit idem; per dicta quorundam Antiquorum: Et tria facit, quia primò ostendit, quomodo Empedocles, & Democritus assentiebant dictæ opinioni: secundò quomodo illi eidem assentiebat Parmenides: tertiò quomodo Anaxag. Dicit ergo primò, quòd Empedoc. & Democr. & aliorum singuli, ut est uerisimile dicere (Alia litera dicit, ut est consequẽs dicere) idest sicut coniecturare possumus ex eorum dictis, facti sunt rei talibus opinionibus. Dicit enim Empedoc. quòd illi, qui permutant habitum, idest dispositionem corporis, permutant

Opi. Empe. apparens.

D prudentiam, idest intellectum, cuius est prudentia; & sic intellectus sequitur dispositionem corporis: hoc autem non posset esse, nisi intellectus esset sensus. Dicit etiam Empedoc. quòd ad præsens, idest secundùm præsentiam diuersarum dispositionum in corpore, augetur consilium in hominibus: & sic consilium & intellectus uariantur in hominibus secundùm uariationem corporis: quod non posset esse, nisi sensus esset intellectus. Dicit etiam Empedocl. quòd quantùm alterati sunt homines in corpore, & quantùm transformati sunt, quasi alterati facti, tantùm istis hominibus fuit & alterum sapere, quasi dicat, secundùm alterationem corporis alteratur sapientia in hominibus, & prudentia; ita quòd tot prudentiæ, uel tot curæ adueniunt hoibus, quot uariationes in corpore. hoc at̃ non potest esse, nisi intelle

ctus sit sensus. Notandum est, quòd secundùm sententiam Philosophi in Tertio de Anima. Intellectus nec est corpus, nec uirtus in corpore; si autem ista esset, quòd intellectus uariaretur secundùm uariationem corporis; intellectus uel esset corpus, uel uirtus in corpore: cum ergo non sit corpus, sequetur, quòd sit uirtus in corpore; & hoc non potest poni, nisi ponamus, quòd intellectus sit idem, quòd sensus. Et hoc est, quod uoluit dicere Empedocl. quòd cum intellectus sequatur dispositionem corporis, uidetur, quòd sit corpus idem, quod sensus. Deinde cum dicit.

Tex. co. 4.

Parmenides uerò enunciat eodem modo. Vt .n. quicunque habuerunt membrorum complexionem multæ flexionis & hominibus intellectus inest. Idem enim est quod quidem sapit natura membrorum hominibus, & omnibus, & omni. quod enim plus, est intelligentia.

Opi. Parmenidis satis acuta.

Ponit opinionem Parmenid. ad idem, dicens; quòd Parmenid. eodem modo enunciat de rerum ueritate, sicut Emped. dicit enim, quòd sicut unusquisque habet dispositionem membrorum ualdè circunflexorum, uel (secundùm aliam literam) multæ flexionis, intellectus adest hominibus, quasi dicat, in membris hominum est multa uarietas, & multa circumuolutio, ad hoc quòd membrorum dispositio adaptetur ad operationem intellectus: ex quo uult, quòd intellectus sequatur dispositionem corporis. hoc autem non est nisi intellectus sit sensus; dicit enim ipse, quòd idem est, quod sapit membrorum in hominibus, & omnibus, & omnium: quod enim plus est intelligentia: idest ipse dicit, quòd idem est, quòd sapit, idest curam habet & prudentiam de membris animalium, & de singulis partibus uniuersi, & de toto uniuerso, & de omnibus hominibus. quod autem plus est in homine, quàm in aliis omnibus partibus uniuersi, est quia homo intelligit, quasi dicat, eadem uirtus respectu totius uniuersi dicitur Deus; respectu partium uniuersi dicitur Natura; respectu hominis dicitur Intellectus. Notandum est diligenter, quòd dicere eandem uirtutem esse respectu uniuersi, & respectu partium uniuersi, & respectu hominis, falsum est, si intelligatur, quòd sit eadem secundùm rem: potest tamen esse uerum, si intelligitur, quòd sit eadem secundùm proportionem. Ita quòd intelligatur per istum modum, sicut se habet Deus ad totum uniuersum, & natura ad partes uniuersi; ita se habet quodam modo intellectus ad hominem: quasi dicat Empedoc. uirtus, quæ est in aliis rebus ab homine, intellectus non potest dici. in homine autem illa uirtus, licèt sit uirtus sensibilis; tamen potest dici intellectus: quia homo super alia hoc habet, quòd uirtus eius intellectus potest dici. Deinde cum dicit.

Deus, Natura, Intellectus eadem uirtus.

Anaxag. quoque prounciatione recordatur ad quosdam sociorum. Quia talia erant ipsis entia, qualia ubique existimauerunt. Dicunt autem & Homerum hanc habentem, quia fecit Hectorem tanquam

E *in extasi fuerit à plaga, iacere aliud sapientem: tanquam sapientes quidem & desipientes, sed non secundùm eandem.*

Ostendit, quòd Anaxago. consentiebat prædictæ positioni, dicens: quòd Anaxago. pronunciando loquebatur ad quosdam socios suos, uel amicos, reducẽdo eis ad memoriam, quòd talia sunt entia, qualia eis uidentur, uel apparent, & qualia existimant: & hoc quia dictis istorum Philosophorum nititur, scilicet, quòd ueritas rei sequatur opinionem uidentis. Dicit etiam sic, quòd Homerus fuit istius opinionis, unde & facit in sua recitatione Hectorem quasi in extasi iacere, & à plaga sibi illata aliud cogitare, quàm priùs; & aliud sapere, quàm priùs: ita quòd idem sunt

Anax. opi. satis crassa & leuis.

Opi. Homeri ficta.

F sapientes & desipientes, sed non secundùm eandem: erat iste sic iacens insipiens quantùm ad illa, quæ sibi tunc uidebantur: qui fuerat tamen priùs sapiẽs, quantùm ad ea, quæ sibi priùs uidebantur. Notandum est diligẽter, quòd homo sapiat aliud post plagã illatam, & antea non; ita quòd prim fuerit sapiẽs, & postea insipiẽs, hoc non potest esse, ut uidebatur his, nisi intellectus sequatur dispositionem corporis, & per consequens intellectus sit sensus. Et ideo dicit Philosophus, quòd Homerus uolens probare, quòd intellectus sit sensus; faciebat ipsum Hectorem, idest iacere in extasi, aliud sapientẽ ante illatam plagã, & post. Deinde cum dicit.

G *Palàm ergo, quòd si utræque prudentiæ, & entia simul sic, & non sic se habent.*

Postquam posuit, quòd illa, quæ apparent sensui, sunt contraria: postquam etiam posuit, quòd nihil apparet nobis nisi per sensum: & hoc quia intellectus & sensus sunt idem: concludit ex dictis, quòd contraria sunt uera, dicens: quòd manifestum est, quòd si contraria apparent secundũ sensum, utrumque apparentium est prudentia, idest uerum; sequitur, quòd utrunque illorum uerum est, & quòd contradictoria uerificantur de eodem: ita quòd eadem res sic, & non sic se habet. Deinde cum d.

Epilogus.

H *Quare & grauissimum accidens est. Nam si qui maximè contingens uerum uiderunt. Hi autem sunt maximè quærentes ipsam & amantes, tales habent opiniones, & talia enunciant de ueritate. Quomodo non est dignum respuere philosophari conantes? Nam uolantia prosequi erit utique ueritatem inquirere.*

Postquam posuit opinionem istorum, hic ostẽdit accidens, & inconueniens, quod sequitur ad opinionem illorum, dicens; quòd grauissimum accidens est, quòd istis sic opinantibus accidit. Nam si illi, qui maximè uiderunt uerum, inquantum potest ab homine uideri, qui etiam maximè quæsierunt & amauerunt uerum, tales sententias dixerunt de ueritate, & talia sic fatua enunciauerunt, quomodo non est dignum respuere Philosophiam, & etiam uilipendere omnes conantes philosophari? quasi dicat, immo est dignum, nam secun-

secundùm opinionem istorum nulla est ueritas determinata in rebus; & hoc quia quælibet res sic, & non sic se habet. si autem ueritas non est in rebus, quærens ueritatem, quęrit aliquid, quod non potest haberi; & sicut ille, qui prosequitur uolatilia, quantò magis ea prosequitur, tãtò magis ab eis elongatur; ita erit de quærente ueritatem: quia semper quæret, & nunquam inueniet. Deinde cum dicit.

TEX. 22. *Huius autem opinionis causa est, quia de entibus quidem ueritatem intendebant, entia uerò putabant esse sensibilia solùm. In his uerò multa, quæ in determinatè natura consistit, & quæ enti, sicut diximus. Propter quod decenter quidem dicunt, non uera autem dicunt, Sic enim congruit magis dicere quàm sicut Epicharmus ad Xenophanem.*

A. l. Epiphanius.

Ponit opinio. illorum, qui ponebant, ꝙ nihil poterat sciri in rebus: Et diuiditur in duas partes secundùm duo motiua, quibus mouebantur isti ad opinandum, quòd nihil scitur: Et est ratio talis scientia si est, est de ente certo, & determinato; sed omne ens est indeterminatum, quod patet ex hoc, quia omne ens est sensibile; ens autẽ sensibile est indeterminatum propter materiam; ergo nullum ens sciri potest. Visa ratione, patet litera, quæ dicit, & exponitur sic: ita dixerunt isti, quòd apparentia sunt simul uera: his autem, qui nihil ponunt sciri, causa est suæ opinionis, quia intendunt inquirere ueritatem de entibus; entia autem omnia sensibilia sunt; in sensibilibus autem multum est de natura infiniti, & de natura indeterminati; & hoc quia in eis est materia, quæ de se non determinatur ad aliquam formam: & ideo natura entis sensibilis sicut mutabilis se habet; & ideo nõ est determinatæ naturæ: Isti ergo Philosophi sic dicentes, decenter dicunt propter dictam rationem; uerum tamen non dicunt: tamen quia opinio illorum habet aliquam uerisimilitudinem; magis congruit dicere, sicut dicebant, quàm dicere, sicut dicebat Epicharmus ad Xenophanem, qui scilicet ponebat suam positionem sine ratione, & sine probatione, fortè dicens, ꝙ omnia entia sunt immobilia, & necessaria, & hoc dicebat, ut posset scĩa de rebus haberi. Notandum est, ꝙ isti in positione sua peccabant primò, quia ponebant, quòd omne ens est ens sensibile, maioris enim ambitus est ens, quàm ens sensibile. Vnde non sequitur est ens, ergo est ens sensibile, quia est ens intelligibile, licèt isti non perpenderent tale ens propter debilitatem sui intellectus. Secundò peccabant, quia ponebant, quòd in ente sensibili nihil est determinatum, licèt enim materia entis sensibilis in determinatè se habeat ad multas formas: tamen entia sensibilia per formam determinantur ad certum & specificum modum essendi, de quo certo, & specifico modo essendi potest esse scientia. Deinde cum dicit.

Materia de terminatur p formã ad certum modum & gradum existẽdi, licet de se indeterminata sit.

Ampliùs autem omnem uidentes hanc motam naturam; de permutante autem nihil unum dicimus, circa uerò omnino permutans non contingere uerum dicere: nam ex hac existimatione pullulauit opinio dictorum summa, quæ est dicentium Heraclizare, et qualem Heraclytus habuit. qui tandem opinatus est, nihil oportere dicere, sed digitum mouebat solùm: & Heraclytum increpauit dicentem. Bis in eodem flumine non est intrare: ipse enim existimauit nec semel.

A

Ponit secundum motiuum, uel secundam rationem, per quã isti mouebantur, Et est ratio talis, omnis scientia est de uero; sed nihil est uerum in rebus, ita ꝙ possimus dicere, hoc est determinatè in rebus, uel hoc nõ est: & hoc quia oĩa sunt in motu & mutatione; ergo nulla scientia potest haberi de rebus. Visa ratione, patet litera, quæ dicit: quòd isti de ista opinione uidentes, ꝙ tota natura sensibilis est in motu; uidentes etiam ꝙ de eo, quod est in motu, nihil uerum potest enunciari; quia quod est in motu, nec est in termino à quo, nec est in termino ad quem; dixerunt, ꝙ nulla scientia poterat haberi de aliquo: Ex hac opinione pullulauit opinio dictorum philosophorum, summa, uel extrema, idest quę uenit ad summum, uel extremum hoc, quia dicebãt omnia moueri, hæc autem opinio dicentium heraclizare. i. dicentium se sequi ad opinionem Heraclyti: Hãc enim opinionem habuit Heraclytus, existimauit. n. omnia esse in motu, & ideo ultimò ad hanc dementiam peruenit, ꝙ est opinatus, quòd non oportebat aliquid uerbo dicere, sed ad exprimendum quod uolebat, mouebat solum digitum: & hoc ideo, quia credebat, quòd ueritas rei, quàm uolebat exprimere, priùs transiret, quàm oratio absolueretur: & Heraclytus quendam Aristippũ increpauit: (alia litera habet, ꝙ increpauit Heraclytum, hoc est alius increpauit istum) quia dixit, quòd non contingit bis eandem rem, puta hominem intrare in eũdem fluuium; falsum est, quia antequam intraret secundò fluuius iam defluxerat; hic autem increpabat eum, quia parum dixerat; ipse autem existimauit, quòd nec semel est possibile intrare eundem fluuium; quia ante quàm semel intrauit, aqua fluuij mutatur: & non solùm nõ dixit, quòd homo non potest bis loqui de re aliqua, antequam ipsa mutetur; sed etiam nec semel.

B

Opinio Heracliti.

C

D

Nos autem & ad hanc rationem dicimus, quia permutans quando permutat, habet quandam ipsius ueram rationem, non existimari esse.

Postquam posuit opiniones dicentium, scilicet quòd apparentia omnia erant uera; dicentiũ etiam ꝙ omnia sunt in motu, & per consequens nihil est determinatum in rebus, de quo posset aliquid sciri, uel enunciari; in parte ista disputat contra dictas opiniones: Et duo facit, quia primò disputat contra opinionem illorum, qui ponebãt, omnia esse in motu, & quòd nihil poterat determinatè enunciari de rebus: secundò contra opinionem illorum, qui ponebant omnia apparentia esse simul uera, ostendens quòd hoc non est necesse.

Soluit rõnes Antiquorum, iam dictorum & impugnat.

necesse. Secunda ibi [De ueritate autem.] Prima in sex partes, secundùm quod sex rationes adducit contra illos, qui dicebant, quòd nihil est determinatè nerum in rebus; & hoc quia omnia sunt in motu: Secunda ibi [Est autem dubitatio] Tertia ibi, [Sed hęc prætermittêtes] Quarta ibi [Amplius autem [Quinta ibi [Amplius autem palàm.] Sexta ibi [Et etiam contingit simul.] Ponit ergo primò primam rationem contra illos, qui ponebant non esse uerû determinatè in rebus. Et est ratio sua talis: quòd si omnia sunt in motu, sicut isti ponebant: non potest concludi; ex hoc, quòd non sit aliqua ueritas determinata in rebus; sed potest concludi oppositum huius: de moto enim in motu dum mouetur, nec est in termino à quo, nec in termino ad quem, ergo ad minùs hæc ratio potest sciri de, motu falsum est ergo dicere quòd si omnia sunt in motu nihil: potest sciri; quia ad minùs hæc determinata ratio sciri potest. Visa hac ratione, patet litera, quę dicit, quòd nos circa hanc quæstionem & opinionem dicemus, quòd per mutans quando permutatur, habet aliquam ueram rationem & propriam; quæ potest uerè enunciari, & sciri de eo: quæ quidem ratio est, quòd mobile dum mouetur, nec est in termino a quo, nec in termino ad quem; & sic uerè aliquid enunciari potest de mobili: quamuis secundùm opinionem istorum nihil existimetur inesse rei, quæ est in motu. Deinde cum dicit.

Est autem dubitatio. Abiiciens enim habet aliquid eius, quod abiicitur; est eius, quod fit iam necesse aliquid esse, omninoque si corrumpitur, existet aliquid ens, & si fit, ex quo fit, & à quo generatur, necesse est esse, & hoc non esse in infinitum.

Ponit secundam rationem, & est ratio sua talis: ꝙ de eo quod est in motu, potest aliquid sciri & enũciari; quod patet sic, licèt enim illud, quod est in motu, nec sit simpliciter in termino à quo, nec in termino ad quem, ut dictum est in ratione præcedenti; tamen dici potest, quòd partim, & secundùm quid est in termino à quo, & partim in termino ad quem; & sic ad minùs hoc sciri potest de eo, quod mouetur. De eo etiam, quod corrumpitur, aliquid sciri potest, quia omne, quod corrumpitur, ens est: non entis enim nõ est corruptio, ergo ad minus hoc potest sciri de corruptibili, quòd ens est. Similiter tertiò aliquid sciri potest de generabili; quia omne, quod generatur, ex aliquo generatur, ad minùs hoc sciri potest de eo. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit, quòd isti, qui dixerunt, scilicet quòd de re existente in motu, nihil potest sciri: ualde dubitabile est, nec uidetur esse uerum. de re enim, quæ est in motu, aliquid sciri potest. mobile enim tãquam abiiciens terminum à quo, partim habet de eo, quod abiicitur; partim habet de eo, quod fit. ergo ad minùs hoc sciri potest de eo. Secundò non dicunt nerum, quando dicunt, ꝙ nihil potest sciri de corruptibili. omne enim quod corrumpitur, aliquod ens est. ergo ad minùs hoc sciri potest de eo, quod ens est. Tertiò non dicunt uerum, quando dicunt, qnòd nihil potest sciri de re generabili; omne enim, quòd generatur & fit, ab aliquo generante generatur, & ex aliqua materia generatur; quæ quidẽ materia ex nullo alio generatur, aliàs esset abire in infinitum in causis materialibus: ergo de re generabili ad minùs hoc scire potest, quòd ex aliquo generatur, & ꝙ non est abire in infinitum in causis materialibus. Deinde cum dicit.

Sed hæc prætermittentes ita dicamus, quia non idem est permutans secundùm quantitatem, & secundùm qualitatem. secundùm quantitatem igitur sit idem non manens, sed secundùm speciem omnia cognoscimus.

Ponit tertiam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd isti, qui ponebant omnia esse in motu, maximè mouebantur propter motũ augumenti. dicebant enim, quòd motus augumenti est continuus: & hoc quia quantitas rei, secundùm quam attenditur augumentum; diuiditur proportionaliter secundùm partem temporis: ita quòd in qualibet parte temporis fiat augmentum secundùm aliquam quantitatem: quæ se habet proportionabiliter ad totam quantitatem, sicut se habet pars temporis ad totum tempus; arguebant ergo isti. Illa, quę augmentantur, continuè augmentantur; & tamen ille motus est nobis insensibilis & imperceptibilis; ergo à simili illa, quæ mouentur aliis motibus à motu augumenti, continuè mouentur: licèt ille motus sit nobis imperceptibilis. Hanc rationem istorum remouet Philosophus, dicens: quòd prætermittentes hanc rationem, quæ est de augmento dicamus, quòd non est idem moueri secundùm quãtitatem & secundùm qualitatem. Licèt enim illud, quod mouetur motu augumenti, nõ maneat secundùm quantitatem; tamen manet ad minùs idem secundùm qualitatem & speciem; ergo de eo, quod mouetur motu augumenti, ad minùs hoc sciri potest, quòd in toto augmento idem est secundùm speciem, & secundùm qualitatem essentialem. Notandum est, quòd isti, qui mouebãtur ex motu angumenti, in duobus peccabant. Primò quia non est necesse, quòd motus augumenti sit continuus; non enim sequitur, quòd si aliquis secundùm tantam quantitatem augetur in tto anno, quòd secundùm dimidium illius quantitatis augeatur in dimidio illius anni. Secundò peccabant, quia licèt illud, quod mouetur motu augumenti, uarietur secundùm quantitatem; tamen non oportet, quòd uarietur secundũ qualitatem & speciem, idest secundùm qualitatem specificam. Ex quo sequitur, quòd non obstante motu augmenti, aliquid uerè & determinatè poterit sciri de rebus. Deinde cum dicit.

Amplius autem dignum increpare sic existimã tes, quòd sensibilium in minoribus numerum scientes sic habentem de cœlo toto similiter enunciauerunt. Nam circa nos sensibilis locus in generatione, TEX. 23.

ne,& corruptione perseuerat solum ens,sed iste, ut dicatur,nulla pars est omnis. Quare iustius propter illa hæc reuenisti fuissent : quare propter hoc de illis errauerunt.

Ponit quartam rationem contra istos. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd isti uidebantur sic arguere : entia sensibilia, quæ sunt apud nos,idest infra spheram actiuorum & passiuorũ, sunt in motu;ergo omnia entia sunt in motu. Cõtra hos arguit Philosophus sic:entia,quę non sunt generabilia & corruptibilia , nec infra spheram actiuorum & passiuorum,maiorem quantitatem habent, quàm entia corruptibilia & generabilia, quæ sunt infra spheram actiuorum & passiuorũ ; si ergo propter entia,quę sunt infra spheram actiuorum & passiuorum isti enuntiauerint,quòd totum ens est in motu;malè enuntiauerunt;si enim propter ens,quod est in sphera actiuorum & passiuorum , posset enuntiari de toto ente, quod est in motu;multò magis propter ens, quod non est infra spheram actiuorum & passiuorũ,posset enũtiari de toto ente,quod totum ens est mobile; cũ hoc sit maioris quantitatis , quàm illud : hi ergo malè enunciauerunt,quia quod contingit paruæ quantitatis enti,attribuunt toti enti. Vtia hac sententia,patet litera,quæ dicit sic;existimantes , ꝙ omnia sunt in motu; & hoc quia uiderunt pauca entia , idest sensibilia esse in motu,dignum est increpare;propter enim pauca entia , quæ sunt in motu,non debet enuntiari de toto ente, & de toto cœlo,quod sit in motu;cœlum licèt moueatur localiter , tamen non mouetur ad formam : propter enim ea, quæ sunt apud nos;quæ sunt in motu,non debet enuntiari de toto , quod sit in motu:paruus enim locus , qui est apud nos ; continuè est in generatione & corruptione : & ens, quod est hic,est in motu:tamẽ ens,quod est apud nos,ferè nullius quantitatis est respectu quantitatum superiorum corporum : tota enim terra ferè nullius quantitatis est respectu cœli;&ideo dicitur centrum uniuersi.Fatuum est ergo enuntiare de toto ente, quod contingit minimæ parti entis. Notandum est,quòd sicut probant Astrologi, ꝙ sex signa semper apparent super terram; quod non esset, si terra haberet quantitatem notabilẽ respectu cœli:ista enim quantitas notabilis occultaret nobis aliquam partem cœli ; ita quòd non semper apparerent nobis signa super terram; cũ ergo hoc sit falsum,benè dictum est , quòd terra est sicut punctus & cẽtrum respectu cœli. Deinde cum dicit.

Amplius autem palàm,quia ad hos eadem olim dictis dicemus.Quòd enim est immobilis natura quędam,ostendendum ipsis,& credendum est eis.

Ponit quintam rationem contra dicentes , ꝙ omnia sunt in motu;dicit quòd dicere, quòd omnia sunt in motu, contradicit his, quæ olim dicta sunt à nobis in aliis locis ; quòd est dare quandã naturam separatam à motu, & quoddam primũ mouens immobile:Hoc est ergo dicendum eis,

A & huic debent credere.Notãdum est, quòd dicere omnia esse in motu, implicat impossibile: omnis motus arguit aliquod immobile,si autem omnia essent in motu , motus non argueret aliquod immobile,quod est impossibile . Hoc est ergo, quod uoluit dicere fortè Philosophus in ista ratione;intendens,ꝙ sicut ens per participationem arguit ens per essentiam ; & ens coniunctum arguit ens separatũ : ita ens in motu arguit ens immobile : & sicut impossibile est dicere, quòd omnia entia sunt per participationem, uel ꝙ omnia entia sunt coniuncta materiæ ; ita est impossibile dicere ꝙ omnia sunt in motu. Deinde cùm d. *Omnia esse in motu est impossibile.*

Et etiam contingit simul dicentibus esse , & non esse,quiescere magis dicere omnia,quàm moueri.Nõ
B *est enim in quod aliquid permutetur . Nam omnia insunt omnibus.*

Ponit sextam rõnem,quæ ratio est, ꝙ opinari oĩa sunt in motu;contradicit opinioni,quæ dicit, quòd contradictoria uel contraria sunt simul. Ad cuius euidentiam notãdum est,quòd omnis motus formalis supponit distantiam formarum; nisi enim terminus a quo distaret formaliter à termino ad quem ; nunquam esset motus à termino à quo ad terminum ad quem:supponit etiam motus substantiam subiectiuam;inter enim ea , quæ sunt in subiecto;non est motus p se:sicut quia idẽ subiectum esse potest simul & semel coloratum & quantum, non est motus per se à colorato ad quantum , nec è conuerso : Dicemus ergo quòd *Omnis motus formalis supponit distantiã formarum.*
C propter primam distãtiam, quæ requiritur in motu,non est motus inter ea,quæ sunt eiusdem speciei;sicut enim dicimus, quòd aliquid moueatur ab albedine in albedinem propter secundam distantiam, quæ requiritur in motu , dicimus quòd non est motus inter formas , quæ compatiuntur se in eodem subiecto: si ergo contraria uel contradictoria uerificantur de eodem , non erit motus à contrario in contrarium,nec mutatio à contradictorio in contradictorium. Dicemus ergo , quòd ista opinio magis est causa quietis , quàm motus;si enim utrunque contrariorum habetur , in utroque quiescitur ; nec est necesse quòd fiat motus à contrario in contrarium. Hoc uiso,patet litera,quæ dicit:quòd dicere quòd simul contin-
D git aliquid esse,& non esse;magis est causa quietis,quàm motus: illud enim ad quod aliquid mouetur,non habetur; quia motus est propter indigentiam;si autem omnia sunt in omnibus, & omnia uerificantur de omnibus,omnia habentur ab omnibus,& sic destruitur omne moueri.

Quæreret quis, Vtrum destruentes scientiam propter motum, benè destruerent eam ? hoc est dicere , Vtrum supposito quòd res sensibiles sint in motu, possit haberi aliqua scientia de eis? Dicendum est circa hanc quæstionem , & sic procedendum est:primò enim ponendæ sunt rationes , quibus aliqui possent uti ad destruendum scientiam : sumuntur ergo aliquæ rationes ex parte modi sciẽdi;aliquæ ex parte scibilis; aliquæ *Quæstio.* *Rões destruentium scientiam.*

ex

ex parte scientis; aliquæ ex parte medii; per quod aliquid scitur. Secundò ostendendum est, quòd aliquid potest sciri etiam de re sensibili; & soluendæ sunt rationes in oppositum. Sumuntur ergo aliquæ rationes ex parte modi sciendi; & est prima ratio talis: si aliquid scitur ex priori & notiori, de illo ergo priori & notiori quæritur, utrum sciatur, uel nō: si dicere quòd non sciatur, impossibile est, quia propter quod unumquodque & illud magis; si ergo istud prius est causa, quòd posterius sciatur, uidetur quòd ipsum multò magis scitur: si autem dicatur quòd illud notius & prius scitur, oportet etiam quòd sciatur per priora, & sic erit abire in infinitum in principiis: uel ergo non scitur, uel si scitur erit dare infinitatem principiorum. Secunda ratio est sumpta ex scibili, de qua facta est mentio in litera, & potest sic formari: omnis scientia est de fixo & permanenti; sed sensibilia sunt in continuo motu, & in continua transmutatione, ergo de eis non potest haberi scientia. Tertia ratio sumitur ex parte scientis, quæ uidetur fuisse Memnonis, de qua fit mentio primo Posteriorum; & potest esse ratio talis: nihil addiscit, qui nouit; ergo qui cunque addiscit, aliquid nouit: quòd autem aliquis noscat, & tamen addiscat, hoc impossibile uidetur; ergo nihil addiscitur: nullius enim potest habere scientiam, qui nihil addiscit: uel ergo oportet dicere, quòd omnia sciuntur & non sciuntur; & sic notitia rerum erit nobis innata: uel oportet dicere, quòd si anima nostra creata est sicut tabula rasa, quòd nihil potest addisci, quia anima nuda nihil præno scit. Vltima ratio sumitur ex parte medii, per quod res, si scitur, cognoscitur; omnis enim res, quæ à nobis cognoscitur, cognoscitur per idolū & per speciem eius; quia lapis non est in anima sed species lapidis; nec anima est locus rerū, sed est locus specierum & intentionum: idolum autē rei non perfectè dat notitiam rei; cognoscere enim idolum rei, non est perfectè cognoscere rē: cum ergo apud nos non sit res sed idolum, manifestum est, quòd res uel non sciuntur à nobis, uel si sciuntur, imperfectè sciuntur: declaratum est ergo primum; Ponendum est ergo secundum, scilicet quòd contingit aliquid scire, quod potest patere primo sic arguendo. Desiderium naturale non est frustra, homo secundùm Philosophum in primo huius scientiæ, scire desiderat; ergo desiderium eius ad scire non est frustra; esset ergo frustra, nisi posset aliquid scire. Posset formari aliter idem argumentum sic: quod homo naturaliter desiderat, possibile est ei euenire; sed omnes homines nataraliter scire desiderant, ergo possibile est, quòd scientia adueniat ei, potest ergo aliquid sciri. Potest secundò argui sic: qui dubitat, an contingat aliquid sciri, non dubitat se dubitare; sed certus est dubitare; non est autem aliquis certus nisi de eo, quòd scit; ergo ille qui dubitat se scire, necesse est concedere se aliquid scire, Posset idem argumentum formari sic,

1. Poste. 15

Tex. cō. 5.

Appetitus naturalis non est otiosus.

Tex. cō. 1.

E qui negat sciam, scientiam cōcedit in hoc, quòd certus, est quòd non est scientia; & nō est certus aliquis nisi de eo, quod scit; qui ergo negat scientiam, concedit scientiam; & sic aliquid sciri, non potest negari. Ad cuius euidentiam, ut hoc meliùs uideatur; & etiam ut pateat quomodo de re sensibili potest esse scientia, quod quærebatur; uidendum est, quid est scientia, & qui habitus cognoscuntur à nobis; Primò uidendum est, quòd est scibile, ut ex cognitione scibilis concludatur quid est scientia: dicendum est ergo, quòd scibile perceptibile est; illud enim dicitur sciri, quod ab intellectu percipitur; sed hoc non sufficit. uidemus enim quòd opinabile aliquo modo ab intellectu percipitur; & tamen ut sic non est scitum:

F Opinatum ergo, & scitum in hoc differunt; quia opinatum accipitur ab intellectu, & semper est cum formidine alterius partis. unde intellectus opinans, quodam modo uacillat: Scitum autē accipitur ab intellectu sine formidine alterius partis: Si ergo scibile est perceptibile ab intellectu, & scitum est perceptum ab intellectu, & quantū ad hoc conuenit cum opinato uel opinabili; sed quia est perceptum cum quadam certitudine, differt scitum & opinatum; scitum ergo est, quod perceptum est cum quadam certitudine: Sed hoc non sufficit: uidemus.n.ꝙ Dignitates, & prima principia percipiūtur ab intellectu, & percipiuntur cum quadam euidentia certitudinis, & tamē principia non sciuntur; quia scientia nō est principiorum, sed magis conclusionum.

G Oportet ergo Philosophum benè intelligere dicendo, quòd scitum est, quod est perceptum ab intellectu cū euidentia certitudinis: ita tamen ꝙ ista certitudo percipiatur ab intellectu per resolutionē sciti; uel scibilis ad suas causas: In hoc enim est differentia inter certitudinem principiorum, & certitudinem conclusionum; quia certitudo principiorum perpenditur ab intellectu sine resolutione ad aliqua priora; quia principiorum non sunt principia: certitudo autem cōclusionum perpenditur ab intellectu per resolutionem conclusionum ad suas causas; & ideo principia non dicuntur sciri; Possumus ergo concludere diffinitionē scibilis uel sciti, dicendo; ꝙ scitum est, cuius certitudo perpenditur ab intellectu per resolutionē

H eius ad causas suas: Propter primum differt scitum & opinatum; propter secundum differt scitum & intellectum. (Voco autem intellectum habitū principiorum) si ergo scitum est cū certitudine, percepta per resolutionem ad causas, oportet ꝙ scientia sit certa perceptio intellectus habita per resolutionem effectuum ad causas. Viso quid est scientia, patet ꝙ aliquid sciri potest: certitudo enim multorum perpendi potest ab intellectu ꝑ resolutionē eorum ad suas causas, & per consequens aliquid sciri potest; Non enim est prætermittendum, sed diligenter notandū, quòd scientia duobus modis accipi potest, uno modo accipitur scientia pro quacunque cognitione certa:

Q̄ūo de re sensibili pōt hēri scientia.

Scibile quid

Differentia inter opinatum & scitum.

Certitudo principiorū est aliā a certitudine cōclusionum.

Scientia quid.

Scientia dupliciter.

ta:& ista acceptio est impropria: & secundũ istũ modum accipiendi contingit aliquid sciri;eo mo do quo dicimus quòd sensus aliquid certitudina liter scit,& cognoscit:dicimus enim quòd sensus uniuersalis uerè cognoscit aliquid, cui non contradicit sensus uerior: secundo modo accipitur scientia propriè, & secundùm istam acceptionẽ cognitio scientialis est cognitio intellectiua,certitudinaliter habita de re per resolutionem rei ad causas suas:& secundùm istum modum accipiendi contingit aliquid scire etiam de re sensibili:quia primum falsum est,quod dicebant isti, scilicet quòd omnia sunt in motu: secundò quia in rebus sensibilibus sunt aliquæ rationes immobiles,& fixæ,quę possunt resolui ad causas suas.

A. Liefer.

Scientia abstrahit ab esse existẽtiæ.

Est enim diligenter notandum (ut pluries dictũ est)quòd scientia abstrahit ab esse existentiæ, & concernit esse essentiæ:in essentiis autem rerum sensibilium sunt multæ rationes immobiles, quæ perpendi possunt ab intellectu, & per consequẽs sciri; motus enim respicit esse existentiæ, & non esse essentiæ. Visum est ergo,quomodo aliquid potest sciri: modo soluendæ sunt rationes, quæ sunt in oppositum. Ad primum argumentum, quando dicitur, quòd omne,quod scitur, scitur ex priori & notiori: dicendum est,quòd uerum: sed quando dicitur, Vtrum illa priora principia sciuntur,uel non: dicendum est, quòd principia non sciuntur propriè, sed magis intelliguntur:& hoc quia intellectus est habitus principiorum; scientia autem conclusionum: principia ergo nobiliori cognitione cognoscuntur, quàm conclusiones;cognoscũtur enim cognitis terminis suis: sicut cognito quid est totum,& quid est pars,cognoscitur, quòd omne totum est maius sua parte:conclusiones enim cognoscuntur per resolutionem ad suas causas. Et quando dicitur,quòd propter quod unumquodque & illud magis: dicendum est, ꝗ intellectus propositionis est, ꝗ quando aliqua ratio saluatur in causa, & in effectu,nobiliori modo saluatur in causa, quàm in effectu:sic est in proposito, quia cognitio saluatur in principiis, & in conclusionibus; sed nobiliori modo saluatur in principiis, quàm in conclusionibus. Ad secundum argumentum, quando dicitur, quòd omnia sunt in motu: dicẽdum est, ꝗ ratio hęc peccat multis modis;primò quia isti, qui sic arguebant, credebant,quòd omnia entia essent entia sensibilia; & quia entia sensibilia sunt in motu, credebant quòd omnia entia essent in motu; dicere autem, quòd omnia entia sunt sensibilia,falsum est, sicut ostensum est in litera:secundò peccabant,quia non perpendebãt, quòd de re sensibili & transmutabili possunt accipi ab intellectu rationes fixæ & in transmutabiles:eo modo quo dicit August.de Trinita. quòd rerum sensibilium manent intelligibiles, & incorruptibiles rationes.Ad [illegible]ium argumentum quando dicunt, quòd qui discit,priùs nouit. dicendum est,quòd hoc argumentum fundatur su

Solutiones argumentorum Antiquorum.

Principia nobiliori cognitione cognoscuntur quàm cõclusiones.

Propter qđ unũquodq; &c.quo intelligitur.

A per hoc,quòd omnis cognitio ex præexistenti fit cognitione: & ideo declarandum est, quomodo disciplina ex præexistenti fit cognitione. Ad cuius euidentiam diligenter notandumest,quòd non debet sic intelligi,quòd illud,quod discitur, eodem modo præcognoscatur,quo discitur: sed debet sic intelligi,quòd illud, quod discitur, sub uno modo præcognoscitur, & sub alio discitur: & ideo non oportet,quòd sit cognitum per omnem modum,sed solùm sufficit, quòd sit cognitum secundùm aliquem modum: illud enim, qđ discitur in particulari,præcognoscitur in uniuersali. Ad ultimum argumentum, quando dicitur, quòd idolum rei non ducit in cognitionem rei. dicendum est, quòd idolum,siue species rei

Omnis doctrina, & omnis disciplina ex praexistẽti fit cognitione,quomõ.

B duobus modis potest accipi, & se habere ad intellectum:uno modo, quòd ipsum idolum sit obiectum cognitiuum ab ipso intellectu:ita quòd intellectus immediatè feratur super ipsum idolum;& secundùm istum modum per ipsum idolum non habetur perfecta cognitio de ipsa re: & hoc quia ipsum idolum uidere, non est perfectè uidere rem ipsam: secundo modo potest se habere ad intellectum, non quia sit obiectum in tellectus,uel cognitiuum:sed solùm quòd sit ratio intelligendi, & cognoscendi: & secundùm istum modum per ipsum idolum tanquam per rationem mediam, & non per obiectum medium potest haberi cognitio de ipsa re: argumentum autem arguebat,ac si ipsum idolum esset quod-

Spẽs,uel idolum põt dupliciter se hẽre ad intellectum.

C dam obiectum medium inter potentiam intellectiuam,& rem extra: quod quidem non est uerum;quia idolum non cadit medium sicut obiectum,sed sicut ratio. Deinde cum dicit.

De ueritate autem, quòd non ome apparens uerum:primum quidem,quia neque sensus falsus proprii est;sed phantasia non idem sensui. TEX. 24.

Postquam disputauit contra opinionem illorum,qui ponebant, quòd omne apparens est uerum: in parte ista huiusmodi opinionem improbat:Et duo facit, quia primò improbat istam opinionem:secundò concludit conclusionem principaliter intentam ibi[Quod quidem igitur firmissima] Circa primum duo facit, quia primò disputat contra motiua illorum, qui ponebant istã opi

Inuehitur adhuc contra Antiquos.

D nionem: secundò disputat contra aliquos,qui ex quadam proteruia dicebant istam opinionem esse ueram,ibi[Sunt autem quidam] Prima in septem secundùm septem rationes quas adducit: Secunda ibi, [Deinde dignum] Tertia ibi.[Amplius autem de futuro] Quarta ibi,[Amplius autẽ & nõ similiter in sensibilibus] Quinta ibi[Quorum unusquisque in eodem tempore] Sexta ibi, [Quãuis & hæc hæ rationes omnes destruant] Septima ibi[Et ex toto.] Ponit ergo primam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est,ꝗ isti in positione sua dicebant,quòd omnia,quę uidentur sensui,uel sunt æque uera, uel sunt æquè falsa,ac si uerum posset esse in sensu:quod tamen falsum est;sensus enim propriè non dicit uerum,

nec

nec falsum; & maximè falsum non est in sensu, sed est in superiori potētia, cuius est iudicare de re sēsibili, Hoc est ergo, quod dicit Philosophus; ita ostensum est, ꝙ non omnia sunt mutabilia: Sed de ueritate alterius opinionis .s. ꝙ non omne apparens est uerum; ista consideranda sunt: Primum est, quia sensus non est falsus circa propriū obiectum; sed falsitas pertinet ad superiorem potentiam .s. ad phantasiam, quæ quidem nō est sensus; sed est motus factus à sensu. Notandum est, ꝙ differt uerum esse in aliqua potentia, & illam potentiam dicere uerum; in potentia ergo sensitiua potest esse illud, quod est uerum; quia sensus est uerus respectu proprii obiecti; sed tamen potentia sensitiua nec dicit uerum, nec falsum: Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, ꝙ F sensus est uerus respectu proprii obiecti, & non falsus: sed dicere falsum, uel iudicare falsum, ptinet ad potentiam superiorem, quæ habet iudicare de actu potētiæ inferioris. Debemus .n. imaginari, ꝙ sensus particularis non decipitur circa proprium obiectum; & hoc, quia sicut accipit, ita renunciat; sed tamen potētia superior sicut Phantasia, in iudicādo de actu potentiæ inferioris aliquando decipitur, & dicit falsum. V. g. uisus uidet remum in aqua, & in hoc non decipitur; quia sicut immutatur, & recipit, ita renunciat; sed deceptio est in potentia superiori, quæ iudicat remum esse fractum, cum non sit fractus. In hoc ergo isti decipiebantur, quia credebant, ꝙ diuersitas iudiciorum proueniret à sensu, & tamen falsum est. Deinde cum dicit. G

Pōam dicere uerum, et uerum eē in aliqua pōa, differunt.

Deinde dignum mirari, si hoc dubitatur, Vtrum tanta sunt magnitudines & colores tales quales à remotis uidentur, aut quales de prope; & utrum qualia sanis, aut qualia laborantibus. Et grauiora utrum qualia debilibus, aut qualia robustis. Et uera utrum qualia dormientibus, aut qualia uigilantibus. Quod quidem .n. non putant palàm. Nullus ergo si putauerit se de nocte Athenis esse ens in Lybia, uadit ad Lytium.

Ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiàm notandum est, quòd isti in sua opinione dicebant, quòd omnia, quæ apparent sensui, sunt uera æquè, uel æquè falsa: erat autem motiuum eorum, quòd non est maior ratio, quòd apparens huic sit magis uerum, quàm apparens illi: Hoc H motiuum destruit Aristot. in ista ratione, uolens ostendere, quòd iudicia omnium non sunt æqualia, neque æquè uera; & per consequens falsum est dicere, quòd dicebant isti, quòd omnia apparentia cuicunque sunt æquè uera, uel æquè falsa: Hoc est ergo, quod dicit litera, quòd dignum est admiratione, si aliqui dubitant de hoc, quòd dicetur, quasi dicat, omnibus debet esse notum, quòd iudicia omnium non sunt æqualia: iudicia enim hominum existentium de prope, & de longè, non sunt æqualia. Mirum est enim si aliqui dubitant, Vtrum magnitudines debeant iudicari tales, uel tantæ; quales, uel quantæ uidentur de

Iudicia omnium neque uera, neque æqualia.

E prope, uel de longè: certum enim debet esse cuilibet, quòd debent iudicari tales, uel tantæ, quales uidentur de propinquo; & hoc quia distantia improportionata impedit actum iudicii: Certum est enim, quòd aliqua non debent iudicari talia, qualia uidentur infirmis, sed sanis: mirum est .n. si aliqui uelint iudicare dulcia secundùm iudicium laborantium & infirmorum, & non magis secundùm iudicium sanorum. Mirum est enim utrum grauia debeant iudicari talia, qualia uidētur robustis, aut qualia uidentur debilibus: quasi dicat, grauia debent iudicari talia, qualia uidentur robustis, non qualia debilibus: & hoc quia robustis iudicant de ponderibus secundùm quòd sunt, non autem debiles: quia multa uidētur grauia debilibus propter defectum uirtutis, quæ tamen in ueritate grauia non sunt. Mirum est etiā, si aliquis dubitat, si aliqua debent iudicari uera secundùm iudicium uigilantium, aut dormientium: quasi dicat in hoc dubitandum non est; sed certum debet esse, quòd iudicium de ueritate debet accipi secundùm iudicium uigilantiū, & non dormientium: Etiam manifestum est quòd aliqui putant corde, licèt contrarium dicant ore: certū est enim quòd illud est uerum, quod iudicatur uerum à uigilantibus; non autem illud, quod iudicatur esse uerum à dormientibus. si enim aliquis somnians de nocte esse Athenis, qui tamen est in Lybia, surgens à somno non propter hoc ibit ad Lytium, idest ad talem locum, qui est Athenis: quasi dicat si aliquis somniet se esse Athenis, non tamen propter hoc est uerum; & ideo hoc somnians surgens à somno, non sequitur quod somniauit; ac si esset ueritas. Deinde cum dicit.

Varietas iudiciorum quo oritur ex uarietate dispōnum uarie iudicantium de eodem.

Ampliùs autem de futuro ut (& Plato dicit) nequaquam similiter propria medici opinio & ignorantis, uelut de futuro sanum fore, aut non futuro.

Ponit tertiam rationem cōtra istos: sicut enim dictum est in præcedenti ratione, isti ponebant, quòd iudicia hominum essent æqualiter uera, & quòd non erat ratio, quòd iudicium huius deberet esse uerum, & iudicium alterius non: Hoc motiuum improbat Philosophus in hac ratione sicut in præcedenti, dicens quòd secundùm iudicium Platonis non est propria, principalis, & firma opinio medici de aliquo futuro, & ignorantis. V. g. non est ita credendum ignorāti, sicut medico de futura sanitate, uel non futura: quasi dicat iudicium de infirmo sanando, uel non sanando, non debet accipi secundùm iudicium ignorantis; sed secundùm iudicium medici scientis: ergo iudicia non sunt æqualia. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem & non similiter in sensibilibus propria alicui, & proprii, aut propinqui, & eius qđ ipsius: & de coloribus quidē uisus nō gustus, de Chymis uerò, i. humoribus uel cibis gustus, sed non uisus. TEX. 24.

Ponit tertiam rationem, quæ tertia ratio probat, ꝙ iudicia sensuum (si iudicare possunt) non sunt æqualiter uera, nec æqualiter falsa circa obiecta omnia: citius .n. sensus errat circa obiectum com-

commune, quàm circa obiectum proprium: immo (ut communiter dicitur) circa obiectum proprium non errat: citiùs etiam sensus particularis errat circa obiectum alterius sensus, quàm circa obiectum proprium. Quasi dicat ergo Philosophus, quòd iudicia non sunt æqualia, patet duobus modis. Primò propter differentiam, quę est inter obiectum proprium, & obiectum commune. Secundò propter differentiam, quę est inter obiectum proprium unius sensus, & obiectum proprium alterius. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd in sensibilibus non est æquè credibilis, neque æquè uera iudicatio sensus, eo modo quo iudicare potest circa proprium sensibile, & circa propinquum, idest circa commune. Visus enim iudicat de coloribus, non gustus: & gustus de saporibus, non uisus: & ideo in iudiciis colorum non æquè credendum gustui sicut sensui: nec in iudicio saporum æquè credendum est uisui, sicut gustui: ita tamen iudicare propriè non est sensus particularis; sed solùm potentiæ superioris. Deinde cum dicit.

Iudicia nõ sunt æqualia.

Quorum unusquisque in eodem tempore circa idem nunquam dicit ita, & non ita simul habent. Sed nec in altero tempore circa passionem dubitauit, sed circa id, cui accidit passio. Dico autem puta idem quidem uidebitur unum, aut mutatum uinum, aut corpore mutato, quandoque quidem dulce esse, quandoque autem non dulce. Sed quod non dulce, quale est quando fuerit, nunquam mutauit; sed semper de ipso uerum dicit, & est ex necessitate existens tale dulce.

Ponit quintam rationem. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd isti de ista opinione ponebant, quòd contraria erant simul uera, & etiam contradictoria: & hoc arguebāt ex iudicio sensuum, quod secundùm eos erat æqualiter uerum: sic autem arguebant. Illud, quod uidetur ita esse isto tempore huic scienti; eidem scienti in aliquo tempore uidebitur ita non esse: sicut illud idem unum, quod uidetur dulce Petro existenti sano, uidebitur eidem amarum existenti infirmo; & sic unum ita, & non ita se habebit. Hoc motiuum destruit Philosophus ostendens, quòd idem sensus de eodem sensibili in eodem tempore nunquam dicit ita, & non ita se habere. Quòd autem diçat in diuerso tempore, hoc non est, quòd erret circa immutationem, quæ est in sensu; sed errat circa ipsum sensibile. Semper enim sensus ita renunciat, sicut immutatur; & circa hanc immutationem non decipitur. Verbi gratia, gustus infirmi, infectus aliquo sapore amaro, percipit dulce, ac si esset amarum; circa hanc immutationem non decipitur: semper enim ita percipit, sicut immutatur; sed circa obiectum potest esse deceptio, quod uideatur esse amarum, cum sit dulce. Malè ergo dictum est, quòd obiectum ita & non ita se habet; quia semper obiectum uno modo se habet; quia uel est dulce tantùm, uel amarum tantùm; sed quia sic, uel non sic uideatur, hoc est, uel quia facta est immutatio in sentiente; uel quia facta est immutatio in sensibili. Hoc est ergo, quod dicit litera; quòd sensus uniuscuiusque, in eodem tempore, circa idem sensibile nunquam dicet, ita, & non ita se habere: & ita falsum est, quòd contradictoria: Sensus etiam idem in alio & alio tempore non dubitat circa immutationem factam à sensibili: circa enim hoc non errat, sed dubitat, uel errat circa subiectum, cui accidit illa passio. Verbi gratia, de eodem subiecto, scilicet uino, gustus quandoque dicet, quòd est dulce, quandoque quòd est amarum; quod prouenit propter immutationem corporis sensibilis, uel propter immutationem instrumenti gustus, quòd infectum amaris humoribus, iudicat dulce esse amarum: nunquam tamen gustus in hoc errat, quin iudicet obiectum suum tale, quale perpendit. Verum est, quòd idem aliquando esse dulce, aliquando esse amarum est propter nariationem ex parte sentientis, non propter mutationem ex parte sensibilis: dulce enim aliquando sentitur amarum, non quia non sit tale, quale priùs, sed propter mutatiouem sentientis: ideo de ipso dulci determinatè potest aliquid enunciari, dicendo, quòd uerè est tale in se ex necessitate: licèt aliquando aliter perpendatur propter indispositionem sentientis. Deinde cum dicit.

Sensus unde decipitur.

Quamuis & hæ ha rationes omnes auferunt, quemadmodum & substantiam non esse nullius; ita nec ex necessitate nihil. Necessarium enim, quod non contingit aliter & aliter se habere. Quare & siquidem ex necessitate, non habebit ita & non ita.

Ponit sextam rationem dicens, quòd omnes prædictæ rationes & opiniones destruunt omnia prædicata substantialia: Ex istis etiam opinionibus sequetur, quòd nihil est necessarium in rebus: secundùm enim opinionem istorum res ita & non ita se habet, & hoc quia opposita sunt æqualiter uera: si autem ita est, destruetur prædicatum substantiale; quia prædicata substantialia ita aspiciunt unum, quòd non aspiciunt oppositum illius: Destruitur etiam illud, quod necesse est esse: quia necesse esse non habet se ita & non ita, sed tantùm habet se uno modo. Deinde cum dicit.

Prædicata substantialia ita aspiciunt unũ, quòd nõ illius oppositum.

Et ex toto si est actu sensibile solùm; nihil utique erit solum, non existentibus animatis. Sensus enim non erit. Neque quidem igitur sensibilia esse, & neque sensationes, forsan uerum. Sentientis enim passio hæc est. Subiecta uerò non esse, quæ sensum faciunt, & sine sensu impossibile. non. n. sensus sui met est; sed aliquid alterum

præter ſenſum, quòd prius eſſet ſenſu, neceſſe eſt. mouens enim moto prius eſt naturâ. Et utique ſi ad inuicem dicantur hæc ipſa, nihil minùs.

Septima rõ. Ponit ſeptimam rationem contra prædictam opinionem, quæ talis eſt: ſecundùm enim iſtam opinionem res habent ſuum eſſe in ſentiri: ex hoc enim uera ſunt; quia ſentiuntur: & ſic res in ſua entitate dependet à ſenſu, quod eſt impoſſibile: primò quia ſi eſſet ita, remotis animalibus, remouentur omnia entia: remoto enim animali, remouetur ſenſus; & hoc quia ſenſus non eſt niſi in animali: remotis autem ſenſibus, remouentur ſenſibilia, ex quo ſenſibilia dependent à ſenſu: ſecundò eſt impoſſibile, quòd ſenſibilia ſe habent ad modum mouentium, ſenſus autem ad modum mobilium; magis ergo dicendum eſt, quòd ſenſus dependent à ſenſibilibus, quàm è conuerſo: magis enim dependet mobile à mouente, quàm mouens à mobili: magis etiam dicendum eſt, quòd remoto ſenſibili, remouetur ſenſus; quàm è conuerſo, quia remoto mouente, remouetur motio mobilis. Hoc uiſo, patet litera, quæ dicit, quòd ſi ſenſibile ex hoc eſt ſolùm, quia ſentitur; & quia ſic apparet ſenſui; ſequetur quòd non exiſtentibus animatis, non erunt res ſenſibiles; *Senſibile et ſenſus referuntur.* & hoc quia non exiſtentibus animatis, non erit ſenſus, à quo ſecundùm hanc opinionem, dependent res ſenſibiles in ſua ueritate: quòd autem res ſenſibiles deſtruantur ad deſtructionem ſenſuum, hoc eſt impoſſibile: dicere enim, quòd ſenſibilia inquantùm ſenſibilia, hoc eſt inquantùm actu mouent ſenſum, non ſunt ſine ſenſibilibus; hoc non eſt impoſſibile, ſed forſitan uerum eſt: cuius ratio eſt, quia ſi ſentire eſt quædam paſſio facta in ſenſu ab ipſo ſenſibili, quæ non eſt ſine ſenſu, nec etiam ſine ſenſibili; tamen dicere, quòd ſubiecta ſenſibilia, quæ faciunt ſenſum; non poſſunt eſſe ſine ſenſu: ita quòd in ſua entitate dependent à ſenſibus; hoc eſt impoſſibile: cuius ratio eſt; quia ſenſus non eſt reſpectu ſui met, hoc eſt non mouet ſeipſum ad actum, ſed eſt aliquid alterum extrinſecum, ſcilicet ipſum ſenſibile, quod mouet ipſum ſenſum ad actum: ſi ergo ſenſibile mouet ſenſum de potentia ad actum, neceſſe eſt, quòd ipſum ſenſibile ſit prius ſenſu; ſicut prius eſt mouens moto: prius autem non dependet à poſteriori; ſed è conuerſo; nec etiam remoto poſteriori, remouetur prius: ergo remoto ſenſu non remouetur ſenſibile; ſicut dicebant iſti: Et ſi dicatur, quòd ſenſibile & ſenſus ſunt relatiua ad inuicem; remoto autem uno relatiuorum, remouetur reliquum: nihil minus ſequitur propoſitum noſtrum. Notandum eſt, quòd ſecun-*Comm. 20.* dùm ſententiam Philoſophi in Quinto huius, ſenſibile & ſenſus ita referuntur ad inuicem, quod ſenſus dependet à ſenſibili; & non è conuerſo: ideo ergo ſenſibile refertur ad ſenſum; quia ſen-E ſus refertur ad ipſum: non obſtante ergo, quòd ad inuicem referantur, nihil minùs ſequitur propoſitum noſtrum: quia ſenſus eſt relatiuum ſecundùm rem; ſenſibile autem ſecundùm rationem. Deinde cum dicit.

Sunt autem quidam, qui dubitant huiuſmodi persuaſorum, & has rationes ſolùm dicentium. Quærunt enim quis eſt, qui iudicat ſanum, et omnino circa ſingula rectè iudicantem: tales uerò dubitationes ſimiles ſunt dubitationi, Vtrum nunc dormimus, aut uigilamus? TEX. 26.

In parte iſta improbat opinionem quorundam, qui ex quadam proteruia ſuſtinebant iſtam *Secunda ratio principalis cõtra ponentes apparentium ueritatem.* opinionem; quòd omne, quod apparet, eſt uerum: quæ quidem opinio uidebatur reſponde-F re præcedentibus rationibus Philoſophi, quibus nitebatur oſtendere, quòd non omnia apparentia ſunt æque uera: Circa autem iſtam partem duo facit; quia primò ponit opinionem iſtorum: ſecundò improbat eam ibi, [Vtrum ſi non omnia ſint.] Prima in duas; quia primò ponit opinionem iſtorum: ſecundò oſtẽdit quid eſt, quod decipiebat iſtos, & eis ſimiles, ibi. [Poſſunt autem omnes dubitationes tales.] Ad euidentiam primi notandum eſt, quòd Philoſophus in tota lectione præcedenti deſtruebat iſtam opinionem de apparentia rerum propter hoc, quòd iudicia hominum non ſunt æqualiter uera; non enim æquè credendum eſt infirmo ſicut ſano, uigilanti ſicut dormienti: hi autem, quando dicebatur eis, quòd magis credendum eſt ſano G quàm infirmo, ſapienti quàm ignoranti; dicebant quòd non poteſt diſcerni inter ſanum & infirmum, inter ſapientem & ignorantem; & ideo non poteſt ſciri quis hanc rationem iudicet. Ad hoc reſpondit Philoſophus, quòd dubitare de hoc, eſt dubitare de per ſe noto; diſcernere enim inter uigilantem & dormientem per ſe nota eſt. Hoc eſt ergo, quod dicit litera, quòd ſunt quidam perſuaſi à rationibus dicentium iſtas opiniones; & quòd decepti per iſtam opinionem quærent ab illo, qui dicit, quòd iudicia ſanorum & infirmorum non ſunt æquè uera; quis eſt, qui poſſit diſcernere inter ſanum, & infirmum, & inter illum, qui non ratione iudicat circa omnia? ſic autem dubitare, H ſicut dubitant iſti, eſt dubitare de per ſe manifeſtis: eſt enim dubitatio iſtorum dubitationi illorum ſimilis, qui dubitant, Vtrum uigilent, uel dormiant. Deinde cum dicit.

Poſſunt autem omnes dubitationes tales idem. Omnium enim rationem hi dignificant eſſe. Principium enim quærunt, & hoc per demonſtrationem accipere, Quandoque uerò quòd non perſuaſi ſunt, manifeſti ſunt in actibus. Sed ſecundùm quod quidem diximus hæc eorum paſſio eſt. Rationem enim quærunt, quorum non eſt ratio, Demonſtrationis enim principium non eſt demonſtratio. Hi quidẽ utique facilè hoc credent; eſt enim non difficile ſumere

mere, Qui uerò uim in solo uerbo quærunt, impossibile quærunt: contraria namque dicere dignificant statim contraria dicentes.

Ostendit, in quo decipiebantur isti, & ex quo colligebatur error eorum. Vbi notandum est, quòd error eorum colligebatur; quia credebant, quòd omne uerum posset demonstrari: quærebant enim omnium rerum causas & principia: quando enim dicebatur eis, quòd sanus ratione iudicat, & non infirmus, uigilans & non dormiens; uolebant habere hoc per demonstrationem; quia non sufficiebat dicere hoc est, nisi demonstraretur propter quid est: hic autem fuit magnus error, uelle sibi omnia demonstrari. Hoc est ergo, quod dicit litera, quòd omnes tales dubitationes idem possunt, hoc est ad idem tendunt: hi enim dignificant omnium esse rationem, idest dignum existimant omnium esse demonstrationem; omnium enim quærunt principium, quod quidem principium habetur per demonstrationem, hoc est, quod est causa demonstrationis: Negabant ergo isti ore, quod dixit Philosophus, scilicet quòd differentia est inter uigilantem & dormientem in iudicando; & hoc quia contrarium huius non potest improbari demonstratione. Sed licèt negarent ore, non tamen fuit eis persuasum in mente: non enim poterant negare in mente: quod quidem manifestum est ex actibus eorum; actus enim eorum manifestant, quòd sequendum est iudicium uigilantium & non dormientium. Licèt autem non sint decepti, nec dubitent in mente sua; tamen in hoc est passio & infirmitas eorum; quia quærunt demonstrationem, quorum non est demonstratio; cùm tamen multa sint, quæ non demonstrãtur, sicut principia demonstrationis: & hoc facile est eis credere: non enim est difficile sumere & uidere, quòd natura demonstrationis est, quòd ibi stet resolutio ad aliqua principia, quæ non demonstrantur: Licèt autem sit eis facile credere hoc; tamen sicut proteruientes faciunt uim in solo uerbo, uolentes nos deducere ad aliquod impossibile: uolebant autem deducere nos ad hoc, quòd contraria sunt simul uera; & per consequens omnia apparentia: & hoc dicunt; quia (ut uidetur eis) omnia illa dici possunt, quæ demonstratiuè improbari non possunt. Deinde cum dicit.

Vtrum si non omnia sunt ad aliquid, sed quædã sunt secundùm se, non erit utique omne, quòd apparet uerum: nam quod apparet, alicui apparet, Quare qui omnia, quæ apparent esse uera dicit, omnia quæ sunt, facit ad aliquid.

Obuiat prædictæ opinioni: & diuiditur in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit: Secunda ibi, [Ampliùs si unum ad unum] In prima parte intendit talem rationem. Si omnia sunt entia uera, quæ sic uidentur & sic apparent; ita quòd entitas rei sit in uideri, & in appa-

A rere; sequetur quòd omnia sunt ad aliquid, & quòd entitas est in respectu ad opinionem & sensum; sed hoc est impossibile, ergo & primum. Circa hanc rationem sic procedit; quia primò ponit consequentiam, scilicet quòd si omnia sunt in apparere & uideri, omnia sunt in respectu: secundò ostendit consequens esse impossibile, scilicet quòd omnia sunt in respectu, ut ex hoc habeat destructionem antecedentis: Secunda ibi, [Et sicut prædictum est.]. Circa primum duo facit; quia primò facit, quod dictum est, scilicet quia ponit consequentiam, de qua dictum est: secundò dat quandam solutionem apparentem, quæ posset dari dicentibus, quòd omnia talia æqualia apparent: Secunda ibi, [Propter quod & obseruandum est.] Dicit ergo primò, quòd si non omnia non relatiua, nec in respectu; sed multa sunt, quæ habent esse sine respectu ad aliquod; sequetur quòd non omne apparens est uerum. Ista enim opinio, quæ ponit; quòd omnia, quę apparent, sunt uera; entitatem omnium ponit esse in respectu quodam ad opinionem, & sensum; & omnia entia facit ad aliquid: quòd autem omnia entia sint relatiua & in respectu, est impossibile; sicut ostendetur infra: ergo & primum, scilicet quòd omnia apparentia sint uera. Deinde cum dicit.

Obuiat non apparenter sed realiter Antiquis.

Omnia esse formaliter ad aliquid est impossibile.

Propter quòd & obseruandum uim in sermone quærentibus, simul autem & sustinere sermonem dignificantibus, & quòd non quod apparet est, sed quod apparet cui apparet, & quando apparet & inquantùm & ut. Si autem sustineant quidem sermonem, non sic autem sustineant; accidit ipsis contraria citò dicere. Contingit enim secundum uisum eisdem mel apparere, gustui uerò non. Et oculis duobus existentibus non eadem utrique uisui si sunt dissimiles. Quoniam ad dicentes propter iam dictas causas quod apparet uerum esse, & propter hoc similiter omnia esse uera, & falsa; neque enim omnibus eadem apparere contingit. Nec enim accidunt semper eadem, sed multoties contraria secundum idem tempus. Tactus enim duo dicit in digitorum uarietate, & uisus unum, aut nullatenus idem, & secundùm idem sensui, & similiter in eodem tempore.

D *Quare hoc utique erit uerum. Sed forsan ideo erat necesse dicere, non propter dubitationem, sed orationis causa dicentibus; quia hoc non est uerum, sed huic uerum.* TEX. 27.

Dat quandam solutionem apparentem, quæ dari pôt dicẽtibus, ꝙ omnia sunt talia, qualia apparent: & est sententia sua in breui, quòd dicenti, quòd omnia, quæ apparent, talia sunt, qualia apparent; respondendum est, quòd non sunt talia simpliciter & in se, sed in respectu tantùm huius, cui sic uidetur: ut si dulce uidetur amarum in infirmo, non est dicendum, quòd dulce sit amarum in se, sed in respectu huius, cui sic uidetur. Visa hac breui

sententia, patet litera, quæ dicit; quòd contra prædictos sophistas, qui quærunt uim in sermone; hoc est, qui quærunt sibi concedi sermonem de contrariis: & qui dignum putant, quòd sermo de contrariis potest esse uerus, obseruandum est, ne concedatur eis absolutè, quòd omne apparens est uerum; sed concedendum est, quod illud, quod apparet; est uerum non absolutè, sed in respectu ad illud, cui apparet; & quando apparet; & in illo, in quo apparet. Si aliquis substinuerit, quòd omne apparens est uerum, & non substinuerit cum hac conditione, de qua dictum est, scilicet quòd est uerum, cui apparet; necessariò concedet contraria esse in eodem, quod patet sic: Contingit, quòd illud, quod uidetur esse mel uisui, gustui non uidetur esse mel; si ergo absolutè quidquid apparet, est uerum; sequetur quòd idem sit mel & non mel: Quòd etiam patet sic, congruit quòd oculis duobus existentibus non eadem apparent uisui, hoc est non eadem uidentur utrique uisui, qui fuit per utrunque oculum; & hoc si uterque oculus dissimiliter afficiatur; puta si unus oculus afficiatur aliquo uapore nigro & grosso, alius autem non; eadem res uidebitur obscura per unum oculum, & per alium non: si ergo apparens quodlibet est uerum; sequetur quòd eadem res sit obscura & non obscura: sic ergo contra dicentes propter prædictas causas, quòd omne apparens est uerum (& hoc quia contraria secundùm idem tempus uidentur eadem secundùm diuersos sensus; quod enim tactus iudicat esse duo in uariatione digitorum, uisus iudicat esse unum: secundùm enim unum & eundem sensum, & in eodem tempore contraria non apparent eidem; sed secundùm alium & alium sensum, & in alio & in alio tempore possibile est, quòd utrunque contrario rium uideatur esse uerum) contra inquam sic dicentes, qui dicunt hoc, quod dicunt non propter dubitationem, sed orationis causa; hoc est, qui propter aliquam pertinaciam ipsam orationem concedunt: dicendum est, quòd hoc quod apparet; non est uerum simpliciter, sed uerũ est huic, cui apparet. Deinde cum dicit.

Et sicut prædictum est, necesse ad aliquid facere omnia, & ad opinionem & sensum. Quare nec factum est, nec erit nihil, nullo propinante. Si uerò factum est, aut erit palàm, quia non erunt omnia ad opinionem.

Postquam posuit consequentiam unam, scilicet quòd si omnia sunt uera, ex quo uidentur & apparent, quòd sequitur quòd omnia sunt in relatione ad opinionem & sensum; hoc destruit consequenter dicens: quòd sicut priùs dictum est, quòd omne apparens est uerum; necesse est, quòd omnia sint in relatione ad opinionem & & sensum; ita quòd nulla res sit, nisi aliquo opinante; hoc autem consequens est impossibile: secundùm enim hoc nihil esset factum in rebus,

E uel generatum; nisi illud, de quo habetur aliqua opinio: quòd quidem falsum est; quia multa sunt, & facta sunt, de quibus non habetur opinio uel cognitio: sicut illa, quæ sunt in profundo maris, uel in uisceribus terræ: non ergo omnia sunt relatiua ad opinionem & sensum. Deinde cum dicit.

Ampliùs si unum ad unum, aut ad determinatum. Et si idem dimidium & æquale, sed non æquale ad duplum, neque dimidium ad æquale; uerum ad opinans, si idem est homo & opinatum. Non est homo opinãs, sed opinatum. Si uerò unumquodque fuerit ad opinans, ad infinita erit specie opinans.

Ponit secundam rationem, & est ratio sua talis: si omnia sunt, ex quo apparent homini opinanti uel existimanti, infinita sunt relatiua ad unum; sed hoc est impossibile; quia unumquodque relatiuum habet suum determinatum correlatiuum; ergo impossibile est, quòd omne ens sit unum, ex eo quòd apparet alicui, & uidetur. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd unum non refertur nisi ad unum, & non ad quodcunque unum, sed ad determinatum unum. Et si unum & idem est dimidium & æquale, attamen non refertur ad duplum inquantùm æquale, sed in quantùm dimidium: Et similiter si idem sit homo & homo opinans, qui etiam sic opinatur; non refertur homo ad seipsum hominem opinantem inquantùm opinans, sed inquantùm opinatum, quia relatio est inter opinantem & opinatum: & tamen secundùm istam opinionem, quæ ponit, quòd omnia entia inquantùm sunt huiusmodi referuntur ad opinans; sequitur quòd infinita secundùm speciem referuntur ad unum opinans; quia entia ideo sunt uera; quia opinata sunt. Deinde cum dicit.

Vnumquodque relatiuum habet determinatum correlatiuum.

Vnum non refertur nisi ad unum.

Igitur quia cunctorum est opinio firmißima, non esse simul ueras oppositas dictiones, & quid accidit ita dicentibus, & quare ita dicunt, tot sint dicta.

Concludit conclusionem principaliter intentam; & duo facit, quia primò concludit prædictam conclusionem: secundò elicit quoddam corollarium ex ea, ibi, [Quoniam autem impossibile est.] Dicit ergo primò, quòd manifestum est ex dictis, quòd inter omnes opiniones & sententias, hæc est firmissima, qua dicitur; quòd oppositæ dictiones uel propositiones non uerificantur de eodem: manifestum est etiã quare, & propter quam causam sic dicebant. Deinde cum dicit.

Peroratio.

Quoniam autem impossibile est contradictionem ueram simul esse de eodem, palàm; quia nec contraria simul inesse eidem contingit. Contrariorum enim alterum est priuatio. Non ergo minus substantiæ priuatio negatio est ab aliquo genere determinato. Si igitur impossibile est simul affirmare, & negare uerè, impossibile est contraria simul

mul inesse, sed uel quo alterum. Alterum uerò sim A
pliciter, aut non.

Ex prædicta conclusione elicit quoddam co-
rollarium: & est istud; quòd si contradictoria
non uerificantur de eodem, nec contraria: cuius
ratio est, quia in qualibet cōtrarietate includitur
contradictio; & hoc quia unum cōtrariorum est
negatio uel priuatio alterius: Et hoc est, quod di
cit litera, ꝙ si impossibile est contradictoria si-
mul uerificari de eodem; manifestum etiam est;
ꝙ contraria eidem inesse non possunt: quia in cō
trariis non minùs alterum eorum est priuatio,
quàm in aliis oppositis. Certum est. n. ꝙ alterum
contrariorum se habet ad modum priuationis,
& alterum ad modū habitus; priuatio. n. est quæ-
dam negatio substātiæ. i. est quædam negatio in B
aliquo determinato genere: igitur alterum con
trariorum includit priuationem, & priuatio est
quædam negatio; sicut impossibile est, simul af-
firmare & negare idem de eodem, ita impossibi
le est contraria inesse eidem simpliciter: Quòd
tamen contraria insint eidem quo. i. secundùm
quid, puta ꝙ ambo sunt in potentia, uel ꝙ unum
contrariorum insit alicui secundùm quid, & alte
rum simpliciter, puta quia unum est in potentia,
reliquum uerò in actu, hoc non est impossibile.
Notandum est, quòd alterum contrariorum in-
cludit negationem respectu alterius, & alterum
includit habitum & affirmationem: sed tamen si-
cut contraria non diuidunt totum ens, sed solùm
sunt in determinato genere; ita affirmatio & ne C
gatio, quæ saluatur in contrariis; non diuidunt
totum ens, sed solùm dici debet affirmatio & ne
gatio in tali genere: Et hoc est, quod dicit Philo
sophus, quòd alterum contrariorum est negatio
substantiæ, idest est negatio indeterminato su-
biecto.

*Verùm nec inter contradictiones quidquam me
dium esse contingit, sed necessarium aut dicere, aut
negare unum de unoquoque. Palàm autem primò
quidem diffinientibus, quid uerum est, & falsum.
Dicere namque ens non esse, aut non ens esse ēt fal-
sum; ens autem eē, & non ens non esse uerum est. qua
re qui dixerit, ita esse, aut non esse; uerum dicet, aut
mentietur; sed neque ens dicet non esse, aut esse; ne-
que non ens.*

Inter cōtradictoria nō datur medium.

D Postquam ostensum est diffusè, quòd contra-
dictoria non sunt simul uera; hic ostēditur, quòd
inter contradictoria non est medium: & hoc est
ostendere, quòd contradictoria nō sunt simul fal
sa de eodem: si enim inter contradictoria esset
medium; ambæ partes contradictionis possent
falsificari de eodem: sicut enim est modò in con
trariis, ita tunc esset in contradictoriis: in contra-
riis autem sic uidemus, quòd falsum est dicere,
quòd ipsum medium sit aliquod extremorum; si
falsum est dicere, quòd pallidum sit nigrum uel
album; & uerum est dicere, quòd pallidum nec
est album nec nigrum: eodem modo si inter esse,
& non esse esset medium; falsum esset dicere, ꝙ
A illud medium esset, uel non esset; & uerum esset
dicere, quòd nec esset, nec non esset; Circa autē
istam partem duo facit: quia primò disputat con
tra istam opinionem, quę ponit hoc medium
inter contradictoria: secundò disputat cōtra quas
dam opiniones, quæ istam & præcedentes comi-
tantur, ibi [His autem diffinitis.] Circa primum
duo facit, quia primò disputat contra istam opi-
nionem: secundò ostendit causam, quare aliqui
moti sunt ad ponēdum prædicta impossibilia, ibi
[Euenit aut quibusdam] Prima pars in octo par-
tes, secundùm octo rationes, quas adducit contra
prædictam opinionem: Secunda ibi [Ampliùs au
tem medium] Tertia ibi, [Ampliùs omne] Quar
ta ibi [Ampliùs autē præter omnes] Quinta ibi;
B [Et præter ens, & non ens.] Sexta ibi, [Ampliùs
in quibuscunque.] Septima ibi [Ampliùs in infi
nitum] Octaua ibi, [Ampliùs autem quando in-
terroganti.] Ponit ergo primò rationem suam; *Prima rō.*
& est ratio talis: quòd non sit medium inter con
tradictoria, patet ex definitione ueri & falsi: non *Verum & falsū quid.*
enim aliud est falsum, quàm dicere nō esse quod
est, aut dicere esse quod non est: & nihil est aliud
uerum, quam dicere esse, quod est; & non esse
quod non est: si ergo hæc est diffinitio ueri, &
hæc diffinitio falsi: necesse est, ꝙ quicunque di-
cit esse, dicat uerum, uel falsum: si dicit esse de
eo, quod est, dicit uerum: si autem dicit esse de
eo, quod non est, dicit falsum & mentitur. Simi-
liter necesse est, quòd quicunque dicit non esse,
C dicat uerum uel falsum: si enim dicat nō esse de
eo, quod non est; dicit uerum: si autē dicat non
esse de eo, quod est; dicit falsum & mentitur: &
sic esse, uel non esse, de quocunq; dictum, est ue-
rum, uel falsum: si tamen esset medium inter es-
se, & non esse; non esset necessarium, quòd esse,
& non esse de quocunque ente uel non ente es-
set uerum, uel falsum: & hoc quia supposita posi
tione, ambo, scilicet esse & nō esse essent falsa de
eodem: Secundum enim istam positionem non
est necessarium, quòd de quocunque ente ueri-
ficetur esse, & non esse; & hoc quia de aliquo po
test uerificari medium, quod ponitur inter esse
& non esse: nec est necesse etiam de non ente,
quòd alterum eorum sit uerum uel falsum; &
hoc quia de illo medio utrunque est falsum.
D Notandum est ad euidentiam literæ, quòd si es-
set medium inter contradictoria suo modo, sic
esset de contradictoriis, sicut de contrariis me-
diatis: quia enim inter talia contraria medium
est, non est necesse utrunque contrariorum eua
cuare totum genus, in quo genere sunt illa con
traria. Verbi gratia, quia medium est inter al-
bum & nigrum, ideo non est necesse, quòd al-
bum & nigrum euacuent totum ambitum colo-
ris; & hoc quia aliquis color medius est; qui
nec est albus, nec niger: & etiam non est ne-
cesse, quòd si dicens hunc colorem esse album,
dicat falsum; & ꝙ qui dicit hunc esse nigrum,
dicat uerum: & hoc, quia ambo possunt dicere

falſum propter naturam medii: A ſimili ſi inter eſſe,& non eſſe eſſet medium;eſſe & non eſſe nõ diuidunt totum ambitum entis, nec totum ambi tum etiam non entis: & ideo non eſt neceſſe, ꝗ ſi dicens hoc eſſe,dicat falſum;dicens hoc non eſ ſe,dicat uerum:& hoc quia ambo poſſunt dicere falſum. Nec etiam neceſſe eſt, quòd de ente neceſſariò dicatur aut eſſe, aut non eſſe: ſicut non eſt neceſſe de colore, quòd ſit albus uel niger; nec etiam neceſſe eſt de non ente. Si autem ita eſt,habemus,quòd uerum & falſum penes eſſe, & non eſſe, non diuidunt totum ens, nec totum non ens; ex hoc enim uerum & falſum diuidunt totum ens, de quo aliquid enunciatur; ꝗ ſi non eſſe falsò dicitur de non ente; eſſe uerè dicitur de eo: ſecundùm enim hanc poſitionem ambo poſſunt uerificari de eodem;& ex hoc eſſe,& nõ eſſe diuidunt totum non ens: quia ſi unum iſtorum, ſcilicet eſſe uel non eſſe uerè dicitur de non ente: reliquum falsò dicitur,& è conuerſo. ſecundùm autem iſtam poſitionem ambo poſſunt falſificari. Deinde cum dicit.

Amplius autem medium erit contradictionis, quemadmodum uiride nigri & albi, quemadmodũ neutrum hominis, & equi. Si quidem igitur ſic non permutabitur, nam ex bono in non bonum permutatur, aut ex hoc in bonum. Nunc autem ſemper apparet. Non eſt enim permutatio niſi in contraria, & media. ſi autem eſt medium; & ſic utique erit aliqua in album non ex non albo generatio. Nunc autem non uidetur.

Secunda rõ Ponit ſecundam rationem,& poteſt eſſe ratio talis: ſi eſt medium inter contradictoria, nullus motus poteſt eſſe ad album, uel ad bonum, uel ad quodcunque ſimile; conſequens eſt impoſſibile, ergo & antecedens: conſequẽs patet, quòd ſi eſt medium inter contradictoria, quòd nullus motus poteſt eſſe ad album, uel ad bonum, uel ad quodcunque ſimile. Nam ſi motus eſt ad album,uel ad bonum: neceſſariò iſte motus erit ex non albo,& ex non bono;quia omnis motus includit negationem, uel priuationem eius, quod debet fieri: Si ergo medium erit inter contradictoria,medium erit inter album & non album, & inter bonum & non bonum;illud ergo mediũ uel eſt eiuſdem generis cum extremis, uel non: ſi non eſt eiuſdem generis,non erit motus à non albo in album;& hoc quia quilibet motus reſpicit contraria, & media, quæ ſunt eiuſdem generis: ſi autem dicatur, quòd illud medium eſt eiuſ dem generis cum albo, & non albo; & per conſequens poteſt eſſe motus à non albo in album per tale medium,& à non bono in bonum: ſequetur impoſſibile, ſcilicet quòd aliquis motus eſt ad album,qui eſt ex nõ albo:& ad bonũ,qui non eſt ex bono;cuius contrarium ſuppoſitum eſt. Si enim medium eſt inter bonum & non bonum, illud medium nec eſt bonum,nec eſt non bonũ: ſicut pallidum nec eſt album, nec nigrum: cum ergo motus procedat à non bono in bonum per

Omnis motus includit priuationẽ eius, quod debet fieri.

E illud medium, ſequetur,quòd motus iſte erit ad bonum per aliquid, quod eſt non bonum, quia per medium. Viſa ratione,patet litera, quę dicit; quòd ſi medium eſt inter contradictoria, illud medium uel erit medium per poſitionem,& eiuſdem generis cum extremis; eo modo quo ponimus pallidum medium inter album & nigrum: aut erit medium per negationem, & diuerſi generis;eo modo quo ponimus inter hominem, & equum;illud,ſcilicet quod nec eſt homo,nec eſt equus. Si igitur fuerit medium iſto ſecundo modo;non erit motus,neque mutatio: nam iſta mutatio ſi erit,erit ex non bono in bonum, & è conuerſo: hoc autem non eſt;quia permutatio nõ eſt niſi inter contraria & media, quæ ſunt unius generis,& cadunt ſub uno ordine. Si autem ſit medium primo modo,nec ſic erit mutatio. Si enim erit ibi mutatio, erit iſta mutatio ex non albo in album,uel ex non bono in bonum: hoc autem nõ poteſt eſſe facta poſitione: quia ſecundùm iſtam poſitionem illud medium,quod ponitur inter album & non album, uel inter bonum & non bonum; nec erit bonum,& nec erit non bonum: & ſic aliqua mutatio erit ad bonum, quòd non erit ex non bono:& ad album, quòd non erit ex non albo. Notandum eſt,quòd ut meliùs intelligatur ratio Philoſophi, quòd iſta ratio fundatur ſuper tria fundamenta: Primum fundamentum eſt, ꝗ ſi inter affirmationem & negationem abſolutè acceptam cadit medium; quòd inter affirmationem & nagationem, quæ ſaluatur in contrariis; etiam cadit medium: hoc autem fundamentum patet,quia ſicut affirmatio & negatio abſolutè accepta eſt contradictio ſimpliciter: ita affirmatio & negatio,quæ ſaluatur in contrariis; eſt quædã contradictio in tali genere: ſicut ergo in contradictione ſimpliciter eſt dare medium;ita in contradictione hac; & ſi impoſſibile eſt dare mediũ in contradictione hac,quę ſaluatur in contrariis; impoſſibile eſt dare medium in contradictione ſimpliciter. Secundum fundamentum eſt ad probandum,quòd non eſt dare medium in hac contradictione,quæ quidem ſaluatur in contrariis,& inter quæ contraria eſt motus:& ad hoc probandum tendit ratio Philoſophi poſita in litera. Ad cuius euidentiam notandum,quòd licet inter cõtraria poſſit dari medium; tamen inter affirmationem & negationem ſaluatam infra ordinem contrariorum,non poteſt dari medium: licèt. n. inter album & nigrum poſſit dari medium, puta pallidum;tamen inter nigrum & non nigrum nõ poteſt dari medium: cuius ratio eſt,quia uel illud medium eſſet extra ordinem nigri & non nigri; & ſi ita eſt, motus non erit à non nigro in nigrũ per tale medium;quia motus ſemper eſt per ea, quæ ſunt eſſentialiter ordinata: uel illud medium erit eſſentialiter ordinatum inter nigrum & non nigrum; & hoc eſt impoſſibile propter duo. Primum eſt,quia hoc eſt contra rationem non nigri: hæc eſt enim differentia inter album, & non nigrum;

Mediũ duplex.

F (section letter beside "neris,& cadunt ſub uno ordine")

G (section letter beside "nem & nagationem")

H (section letter beside "cuius euidentiam notandum")

Medium in quibus datur.

nignum; quia album non potest dici de omni eo, quod est non nigrum; quia sic diceretur de pallido; nō nigrū āt necessariò debet dici de omni eo, quod non est nigrum; cum ergo medium non sit nigrum, oportet quòd nō nigrum dicatur de eo, quod est impossibile; quia secundùm hoc, extremum diceretur de medio: istud enim medium positum est inter non nigrum & nigrum. Secundò hoc est impossibile; quia secundùm hoc sequeretur, quòd aliqua mutatio erit ad nigrum, quæ nō erit ex non nigro. Et hoc est impossibile, quod tetigit Philosophus in litera. Deinde cum dicit.

Ampliùs aut omne intellectuale & intelligibile mens aut affirmat, aut negat. Hoc autem ex diffinitione palàm. quia uerum dicit, aut mentitur: quando quidem sic componit dicens, aut negans uerum dicit. quando autem non sic mentitur.

Tertia rō. Ponit tertiam rationem contra prædictos; & est ratio talis: quòd omnis sentiens, & omnis intelligens in sua opinione & in sua sententia, aut aliquid affirmat, aut aliquid negat; affirmando, aut negando aut dicit uerum, aut mentitur: quod quidem patet ex diffinitione ueri, & falsi; Nam si affirmat esse de eo, quod est, dicit uerum; si autem de eo quod non est, dicit falsum: & si negaret esse de eo, quòd non est, dicit uerum; si autem de eo quòd est, dicit falsum: & sic affirmans uel negans dicit uerum uel falsum: quod tamen non contingeret, si esset dare medium inter affirmationem & negationem; inter esse & non esse; & hoc quia facta positione, esse & non esse de eodem falsificari possunt; de illo, scilicet quod nec est, nec non est. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem præter omnes oportet esse contradictiones nisi orationis causa dicatur. Quare nec uerum dicit aliquis, nec non uerum.

Quarta rō. Ponit quartam rationem contra prædictos; & est ratio talis: si est dare medium in una contradictione, est dare in omni: quia non est maior ratio de una, quàm de alia: si autem est dare medium in omni contradictione, est dare medium inter uerum & non uerum, quæ est quædam contradictio: quòd autem sit medium inter uerum & non uerum, impossibile est: quia secundùm hoc posset contingere, quòd aliquis aliquid dicendo, nec diceret uerum, nec non uerum; quod est impossibile. Hoc uiso, patet litera, quæ dicit: quòd si in cōtradictione ponitur medium, oportet quòd hoc ponatur in omnibus contradictoriis; quia non est maior ratio in una, quā in alia: (nisi aliquis uellet proteruire, & hoc negare solum causa orationis, & nulla ratione motus) hoc autem medium debet esse præter contradictiones, hoc est, debet esse aliud ab utraque parte contradictionis; & sic aliquod medium erit inter uerum, & nō uerū, quod nec erit uerum, nec non uerum: quod est impossibile; quia secundùm hoc aliquis nec diceret uerū, nec non uerum, Notandum est, quòd uerum & non uerum uidentur immediatè dicere enunciationem, & dictionem: & hoc quia omnis dictio

A uel est uera, uel non uera; ita quòd imaginabimur, quòd uerum & non uerum non sunt contra dictoria in omni genere enuntiationum & dictionum: Quasi ergo dicat Philosophus in litera: Si inter contradictoria esset medium, esset mediū in contradictione, quæ saluatur in enuntiatione, & dictione; hoc autem est impossibile; quia secūdùm hoc talis contradictio, quæ est in enuntiatione, non euacueret totum ambitum enunciationum; & hoc quia esset dare enuntiationem uerā, & non ueram, & mediam. Deinde cum dicit.

Et præter ens & non ens erit. Quare & præter generationem & corruptionem transmutatio quædam erit.

B Ponit quintam rationem, & est ratio talis. Si medium est inter contradictoria, medium erit inter ens & non ens; hoc autem est impossibile, ergo & primum; quòd autem hoc sit impossibile patet: quia secundùm hoc essent tres mutationes: una quæ esset ad ens, quæ dicitur generatio: & una quæ esset ad non ens, quæ dicitur corruptio: & tertia quæ esset ad illud, quod ponitur mediū inter ens & non ens: ꝙ autem sit tertia talis mutatio, non est possibile. Deinde cum dicit. Quinta rō.

Ampliùs in quibuscunque generibus negatio, & cōtrarium inest, & in his erit, ut in numeris, nec par, nec impar numerus. Sed impossibile. ex diffinitione uerò palàm.

Ponit sextam rationem, & est ratio ista. Si in contradictoriis est medium, inter par & impar

C erit medium, & inter similia, quæ inferunt aliqđ contrariorum in genere determinato: ratio consequentiæ est, quia par, & impar, & similia inferunt contradictoria in determinato in genere; ꝙ autem inter par & impar, & similia, quæ inferunt contrarium in determinato genere, sit medium, hoc est impossibile; & hoc quia talia totum euacuant genus determinatum, circa quod sunt; sicut par & impar euacuant totum ambitum numeri; quod patet ex diffinitione paris & imparis: nam par est, quod potest diuidi per æqualia: impar autem quod sic non potest diuidi. Notandum est, quòd quædam est negatio, quæ infert contrarium; eo modo quo dicimus, quòd negatio albi infert nigrum, & ista negatio non est ne- Sexta rō.

D gatio extra genus, sed est negatio in determinato genere: sicut enim album & nigrum non sunt in quocunque genere, sed in genere determinato: ita non album, quod saluatur in nigro, & albū sibi oppositum, sunt in determinato genere; & de tali negatione, quæ saluatur in contrario, loquitur Philosophus in ista ratione, quæ ratio est talis. Sicut se habet contradictio determinati generis ad determinatum genus, sic se habet contradictio absolutè sumpta ad totum ens; sed contradictio determinati generis euacuat totum genus determinatum; sicut par & impar euacuant totum numerum, ergo contradictio absolutè sūpta euacuat totum ambitum entis, & non entis. Deinde cum dicit. Par & impar quid. Negatio duplex.

Ampliùs

Amplius in infinitum uadet, & non solùm hemiolia quæ sunt, erunt; sed plura. iterum enim est hoc negare ad dictionem & negationem, & hoc erit aliquid, Nam substantia est quædam eius alia.

Septima rō. Ponit septimam rationem contra ponentes medium inter contradictoria; & est ratio talis: si ponitur medium inter contradictoria, erit abire in infinitum in propositionibus; sed hoc est impossibile, ergo & primum. Ad euidentiam huius rationis notandum est, quòd si medium est inter contradictoria, erunt ibi duo extrema, & unum medium puta, esse, & non esse; & medium inter esse & non esse; illa ergo tria, scilicet esse, & non esse, & medium inter esse & non esse se habebūt ad ipsum esse & non esse in sexquialtera proportione, eo modo quo tria se habent ad duo. Est autem sexquialtera proportio, quando unus numerus continuat totum alium numerum, & dimidium eius; eo modo quo ternarius continet binarium, & dimidium illius. Dicit ergo Philosoph. quòd si est dare medium inter contradictoria, erit ibi sexquialtera proportio, uel emiolia, quòd idem est; & non solùm erit ibi sexquialtera, sed est abire in infinitum; quia sicut contingit negare esse & non esse per quoddam medium, quod nec est esse, nec est non esse; ita contingit negare illa tria, scilicet per quoddam quartum. Hoc est ergo, quod dicit litera, quòd si ista positio uera est, quòd est dare medium inter contradictoria; in talibus non solùm erit emiola proportio, idest sexquialtera, quæ consurgit ex hoc, quòd extrema, & medium se habent ad ipsa extrema tantū, sicut ternarius ad binarium; sed etiam erūt multò plura ibi; ita quòd erit abire in infinitum: constat enim, quòd quidquid contingit affirmare, contingit negare; contingit autem affirmare ista tria, ergo contingit ea negare; ergo est dare qddam quartum ab istis tribus: cuius ratio, & substantia erit aliud à substantia, & ratione horum trium. Deinde cum dicit.

Quòd negatio dicit aliam formalitatem ab affirmare patet.

Amplius quando interroganti si est album dicit, quoniam non; nihil aliud negauit, quàm ipsum esse. Negatio uerò est, quæ non esse.

Octaua rō. Ponit octauam rationem; & est ratio sua talis: non est dare medium inter assentire, & non assentire; ergo non est dare medium inter esse, & non esse; ratio consequentiæ patet; quia quicunque assentit, dicit ita esse; quicunque non assentit, dicit ita non esse. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus in litera; quòd si aliquis fuerit interrogatus, si hoc est album, uel non; uel assentit, uel non; si non assentit, hoc esse album, planum est, quòd negauit hoc esse album: negatio enim cadit super non esse; & sicut non assentire, & negare cadit super non esse; ita assentire cadit super esse. Notandum est, quòd quando dictum est, quòd inter assentire, & non assentire non cadit medium; hoc debet intelligi quantùm ad cōceptus complexos; in actu enim intellectus, qui est simplicium intelligentia, quo scilicet actu in-

E tellectus intelligit quidditatem; propriè intellectus non assentit; quia assentire, & non assentire respiciunt secundum actum intellectus, qui est componere, & diuidere; tali enim actui intellectus semper assentit, & non assentit; & per consequens semper dicit esse, uel non esse. Si autem ita est, patet quòd non est dare medium inter cōtradictoria; quia si ibi esset medium, non oporteret, quòd intellectus semper caderet super esse, uel non esse. Deinde d.

Euenit autem quibusdam ea opinio, sicut alia in opinabilium. Quoniam enim soluere non possunt orationes contentiosas, annuentes orationi, confirmant uerum esse, quod est syllogizatum. Hi quidem igitur propter talem causam dicunt. Illi uerò propter omnium rationem inquirendam. TEX. 18.

F Ostendit, propter quam causam prædicti Philosophi deueneruut in hæc inopinabilia. Et tria facit; quia primò hoc ostendit; secūdò ponit modum procedendi contra eos: tertiò ostendit, quod prædictæ opiniones sequuntur quasdam opiniones quorundam philosophorum. Secunda ibi, [Principia autem.] Tertia ibi, [Videtur autem.] Dicit ergo primò, quòd prædicta opinio, & etiā aliæ opiniones inopinabiles quibusdam euenerunt propter duplicem causam. Prima est, quia quidam non potentes soluere orationes contentiosas, & litigiosas, annuentes orationi, idest concedentes orationem inopinabilem; concedebāt uerum esse, quod syllogizatum est. Secunda causa est, quòd quidam uolebant inquirere rationē & demonstrationem de omnibus, & ideo quando proponebantur eis aliqua, quæ probari non poterant per priora (sicut sunt prima principia, & primæ conceptiones) illa negabant: & ita concedebant contraria principiorum; decepti, quia non omnium est ratio demonstratiua, sed tantū conclusionum. Deinde cum dicit.

Insequitur adhuc ponētes, contradictoria esse simul falsa.

G

Principium autem ad hos omnes ex diffinitione. Diffinitio uerò fit ex significare aliquid necessarii res esse. Ratio namque, cuius nomen est signum, diffinitio est rei.

Dat modum procedendi contra istos sic errantes, dicens; quòd principium, & modus procedendi contra istos est, ex diffinitionibus aliquorum; puta ueri, uel falsi, & similium: necesse H est enim diffinitionem esse; si nomen aliquid significat. nam diffinitio idem est, quòd ratio significata à nomine, Queremus enim ab istis, qui sic errant, Vtrum nomen aliquid significat, uel nihil: si nihil, tunc nihil determinatē concedunt; & per consequens non est disputādum cum eis: si autem nomina aliquid significant; cum ratio importata per nomen, sit diffinitio: iste concedat diffinitionem esse, ex qua diffinitione concessa, poterit procedi contra eum ad uerificationem principiorum; eo modo quo processum est supra ex diffinitione ueri & falsi ad ostendendum, quod non est medium inter contradictoria. Deinde cum dicit

Diffī idem est, quòd rō significata à nomine.

Videtur

Videtur autem Heracliti quidem oratio dicens, omnia esse & non esse, omnia uera facere.

Ostendit quõ prædictæ positiones erroneæ sequuntur opiniones quorundam Philosophorum: & primò quomodo sequuntur opiniones Heraclyti: secundò quomodo sequuntur opiniones Anaxagor. ibi. [Quæ uerò Anaxagoræ.] Dicit et primò, quòd positio Heraclyti, quæ ponit, quòd omnia habent simul esse & non esse; & hoc, quia omnia sunt in motu. in motu autem est admixtum esse cum non esse; necessariò habet fateri, quod omnia sunt simul uera; quia uerum est tam esse, quàm non esse. Deinde cum dicit.

Quæ uerò Anaxagoræ esse aliquid medium contradictionis. Quare omnia falsa. Nam quando miscentur. nec bonum, nec non bonum est mixtum. Quare nihil est dicere uerum.

Ex positione Anaxa. sequitur medium esse inter contradictoria.

Ostendit, quòd ad positionem Anaxag. sequitur, quòd sit medium inter contradictoria. Et hoc est, quod dicit, quòd ex illa positione Anaxagor. necessariò habet fateri, quòd medium est inter contradictoria; & per consequens, quod omnia sint falsa: quia si medium est inter esse, & non esse; de illo medio potest dici, quòd nec est, nec non est: & per consequens esse, & non esse falsificãtur de eodem. Quòd autem Anaxag. haberet ponere medium inter contradictoria; patet, quia Anaxag. posuit, quòd omnia sunt mixta infra unum; & hoc quia quodlibet est in quolibet: hæc permixta autem neutrum extremorum dici possunt; sicut colores medii nec sunt albi, nec sunt nigri: illud ergo mixtum, quod posuit Anaxag. nec erit album, nec non album; nec bonum, nec non bonum; & sic erit medium inter contradictoria: de illo ergo medio nihil põt uerificari. non. n. potest dici de eo, quòd sit bonum, nec etiam quòd sit non bonum: omnia ergo de ipso falsificantur.

His autem diffinitis, palàm quia & uniuocè dicta, & de omnibus impossibile est esse; sicut quidã dicunt. hi quidem dicentes nihil uerum esse. Nihil enim prohibere dicunt, sic omnia esse, sicut dyametrum commensurabilem esse. Illi uerò omnia uera. Ferè namque hæ orationes eædem ipsius Heraclyti. Nam qui dicit, quòd omnia sunt uera, & omnia falsa extra orationes has, utraque dicit. Quare si sunt impossibilia illa, & ea esse est impossibile.

Opi. eorum qui dicebãt omnia esse falsa, & qui omnia esse uera.

Postquam Philosophus falsificauit opinionem illam, quæ ponebat medium inter cõtradictoria: in parte ista disputat contra quasdam opiniones, quæ ad prędicta sequuntur. Et duo facit, quia primò disputat contra prædictas opiniones: Secundò destruit duas radices harum opinionum ibi. [Palàm autem]. Ad euidentiam primi notãdum est; quòd quidam sunt, qui ponebant omnia esse falsa; quidam autem qui ponebant omnia esse uera; Circa hoc ergo duo facit Philosophus, quia primo recitat istas opiniones: secũdò illa simprobat ibi [Ampliùs autem]. Primo ergo ponit istas opiniones dicens, quòd his determinatis, est manifestum, quòd impossibile est, quòd quidam dixerunt, quòd uniuocè, idest uno modo sciendum est de omnibus, scilicet quòd omnia sunt uera, uel omnia sunt falsa: Quidam enim eorum dixerunt, quòd nihil est uerum in rebus; sed omnia sunt falsa, ita quòd nihil prohibet, quoniam dicebamus, quòd omnis enuntiatio sic est falsa, sicut ista est falsa, diameter est commẽsurabilis costæ quadrati; Alij uerò dicunt, quòd omnia sunt uera, & isti ferè idem dicunt cum Heraclyto, de quo dictum est supra, quòd quia omnia sunt in motu, ponebat rem esse, & non esse. Si autem aliquis dicat, quòd omnia sunt uera & falsa; ita quòd sit tertia opinio seorsum posita præter istas duas; de ista tertia non est habenda mentio; quia qui ponit istam tertiam opinionem esse ueram, ponit utrunque, idest primam & secundam esse ueram; & ita impossibilia, quæ sequuntur contra primam, sequuntur contra tertiam; & illis improbatis, hæc improbatur. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem palàm, quia contradictiones sunt, quas non est impossibile simul esse ueras, nec falsas omnes. Et hoc quidem putabitur magis contingere ex dictis.

Impugnat errores prædictos.

Ponit rationes contra prædictas opiniones, ostendens; quòd non est impossibile enunciationem omnium esse ueram, nec etiam omnium esse falsam. Et quatuor facit secundùm quatuor rationes, quas adducit. Secunda ibi. [Sed ad omnes tales.] Tertia ibi. [Ampliùs si omne.] Quarta ibi [Contingit autem] Ponit ergo primam rationẽ, & est ratio talis. Si omnes enunciationes simul sunt ueræ, uel etiam simul falsæ; omnes enunciationes contradictoriæ sunt uel simul ueræ, uel simul falsæ. Consequentia patet, quia hoc signum omnis, cum dicitur, omnes enunciationes sunt simul ueræ, uel simul falsæ, distribuit pro enunciationibus contradictoriis, & non contradictoriis; consequens est impossibile, scilicet quòd omnes enunciationes contradictoriæ sunt simul ueræ & simul falsæ; quia in quibusdam contradictoriis statim patet, quòd non sunt simul ueræ: sicut uerum & non uerum, & ens & non ens: Patet litera, uisa ratione, quæ dicit; quòd sunt quædam cõtradictiones, in quibus euidenter patet, quòd nõ sunt ueræ simul, nec simul falsæ: sicut est uerum, & non uerum, & quòd sic sit, patet ex prædictis in præcedenti lectione. Deinde cum dicit.

Sed ad omnes tales orationes quærere oportet, quemadmodum in superioribus orationibus dictum est, an esse aliquid, aut non esse, sed significare aliquid.

Ponit secundam rationem: & duo facit, quia primò ponit quoddam præambulum ad rationem suam: secundò ponit rationem suam, ibi. [Quare ex diffinitione.] Ponit ergo primò præambulum, dicens, quòd si uolumus disputare cõtra tales rationes; oportet, quòd disputemus, sicut dictum est supra, scilicet ex aliquibus concessis nobis ab illo, qui negat principia & per se nota: hoc autem, quod petimus nobis concedi ab aduer-

aduersario, non est, quod petimus nobis concedi aliquid esse, uel non esse; quia ex tali non posset procedi, quia petitur principium; sed illud; quod petimus nobis concedi, est ꝙ nomen aliquid significat. Deinde d.

TEX. 29. *Quare ex diffinitione disputare oportet, accipientes quid significat uerum aut falsum. Sed si nihil aliud uerum dicere, quàm negare falsum; impossibile omnia falsa esse. Nec esse est enim contradictionis partem alteram esse ueram.*

Ponit rationem suam, quæ ratio sua talis est; si nomen aliquid significaret, sicut dictum est, ergo uerum aliquid significaret, & etiam falsum: si autem uerum & falsum aliquid significat, impossibile est, quòd omnes enunciationes sint simul ueræ, uel simul falsæ; quia si ita esset, non saluaretur diffinitio ueri & falsi. Hoc est ergo, quod dicit litera; quòd contra istos ex diffinitione consignificata per nomen disputandum est, accipientes quid dicitur per nomen ueri, & per nomen falsi.

Verū quid. hoc enim habito, patet propositum. Nam uerum nihil aliud est, quàm dicere aliquid de aliquo, quod negare falsum est; uel negare aliquid ab aliquo, quod affirmare uerū est; ergo diffinitio ueri necessariò includit, quòd aliqua enunciatio est falsa. non ergo benè dictum est, ꝙ omnis enunciatio est uera. Similiter falsum est, aliquid dicere

Falsū quid. re de aliquo, quod negare uerum est; uel negare aliquid ab aliquo, quod affirmare uerum est. ergo falsum necessariò arguit uerum: malè ergo dictum est, quòd omnis enunciatio est falsa; & hoc quia necesse est, alteram partem contradictionis esse ueram. Notandum est, quòd uerum est adæquatio esse ad illud, quod est; & etiam adæquatio non esse ad illud, quod non est: quia ergo uerum est adæquatio esse ad illud, quod est; benè uerum est dicere, aliquid de eo, quod est; quod negare falsum est: & quia etiam uerum est adæquatio non esse ad illud, quod non est; benè dictum est, quòd uerum est negare aliquid ab aliquo, quod affirmare falsum est: sicut ergo adæquatio arguit inadęquationem sibi oppositam; ita uerū arguit falsum: & sicut dictum est de uero, ita dicendum est de falso. s. ꝙ falsum arguit uerum. Deinde cum dicit.

Ampliùs si omne aut dicere, aut negare, est necesse; utraque falsa esse, est impossibile. Altera namque pars contradictionis est falsa.

Ponit tertiam rationem contra prædictas opiniones, dicens: constat ex prædictis, quòd necesse est de quolibet aut affirmare, aut negare: ita ꝙ non sit medium inter contradictoria: si autē ita est, impossibile est, quòd utraque pars contradictionis sit simul uera, uel simul falsa; sed necessariò altera est uera, & altera est falsa. Deinde cum dicit.

Contingit autem, quòd diffamatum est, omnibus talibus rationibus ipsas seipsas destruere. nam qui omnia uera dicit, orationis suæ contrariam ueram facit. Quare & suam non ueram. Contraria non di- E *cit, ipsam esse ueram. Qui uerò omnia falsa, & ipse seipsum.*

Ponit quartam rationem: & duo facit; quia primò ponit rationem: secundò excludit quandam solutionem, quæ posset dari, ibi. [Sed si auferāt.] Primò ergo ponit rationem, & est ratio talis: ꝙ sic dicentes, negant propriam uocem; & contradicunt sibi ipsis: dicentes enim omnem enunciationem esse ueram, dicunt non omnem esse ueram; nam si omnis enunciatio est uera, & omnis opinio; sequetur quòd contraria huius opinionis & enunciationis, qua dicitur, quòd omnis enunciatio est uera; sit etiam uera, sed contraria suæ opinionis est, quòd sua opinio non est uera: ergo ille qui dicit, quòd omnia sunt uera; dicit, quòd

F sua opinio non est uera. Similiter qui dicit, quòd omnia sunt falsa. manifestum est, quòd dicit se dicere falsum. Si enim omnis enunciatio est falsa, hæc erit falsa, quæ dicit, quòd omnia sunt falsa: & sic contra istos accidit, quod diffamatum est ab omnibus, scilicet quòd opiniones eorum destruunt se ipsas. Prima enim opinio dicens, omnia esse uera, dicit quòd contrarium suæ opinionis est uerum. Secunda etiam dicens, omnia esse falsa; dicit necessariò, se dicere falsum. Deinde cum dicit.

Sed si auferant hic quidem contrariam, quia nō uera sola: Ille uerò suam propriam, quia non falsa. nihilominus infinitas accidit eis quærere orationes ueras, & falsas. nam qui ueram orationem dicit, uerus est, & hoc in infinitum uadit.

G Excludit quandam solutionem, quæ posset adduci ad hoc: dicerent enim aliqui; quòd illi, qui dicunt omnia esse uera, ab ista uniuersalitate excipiunt contrariam suę opinionis, illam solam dicentes esse falsam: & similiter qui dicunt, omnia esse falsa, ab ista uniuersalitate excipiunt suam opinionem, dicentes illam esse ueram, & non falsam: Hanc solutionem excludit Philosophus pēt talem modum: isti ad minùs concedunt unā enūtiationem esse ueram. nam ille, qui dicit, omnia esse falsa; excipit suam enuntiationem, quam dicit esse ueram. Alij autem, qui dicunt, omnia esse uera, ad minùs concedunt unam esse falsam; quia concedunt, quòd contraria huius falsa est; si autē

H concedatur una uera, conceduntur infinitæ ueræ contra illos, qui ponunt, esse omnia falsa: & si conceditur una falsa, conceduntur infinitæ falsæ, contra illos, qui ponunt omnia esse uera: Quòd autē ita sit, patet: si enim hæc opinio est uera, Sortes est sedens; hæc erit uera, Sortē sedere est uerum: & sic potest procedi in infinitum: Et sicut dictū est de uero, ita dici potest de falso. Deinde cū d.

Palàm autem, quia neque, qui omnia quiescere dicunt, uera dicunt; nec qui omnia moueri.

Excludit duas radices falsas prædictarum opinionum: sunt autem istæ radices, quia aliqui dicebant, quòd omnia quiescunt, & nihil mouetur; si autem omnia quiescerent, uera ita essent, uera non posset esse falsa; quia non possent moueri à dispo-

dispositione sua:si autem omnia mouerentur,nihil esset uerè in rebus;quia de eo,quod est in motu,nihil potest uerè affirmari; Circa autem hanc partem tria facit;quia primò tangit falsitatem harum opinionum: secundò ostendit impossibilia, quæ sequuntur cōtra ponentes quòd omnia quiescunt: tertiò destruit opinionem,quæ dicit, omnia moueri.Secunda ibi, [Nam si quiescunt] Tertia ibi, [Si uerò omnia]. Dicit ergo primo, quòd si benè pertractentur præcedentia, manifestum est,quòd impossibile est dicere, quòd omnia mouentur,& quòd omnia quiescunt. Deinde cū d.

De eo, quod est i motu, nihil pôt uerè affirmari.

Nam si quiescunt omnia,semper eadem uera & falsa erunt. Videtur autem hoc transmutatum. Nam qui dicit,bis quidem aliquando non erat, & iterum non erit.

Ostendit impossibilia, quæ sequuntur ad istas duas radices: & primo impossibile, quod sequitur ad dicentes,quòd omnia quiescunt;dicens:q si omnia quiescunt, sequitur, quòd uerum semper erit uerum,& falsum semper erit falsum; nec poterit transmutari uerum in falsum: quod tamē falsum est: trasmutatur enim ueritas, & falsitas propositionis,& opinionis:quod patet, quia homo,qui opinatur,uel profert propositionem; aliquando non erat,& aliquando fuit; & ailquando non erit:& sic de eo aliquando uerum fuit dicere, quòd non est; quod tamen modò est falsum: quia si non esset,nihil opinaretur.Deinde cum d.

Verum trāsmutatur in falsū & ecõtra.

Si uerò omnia mouentur, nihil erit uerum; ergo omnia falsa. Sed hoc ostensum est, quia impossibile.

Ponit impossibilia,quæ sequútur ad illos, qui ponunt,omnia moueri:Et duo facit, quia primò adducit hæc impossibilia:secundò remouet quādam falsam opinionem, ibi[At uerò] Circa primum duo facit secundùm duo impossibilia, quæ adducit:Secunda ibi, [Ampliùs autem] Dicit ergo,quòd si omnia mouentur,& nihil est quiescēs, nihil erit uerum in rebus: sed hoc est impossibile,ergo & primum:quòd autem nihil sit uerum, patet;quia quod uerum est,iam est; quod autem mouetur,nondum est: si ergo omnia mouentur, nihil est uerum. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem ens permutari est necesse. Nam ex aliquo in aliquid fit permutatio.

Ponit secundum impossibile; & est istud impossibile, quia hæc positio destruit se ipsam: oīs enim motus supponit aliquod ens,& aliquod manens, quod est in re permutata; & ideo dicere, quòd omnia mouentur, est impossibile; & hoc quia aliquid manet in re permutata: Et hoc est, quod dicit, quòd illud quod mutatur ex aliquo in aliquid,necessariò est ens,& manens:quia motus incipit ab aliquo quiescente, & terminatur ad aliquod quiescens;sicut patet in motu locali: Rōne etiam sic patet. in motu locali manet mobile sub utraque dispositione, & etiā incipit à quiete; & terminatur ad quietem: in motu etiam ad formā manet materia sub utraque forma; & etiā sunt ibi duæ quietes, una in termino à quo, sicut

Vnde incipit motus, & in quod terminatur.

A in albo; & alia in termino ad quē,sicut in nigro; quando, scilicet fit mutatio ab albo in nigrum. Deinde cum dicit.

At uerò neque omnia quiescunt, interdum autem mouentur; nihil autem est, quod semper aut mouetur, aut quiescit. Est enim aliquid: quod semper mouet ea, quæ mouentur: & primum ipsum mouens immobile est.

Remouet quandam falsam opinionem, quæ posset oriri ex prædictis: dictum est enim, quòd non omnia mouentur,nec omnia quiescunt; posset ergo aliquis credere, quòd omnia aliquando mouentur, aliquando quiescunt. Hoc excludit Philosophus dicens,quòd non est uerum dicere, quòd omnia aliquando mouentur, aliquando

B quiescūt;& quòd nihil est,quod semper moueat, uel quòd semper moueatur: Et benè dico, quòd hoc est falsum; quia est dare unum mouens primū,quod mouet ea,quæ semper mouentur; sicut corpora cælestia;& ipsum nunquam mouetur:& si aliqua semper mouentur, & aliquid est, quod nunquam mouetur, sicut primum mouens;& aliqua sunt, quæ aliquando mouentur, & aliquando non.

Dicentes omnia moueri nihil uerum dicūt.

TRANSNATVRALIVM
ARISTOTELIS.

C

LIBER QVINTVS.

PRINCIPIVM *dicitur, aliud quidem, unde aliquis rem moueat primum, ut longitudinis, & uiæ: huic quidem principium ipsum, è conuerso uerò diuersum.* TEX. I.

In hoc Quinto Libro Philosophus intendit distinguere nomina, de quibus tractatur in ista scientia: Hoc est enim proprium in ista scientia (ut dicit Commentator) quòd in uno libro, siue in una partte libri debet tradi distinctio nominum, de quibus tractatur in ista scientia;nomina autē, de quibus tractatur in ista scientia; sunt primò ipsæ causæ entis:secundò ipsum subiectum huius scientię,tertiò partes subie-

D cti huius scientiæ:quartò,& ultimò partes, & passiones subiecti huius scientiæ. Et secundùm hoc iste liber diuiditur in quatuor partes: In prima parte distinguit nomina,quæ pertinent ad rationem causæ,principij,uel elementi: in secūda parte nomina,quæ spectant ad subiectū huius scientiæ: in tertia parte nomina, quæ spectant ad partes subiecti: in quarta parte nomina, quæ spectāt ad partes,& ad passiones huius subiecti, Secūda ibi,[Vnde dicitur aliud secundùm accidēs.] Tertia ibi,[Eadem dicuntur.] Quarta ibi, [Perfectū uerò dicitur unde quidem.] Prima pars diuiditur in duas, quia primò distinguit nomina, quæ spectant ad rationem causalitatis; uel quæ dicūt causam;

Diuisio totius libri.

Amplius unde cognoscibilis res primum, & id principium rei dicitur, ut demonstrationum suppositiones.

Ponit ultimum modum acceptionis principij dicens, quòd alio modo dicitur principium unde res primò cognoscitur, & hoc principium quò ad rem, & quò ad naturam, non solùm quò ad nos; eo modo quo dicimus, quòd suppositiones sunt principia demonstrationum. Vbi notandum est, quòd superiùs posuit principium in doctrina quidem quod est prius quò ad nos, non quò ad naturam; hic autem ponit principiũ in doctrina, quod est prius quò ad naturam, quod aliquando est idem cum priori quò ad nos, aliquando non, ut dictum est superius. Deinde cum dicit.

Principiũ in doctrina duplex.

Totiens autem & causæ dicuntur. Omnes enim causæ principia.

Ostendit, quòd non solùm his modis dicitur principium, sed illis modis omnibus, quibus dicitur causa, dicens quòd totiens dicitur principium, quibus modis & causæ dicuntur; quia omnes causæ principia sunt: Potest autem & aliter legi, quòd totiens dicuntur principia, dicuntur & causæ; quia & causę principia possunt dici. Deinde cum dicit.

Principiũ se habet in plus, quàm causa.

Omnium igitur principiorum est commune primum omne, unde aut est, aut fit, aut cognoscitur, Horum autem, & quidem inexistentia sunt, illa uerò extra. Quapropter natura principium, & elementum est, & mens, & præuoluntas, & substantia, & quod est cuius causa. Multorum enim & cognitionis & motus principium est bonum & malum.

Postquam posuit multiplicem acceptionem principij, hic ponit unam proprietatem principij, & est, quòd omni principio commune est esse primum, omni enim principio congruit quòd habeat primitatem respectu illius, cuius est principium: principium enim est illud, unde est aliquid, uel unde fit aliquid, uel unde cognoscitur aliquid; & siue sit, unde est aliquid, primitatem habet respectu illius, quod est ab eo; siue sit illud unde mouetur aliquid primitatem habet respectu motus; siue sit, unde cognoscitur aliquid, sem per primitatem habet respectu illius quod cognoscitur: de numero autem horum principiorum quędam sunt in re existentia, quędam sunt extra; nam agens & finis extra rem, principia sunt; materia autem & forma sunt principia inter: Hoc patet etiam in principiis Mechanicis; quia ars est principium. & est extra artificiatum, sedile etiam est principium nauis, & cor est principium animalis, & sunt intra: Concludit ergo Philosoph. ex hoc, ꝙ quia quędam sunt prima principia intra, quędam extra, uerè dicimus, quòd natura est principium intra: similiter elementum principium est, elementum enim propriè dicitur de principiis intrinsecis, sicut de materia & forma; Similiter & mens hoc est intelle-

Principia duplicia.

Elementum dicitur de principijs intrinsecis.

A ctus & uoluntas principia sunt, sed extrinseca: mens enim & intellectus agit per modum artis, ars autem principium extra est: Similiter substantia formalis principium est & intrinsecum; quia forma est per quod res est in actu primo: omne autem tale est de intrinsicitate rei: Similiter autem & cuius causa, idest finis est principium, & est extrinsecum; quia agens & finis sunt extra rem: quod autem cuius causa sit principium; patet, quia bonum & finis conuertuntur; bonum autem & malum sunt principia multorum: Est enim bonum & malum principium respectu motus, & respectu cognitionis: multa enim quę agunt per cognitionem, ideo agunt, ut bonum consequantur, & ut malum incommodè

Ars est principium extra.

Bonum & finis conuertuntur.

Bonũ & malũ sunt principia multorum.

B fugiant: & etiam multa, quæ mouentur per naturam: ideo mouentur, ut perfectionem suam (quam uoco bonum) assequantur; & ut contrarium suæ perfectionis (quod potest dici malum) fugiant: Notandum est, quòd ex hac litera potest accipi, quòd omnes modi causarum includuntur infra modos principij: Nam hoc dixit, quòd elementum principium dicitur, in quo potest intelligi causa materialis: Dixit etiam hoc, quòd mens, & uoluntas, & natura principium dicitur, ex qno potest intelligi causa efficiens. Dixit etiam, quòd substantia principium dicitur, ex quo potest intelligi causa formalis. Dixit etiam, quòd cuius causa principium dicitur, in quo intelli-

Modi causarũ includuntur infra modos principij.

C gitur causa finalis. Quod, ut meliùs uideatur, notandum est etiam diligenter, quòd principium uidetur generalius esse, quàm causa: nam principium uidetur consistere in quodam ordine unius ad aliud, siue illud aliud sumat esse ab illo, siue non. Videmus enim, quòd punctus est principium respectu lineę, & fundamentum respectu domus: & tamen nec linea à puncto, nec domus à fundamento sumit esse. Causa autem est in quodam ordine unius ad aliud; ita qnòd illud aliud sumit esse ab illo: si autem sic est, uidetur, quòd omnis causa principium sit, non è conuerso. Deinde cum dicit.

Principiũ in quo cõsistat.

Cã in quo consistat.

Causa uerò dicitur uno quidem modo, ex quo fit TEX. 2.
D *aliquid ut inexistente; ut æs statuæ, & argent phialæ, & horum genera.*

Postquam posuit multiplicem acceptionem principii; ponit multiplicem acceptionem causæ. Et diuiditur in tres partes: in prima parte ponit quadruplicem acceptionem causæ: in secunda parte ponit quasdam proprietates harum causarum: in tertia parte, postquam determinauit de numero causarum, determinat de numero modorum, & de modis causarum: Secunda ibi. [Accidit autem multotiens.] Tertia ibi. [Modi uerò causarum numero quidem multi.] Prima diuiditur in quatuor, secundùm quòd quatuor causæ sunt: Secunda ibi, [Alia uerò species.] Tertia ibi, [Amplius

pliùs unde principium.] Quarta ibi, [Amplius ut finis.] Dicit ergo primò ita dictum est, quot modis dicitur principium: causa uerò dicitur uno quidem modo, ex quo fit aliquid, & est in re facta; & est causa materialis; eo modo quo dicimus, quòd æs est statuæ, & argentum materia phialę; & non solùm ista sunt materia, sed & genera horum: si enim æs est materia, & æs est metallum: ergo & metallum oportet esse materiam; & si metallum est materia, est ex aqua materialiter; ergo oportet, quòd aqua aliquo modo materia sit. Notandum est, quòd aliquid fieri ex aliquo potest esse duobus modis: uno modo sicut ex priuatione; eo modo quo dicimus, quòd ex non albo fit album: & quòd isto modo fit ex priuatione, sic se habet, quòd priuatio non remanet in re facta, sed destruitur ab adueniente rei factæ: non album enim destruitur in aduentu albedinis. Alio modo fit aliquid ex aliquo, sicut ex materia, & potentia materiæ; eo modo quo dicimus, quòd ex potentia albo fit album: & quòd sic fit sicut ex materia, uel ex potentia; sic fit, quòd illud remanet in re facta; nam ex materia fieri hic homo, non est nisi perfectibile perfici ꝑ perfectum; perfectibile autem non destruitur in aduentu perfectionis, & formæ; sed perficitur: Ad differentiam ergo priuationis, ex qua fit aliquid, sic quòd non permanet in re facta, dixit Philosophus in litera, quòd materia est illud, ex quo fit res, & manet in re. Notandum etiam est, quòd non solùm materia propinqua uocatur illud, ex quo fit res; sed etiam materia remota: Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd non solùm æs, & argentum materia est; sed etiam genera horum: uocat enim genus materiam remotam, & omne superius ad materiam propinquam, quod est materiale in re; sicut exemplificatum est de metallo, & aqua. Deinde cum dicit.

Aliquid fieri ex aliquo dupliciter.

Materia duplex.

Alia uerò species & exemplum. Hæc autem ratio ipsius quod quid erat esse, et huius genera: ut diapason, duo ad unum, et totaliter numerus, et partes, quæ in ratione.

Ostendit, quòd secundo modo causa dicitur de causa formali, dicens; quòd alio modo dicitur causa, ipsa species, & ipsum exemplar; hoc est causa formalis: Est autem forma duplex; quædã intrinseca inter naturam rei, eo modo quo dicimus, quòd anima est forma hominis: alio modo dicitur forma de forma, quæ est forma extrinseca, & exemplaris; eo modo quo dicimus, quòd ars in mente artificis forma archæ est: Prima forma hic uocatur à Philosopho species; quia ipsa est, à qua principaliter sumitur ratio speciei: secunda autem à Philosopho uocatur exemplar: Hæc autem causa formalis, quæ species est, dicit Philosophus, est ratio quod quid erat esse, hoc est, ipsius quidditatis rei: est enim illa, à qua principaliter est quidditas. Non solùm autem hæc est causa formalis, sed etiam genera

Forma dicitur species, quia ẽ principiũ essẽdi et specificãdi: dicitur exemplar, quia ẽ principium assimilandi: dicitur ratio, & qd quid erat, appropriate tamẽ quia ẽ principaliter ps, ita ut nõ habeat excludi materia.

E huius, sicut ipsius diapason est causa formalis non solùm proportio duorum ad unum; sed etiam uniuersaliter numerus, sicut genus huius. Similiter partes, quæ sunt in diffinitione; sunt partes formales respectu diffiniti. Notandum est, quòd Philosophus ponit, quòd forma dicitur species & exemplar: ista autem duo sic se habent, quòd species est quid deriuatum ab exemplari: hæc enim est differentia (ut ait Boetius in libro de trinitate) inter formas; quia quędam est forma prima, quę non est deducta ab aliquo, sicut est forma prima, & primum ens; & ista est forma, quod est exemplar: secunda forma est, quæ est deducta in exemplatum ab alio; & ista (secundùm eum) magis debet dici imago, quàm forma: hęc enim est deducta à prima, & est imago primę, quę uocatur exemplar: Hęc est ergo, quam uocat Philosophus species, scilicet illa, à qua sumitur formaliter omnis ratio rei & entis inferioris, quę est deducta à prima, quę est forma, & exemplar. Notandum est, quòd non solùm formalitas propinqua dicitur formalitas rei; sed etiam formalitas remota, quæ est de essentia formalitatis propinquæ; eo modo quo dicimus, quòd humanitas non solùm est formalitas Sortis, sed etiam & animalitas. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quòd non solùm forma propinqua, indicans quod quid erat esse, est forma; sed etiam genus formæ: uocans genus formæ formalitatem remotam: Non tamen imaginandum est, quòd istæ duæ formalitates sint duæ res, sed sunt duo modi eiusdem rei; ita quòd formalitas propinqua, & remota fundantur super eandem realitatem: sicut humanitas, & animalitas super eandem realitatem fundantur. Notandum est diligenter, quòd ratio, & quidditas ipsius Diapason consistit in proportione duorum ad unum in sonis; ubicunque autem dualitas est, ibi numerositas est: ergo dualitas tenet locum formalitatis propinquæ; numerositas autem formalitatis remotæ. Deinde cum dicit.

F

G

Amplius unde principium permutationis primum aut quietis, ut consiliator est causa, et pater pueri, et omnino efficiens facti, et permutans permutati.

H

Ponit tertiam speciem causarum dicẽs, quòd tertio modo dicitur causa, ipsa causa efficiens, ex qua, & unde est principium permutationis, & etiam principium quietis: eo modo quo dicimus, quòd consiliator est causa efficiens, ex qua incipit consilium: eo modo quo dicimus, quòd pater est causa efficiens respectu filij: eo modo quo uniuersaliter dicimus, quòd omne efficiens, efficientiam habet respectu facti, & omne permutãs respectu permutati. Notandum est diligenter, quòd motus, & quies in eandem causam reducuntur: nunquam enim aliquod efficiens, & aliqua causa intendit mouere,

Motus, & quies in eãdem cãm reducuntur.

uere, nisi posset consequi quietem, quæ est terminus: habitudo enim inter motum, & quietem est habitudo, sicut inter uiam, & terminum; nullus autem appetitus cadit super uiam, nisi quatenus super terminum; ergo nulla causa cadit super motum, nisi quatenus sup quietem; ergo motus, & quies in eandem causam reducuntur: Sicut enim motus deorsum, & locus deorsum reducuntur in idem generans; quia generans dando motum deorsum, dat locum deorsum; nec dat motum deorsum, nisi propter locũ deorsum: sic motus, & quies in eandem causam reducuntur; nec intentio causantis cadit super motum, nisi propter quietem. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, ꝙ principium efficiens est, unde est permutatio, & quies. Notãdum est, ꝙ quoddam est principium efficiens uniuocum, quoddam æquiuocum: quæ quidem diuisio potest sic manifestari; quia aliquando contingit, quòd effectus est in causa uirtualiter tantùm, & non secundùm similitudinem formæ; eo modo quo calor generatus à motu, est uirtualiter in motu: similiter calor generatus à sole, est uirtualiter in sole, sed non formaliter; quia motus, & calor, siue sol & calor non conueniunt in aliqua formalitate specifica; Aliquando contingit, quòd effectus est uirtualiter in causa, & etiã secundùm similitudinem formæ; eo modo quo ignis genitus est in igne generãte: primò uirtualiter, quia omnis effectus uirtualiter est in causa: secundò formaliter, quia etiam est conuenientia inter formalitatem ignis generati, & geniti. Primo modo uirtus agentis fundatur super diuersitatem specificam, quæ est inter agentem respectu patientis; & super formalitatem agentis, quæ est diuersa in specie à formalitate passi. Secundo mõ uirtus agentis fundatur super formalitatem agentis, quę conuenit in specie cũ formalitate passi. Primum agens, cuius uirtus fundatur super formalitatem, quæ est diuersa in specie à formalitate passi; est agens æquiuocum propter æquiuocam formalitatem agentis, & passi. Agens cuius uirtus fundatur super formalitatẽ, quæ conuenit in specie cum formalitate passi; agens est uniuocum propter uniuocam rationem agentis & passi: Alia differentia potest dari inter hęc agentia, & eam dat Auicen. in Sexto Metaphysicæ. Quòd agens æquiuocum habet uirtutem super totam speciem; agens autem uniuocum non: agens nãque uniuocum si haberet uirtutem super totam speciem, haberet uirtutem super seipsum: cum enim agens uniuocum conueniat cum passo in formalitate specifica, conuenit in eadem specie cum eo: si ergo haberet potentiam super totam speciem, cum ipsum sit infra speciem, haberet potentiam super seipsum. Exemplum. Si Petrus haberet potestatem super totam speciem hominis; cum ipse sit infra speciem hominis, haberet ptãtem sup seipsum: & ideo contingit (ut dicit Auicen.) quòd agens

Motus & quies in eãdem causã reducuntur.

Efficiens duplex.

Differentia inter agens uniuocu, et æquiuocu.

A uniuocum non facit speciem passi uniuersaliter, sed speciem in hoc; non enim calor generans calorem, facit calorem simpliciter, quia generaret seipsum; sed solùm generat calorem in hac materia; agens autem æquiuocum, quia non conuenit cum passo in eadem formalitate specifica, potest habere potentiam super totam formalitatem passi: ita quòd non solùm generat formalitatem in hoc, sed formalitatem simpliciter.
Notandum est diligenter, quòd efficiens quoddam est respectu fieri, quoddam respectu esse: & hoc est fortè quod dixit Philosophus, efficiens facti, & permutans permutati. Ad euidentiam autem duius diuisionis. Notandum est diligenter est, quòd quando dicitur, quòd alia causa est re-
B spectu fieri, alia respectu esse, quòd sit aliqua causa efficiens, quæ feratur tantùm super fieri: ita quòd nõ super esse: Vt enim patuit in præcedentibus, in eandem causam reducitur motus, & quies; & similiter in eandem causam reducitur motus & esse, quod est terminus ipsius motus; & probatum est, quòd impossibile est, quòd aliqua causa feratur super motum, quin feratur super terminum motus: Cum ergo esse sit terminus ipsius fieri, impossibile est, quòd causa efficiens feratur super fieri, quin feratur super esse; immo non fertur super fieri, nisi quia fertur super esse: ita quòd ipsum esse est primum in intentione agentis, & fieri posterius: E contrario est in exequendo, & in acquirendo: quia
C enim ipsum generabile & corruptibile non acquiritur nisi per fieri, in exequendo fieri prius est, sed esse posterius: sic ergo non potest intelligi; Demus alium intellectum, dicendo; quòd est aliquod agens, quod habet uirtutem super esse, dum coniungitur cum fieri: & quia non habet uirtutem super esse, nisi dum coniungitur cum fieri; ideo dicitur habere uirtutem super fieri tantùm: tale enim agens ita habet uirtutem super fieri & esse, ꝙ non habet uirtutem super conseruationem ipsius esse; eo mõ quo dicimus, ꝙ ædificator habet uirtutem super domũ, quia habet uirtutem super factionem domus; non tamen habet uirtutem super conseruationem domus, & super esse ipsius, ut conseruatum; & tale agens, quia non aspicit esse pro omni sua
D duratione, sed tantùm aspicit esse, ubi est finis ipsius fieri, & perfectio eius: ideo uocatur respectu fieri, non re spectu esse; non quòd non attingat ipsum esse, sed quia non attingit nisi tali modo, scilicet prout est coniunctum cum fieri. Aliud autem est agens, quod attingit esse ipsum pro tota sua continuatione & duratione; ita ꝙ esse ipsius effectus continuatum esse in duratione non habet, nisi ex coniunctione cum ipsa causa; eo modo quo dicimus, quòd lux in aere nec esse, nec fieri habet nisi ex coniunctione cum uirtute solis; ita quòd si deficiat aspectus solis ad aerem, deficit ratio lucis in aere, tam in fieri, quàm in esse. Et tale agens uocatur

Efficiens respectu fieri, et respectu esse.

Cã duplex.

tur agens reſpectu eſſe; quia tale agens reſpicit ſuum effectum, & eſſe ipſius effectus ſecundùm omnem modum ipſius eſſe. Notandum eſt diligenter, quòd quoddam eſt agens per motum, quoddam ſine motu: agens ſine motū eſt agens primum: agentia per motum ſunt agentia ſecundaria; quia agunt per modum materiæ & ſubiecti. Hæc autem diuiſio poteſt ſic manifeſtari, motus & motio paſſiua non ſunt ſubiectiuè in agente; ſed ſubiectiuè ſunt in paſſo: ſi enim motus eſſet in agente ſubiectiuè, omne mouens moueretur; ſi paſſio eſſet ſubiectiuè in agente, omne agens pateretur, quod tamen eſt falſum de agente ſuper naturali: Si ergo ita eſt, quòd omnis motus & paſſio eſt in paſſo; ergo omne agens, quod agit per motum, præſupponit paſſum; illud ergo agens quod paſſum non præſupponit, nec materiam; ſicut eſt agens primum, non aget per motum; illa autem agentia, quæ paſſum & materiam ſupponunt, agunt per motum, materiæ & paſſi; Ita quòd ſic imaginabimur, quòd ipſum agens primum aſpectum habet ſuper omne eſſe aliud ab eo, ut eſſe eſt, nō ſuper eſſe, ut in motu eſt, nec ſuper eſſe, ut eſt deductum per motum; cùm enim agens primum ſit eſſe purum, & correſpondentia debet eſſe inter cauſam & effectum, certè & ſuus effectus erit eſſe; agentia autem ſecundaria aſpectum habent ſuper eſſe, non ſimpliciter, ſed ſuper eſſe, ut eſt deductum per motum; Cùm enim eſſe agentium ſecūdorum ſit eſſe deductum ab alio; oportet quòd ſua actio ſit fundata ſuper diminuto; & per conſequens oportet, quòd diminuto modo agant, & hoc eſt agere per motum; quia completiſſimus modus agendi eſt agere ſine motu. Deinde cum dicit.

Agens duplex.

Amplius ut finis. Hoc autem eſt, quod cuius cauſa, ut ambulandi ſanitas. Nam quare ambulauit dicimus, ut ſanetur. Et dicentes ita, putamus reddidiſſe cauſam. Et quæcunque mouente alio fiunt infra ſinē, ut attenuatio aut purgatio, aut pharmacia, aut organa. Hæc omnia finis cauſa fiunt. Differunt autem ab inuicem tanquam entia hæc quidem ut organa, illa uerò ut opera. Ergo cauſæ ferè toties dicuntur.

Ponit quartam ſpeciem cauſarum, ſcilicet cauſam finalem dicens, quòd alio modo dicitur cauſa ipſe finis; finis autem eſt, cuius cauſa fit quidquid fit, eo modo quo dicimus, quòd ſanitas eſt cauſa ambulationis; quia finis ambulationis ſanitas eſt. Nam ſi quæratur propter quod ambulat, reſpondemus ut ſanetur; & ita reſpondentes, & dicentes, putamus nos reſpondere cauſam finalem ambulationis, non ſolùm autem ultimum, propter quod operans operatur, dicitur finis reſpectu præcedentium; ſed etiam omnia intermedia inter primum mouens, & ultimum finem ſunt finis reſpectu præcedentium: ita quòd unum & idem de intermediis eſt cauſa efficiens reſpectu ſequentis; & finis reſpectu

Vnū & idē eſt efficiens & finis.

E præcedentis. Verbi gratia inter medicinam, quæ eſt primum agens in ordine faciendi ſanitatem, & ipſam ſanitatem, quæ eſt ultimus finis, ſunt iſta intermedia ipſa attenuatio: Nam ad inducendam ſanitatem neceſſe eſt ipſa attenuatio in his, qui abundant humoribus; aliud medium eſt ipſa purgatio, per quam acquiritur attenuatio; aliud medium eſt ipſum pharmacū, ideſt medicina laxatiua, ex quo acquiritur purgatio: in numero etiam iſtorum mediorum ſunt ipſa inſtrumenta & organa, quibus paratur medicina: hæc autem omnia media ſunt propter finem, & propter ſanitatē finaliter; & tamen unū iſtorū eſt finis alterius: Nā attenuatio eſt finis purgationis & purgatio eſt finis medicinæ laxatiuæ; ita quòd

Media ad finem.

F unum & idem, ſcilicet purgatio eſt finis unius, & efficiens alterius: purgatio enim finis eſt laxatiuæ; & tamen eſt efficiens attenuationis; Hæc autem intermedia differunt ad inuicem; quia quędam eorum ſunt inſtrumenta & organa, quibus paratur medicina; quædam uerò ſunt ſicut opera & operationes, ſicut purgatio & attenuatio; Concludit ergo, quòd ſpecies cauſarum ferè tot modis dicuntur, ſcilicet quatuor: ferè autem dixit propter modos cauſarum inferiùs ponendos, uel propter multiplicem diuiſionem harum cauſarum, quæ poſſet dari, eodem modo et agens materiale & in materiale. uniuocum, & æquiuocum, & ſic de aliis.

Agens duplex.

G *Accidit autem multotiens dictis cauſis multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſecundùm accidens, ut ſtatuæ effector ſtatuæ & æs, non ſecundùm aliud aliquid, ſed inquantum ſtatua. Verùm non eodem modo, ſed hoc quidem ut materia, illud uerò ut unde motus.*

In parte iſta ponit quaſdam proprietates cauſarum, & ſunt tres: prima eſt, quòd multis modis dictis cauſis, accidit aliquādo eiuſdem efficiens eſſe multas cauſas per ſe, & non ſecundùm accidens. V.g. ſtatuæ eſt una cauſa effectiua, ſcilicet ſtatuifica, & eiuſdem effectus eſt cauſa, ut materialis: & iſtæ duæ cauſæ non concurrunt ad iſtum effectum per accidens, ſed per ſe; licet autem concurrant ambæ per ſe, non tamen eodem modo, ſed æs concurrit, ut cauſa materialis, & ut materia; ſtatuifica autem concurrit ut cauſa efficiens, unde cauſatur motus ſtatuæ. Notandū eſt,

Proprietates cāuſarum.

H quòd aliquæ cauſæ concurrunt ad unum effectū, una per ſe, & alia per accidens, hoc non eſt difficile uidere: ſi enim aliqua cauſa per ſe concurrat ad unum effectum, quidquid ingreditur accidentaliter cum illa cauſa per ſe, poteſt dici cauſa per accidens illius effectus. V.g. ſi ſtatuificus ſit cauſa per ſe ſtatuæ, ſi contingat ipſum ſtatuificum eſſe album uel muſicum, album uel muſicum erit cauſa per accidens reſpectu illius effectus: ſic ergo non eſt difficile uidere, ꝙ cauſa per ſe, & per accidens concurrant ad unum effectum. Sed quomodo concurrant ibi multæ cauſæ per ſe, hoc eſt difficile uidere; & ideo

Ad unū effectum concurrunt cā per ſe, et per accidēs.

Ideo dixit Philosophus, quòd multæ causæ concurrunt ad unum effectum, non per accidens, sed per se.

Quæstio.

Quæreret quis: ergo, Vtrum multæ causæ possint concurrere ad unum effectum per se? Respõdeo dicendum est, q̃ sic. Ad cuius euidentiã notãdum est, q̃ de ratione effectus materialis, & de perseitate eius est, quòd sit quid deductum primò de potentia ad actum, deductum autem de potentia ad actum non potest esse à seipso deductum: nulla enim res generat seipsam ut sit; oportet ergo, quòd sit deducta ab aliqua uirtute agente: agens ergo, est deducens illud quod est in potentia, de potentia ad actum: omne autem quod deducit potentiam ad actum, propter aliquem finem deducit; sic ergo eo ipso, quòd de perseitate effectus est, quòd sit deductus de potentia passiua ad actum; oportet quòd potentia passiua concurrat per se ad ipsum effectum, & etiam ipse actus: potentia autem passiua super materiam fundatur, actus autem fundatur super formam, uel idem est, quòd ipsa forma; ergo per se ad istum effectum concurrit materia & forma; quia autem iste effectus est deductus de potentia ad hunc actum per uim agentis, & omne agens agit propter finem; ideo ad istum effectum per se concurrent agens & finis: Sicut ergo de ratione effectus est, quòd sit quid deductum de potentia ad actum per uim agentis, quod agit propter aliquem finem; ita de perseitate eius est, quòd aspiciatur ab istis quatuor causis.

Effectus materialis qd.

Quæstio.

Quæreret quis etiam, Vtrum istæ quatuor causæ per se concurrant ad omnem effectũ? Respondeo, dicendum est, q̃ ex defectu agentis est, q̃ in agendo præsupponat materiam, ex perfectione autem agentis est, q̃ possit agere sine suppositione materiæ; agens ergo quod agit præsupponendo materiam; effectũ quem educit, educit de potentia materiæ; & ideo ad rationẽ huius effectus necessariò concurrit materia, & necessariò concurrit agẽs, & forma, & finis; agens aũt quod agit sine suppositione materiæ, aliquem effectum põt facere, quem non educit de potentia materiæ; eo modo quo dicimus, quòd agens primum, deducit ad esse substantiam separatam; non tamen de potentia materiæ: ad hunc effectum non oportet, quòd concurrat causa materialis; licet ergo quatuor causæ possint concurrere ad aliquem effectum; non tamen oportet, quòd concurrant ad effectum cuiuslibet agentis. Deinde cum dicit.

Præsupponere materiam in agẽdo est ex defectu agentis.

Oẽs cãe nõ concurrunt ad effectũ cuiuslibet agentis.

Et ad inuicem causæ sunt, ut dolor causa est sanitatis, & sanitas causa est dolendi; sed non eodem modo, Verùm hoc quidem, ut finis: illud uerò, ut principium motus.

Sc̃da proprietas causarum.

Ponit secundam proprietatem causarũ dicẽs, q̃ causæ adinuicem causæ sunt, eo modo quo dicimus, quòd efficiens est causa finis; & finis est causa efficientis: nam laborare est causa bonæ

A dispositionis; & bona dispositio est causa laboris; sed tamen non eodem modo; sed labor est causa efficiens respectu bonæ dispositionis; bona aũt dispositio est finis, respectu boni laboris. Notandum est, quòd una combinatio est inter finem & efficiens: ita q̃ efficiens est causa finis, & finis efficientis. Alia combinatio est inter materiam & formã: ita quòd materia causalitatem hẽt respectu formæ; & forma respectu materiæ: Prima cõbinatio sic patet, aliquid põt esse cã alicuius, quò ad suum esse, quod tamen non est causa eius quò ad suã causalitatem: & è conuerso; aliquid est causa alicuius, quò ad suam causalitatẽ, quòd tamen nõ est causa eius, quò ad suum esse: efficiens est causa finis, quò ad suum esse, non

Efficiens & finis sunt sibi inuicem causæ.

B tamen quò ad suã causalitatem: cùm. n. agens agat propter finẽ; oportet q̃ agat quasi motũ à fine. si aũt finis mouet agẽtem; oportet quòd causalitas finis prior sit causalitate agentis: nullum autem posterius causalitatem habet super suum prius; ergo agens nõ habet potestatem super finem ut causa est; & sic non est causa eius quò ad causalitatem; & tamen habet potestatem super eius esse: cùm enim realitas finis sit, quòd sit terminus motus, & agens habet potestatem super terminum motus, habet potestatem super finem: Imaginabimur ergo, quòd una & eadem realitas finis priùs fuit in intentione agentis, & sic mouet agentem, & sic est causa, & hoc modo nõ est causata ab agente, immo præcedit agentem:

Posterius non hẽt cãlitatem sup suum prius.

C secundò illa & eadem realitas, quæ prius fuit in intentione, deducitur ad esse per uim agentis: & isto modo causata est quò ad suum esse; Patet ergo quòd finis quò ad suam causalitatem non est ab agente, sed quantùm ad suum esse: secundò patet quòd efficiens nõ est à fine quò ad suum esse, sed quò ad suam causalitatem: ita quòd finis est causa respectu efficientis, non quantùm ad suum esse, sed quantùm ad suam causalitatem. Nam cum tota realitas finis sit ab agente, & esse istius ab esse illius agentis, & hoc quia terminus motus est à mouente, & terminus actionis ab agente; necessariò esse agẽtis præcedit esse finis, sicut causa effectum: & quia posterius non habet causalitatem super prius, ideo impossibile est, quòd finis

Quõ finis ẽ ab agente.

D habeat causalitatem quantùm ad esse respectu agentis; quia tamen agens non agit nisi motum à fine, ita quòd tota intentio agentis primò cadit super finem, ideo agẽs quodã modo habet suam causalitatem à fine; nam efficiens est causa inquãtum agit, non agit autem nisi motu à fine: ergo suam causalitatem sortitur à fine: Secunda combinatio inter naturam & formam patet, nam forma est causa materiæ quantùm ad esse, materia autẽ habet esse causa formæ inquantum substẽtat: forma enim de se esse formale non habet, & ideo ipsum habet per actum formæ, materia autem hanc formam substentat, sicut potentia actum. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem idem quandoque contrariorum

est

est causa. Quod enim præsens huius est causa hoc absens, causamur quandoque de contrario, ut absentia gubernatoris deperditionis nauis, cuius erat præsentia causa salutis, utraque uerò & præsentia, & priuatio causæ sunt quasi mouentes.

Ponit tertiam proprietatem causarum, dicẽs; *Tertia cãrũ proprietas.* quòd quandoque eadem causa est causa contrariorum, sed tamen non similiter, sed dissimiliter; una enim & eadem causa propter sui præsentiam est unius, propter sui uerò absentiam est causa contrarii; eo modo quo dicimus, quòd ab- *Quõ idẽ est cã contrariorum.* sentia gubernatoris est causa perditionis nauis, cuius præsentia est causa salutis. præsentia autem & absentia non reducuntur ad diuersas causas, sed ad causam mouentem. Notandum est, quòd sicut est in entibus, quòd priuatio & habitus reducuntur ad idem genus: quia totus conceptus priuationis est per habitum, & per conceptum aliquid ponitur in genere; ita suo modo priuatio causæ & præsentia causę reducuntur ad idem genus causæ. non enim imaginandum est, ꝙ præsentia causæ efficientis & eius priuatio ad duas causas reducantur; sed quòd una & eadem causa efficiens propter sui præsentiam, & propter sui absentiam diuersa aspicit. Deinde d.

TEX. 3. *Omnes uerò causæ dictæ in quatuor modos cadunt manifestissimos. Nam elementa syllabarum, & materia artificialium, & ignis, & terra, & talia omnium corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, ut ex quo causa sunt.*

Reducit omnes causas dictas in quatuor modos causarum prædictos, & diuiditur in quatuor partes, secundùm ꝙ primò reducit cãs materiales: secundò causas formales ibi. [Horum autem est.] tertiò efficientes ibi. [Sperma uerò.] quartò finales ibi. [Alia uerò.] Dicit ergo primò, quòd omnes causæ prædictæ in quatuor modos causarum manifestissimos reducuntur. nam elementa, idest literæ, materia sunt syllabarum, & materia artificiatorum materia est respectu factorum per artem; & ignis, & terra, & cætera elementa *Quõ principia respectu conclusionis sunt in genere causæ efficiẽtis & materialis.* materia sunt respectu mixtorum; & partes materia sunt respectu totius; & sumptiones, idest præmissæ respectu conclusionis, & in omnibus istis saluatur uniformis ratio causæ: quia in eis saluatur ratio principii materialis, ex quo fiunt, quæ fiunt, unde habet rationem causæ materialis. Notandum est, quòd propositio, uel præmissa in *Propõ in syllogismo dupliciter.* syllogismo, potest dupliciter considerari uno modo secundùm terminos, & isto modo se habent in ratione causæ materialis. nam ex terminis præmissarum; scilicet ex maiori & minori extremitate componitur conclusio: secundo modo possunt considerari secundùm quòd uniuntur in una uirtute medii, & sic sortiuntur rationem efficientis respectu conclusionis: & hoc modo se habent in ratione efficientis, non materiæ. Debemus enim imaginari, quòd syllogismus quædam consequẽtia est; de essentia autem consequentiæ est antecedens & consequens; immo ipsa consequentia

E non est nisi connexio antecedentis & consequẽ- *Consequentia quid.* tis: antecedens autem habet aliquam efficientiã respectu consequentis, & maximè in consequentia syllogistica; nam in consequentia syllogistica termini uniuntur in una uirtute medii, ex qua uirtute oritur, quòd ex uirtute præmissarum potest elici conclusio, sicut quidam effectus ipsarũ. Deinde cum dicit.

Horum autem hæc quidem quasi subiectum, ut partes. Illa uerò ut quod quid erat esse, ut totum, cõpositio, & species.

Reducit causas formales ad unam rationem communem, dicens; quòd inter ea, ex quibus res componitur, aliquid se habet sicut subiectum, & per modum materiæ; aliquid se habet per modũ F quidditatis & formæ, à qua forma sumitur quod quid erat esse; & ista forma aliquando uocatur totum, aliquando compositio, aliquando species: *Materia et forma in diuersis tripliciter.* Quasi dicat Philosophus, aliquando contingit, ꝙ principia integrantia aliquam essentiam, ita se habent, quòd unum se habet per modum materiæ, reliquum per modum formæ; formalitas autem ista aliquando uocatur totalitas, aliquando compositio, aliquando species: Sed quidquid sit, ista tria tamen reducuntur ad unam rationem causæ communem, scilicet rationem formalitatis: ut sicut omnes materiæ reducuntur ad istam rationem communem, ex quo fit aliquid materialiter; ita omnis ratio formæ, siue sit totum, siue compositio, siue species reducitur ad istam ratio G nem communem, quæ est formalitas. Notandum enim, quod species, totum, & compositio, *Spẽs, totũ & cõpositio quõ differunt.* possunt sic differre; quædã enim sunt entia, quorum formalitas & entitas consistit in quodam indiuisibili, & in quadam formalitate, quæ quidem indiuisibilitatem habet; eo modo quo dicimus, *Entia diuersimodè speciari possunt.* quòd forma aeris uel ignis indiuisibilis est; & formalitas horum & entitas tota est in quadam adunatione partium; & hoc duobus modis, quia ista adunatio partium aliquando consistit in ordine partium tantùm, eo modo quo dicimus, quòd entitas exercitus est in quadam adunatione militũ in ordine eorum; & formalitas talium entium nõ est nisi quædam totalitas, resultans ex tali adunatione, & talis forma potest uocari totum. Ali- H quando contingit, quòd ista talis adunatio consistit in ordine, & compositione partium ad inuicem; eo modo quo dicimus, quòd formalitas domus consistit in ordine partium domus, & compositione earum, & isto modo formalitas talium potest uocari compositio. Deinde cum dicit.

Sperma uerò, & medicus, & consiliator, & omnino efficiens. omnia sunt unde principium permutationis, aut status.

Ponit, quòd omnes causæ efficientes conueniunt in ista ratione, quæ est esse principium trãsmutationis & status; dicens, quòd sperma, & medicus, & consiliator, & uniuersaliter omne efficiens, hæc omnia habẽt, quòd sunt causæ, & principia; unde est principium mutationis, & status in

in rebus. Deinde cum dicit.

Alia uerò ut finis & bonum aliorum. Nã quod cuius causa optimum, & finis aliorum uult esse. Nihil autem differt dicere, siue bonum, siue apparens bonum: Causæ igitur hæ sunt, & tot species.

Ponit, quòd omnes causæ finales conueniunt in quarta ratione causandi, scilicet per modum finis, dicens sic, quòd alia causa est, quę est causa per modum finis; & ista est bonum omnium ordinatorum ad finem; & iste est finis, cuius causa fit quidquid fit; in ordinatis ad finem optimum est respectu omnium illorũ, & uult esse; hoc est, habet aptitudinem, ut sit finis respectu aliquorũ: Quia autem contingit, quòd finis propter quem aliquis agit, est aliquando apparens bonum, non bonum in se; ideo subdit, ꝙ nihil differt dicere, ꝙ siue illud propter quod agitur, sit bonum, uel apparens bonum: quia quidquid fit, siue hoc, siue illud; semper agitur propter rationem boni: Concludit ergo, ꝙ causę sunt hę, quę dictę sunt, & tot species, quot modis dictum est, scilicet quatuor modis. Notandum est, quòd omnia, quę ordinantur ad aliquem finem, bonitatem sumunt ex fine; ita quòd bonum finis est bonum in se; bonum autem eorum quę sunt ad finem, est in ordine ad ipsam bonitatem finis: Si enim potio ordinatur ad sanitatem, sanitas bonitatem habet in se, potio autem bonitatem non habet, nisi inquãtùm ordinatur ad sanitatem: Ita ꝙ finis bonitatem habet in se, & quasi largitur illam illis, quę sunt ad finem; quia illa quæ sunt ad finem, illam non habent nisi in relatione ad illam, quæ est finis: & ideo bonitas finis est bonitas sua & bonitas aliorum: Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd aliqua causa est, quę est finis & bonum aliquorum; & cùm bonum in se sit bonum non in ordine ad aliquid aliud bonum in ordine; oportet, ꝙ bonum in se sit melius, immo optimum respectu illius, quod est bonum in ordine: cùm ergo bonum finis sit bonum in se, bonum autem eorum, quę sunt ad finem; sit bonũ in ordine ad aliquid aliud; oportet ꝙ bonum finis sit optimũ respectu illius boni, quod est eorum, quę sunt ad finem. Appello autem hic optimum ultimatum gradum bonitatis; ultimatus autem gradus bonitatis, impossibile est, ꝙ sit in iis, quę sunt in ordine ad aliud: cùm enim sit in ordine ad aliud, non possunt participare rationem ultimi; restat ergo ut ratio optimi sit in fine, in quo stat ultima ratio boni, non in ordine ad aliquid aliud. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera, ꝙ finis respectu omnium optimum est. Notandum est ẽt, quòd malum nõ cadit sub appetitu: nullus enim operatur ad malum aspiciens: cùm enim bonum sit obiectum appetitus, impossibile est, ꝙ intentio appetitus feratur super aliquid, in quo non reperiatur ratio boni; sicut impossibile est, ꝙ uisus feratur super aliquid, in quo non reperiatur ratio lucis; quia impossibile est, ꝙ aliqua potentia feratur super aliquid, in quo non reperitur ratio sui obiecti: Quamuis autem semper feratur appetitus super rationem boni; tamen non oportet, ꝙ hoc bonum, super quod fertur, semper sit bonũ existens; siue enim sit bonum in re, siue apparens bonum, semper tamen fertur super rationem boni: & si enim illud, super quo fertur, sit malum in se; non tamen super illud fertur appetitus inquãtùm malum, sed inquantùm est existimatum bonum, & apprehensum ut bonum: Et hoc est, ꝙ dicit Philosophus in litera, quòd differt nihil, siue sit bonum, siue apparens bonum.

Bonum duplex. | Bonũ finis ẽ optimum. | Malum nõ cadit sub appetitu.

Modi uerò causarum numero quidem sunt multi, capitulatim uerò, & hi pauciores.

Postquam distinxit species causarum, hic distinguit modos causarũ. Et diuiditur in tres partes: primò ponit intentum suum, scilicet, quòd modi causarum sunt multi: secundò incipit enumerare modos causarum: tertiò omnes modos numeratos recapitulat, in qua recapitulatione multiplicat sex modos per duos, scilicet per potentiam, & actum: Secunda ibi. [Dicuntur enim causæ.] Tertia ibi [Attamen ea sunt pluralitate.] Dicit ergo primò, quòd species causarum sunt tot, quot enumerauimus; modi tamen causarum multi sunt numero, sed capitulati & reducti ad aliquod capitulum pauciores sunt; quod exponens Commentator dicit sic. Quòd modi causarum sunt plures, sed cum referuntur adinuicem secundùm oppositionem, idest cum diuiduntur per opposita, tunc determinantur & reducuntur ad aliquam determinationem minorem. Verbi g. possumus dare exemplum, sex modi causarum faciunt tres combinationes per opposita; ita ꝙ senarius quasi reducitur ad ternarium, sicut patebit inferius; quòd una oppositio est, propinquum & remotum, alia per se & per accidens: tertia complexum & simplex; & istæ tres oppositiones faciunt sex modos; ita quòd sex in se, reducuntur ad tres secundum oppositionem. Notandum est, quòd alio modo accipiuntur species causarum, & alio modi; species enim causarum accipiuntur ex alia & alia ratione causandi; cum enim species differant per rationes specificas, oportet, ꝙ diuersæ species causarum accipiantur penes diuersas rationes causandi: sicut dicimus, ꝙ aliam rationem causandi habet materia, & aliam efficiens, & aliam forma, & aliam finis: modi autem causarum accipiuntur ex hoc, quòd infra unam & eandem rationem causandi reperiuntur diuersæ habitudines ad eundem effectum: ita quòd diuersi modi causandi fundantur super unam & eandem rationem causandi: sicut V. g. propinquum & remotum infra rationem agentis; quia est agens propinquum & remotum: similiter in materia, quia materia propinqua & remota: ita dico de fine & forma, & modis causandi. Deinde cum dicit.

Combinationes modorũ cãrũ quæ druplices. | Spẽs cãrũ, & modi ea rum diuersi mode accipiuntur.

Dicuntur enim causæ multipliciter. Et earum cõ specialium prius, & posterius altera alia, ut sanitatis medicus, & artifex, Diapason duplum & numerus,

rus,& ſemper quæ ſingularium ſunt continentia.

Ponit diſtinctionem in modis cauſandi; & habet quatuor partes, ſecundùm ꝙ quatuor ponit diſtinctiones: Secunda ibi. [Ampliùs autem ut accidens.] Tertia ibi. [Præter omnia.] Quarta ibi[Ampliùs autem complexa.] Dicit ergo primò, ꝙ cum cauſæ dicantur multis modis, tamen in eadem ſpecie cauſarum contingit reperire, ꝙ alia eſt prius,& alia poſteriùs, alia propinqua, & alia remota: & exemplificat in cauſa efficienti, quia ſanitatis medicus eſt cauſa propinqua,& artifex cauſa remota; ſimiliter exemplificat in cauſis formalibus, dicens; ꝙ ipſius Dyapaſon cauſa ſpecialis & propinqua eſt duplum, ideſt proportio duorum ad unum: remota autem eſt ipſe numerus;& ita ſemper ea, quæ continent, ſingulariter, ſunt cauſæ remotæ;eo modo quo dicimus, quòd artifex eſt cauſa remota reſpectu ſanitatis, quia ars continet medicum,qui medicus eſt cauſa propinqua. Notandum eſt, ꝙ propinquum & remotum in cauſis poſſunt fundari ſuper eadem realitate;eo modo quo dicimus, quòd uniuerſale & particulare,ſicut artifex & medicus, ſe habent ſicut propinquum & remotũ, & ſicut prius & poſterius: alio modo poſſunt fundari propinquum & remotum ſuper diuerſam realitatem in numero,eo modo quo dicimus, quòd ſol eſt cauſa remota reſpectu hominis, & homo cauſa propinqua, & ſic prius & poſterius, reperitur in cauſis. Deinde d.

Propinquũ & remotũ in cãis poſſunt fundari in eadem realitate.

Cã cãis, & propria diſtincter.

Ampliùs autem ut accidens & horum genera, uelut ſtatuæ aliter Polycletus & aliter ſtatuæ factor:quia accidit ſtatuæ factori Polycletum eſſe,& continentia accidens, ut homo cauſa ſtatuæ aut & totaliter animal,quia Polycletus homo eſt & animal. Sunt etiam & accidentium aliqua remotiora, & propinquiora,ut ſi album & muſicum cauſa dicuntur ſtatuæ,& non ſolùm Polycletus aut homo.

Ponit ſecundam diſtinctionem, dicens:quòd alio modo dicitur cauſa per ſe,& per accidens,& non ſolũ cauſæ accidentales ſunt cauſæ;ſed etiam genera horum accidentium: & exemplificat de per ſe,& per accidẽs;aliter eſt cauſa Polycletus, & aliter ſtatuifica;ſtatuifica per ſe;Polycletus autem per accidens; quia accidit ſtatuificæ quòd ſit Polycletus: non ſolùm autem Polycletus eſt cauſa per accidens, ſed etiam ſuperiora continentia hoc accidens,ſunt cauſæ per accidens,ſicut homo qui continet Polycletum eſt cauſa ſtatuæ,& uniuerſaliter animal eſt cauſa ſtatuæ, ſi Polycletus eſt,quia Polycletus homo eſt, & ipſe homo animal eſt: & ſicut inter cauſas per ſe quædam ſunt remotæ, quædam propinquæ, ita etiam in cauſis per accidens, ut ſi album & muſicum ſunt cauſa ſtatuæ, quia ſtatuifica eſt albus & muſicus;& etiã Polycletus aut homo ſunt cauſæ ſtatuæ, tamen propinquiùs aſpicit iſtum effectum, ſcilicet ſtatuam homo & Polycletus,quàm album & muſicum. Notandum eſt quòd per ſe in cauſis oritur, ſicut in propoſitionibus: in propoſitionibus autẽ

E ſic eſt, quòd quando prædicatum conuenit ſubiecto propter formalitatem ſubiecti,& propter rationem ſpecificam expreſſam à ſubiecto;tunc iudicatur propoſitio per ſe:ut. V. gratia quia animalitas conuenit homini propter rationem hominis & quidditatẽ, ideo iſta eſt per ſe,homo eſt animal; quando autem ita eſt,quòd prædicatum conuenit ſubiecto non propter rationem expreſſam à ſubiecto ut ſic, ſed propter aliquid aliud, cum quo iungitur illa ratio, tunc iudicatur propoſitio per accidens. Vt verbi gratia, album eſt animal, animal non conuenit albo propter rationem expreſſam ab albo, quæ eſt albedo, ſed propter aliquid aliud,cum quo iungitur albedo, ſcilicet propter hominem,& ideo iſta iudicatur

Per ſe in cãis oritur, ut in propoſitionibus.

F per accidens: Sic dico in cauſis,quando effectus attribuitur cauſæ propter rationem expreſſam à cauſa, tunc iudicatur per ſe illam cãm eſſe reſpectu illius effectus. V.gratia ſtatuificatorũ immediatẽ exprimitur una ratio, de cuius conceptu eſt,exprimere ſtatuam:& ecõuerſo, ſtatua ex ſui ratione exprimit ſtatuificatorem; Quãdo autem ratio expreſſa à cauſa, de ſe non aſpicit talem effectum,ſed quia cõiungitur cum aliquo alio,per accidens cauſa eſt. V.g.in exemplo Ariſt.rõ Polycleti non eſt ratio per ſe,quia nõ aſpicit ſtatuã, ſed ſolum,quia coniungitur cum arte faciẽdi ſtatuam,& ideo eſt cauſa per accidens. Notãdum eſt.n.ꝙ non eſt impoſsibile, ꝙ aliqua ratio ſpecifica aſpiciat aliquam paſsionem per ſe, & tamen

G quodlibet ſubiectum particulare reſpiciẽs illam rationem,per accidens aſpicit illam paſsionem. Vt v.g.triangularitas per ſe aſpicit habere tres, & tamen quodlibet ſubiectum reſpiciens triangularitatem,puta æs,uel lignum;per accidens aſpicit habere tres: ita eſt in propoſito,põt.n.eſſe ꝙ ipſa ratio,ars faciendi ſtatuas, per ſe aſpiciat illum effectum.ſ.ſtatuam;& tamẽ quodlibet particulare recipiens iſtam rationem, per accidens ſtatuam aſpiciat:accidit.n.facienti ſtatuas, ꝙ ſit Petrus,uel Polycletus. Notandum eſt, ꝙ cum per accidens non ſit aliud niſi deuiatio à per ſe,quòd quędam magis poſſunt deuiare, & quædam minus;& quædam ſunt,quæ ſunt magis propinqua ipſi per ſe,quædam ſunt,quæ ſunt remotiora. Et

Per accidẽs quid.

H hoc eſt,quod dicit Philoſophus in litera, ꝙ ſi Polycletus ſit ſtatuificator, & ſit albus, & ſit muſicus,Polycletus eſt cauſa per accidens,ſtatuificator eſt cauſa per ſe, album & muſicum per accidens.Polycletus etiam cauſa per accidens,ſed tamen Polycletus eſt cauſa propinquior ipſi cauſæ per ſe, quàm ſit album & muſicum: cuius ratio eſt,quia ars ſtatuificatiua eſt quoddam accidens, aut habet maiorem propinquitatem ad ſuum ſubiectum,quàm ad aliud accidens; & per conſequens ars ſtatuificatiua propinquiùs aſpicit Polycletum,quàm album, & muſicum: & per conſequens Polycletus propinquiùs aſpicit hunc effectum,qui eſt ſtatua,quàm album & muſicum; ex quo propinquiùs aſpicit rationem factiuam ſtatuæ,

Cã per accidens poteſt ſumi dupliciter.

tuæ quàm aspiciat album & musicum. Deinde cum dicit.

Præter omnia autem & propriè dicta & secundùm accidens, hæc quidem ut potentia dicuntur, illa uerò ut agentia, ut ædificationis ædificator, aut ædificans.

Ponit tertiam distinctionem in modis causarũ: & habet duas partes; quia primò ponit distinctionem suam: secundò ostendit quòd prius & posterius, per se & per accidens, & cętera reperiuntur in effectibus, quemadmodum & in causis: Secunda ibi [Similiter autem dicentur] Dicit ergo primò, quòd præter hæc omnia, quæ dicuntur esse causæ per accidens & per se; quædã causæ sunt in potentia, quædam sunt in actu: ut ipsius ædificari causa est in potentia, ipse ædificator in potẽtia, actu autem ędificari est causa in se ędificator, actu ædificans. Deinde cum dicit.

Similiter autem dicẽtur & in quibus causæ sunt causæ dictis: ut huius statuæ, aut statuæ, aut omnino imaginis, aut æris uel æris huius, aut oĩno materię. & in accidentibus similiter.

Ostendit in quibus efficientibus sunt modi prædicti, scilicet prius & posterius & cæteri, dicens sic, quòd modi prædicti similiter dicentur in effectibus, in quibus effectibus sunt causę; eo modo quo dicimus, quòd artifex est causa huius statuæ, sicut effectus propinqui, aut uniuersaliter imaginis, sicut effectus remoti, aut sicut dicimus, quòd aliquid est causa huius æris, sicut effectus propinqui, aut æris & omnino materiæ, sicut effectus remoti, & sicut est in effectibus propinquum & remotum: ita per se & per accidens: Et hoc est, quod dicit Philosophus, & in accidentibus similiter; hoc est, modi accidentales sunt in effectibus.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum per se, & per accidens sint ex parte effectus? Respõdeo. Dicendum est, quòd sic: Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ per se & per accidens potest accipi ex parte causæ, & ex parte effectus. Per se in causis (sicut dictũ est) est quando ratio, quæ debet causare per se, ordinatur ad effectum; eo modo quo albedo ordinatur ad disgregare: & ideo ista est per se, albũ disgregat: Per accidens autem est, quando ratio, quæ debet causare, non per se odinatur ad effectum, sed iungitur cum eo, quod debet causare per se; eo modo quo diceremus, quòd dulce disgregat, quia iungitur cum albo, quod disgregat: Per se autem, & per accidens ex parte effectus sic accipiuntur, quia per se effectus uocatur, qui per se aspicitur à causa; per accidens autem, qui non aspicitur per se à causa, sed quia iungitur cũ eo, quod per se aspicitur. V.g. ponamus, quòd statuificator faciat statuam, quę statua sit alba; tunc ratio statuæ per se aspicitur à statuificatore, ratio autem albi per accidens, ita quòd statuificator per se est causa statuæ, per accidens autem albi. Deinde cum dicit.

Per se, & per accidens ex parte effectus, & ex parte causæ.

Ampliùs autem complexa, & ea, & illa dicentur: ut nec Polycletus nec statuæ factor, sed Polycletus statuæ factor.

Cã duplex.

Ponit quartam distinctionem in modis causarum dicens; quòd aliquæ causæ dicuntur complexæ, aliquæ simplices: ut causa simplex dicatur quando accipitur causa per se tantùm, uel per accidens tantùm; complexa autem compræhendit hanc & illam: ut si dicamus, quòd statuæ non solùm est causa Polycletus, nec solùm statuificator, sed totum istud complexum, Polycletus statuificator; tunc ista causa est causa complexa ex per se, & per accidens; quia Polycletus fuit causa per accidens, statuificator causa per se. Deinde cũ d.

Attamen ea omnia sunt pluralitate sex, sed dupliciter dicta. Aut enim ut singulare, aut genus, & secundùm se, aut secundùm accidens, aut ut genus accidentis, aut ut ea complexa, aut simpliciter dicta. Ampliùs autem ut agentia, aut secundùm potẽtiam. Differunt autem intantum, quòd agentia quidem singularia simul sunt & non sunt cum his, quorum sunt causæ, ut hic medens cum hoc conualescente, & hic ædificator cum hoc ædificio: quæ uerò sunt secundùm potentiam non semper. Corrumpitur enim non simul ædificium et ædificator.

Modi causarum quot numero.

Recapitulat modos prædictos, multiplicans, & diuidẽs sex per duos illorum: & dicit sic, quòd modi prædicti sunt pluralitate sex; numerantur autem, & diuiduntur quilibet illorum per duos: ita quòd sex sunt duodecim: nam isti modi sunt, aut singulare & genus; hoc est propinquum & remotum; aut per se & per accidens; ita tamen ꝙ genus accidentis reputatur inter causas per accidens: & iterum diuisio est per complexum & incomplexum siue simplex; & adhuc quilibet istorum diuiditur per potentiam & actum; & quodlibet agens siue propinquum siue remotum sit, siue sit per se, siue per accidens, siue simpliciter, siue compositum, est agens potẽtia uel actu: Quia autem fecit mentionem de causa in potentia, & actu, ponit differentiam inter utrunque, dicens; quòd causa in potentia, & in actu in tantum differunt, quòd agentia in actu, & singularia simul sunt & non sunt cum effectu in actu; eo modo quo dicimus, quòd simul est hic medicus cum hoc conualescente, & hic ædificator cum hoc ędificatore: causa autem in potentia nõ sic se habet ad effectum, quia non simul corrumpitur ædificator in potentia & domus. Notandum est hic, ꝙ in causis, quæ sunt causæ ipsius fieri, & non ipsius esse, quatenus fieri iungitur cum esse (ut dictum est superiùs) semper remota illa causa, remouetur ipsum fieri; sed non ipsum esse; eo modo quod exemplificatũ est de ædificatione & domo; quia ædificator non est causa ipsius domus quò ad esse continuatum & conseruatum; sed fortè huius est compositio partium uel aliquod simile: in causis autem quæ sunt causæ fieri & esse, remota causa, remouetur & effectus: sicut remoto sole, remouetur illuminatio aeris. Deinde cum dicit.

Discrimen inter cãm in potentia & in actu.

TEX. 4.

Elementum uerò dicitur, ex quo aliquid componitur

nitur primò, inexistente indiuisibili spẽ in aliã spẽm.

Postquam determinauit de natura principij, & causæ; determinat de natura elementi: & sic procedit: primò ponit quandam descriptionem elementi: secundò ponit quędam exempla ad uerificandum prędictam descriptionem: tertiò ostẽdit, quomodo elementũ dicitur de aliquibus per quandam translationem: quartò, & ultimò ostendit, quid est commune in omni acceptione elementi: Secunda ibi [Vt uocis elementa] Tertia ibi, [Et transferentes] Quarta, & ultima, ibi [Omnium autem commune] Ponit ergo primò descriptionem elementi dicens sic: quòd elementum dicitur, ex quo componitur res, non quocunque modo, sed primò existens in re, & quòd est indiuisibile secundùm speciẽ: Sic ergo sunt quatuor particulę in descriptione elementi, scilicet quòd sit illud, ex quo componitur res; secundò ex quo primò componitur: tertiò quòd existat in re; ultimò quòd non diuidatur in diuersas species. Ad euidentiam primæ particulæ notãdum est, quòd hæc propositio, ex, aliquando dicit habitudinem causæ efficientis; eo modo quo dicimus, quòd ex patre est filius: aliquando dicit habitudinem causæ materialis, eo modo quo dicimus, quòd, ex ferro est cultellus, ex; ergo non dicit habitudinẽ causæ efficientis, sed causæ materialis: unde elementum est illud ex quo fit res, siue aliquid materiale. Vnde Commentator, elementũ dicitur de causis intrinsecis, & cũ causæ intrinsecę sint duæ: materia, scilicet & forma, digniùs dicitur & ueriùs de materia quàm de forma: Secunda particula est, ꝙ sit illud, ex quo primò fit aliquid: ubi secundùm Cõmentatorẽ excluditur omne illud, ex quo secundò aliquid componitur; Eorũ enim quę ueniunt ad compositionem, quędam sunt prima, quædam non prima: prima uocantur illa, quę non sunt resolubilia in aliquam materiam priorem: non prima autem sunt, quæ resoluuntur: elementum autem, secundùm eundem Commentatorem, est quod non componitur ex aliquo primo, & per consequens non resoluitur; quia quod est primum in compositione, est ultimum in resolutione, Exemplum ponunt aliqui, cuprum est materia statuę, ex qua fit statua, nõ tamen potest dici elementum, quia habet aliquam materiam priorẽ, ad quam resoluitur. Tertia particula est ꝙ elementum debet existere in re elementata, quod sic exponit Commentator, quod aliquid est ex quo fit res, & tamen transit; ita quòd ipsum est materia transiens: ita enim res fit ex illo, quod non manet in illo, & illud tale non est elementũ, & à tali diuidit ista particula tertia. Ver. gratia secundùm Commentatorem, caro generatur ex sãguine, tamẽ sanguis nõ potest dici elemẽtũ carnis, quia nõ manet sanguis sub forma carnis, quia in aduentum carnis destruitur forma sanguinis: Possumus ergo dicere, quòd elemẽtum hic separatur à contrario & priuatione; quia ex contrario & ex priuatione aliquid generatur, & tamen nec

Elementum quid.

Ex, multipliciter capitur.

De quibus causis dicatur elementum secundùm Com.

Quæ ueniũt ad compositionẽ, duplicia.

E contrarium, nec priuatio manet in re generata, elementum autem existit. Quarta particula est, quòd elementum debet esse indiuisibile secundũ speciem: quod aliqui sic exponunt, quòd de natura elementi est quòd habeat speciem, & speciem indiuisibilem: ex hoc quòd elementum debet babere speciem, separatur à prima materia, quę prima materia de se nullam habet speciẽ: & ex hoc quòd ista species non est diuisibilis secundùm speciẽ, separatur ab omnibus alijs materijs, quæ resoluuntur in alias species; sicut est sanguis, qui resolui potest in aliam speciem; uel meliùs sicut manus, & corpora organica, quæ resolubilia sunt in corpora consimilia; nec ipsa manus habet speciem indiuisibilem, quia quęlibet pars manus nõ

F est manus: Hæc ergo expositio directę deuiat à Commentatore quãtum ad primam sui partem: quia ista positio primò ponit, quòd materia prima non dicitur elementum; Commentator autẽ ponit quòd elementum primò & principaliter dicitur de materia prima: & secũdariò de alijs: Exponit ergo sic Commentator: aliqua sunt, quę cõponunt rẽ, sicut principia propria alicui speciei, & non sicut prima. V. gratia ipsæ partes organicę, quæ quidem partes organicæ componuntur ex partibus consimilibus; sicut nos dicimus, quòd manus, quę est pars organica, componitur ex carne, quæ quidem caro nõ dicitur habere partes organicas; quia quælibet pars carnis est caro: organica ergo, secundùm eum sunt dissimilia secun-

G dùm speciem & formam, quia quælibet pars manus non est manus: & ideo non possunt dici elementa, licet ex istis organicis partibus aliquid aliud componatur: Est ergo intentio Commentatoris, quòd si ratio elementi dicitur de aliquo ꝙ habeat speciem, quòd illa species debet esse in formis in toto & in parte; eo modo quo dicimus, quòd totum homogeneum habet istam in formitatem, quòd quælibet pars carnis est caro, & ipsa caro totum homogeneum est. Notandum est, quòd secundùm Commentatorem quòd notabiliter dixit Indiuisibilem secũdùm speciem, quia non oportet quòd elementum sit indiuisibile secundùm quantitatem. Notandum est etiam, quod secundùm istam diuisionem aliqui intelli-

H gunt diuisionem, quæ fit per alterationem: eo modo quo dicimus, quòd corpora mixta resoluuntur in simplicia; ita quòd ista diuisio secundùm speciem, idem est quòd resolutio speciei in speciem. Deinde cum dicit.

Vt uocis elementa, ex quibus componitur uox, et in quæ diuiditur ultima; illa uerò non in alias uoces ab eis specie diuersas, sed & si diuidantur, particulæ sunt conformes: ut aquæ, sed non syllabæ.

Ponit extrema, in quibus resoluitur ratio elementi; & manifestat rationem elementi in tribus elementis; exemplum primò in literis respectu dictionum: secundò in corporibus simplicibus respectu mixtorum corporum: tertiò in primis demonstrationibus respectu secundarum:

Secun-

Secunda ibi. [Similiter autem & corporum.] Tertia ibi [Similiter uerò,& quæ sunt diagrãma tum.] Dicit ergo primò,quòd elementa uocis sunt literæ;ex quibus literis uox primò componi tur,& sunt literæ in quę ultimò diuiditur: quia il lud,quod est primum in compositione, est ultimum in resolutione;illa autem, quæ primò com ponunt uocem, scilicet speciem literæ, non am pliùs resoluuntur in alias uoces specie diuersas, sed si illa, quæ uocantur elementa, aliquo modo diuidantur;particulę diuidentes sunt eiusdem ra tionis;eo modo quo dicimus,quòd quęlibet pars aquæ est eiusdem rationis cum toto; non sic autem se habent syllabæ,quòd possint esse elemen ta,sicut literæ: syllabæ autem diuiduntur in aliqua,quæ sunt specie diuersa; nam syllaba diuiditur in literam consonantem & uocalem; consonans autem, & uocalis sunt diuersæ rationis, & diuersarum specierum. Deinde cum dicit.

Similiter autem et corporum elementa dicunt, dicentes in quæ diuiduntur corpora ultima, et illa non alia specie differentia corpora, et siue unum, siue plura talia ea elementa dicuntur.

Exemplificat de natura elementi in corporibus mixtis, dicens; quòd similiter ita dicuntur elementa corporum,in quæ ipsa corpora ultimò resoluuntur, & illa non ampliùs resoluuntur in aliqua corpora, differentia specie ab ipsis, sed ad illa stat ultima resolutio in corporibus: si autem ista elementa sint unum, siue plura;nihil differt quantùm ad propositum spectat: semper enim talia dicuntur elementa,ad quæ stat ultima resolutio mixtorum. Notandum est,quòd ultima resolutio generabilium & corruptibilium ad materiam est; itaquòd mixta resoluuntur ad simplicia corpora;simplicia autem ad materiam;materia autem non iam ad aliquid aliud:sic ergo in resolutione ultima generaliter materia est;materia autem non est corpus; ita quòd resolutio corporis est ad non corpus. Si autem accipiatur resolutio in corporibus causatis; ita quòd istud ultimũ sit ultimum in genere; non simpliciter,nec uniuersaliter; sicut ultima inresolutione sunt corpora simplicia,scilicet quatuor elemẽta, & ista sunt, quæ ab Aristo. uocantur elementa,quæ sunt prima in compositione, & ultima in resolutione in corporibus;& si enim hæc elementa ad materiã resoluuntur;tamen materia non est corpus; non ergo resoluuntur ad aliquod prius, quod sit corpus. Notandum est,quòd aliqui posuerunt vnum istorum esse elementum respectu omnium mixtorum,sicut aerem,siue ignem, &c. aliqui uerò duo;aliqui uerò omnia. In numero ergo differebant; in hoc tamen conueniebant omnes, quòd ipsum elementum debet habere istam proprieta tem,quòd sit primum in compositione, & ultimum in resolutione: ita quòd non resoluatur am pliùs ad aliquod aliud corpus. Et hoc est,quod di cit Philosophus in litera: quòd siue vnum siue plu ra ponant elementa;tamen semper illa ponebãt, quę sunt ultima inresolutione. Deinde cum d.

Ultima resolutio corpora liter est ad materiam.

Similiter uerò & quæ sunt diagrammatum, idest descriptionũ, dicuntur elemẽta, & ex toto quæ sunt demonstrationum. Nam primæ demonstrationes in pluribus demonstrationibus existentes, esse demonstrationum elementa dicuntur. Sunt autem tales syllogismi primi per unum mediũ ex tribus terminis.

Sequitur de natura elementi in demonstrationibus dicens,quòd respectu diagrammatũ, idest respectu descriptionum geometricalium, illa dicuntur,quæ non solùm sunt in una demonstratione, sed sunt in multis demonstrationibus; ita ꝙ sua uirtus ad multas demonstrationes se extendit:nam primæ demonstrationes, quæ non sunt resolubiles ad aliquas priores,& quæ sunt existẽtes in demonstrationibus particularibus consequentibus illas;dicuntur elementa respectu consequentium; & demõstratio quidam syllogismus est: ideo & primi syllogismi, qui sunt ex tribus terminis per unum medium, sunt elemẽta respectu suorum syllogismorum, qui sunt ex quatuor terminis. Notandum est,quòd secundùm Commentatorem quædam sunt demonstrationes simplices,quædam compositæ;demonstrationes simplices uocantur,quæ componuntur ex principiis omnino primis;ita quod illa principia non ampliùs resoluuntur in alia priora propter sui primitatem:compositæ autem demonstrationes uocantur,quæ cõponuntur ex principiis, quæ non sunt omnino prima, ita quòd sua uirtus resoluitur ad uirtutem:& ideo dicuntur compositæ, quia componuntur ex principiis propriis, & uirtute illorũ principiorum:Sicut enim uirtus causæ est in suo effectu, ita uirtus primorum principiorum, ad quæ stat ultima resolutio,est in secundariis principiis, ex quibus componuntur secundæ demonstrationes: & ideo istę uocantur compositæ, uel quasi compositæ:Sicut ergo simplicia sunt elemẽta respectu compositorum;ita & illæ demonstrationes,quas uocat Philosophus simplices, sũt elementa respectu illarum, quas uocat compositas.

Demonstrationes simplices & compositæ.

Quæreret quis, quomodo prima demonstratio, & simplex est ex tribus terminis; secunda & composita ex quatuor? Respondeo. Dicendum est, quòd prima demonstratio concludit extremum de extremo per naturam medii; illud autẽ medium propter sui primitatem nõ est ampliùs resolubile in aliquid aliud,quòd enim sit demonstratio omnino prima; & quòd medium sit resolubile; est oppositio in adiecto. Quia ergo ita est, ideo ista prima demonstratio tantùm aspicit duo extrema,& unum mediũ: si enim illud esset medium in uirtute alterius prioris medii,esset in ista prima demonstratione; & per consequens illud mediũ esset ibi uirtualiter; & sic ista esset ex quatuor terminis;sed quia istud primę demonstrationis medium super nullius uirtute prioris innititur,ideo tantùm ex tribus est;Secunda autem demonstratio pro principio habet cõclusionem primæ demonstrationis; conclusum enim & proba tum

Quæstio

tum in prima, est principium & præmissa secūdæ demonstrationis;& quia conclusio non potest habere uim probandi,nisi uirtute medii, quod fuit in prima, & ideo etiam illud medium est aliquo modo terminus respectu secundæ demonstrationis; ergo secundùm hæc secunda demonstratio tres terminos accipit à prima: duos de conclusione,& unum medium, & ultra unū addit,de quo aliquid debet probari:ergo demonstratio secunda quatuor terminos habet;tres realiter,et unum uirtualiter.V.gratia ponamus,quòd sit prima demonstratio;Omne.B.est.A.omne.C.est.B.ergo omne.C.est.A.Ista omne.C.est.A.erit principiū respectu sequētis ad probandum.A. D,ita quòd sic diceretur omne.C.est. A.ex conclusione primi syllogismi,omne.D.est.C.ergo omne.D.est. A.& quia ista prima omne.C.est.A.non est uera nisi in uirtute.B.quod fuit mediū in prima,ideo B.uirtualiter est in secunda demonstratione,igitur est ibi realiter.A. C.D. & uirtualiter ipsum. B. ergo quatuor termini: Et sicut secunda respectu primæ est ex quatuor terminis; ita tertia respectu secundæ ex quinque:quod patet,quia conclusio secundæ est principium respectu tertię;cōclusio autem secundi syllogismi in uirtute duorum terminorum mediorum uera est, in uirtute sui medii propria & in uirtute medii primi syllogismi; & cum ista conclusio habeat duos terminos, & duo termini cum duobus mediis faciant quatuor terminos:quatuor ergo termini in tertia; & quia unum semper addit, de quo aliquid probatur, ergo sunt quinque, tres realiter, & duo uirtualiter:& sic semper procedendo,quarta demonstratio habebit sex,& quinta septem &c. Deinde cum dicit.

Demonstrō ex quatuor terminis.

Et transferētes elementum, uocant hinc quodcunque unum,ens,et paruum; quod ad multa est utile: quapropter paruum, & simplex, & indiuisibile dicitur elementum. Unde euenit maximè uniuersalia elementa esse, quia unumquodque eorum unum ens, & simplex multis inest;aut omnibus,aut pluribus. Et unum & punctum principia quibusdam uidentur esse; quomodo ergo uocata genera sunt uniuersalia & indiuisibilia (una enim est ratio) Elementa genera dicunt aliqui. Et magis quàm differentiā: quoniam uniuersale magis genus. Nam cui differentia inest, & genus id sequitur; sed cui genus non omnino differentia Omnium autem commune est elemētum cuiuslibet, quod primum est cuique.

Ostendit,quòd ex diffinitione elementi data, transtulerunt quidam nomen elementi ad alia dicentes,quòd ex his manifestum est, quòd posuimus nomē elemēti ad omne illud,quod est unū, & paruum, & utile ad multa: ita quòd omne illud, quod habet in se omnes istas proprietates tres,elementum potest uocari;quia propter quandam trāslationem possumus diffinire aliter elementum, quàm prius: quia possumus uocare elementum illud, quod est paruum in quantitate,& quod est simplex,nō ex aliis compositum;

E & quod est indiuisibile: Ex qua diffinitione uenit, quòd quidam posuerunt maximè uniuersalia elementa esse rerum:quia unumquodque eorum uniuersalium est unum ens,hoc est habens unam rationem;& est simplex: quia diffinitio maximè uniuersalium non componitur ex diuersis:& etiā est utile ad multa, quia ad omnia,uel ad plurima: maximè enim uniuersale in multis est, aut omnibus,aut pluribus: Ex quo etiam uenit,quòd quidam posuerunt unum,& punctum esse elementa rerum;quia de natura unius est,quòd sit simplex, & de natura etiam puncti; nec non & utilitatem habent respectu aliquorum,sicut unitas respectu numeri,& pūctum respectu lineæ: Ex quo etiam uenit,quòd illa,quæ uocantur genera, sunt uniuersalia,& per consequēs ad multa utilia; & etiā

Natura unius qua.

F sunt indiuisibilia, quia ratio ipsorum generū una est:ideo ipsa genera elementa dicuntur,& magis ipsa dicuntur esse elementa,quā differentia; quia in pluribus est genus, quàm differentia;nam cui differētia inest,& genus sequitur; Ita ꝙ posita differētia ponitur genus, non tamen posito genere ponitur differentia:non enim omni cui inest genus inest differētia;& ita genus in plus est & per consequens ad plura magis utile est quàm differentia:& sic uidetur habere magis naturā elemēti quàm differentia.Notandū est, quòd de natura elementi secūdùm primam diffinitionem fuit, quòd esset indiuisibile; omne autem indiuisibile unū est,quia indiuisio est ipsa unitas,omne enim

Elemēti proprietates.

G indiuisum in tali genere unū est, de natura etiā elementi est,quòd sit illud ex quo primo componitur aliquid,illa autem quæ sunt prima in quolibet genere simplicia,sunt parua in quātitate,maxima in uirtute:De natura etiam elementi est ꝙ natura sua seu uirtus se extendat ad naturam elementorum, & per consequens quòd sit utile ad multa elementa componenda ex hoc ergo quòd elementum est indiuisibile, possumus dicere ex quadam trāslatione quòd est unum;ex hoc autē, quòd est illud,ex quo primo cōponitur aliquid, patet quòd est paruum & simplex:ex hoc autem quòd sua uirtus se extendit ad multa elementa, patet quòd est ad multa utile.Notandum est etiā secundùm Commentatorem: quòd maximè uniuersalia,quæ dicuntur generalissima,uidebantur

H aliquibus esse elemēta propter duo, & quia sunt maioris utilitatis, ita quòd sua utilitas ad multa se extendit; & quia ipsa generalissima simpliciora sunt: ipsa genera enim sub alterna & species sub alternæ componuntur ex genere & differentiis,ipsa autem generalissima non sic,primò quia ipsa generalissima genus non habent, & sic non possunt componi ex genere: secundò quia non habent differentiam;cuicunque enim inest differentia & genus inest;si ergo generalissima proprias differentias dicerentadinuicem,necessario haberent unum supremum genus,quod per differentias illas descenderet in ipsa generalissima, quod est impossibile: quia ꝙ sint generalissima & ta-

Quò uniuersalia,quæ dicūtur generalissima, uidebantur esse elementa.

Cui inest differētia, inest & genus.

& tamen conueniant in aliquo ſuperiori genere, eſt oppoſitio in adiecto; & quia generaliſſimum non componitur ex genere & differentia; ideo dixit Philoſophus, quòd ratio ipſius una eſt, hoc eſt indiuiſibilis: ratio enim omnium inferiorum ſub generaliſſimo componitur ex genere, & differentia; ratio autem generaliſſimi (ut probatū eſt) ex genere & differentia non poteſt componi; ita tamen quòd iſta ratio generaliſſimi propriè diffinitio dici non poteſt; quia omnis diffinitio ex genere & differētiis eſt; quidquid enim diffinitur ſpecies & non genus eſt. Si enim ut genus diffiniretur; genus generaliſſimum poſſet diffiniri, quod iam probatum eſt eſſe impoſſibile, eo quòd non habet genus & differentiā: ſic ergo quod propriè diffinitur ſpecies eſt; ſi ergo genus ſubalternum diffinitur, hoc non eſt inquantùm genus, ſed inquantùm ſpecies eſt. Vlteriùs notandum eſt, quòd licèt uniuerſale, & pūctum, & linea, & unitas, habeant aliquam ſimilitudinem cum elemento, & propter utilitatem, & propter ſimplicitatem (ut iam dictum eſt) nō tamen poſſunt dici elementa; quia elementum (ut iam dictum eſt) propriè dicitur de principio intrinſeco, & maximè de materia: ita quòd elementum propriè eſt illud, ex quo primò componitur aliquid materialiter, & realiter; uniuerſale autem non dicitur eſſe materia reſpectu alicuius, licet habeat ſimilitudinem materiæ: & etiam compoſitio ex genere & differentia magis eſt cōpoſitio ſecundùm rationem, quàm ſecundùm rē: punctus etiam non eſt terminus, ex quo componitur linea; quia ex punctis nulla linea fit. Deinde cum dicit.

Qđ propriè diffinitur ſpecies eſt.

Omnium autem commune eſt elementum cuiuslibet, quod primum eſt cuique.

Oſtendit, quæ eſt ratio communis, quæ conuenit omni acceptioni elementi, dicens: quòd omne, quod eſt elementum, conuenit quòd ſit illud, quod ineſt cuilibet elementato, & quod primò ineſt: ita quod elementum ſit primum in compoſitione elementati; & ultimum in reſolutione: Quæ pars ſecundùm Commētatorem introducitur ad uidendum, quid eſt illud, cui primò conuenit ratio elementi: Si enim ratio elementi eſt, quòd ſit illud, quod ineſt in re primò: ita quòd ſit primum in compoſitione, & ultimum in reſolutione; & hoc propriè, & per ſe ſaluatur in materia prima; quia eſt prima in compoſitione, & ultima in reſolutione; ergo elementū ſecundùm Commentatorem: primò, & per ſe dicitur de materia prima: ſecundariò de omnibus aliis.

Quæſtio.

Dubitaret ergo aliquis ex uerbis Commentatoris, Vtrum per ſe, & primò elemētum dicatur de materia prima? Reſpondeo dicendum eſt, ꝙ ſi conſideretur diffinitio elemēti data; patet, quòd primò dicitur de materia prima, quod patet ſic: Diffinitio elementi eſt, ꝙ ſit illud, ex quo primò componitur aliquid; materia autem prima iſtam proprietatem habet: & ſi enim uocata elementa

Elementum primò dicitur de materia prima.

A ſint illa, ex quibus primò componuntur res aliæ, puta corpora mixta; non tamen ſunt illa, ex quibus primò componuntur res: quia ſi eſſent prima in compoſitione, eſſent ultima in reſolutione; ipſa autem non ſunt ultima in reſolutione; quia ultimata reſolutio ad materiam eſt; ergo non ſunt prima in compoſitione. Sciendum tamen, ꝙ primum duobus modis eſt (ſicut tactum eſt ſupra) ſcilicet primum ſimplex, & primum in genere: uocata ergo prima elementa quatuor poſſunt dici prima in genere, ſed non prima ſimpliciter; quia prima ſimpliciter materia prima eſt; prima autem in genere corruptibilium dici poſſunt uocata quatuor elementa: ſic ergo ex prima parte diffinitionis patet, quòd elementum primò, &

Primum dupliciter.

Materia prima eſt prima ſimpliciter.

B per ſe dicitur de materia. Patet etiam hoc ex ſecunda parte diffinitionis: ſecūda enim pars fuit, quòd elementum debet exiſtere in elementato; hoc autem magis cōuenit materiæ primæ quàm uocatis quatuor elementis, quod patet ſic: exiſtere in alio poteſt eſſe duobus modis, uel uirtualiter, uel realiter: materia prima in re, cuius eſt materia, realiter & eſſentialiter eſt; ita quòd eſſentia materiæ eſt in re compoſita ex materia & forma: elementa autem uocata quatuor, ſunt in mixto, uel ſolùm uirtualiter, ſecundùm opinionem aliquorum, qui ſcilicet ponunt, quòd uirtus eorum eſt ibi, & non realitas: ita quòd ea eſſe ibi eſt uirtutem eorum ſaluari in forma mixti: uel etiam ſi ſunt ibi realiter ſecundùm opi-

Exiſtere in alio dupliciter.

C nionem aliquorum, ſed tamen ſunt ibi ſecundùm eſſe fractum & diminutum: ita quòd eſſentia eorum non eſt ibi perfecta: Sic ergo ex ſecunda parte diffinitionis elementi elementum primò & per ſe dicitur de materia; Hoc etiam patet ex tertia parte diffinitionis; quia tertia pars fuit, quòd eſſet indiuiſibile ſecundùm formam: eſſe autem indiuiſibile ſecundùm formam poteſt intelligi duobus modis, Vno modo, quia nullo modo diuiditur; quia de ſe non habet formam, per quam poſſit diuidi: & iſto modo materia eſt indiuiſibilis; quia materia de ſe nullum actum habet, omnis autem diuiſio formalis actum aſpicit: Secundo modo poteſt indiuiſibile ſecundùm formam eſſe; quia formam habens,

Indiuiſibile ſecundū formam dupliciter.

D habet eam ſecundùm eandem rationem in toto & in parte; eo modo quo dicimus, quòd aqua eſt indiuiſibilis ſecundùm formam; quia qualibet pars aquæ eſt aqua: & unica ratio formalis ſaluatur in toto, & in parte. Et quod primo modo indiuibſii e eſt, magis eſt indiuiſibile, quàm quòd ſecundo: quia quod eſt indiuiſibile primo modo, nullam diuiſionem concernit diuiſionis; nam materia eſt indiuiſa, & ſecundùm quantitatem, & ſecundùm formam: quod autem indiuiſibile eſt ultimo modo aliquam rationem diuiſionis concernit; quia poteſt diuidi ſecundùm naturam quanti, licèt non poſſit diuidi ſecundùm nam qualis & formę: quia forma ſaluatur ſecundùm unam rationem in to-

Materia prima eſt indiuiſa ſecundum quantitatem & ſecundū formam.

to & in parte. Cum ergo ratio indiuisibilis magis saluetur in materia prima, quàm in aliis quatuor elementis: ergo nomen elementi per priùs dicitur de materia prima, quàm de quatuor corporibus primis.

TEX. 5.

Natura uerò dicitur uno quidem modo nascentium generatio; ut si quis porrigens dicat y.

Postquam Aristo. distinxit nomina causarum, distinguit hic nomen naturæ, quia natura est quędam causa. Et diuiditur in duas partes: in prima parte distinguit modos naturæ: secundò ostendit quid est illud, in quo primò & per se saluatur natura: Secunda ibi. [Ex dictis igitur prima natura, & propriè dicta.] Prima in duas: quia primò ponit quinque modos naturę: secundò ponit quosdam modos naturæ, qui oriuntur ex aliquibus il- F lorum principalibus; Secunda ibi. [Ergo natura quidem, quòd ex his utrisque.] Prima in quinq; secundùm quinque modos accipiendi naturam: Secunda ibi. [Vno uerò.] Tertia ibi. [Ampliùs unde motus principium.] Qnarta ibi. [Ampliùs natura dicitur, ex quo aliquid est, aut fit.] Quinta ibi. [Ampliùs autem alio modo.] Dicit ergo primò, quia uno primo quidem modo dicitur generatio nascentinm, si aliquis dicat ipsum y. producens & extendens. Vnde notandum est diligenter, quòd Physis, quòd idem est apud Græcos, quod natura apud nos, si pro generatione nascentium accipiatur, habet primum y. prodnctum: si pro principio generationis habet primum y. breue. Quasi ergo diceret Philosophus: si physis, quòd idem est, quod natura; habet primum y. productum & extensum, idem sonat, quòd generatio nascentium. Notandum est diligenter, quòd secundùm Boetium, super librum de duabus naturis, & una persona Christi; natura à natu dicitur: si ergo nomen sequitur proprietatem rei, illa propriè sunt natura, quæ per natum & nascentiã ab illo sunt: & isto modo accipit hic Philosoph. naturam in hoc primo modo. s. quod natura idem est, quod ipsa nascentia, uel generatio nascentium. Deinde cum dicit.

Physis Græcè natura latinè.

Natura unde dicitur.

Vno uero modo, ex quo generatur primum generatum inexistente.

Ponit secundum modum, dicens; quòd natura dicitur secundo modo principium, ex quo est generatio nascentium; ita quòd hic nascens est ex isto principio, sicut ex intrinseco. Vnde litera Commenti sic habet: natura dicitur illud, ex quo pullulans pullulat primò, & est in eo: quod exponens Commentator, dicit sic. Omne illud dicitur pullulare, quod crescit in alio, & est continuum cum eo; sicut embriones crescunt continuè cum impregnatis; & sicut fructus, & semina; quæ crescunt consolidata, aut continua habentibus semina. Istud ergo principium, quod est principium crescentiæ, & est iunctum cum crescente; uocatur natura isto secundo modo: & quia iunctum est cum crescente; ideo dicit litera Commenti, quod est in eo: Litera autem

E ista dicit, quòd existit cum eo, cuius est principium: ergo iste modus dicendi natura differt à primo: quia natura primo modo idem est, quòd nascentia ipsa, uel ipse natus: natura autem isto secundo modo idem est, quod principium ipsius nascentiæ, iunctum tamen cum ipso nascente. Verum est tamen, quòd litera Commenti uidetur appellare naturam primo modo illud, quod pullulat, & illud quod nascitur ex aliqua pullulatione; ita quòd appellat naturam primo modo terminum pullulationis & nascentiæ; eo modo quo dicimus, quòd fructus pullulans ab arbore, dicitur natura: quia scilicet ex arbore pullulat ui naturæ arboris. Ita quòd natura secundo modo idem est, quòd natura, prout est principiũ; ex cuius uirtute pullulans pullulat: primo autem modo idem est, quòd ipse terminus acquisitus naturaliter per pullulationem. Deinde cum d.

Ampliùs unde motus primus in quolibet natura entium, & in eo inquantùm id existit.

Ponit tertium modum naturæ: & diuiditur in duas partes: quia primò ponit hunc modum: secundò explanat quoddam, quòd dixerat in primo modo & secundo: Secunda ibi. [Nasci uerò dicuntur.] Dicit ergo quòd tertio modo dicitur natura, quòd est principium motus & quietis in quolibet entium; dummodo sit in eo inquantum huius, & non per accidens: & iste modus est ille, qui est positus in Secundo Phys. Vbi notandum est, quod generatio nascentium est quædam species
G mutatiõis. Differt ergo iste modus à primo, quia ibi loquitur Aristot. de mutatione, quæ tantùm est in nascentibus; hic loquitur de qualibet mutatione naturali: differt etiam in hoc, quia in primo modo loquitur de ipsa generatione nascentium, quæ est quædam mutatio, hic loquitur de principio mutationis: differt etiam iste modus à secundo: quia in secundo modo accipitur principium generationis nascentium tantùm; hic autem accipitur principium cuiuslibet mutationis naturalis. Deinde cum dicit.

Principiũ accipitur pro principio passiuo, ut Secundo Physic. 3. loquet.

Nasci uerò dicuntur quæcunque augumentum habent per alterum in tangendo, & simul & aliquid esse aptè, ut embrio. Differt autem connascentia à tactu: Hic enim nihil præter tactum diuersum
H *esse necesse est. Insimul uerò aptè existentibus est aliquid unum idem in ambobus, quod facit pro tactu simul aptè esse, & unum esse secundùm quantitatem, & continuitatem. sed non secundùm qualitatem.*

Explanat quod dixerat in primo, & secundo modo: dixerat enim ibi de generatione nascentium aliquid: & ideo uult manifestare quid est nasci, & connasci. Ad cuius literæ euidentiam notandum est diligenter, quòd ista differentia est inter uiuentia, & inanimata, & inter generationem uiuentium & inanimatorũ: quia inanimatum generatur non ut coniunctum, neque ut unitum generanti; eo modo quo dicimus, quòd ignis generatur ab igne, & ignis genitus

Differentia inter uiuentia & inanimata, & inter generationem uiuentium & inanimatorum

non

non est iunctus cum generante: uiuentia autem generantur iuncta cum generantibus, & cum principio generationis; eo modo quo fructus continuè crescit ex arbore, & continuè iungitur cum arbore, & uirtute arboris; & eo modo quo dicimus, quòd embriones iunguntur cum impraegnatis; Ex ista autem iunctione, & coniunctione, & appositione nascentium, cum principio nascentium consurgit quoddam augumentum: sicut patet, quòd ex appositione, & nascentia fructus cum arbore, & embrione cum impraegnatis consurgit quoddam augumentum; Sic ergo patet, quòd ad nasci, uel connasci duo concurrunt, scilicet quòd genitum est coniunctum cum gignente, & quòd ex ista iunctura fit quoddam augumentum. Ex his ergo uisis patet litera Philosophi; dicit ergo sic, quòd nasci dicuntur, quaecunque in tangendo aliquod aliud, scilicet illud, in quo nascuntur, habent augumentum per illud alterum; & ista dicuntur connasci, siue ad nasci; eo modo quo dicimus, quòd embrio ad nascitur, siue connascitur cum impregnato, ut fructus arboris. Notabiliter autem dicit, quòd istud augumentum est per alterum, quia istud augumentum differt ab augumento, quod est species motus: quia in illo augumento, quod est species motus; aliquid augumentatur in seipso, ex hoc quòd augens conuertitur in substantiam aucti; & illud, quod additur; in substantiam illius, cui additur: hic autem illud, quod apponitur, & quod nascitur; ita apponitur principio generationis, & counascitur cum illo, quòd est alterum ab illo, ut fructus ab arbore est alterum, & embrio ab impregnante: Et quia dixit, quòd connascentia sunt in tangendo, ne aliquis crederet, quòd connascentia & tactus, siue connasci & tangere sint idem, dat differentiam inter illa, dicens; quòd differunt connascentia à tactu: quia in tangentibus nihil aliud necesse est esse praeter tactum, quod debeat ligare ipsa tangentia: in nullis autem natis est aliquid unum & idem in ambobus, quod facit simul nasci unum cum alio, sicut est uirtus, quae facit nasci simul embrionem cum impregnatis, & fructum cum arbore; & ista facit simul esse unum cum alio secundùm continuum & quantum, non tamen secundùm quale; quia illud ligamentum non alterat ipsa simul nascentia, nec facit unum esse secundùm formam, sed secundùm continuitatem solùm. Notandum est diligenter, quòd Philosophus facit mentionem de augumento, quod fit ex nascentia; ideo hic uult ostendere, quomodo fit istud augumentum. Augumentum autem fit duobus modis: uno modo, quia illud, quod apponitur alicui augens ipsum, potest ei apponi per solum contactum: secundo modo potest ei apponi per quandam coaptationem naturalem; eo modo quo bracchium coaptatur ma nui. illud ergo augeri, quod est per connascentia, non est per contactum solùm, sed per quandam coaptationem, quae oritur ex uirtute: quae quidem uirtus ligat illud, quod nascitur cum principio nascente, ut embrionem cum impregnato, & fructum cum arbore. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd in tactu non est necesse esse aliquod ligamentum, coniungens unum cum altero; in nascentibus autem sic: quod ligamen ego uoco uirtutem, quae ligat illud, quod nascitur cum principio nascendi. Notandum est etiam diligenter secundùm Commentatorem. Quòd miscibilia sunt in mixto; ita tamen quod alterantur à formis suis, & sunt unum non solùm secundùm continuum, sed etiā secundùm formam. s. in forma mixti: hic autem illa, quae cōnascuntur; sunt unum cum principio, cui connascuntur secundùm continuitatem, non tamen secundùm formam: quia uirtus ligans unum cum alio, non alterat illa duo à formis; nec facit eam unum secundùm formam, sed solùm secundùm quantitatem & continuitatem: Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quod sunt unū secundùm continuum & quantum & non quale. Deinde cum dicit.

Augumentum fit dupliciter.

Amplius autem natura dicitur, ex quo primo aut est, aut fit aliquid entium natura, cum informe sit, & immutabile à sua propria potestate, ut statuae & uasorum aereorum, as natura dicitur, & ligneorum lignum. Similiter autem in aliis. ex his enim unumquodque saluata prima materia. Hoc enim modo & existentium natura elementa dicūt naturam, Alii ignem, alii terram, alii aquam, alii aerem, alii aliquid aliud tale dicentes, alii quaedam horum, alii omnia ea.

Ponit quartum modum naturae, dicens; quod natura dicitur quarto modo illud, ex quo primò aliquid fit materialiter, & hoc est ipsa materia, ex qua est, uel fit aliquod, quod est principium essēdi, & fiendi: quae quidem materia est inordinata, & immutabilis per propriam potentiam suā; eo quod non potest moueri per propriam potestatem, sed secundùm potestatem agentis. Et ponit exēplum de ista potestate naturae; sicut aes dicitur natura statuae, & uasorum aereorum: quia materia eorum est: & lignum dicitur natura operū ligneorum, quia materia eorum est: & sicut dico de istis duobus; ita dico de omnibus aliis; quia materia est, ex qua fit unumquodque, ipsa materia saluata. Et si enim formae uarientur continuè, tamen materia saluatur: illa autem debet uocari natura, quae semper saluatur in re. Et hoc modo accipiendo naturam existentium, posuerunt antiqui elementa materiam rerum, sed tamen differenter: quia alii ignem, qui ponebant ignem esse materiam respectu omnium, alii terram, qui scilicet ponebant terram esse principium materiale omnium. alii aerem, qui ponebant ipsum materiale principium respectu omnium: alii aliquid simile dicentes, ponentes forte aliquod medium inter aerem, & aquam esse materiale principium omnium:

Materia inordinata, et immutabilis.

Materia est natura.

alii quoddam horum: alii uerò hęc omnia simul, Quasi dicat, sicut ponebant materiam; ita ponebant naturam, quia materiam uocabant naturam rei.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum materia sit inordinata in sua existentia, sicut ponit Philosophus? Resp. Dicendum est, ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hic loquitur Philosophus de ordine essentiali, & ordine formali; eo modo quo dicimus, quòd forma asini, naturali ordine est sub forma hominis, non ordine situali, sed ordine formali & essentiali: hic autem ordo essentia- *Ordo essentialis est à forma.* lis à forma est; cum ergo materia de se nullam formam concernat, quia de se nec est quid, nec quantum, nec quale, & sic de aliis rationibus prędicamentalibus; ergo materia de se nullum ordinem concernit: Cum.n. de essentia materię sit, quòd sit in potentia ad omnem formam generabilem & corruptibilem; & ordo sit per formã; magis debet dici impotentia ad ordinem, quam ꝙ in ea sit ordo. Et ideo hic dicit Philosophus, ꝙ ipsum principium materiale est inordinatum existens.

Quæstio. Consequenter quæreret quis. Vtrum materia sit immobilis de se à sua potestate, ut dicit Philosophus? Respondeo. Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc est differentia inter potentiam actiuam, & passiuam: *Differentia inter potentiam actiuã & passiuã.* quia ratio potentiæ actiuę est in mouere aliud: ratio autem potentiæ passiuæ est in moueri ab alio: nullum.n. passiuum trahit seipsum ad actum, ut sit: Cum ergo de essentia materiæ sit, ꝙ est in potentia, non actiua, sed passiua; de essentia *De essentia materiæ esse in potentia passiua.* sua est, ꝙ moueatur ab alio, & ꝙ trahatur ab alio ad actum; ita ꝙ ipsa seipsam non trahit ad actũ; sed ab alio trahitur, s. à potentia actiua, uel potentia agentis. Et ideo benè dixit Philosophus, ꝙ immobilis est à sua propria potestate. Deinde cum dicit

Amplius alio modo dicitur natura existentium natura substantia, ut dicentes naturam primam esse compositionem, ut Empedo. dicit, quòd natura nullius est entium, sed solùm mixtio, & permutatio, permixtorum natura in hominibus nominatur. Quapropter & quæcunque natura sunt, aut fiunt, iã existente, ex quo apta nata sunt fieri, aut esse; non dicimus naturam habere, si non habet speciem, aut formam.

Ponit quintum modum naturæ, dicens; quòd alio modo dicitur natura existentium, & rerum ipsa substantia; hoc est forma substantialis; eo modo quo ponebant aliqui naturam primam rerum esse compositionem & mixtionem; sicut Emped. dixit, ꝙ natura existentium, uel est absolutum & firmum, uel solũ mixtio & permixtio; & permixtio permixtorum est natura rerum: & isto modo natura rerum ab hominibus uocatur *Forma natura magis quàm materia.* .s. ipsa forma. Quòd autem forma sit natura, probatur ex hoc; ꝙ quæcunq; sunt à natura, uel fiũt; & si existat principium materiale eorum, ex quo

E principio materiali nata sunt fieri, adhuc non dicimus ea esse, nisi habeant naturam formæ; quæ species est. Quasi dicat illud, quo posito ponitur res, & quo remoto remouetur [propter literam Philosophi) uocatur natura rei: posita autem forma, res ponitur, & remota remouetur: ergo forma est natura rei.

Notandum est diligenter, quòd esse in potentia non est propriè esse, sed est solùm esse secundùm quid: esse autem est propriè esse, & *Esse in potentia est esse secundum qd.* simpliciter: cum ergo de essentia materiæ sit esse in potentia, esse materię est esse secũdùm quid, & cum forma sit actus, uel actum dicat, habere formam est habere esse simpliciter. Et hoc est, *Esse simpliciter quid.* quod dicit Philosophus in litera, ꝙ rem esse in

F potentia materiæ, non est rem esse, nisi secundùm quid: rem autem habere formam, est ipsam rem dabere esse simpliciter: & cum ipsa realitas sit natura, dum res est in potentia materiæ, adhuc naturam non habet; dum autem habet formam, dicitur habere naturam. (Debemus hic imaginari, quòd hic accipitur natura qualibet forma prædicamentalis.) Cum ergo materia sit in potentia ad totum esse prædicamentale, & actu non sit aliqua ratio prædicamentalis non erit actu natura hoc modo, sed solùm in potentia natura. Notandum est etiam diligenter, *Antiquorũ opin. de mixtione elementorum.* quòd quidam antiquorum opinabantur elementa non admisceri in mixto, nec alterari à formis suis; sed quòd sunt existentia actu in mix-

G to; ita quòd mixtio non est unio alteratorum, sed compositio solùm, & simul positio ipsorum elementorum; & isti ponebant quòd ista mixtio esset compositio & forma rerum. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd Empedocles non ponebat naturam formarum esse aliquod absolutum, quod scilicet surgeret ex fractione, & ex alteratione elementorum; sed quòd simul esset potentia elementorum adinuicem. Deinde cum d.

Ergo natura quidem quod ex utrisque est, ut animalia, & eorum partes.

Postquam ostendit, quòd natura dicitur principium quinque modis; hic ponit quosdam modos annexos præcedentibus, qui oriuntur

H ex eis. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres modos, quos ponit: Secunda ibi. [Natura autem materia prima.] Tertia ibi. [Et species, & substantia.] Primus & tertius annectitur illi modo, quo dicebatur, quòd forma erat natura: secundus autem annectitur illi, secundùm quem dicebatur, quòd natura erat natura. Ponit ergo primum modum. Nam ex hoc, ꝙ forma natura est, ex hoc sequitur, ꝙ compositũ habens formam; dicatur habere naturam. Et hoc *Cõpositũ est habens naturam.* est, quod dicit, ꝙ illud, quod est ex his utrisque, hoc est ex forma & materia, dicitur natura, hoc est dicitur habere naturam, sicut animalia, & eorum partes aliquam naturam habent. Notandum est, quòd secundùm Boethium super libro

de

A de duabus naturis & una persona Christi; omne subsistens est subsistens per subsistentiam; uocat autem subsistentiam essentiam formalem: subsistens autem, quod subsistit, & est per subsistentiam; subsistentia autem non subsistit, sed est ratio subsistendi & causa: sicut album subsistit per albedinem, albedo autem non subsistit; sed est ratio, & causa, quòd aliquid subsistat, ut album: ita à simili ipsa essentia formalis, ita est natura, quòd non est habens naturam; ipsum autem compositum, ita est habens formam, quòd propriè non est natura; sed est habens naturam. Et hoc est, ꝙ dicit Philosophus in litera, ꝙ quia forma natura est; ideo compositum habens formam, habere naturam dicitur. Deinde cum dicit.

B *Natura autem prima materia, & hæc dupliciter, aut quæ ad id prima, aut ex toto prima, ut operum æreorum. Ad ipsa quidem primum æs: totaliter uerò forsan aqua, si omnia liquæscentia aqua.*

Materiam esse primã dupliciter.

Aqua est principium omnium metallorum.

Materia cur dicitur natura.

Ponit secundum modum annexum illi, secundùm quem ipsa materia dicitur natura, dicens sic; quòd quia materia natura dicebatur; ideo & materia prima natura dici potest: materiam autem esse primam est duobus modis, quia uel est prima respectu huius, & in genere; aut est omnino prima, & extra genus. V. g. operum æreorum materia prima, & in genere respectu huius est æs; prima uerò uniuersaliter est aqua, & hoc dico, si omnia liquæbilia resoluuntur ad aquam; opera enim ærea liquæbilia sunt. Notandum est, quòd ideo materia dicitur natura: quia est in quadam analogia, & in quadam attributione ad formam, quę propriè natura est: quia ergo tam materia prima, quàm materia propinqua est in potentia ad formam: ideo tam ista, quàm illa potest dici natura secundùm istum modum dicendi naturam. Et ideo benè dictum est, quòd iste modus annexus est illi modo, secundùm quem dicebatur, ꝙ materia erat natura. Deinde cum dicit.

Et species, & substantia. Hæc autem finis generationis. Metaphora uerò iam & omnino omnis substantia natura dicitur propter hanc; quia & natura substantia quædam est.

Forma, de qua hic loquitur Philosophus, ẽ terminus generationis; & non est forma totius, quæ est tota quiditas & substantia rei: & quiditas ut quiditas abstrahit ab omni generatione.

Ponit tertium modum, qui est annexus formæ: & primò repetit modum illum, secundùm quem forma dicitur natura, dicens; quòd (ut dictum est) species & forma substantialis, quæ est finis generationis, natura est: secundò dat unum modum translatum ab isto, dicens; ꝙ secundùm metaphoram, & per quandam translationem, propter hanc formam, quæ dicitur natura; omnino omnis substantia potest dici natura; quia .n. ipsa natura formæ est quædam natura substãtiæ; & ista substãntia dicitur natura, & omnis substantia aliquo modo translato natura dici potest.

Quæreret quis, Vnde sequitur, si forma, quæ est finis generationis; dicitur natura, ꝙ oĩs substãtia dicitur natura? Respondeo. Dicendum est, ꝙ ideo forma dicitur natura: quia largitur entitatẽ rei, & actualitatem essentialem: ideo dixit Philosophus superiùs, quòd nullam rem dicimus adhuc habere naturam, donec habeat formã; quia deficiente forma, deficit entitas, & actus essentialis: si ergo ista est ratio, quare forma dicĩtur natura, & omnis substantia sit substantia per formã; quia non est dare propriè substantiam sine formalitate aliqua; ideo translatiuè à forma potest transferri nomen naturæ ad quamlibet substantiam; ita quòd iste sit modus transferendi: si forma, quæ est finis generationis; ideo natura est, quia largitur actum; generatio ergo, & quælibet natura substantialis, quæ largitur actum substantialem, uel habet actum substantialem, natura est: Ita tamen quòd illa formalitas substantialis dicatur natura; substantia autem habens hãc formalitatem, dicatur habens naturam; ita quòd per hoc, quòd dicitur, hæc substantia, magis intelligatur formalitas substantialis cuiuscunque substantiæ, quàm substantia habens ipsam formalitatem. Deinde d.

Forma cur dicitur natura.

Ex dictis igitur prima natura, & propriè dicta, est substantia, quæ principium motum habentium in se inquantum ea. Materia namque quia huius est susceptibilis, esse dicitur natura. Et generationes, et generari, quia sunt ab ea motus. Et principium motus natura existentium. id ipsum est existens, aut potestate, aut perfectione.

Oẽs natura ad formam reducitur.

C Ostendit, in quo primò, & per se saluatur ratiò naturæ; ita quòd omnes modos reducit ad unum, dicens sic; quòd ex dictis patet, ꝙ propriè & per se dicta natura, est substantia, idest forma substantialis, quę quidem forma est principium motus habentium in se principium motus inquãtum hmõi: nam materia non dicitur natura, nisi quia est susceptiua huius naturæ formalis. Similiter generationes & motus dicuntur natura, quia sunt ab hac forma, & quia sunt ad formam istã; nam ipsa natura formalis est principium motus in existentibus; Ita tamen, quòd istud principiũ aliquando mouet actu, aliquando potentia: non enim semper forma mouet, nec semper est principium motus in actu; sed aliquando ita potest mouere, ꝙ non mouet.

Forma licet sit principium actiuum, põt tamẽ dici principium passiuum motus et quietis.

Quæstio.

D Quæreret quis, Vtrum natura propriùs dicitur de forma, quàm de materia, uel de motu? Respondeo. Dicendum est, quòd sic; quod patet quatuor uiis secundùm quatuor diffinitiones, quas dat Boetius in lib. de duabus naturis. Prima diffinitio est, quòd natura est earum rerum, quæ cum sint, quodammodo intellectu capi possunt; ita quòd natura isto modo capit omnem naturã entis; ita quòd natura secundùm istum modum, idem est, quòd intellectualitas rei, quę intellectu capitur. Et ideo dicit Boetius, quòd sub ista diffinitione continetur quidquid intellectualitatem habet: cum ergo forma per se intelligatur, & suã intellectualitatem habeat independentem; materia autem intellectualitatem habeat ex analogia ad formam; & motus ex analogia, quam habet ad formam, ex qua est; uel ex forma, ad quam est;

Natura quid.

Forma hẽt intellectualitatẽ independentem.

patet quòd intellectualitas pleniùs & ueriùs est in forma, quàm in motu, uel in materia; & per consequens natura. Secunda diffinitio est, quòd natura est, quod uel facere, uel pati potest: & sub ista diffinitione comprehenditur omnis substantia, siue sit corporea, siue sit incorporea, ut ait idẽ Boetius. Accipitur hic actio largo modo, siue sit corporalis, siue sit spiritualis: cum ergo actio, quę oritur à substantia; ueriùs respiciat formam, quã materiam; uerè dicitur natura isto modo magis de forma, quàm de materia, & quàm de motu; & quia etiam motus non agit, sed est ipsa actio.

Tertia diffinitio, quæ est data à Philosopho in secundo Physico. quòd natura est principium motus, & quietis eius, in quo est, primò & per se, & non secundùm accidens: & isto modo accipiendo naturam, non est natura, nisi in corporibus: ita quòd ex hoc differt à præcedenti diffinitione: quia illa est in substantia corporea, & incorporea, & in actione corporali & spirituali: ista autem in substantia corporea, & in motu corporum tantùm. Ex hoc autem patet, quòd natura propriùs dicitur de forma, quàm de materia: quod enim graue moueatur deorsum, uel quiescat in centro; hoc non habet materia grauis, quia materia de se est indifferens ad motum sursum, & ad motum deorsum; & ad quietem istam, & ad illã; sed hoc habet ex forma grauis; nam grauans dando sibi formam grauis, dat locum sibi & motum deorsum. Patet etiam ex hoc, quòd magis dicitur natura de forma, quàm de motu: nam ipse motus nullam entitatem habet, nisi quatenus à forma est: quod patet ex hoc: unumquodque per illud ab alio distinguitur, per quod est, & ad quod est; duo autem motus non differunt abinuicem, nisi per formas, à quibus sunt, uel ad quas sunt: quòd enim dealbatio, & denigratio specie differant, hoc non est, nisi quia hoc est ad albedine, illud à nigredine; uel quia hoc est ad albedinem, illud ad nigredinem: ergo isti motus non sunt natura alicui, nisi per formas, à quibus sunt, uel ad quas sunt. Quarta diffinitio est, quod natura est specifica differentia, informans unamquamque rem: & secundùm istam diffinitionem patet, quod materia nullo modo potest dici natura: forma autem sic: nam eum materia sit ens in potentia; & omne, quod specificat, sit aliquis actus; patet, quod materia non potest dici natura per istum modũ. Possumus dicere, si uolumus propriè loqui, quod potentia specificatur, & trahitur ad speciem; & forma est illa, quæ specificat, & trahit formaliter ipsam potentiam ad aliquem actum, qui formalis est: cum ergo natura dicatur isto modo de eo, quod specificat, non de eo, quod specificatur, patet, quòd non dicitur de materia, sed de forma.

Patet etiam, quòd natura sic accepta non dicitur de motu: de ratione enim motus est, quòd specificetur per terminum: omnis enim motus est uia ad terminum: omnis autem motus specificabilis est: ita quòd non est specificans: & ideo motus

Tex. co. 3.

Materia est indifferens ad motum & ad quietem.

De natura motus quid

E nullo modo potest dici natura, secundùm istum modum accipiendi naturam: sed solùm ipse terminus motus, qui est forma.

Necessarium dicitur, sine quo non contingit esse, aut uiuere quasi concausali. Vt spirare & cibus animalium est necessarium. Nam sine his esse est impossibile. TEX. 6.

Hic determinat de natura necessarii: quia necessitas est quædam conditio causæ. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit multiplicem acceptionem necessarii: secundò reducit omnes modos necessarii ad unum. Secunda ibi. [Et secundùm hoc necessarium.] Prima in quatuor secundùm quatuor modos accipiendi necessarium Secunda ibi. [Et sine quibus.] Tertia ibi. [Amplius autem uim faciens.] Quarta ibi. [Amplius quòd non contingit.] Dicit ergo primò, quòd illud dicitur necessarium, sine quo non contingit rem uiuere, nec habere esse completum: quasi illo existente concausa respectu illius rei: eo modo quo dicimus, quòd respirare, uel cibus est animali necessarius: quia impossibile est sine his animal uiuere: ita quòd respirare, & cibus non sunt causa animalis, sed sunt quasi concausa: concurrunt enim ad esse animalis: licèt nõ causent esse. Deinde cum d.

Necessitas est conditio causæ.

Necessarii quadruplicitas.

F

Et sine quibus homini bonum non contingit esse, aut fieri, aut aliquid malum expellere, aut priuari. Veluti bibere pharmacum necessarium, ut non laboret. & ad Aeginam nauigare, ut pecuniam recipiat.

G

Ponit secundum modum, dicens: quòd necessarium uocatur illud, sine quo non contingit bonum acquirere, uel habere: & sine quo non contingit malum expellere, & priuari: ueluti bibere pharmacum est necessarium, ut uitetur istud malum, scilicet infirmitas: & nauigare ad Aeginam, hoc est ad talem ciuitatem, necessarium est, si aliquis debet recipere pecuniam. Notandum est, quòd hi duo modi oriuntur à causa finali: nam primus est, quando aliquid est necessarium, si debet haberi esse: quod esse cadit sub appetitu naturæ: natura enim esse appetit sicut finem. Secundus autem modus est, quando aliquid dicitur necessarium, quotiescunque aliquis finis non potest haberi sine hoc habito. Vnde Commentator primus modus differt à secundo: quia primus modus est in rebus naturalibus: est enim necessariũ primo modo, sine quo non potest aliquis finis cõsequi naturaliter: secundus autem modus est in uoluntariis: est enim necessarium secundo modo, sine quo uoluntas non potest consequi finẽ, quem sibi statuit. Deinde c. d.

H

Amplius uim faciens, & uis. Sed hoc est præter impetum & præter uoluntatem impediens, & prohibens. Vim enim faciens necessarium dicitur.

Ponit tertium modum: & diuiditur in duas partes: quia primò ponit istum modum necessarii: secundò ponit quasdam proprietates eius: Secunda ibi. [Quapropter & triste.] Ponit ergo primò

mò tertium modum, dicens: quòd actio & passio uiolenta dicitur quædam necessitas, unde uim faciens, idest ipsa uiolentia necessarii nomen accipit: illud enim est necessarium, quod est præter impetum naturæ propter uiolentiam agentis: & hoc in naturalibus: illud enim quod ab alio præter impetum naturæ mouetur, uiolentum & necessarium uocatur: eo modo quo dicimus aliquã do, quòd graue uiolenter mouetur sursum: & ista necessitas est quædam uiolentia: & in uoluntariis illud est necessarium, quod est impediens uoluntatem alicuius, ne fiat, quod appetit: uel quod est prohibẽs uoluntatem, ne incipiat facere: & hoc modo uiolentum idem est, quod necessarium, & necessarium idem est, quod uiolentum. Deinde cum dicit.

A.l. Zenonis.

Quapropter triste etiam, sicut Euenus ait: omnis enim res necessaria lamentabilis est facta. quapropter triste etiam sicut Euenus ait. omnis enim res necessaria lamentabilis est facta. & nis necessitas quædam ut Sophocles dicit: sed uis ea me facere cogit. Et uidetur necessitas aliquid inculpabile esse rectè. Contrarium enim est motui secundum præuoluntatem & secundùm excogitationem.

Proprietates necessarij.

Ponit quasdam proprietates huius necessarij dicens, quòd hoc necessarium triste est, sicut ait Euenus, uel Homerus; omnis necessitas per istũ modũ tristitiam infert; nam tristitia causatur ex hoc, quod accidit in uoluntariis contra desideriũ eius; hæc autem necessitas est ex hoc, quod aliquis cogitur ad aliquid præter uoluntatem suam, & præter desiderium suum, ex hoc est tristitia, quia (ut ait hic Commentator) omnis uoluntas delectabilis, omnis autem necessitas contra uoluntatem contristabilis est. Secunda proprietas est, quòd ista uis est quædam uiolentia, sicut ait ille Sophocles dicens, quòd uis me cogit facere hoc: quasi dicat hoc necessarium, quod est quoddam uiolentum, me cogit facere hoc. Tertia proprietas est, quòd hoc necessarium non uidetur esse uituperabile, nec increpabile; ita quòd ille, qui necessariò sic agit, magis meretur ueniam, quàm increpantem; hoc enim necessarium contrarium est motui, & desiderio rei uolentis, & agentis, secundùm uoluntatem suam, & cognitionẽ, uel cogitationem; quasi dicat, increpatio non debetur nisi uolentariè malè agẽtibus; hæc autẽ actio, quæ est propter tale necessarium, est præter impetum inclinationis uoluntatis. Notandum est diligẽter, quòd omnis res habet impetum ad aliquem finem: hic autem impetus aliquando sequitur naturam rei solùm; eo modo, quo naturã grauis sequitur suus impetus & motus deorsum; & hic impetus uocatur appetitus naturalis: Aliquã do hic impetus sequitur rem, ut cognita est: ita quòd illa res, ad quam est iste impetus, qui sequitur talem cognitionem, uocatur appetitus cognitiuus: quando autem ita est, quòd per uim agentis aliquid fit contra primum impetum, uel contra secũdum; uocatur necessarium hoc tertio mo

Tristitia unde cãtur.

Omnis necessitas contra uolũtatem contristabilis est.

Increpatio cui debetur

Omnis res habet impetum ad finem.

Appetitus duplex.

A do: Et hoc notauit Philosophus in litera, quando dixit: quòd aliquãdo propter uim agentis aliquid fit præter impetum, aliquid præter uoluntatem: Dicens præter impetum, notauit primum modũ; dicens contra uoluntatem, notauit secũdum. Notandum est, quòd ipsum passum aliquando aliquid ab agente habet, ad quod tamen ordinatur ex propria natura & ex proprio appetitu; ita quòd illud est consonum appetitui naturę, & inclinationi: & quod sic habetur per uim agentis non potest dici necessarium hoc modo, quia non est propter impetum; quòd enim graue tẽdat deorsum, hoc habet per uim generantis; tamen quia ad motum deorsum est inclinatio grauis, ideo non potest dici necessariò moueri isto modo necessa

B rii. Aliquando ipsum passum aliquid habet per uim agentis contra inclinationem passi: & quod hoc modo mouetur ab agente, necessariò mouetur hoc modo necessarii, quia uiolẽter mouetur: ita quòd uiolẽtum, & necessarium per istum modum est, quando aliquid confertur passo contra inclinationem passi, ipso passo nullam uim conferente agenti. Notandum est etiam, quòd sicut duo modi primi sumebãtur à causa finali; ita iste tertius à causa efficiente; sicut duo primi modi erãt ex hoc, quòd aliquid habebatur necessariò, si debebat haberi finis: ita hic modus est ex hoc, quòd aliquid necessariò habetur per uim agẽtis: Necessariò tamen propter uim agentis potest esse duobus modis, quia uno modo necessariò ha-

C beri propter uim agentis idem est, quòd naturaliter haberi; Alio modo necessariò haberi propter uim agentis idem est, quòd uiolenter haberi: uidemus enim quòd lapis naturaliter tendit deorsum, & necessariò tendit sursum, sed diuersimodè, quia necessariò tendere, scilicet deorsum, idem est, quòd naturaliter tendere; necessariò tendere sursum idem est, quòd uiolenter tẽdere: utrunque est à ui agente; tamen una necessitas est contra inclinationem & impetum naturæ, alia est secundùm inclinationem naturæ: & quando est contra inclinationem naturæ idem est necessariò tendere, quòd uiolẽter tendere: quando autem est secundùm inclinationem naturæ, necessariò tendere idem est, quòd naturaliter tende

D re. Deinde cum d.

Necessariũ per uim agẽtis duplicẽter.

Amplius quod non contingit aliter se habere, necessarium dicimus sic se habere.

Ponit quartum modum necessarii dicens, quòd amplius dicimus id esse necessarium, quòd non contingit aliter se habere. Notandum est, quòd hic modus necessarii oritur ex principiis intrinsecis rei s. ex materia & forma, in habentibus materiam & formam: quòd enim aliquid non contingat aliter se habere, hoc potest oriri ex materia: sicut dicimus, quòd si est compositum ex contrariis, non potest aliter se habere, quin sit corruptibile; Aliquãdo oritur ex forma, sicut dicimus, quòd non potest aliter se habere triangulus, quin habeat tres; quia in eo requiritur formalitas, & essentia trianguli:

Necessarium unde oritur.

guli:& quia iste modus necessitatis oritur ex materia,& forma; quę sunt principia intrinseca; iõ hoc necessarium est necessarium absolutè, quia absolutè oritur à natura rei: primus autem modus,& secundus necessarii non faciebant necessitatem nisi secundùm quid; quia non competũt rei secundùm illud,quòd est; sed propter aliquẽ impetum: quia propter agens & finem,quę sunt principia extrinseca. Deinde cum dicit.

Et secundùm hoc necessarium & alia dicuntur omnia necessaria. Vim enim patiens necessarium dicitur, aut facere, aut pati tunc, quando non contingit secundùm impetum propter cogẽs, quasi ea necessitate existente, propter quam non contingit aliter. Nam cum non contingit hic quidem bonum, illic uero uiuere,et esse sine aliquibus: ea necessaria, & causa necessitas quædam hæc est.

Reducit omnes modos necessarii ad unum.s. ad ultimum; Et tria facit,quia primò reducit oẽs modos necessarii ad ultimum:secundò ostendit, quòd necessitas hoc ultimo modo saluatur in demonstrationibus:tertiò ponit quandam proprietatem primi necessarii,& quòd est propriè necessarium, scilicet primæ causæ:Secunda ibi [Amplius demonstratio] Tertia ibi, [Quare primum & propriè necessarium], Dicit ergo,quòd secundùm hunc modum necessarii & alia dicuntur necessaria;nam ultimus modus necessarii habet istã proprietatem, quod ideo erat necessarium, quia non contingebat aliter se habere; Quæ quidem proprietas,scilicet non contingit rem aliter se habere, saluatur in omnibus modis necessarii suo modo: quod patet primo in tertio modo:illud enim dicitur necessarium & uiolentum in tertio modo,quando contingit aliquem secundùm proprium impetum agere, uel pati propter respectum agentis:ita quòd hęc necessitas est,per quã non contingit aliter se habere;& ita non contingit aliter se habere,saluatur in isto modo,Similiter saluatur in primo,& secũdo,qui quidem modi sumebantur ex causis uiuẽdi quò ad primum modum, & boni quò ad secundũ: Nam quod non contingit aliter se habere bonum,quò ad secundum,sine aliquibus habitis: aut quod non cõ contingit aliter uiuere sine aliquibus, est necessitas, & necessarium primo modo, & secundo; ergo non contingit aliter se habere, saluatur in primo,& secundo modo . Notandum est, quòd, quando diffinitio saluatur in aliquibus, oportet quòd diffinitum saluetur ibi;quia diffinitio & diffinitum dicunt eandem rem, uariatam tantùm secundùm modum: Cum ergo diffinitio necessarii,ultimò accepti; sit,quòd non contingit aliter se habere;& ista diffinitio, scilicet non contingere aliter se habere,saluetur in omnibus modis necessarii;ergo & necessarium ultimo modo, quod est eius diffinitum;saluatur in omnibus modis necessarii:sed tamen differenter, quòd non contingit aliter se habere, primò & per se saluatur in ultimo modo necessarii; secundùm autem quandã analogiam in omnibus aliis modis:quia cum non contingere aliter se habere,in ultimo modo oriatur ex natura rei; ut iam dictum est; in primo & secundo modo oriatur ex aliquo extrinseco, & quod sequitur naturem rei; magis est per se, quã illud,quod sequitur propter extrinsecum: ideo in ultimo modo magis saluatur per se ista conditio,scilicet non contingere aliter se habere, quã in aliis. Deinde cum dicit.

Amplius demonstratio necessariorum est, quia non contingit aliter se habere,quod demonstratum est simpliciter. Huius autem cã est,quæ prima sunt: Si impossibile est aliter se habere,ex quibus est syllogismus. Horum quidem itaque altera causa essendi necessaria est, Aliorũ uero nulla,sed propterea alia sunt ex necessitate.

Ostendit, quòd ultimus modus necessarii saluatur in demonstratione respectu conclusionũ, & respectu premissarum:quia non contingere aliter se habere,quod fuit modus necessarii simpliciter,& est in præmissis,& est in conclusione demõstrationis:Et hoc est,quod dicit Philosophus, quòd demonstratio necessariorum est quò ad cõclusiones: quia si aliquid est demonstratum simpliciter, & non tamen respectu alicuius; illud, quod demonstratum est,& quod conclusum est, non contingit aliter se habere: & ita hæc necessitas est in conclusione: In premissis;quia causa huius necessitatis in conclusione sunt illa,quæ principia sunt,& quæ causæ sunt,& quas impossibile est aliter se habere;quia illa, ex quibus est syllogismus demonstratiuus,necessaria sunt,& impossibile est,quòd aliter se habeant: Ex qua litera cõcluditur, quòd horum necessariorum in conclusione est aliqua causa necessitatis, scilicet ipsa necessitas in præmissis: horum autem necessariorũ in præmissis nulla est alia causa necessitatis; sed propter hæc,& propter necessitatem horum, cõsequentia necessaria sunt . Notandum est, quòd in quolibet syllogismo aliqua necessitas est: quia cum syllogismus non sit nisi quædam consequentia, & omnis consequentia syllogistica aliquam necessitatem includat; oportet , quòd quilibet syllogismus aliquam necessitatem habeat: Sed tamen differenter necessitatẽ habet syllogismus demõstratiuus,& alii syllogismi: quia in syllogismo demonstratiuo est necessitas consequẽtis,& antecedentis,& consequentiæ antecedentis;quia ipsæ præmissæ,quæ sunt:antecedentes,respectu conclusionis necessariæ sunt:consequentis uerò, quando ipsa conclusio in se necessaria est: consequentiæ autem necessitas est,quia ipsa connexio unius ad aliud,scilicet præmissarum ad cõclusionem,necessaria est . Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera:quòd demonstratio necessariorum est,quantum ad necessitatẽ consequentis,& conclusionis; & etiam est demonstratio primorum necessariorum, quãtum ad necessitatem antecedentis & præmissarum:& tertiò necessitas unius oritur ex necessitate alterius, quantum ad neces-

Syllogismus demonstratiuus est ex necessariis.

Omnis syllogismus aliquã hẽs necessitatem.

In syllogismo demonstratiuo duplex necessitas.

necessitatem connexionis & consequentiæ: quia necessitas conclusionis necessariò oritur à necessitate præmissarum: In aliis autem syllogismis potest esse necessitas connexionis tantùm, sine necessitate antecedentis, & consequentis: potest enim fieri syllogismus ex præmissa, & antecedente contingente, & conclusione etiam, & consequente contingente; & tamen connexio est necessaria: Si enim sic concludatur, si homo currit, mouetur; & hominem currere est contingens, & hominem moueri est contingens: & tamen q̄ currens moueatur, est necessarium, ergo habitudo præmissarum ad conclusionem necessaria est. Deinde cum dicit.

Habitudo præmissarū ad cōclusionem necessaria est.

Quare primum & propriè necessariū ipsum simplex est. Hoc.n. habere non contingit plurib. modis. Quare nec aliter & aliter. Iam enim plus haberet. Ergo si qua sunt sempiterna, & immobilia, nihil illis est uiolentum, nec præter naturam.

Dat conditiones primi necessarii, quod secundùm Commentatorem est prima causa: dixerat enim quòd à necessitate præmissarum oritur necessitas conclusionis; ita quòd præmissa erat primum in genere: prima autem causa est primum necessarium extra genus; & ideo ex quo dedit cōditiones primi necessarii in genere; dat conditiones primi necessarii extra genus, dicēs: quòd primum & propriè necessarium est illud, quod est simplex; & ideo non contingit illud pluribus modis se habere: quod enim pluribus modis se habet, simplex non est, sed compositum; & quia nō potest se habere pluribus modis, ideo non potest se habere aliter & aliter: quia quod potest se habere aliter & aliter, potest se habere pluribus modis: & ideo si aliqua sunt sempiterna & immobilia, sortiuntur naturam huius necessarii; ita tamē quòd in illis non est aliquod uiolentum, neque præter naturam.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum necesse esse primum necessariò sit simplex? Respondeo: dicendum est, quòd sic: quod patet ex ratione necessarii saluata in primo: necessarium enim, quod saluatur in primo principio, debet excludere rationem omnis possibilis; ubicunque autem compositio est, ibi est necessariò ratio possibilis: quia ubicūque est compositio, una pars componentium est in potētia ad aliam respectu alterius: quod patet currendo per omnes modos compositionis: Nam in prima compositione, quæ est ex potentia, & actu; statim saluatur ratio possibilis: quia altera pars componentium est ipsum possibile; Similiter in compositione, quæ est ex potentia, & esse; statim saluatur ratio possibilis; Nam aliquid componitur ex essentia, & esse, ex eo quòd de se non habet esse; illud autem quòd de se non habet esse, est in potentia ad esse: & sic in compositione ex essentia, & esse, saluatur ratio possibilis. Similiter in compositione, quæ est ex genere, & differentia; saluatur ratio possibilis: quia secundū Commentatorem genus dicit naturam mediam inter potentiam & actum; ita quòd est in potētia ad actū purum, idest ad actum differentiæ: licèt enim dicat aliquem actum respectu materiæ, quæ dicit potentiam nudam; non tamē dicit actum ultimatum, sed est in potentia ad actum ultimatum, scilicet ad actum differentiæ, Similiter patet, quòd in compositione, quæ est ex genere & differentiis; saluatur ratio possibilis; quia altera pars componentium, scilicet materia, substātiatur per posse; ut ait Commentator in de substantia orbis; & sic patet, quòd omnis modus compositionis claudit rationem possibilis; Cum ergo in primo principio non sit aliqua rō potentiæ huius: ergo simplex est, & omnem compositionem excludit.

Necessariū in primo principio excludit omne possibile.

Multiplex compō.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum quod est simplex & necessarium, possit se habere aliter & aliter, uel pluribus modis, sicut Philosophus dicit in litera? Notandum est, quòd non potest se habere aliter & aliter tale necessarium: cuius ratio sumi potest primò ex natura necessarii, secundò ex natura simplicitatis: Primò ex natura necessarii, quia necessarium primò excludit omnem modum possibilis; ut statim supra declaratum est: quòd autem aliquid possit se habere pluribus modis, & aliter & aliter; hoc necessariò oritur ex natura possibilis; eo quod potest ammittere unū modum, & accipere alium: q̄.n. aliquid se possit habere pluribus modis, & aliter & aliter; hoc arguit rōnē mutabilitatis; omne autem mutabile necessariò arguit rationem possibilis: Secundò hoc patet ex ratione simplicitatis: quòd aliquid possit esse sub diuersis modis, & aliter & aliter; hoc est ex hoc, quòd unum tertium non accipit istum modum, nec illum; ita quòd illud, quod uariatur de modo ad modum, componitur ex subiecto uariationis, & modo accepto: cum ergo in summè simplicissimo nulla sit cōpositio, & aliter se habere arguat cōpositionem, ergo summè simplex ratione simplicitatis, nō potest esse aliter & aliter se habere

Quæstio.

Consequenter quæreret quis, Vtrum necessitas sit in sempiternis. Respondeo dicēdum est, quòd cum necessarium oriatur ex quatuor causis, ut est dictum; necessariū, quod oritur ex causa agente, non potest esse in sempiternis, maximè in primo sempiterno: cuius ratio est, quia necessarium illo modo idem est, quod uiolentum; uiolentum autem & præter naturam in sempiternis non est, sicut dicit Philosophus in litera. Secundo modo necessarium oritur ex fine, & hoc non potest esse in primo sempiterno, quia ubicunque necessitas ex fine oritur, illud quod ordinatur ad illum finem, aliquam perfectionem sortitur ex fine; primum autem sēpiternum ad nullum finem ordinatur, à quo sortiatur perfectionem. Similiter necessarium, quod oritur ex materia, in primo sempiterno esse non potest: cuius ratio est, quia ratio primi necessarii (ut est dictū) excludit omnem rationem possibilis; materia autem includit rationem possibilis; quia materia substantiatur per posse: restat ergo si aliqua necessitas

Quæ necessitas ē in primo sempiterno.

cessitas ponitur in primo sempiterno, ꝙ sit necessitas, quæ oritur ex forma. Ubi notandum est quòd si primum sempiternũ esset ab aliquo efficienter io ipso, posset esse duplex necessitas: una, quæ esset per uim agentis & efficiẽtis, alia quæ ei inesset ex sua formalitate & essentia: sed quia noo est ab alio efficienter, sed seipso tantũ formaliter est; ideo omnis necessitas, quæ in eo est, ex sua formalitate oritur; eo modo quo dicimus, quòd necesse est primum sempiternum esse, quia nullo modo sua essentia potest aspicere suum nõ esse: & sicut dico de esse, ita dico de oĩ perfectione, consequente ipsum esse.

TEX. 7. *Unum dicitur aliud autem secundùm accidens, aliud secundùm se.*

Postquam distinxit nomina, quæ spectãt ad rationem causarum; hic distinguit nomina, quę spectant ad subiectum huius scientiæ: Et diuiditur in duas partes, quia primò distinguit ens & unũ, quia est subiectum huius scientiæ: & quia ens primò & per se saluatur in substantia, ideo secundò distinguitur nomen substantiæ; Secunda ibi [Substantia, dicitur &· simplicia corpora] Prima in duas, quia primò distinguit ipsum unum: secundò ipsum ens: Secunda ibi [Ens dicitur, hoc quidem secundùm accidens] Prima in tres quia primò distinguit unum in duo membra, scilicet in secundùm se, & secundùm accidens: Secundò ostendit, quot modis dicitur unum secundùm accidens: tertiò ostendit, quot modis dicitur unũ secundùm se: Secunda ibi [Secundùm accidens quidem] Tertia ibi [Secundùm se uerò unum dictorum] Dicit ergo primò quòd unũ duobus modis dicitur, scilicet secundùm se, & secundùm accidens. Deinde cum dicit.

Unum duplex.

Secundùm accidens quidem, ut Coriscus, & musicus, & Coriscus musicus. Idem enim est dicere Coriscus, & musicus, & Coriscus musicus, & Musicum, & iustum, & musicus, & iustus Coriscus, omnia namque ea unum dicuntur secundùm accidens. Iustum quidem et musicum, quia uni substantiæ accidunt: Musicus uerò & Coriscus quia alterum alteri accidit. Similiter autem et modo quodam musicus Coriscus cum Corisco unũ; quia altera partium alteri accidit earum quę sunt in oratione, ut musicum Corisco, & Musicus Coriscus, iusto Corisco; quia utriusque pars eidem uni accidit. Nihil enim differt quàm Corisco musicum accidere.

Ostendit, quot modis dicitur unum secũdùm accidens; & primò docet hoc in terminis singularibus; secundò in terminis uniuersalibus ibi [Similiter autem siue in genere]. Dicit ergo primò quòd unum secundùm accidens dicitur uno modo, secuodùm ꝙ accidens unum comparatur ad suum subiectum; si enim unum per accidens accipiatur secũdùm ꝙ unum comparatur ad suum subiectum, primò intelligimus Coriscum, sicut unum terminum simplicem; secundò musicum; tertiò compositum ex utroque, Coriscum musi-

Unum per accidẽs quadrupliciter.

E cum; & unum, & idem est, quod importatur per ista tria, scilicet per Coriscum, quod fuit subiectum; & per musicum, quod fuit accidens; & per Coriscum musicum, quod coniunctum comprehendit utrunque: Quasi dicat Philosophus, ideo est unum per accidens in comparatione ad subiectum, quia unum & idem, quod importat subiectum in se, importat ipsum accidens: ideo Coriscum & musicum sunt unum per accidens, quia coniunguntur in uno subiecto. Si enim Coriscũ & musicum importarent unam formam, essent unum per se; sed quia nõ sunt nisi per unionem; ideo non sunt unum nisi per accidens, & per tertium: Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, ꝙ Coriscum & musicum sunt unum; & etiam

F istud compositum ex eisdem est unum. s. Coriscum musicum; quia unum & idem subiectum, quod importat unum, importat secundùm & tertium. Secundò modo dicitur unum per accidẽs, quando duo accidentia comparantur ad unum subiectum; eo modo quo dicimus, quòd musicũ per se, & iustum per se, & musicum iustum simul compositum dicuntur unum & idem: Omnia hęc accidentia dicuntur unum secundùm accidens; sed tamen differenter à primo. hic enim dicuntur unum secundùm accidens, quia duo accidũt tertio; sicut musicum & iustum dicuntur unum secundùm accidens, quia ambo accidunt uni subiecto: in primo autem modo dicitur unum per accidens, non quia duo accidant tertio, sed quia

G alterum accidit alteri; sicut musicum dicitur idẽ cum Corisco, non quia ambo accidãt tertio, sed quia alterum. s. musicũ accidit alteri. s. Corisco. Notandum, ꝙ sicut dicebatur in primo modo, accidens esse unum cũ subiecto non est per unionem formalem accidentis cum subiecto, & subiectũ cũ accidẽti; sed pp unionẽ accidentis io subiecto: ita ẽt isto secundo modo, duo accidentia dicuntur unum, quia dant intelligere unum & idẽ subiectum, in quo uniuntur: ita tamen quòd subiectum, quod datur intelligi ab illis duobus, est tertium ab istis: in primo autem modo, quod cõcernitur ab utroque, est alterum extremorum. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd in primo modo alterum, scilicet quod unitur, acci-

H dens accidit etiam alteri, cui unitur: in secundo autem modo duo, quæ uniuntur, accidentaliter tertio uniuntur: & sicut in primo modo idem importabatur per subiectum per se, & per accidẽs, & per compositum ex utroque, ut dictum est: ita & isto modo secundo unum importatur per subiectum per se & per accidentia per se sumpta, & per compositum ex omnibus: quòd illud idẽ subiectum, quod dicit iustum, dicit musicum, & dicit Coriscum; dicit istum totum cõgregatum, musicus iustus Coriscus: Et ista est præcisa ratio, quare dicuntur unum per accidens; quia unum subiectum concernunt, & in uno subiecto congregantur: & per istam concernentiam unius subiecti dicit Philosophus in litera, quòd unum est

Accidẽs et unum cum subiecto, quo intelligunt.

iustum

iustum per se tanquam primum,& musicum qua si tanquam secundum,& iustum musicum tanquã tertium & compositum ex utroque;unum quidẽ, non formaliter,quia sic essent unum per se, ut di ctum est; sed unum,quia illud idem subiectum, quod dat intelligere primum, dat intelligere secundum, & dat intelligere tertium ex ambobus compositum: Et ut hæc omnia meliùs uideantur, notandum est,quòd quandoque subiectum & prædicatum sunt unum propter unitatem formalitatis; quia, scilicet una formalitas importat utrunque; quia,scilicet prædicatum est de forma litate subiecti. Vel quandoque ita est,quòd quan do aliqua duo concurrunt ad unam & eandem formalitatem essentialem, illa semper faciunt unum per se:Quandoque autem ita est, quòd prædicatum & subiectum dicuntur unũ tantùm pp concernentiam unius subiecti, non propter formalitatem unam, & illa dicuntur unum per accidens;sic autem est in primo modo & in secũdo, & etiam in modis per accidẽs,qui sequũtur. Tertio modo dicitur unum per accidens, quia compositum ex subiecto & accidente unum est cum subiecto tantùm;eomodo quo dicimus, quòd musicus Coriscus idem est cũ Corisco per accidens, quia altera partium earum,quæ sunt in oratione, scilicet musicum,accidit alteri, scilicet Corisco: quasi dicat,ꝙquia musicus accidit Corisco,iõ to tum,cũ dicitur Coriscus musicus, accidit eidem subiecto,scilicet Corisco. Quarto modo dicitur unum per accidens,quando compositum ex utro que, scilicet ex subiecto & accidente,accidit eidem subiecto,composito cum aliquo accidente; eo modo quo dicimus, quòd musicus Coriscus accidit iusto Corisco, quia pars utriusque, scilicet prædicati & subiecti accidit eidem Corisco: quasi dicat,hæc unitas per accidens, & ista accidentalitas, cum dicitur, iustus Coriscus est Coriscus musicus,non est propter Coriscum, quia Coriscus nulli accidit;sed est propter naturam accidentium,quia duo accidunt,unum in subiecto, & alterum in prædicato accidunt Corisco;Ita ꝙ sicut in præcedenti modo, cum dicebatur Coriscus est Coriscus musicus, accidentalitas non sumebatur pænes Coriscum, quia Coriscus non accidit Corisco;sed musicum:ita & isto modo,cum dicitur,iustus Coriscus est Coriscus musicus;accidentalitas non sumitur penes Coriscum & Coriscum in prædicato & in subiecto;sed pænes iustum & musicum in prædicato & in subiecto; quæ accidunt uni tertio:& isto autem modo dicere,quòd Coriscus iustus accidat musico Corisco, idem est, quòd ipsum iustum accidere Corisco.

Quo subiectum et prædicatũ sunt unum.

Quæstio.

Quæreret quis ex hoc, Vnde sequitur consequentia, & quomodo nihil differt, ut dicit Philosophus Coriscum musicum accidere iusto Corisco?Nota ad hoc dicendum, ꝙ quãdocunque aliquid accidit alicui;oportet quòd illud, cui accidit,habeat rationem subiecti: illud autem, quod accidit,habeat rationem accidentis: cum autem

A dicitur sic, Coriscus iustus est Coriscus musicus; Coriscus musicus est illud,quod accidit, Coriscus iustus est illud,cui accidit; cum ergo Coriscus musicus sit illud,quod accidit,& illud,quod accidit,habeat rationem accidentis, ergo Coriscus musicus habet naturam accidentis; cum ergo non possit habere naturam accidentis propter Coriscũ, qui est substantia;oportet quòd habeat propter naturã musici,ergo Coriscum musicum accidere idem est, quòd musicũ accidere. Et iterum cum Coriscus iustus sit illud,cui accidit;& omne illud,cui accidit aliquid, habeat naturam subiecti:ergo Coriscus iustus habet naturam subiecti: cum ergo non possit eam habere propter naturam iusti,quia est accidens, ergo habet

B bet propter naturam Corisci, ita quòd idem est musicum accidere Corisco iusto, quòd ipsum accidere Corisco tantùm:ex hoc ergo habetur, ꝙ idem est Coriscum musicũ accidere,quòd musicum tantùm accidere: ex secundo autem habetur,quòd idem est accidere Corisco iusto,& Corisco tantũ: ergo ex primo & secundo concluditur quòd idem est Coriscum musicum accidere Corisco iusto, quòd musicum accidere ipsi Corisco;quia Coriscum musicum nõ accidit nisi propter musicum;& Coriscum iustum non est illud, cui accidit,nisi propter Coriscum,Deinde cũ d.

Similiter autem siue in genere, siue in uniuersalis alicuius nominibus dicatur accidens,ut quia homo idem,& musicus homo. Aut enim quia homini uni existenti substantiæ accidit musicum: aut quia,

C *ambo singularium alicui accidunt, ut Corisco tamẽ non eodem modo ambo insunt. Sed hoc quidem forsan ut genus, & substantia, illud uerò ut habitus, aut passio substantiæ.Ergo quæcunque secundùm accidens dicuntur unum hoc modo dicuntur.*

Postquam posuit unum per accidens in singularibus, ponit quomodo est unum per accidens in uniuersali,dicens;quòd similiter dicitur unum per accidens,si aliquod accidens dicatur cum aliquo nomine alicuius generis, uel cuiusque uniuersalis: Sicut enim unum erat per accidens,quãdo ipsum accidens accipitur cum nomine particulari; sicut enim fuit unum &idem per accidẽs Coriscus musicus in nomine particulari, ita est

D unum per accidens hoc & homo musicus,in nomine uniuersali; hic autem homo musicus & homo,est per accidens unum, aut quia homini existenti substantiæ accidit musicum,aut quia musicus & homo accidunt alicui particulariũ,ut Corisco ;ita tamen ꝙ hæc duo.s.homo, & musicũ, non eodem modo insunt ipsi Corisco & ipsi particulari,quia.s.unum istorum. s.homo inest Corisco,ut de substantia eius,& sicut superius substantiale : illud uerò.s.musicum inest Corisco,ut habitus,& passio quædam accidentalis: Concludit ergo,ꝙ quæcunque dicuntur unum secundũ accidens,his modis dicuntur unum. Notãdum est propter literam Philosophi,ꝙ hęc est differẽtia inter particulare & uniuersale: ꝙ particulare

Differẽtia inter uniuersale,& particulare.

non

non dicitur de subiecto, nec est in subiecto; & ideo nulli inest, nec nihil illi substat: uniuersale autē, & si non sit in subiecto, tamen dicitur de subiecto, & ideo aliquid illi substat: cum ergo dicitur Coriscus & musicus, non potest uerificari de Corisco propter aliquid, quod substat Corisco; ita ꝙ ratio dicēdi nō potest esse nisi una. sꝙ musicum inest subiecto particulari: cum autem dicitur, homo est musicus, quia aliquid substat homini, quod est ipsum uniuersale, potest esse ratio dicendi duplex: musicus. n. pōt uerificari de homine, uel propter naturam hominis, uel propter naturam illius, quod substat homini: quia. n. una realitas est hominis, & huius hominis, sicut Corisci; sicut Coriscus est substantia, ita homo; ex hoc quòd est substantia, sibi potest competere quòd substet accidentibus, sed quia homo non significat istam rem per modum per se stantis, quia nō per se stat, sed quia per materiam Corisci, uel huius hominis; ideo non habet rationem per se stādi, sed ratione huius hominis: ita quòd musicus inest huic homini, scilicet Corisco; Hoc est ergo; quod dicit Philosophus in litera, quòd musicum esse hominem; hoc uerificatur, uel quia musicum inest homini, uel quia musicus & homo insunt tertio, scilicet Corisco: Et ista secunda uidetur mihi ratio primæ: musicus enim & homo insunt Corisco, quia homo inest Corisco; quia enim musicus inest primo Corisco, ideo musicus secundò inest homini: ita quòd uerificatur de homine per Coriscum. Deinde cum dicit.

TEX. 8. *Secundùm se uerò unum dictorum alia dicūtur, eo quòd continua sunt ut onus uinculo, & lignum cum uisco. Et linea & si flexa sit. Continua autem una dicitur, sicut & partium singulę, ut tibia, & brachium. Ipsorum aūt magis unum natura continua quàm arte. Continuum uerò dicitur, cuius motus unus secundùm se, & non possibile aliter, unus autem unius indiuisibilis. Indiuisibilis autem secundùm tempus. Secundùm se autem continua quæcunque nō tactu sunt unum. Nam si ponis se tangentia ligna, non dices hæc unum esse, nec lignum, nec corpus, nec aliud continuum ullum, Quæ itaque omnino sunt continua unum dicuntur; quamuis reflexionem habeant. Adhuc magis quæ non habent reflexionē, ut tibia, aut crus, quàm subcleos, id est femur quia non contingit nō unum esse motū subclei, id est femoris. Et recta quàm reflexa magis unum. Reflexam uerò & angulum habentem, unam, & non unam dicimus; quia contingit & non simul esse motum eius, & simul. Rectę uerò semper simul, & nulla pars habens magnitudinem, hæc quidem mouetur, hæc uerò quiescit, quemadmodum reflexæ.*

Postquam ostendit, & determinauit de uno per accidens, hic determinat de uno per se: Et diuiditur in quatuor partes: quia primò ponit multiplicem acceptionem secundùm se: secundò ostendit, quæ est communis ratio, quæ debet saluari in quolibet modo unius secundùm se: tertiò ponit quandam proprietatem unius, scilicet, ꝙ ipsum

E unum est metrum: quartò præter modos unius dictos, addit, & ponit quosdam modos logicales: Secunda ibi [Vniuersaliter autem quæcunque habent diuisionem] Tertia ibi. [Vni uerò esse principium.] Quarta ibi. [Ampliùs autem alia secundum.] Prima pars diuiditur in quinque, secundū quinque modos, quos ponit: Secunda ibi. [Ampliùs alio modo dicitur.] Tertia ibi. [Dicuntur autem unum, & quorū genus.] Quarta ibi. [Ampliùs autem unum dicuntur.] Quinta ibi. [Omnino uerò quorum intelligentia indiuisibilis.] Ponit ergo primum modum, dicens: quòd unum dicuntur illa, quæ sunt continua: ita quòd ipsa continuitas est ipsa unitas. Continua autem sunt duobus modis: quia quædam sunt cōtinua per aliud,

Continua dupliciter.

F sicut onus lignorum est continuum, & unum idē ligaminis & uinculi, & ligna adinuicem coniuncta, & commassata adinuicem sunt unum propter uiscum. Ista autem continuitas adinuicem duobus modis est, quia aliquando ista ligatio est secundùm lineam rectam; aliquando secundùm reflexam. Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ linea, quòd etiam si sit reflexa, dum tamen sit cōtinua; una est: sic per istum modum partes animalis, quæ habent flexionem; dicuntur continua: sicut tibia, quę habent angulum & reflexionem ad genu, dicitur una & continua: & eodem modo bracchium, non obstante reflexione, dicitur unum. Talis autem continuatio per aliud potest esse à natura, & ab arte; & illa quæ ligantur & cōtinuantur per naturam, sunt magis unum, quàm

Linea duplex.

Cōtinuatio p aliud dupliciter.

G illa, quę ligantur per artem. Et quia fecit mentionem de continuo, diffinit ipsum continuum, dicens; quòd continuum est, cuius motus est indiuisibilis secundùm se, & non est possibile aliter se habere: quia non est possibile, quòd una parte mota, alia quiescat; sed una mota, alia mouetur: nec est possibile, quòd partes illius continui diuersis motibus moueātur; sed totum continuum uno modo mouetur. Dicit autem secundùm se; quia una motu per se, & alia per accidens. Possibile est continuum moueri diuersis motibus, sicut unus homo existens in naui per se mouetur contra motum nauis, per accidens autem mouetur ad motum nauis: motus autē indiuisibilis est,

Continuum diuersis motibus moueri nō implicat.

Motus est indiuisibilis

H quia non diuiditur secundùm tempus: ita quòd eodem tempore, quo mouetur una pars cōtinui, mouetur alia: nec est possibile, quòd una mota, alia quiescat: sic ergo dicuntur secundùm aliud continua: Secundùm se uerò continua dicuntur, & non per aliud, nec ratione alterius, quęcunque non sunt unum tactus tantùm ligatione, sicut in præcedentibus; nam illa non sunt perfectione unum, sed solùm se tangunt. Si enim ponas ligna se tangentia simul, nō dices ea esse unum lignū, sed unum corpus, nec aliquod unum cōtinuum. Ex quo patet, quòd quę sunt unum ratione alterius, & per tactum tantum; non sunt uerè unum, nec uerè continua; sed contigua: quę autem uerè sunt cōtinua, illa sunt, quæ uerè, & omnino sunt unum

Quæ sint cōtinua, & cōtigua

unum isto modo unius; quamuis etiam aliqua habeant reflexionem: illa tamen quæ sunt continua hoc modo, & quæ non habent reflexionem, sunt magis unum, quàm illa, quæ habent reflexionem: sicut tibia per se, & crus per se sunt magis unum, quàm subcleos, idest totum compositum ex crure & tibia; & ita illud, quod est sine reflexione, est magis unum, quàm illud, quod est cum reflexione: quia non contingit esse unum motum subclei, & omniũ reflexorum: ita tamen, quòd non contingit esse ut unum: quod non contingit in continuis non habentibus reflexionem, quia semper motus eorum unus est. Et hoc est, quòd subdit; quod linea recta magis est unum, quàm reflexa: unde lineam reflexam, & angulum habentem, dicimus unam, & non unam; eo quòd contingit simul esse eius motus, & non simul: ratione autem motus semper est simul. Linea enim reflexa potest habere unum motum, & duos motus: potest enim intelligi linea reflexa tota moueri ad unam partem: ita quòd habeat unum motum: potest iterum intelligi, quòd una parte eius quiescente, illa pars, quæ est cum parte quiescente, continet angulum, & appropinquat ad partem quiescentem, sicut tibia applicatur ad coxam quiescentem. Linea autem recta semper habet unum motum: ita quòd una parte mota, alia mouetur; & una quiescente, alia quiescit; non enim est possibile, quòd in magnitudine recta una pars quiescat, & una pars moueatur; quòd aliàs est possibile in reflexa. Notandum est diligenter, quòd unitas idem est, quòd indiuisio: ubi ergo reperitur ratio indiuisionis; oportet, quòd reperiatur ratio unitatis; continuitas autem non est nisi in diuisio partis à parte. Ex hoc enim totum est continuum, quòd partes sunt abinuicem indiuisæ; ex hoc continuitas est quædam indiuisio, & per consequens quędam unitas; & ubi reperitur maior indiuisio, ibi reperitur maior ratio unitatis; maior autem indiuisio reperitur, quando partes sunt indiuisæ à natura, quàm quando sunt indiuisæ ab arte. Et ideo dixit Philosoph. quòd continuum à natura magis est continuum, quàm continuum ab arte: maior autem indiuisio reperitur, quando partes sunt continuæ, quàm quando sunt contiguæ. Et ideo dixit Philosophus in litera; quòd illa sunt magis continua, quę sunt sine tactu, quàm illa, quæ sunt continua solùm per tactum. maior enim indiuisio reperitur in linea ratione lineæ, quàm lineę reflexione: nam de ratione unitatis in linea est, quòd terminetur per duo puncta, & quòd partes eius terminentur ad punctum in medio; qui punctus non est in actu, sed in potentia: & si contingat, quòd punctus sit in actu, non in potentia; erunt in ueritate rei duæ lineæ, non una: si ergo sic est, quantò punctus in medio plus appropinquat ad actualitatem; tantò linea minus habebit unitatem. Si enim ex hoc linea est una, ex

Linea reflexa pôt habere unũ motum, et duos motus.

Continuum à natura ẽ magis continuum, quã ab arte.

A eo quòd punctus non est nisi in potentia; & si ex hoc censentur duæ lineæ, quòd per diuisionem fiunt duo puncta in actu; quantò magis punctus accidit ad actualitatem, tantò magis linea recedit ab unitate. Cum ergo in linea reflexa propter angulum, punctus in medio recedit à possibilitate, & accedit ad actum; quod patet ex hoc, quòd in linea reflexa propter angulum censentur esse tria puncta, duo in extremis, & unum in medio; in linea uerò punctus in medio fit in potentia, & non accidit ad actum; quod patet ex hoc, quòd in linea recta non censentur esse nisi duo puncta, quæ sunt in extremis: quia pũctus in medio nõ est nisi in potentia; patet, quòd linea recta magis est continua & una, quàm reflexa, sicut dicit Philosophus in litera. Deinde

B cum dicit.

Amplius alio modo dicitur, eo quòd subiectum sit specie indifferens: indifferens uerò ut quorum indiuisibilis species secundùm sensum. Subiectum autem primum, aut ultimum ad finem. Vinum enim unum dicitur, & aqua una, inquantum indiuisibile secundùm speciem. Et liquores omnes unum dicuntur, ut oleum, uinum & fluida. quia omnium ultimum subiectum idem. Nam aqua, aut aere omnia hæc sunt. TEX. 9.

Ponit secundum modum unius secundùm se, quod non tantùm est unum, quando est ibi indiuisio ratione quantitatis; sed etiam quando est in diuisio ratione formæ. Aliquid enim posset esse

C unum ratione continuitatis: quod tamen non esset unum ratione formæ; sicut si esset unum continuum ex auro, & argento & ex his aliis hmôi: si ergo illud est unum, cuius subiectum est indifferens secundùm speciem: Secũdùm speciem indifferens est, quando species sensibilis est indiuisibilis, non quidem in diuisione quantitatiua, sed formali. Hæc autem indiuisio est, quando totum & pars sunt eiusdem rationis: sicut quælibet pars aquæ est aqua: sicut opposita diuisio est, quando pars & totum sunt non eiusdem rõnis, & eiusdẽ formalitatis; sicut quælibet pars manus non est manus. Hoc autem subiectum indifferens potest accipi duobus modis, uno modo ut subiectum finale & ultimum, ad quod stat ultima resolutio;

D alio modo ut subiectum proximum. De subiecto proximo est exemplum, unum dicitur merum in quantum est quid indiuisibile secundùm speciẽ: quia quælibet pars uini est uinum: ita ꝙ partes illæ communicant in una materia propinqua: similiter isto modo aqua dicitur unum. De subiecto remoto indifferenti est exemplum: quia omnes liquores sicut uinum, & oleum, & omnia fluida dicuntur unum, quia subiectum remotissimum eorum est indifferens & idem, siue sit aqua, siue aer, siue aliquid aliud. Commentator autem sic legit hunc passum: quòd forma, in qua est differentia, de qua loquitur hic Philosophus. uel est forma ultima, quæ est finis in generatione; uel est forma prior ista:

Subiectum indifferens duplex.

V ita

ita quòd ista conuenientia, uel differentia, uel est in forma ultima, & propinqua, uel est in forma remota: Cum enim iste modus unius non sit, nisi indiuisio subiecti in formalitate; & ista diuisio fit duobus modis, scilicet in formalitate propinqua, uel in formalitate remota: ideo unum istorum potest esse duplici modo. Exemplum, secundùm Commentatorem de formalitate propinqua, scilicet, quòd partes uini dicuntur unum cum toto uino; quia sunt eiusdem rationis & formalitatis propinquæ. Exemplũ de formalitate remota: quia uinum & oleum differunt in formalitate propinqua: quia alia est formalitas uini, alia olei; tamen habent subiectum indifferens, & formalitatem remotam; quia conueniunt in formalitate liquiditatis. Deinde cum d.

Indiuisio subiecti in formalitate duplex.

TEX. 10. *Dicuntur autem unum, & quorum genus unum differens oppositis differentiis; & hæc dicuntur oĩa unum, quod subiicitur differentiis: ut homo, canis, & equus, unum quidem, quia omnia animalia, & modo propinquissimo, sicut materia una. Hæc autem quandoque quidem, ita unum dicuntur, quandoque uerè genere superiore, quod idem dicitur si sunt ultimæ species generis superioris his; ut isosceles, & isopleurus sunt una, & eadem figura, quia ambo triangulus, sed trianguli non iidem.*

Ponit tertium modum unius secundùm se, dicens; quòd alia dicuntur unum, quorum genus est unum; quod quidem genus diuiditur per oppositas differẽtias: & quod quidem aliquo modo subiicitur oppositis differentiis; sicut potentia subiicitur actui: alio modo dicimus, quòd homo, equus, & canis sunt unum; quia conueniunt in animali, quod est genus. Et unitas generis est aliquo modo sicut unitas materiæ: sicut enim materia trahitur ad diuersos actus per diuersas formas; sic genus trahitur ad diuersos actus, per diuersas differentias: & sicut unitas materiæ respicit diuersas formas; ita unitas generis diuersas differentias. Illa autem, quæ sunt unum in genere, aliquando dicuntur unum simpliciter, in quocunque genere conueniant: aliquando uerò non dicũtur unũ in genere, quia nõ conueniunt in genere inferiori: quæ quidem si sint ultimæ species respectu generis superioris, possunt dici idẽ in genere superiori: & tamen non possunt dici idem, nec unum in genere inferiori. Exemplum isosceles, & isopleurus, quæ sunt species figuræ, & trianguli; possunt dici idem & unum in genere superiori, scilicet in figura; quia dicuntur una & eadem figura; sed non dicuntur unum & idem in genere inferiori, quia non est benè dictum, ꝙ sunt unus & idem triangulus.

Coparatio inter materiam & genus.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum genus assimiletur materiæ? Et uidetur ꝙ nõ; quia materia nõ prædicatur de eo, cuius est materia: genus autem sic. Ad oppositum est Philosophus in litera. Resp. dicendum est, ꝙ aliquo modo est similitudo inter genus & materiam, & aliquo modo dissimilitudo:

Similitudo & dissimilitudo materiæ, & generis.

E Sicut.n. de ratione materiæ est, ꝙ per diuersa agentia naturalia trahatur ad diuersos actus; ita ꝙ essentia materiæ sit quasi informis, & secundùm uim agentis trahatur ad diuersos actus specificos; & sicut materia de se nullum actum formalem dicit, sed solùm dicit diuersos actus, per uim agentis: ita de natura generis est, quòd de se est esse in potentia ad esse actum formalẽ, adeo quòd nullum actum specificum dicit de se, sed solùm dicit quid in potentia ad actum specificũ. Differentia autem & dissimilitudo inter genus & materiam prima est, quia materia dicit quid in potentia nuda: quæ quidem potentia est ad omnem actum formalem: genus autem nõ dicit ipsum; quia sic esset in potentia ad seipsum: cum

F enim potentialitas generis sit aliqua formalitas, si esset in potentia ad formalitatem, esset in potẽtia ad formalitatem propriam: solùm ergo in potentia est ad ultimam rationem formalitatis. Debemus.n. imaginari (ut dictum est pluries) ꝙ eandem formalitatem realiter dicit genus & differẽtia: sed tamẽ sub diuersis rationibus: ita ꝙ genus dicit illam formalitatem sub esse incompleto: differentia illam sub esse ultimato: Secũda differẽtia est inter genus & materiam, quia materia dicit partem rei: & ideo non prædicatur de eo, cuius est materia; genus aũt dicit totum, quidquid dicit species; licèt sub alio modo; ideo potest prædicari de eo, cuius est genus; sicut de specie. Hęc est.n. differentia inter animam sensitiuam, quæ

G est pars; & animal, quod est genus; quia anima sensitiua ita est pars hominis, ꝙ nullo mõ prædicatur de homine; animal autem dicit quidquid dicit homo, licèt sub alio modo: & ideo potest prædicari de homine: animal.n. idem est, ꝙ habens animalitatem: habens autem animalitatẽ est species, & ita dicit totam speciem; tamen sub esse potentiali, & informi: quia animalitas dicit quid potentiale respectu differentiæ: illud enim quod dicit homo sub esse completo & distincto, dicit animal sub esse incompleto, & indeterminato, & confuso: omne autem indistinctum & confusum est potentiale respectu completi & distincti.

Quæreret quis, Vtrum isosceles, & isopleurus *Quæstio.*

H sint duo trianguli, & una figura, sicut dicit Philo. in litera? Et uidetur, ꝙ nõ: quia multiplicato inferiori, multiplicatur superius: duo.n. hoĩes sunt duo aĩalia; cũ ergo triangulus sit inferius ad figuram: in multiplicãdo triãgulo, multiplicabitur figura. Si ergo isosceles, & isopleurus sunt duo trianguli, ergo duæ figuræ. Notandũ, dicendum est, ꝙ duplex est unitas, scilicet rei, & rationis: Si loquimur de unitate reali; isosceles & isopleurus; nec sunt unus triangulus, nec sunt una figura; sed sicut sunt duo trianguli, ita sunt duæ figuræ; quia impossibile est, quòd multiplicetur inferius, quĩ multiplicetur realitas superioris: Si autem loquamur de unitate rationis, sic dicit Philosophus, ꝙ sunt una figura, non tamen unus triangulus:

Vnitas duplex.

Quod

Quod,ut meliùs pateat ratio Philosophi, notandum est, quòd esse unum in genere est esse unũ in ratione; eo modo quo dicimus, quòd homo & asinus sunt unum in animali: Similiter esse unum in specie est esse unum in ratione; eo modo quo dicimus, quòd Petrus & Martinus sunt unum in specie, & unus homo. Similiter esse unum in differentia est esse unum in ratione; eo modo quo dicimus, quòd homo & asinus sunt unum in sensibili: Et hoc modo accipit hic unitatem Philosophus, quia Isosceles, & Isopleurus sunt unum in differentia figuræ; nam possibile est, quòd aliqua duo cadunt sub eadem differentia superioris, & generis remoti; quæ tamen cadunt sub diuersis differentiis diuisiuis generis propinqui: ita quòd sunt unum in differentia diuisiua generis superioris; & tamen sunt duo respectu differentiarum diuisiuarum generis inferioris. Exemplum in proposito isosceles, & isopleurus, uel æquilaterus cadunt inter unam differentiam diuisiuam figuræ; nam si dicatur sic, figurarum alia triangulus, alia quadrangulus sub differentia, triangulo, scilicet sub ista differentia, cadit tam æquilaterus, quàm isosceles; & omnes sunt species trianguli: si tamẽ dicatur sic, triangulorum alius isosceles, alius isopleurus, & c. statim cadunt sub diuersis differentiis diuisiuis trianguli; ergo istæ species trianguli respectu generis superioris possunt dici una figura unitate rationis, quia ipsum superius, & ipsam figuram per unam rationem aspiciunt, scilicet per unam differentiam; & ipsum superius descendit per unam rationem, hoc est per unã differentiam; & tamen non possunt dici unus triangulus unitate rationis, quę est unitas differentiæ; quia non per unam differentiam descendunt à triangulo, nec per unam differentiam aspiciunt triangulum; & quia non per unam differentiam, & differentia est rõ; ergo non per unam rõnem, & sic possunt dici unus triãgulus in ratione, qua quidem possunt dici una figura. Deinde d.

Esse unũ in genere quid. (margin)

TEX. 11. *Amplius autem unum dicuntur, quorumcunque ratio, quæ quod quid erat esse, dicit, indiuisibilis ad aliam significantem quid erat esse rei. Ipsa enim secundùm se omnis ratio diuisibilis. Sic enim augmẽtatum & diminutum unum sunt, quia ratio una sicut in speciebus, quæ speciei una.*

Ponit quartum modum unius dicens, quòd illa dicuntur unum, quorum unius diffinitio significãs quidditatem, & quod quid erat esse, non distinguitur à diffinitione alterius, quod significat etiam quòd quid erat esse: licèt enim diffinitio diuisibilis sit; quia omnis diffinitio diuiditur ĩ genus & differentiam: tamen quando duo habent unam diffinitionem, diffinitio unius nõ differt à diffinitione alterius, isto enim modo dicimus esse unum augumentatũ & diminutum; quia utrunque conueniunt in diffinitione generis; quia utrunque est motus quidam secundùm quantitatem; eo modo etiam dicimus, quòd omnes superficies sunt unum in diffinitione superficiei, & etiam conueniunt in diffinitione speciei. Notandum est, quòd omne unum in diffinitione potest esse duobus modis, uno modo quia totaliter diffinitio unius est diffinitio alterius: & isto modo nomina synonima sunt unum in diffinione: alio modo possunt esse aliqua, quæ diffiniuntur propriis diffinitionibus; & tamen sunt unum in diffinitione superioris: & idẽ in hoc mõ dedit exẽplũ Philos. in litera; nam motus auguméti, & motus diminutionis differunt diffinitionibus propriis; & tamẽ sunt unum in diffinitione generis; quia utrunque est motus ad quantitatem. Tertiũ modum ponit Commentator quòd aliqua sunt, quę differunt diffinitionibus propriis, & tamen conueniunt in una diffinitione subiecti, quod cõcernunt; uel capiunt idem subiectum in suis diffinitionibus; & ad istum modum credo reduci, quando aliqua duo differunt diffinitionibus, quę tamen conueniunt; & dicunt eandem realitatem: sicut uerum & bonum differunt in diffinitionibus propriis, quia unam realitatem capiunt, quia eadem realitas, ẽ quæ subintrat diffinitionẽ ueri, & diffinitionem boni. Dende cum dicit.

Unũ in diffinitione dupliciter. (margin)

Omnino uerò quorum intelligentia indiuisibilis intelligens quid erat esse & non potest separari, neque tempore, neque loco, neque ratione maximè hæc unum, & horum quæcunque substantia.

Ponit quintum modum unius, dicens; quòd omnino illa, quorum intelligentia est indiuisibilis; ita quòd in re non componuntur: nec intellectus comprehendens ea, appræhendit ea per modum compositorum, sed per modum simpliciũ; illa habent intellectum indiuisibilem, & uocantur unum isto modo: hæc enim sunt unum indiuisibiliter, nec possunt separari tempore, nec loco, nec ratione; & ideo sunt maximè unum: & si contingat, quòd aliquid sic sit unum in genere accidentis, & aliquid sit sic unũ in genere substãtiæ; illud quod est sic unum in genere substãtiæ, est magis unũ, quàm illud, quod est sic unum in genere accidentis. Notandum, ut uideatur litera Philosophi, quòd aliqua sunt, quæ appręhenduntur ab intellectu, per modum compositionis ex diuersis principiis; & ista, quæ appræhenduntur per modum compositionis, appræhendũtur per modum omnino diuisiuum; & per consequens intelligentia appræhendens non est omnino indiuisibilis; quia appræhendit per modum componentis: Aliqua sunt, quæ appręhenduntur per modum negationis: ita quòd intellectus non appræhendit ibi partem, & partem; sed solùm appræhendit negationem partis; & ideo appræhenduntur per modum simplicium, & indiuisibilium: intelligentia istorum sic appræhẽsorum uocatur indiuisibilis, quia appræhendũtur sine parte & parte; eo. n. mõ appræhendimus, cũ dicimus, ꝙ punctus est, cuius pars non est: & ideo punctus est unus isto modo unitatis: Aliqua sunt, quæ appræhenduntur per modum habitudinis ad aliqua habentia partem: non tamen appręhenduntur per modum haben-

Varia rerũ apprehẽsio ab intellectu. (margin)

tium partem extra partem: & ista sic appræhensa etiam habent intelligentiã indiuisibilem, & sunt in isto modo unius, sicut appræhendimus unitatẽ & habitudinem ad numerũ, nec appræhendimus ibi partem extra partem.

Quæstio. Quæreret quis, Quid sit separari in loco, & in tempore, & in ratione? Respondeo: dicendum est, quòd omnia quanta continua concernunt se parationem in loco: cum enim quantitas continua habeat partem extra partem; & habeat inter partes ordinem; & ordo partium respiciat ordinem in loco, oportet quòd & secundùm aliam & aliam partem respiciat & aliam & aliam partem loci: illa ergo separari uocatur in loco, quæ concernunt alium & alium locum per naturam quãti: illa autem inseparabilia sunt in loco, quæ non concernunt rationem loci, uel concernunt ratio nẽ eiusdẽ loci, uel propter indiuisibilitatẽ sui non cõcernũt aliã & aliã partẽ loci; eo modo quo dicimus, ꝙ pũctus est indiuisibilis secũdũ locũ, quia nõ respõdet aliquid diuisibile sibi in loco. Similiter illa uocantur esse diuisibilia in tẽpore, quæ in alia & alia parte sui concernunt aliam & aliam partem temporis; eo modo quo dicimus, ꝙ motus est diuisibilis in tempore; quia secũdùm aliã & aliam partem sui, respicit aliam & aliam partem temporis: illud autem est indiuisibile in tempore, quod nullo modo concernit tempus, sicut sunt substantiæ separatæ, uel si concernunt, non tamen aliam, & aliam partem temporis; sicut est instans, uel mutatum esse. Similiter illud uocatur diuisibile in ratione, quod ab intellectu apprehenditur sub alia & alia ratione: ita quòd intellectus illud apprehendens, illud apprehendit sub diuersis rationibus; ut puta sub genere & differentia, uel sub esse & essentia, uel huiusmodi: illud autem uocatur indiuisibile in ratione, in quo non apprehenduntur diuersæ rationes componẽtes; puta illud, quod non apprehenditur per modum generis & differentiæ, uel esse & essentiæ, componentium illud, sicut dictum est de primo principio; uel sicut dictum est, de puncto; qui nõ apprehenditur per modum compositionis, sed ꝑ modum negationis: Si ergo aliquod unum reperiatur, quod non aspiciat dissimilitudinem temporis, uel loci, uel rationum componentium, illud est maximè unum, & maximè in genere substantiæ; quia & si ipsum accidens sit indiuisibile in se, tamen concernit aliquam rationem compositionis inquantùm est alteri inhærens, & cõpossibile, uel alteri inclinabile; nam si accidens non est nisi quia entis, non potest sua entitas pro formalitate comprehendi, nisi sub ratione duorum entium, scilicet entis quod inclinatur, & entis ad quod inclinatur: & ita semper apprehenditur ꝑ modum cõpositionis: Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd magis est unum, quod est unum in substantia, quàm quod est unum in accidente.

Quæ sunt separabilia, & inseparabilia a loco.

Quæ sũt diuisibilia, & Indiuisibilia in tẽpore.

Diuisibile & indiuisibile in rõne qd.

Maximè unum, qd sit.

Vniuersaliter autem quæcunque non habent diuisionem inquãtum non habent sic unum dicuntur, ut si inquantum homo non habet diuisionem, unus homo. Si uerò inquantum animal, unum animal. Et si inquantum magnitudo, una magnitudo.

Postquam Philosophus posuit multiplicẽ acceptionem unius; hic ponit quandam rationem communem omnibus modis unius: Et circa hoc tria facit; quia primò ponit hanc rationem communem omnibus modis unius: secundò ostendit, quòd aliqua dicuntur unum impropriè, & aliqua propriè: tertiò, modis prædictis addit modũ tertium alium unius: Secunda ibi, [Plura quidẽ igitur unum dicuntur.] Tertia ibi, [Amplius est quidam ut quodcunque unũ.] Dicit ergo, ita dictum est, quòd unũ multis modis dicitur, & uniuersaliter quæcunque non habẽt diuisionem; inquantùm non habent, secundùm illum modum dicuntur unum: ut si aliqua sunt indiuisa in homine, quia conueniunt in humanitate dicũtur unus homo, sicut Sors, & Plato. sunt unum in humanitate: & si aliqua sunt diuersa in humanitate, & sunt unum inquantùm animal, dicuntur unũ animal: & quæ non diuiduntur magnitudine, dicuntur una magnitudo. Notandum est, quòd unitas est quædam indiuisio, ut iam pluries dictum est; ergo omnia, quæ dicuntur unum, indiuisionẽ participant; sed tamen secundum quòd aliter & aliter participant, aliter & aliter dicuntur unum: ita quòd omne unum est quasi compositum ex ratione participante, & ratione participata; quæ ratio participata indiuisio est: Sic ergo dicit Philosophus in litera, quòd omne unum in ratione participata conuenit simul in ratione indiuisionis; sed tamen differentia est ex parte participantium: si enim ista indiuisio est in specie, dicuntur unũ in specie; si in genere dicuntur unum in genere, & sic de aliis. Deinde cum dicit.

Reducit modos unius, ad quantum principali.

Vnitas qd.

Plura quidem igitur unum dicũtur per alterum aliquid facere, aut pati, aut habere, aut aliquid esse unum. Quæ autem unum primò dicũtur, quorum substantia una. Vna uerò aut continuatione, aut specie, aut ratione, Etenim numeramus ut plura, aut quæ non continua aut quorum non una species, aut quorum ratio non una.

Ponit, quòd aliqua dicuntur unum propriè, & aliqua impropriè; dicens quòd plura dicuntur unum, non quòd habeant indiuisionem & unitatem; sed quia habent aliquam habitudinem ad unitatem: Quædam enim dicuntur unum, quia faciunt unitatẽ; ex hoc, quòd agunt aliquid unũ: sicut dicimus, ꝙ plures homines dicũtur unum, ex hoc, quòd trahunt unam nauem: Aliqua dicũtur unum ex hoc, quòd patiuntur aliquod unum; sicut dicimus, quòd multi sunt unum ex hoc, ꝙ ab uno reguntur: Aliqua dicuntur unum per habere aliquid unum, sicut duo homines possunt dici unum, qui possident unum agrum. Aliqua dicuntur unum; quia aspiciũt aliquod unum, sicut multi filij dicuntur unum; quia aspiciunt unũ patrem: sicut ergo ista impropriè, & secundariò dicuntur unum; quia sua unitas solùm est in habitudine:

Quæ impropriè dicũtur unum.

Quæ proprie & per se unum dicuntur.

tudine. Aliqua sunt, quæ primò dicuntur unū & per se; & ista sunt quarum substantia est una; & ista unitas substantiæ, uel est in continuatione solùm, & hoc quò ad primum modum, quo dicebatur, quòd continua sunt unum: uel est in specie, & hoc quò ad secundum modum, quo dicebatur, ꝙ illa sunt unum, quæ habent subiectum indifferēs, uel speciem: uel etiam ratione, & hoc quò ad tertium modum, quo dicebatur, quòd illa sunt unum, quæ conueniunt in ratione generis: uel quò ad quartum, quo dicebatur, quòd illa sunt unum, quæ habent rōnes & diffinitiones indifferentes: uel quò ad quintum, quo dicebatur, ꝙ illa sunt unum, quæ habent intelligentiam indiuisibilem: Quòd autem ista sint uerè unum, primò patet, quòd sua opposita sunt multa; nam illa numeramus, & uocamus plura, quæ non sunt continua quò ad oppositum primi: aut quæ non habent speciem unam, quò ad oppositum secundi: aut quando non habent rationem unam, quò ad oppositum tertii, quarti, & quinti. Deinde cum dicit.

Amplius autem est quidem ut quodcunque unū continuitate dicimus esse, si sit quantum aut continuum. Est autē ut non, si non aliquod totum sit. Hoc autem si non speciem habeat unam. Vt uidentes utique non dicemus similiter unū qualitercunque partes compositas calciamenti nisi propter continuitatem, sed si sit ut calciamentum sit, et speciem habeat aliquam iam unum. Quapropter & quę circuli maximè una linearum, quia tota & perfecta est.

Alius modus unius ratione perfectionis.

Ponit unum modum alium à prædictis, qui sumitur ex ratione perfectionis: ita ꝙ isto modo si dicatur aliquid unum, non solùm dicitur unum quia continuum, sed quia totum perfectum: calciamentum non solùm dicitur unum, quia habet continuitatem partium, sed quia habet cōtinuitatem partium cum ordine ipsarum partiū ad debitam perfectionem calciamenti & totalitatem: Et hoc est, quod dicitur in litera, ꝙ quandocunque contingit, ꝙ aliqua dicamus unum propter solā continuitatem; quandoque non dicimus unum propter solam continuitatē; sicut continuo si non sit aliquod totum & perfectum; & hoc contingit, quando illud continuum habet aliquam speciem & perfectionem, quam si non habeat, non potest dici unum: sicut patet, quòd non dicimus ipsum artificiatum quousque uideamus partes eius cōpositas esse: nisi fortè dicatur unum propter continuitatem solùm; sed tunc dicimus esse unum, quando partes artificiati ut calciamenti, sic sint compositæ, quòd sint ordinatæ adinuicem; & sic sunt compositæ, quòd aliquam habeāt perfectionem, & speciem unam; quia unitas isto modo includit unitatem & includit perfectionem; & ideo dicimus de numero linearum circularis est maximè una, quia una est & perfecta & tota: perfectum enim est, cui non potest fieri additio; lineę autem rectæ & curuæ potest

Linea circularis est prima & perfectior linearum.

Perfectum quid.

A fieri additio, sed non circulari; & ideo linea recta non est una isto modo, sed circularis solùm; ita quòd linea recta est una benè secundùm quòd unitas est continuitas: linea āt circularis est una, secundùm quòd unitas, continuitas est, & perfectio. Notandum est diligenter, quòd sicut unitas continui erat ex hoc, quòd una pars erat indiuisa ab alia parte in continuo; ita unitas isto modo est ex hoc, quòd res est indiuisa à sua perfectione, & habet quidquid requiritur ad suam perfectionem, & ex hoc ista unitas est quædam totalitas: ex hoc enim quòd habet quidquid requiritur ad suam perfectionem, uocatur totū: sicut ex hoc quòd non habet, uocatur diminutūm: Ita quòd ex hoc sequitur, ꝙ hæc idem sunt unū, *Idē est unū, totum, & perfectum.*

B totum & perfectum, sed diuersis respectibus tamen: ex hoc.n. unū dicitur, quòd est indiuisum à sua perfectione, ex hoc perfectum, quia ultra illud, quòd habet, nihil est accipere in re; ex hoc autem totum, quia habet omnes partes, quæ requiruntur ad naturā & speciem rei. Notandum est diligenter secundò, quòd aliqua sunt unum propter solam continuitatem partium; quia sua unitas non requirit, quòd sit determinatum, uel inderminatum ordine partium; nec etiam forma illorum requirit determinatum ordinem partium; eo modo quo dicimus, quòd aliqua sunt una, quia non requirunt determinatum ordinem partium ad sui unitatem, & unitas talium non potest dici totalitas aliqua, sicut quorum unitas con

C sistit in continuitate partium & ordine: & hanc unitatem uocat Philosophus unitatem totalitatis. Deinde cum dicit.

Vni uerò esse est principium alicui numero esse; prima namque mensura principium. Nam quo primò cognoscimus, hoc est prima mensura cuiuslibet generis. Principiū ergo cognoscibile circa qdlibet unum. Non idem autem in omnibus generibus unū. His quidem enim est diesis, illis autem uocalis aut consonans: grauitatis autem alterum & motu ēt aliud, ubique uerò unum aut quantitate, aut specie indiuisibile secundùm quantum quidem igitur & in quantum quantum, indiuisibile: Quod quidem omnino & sine positione dicitur unitas. Quod autem omnino & positionem habens punctum, Quod autem TEX. 12.

D *secundùm unum linea, Quod autem secundùm duo superficies. Omnino uerò & tripliciter diuisibile secundùm quantitatem corpus. Facta autem conuersione, dualiter quidem diuisibile superficies; unicè autem linea, Nullatenus diuisibile secundùm quantitatem punctus & unitas.*

Ponit quartam proprietatem unius, & est ista: quòd proprium unius est esse principium numeri: quod patet ex hoc, quòd prima mensura respectu mēsurati est principium; quod patet: quia illud, quo cognoscimus rem in quolibet genere, est principium respectu rei; quia res cognoscitur per sua principia: illud autem quo cognoscimus res in quolibet genere, est prima mēsura cu- *Unum est mensura & quomodo.*

iuslibet generis; unum autem est mēsura: quia principium cognoscibile, uel cognoscendi circa quodlibet genus est unum; tamen illud unum mensurans & principium cognoscendi non est idem in omnibus generibus: Vnum.n. quod est unum in consonantijs, diesis est; est autem diesis semitonum unius: diuiditur enim semitonus in duo semitona inæqualia, quorum unum semitonum uocatur diesis; Minimum, & unum in uocibus est uocalis, uel consonans: Similiter in generibus est aliquod minimum mensurans, puta unctia: Et in motibus est aliquis motus simplex mensurans omnes alios, scilicet motus primi. Sic ergo in in diuersis generibus reperitur diuersimodè unum: ubicunqne autem reperitur unum, semper reperitur aliqua alia ratio: quia unum est indiuisibile secundùm quòd unum, & hoc uel secundùm quantitatem, uel secundùm speciem; quod antem est indiuisibile secundùm quantitatem, si sit omnino indiuisibile, & habeat positionem; dicitur punctus ex opposito: si aliquid sit diuisibile secundùm uuam dimensionem quanti, uocatur linea: si uerò secundùm duas dimensiones sit diuisibile, puta longum & latum, uocatur superficies: si autem sit omnino diuisibile secundùm tres dimensiones, puta longum, latum, & profundum, uocatur corpus: Et omnino conuersio est in istis; quia omne dualiter diuisibile superficies est, & èconuerso: & secundùm dimensionem unam diuisibile linea est, & econuerso: & quod nullatenùs diuisibile secundùm quantitatem uuitas est, & punctus: sed tamen si hoc indiuisibile positionem non habet, unitas est: si concernit positionem est punctus. Ad euidentiam huius literę notandum est, quòd unum, quod est principium uumeri, est mensura omnium numerorum: cuius ratio est, quia ipsi numeri cognoscuntur per respectum ad unitatem; natura enim numeri non est nisi circa distantiam ab unitate: si enim uolo cognoscere, quomodo ternarius nō est quaternarius, uel è conuerso; oportet me cognoscere, & resoluere ad unitatem utrunqne: ita quòd quia quaternarius aliter aspicit unitatem; & etiam alia distantia est ad ipsam, & aliter ternarius; ex hoc cognosco, quòd unus numerus non est alius. Sic ergo unum, non applicatum ad aliquam materiam, mensurat numerum, ex hoc quòd numerus ad unitatem resoluitur: unum autem in speciali materia, puta in consonantibus, uel in grauibus, uel in motibus, uel in uocibus non mensurat numerum absolute, sed numerum in tali materia. Cum enim unum & minimum mensuret ipsum compositum, & omne compositum habeat rationem numeri, certè unum & minimum mensurabit numerum semper; sed tamen aliquando numerum absolutè, aliquando numerum in tali materia: sicut patet, quòd illa, quæ sunt compositione in cō sonantiis, resoluuntur ad simplicia; & ex tali re-

Quę unum est indiuisibile.

Vnitas principium est, & mensura omnium numerorum.

E solutione cognoscuntur; & quia ex illis cognoscuntur, ideo simplicia mensurant ipsa composita: simplex autem habet rationem unius; compositum autem habet rationem numeri; ergo unum in tali materia mensurat numerum in tali materia. Similiter compositiora in generibus resoluuntur ad aliqua minima, puta ad unitatem, uel ad diagramma, uel ad aliquod minimum: ut si uelim scire quanti ponderis est hoc graue, uel illud; hoc sciam, quia sciam quot unciarum est: & ex ista resolutione unctia est principium cognoscendi, & per consequens est mensura, quia per eam deuenitur in cognitionem; & cum ipsa habeat rationem unius & minimi in ponderibus, & illud, quod ab ea mē F suratur, habeat rationem compositi, & omne cōpositum habeat rationem numeri, ergo unū est mensura numeri in tali materia. Similiter uox composita cognoscitur, cum una est; ex hoc ꝙ re soluitur ad literam consonantem, uel uocalem; sed magis ad uocalem: litera enim uocalis magnam notitiam dat de syllaba, uel de dictione; & quia litera uocalis est quoddam simplex, & quod dam unum; & per ipsam habetur notitia de syllaba, quę composita est, uel de dictione; ideo uocatur mensura syllabæ, uel dictionis: & sic unum & simplex, scilicet litera mensurat compositum & numerum, scilicet dictionem, uel syllabam. Exempla autem possent poni; quia omne compositum cognoscitur ex resolutione ad G suam formam; & forma habet rationem unius; compositum rationem uumeri: & omnes conclusiones cognoscuntur ex resolutione ad principia, & principium habet rationem unius; istæ uerò conclusiones habent rationem numeri & multi; eo quòd in uirtute unius principii continentur multæ conclusiones. Patet ergo litera Philosophi, qnia unum non contractum ad aliquam materiam est mensura numeri in se non contracti: unum autem in speciali materia est mensura sui numeri; & sic à primo uno deriuatur rō mensurę ad secundum unum.

Simplicia mensurant composita.

Compositum cognoscitur per resolutionē ad formam.

Quæreret quis, Quomodo sit, quòd unitas nō concernit positionem; punctus uerò concernit? & uidætur non esse hoc uerum, maximè de unita H te, ꝙ non concernat: quia si unum idem est, quòd continuum; quia numerus idem est, quòd diuisum continuum, & omne continuum concernit positionem uidetur, quòd unum concernat positionem. Respondeo, dicendum est, quòd unitas quædam indiuisio est, & punctus similiter est quędam indiuisio; ita quòd ambo in ista formalitate conueniunt: sed tamen aliter est indiuisio ipsa unitas, & aliter punctus; quia punctus est est indiuisio concernens positionem & situm in continuo: sicut enim imaginor, quòd humanitas non est omnis animalitas, sed animalitas in tali natura; sic imaginandū est, quòd punctus est indiuisio, sed non omnis; sed indiuisio concernens positionem

Quęstio.

Vnitas, & punctus est indiuisio.

positionem: est enim punctus quædam indiuisio; de cuius natura est, quòd diuidat continuum, uel copuletur à continuo: ita quòd de ratione unitatis non est, nisi quòd sit indiuisio: utrum autem in hac materia, uel in illa, hoc nõ est de ratione sua. Ad argumentum in contrarium dicendum, ꝙ si unum transcendens idem est cum uno, quod est principium numeri; statim patet, ꝙ unum, quod est principium numeri; differt ab uno transcendente; quia illud unum idem est, quod continuũ; illud autem circuit omne genus prædicabile. Potest dici, quòd licèt unum & continuum dicant eandem realitatem, tamen differunt in ratione; ex hoc enim dicitur continuum; quia habet partem extra partem: ex hoc autem unum, quia est indiuisum; ita quòd ratio unius abstrahit à ratione partis; licèt realitas non abstrahat; quia secundùm hoc realitas unius est realitas continui: Sic ergo ex hoc, quia secundùm rationem abstrahit à ratione partis, abstrahit à ratione positionis. Deinde cum dicit.

Vnum principiũ numeri, et vnum trãscendẽs.

Amplius autem alia secundùm numerum sunt unum, alia secundùm speciem, alia secundùm genus, alia secundùm analogiam.

Præter modos prædictos addit, & ponit Philosophus quosdam modos Logicales: Et diuiditur in duas partes; quia primò ponit illos modos: secundò determinat de multitudine, quæ opponitur unitati: Secunda ibi, [Palàm autem] Prima in tres, primò ponit modos unius Logicales; secundò ipsos manifestat, tertiò ponit ordinẽ ipsorum ad inuicem: Secunda ibi, [Numero quidem] Tertia ibi, [Semper itaque.] Dicit ergo alia sunt unũ secundùm numerum, quędam secundùm speciem, quædam secundùm genus, quædam uerò secundùm analogiam & proportionem. Deinde cum dicit.

Diuidit diuisione logica ipsum unum.

Numero quidem, quorum materia una. speciei, quorum ratio est una: genere quorum eadem figura prædicationis. secundùm proportionem quæcunque se habent, ut aliud ad aliud.

Manifestat prædictos modos, dicens: ꝙ illa dicuntur numero unum, quorum est una materia; nam materia secundùm quòd stat sub dimensionibus terminatis, est principium indiuiduationis formæ: & ideo ratione materiæ habet singulare, quòd sit unum numero diuisum ab aliis: Specie autem dicuntur unum, quorum est una ratio diffinitiua: nihil enim propriè diffinitur nisi species; quia omnis diffinitio constat ex genere & differentia, quæ in sola specie inuenitur: unde si aliquod genus diffinitur, hoc non est inquantùm genus, sed inquantùm species: genus enim subalternum & genus est & species: & si contingat ut diffiniatur, hoc non est inquantùm genus, sed inquantùm species: & ideo genus generalissimum non potest diffiniri; quia tantum est genus, & non species. Genere autem dicuntur unum illa, quæ conueniunt in una fi-

Contra ponentes, materiam, quæ est altera pars cõpositi, esse principium indiuidationis, nã dicit phil. soph. unũ numero dicuntur. quorum materia est una.

Genus qd. & quo diffinitur.

A gura prædicationis, idest quæ habent unum modum prædicandi: alius namque modus prædicandi est substantiæ, alius quantitatis, alius qualitatis: omnia autem quæ cadunt infra genus substantiæ, habent unum & similem modum prędicandi; & ideo dicuntur unum genere: sic est de aliis, quæ sunt in aliis generibus; Analogia autem uel proportione sunt unum illa, quæ sic se habent, quòd sicut se habet hoc ad illud; ita se habet aliud ad aliud: quod potest esse duobus modis: Vno modo secundùm quòd duo habent diuersas habitudines ad unum; eo modo quo dicimus, quòd urina & medicina habent habitudinem ad sanitatem animalis; diuersis tamen modis, urina enim habet habitu-

Quæ cadũt infra genus substantiæ, habent unũ modum prædicandi.

Vnum analogia dupliciter.

B dinem ad sanitatem animalis; quia est signum sanitatis: medicina autem habet habitudinem ad eandem, quia est causa eius: Alio modo potest esse proportio secundùm quòd duo habent habitudinem ad diuersa: sicut dicimus, quòd sicut se habet rector nauis ad nauem; ita rector scolarum ad scolas: quia utrunque debet eligi non sorte, sed arte: Et siue primo modo, siue secundo aliqua se habeant adinuicem, dicuntur unum secundùm proportionem, siue secundùm analogiam. Deinde cum dicit.

Semper itaque posteriora præcedentia sequuntur, ut quæcunque numero specie unum, sed quæcunque specie non omnia numero. Sed genere omnia unum, quæcunque & specie, quæcunque uerò genere non omnia specie; Sed proportione: & quæcunque unum proportione, non omnia numero.

C Ponit ordinem prædictorum modorum adinuicem, dicens; quòd iste est ordo inter hos quatuor modos unius; quòd semper modus posterior sequitur ad priorem: ut Verbi gratia esse unum numero est plus, quàm esse unum specie: & esse unum specie, est plus, quàm esse unum genere: & ita est plus unum secundùm generis ordinem, quàm unum proportione: Sequuntur ergo priora posteriora semper, & non è conuerso: ut quæcunque sunt unum numero, sunt unum specie; & quæcunque sunt unum in specie, sunt unum in genere, & non conuertitur: sic de aliis duobus sequentibus; quia quæcunque sunt unum in genere, sunt unum in proportione, & non è conuerso. Deinde cum dicit.

Modi unius Logicè dicti, quo illatiue se inferant.

D *Palàm autem, & quia multa opposita dicentur uni. Nam alia non existendo continua. Alia in habendo materiam diuisibilem secundùm speciem, aut primam, aut ultimam. Alia in habendo rationes plures quòd quid erat esse dicentes.*

Postquam determinauit de modis unius, determinat de multitudine ipsi opposita: ita quòd ex modis unius accipit numerum in modis ipsius multi, dicens: quòd multa dicuntur per oppositionem; & ideo quot modis dicitur unum, tot modis dici oportet multa: quia quotiens dicitur unum oppositorum, totiens dicitur reliquũ.

Multitudo uni opposita.

Nam

Nam alia dicuntur multa in non existendo continua; quod est per oppositionem ad primum modum unius: Alia dicuntur multa per hoc, q͛ hn̄t naturam diuisibilem secundùm spēm, siue intelligatur de prima materia, siue de finali, & vltima, lad quam stat ultima resolutio: per diuisionē quidem proximę materię dicuntur multa uinum & oleum: per diuisionem uerò materiæ remotæ dicuntur multa, uinum, & lapis; siue intelligatur de materia rei, siue de materia rationis, scilicet de genere, quod habet aliquam similitudinem cum materia: hic autem modus multitudinis sumitur per oppositum ad secundum, & tertium modum unius: Alia uerò dicuntur multa: quia habent diuersas rationes, idest diffinitiones dicentes quod quid erat esse; & hic modus multitudinis sumitur per oppositionem ad quartum modū unius. Quod autem opponitur quinto, non habet rationem multitudinis, nisi secundùm quòd est in potentia: non enim quòd aliquid est diuisibile, ex hoc est iam multa in actu, sed tantùm in potētia.

Quæstio.

Quæreret quis. Vnpe accipiuntur hi modi unius, scilicet unum numero, unum genere, unum specie, & unum proportione? Respond. ad hoc dicunt aliqui sic, quòd tripliciter est compositio in rebus, una compositio ex materia & forma; ex qua accipitur unum in numero, & unum in specie. Secunda compositio est ex genere & differentiis, ex qua accipitur unum genere. Tertia compositio est ex essentia & esse, ex qua accipitur unitas in analogia. Primum sic declarant: ex hoc aliqua sunt unum in specie: quia plura existentia in numero participant unam formam specificam; ita quòd pluralitas in numero est per materiam: forma enim non est de se plurificabilis nisi per materiam: si ergo aliqua sunt conuenientia in specie, cum plurificatio non sit nisi per materiam, oportet quòd habeat materiam; unde in aliis, quę non habent materiam, nō reperitur pluralitas in una specie: & ulteriùs cū ista plura numero conueniant in una formalitate; oportet, quòd habeant formam: igitur sunt composita ex materia & forma; ita quòd unum in numero oritur ex unitate materiæ, & formæ; (uocatur autē unum in numero, quod habet formam receptam in una materia) oritur unitas plurium in specie ex multitudine materiæ, & etiam unione in forma specifica. Secundum declaratur sic, quandocunque sunt aliqua plura in specie cōuenientia in genere, ex hoc quòd sunt plura specie, habent de essentia sua aliquas differentias, per quas differunt: ex hoc quòd conueniunt in genere, & sunt unum in illo; oportet q͛ genus sit de essentia utriusque, scilicet speciei: ex hoc, quòd sunt plura in specie, componuntur ex differentia: ex hoc autem quòd sunt unum in genere componuntur ex genere; ergo ista, quæ sunt multa specie, & unum genere, componuntur ex genere & differentia; ergo secunda compositio, quæ est ex genere & differentia, facit secundam pluralitatem: quia ex hoc oritur, quòd aliqua sunt plura in specie, & unum in genere. Tertium declarant sic: nisi esset compositio ex essentia & esse in creatura, non esset analogia inter primum principium & creaturam; Ex hoc enim est analogia inter primum principium & creaturam; quia ipsum primum est suum esse per essentiam, & ipsa creatura participat ipsum esse, & non est ipsum; si autem creatura esset suum esse, sicut creator; nulla analogia esset inter creaturam & creatorem. Cum igitur inter creaturam & creatorem non sit unitas generis, nec speciei, nec per hoc unitas analogiæ, ergo nulla unitas; ponere ergo quòd in creatura non sit compositio ex esse & essentia, & quòd ipsa sit suum esse, est destruere unitatem analogiæ, & est ponere, quòd inter creaturam & creatorem nulla sit unitas; quia ergo creatura est composita ex essentia & esse; ita quòd ista differunt essentia, & esse; saluatur analogia inter creaturam & creatorem, siue primum principium.

Compō in rebus triplex. — *Vnū in numero unde.* — *Deus est simpliciter suū esse; omnia alia à Deo nō sunt suū esse: hoc habet Tho. prima parte sum. q. 44. art. 1.* — *Creatura ē cōposita ex esse & essentia.*

Iste modus procedendi uidetur deficere in primo membro; nam posito, quòd diuersitas numeralis sub una specie nō potest esse nisi per materiam; ita quòd in separatis à materia, non potest esse nisi unum numero sub una specie; ita quòd diuersitas formalis & specifica est per naturam formæ; diuersitas autem numeralis indiuidualis semper est per materiam; & ideo ubi est forma sine materia, ibi est diuersitas formalis & specifica, ita q͛ non est diuersitas numeralis infra speciem.

Impugnatio. — *Multiplicatio indiuiduorum sub eadē specie.*

Hanc positionem non reputo ueram; credo enim, quòd multiplicatio indiuidualis sub una specie possit esse in separatis à materia; ita quòd hæc duo fierent simul, quòd ipsa forma sit separata à materia, & etiam multiplicari possit indiuidualiter & numeraliter; ita quòd aliqua multiplicatio istius formæ separatæ est ab agente non per diuersas materias, sed per diuersa supposita. Imaginabimur enim, quòd sicut agens naturale multiplicat formas per diuersos modos, nec aliter multiplicare potest; ita agens super naturale formas separatas multiplicare potest infra unam speciem per diuersa supposita; Ita quòd nos imaginabimur, quòd sicut composita ex materia & forma in formis materialibus faciunt multiplicationem materialem & indiuidualem infra speciem; ita compositio ex supposito, & essentia, faciunt multiplicationem indiuidualem, & infra speciem in formis separatis. ita quòd si idem esset essentia, & suppositum in formis separatis, impossibile esset reperire plusquam unum infra unam speciem. Si enim idem esset forma Angelica, & hic Angelus demonstratus impossibile esset inuenire formam Angelicam extra hunc Angelum: sicut enim impossibile est hunc Angelum esse extra se ipsum; ita impossibile est

In separatis à materia est multiplicatio indiuidualis ī eadē specie. — *Suppositum non pōt differre à spē absq̄ aduentu nisi p materiā, ergo nec à supposito aliquo.*

Copō ex supposito & essentia facit multiplicationem in separatis à materia in eadē specie.

est essentiā angelicā, si hr̄et idē esse quod habet suppositum; esse extra suppositum: sic ergo compositio ex essentia, & supposito facit, quòd essentia specifica multiplicari possit in separatis à materia per multa indiuidua, sicut est compositio ex materia & forma in formis materialibus: Similiter quod dicunt in tertio membro, quòd nisi essentia differret ab esse in creatura, nō saluaretur analogia inter creaturā & creatorem: falsum esse puto: Quod autem dicunt, quòd si creatura esset suum esse, non haberet esse per participationem; dico quòd imaginatio eorū currit super falsum; imaginātur enim quòd essentia creaturæ participat ipsum esse tanquam quoddam diuersum realiter, quod tamen patuit esse falsum in Quarto

Participatio creaturæ quō dēt intelligi.

huius: Ista ergo participatio sic debet intelligi, q̄ ipsa essentia creaturæ habet esse per participationem, quia habet esse diminuto modo, esse participabile respectu esse diuini, ita quòd esse diuinum

Esse diuinū est esse p essentiā. Esse creaturæ est esse participatum.

est esse per essentiam; quia ab alio nō est, & quia suum esse compræhendit omnem gradum perfectionibus; esse autem creaturæ est esse participatum; quia esse cuiuslibet craturæ ab alio est, & quia esse creaturæ capit partem entis, & perfectionem determinatam & limitatam; ita quòd essentia est ens per participationem, & esse similiter: quia essentia cuiuslibet creaturæ, & suum esse sub gradu diminuto est respectu esse diuini; Ita quòd nos imaginabimur, quòd esse diuinum est quoddam totum ante partes; quia esse diuinū est esse participans omnem perfectionem entis: ita quòd illud, quòd est sparsum & diuisum in entibus creatis, sub modo prioritatis, & perfectionis in Deo est; esse autem cuiuslibet creaturæ est quoddā esse diminutum & partiale propter perfectionem partialem, quam habet creatura; Ita

Ens, qđ prædicatur de creaturis ē totū in partibus.

quòd ens, quòd prędicatur de creatura, est totum in partibus; quia ipsum ens sparsum & diuisum, & partialiter participatur à creaturis: Sic ergo supposito, quòd essentia & esse in creaturis sint idē: adhuc potest saluari unitas analogiæ inter creaturam & creatorem; quia creatura ipsa habet suum esse sub gradu diminuto: esse autem Dei est sub

Diminutum hēt analogiam ad pfectum.

omni gradu perfectionis, diminutum autem habet analogiam ad perfectum; & quia istud diminutum exemplariter est in Deo, & efficienter est à Deo, & ulterius: quia Deus propter bonitatem completam est finis omnis esse diminuti; ideo es-

Esse diminutum aspicit Deum sub triplici analogia.

se diminutum aspicit Deum sub triplici analogia. Prima est, quòd analogia est inter esse diminutum creaturæ, & esse completum Dei, sicut inter effectum & causam efficientem. Secunda est sicut inter exemplatum & exemplar. Tertia est sicut inter finem, & illud, quod est ad finem: possumus ergo dicere, quòd compositio ex supposito, & essentia, uel ex materia & forma faciunt unitatem in specie, & pluralitatem in numero, ut iam declaratum est: compositio ex genere & differentia, sicut ab illis dicebatur & benè: facit diuersitatem in specie, & unitatem in genere: & at-

A tributio, quæ est inter completum & diminutum facit unitatem analogicè; sicut patet, quòd propter esse completum substantiæ, & esse diminutum accidentium attributio & analogia est nomem accidentium ad substantiam, & propter esse diminutum creaturæ, & esse cōpletum primi, ut iam declaratū est, unitas analogiæ est inter creatorem & creaturam.

Ens dicitur hoc quidem secundùm accidens, illud uerò secundùm se. TEX. 13.

Postquam Philosophus posuit multiplicem acceptionem unius, hic ponit multiplicem acceptionem entis. Et diuiditur in tres partes; quia primò diuidit ens secundùm se, & in ens secundùm accidens: secundò ostendit quotiens dici-

B tur ens secundùm accidens: tertiò quotiens dicitur ens secundùm se. Secunda ibi: [Secundùm accidens quidem.] Tertia ibi. [Secundùm se esse uerò dicunt.] Dicit ergo primò, quòd ens dicitur dupliciter. s. ens secundùm se, & ens secundū accidens.

Ens duplex.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum ista diuisio sit eadem cum illa, qua diuiditur ens in substantiam & accidens? Respondeo dicendum est, quòd non, qđ patet, quia ens secundùm se; ipse Philosophus diuidit in decem prædicamenta; ita quòd nouem illorum sunt accidentia. Notandum est, quòd aliqua diuisio entis potest accipi secundùm absolutam considerationem entis, & sic diuiditur in substantiam & accidens; nam aliquod ens est de cu-

Diuisio entis pōt dupliciter considerari.

C iùs natura & essentia est esse per se, in se; ita quòd natura sua est fixa in se; & istud est ens, quod uocatur substātia Aliud ens, de cuius essentia est esse in alio; ita quòd natura sua est inclinata ad subiectum: & hoc ens est ens, quod uocatur accidens; Alia est diuisio entis, quæ oritur ex compositione prædicati cum subiecto, quod quidem ens significatur per est, secūdùm quòd est nota compositionis Est alia diuisio in ens per se, & ens per accidens; aliquando enim contingit, quòd hoc uerbum est, est nota compositionis prædicati ad subiectum, quod quidem prædicatum inest subiecto per essentiam subiecti: cum enim dicitur homo est animal, hoc uerbū, est, designat, & notat quòd animal inest homini, & ipsum animal est

Est, dupliciter.

D de essentia hominis & inest sibi unum p aliud, & tunc hoc uerbum est, est nota entis per se; Aliquando contingit, quòd hoc uerbum est, est nota compositionis ad subiectum prædicati, quod quidem prædicatum non inest subiecto per naturam subiecti, sed per aliquid aliud, & minus extrinseco; ita quòd accidit subiecto, quòd aliud insit: & tunc hoc uerbum est, est nota entis per accidēs: eo modo quo dicimus, quòd ista, homo est albus, est ens per accidens, quia hoc uerbum est, denotat, & significat, quòd album insit homini: sed tamen quia album non inest homini per essentiam hominis, sed per aliquid extraneum, ideo est, est nota entis per accidens Et hoc ultimo modo accipitur hic diuisio, quam ponit hic

Philo-

Philosophus in ens secundùm accidens, & ens secundùm se. Deinde cum dicit. E

Secundùm accidens quidem, ut iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, & musicum hominem.

Manifestat, quotiens dicitur ens secundùm accidens. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit quotiens dicitur, secundùm accidens: secúdò manifestat ens secundùm accidens hic acceptum, per ens secundùm accidens in causis. Secúda ibi. [Similiter autem dicentes, ut musicū ædificare.] Manifestat ergo ens secundùm accidens, dicens; quòd ens secundùm accidens uno modo dicitur, quando accidens prædicatur de accidente; eo modo quo dicimus, quòd musicus est iustus, quòd ista est per accidens: secundo modo dicitur ens per accidens, quando accidens prædicatur de subiecto; eo modo quo dicimus hominem esse musicum, est per accidens: tertiò modo dicitur ens per accidens, quando subiectum prædicatur de accidente: eo modo quo dicimus musicum esse hominem, istam esse per accidens. F

Ponit modos entis p accidēs, qui sunt tres.

Notandum, quòd sicut iam dictum est, ens per accidens hic est, quando hoc uerbum est, est nota alicuius prædicati, quod inest subiecto, nō per naturam sui, sed accidit, quòd insit subiecto; cum ergo in primo modo accidens, quod est in prædicato comparetur ad accidens, quod est in subiecto non per naturam subiecti, ut cum dicimus musicum esse iustum; & in secundo modo accidens comparetur ad subiectum non per naturā subiecti; ut cum dicimus hominem esse musicū: & in tertio modo subiectum comparetur ad accidens, ut cum dicimus musicum esse hominem non per naturam istius accidētis, scilicet musici; patet, quòd ens per accidēs est in primo modo, secundo, & tertio. Deinde cum dicit. G

Ens p accidens quando est.

Similiter autem dicentes ut musicum ædificare, quia accidit ædificatori musicum esse. aut musico ædificatorem, hoc enim esse hoc significat accidere, hoc huic. Sic autem & in dictis. quando hominem musicum dicimus, & musicum hominem, aut album musicum aut hunc album. Hoc quidem quia ambo eidem accidunt. Illud uerò quia enti accidit hoc: aliud autem musicum hominem, quia huic musicum accidit. hic autem dicitur & album esse quia cui accidit ille est. Quæquidem igitur secundùm accidens esse dicuntur, sic dicuntur, aut eo, quod eidem enti ambo insunt, aut quia enti illud inest, aut quia ipsum est, cui inest, de quo ipsum prædicatur. H

Manifestat accidens in entibus per ipsum accidens in causis, dicens quòd nos dicimus per accidens hic, sicut & in causis: dicimus enim per accidens, musicum ædificare, quia accidit ædificatori musicum esse: ita quòd causa per accidens ex hoc sumitur hic, quòd ipsa causa per accidens accidit causæ per se, sicut est musicum quod est causa per accidens respectu ædificatoris, quod est causa per se: sic & in dictis, hoc est in ente per accidens, ex hoc sumitur ens per accidens, quia scilicet unum accidit alteri: quando enim dicimus hominem esse musicum, uel è conuerso musicum esse hominem, uel quando dicimus album esse musicum, uel è conuerso; sumitur accidentalitas, ex hoc quòd accidit huic: sed tamen differenter, quia quando dicimus album esse musicum, ambo accidentia accidunt eidem subiecto; sed quando dicimus hominem esse musicum, sumitur accidentalitas, quia musicum accidit enti huic. s. subiecto; sed quādo dicimus musicū hominem, ex hoc sumitur ꝙ huic prędicato accidit musicum quod est subiectum quasi autē quidem modus est, quando subiectum prædicatur de accidente, & quando accidens de accidente, subiectum enim prædicatur de accidēte, quia prædicatur de illo, cui accidens accidit. cū enim dicimus musicum esse hominem, sensus est, ꝙ illud subiectum quod habet musicā, habet humanitatem. Similiter cum prędicatur accidēs de accidente, ea ratione prædicatur, quia prædicatur de subiecto accidētis: Et hoc est quod subdit Philos. ꝙ sicut dicitur ab aliquo, musicum esse album: quia illud subiectum cui accidit esse album, est illud quod musicū, & cui albedo accidit, q. d. nec subiectum prædicatur de accidente, nec accidēs de accidente propter naturam accidētis, sed propter naturam subiecti, quod subiicitur accidenti; Concludit ergo quòd quæcunque dicuntur secundùm accidens, sic dicuntur, scilicet tribus modis: dicuntur enim aliqua per accidens, aut quia ambo accidentia insunt eidem enti, hoc est eidē subiecto: aut quia illud prædicatum supple quod est accidens inest enti, hoc est subiecto: aut quia ipsum prædicatum est illud, cui inest ipsum subiectum, de quo prædicatur. Deinde cum dicit.

Aliqua per accidēs tripliciter.

Secundùm se uerò esse dicuntur quæcunque signi ficant figuras prædicationis. Quotiens enim dicitur, totiens esse significat. Quoniam ergo prædicatorum, alia quid est significant alia quale, alia quātum: alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia quando: horum unicuique idem significat. TEX. 14.

Ponit multiplicem acceptionem entis secundùm se: Et diuiditur in tres partes; quia primò diuidit ens in decem prædicamenta: secundò ostēdit, quòd ens uno modo idem est, quod uerū: tertiò diuidit ens, in ens in actu, & in ens in potētia Secunda ibi, [Ampliùs autē & esse.] Tertia ibi, [Ampliùs esse significat ens.] Prima diuiditur in duas partes: quia primò ostendit, ꝙ totiens dicitur ens, quotiens prædicamenta: secúdò respondet cuidam tacitæ quæstioni. Secunda. [Nihil enim refert.] Dicit ergo primò, ꝙ per se esse dicuntur prędicamenta, & quot modis aliquid prædicatur, tot modis dicitur ens, ita ꝙ in quolibet modo prædicandi intelligitur esse: & quia modi prædicandi sunt decem, ideo ens dicitur decem modis: aliqua enim de numero eorum, quæ prædicantur significant quid, alia quantum, alia quale, alia ubi, alia ad aliquid, hoc est relationem, alia facere, alia pati, alia quādo, & sic de aliis modis

Entis multiplex diuisio

Quot modis sumitur modus prædicandi, tot modis sumitur ens.

dis prædicamētalibus, & unusquisq; modus prædicandi esse significat, ita quòd quotiēs dicuntur isti modi prædicandi, totiens dicitur esse. Notādum quò ad euidentiā literæ, quòd principales modi prædicandi decem sunt. quandocunque.n. ita est, quòd aliqua possint reduci ad unum modum prædicādi principalem, illa sunt infra unum prædicamentum; prædicatur enim animal, prædicatur homo, & corpus, sed tamen quia ista possunt reduci in unū modū prædicandi principalē, & in modū substantiæ & per se, ideo non uariant prædicatum, sed reducuntur ad unum prædicatum: quandocūque autem ita est, quòd duo prædicata non possunt reduci in unū modum principalem, sed necessariò incidunt infra duos modos principales, necessariò illa duo prædicata, & illi duo modi prędicandi faciunt duo prædicamenta. V. gratia, albedo prędicatur, animal prædicatur, sed tamen quia modus iste, per quem prædicatur albedo, & modus ille, per quem prædicatur animal, non possunt reduci in unum modum principalem, necessariò faciunt duo diuersa prędicata, uel reducuntur in duo diuersa prædicamenta, & quia decem sunt modi principales non reducti ad aliquem communem modum, ideo decem sunt prædicamenta: Sic enim imaginabimur quòd ens descendit in prædicamenta per modos prædicandi non reductos & principales: ita quòd sicut sunt decem modi prædicationis, decem modis descendet; ita quòd ens ut sic non est substantia, sed ens quod prędicatur per modum per se entis: similiter ens ut sic non est qualitas, sed ens quod prædicatur per modum qualis accidentalis, & sic de ente respectu aliorum modorum prędicandi: Et hoc est quod dicit Philosophus in litera: quòd quotiescunque dicuntur modi prędicandi, totiēs dicitur esse, ita quòd in quolibet modo prædicandi intelligitur esse, quia quilibet modus prædicandi non est nisi esse sub tali modo; cum enim dico homo est animal, in prædicamento substantiæ dico esse sub tali modo: cum dico esse album, dico esse sub alio modo, ita quòd natura prædicamenti nō est nisi esse sub modo suo tractum ad specialem modum prædicandi non reductum: quia decem prædicamenta sunt decē principales modi prædicandi non reducti. Deinde cum dicit.

Modi principales prædicandi sunt decem.

In quolibet modo prædicādi intelligitur esse.

Nihil enim refert homo conualescens est, aut homo conualescit, uel homo uadens est, aut secans. uel hominem uadere, aut secare. Similiter autem & in aliis.

Dubitatio. Respondet cuidam tacitæ quæstioni: dixerat enim quòd in quolibet modo prædicandi est esse, ita quòd modus prædicandi non est nisi esse tractum ad modum, sicut dictum est: posset modò aliquis dicere, quòd hoc esset falsum; quia cū dī hō cōualescit, uel hō sedet, hic nō prædicatur eē: Hoc ergo remouens dicit quòd sp prædicatur esse, quia nihil refert dicere homo conualescens est, & homo conualescit: quasi dicat, cum in ista dicitur homo est conualescens, hic ponitur esse explicitè, cum autem dicitur homo conualescit, hic ponitur esse implicitè: quia hoc uerbum conualescit resoluitur in hoc uerbū, est, quòd est nota ipsius esse: similiter nihil refert dicere, homo uidet & homo est uidēs, ergo sicut in ista homo est uidens prædicatur esse. ita & ista homo uidet: similiter quòd nihil refert dicere homo est secans, & homo secat, & sic de omnibus aliis similibus, ergo sicut in una prædicatur esse, ita & in reliqua.

In omni proposi. includitur uerbū substantiuū

Quæreret quis, Vtrum ista, homo conualescit resoluatur in istam, homo est conualescens? & sicut quæro de ista, ita de omnibus similibus. Respondeo dicendum est, quòd sic, ad cuius euidentiā notandum est, quòd oē posteriùs resoluitur in suum priùs, particularia autē sunt posteriora respectu uniuersalium, sic ergo particularia in uniuersalia resoluuntur, & ista uniuersalia in suis posterioribus intelliguntur, eo modo quo dicimus quòd homo resoluitur in animal, & animal in homine intelligitur: cum ergo essentia habeat ratione uniuersalis respectu huius essentiæ, quælibet essentia in essentiam resoluitur. & essentia in qualibet essentia intelligitur, & sicut in qualibet essentia intelligitur essentia, ita in qualibet essētia significata uerbaliter intelligitur essētia simpliciter significata uerbaliter: & sicut quælibet essentia resoluitur in essentiam, ita quælibet essentia significata uerbaliter resoluitur in essentiam significatā uerbaliter. V. g. conualescentia est quædam essentia, & eadem essentia significatur per conualescentiam & conualescens, ita tamen quòd per conualescens significatur uerbaliter: sicut cōualescētia ergo resoluitur in essentiā, sic & conualescit, quòd est eadē essentia significata uerbaliter, resoluitur in essentiam significatam uerbaliter, essentia autem uerbaliter significatur per hoc uerbum est: sicut ergo in qualibet essentia nominaliter significata essentia intelligitur; sic in quolibet uerbo quod significat hanc essentiam uerbaliter, intelligitur hoc uerbum est, quod absolutè significat essentiam, tamen uerbaliter: & per consequens possumus cōcludere ad propositum, quòd in omni modo prædicādi, siue prædicetur per modum nominis, siue per modum uerbi, intelligitur esse, ita quòd quotiens dicuntur modi prædicandi, totiens dicitur esse, sicut dicit Philosophus.

Quæstio.

Omne posterius resoluitur in suū prius.

Vniuersalia intelligūtur in suis posterioribus.

Quæreret quis etiam, Vtrum esse significet idem unicuique modo prędicandi, sicut dicit Philosophus dicens, quòd unicuique modorum esse significat idem? Respondeo dicendum est, quòd si ens descenderet per ueras differentias in prædicamenta, haberet conceptū tertium à prędicamentis omnibus; & cum quodlibet nomen significet conceptum, & imponatur à conceptu, oporteret quòd ipsum ens diceret alium conceptum à modis prædicamentalibus, & sic non significabit idem cuilibet prædicamento: sed quia (sicut probatum est in Tertio huius) ens non potest dicere alium conceptum decem prædicamentorū immo

Quæstio.

Ens nõ dicit alium cõceptum à conceptu prædicamentorum.

Immo immediatè descendit in prædicamenta, iõ significat idem cuilibet prædicamentorum: ita quòd si nouẽ accidentalia prædicamenta non haberent analogiam ad substantiam, ipsum ens im mediatè significaret ipsa prædicamenta; & diceretur purè æquiuocè de eis; sed quia significat nouem accidentalia prædicamenta in attributione ad substantiam: ideo dicitur de decem prædicamentis per quandam analogiam; quia primò de substantia: secundariò de aliis prædicamentis.

Ens quõ dicitur de decẽ prædicamẽtis.

Notandum est, quòd Commentator hic dicit: ꝙ significatio omnium nouem prædicamentorum accidentalium est super unum prædicamentum; ita quòd unumquodque prædicamentum, quod prædicatur de substantia, rem suam & modum suum prędicat de substantia: ita quòd non dicit de substantia nisi rem prædicamenti sui, non ratione substantiæ. Cum enim dicitur homo est sanus, uidetur concernere naturam substantiæ, & naturam qualitatis; tamen non prædicat, nec dicit de subiecto nisi naturam qualitatis, nec significat nisi naturam qualitatis Et sicut dico de prædicamento qualitatis, sic dico de quolibet alio prædicamento accidentali: quod quodlibet prędicamentum accidentale prædicat & dicit materiam suam de natura substantię per modum inhærentiæ: Et hoc modo dicit Commentator: quòd non est differentia inter istam, homo est conualescens, & homo conualescit, quia sicut in ista propositione, homo conualescit, hoc uerbum conualescit, dicit rem suam, scilicet naturam conualescentiæ & qualitatis de homine: ita in ista propositione, homo est conualescens, hoc tertium conualescens, licèt uideatur concernere subiectum & accidens; tamen non dicit nec prædicat de subiecto nisi naturam conualescentię sicut in prima. Aliud exemplum ponit Commentator non est differentia inter istam, homo est sanus, & inter istam, homo est in sanitate, quia sicut in ista homo est in sanitate, dicitur sanitas purè, & natura talis qualitatis de hoc: ita & ista, homo est sanus: licet enim sanum uideatur cõcretum, non tamen dicit nisi sanitatem de homine: Vnde Commentator: in propositione cuius subiectum substantia est, & cuius prædicatum nomen est denominatum; prædicatum denominatum non significat substantiam & accidens, nec significat substantiam in qua sit accidẽs, sicut existimauit Auice. sed significat accidens & secundariò significat substantiam: probat autem hoc ipse Commẽtator; quia si significaret substantiam & accidens simul, uel significaret substantiam principaliter, & tunc esset nugatio, quando diceremus, corpus album, quia in albo corpus intelligeretur expressè, ita ꝙ idem esset dicere corpus albũ, ꝙ corpus corpus albũ. Ad cuius euidentiã notandũ, ꝙ quãdo aliquid significatur primò & principaliter ab uno nomine, illud non potest circumscribi ab illo nomine; immo super illo nomine posito intelligitur illud significatum expressè, unde si il-

Significatio prædicamentorũ accidentium est per unum prædicamentum.

Hõ ẽ sanus, & hõ est in sanitate, nõ differunt.

E lud, quòd significatur, illi nomini addatur, siue expressè dicatur, siue non, semper intelligitur in illo nomine: si ergo album significaret corpus & albedinem, uel principaliter significaret corpus & albedinem; uel principaliter significaret corpus, & secundo albedinem: ita quòd significaret corpus, in quo esset albedo; siue adderetur corpus, siue non adderetur, semper subintelligeretur corpus; ita quòd si diceretur, corpus album si resolueretur corpus album in suos conceptus: quia suus principalis conceptus esset corpus, resolueretur in corpus; si autem poneretur pro albo, illud, quod resoluitur; poneretur corpus; & ita corpus adderetur corpori, & sic esset nugatio: Quãdocunque autem ita est, quòd aliquid intel

F ligitur in aliquo secundariò, illo addito, ampliùs nõ intelligitur: cuius ratio reddetur in Decimo huius; si ergo corpus secundariò significat ab albo, dicendo sic: corpus album, non est ibi nugatio; quia ex quo corpus iungitur expressè albo, & album significat corpus secundariò, & non primò; ampliùs in albo non intelligitur corpus; ita quòd album non dicit de corpore corpus, & albedinem; sed albedinem solùm: si enim album significaret corpus & albedinem; uel corpus, in quo esset albedo; album diceret de corpore corpus & albedinem: quia quodlibet prædicamentum dicit de subiecto conceptum, quem significat; sed quia album iunctum corpori, nõ dicit nisi albedinẽ, nec prædicat de corpore nisi albedinẽ:

G ideo &c. Et sicut dico de albo, ita dico de omni prædicamento accidentali, quia sicut dicit Commentator; si prædicamenti conceptus in accidentalibus diceret substantiam & accidens, uel substantiam, in qua esset accidens: ita quòd primò diceret substantiam; semper de substãtia prædicaret substantiã; sed quia non dicit nisi accidens; ideo non prædicat nisi accidens; Et ex hoc patet expositio & intentio Commentatoris: quia nihil refert dicere, homo est in conualescentia, & homo est conualescens; quia sicut in prima tãtùm accidens dicitur de subiecto, ita in secunda: & nihil refert dicere, homo sedet, & homo est in sessione: sicut. n. ista, homo est in sessione, nõ dicit nisi sessionẽ de homine: ita hoc uerbũ sedet,

Quodlibet prædicamentum dicit de subiecto conceptum, quẽ significat.

H quod est quoddam concretum accidentis, non prędicat nisi sessionem; ita quòd secundùm Commentatorem ens dictum de nouem prædicamentis, dicit nouem prędicata super substantiam: ita quòd quotiens dicuntur modi prædicamentorũ accidentalium, totiens dicitur ens, de nouẽ prædicamentis dictum. Deinde cum dicit.

Ampliùs autem & esse significat quia uerum, non esse quia non uerum, sed falsum. Similiter in affirmatione, & negatione, ut quod est Socrates musicus, quia hoc uerum: aut quod non est, Socrates albus, quia uerum est. Hoc autem non est. Diameter incommensurabilis, quia falsum.

Ponit tertiam acceptionem entis, dicẽs quòd alio modo esse, & ens significat compositionem proposi-

propositionis; ita quòd esse uel ens significat, ꝙ propositio est uera;& non esse, uel nō ens significat, ꝙ est falsa, uel non uera: ita quòd isto modo ens idem est, ꝙ uerum propositionis, & non ens idem quod falsum eiusdem;& hoc uerum & nō uerum pōt esse in affirmatione & negatione, eo mō quo dicimus, quòd Sor: est musicus in affirmando;quia habet uerum esse;similiter in negādo dicimus, quòd Sor. non est albus; quia hoc est uerum;ita quòd in primo, ens significat ueritatem propositionis affirmatiuæ: in secundo ueritatem negatiuæ: similiter falsum & non ens potest esse in propositione negatiua, ut si dicatur diameter non in commensurabilis est costæ;hoc est quoddam falsum & quoddam non ens: quia quòd diameter sit incommensurabilis; hoc est quoddam ens & quoddam uerum. Notandum est ad euidentiam huius literæ secundùm Commentatorem in hoc passu, quoddam est ens extra animam, & quoddam est ens in anima, unde Cōmentator hoc nomen ens quandoque significat copulationem in intellectu, quādoque significat essentiam, quæ est extra intellectū;& primo modo uocatur ens uerum, quòd ipse Commentator in Sexto huius uocat ens diminutum: secūdo modo uocatur ens reale, & ens extra animam:& inter primum ens & secundum intendit distinguere Philosophus: Vt aūt uideatur distinctio Cōmētatoris. sciendum est, quòd aliter accipitur prima entitas, & aliter secunda: prima entitas consistit in hoc, quòd ipse conceptus intellectus adæquatur rei extra:ex hoc.n.uerè cōcipitur aliquid, quòd conceptus adæquatur rei; ita quòd adæquatio rei extra facit entitatem istam & ueritatem: ex hoc enim uerè concipitur hominem uerum esse animal; quia homo in re assequitur naturam animalitatis: ista ergo ueritas, quam hic accipit Aristo. est ueritas illa quæ consistit in adæquatione: ita quòd hoc uerbum est, uel esse, est nota, & designatio huius adæquationis; ita quòd cùm dico homo est animal, hoc uerbum est, designat, quòd sicut profero, & sicut concipio;ita est in re; & ideo benè dixit Philosophus, isto modo acceptum ens idem est, quòd uerum: omne enim uerum propositionis, uel conceptus fit in adæquatione ad rem, & hoc uerbum est, fit designatiuum huius adæquationis, certè hoc uerbum esse uel est, uel importat illud, uel est idem, quod uerum; ideo Commentator dixit, quòd hoc ens consistit in copulatione intellectus: ex hoc enim est hoc ens; quia copulatio intellectus adæquatur rei extra, & sicut hoc ens quod est uerum, consistit in adæquatione conceptuum ad rem:ita non entitas sibi opposita, quam uocat Aristo. falsum, consistit in priuatione adæquationis:ex hoc enim propositio non est uera, sed falsa, uel conceptus;quia non adæquatur rei extra;quia aliter cōcipitur, uel aliter profertur, quàm sit in re; ita ꝙ sicut in uero conceptu, & uera propositione hoc uerbum est, est designatiuum ueræ adæquationis,

Verū & falsum propositionis.

Ens duplex

Veritas cōsistit in adequatiōe rei ad intellectum.

Est, ē signū adequationis.

Falsum cōsistit in priuatiōe adequationis.

A nis, ita in falso conceptu, & falsa enunciatione, hoc uerbum est, est designatiuum inadæquationis: unde sicut quando dicitur, hæc propositio est; & iste conceptus est, sensus est, conceptus adæquatur rei, & propositio adæquatur rei; quia ibi concipitur, uel profertur sicut est in re: sic quando dicitur, iste conceptus non est, uel ista propositio non est, sensus est, quòd conceptus non adæquatur rei, uel propositio; quia aliter cōcipitur, uel profertur quàm sit in re: sic ergo patet primum membrum Commentatoris;Secundum membrum est, ꝙ ens dicitur de ente, quod est extra animam;quod quidem ens est ex adæquatione rei ad sua principia; ita quòd sicut primum ens quod erat in cōceptu, & in anima;erat

B ex adæquatione conceptus ad rem;ita secundùm ens est ex adæquatione ad sua principia realia: hominem enim esse ens extra animam, est ipsum assequi sua principia realia generantia essentiam hominis;hoc autem ens, sic se habet ad primum, quod est causa illius; ens enim extra animam est mensura entis in anima, & quia unumquodque complectiuus habet esse in sua causa, quàm in suo effectu;& in mensura, quàm in mensurato;ideo ens extra animam, quod est ens mensurans, est ens completum; ens autem in anima quod est ens mensuratum & ens diminutum. Notandum est secundùm eundem Commētatorem, quòd ens quod significat essentiam rei, est aliud ab ente quod significat uerum: quia ens

C quod significat essentiam, reducitur ad ens genus, ens autem quod significat uerum, reducitur ad accidens: ita quòd quando quæritur Vtrū aliquid sit, si sit quæstio de primo ente, quæstio collocatur in quæstionibus generis:si autem sit quæstio de secundo ente quæstio collocatur in quæstionibus accidentis. Ad cuius diffinitionis euidentiam notandū est, quòd si quæratur si aliquid sit, si sit quæstio de ente, quod est cōmune ad decem prædicamenta, quod est ens extra animam, ita quòd sit sensus quæstionis Vtrū esse reale conueniat alicui, & esse extra animam;quæstio collocatur in quæstionibus generis; quia licet ens, qđ quæritur, quod est commune ad decem prædicamenta, non sit genus:tamen habet modum gene

D ris;ꝗa sicut de natura generis est, ꝙ dicat quādā naturam cōfusam specificabilē per inferiora, sic natura entis concurrit intellectui, ut quoddā confusum quasi specificabile; quia propriè nō specificatur (ut dictū est superius) quasi dicat specialem per modos prædicamentales: Si autem querens, Vtrum aliquid sit, intendat quærere de entitate conceptus & propositionis: ita quòd sit sensus quæstionis, Vtrum aliqua enunciatio, uel aliquis cōceptus habeat naturam entis, quæ quidem entitas, ut prædicamentum est, consistit in adæquatione: quæstio collocatur in problemate, & in q̄stionibus accidentis; cuius ratio est, quia accidit rei, quòd aliquid affirmetur uel negetur, uel aliquid cōcipiatur, uel nō concipiatur de ea: nā cū

Ens extra animam est mensura entis i anima.

Ens, qđ significat essentiam rei, est aliud ab eo, qđ significat uerū.

Ens non est genus, sed habet modum generis.

Problema ī genere, & problemata accidentis quæ sunt.

X res

res sit mensura, & conceptus mensuratus sit, & mensura non referatur ad mensuratū, sed mensuratum ad mensuram, ut habet declarari in Capitulo de relatione, licèt sit essentiale conceptui quòd adequatur rei, si debet esse uerus cōceptus; tamen ad ueritatem rei extra, non oportet, quòd cōcipiatur ab intellectu: Ex quo.n. ueritas rei extra non dependet à conceptu, sicut nec mensura à mensurato; tota entitas rei extra pōt præhaberi absque eo quod cōcipitur; & ita secundùm hoc, si dicatur Sor: est: si est sensus propositionis, quòd esse, quod est commune ad decem prædicamenta; est in Sor: ipsum est, est nota ipsius esse; quod est prædicatum substantiale: si aute sensus est, ꝙ hæc propositio, Sor: ē; est uera; quia sic cōcipiēs, & sic etiam proferens assequitur rem extra, propositio enuntiat aliquid accidentale rei extra; quia tale ens & tale uerum (ut iam dictum est) accidit rei extra.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum quæstio, quæ uenit de ente, ut est cōe ad decem Prædicamenta reducatur ad problema generis, sicut Commentator dicit? Videtur ꝙ non; quia de conceptu & natura generis est, ꝙ sit de conceptu cuiuslibet inferioris: ens aūt est extra conceptū prædicamentorū, cuius ratio est, & probatio; quia ens importatur ab esse existentiæ; esse autem existentiæ est extra conceptum prædicamentorū; quia ad hoc, quòd aliquid sit in prædicamento; non oportet quòd existat, immo sibi accidit esse existentiæ, ut sit; licèt.n. res in prædicamento, ut est, nō accidat existere; tamen ut in prædicamento collocatur, accidit, ꝙ existat; Ad oppositū est Cōmentator. Resp. ad hāc quæstionem quidam dicunt sic, quòd ens cōe ad decem prædicamenta: uno modo importatur ab esse essentię: secundo modo importatur ab esse existentiæ: sicut.n. istud concretum lucens, potest imponi à luce, & à lucere; sic hoc concretū ens potest imponi ab essentia, uel ab esse: Ita ꝙ primo modo accipiendo ens, illud uocatur ens qđ hēt essentiā: secundo mō accipiēdo ens, illud uocatur ens, quod hēt essentiam actualem. Et primo modo accipiendo ens, esse accidit rei existēti in prędicamento, nō autē quòd sit ens; quia quęlibet res in prædicamēto debet habere aliquam essentiam, nam cum res collocetur in prædicamēto per essentiam suam, res quæ non habet essentiam, in prædicamento non est: secundo modo accipiendo ens, accidit rei quæ est in prædicamēto, quòd sit ens; quia accidit sibi quòd existat, uel non existat; Et primo modo accipiendo ens, ens est de conceptu oīm prædicamentorū; quia importatur ab essentia, & essentia est de conceptu cuiuslibet prædicamenti, ut iam dictum est: & quia tale ens superius est, & de conceptu prædicamentorum est; ideo quæstio quærens de tali ente reducitur ad problema de genere: ita quòd quæstio quærens, Vtrum sit; si intendat quærere, Vtrum hoc habeat essentiam; reducitur ad problema de genere: non enim uocatur solùm pro-

De natura generis est, quòd sit de conceptu inferioris.

Esse existentia est extra conceptum prædicamentorū.

Ens cōe ad decē prædicamenta accipitur dupliciter.

Essentia est de conceptu omniū prædicamentorum.

E blema de genere, quod accipitur à natura generis, sed ab omni eo, quod habet naturam generis & modum, & tale ens secundùm quòd importatur ab esse est. Secundo modo accipiendo ens; quia importatur ab esse existētiæ, & existētia est extra conceptum prædicamentorum; & omne quod est extra cōceptum alicuius, quodam modo accidit illi; ideo quæstio quærens de tali ente, reducitur ad problema de accidente: ita quòd si intendat quærere Vtrum existat, uel non existat, quæstio de accidentali est: nec accipitur hic accidentale, quod est in prædicamento accidentis, sed accipitur accidentale omne illud, quod est extra conceptum rei; quia licèt non sit accidens, tamen habet modum accidentis: Et sic secundū

Accidentale quid.

F hoc, quando quæritur, Vtrum aliquid sit, potest esse quęstio de triplici ente: primò de ente, quod importatur ab esse, & sic reducitur ad problema de genere; secundò de ente, quod importatur ab existentia; & sic reducitur ad problema de accidente: tertiò de ente, quòd est uerum, quòd est ens in anima, & est ens diminutum: & sic etiam reducitur ad problema de accidēte: Quidquid autem dicant isti: possumus dicere, ꝙ quæstio de ente, quod importatur ab esse existentiæ; potest etiam reduci ad problema de genere: cuius ratio est, quia ipsum esse existentiæ sic comparatur ad essentiam, quod semper reducitur ad genus essentiæ: ita ꝙ essentia per se in genere est; esse autem per reductionē: & ideo sicut esse reducitur ad essentiam: ita problema de esse existentiæ ad

Quādo quæritur, utrum aliquid sit, pōt tripliciter intelligi.

G problema de existentia: Problema enim quærens de esse rei, quærit de illo, quod est complementum essentiæ: essentia enim nūquam assequitur perfectam naturā entis, donec assequitur esse existentiæ: ita ꝙ licèt esse existentiæ sit extra conceptum prædicamētorum; tamen est complementum omnium prædicamētorū: oīs.n. essentia prædicamentalis tunc habet completum esse, quādo hēt esse existentiæ: & iō sicut complementum reducitur ad illud, cuius est complemētum; ita esse existentiæ ad essentiam aliquo modo: Et ideo sicut quæstio quærens de esse, collocatur sub quæstionibus generis; ita quæstio quærens de existentia; quia ista quærit de complemento essentiæ. Ad argumentum in oppositum dicendum,

Essentia nō quā assequitur perfectā naturā entis, quousque non assequitur esse existentia.

H quòd licèt esse existentiæ sit extra conceptum prædicamentorum, pro ut habent prædicamenta imperfectum esse: tamen non extra conceptum perfecti esse prædicamenti: ex hoc enim aliquid est in prædicamento, quòd habet aliquam essentiam; ex hoc enim habet aliquam existentiam. dicere enim ꝙ sit esse, & tamen non possit dare aliquam existentiam, est oppositio in adiecto; ergo omnis essentia prædicamentalis ad existentiam ordinatur. Tunc ergo aliquid perfectè est in prædicamento, quando assequitur naturam entis, & sub modo existentiæ, & sub modo essentiæ. ergo esse existentiæ non omnino accidit prædicamento, sicut nec complementum

Essētia prædicamentalis ordinatur ad existentiam.

tum

tum illi, cuius est complementum. Deinde cum dicit.

Amplius esse significat ens, hoc quidem potestate dicibile, illud uero actu. Horum enim dictorũ ter minorum esse dicimus, & quod põte est dicibile ter minorũ, & quod est actu. Et scire similiter, et potẽs uti scientia, & utens, & quiescens, & cui iam inest quies, & potens quiescere. Similiter ãt & in substantiis. Etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & medietatem lineæ, & frumentũ nondũ perfectum, Quando uerò potens, & quando non, in aliis determinandum.

Ens & esse duplicater. Ponit quãdã diuisionẽ, dicens; ꝙ ens, & eẽ uno mõ dr̃ sunt in ptãte, alio mõ in actu: ens.n. in potentia aliquo mõ est ens, & illud qđ est in actu est ens: esse ãt in actu, & esse in potentia diuidũt oĩa prædicamenta. Et hoc est, quod subdit; ꝙ in his omnibus terminis prædicamẽtalibus dicitur aliquid in actu, & aliquid in potentia; ita ꝙ unumquodq; prædicamentum diuiditur per actũ & potentiã; manifestat ãt esse in actu, & esse in potentia per simile, dicens; ꝙ scire dicitur duobus modis; quia uno mõ ille dicitur scire, qui potest uti scientia; secundo mõ dicitur scire ille, qui utitur sciã; & a simili uno modo dicitur ens, quod potest hẽre entitatẽ: alio mõ dicitur ens illud, quod iam habet entitatem: Simili modo dicitur quiescens, cui iam actu inest quies; secundo mõ dicitur quiescens, cui quies põt inesse. Et à simili dr̃ ens, cui inest entitas: secũdo mõ cui põt inesse: & sicut actus & potentia est in istis, ita est in subiectis. Et hoc est, qđ subdit: ꝙ Mercurius dicitur esse in lapide in potentia: & medietates lineæ dicimus, ꝙ est in potentia in tota linea, antequam sit diuisa: lineam ãt ponit inter substantias, secundũ opin. ponentium, mathematica esse substantias rerum, & frumentũ nondũ perfectũ, sicut quãdo est in germine, uel in herba; dicimus esse in potentia: Quando uerò aliquid fit in potentia, & quando in actu; non est præsentis speculationis, sed in alio tractatu determinandum est, scilicet in Nono huius.

Actus et potentia diuidunt omnia prædicamenta.

Scire duob. modis.

Questio. Quæreret quis, Vtrũ ens in potentia sit ens: & vr̃ ꝙ non: quia sicut se hẽt potentia huius ad hoc, puta potentia hoĩs ad humanitatẽ: ita se hẽt potẽtia entis ad ens; sed qđ põt esse hoc, & nondũ est hoc, nõ est illud, quod põt esse: sicut quod põt esse hõ, & nondũ est, non est hõ; ergo à simili, qđ põt esse ens, & nondum est ens in actu, non est ens: sed ens in potentia est hmõi: ergo &c. Ad oppositũ est Philoso. in litera rõne: oẽ diuisum prædicatur de diuidentibus; sed ens diuiditur p ens in potentia, & ens in actu; ergo ens in potentia est ens. Resp. Ad hanc qõnem; quando quæritur, utrum enti congruat esse in potentia? Dicẽdum est, ꝙ cõuenire aliquid alicui potest esse duobus modis, uno modo per se & per naturam suam: secundo modo per quandam analogiam & attributionem ad aliquid aliud. Videmus enim, ꝙ animal est sanum, & medicina est sana; sed tamẽ dif-

Diuisũ prædicatur de diuidentib.

Aliquid alicui conuenire duplicater contingit.

A ferenter; quia animal est sanum, quia in se recipit formalitatem sanitatis: medicina autem non dicitur sana, quia in se habeat sanitatis formalitatem; sed quia aliquam attributionem & aliquem aspectum habet ad sanitatem, quæ est in animali. Et sicut imaginor, ꝙ sanitas est in aliquo, & per se, & formaliter; & in alio non est formaliter, sed solùm per quandam analogiam: sic imaginor, ꝙ entitas est in aliquo formaliter: in aliquo autem per quandam analogiam: In ente enim in actu ipsa entitas formaliter est (accipio hic ens in actu pro actualitate essentiæ, & existentiæ) in ente autem in potentia non est formaliter: ideo. n. est ens in potentia, quia est in potentia ad formalitatem entitatis; ꝙ aũt est in potentia ad aliquã formalitatem in se, non habet formalitatẽ illam:

Qđ est in potentia ad aliquid, nõ est illud.

B sic ergo ens in potentia non est ens primò, & per se, & per formalitatem entis, quam hẽt; sed solũ est ens per quandam analogiam & attribõnem, quam hẽt ad ens, p.p.s. aspectum & analogiam, quam hẽt in actu: sic ergo ens, quod est diuisũm, non æquè saluatur in diuidentibus istis; quia primò, & per se saluatur in ente in actu; secundariò saluatur in ente, qđ est ens in potentia: ita ꝙ hæc diuisio est diuisio analogi in suas partes. Vt autẽ uideatur ista analogia, quæ est inter ens in potentia, & ens in actu. notandum, ꝙ ens in actu omnino subintrat ambitum entis; quia illud uocatur ens in actu, quod habet entitatem formaliter in se: illud ergo, quod est ens in actu; quia formali-

Ens in actu subintrat ambitum entis.

C ter est ens, totaliter est ens: illud ergo, quod fugit simpliciter, & per omnem modum aspectus istius entis, nullo modo potest uocari ens; sicut impossibile esse: sicut enim ens in actu omnino subintrat ambitum entis, ita impossibile esse, omnino fugit ambitum entis; & sicut ens in actu omnino est ens; ita impossibile esse, est omnino non ens: illud autem, quod aliquo modo intrat ambitum huius entis, scilicet entis in actu; habet aliquo modo rationem entis, quantũ.n. appropinquat enti in actu, tantùm habet de ratione entis: Ita quòd imaginamur ista tria, ens in actu, impossibile esse, & esse in potentia; ita quòd in primo, scilicet in ente in actu saluatur ratio entis omnino: in secundo, scilicet in impossibili, nullo mo

Ens tripliciter.

D do saluatur; in tertio autem, scilicet in esse in potentia, saluatur ratio entis modo diminuto. Ita quòd esse possibile non est nisi quidam recessus ab impossibili, & quidam accessus ad ens in actu: & quantùm recedit ab impossibili, tantùm accedit ad aliud extremum, scilicet ad ens in actu; & quantùm accedit, tantùm habet de ratione entis, & non plus; & quia entitatem non habet nisi in quodam accessu, & quod est in accessu est modo diminuto; ideo entitas in ente in potentia non est nisi modo diminuto. Argumenta patent, quia una pars probat, quòd non est ens propriè dictum & completum: alia pars probat, ꝙ ens diuisum saluatur in ente in potentia, tamen nisi modo analogo.

TEX. 15. *Substantia dicitur & simplicia corpora: ut terra, & ignis, & aqua et quæcunque talia. & uniuersaliter corpora. & ex his constantia. & animalia, & dæmonia, & partes hominum. Hæc autem omnia dicuntur substantia, quia non de subiecto dicuntur, sed de his alia.*

Postquã distinxit multiplicem acceptionẽ entis; in parte ista distinguit multiplicem acceptionẽ substantię: in qua maximè reseruatur rõ entis: Et diuiditur in duas partes; qa primò ponit multiplicẽ acceptionẽ substantię: secũdò reducit oẽs modos ad duos, ibi [Accidit itaque] Prima in quatuor, secundũ ꝙ ponit quatuor modos substãtię. Secũda ibi, [Aliò uerò mõ] Tertia ibi, [Amplius quæcunque particulę.] Quarta ibi, [Amplius qđ quid erat esse.] Dicit ergo primò, ꝙ substantia uno mõ dicitur de ipsa prima substantia; eo mõ quo dicimus, ꝙ indiuiduũ in prædicamento substantiæ est substantia; sicut simplicia corpora sunt substantiæ, ut terra, ignis, & aqua, & similia quæcũque; & uniuersaliter oĩa simplicia corpora sũt substãtia, & animalia cõposita ex his simpliciori-bus corporibus, & dæmonia. (Vocat aũt dæmoniã quædã animalia secundũ opinionẽ Platonis, quæ, secundũ eũ, uocabantur animalia corpore aerea, mente rõnalia: licèt secundùm ueritatẽ nõ sint aĩalia, nec habeant naturã corporis) hæc oĩa prædicta dicũtur substantia; quia alia dicuntur de eis, sicut secundæ substantiæ, & ipsa non dicũtur de aliquo alio: hic.n.accipitur substantia, secũdũ ꝙ ipsæ substantiæ sunt substantiæ: de rõne.n. primę substãtię est, ꝙ dicantur de ipsa omnia alia, & ipse de nullo alio dicantur. Deinde cum dicit.

Substantia quadrupliciter.

Damõ quid

Alio uer modo quodcunque fuerit causa existendi in existens in talibus quæcunque non dicuntur de subiecto, ut anima in animali.

Ponit scđm modũ substantiæ, dicẽs, ꝙ quodcunque existens in his, quæ nõ dicuntur de subiecto, & sunt substantiæ priuio mõ, qđ existẽs illis fuerit cã existendi, uocatur substãtia secũdo mõ; & hoc mõ forma substantia est, quia forma est in prima substantia, & est cã essendi ipsi primæ substãtiæ; eo modo quo dicimus, ꝙ anima est substãtia animalis, & est causa ipsi animali, ꝙ sit.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrũ eodẽ mõ dicatur substãtia primo, & secundo mõ. s. de cõposito, & de forma? Respondeo dicendũ ꝙ nõ: nã quando aliqua proprietas conuenit cõposito, & formæ, quæ est pars compositi; nunquã contingit eis secundùm unã rõnem; ita ꝙ licèt unum & idem contingat utrique, tamẽ secundũ aliũ & alium modũ. V.g. una, & eadem actio contingit composito, & contingit formæ; tamen secundùm aliũ & alium modum: quia composito contingit sicut illi, ꝙ elicit actionem; formæ aũt sicut illi, quod est rõ eliciendi ipsam actionem: Similiter uidemus, ꝙ esse cõtingit composito, & contingit formæ; tamen alio modo, & alio: quia composito contingit tanquam illi. quod est; formę autem tanquam illi, quod est rõ essendi: à simili dico hic, ꝙ substantia cõtingit composito, & contingit formæ; tamen differẽter; quia composito tanquam illi, quod est per se in tertio mõ per se: & per consequens tanquam illi, quod est substantia: quia diffinitio, & rõ substantiæ est, quoddam ens per se; formæ aũt cõtingit tanquam illi, quod est rõ essendi substantiam: Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quia secundo modo dicitur substantia ipsa forma, quę est rõ essendi ipsi composito. Deinde cum dicit.

Vna & eadem actio contingit formæ & composito.

Amplius quæcunque particulæ existentes sunt in talibus terminantes, & hoc aliquid significãtes, quibus destruitur totum: ut superficie corpus, ut quidam dicunt, & superficies linea. Et totaliter numerus uidetur quibusdã esse talis. Nam destructo, nihil esse, & terminare omnia.

Ponit tertiũ modum substantiæ, & est iste modus non secundùm opinionem Philosophi, sed secundũ opinionẽ illorum, qui ponebãt, ꝙ res Mathematicæ sunt substantiæ rerũ: Dicit aũt sic; ꝙ alio mõ quæcunque particulæ sunt existentes in prædictis substãtiis, & significant hoc aliquid, secundũ opinionẽ illorũ; & quibus destructis, destruitur totũ; uocantur substantiæ, secundũ opinionẽ istorum; & isto mõ quidã dicunt, ꝙ superficies substantia est, & corpus, & linea, & pũctus: quia linea scđm hos ex punctis cõponitur; ita ꝙ scđm ipsos tota substantia lineæ est punctus: & scđm eos superficies ex lineis cõponitur; ita ꝙ tota substãtia superficiei est linea: & scđm eos corpus componitur ex superficiebus; ita ꝙ tota substãtia corporis superficies est: & totaliter istis uidetur, ꝙ numerus sit substãtia oĩum, quia numero destructo, nihil remanet: & ipse numerus uidetur omnia terminare; quia omnia mensurat. Notandum est, ꝙ nulla consequentia est, hoc destructo, destruitur illud; ergo hoc est substãtia illius: uidemus enim ꝙ destructa caliditate, destruitur ignis; sed accidit illi: illud ergo, quo destructo, destruitur res; uel est substãtia rei, uel proprietas cõsequens substantiã rei: ita ꝙ illud, quo destructo destruitur res, est in plus, quàm sit substantia rei: Arguere ergo sic, hoc destructo, illud destruitur; ergo illud est substãtia illius; est decipi ꝑ fallaciã consequentis, à duabus causis ueritatis ad una: cum ergo isti sic arguerent; patet, quòd decipiebantur per fallaciam consequentis. Deinde cum dicit.

Opi. Platonicorum de substãtia re[illegible]

Hoc destructo, destruitur illud, ergo hoc est substãtia illius, an bona consequentia.

Amplius quod quid erat esse, cuius ratio est diffinitio, & hæc substantia uidetur uniuscuiusque.

Ponit quartum modũ substantiæ dicens, ꝙ ipsum quod quid erat esse, uel ipsa quidditas; cuius diffinitio est rõ declaratiua; dicitur substantia uniuscuiusque, cuius est quidditas, uel cuius est quod quid est.

Quæreret quis, Vtrũ iste modus differat à secũdo? cuius dubij rõ est; quia quidditas formę est: in secũdo aũt mõ dicebatur, ꝙ substãtia idẽ erat, ꝙ forma. Rñ. dicẽdũ, ꝙ si aliquis poneret, ꝙ forma, & qdditas idẽ sunt, idẽ eẽt iste modus cũ secũdo: sed

Quæstio.

sed si aliquis ponit, ꝙ forma differt à quidditate tãtũ, differt iste modus à secundo. Notandũ est secundùm Auicennã, quinto Metaphysicæ, forma & quidditas differũt sicut totũ & pars: ita ꝙ ipsa quidditas est quædam totalitas includẽs principia essentialia rei: ipsa autem forma est pars ipsius totalitatis: ita quòd forma & quidditas non omnino differunt, sicut duæ res diuersæ, sed sicut duæ res, quæ sunt partim eædem, & partim diuersæ; eo modo quo dictum est in primo Physicorũ, quòd totum parti idem quodam modo est, quodam modo non: sic ergo quidditas est ipsa totalitas, includens ipsa principia essentialia: si enim quæratur, quid est quidditas hominis? respõdetur quòd humanitas, ipsa autem humanitas est quodam totum comprehendens omnia principia essentialia hominis: Ipsa autem forma est pars ipsius totalitatis: si enim quæratur, quod est forma hominis? Respondetur quòd anima rationalis, anima autem non est humanitas: sed pars est humanitatis, & quantum differt anima & humanitas, tantum differt forma & quidditas.

Forma & quidditas quo differant. — *Comment. 17.*

Accidit itaque secundum duos modos substantiam dici subiectum ultimum, quod non adhuc de alio dicitur: & quodcunq; hoc aliquid ens, & separabile fuerit. Tale uerò uniuscuiusque forma, & spẽs.

Reducit omnes modos substantiæ ad duos, dicens; quòd accidit substantiam dici duobus modis; quia uno modo dicitur substantia subiectũ ultimum, quod nõ dicitur de aliquo alio, sed alia dicuntur de ipso: Vocatur autem subiectum ultimum prima substantia, quia ad illud stat tota resolutio prædicamenti, & omnia quæ sunt in prædicamento super ipsum fundantur; & illud aliud super nullo alio: s. n. super alio fundaretur de illo alio diceretur; sed quia alia super ipsum fundantur, & ipsum super nullo alio, ideo alia dicuntur de ipso, & ipsum de nullo alio dicitur. Secundo modo dicitur substantia, quodcunque fuerit tale, quod per ipsum est aliquid ens; & per quod fuerit aliquid separabile, & distinctum ab alio: tale uerò, ꝙ sic dicitur substantia, est forma, & species uniuscuiusque: nam unumquodque per formam est ens, quia forma est ratio essendi, & etiã per formam unumquodq; distinguitur ab omni alio: quia illud idem, quod est principium essendi, est principiũ distinguendi: per eandem.n. formã, per quam hõ est hõ, per eandẽ nõ est asinus.

Prima substantia cur dicatur subiectum ultimum.

Quæstio. Quæreret quis, cum Arist. posuerit quatuor modos substantiæ, quare non fecit in ultima parte mentionẽ nisi de duobus, de primo, & secundo? Respondeo dicendum, ꝙ de tertio non debuit fieri mentio; quia illa, quæ sunt in tertio, nõ sunt substantiæ secundum ueritatem, & secundũ opin. Philosophi; Mathematica.n. secundùm ueritatem non sunt substantiæ rerum: De quarto aũt modo non fecit mentionem, quia reducitur ad secundũ; quidditas.n. quodam mõ forma est. Vnde consueuit distingui, ꝙ duplex est forma.i. forma partis, & forma consequens totũ: sicut in A homine forma partis est anima, forma cõsequẽs totum, est humanitas: hanc aũt formam, quæ cõsequitur totũ, uoco quidditatẽ, & quia quidditas forma est aliquo mõ; iõ faciens mentionem de forma in secundo mõ, aliquo mõ fecit mentionẽ de quidditate, & de quarto mõ. Vel põt dici, ꝙ non fecit iõ mentionem de quidditate in quarto mõ; quia licèt quidditas differat à forma partis, tamen non est quidditas, nisi per formã partis: ita ꝙ ipsa quidditas non erit substantia nisi per formam: Licèt.n. plura concurrãt ad rõnem quidditatis; tamen rõ quidditatis principaliter sumitur à forma; & secundum hoc substantia in quarto modo, quæ est quidditas, est in quadam analogia ad substantiam secundo modo, quæ est forma.

Quidditas non est substantia nisi per formã.

B *Eadem dicuntur secundùm accidens quidem, ut album, & musicum idem: quia eidem accidunt. Et homo, & musicum: quia alterum alteri accidit, sed & musicum homo, quia musicum homini accidit, & utrique hoc, & horum utrunque illi. Etenim homini musico, & homo, & musicus idem dicitur, & his illud.*

Postquam distinxit unũ, & ens; hic distinguit partes unius, & partes entis: Et diuiditur in duas partes, quia primò distinguit partes unius: secundò distinguit partes entis: Secunda ibi [Ptãs dicitur] Prima in tres; quia primò distinguit illud, qđ sequitur unum ipsum: quia idem est quoddã unũ in substantia; secundò distinguit simile, quod est quoddam unũ in qualitate: tertiò distinguit prius C & posterius: quæ hẽnt quandã unitatẽ ordinis; Secunda ibi [Similia dicũtur] Tertia ibi [Priora, & posteriora dicuntur.] Prima adhuc diuiditur in tres partes: quia primò distinguit idem: scđò distinguit diuersum, qđ opponitur eidẽ: tertiò distinguit differens, qđ est pars ipsius diuersi. Secunda ibi [Diuersa uerò dicuntur] Tertia ibi [Differentia uerò dicuntur] Prima in duas; quia primò ostẽdit quot modis dicitur idẽ scđm accidens; scđò quotiens dicitur idẽ scđm se. Scđa ibi [Alia uerò scđm se] Prima in duas, quia primò ostẽdit, quot modis dicitur idẽ scđm accidens: scđò cõcludit quandã conclusionẽ ibi [Quapp & oĩa.] Dicit ergò primò, ꝙ eadẽ scđm accidens dicuntur trib. modis. Vno mõ dicuntur eadẽ duo accidẽtia; eo D mõ quo dicimus, ꝙ musicum, & albũ sunt idem; quia accidunt eidẽ subiecto. Scđo modo dicũtur eadem scđm accidens, & subiectũ; qđ quidẽ accidẽs prædicatur de subiecto; eo mõ quo dicimus, ꝙ hõ, & musicũ, qđ de ipso prædicatur, sunt idẽ; quia alterũ.s. prædicatum accidit alteri.s. subiecto. Tertio mõ dicuntur eadẽ p accidens, subiectũ quod prædicatur, & accidens qđ ipsi subiicitur, econtrariò.s. ad præcedentẽ modum; eo modo quo dicimus, ꝙ musicus est homo, ꝙ ista duo accidentaliter sunt eadẽ; quia musicum quod est in subiecto, accidit homini, quod est in prædicato. Præter autem istos tres modos sunt alii modi eiusdẽ per accidens. Vnus est, quòd accidens simpliciter prædicatur de composito ex subiecto,

Eadẽ secundũ accidẽs.

& accidente;eo modo quo dicimus, quòd Sors musicus est albus:& tunc hoc, scilicet prædicatũ simpliciter est idem utrique, scilicet subiecto cõposito ex subiecto & accidente. Secundus modus est,quando prædicatum compositnm est idẽ subiecto simplici; & tunc horum quodlibet in prædicato est idem illi simplici in subiecto. Exemplum subdit Aristo.de primo quia homini musico tanquam subiecto composito idem est homo per se acceptum, tanquam prædicatũ simpliciter,& etiam musicum per se acceptum,tanquam prædicatum simpliciter:& è conuerso quã tum ad secundum modum,quia his, scilicet homini tantùm per se accepto, & musico tantũ per se accepto illud,supple,prædicatum compositũ, uidelicet homo musicus,est idem. Deinde d.

Quapropter et omnia ea uniuersaliter non dicuntur. Non enim uerum dicere, quia omnis homo idẽ & musicum. Nam uniuersalia secundùm se existũt, & accidentia non secundùm se, sed in singularibus simpliciter dicuntur. Idem enim uidetur Socrates & musicus, & Socratem esse. Nam Socrates non in multis. Quapropter non omnis Socrates dicitur, quemadmodum omnis homo: & hec quidem sic dicuntur eadem.

Accidentia per se, & p accidẽs quo differunt. Concludit quandam conclusionem. Ad cuius euidentiam notandum est,quòd hæc est differentia inter accidentia per se, & accidentia per accidens: quia accidentia per se sequuntur naturam specificam pro toto ambitu suo; eo modo quo risibile sequitur naturam hominis totam: & ideo in talibus accidentibus ratione materiæ,licẽt nõ, *Ex indefinita quo licet inferre uniuersalem.* ratione formæ, ex indefinita licet inferre uniuersalem,uniuersaliter sumptam; quia non sequitur solùm naturam uniuersalis, sed uniuersalis uniuersaliter sumpti;Ita quòd istæ duæ non differũt ratione materiæ,homo est risibilis, & omnis homo est risibilis. Ita quòd in talibus accidentibus ipsum accidens non solùm idem præcisè est cum subiecto; sed & cum subiecto uniuersaliter sumpto;quia risibile non solùm est idem homini,sed omni homini. Idem dico de identitate per accidens, quia si risibile sequetur hominem inquantum homo, cuicunque inierit ratio humanitatis, & ratio hominis, illi eidem inierit per accidens ipsum risibile;per accidens dico, accidente opposito primo modo dicendi per se,licẽt sit idẽ per se,secundo modo dicendi per se: Licẽt autem risibile sit idem homini, & omni homini; tamen aliter & aliter: quia primò & per se est idẽ homini,secundariò est idem omni homini; quia accidens per se primò aspicit naturam specificam,secundariò principia indiuiduantia;quia.n. risibilẽ primò & per se est idem homini;ideo secundariò erit idem illi, in quo saluatur ratio hominis,& qaia in omni homine indiuiduato salua tur ratio hominis; ideo secundariò est idem omni homini. Accidens autem per accidens sequitur principia indiuiduantia magis, quàm naturam specificam; & ideo non oportet,quòd si sequatur aliquid infrà naturam specificam, quòd sequatur uniuersaliter totam naturam: non enim oportet, quòd si album est idem per accidens alicui homini existenti infra naturam hominis, q̃ sit idem omni homini: Ita quòd in isto accidente differt indefinita,& uniuersalis uniuersaliter sumpta,& ratione materiæ, & ratione formæ;non.n. oportet,quòd ex ista,homo est musicus,sequatur ista,omnis homo est musicus;nec oportet, quòd homo & musicus sint idem: Istud accidens, & accidens per se è contrario se habent;quia accidẽs per se sequitur naturam specificam; & quia omne illud, quod sequitur naturam specificam, sequitur totam naturam;ideo omne illud,quod est idem naturæ,est idem naturæ in quocunque indiuiduo:licẽt alio,& alio modo, sicut dictum est.

Accidens p se primo aspicit naturam specificam, secundario principia indiuiduantia.

Accidens p accidens e contrario.

Accidens autem per accidens sequitur principia indiuiduantia:ita quòd non sequitur naturã simpliciter,sed naturam in hoc:quia non oportet,q̃ illud,quod est idem naturæ in hoc, sit idem simpliciter naturæ pro toto ambitu suo: ideo non oportet, quòd si accidens per accidens sit idem indefinitè sumpta, quòd sit idem ipsi uniuersaliter sumptæ. His uisis, patet litera Philosophi. Dicit enim, quòd hæc omnia accidentia per accidens nõ dicuntur uniuersaliter alicui: licẽt enim uerum sit dicere,quòd homo & musicus sunt idẽ, uel Sors & musicus; non tamen est uerum dicere,quòd omnis homo est idem & musicus: rationem autem huius reddit; nam huiusmodi accidẽtia,quæ sunt idem ipsi uniuersali & uniuersaliter sumpti, sunt illa,quæ secundùm se, in secũdo modo dicendi per se existunt in subiecto: quia ista accidentia sequuntur naturam specificam; accidentia autem, quæ non sunt secundùm se, hoc est.quæ non sequuntur per se naturam specificã, & naturam speciei,& principia:non sunt eadem ipsi uniuersali per se,nec uniuersali,ut uniuersaliter sumpto;sed ista sunt, quæ dicuntur simpliciter in singularibus, hoc est, quæ sunt eadem per accidens ipsis singularibus: idem enim uidetur esse Sors,& Sors musicus;tamen non potest dici, quòd idem sit musicus, & omnis Sors: non enim dicimus omnis Sors, sicut omnis homo: quia omnis recipit naturam multiplicabilem. Quasi dicat,quia musicus est idem Sorti, & Sors non potest uniuersaliter sumi;ideo non potest dici idem alicui uniuersaliter sumpto: cõcludit ergo, quòd illa quæ sunt eadem per accidens, sic dicuntur; hoc est tot modis,quod dictum est.

Quæreret quis, Vtrum ista sit eodem modo per accidens; homo est musicus, & musicus est homo? Et uidetur quòd sic; quia accidentalitas sumitur ex eo quòd unum accidit alteri: Vtrum autem predicatum accidat subiecto,uel subiectũ prædicato, hoc accidit; ita quòd situs terminorũ non uariat naturam accidentalitatis. Ad oppositum uidetur esse Philosophus in litera, qui distinguit tertium modum contra secundum;si autem esset idem modus accidentalitatis,nõ essent duo modi

Omnis diuisio est per opposita.

A modi contra diuisi; quia omnis diuisio est per opposita. Respondeo dicendum est, quòd secundus modus, & tertius differunt: alius enim modus accidẽtalitatis est in ista, homo est musicus, & alius in ista, musicus est homo; ita quòd ista, homo est musicus, debet uocari per accidens; ita quòd non secundùm accidens: ista antem, musicus est homo, ita est per accidens, quia secundùm accidẽs: & ista accidentalitas debet uocari secundùm accidens. Ad cuius euidentiam primò uidenda est differentia inter per se, & per accidens: ubi apparebit, quòd ista est per accidens, homo est musicus: secundò uidenda est differentia inter secundùm se, & secundùm accidens: in quo apparebit ista, musicus est homo, quòd est secundum accidens.

Per se, et per accidẽs quid sunt, et quo differunt.

B Quò ad primum ergo notandum est; quòd per se, & per accidens sunt conditiones rerum; ita quòd illud uocatur per se, quod contingit alicui per naturã suã & p suam realitatẽ: illud ãt uocatur per accidens, & per aliud, quod contingit rei per aliam realitatem, quàm sit illa, quæ significatur per nomen; eo modo quo dicimus, ꝙ ista est per se; homo est animal, quia animalitas contingit homini per naturam suam significatam p nomen hominis; & eo modo quo dicimus, quòd ista est per accidens, corpus est uisibile: quia esse uisibile contingit corpori, non per naturam corporeitatis, sed per aliud, puta per naturam coloris; quia ergo, hõ est musicus, nõ cõtiugit homini p naturã nois; iõ ista est per accidens, hõ est musicus.

Secundũ se, & secundũ accidẽs non aspiciũt naturã rei, sed modũ significandi.

C Quò ad secundum autem notandum est, ꝙ secundùm se, & secundùm accidens non aspiciũt naturam rei, sed modum significandi; ita quòd illud uocatur secundùm se inesse alicui, quòd contingit ei secundùm modum significandi, sub quo modo significat; ita quòd de modo significandi illius, cui contingit; sit, quòd sibi posit conuenire: & de modo significandi illius quod conuenit, sit; quòd sibi conueniat: illud autem dicitur conuenire alicui secundùm accidens, quod cõuenit alicui, de cuius modo non est, quòd sibi conueniat; nec de modo alterius est, quòd illi conueniat, uel inhæreat:

Conuenire alicui secundum accidẽs

Exemplum de primo lignum est album, ista est per accidens; quia natura albedinis accidit ligno: tamen est secundùm se, quia de modo significandi ligni est, quòd subüciatur, & quòd significet rem suam per modum subiecti: & de modo significandi ipsius albi est, quòd alteri inhæreat. D Exemplum de secundo est istud, hoc est secundùm accidens, album est lignum; quia de modo significandi albi non est, quòd sibi inhæreat lignum, nec quòd ligno subüciatur; nec de modo significãdi ligni est, quòd inhæreat albo: & eodem modo ista est secundùm accidẽs, musicus est homo: Ex quo patet, quòd prima, homo est musicus, ita est per accidens, quòd nõ est secundùm accidens: per accidens enim est propter naturã rei in subiecto, cui accidit, esse musicum: secundùm accidens autem non est, sed secundùm se; quia homo de suo modo significandi

A habet, quòd subiiciatur, sicut albũ, quod prædicetur, & alteri inhæreat: ita quòd tota accidentalitas sumitur hic ex parte rerum, non ex parte modorum significandi: Hæc autem, musicus est homo, est per accidens, & secundùm accidens: per accidens quidem propter naturas, quarum una accidit alteri: secundùm accidens uerò est propter modos significandi: Et ita cum in tertio modo sumatur accidentalitas ex parte rei, & modi: in secunda autem ex parte rei tantùm: patet ꝙ maior accidentalitas est in tertia, scilicet quando accidens subiicitur, quàm in secunda, scilicet quando accidens prædicatur: & ita non est idem modus accidentalitatis in utroque.

Vnum accidere alteri dupliciter.

B Ad Aristotelem quando dicitur, quòd accidentalitas sumitur ex eo, quòd unum accidit alteri: dicendum est, quòd hoc unum accidere alteri potest esse, uel propter rem tantùm; uel propter rem & modũ, ut iam dictum est; & quando propter utrunque maior accidentalitas est. sic autem est in tertio modo. Deinde cum dicit.

Alia uerò secundùm se, quemadmodum & unũ. Etenim quorum materia una, aut specie, aut numero; eadem dicuntur & quorum substantia una.

Idem per se dicitur quinque modis.

Postquam ostendit, quotiens dicitur idem secundùm accidens; ostendit, quotiens dicitur idẽ per se: Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit quotiens dicitur idem per se: secundò concludit quandam conclusiouem: Secunda ibi, [Quare palàm, quia idẽtitas unitas quædam est.]

C Dicit ergo primò, quòd aliqua dicuntur eadem secundùm se: unum autem dicũtur per se primò illa, quorum materia est una: materiam autem esse unam, possumus accipere dupliciter, uel secundùm speciem, uel secundùm numerum; ad quod pertinet secundus, & tertius modus, ut dictũ est in cap. de uno:

Materiã esse unã dupliciter.

Alio modo dicuntur aliqua unum secundùm se, quorum una est substãtia: unam autem substantiã possumus intelligere duobus modis, uel ratione continuitatis, ad quod pertinet primus modus vnius: uel propter unitatem rationis, & diffinitionis; ad quod pertinet quartus modus unius: & istis modis, ac tot dicitur ipsum idẽ. Deinde cum dicit.

Vnã esse substantiã dupliciter.

D *Quare palàm, quia identitas unio quædam est plurium essendi, aut quãdo utitur uno, ut pluribus, ueluti quando dicit idem eidem idem; nam ut duobus utitur eodem.*

Concludit quandam conclusionem: quia dictum est, quòd quotiens dicitur unum, totiens dicitur idem; & hoc non potest habere ueritatem, nisi identitas sit quædam unitas; ideo concludit, quòd idẽtitas est quædam unitas: Et hoc duobus modis, ꝙ enim aliqua duo sint idem, est ex eo, ꝙ aliquo modo habent unitatem; ista autem unitas est, uel plurium differentium secundùm esse, quę tamen dicuntur idem inquantùm in aliquo uno conueniunt: uel est ista unitas ex hoc, ꝙ aliquod, uel aliqua sunt unum secundùm esse, sed tamen intellectus utitur ut pluribus: Exemplum de primo,

Idẽtitas est quedã unitas, quo intelligitur.

mo. Petrus & Martinus differunt secundùm esse; tamen sunt unum & idem in humanitate, uel animalitate. Exemplum de secundo. Petrus est idem sibiipsi; nam intellectus in hoc utitur hoc uno, sicut duobus; dicendo Petrus, uel Sors est idem sibiipsi.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum ista sit bona prædicatio; identitas est quædam unitas? Videtur quod non, unitas.n. est fundamentũ idẽtitatis; fundamentũ autem non prædicatur de eo, cuius est fundamentum, & maximè in ratione: nam quando similitudo fundatur super albedinem, albedo est fundamentum similitudinis; & tamen ista non est bona prædicatio, similitudo est albedo: à simili si identitas fundatur super unitatem, hæc non est bona prædicatio, identitas est unitas. Ad oppositum sit Philosophus in litera. Respondeo ad hãc quæstionem duo sunt uidenda, primò quomodo se habet identitas ad unitatem: secundò quomodo ista prædicatio potest saluari, identitas est unitas. Ad euidentiam primi notandum est, quod identitas habet duplex fundamentum, scilicet unum remotum, & aliud propinquum. Fundamentum remotum substantia est; nam identitas propriè non reperitur nisi in substantia, uel in illa, quæ habet modum substantiæ; nam sicut similitudo non reperitur nisi in qualitate, & æqualitas in quantitate; ita identitas non reperitur nisi in substantia; uel in illo, quod habet modum substantiæ; ad hoc autem quòd sit identitas non sufficit natura substantiæ, sed oportet quòd sit ibi unitas in substantia; & ideo unitas est fundamentũ propinquum; Imaginabimur enim quòd ipsa identitas fundatur super unitatem, non super quamcũque unitatẽ, sed super unitatẽ sigillatã in substantia rei: nã sicut simitas nõ est quæcunq; cõcauitas: sed cõcauitas sigillata in naso; ita unitas fundans ipsam idẽtitatẽ, nõ est quæcũq; unitas, sed unitas sigillata in substantia: Ita quòd illa duo, unitas, & similitudo faciunt unum completum fundamentum identitatis: & sicut unitas in qualitate facit unum completum fundamentum similitudinis, & unitas in quantitate facit fundamentum æqualitatis; ita unitas sigillata in substantia facit unũ fundamentum idẽtitatis: Et ideo benè dixit Philosophus in litera, quòd identitas est quędam unitas, non omnis. Ad euidentiam secundi notandũ est, quòd duplex prædicatio est, scilicet formalis & causalis; Si ergo loquamur de prædicatione formali, hæc non est bona prædicatio, identitas est unitas; quia ipsa identitas non est formaliter unitas. cum enim identitas sit relatio in prædicamento relationis; & suum fundamentum, super quo fundatur, non sit in prædicamento relationis; quia relatio non fundatur super relationem, sed super absolutum; identitas formaliter nõ est unitas, quia relatio non potest esse formalitas relationis. Si autem loquamur de prædicatione cãsali, sic uera prædicatio est, identitas est unitas: nã cum fundamentum sit causa relationis, & unitas

Identitas habet duplex fundamentum.

E sit fundamentum identitatis, ut dictum est; erit aliquo modo causa respectu illius. Debemus.n. imaginari differentiam inter subiectum, & fundamentum: quia fundamentum tenet medium inter subiectum, & relationẽ; ita quòd ratio causalis est reducens relationem ad subiectum: subiectum enim illud uocatur, quod refertur per relationem, & quod habet ipsam relationem in se; fundamentum autem uocatur illud, quod est causa, quare istud subiectum habet istam relationem. Sicut V.g. sit aliquod subiectum, quod sit album, & simile: illud uocatur subiectum, quod refertur per ipsam similitudinẽ, & per ipsam relationem similitudinis; illud autem uocatur fundamentum, quod est causa, quare istud subiectum F habeat istam relationem, scilicet ipsa albedo: ita quòd fundamentum, puta albedo non est, nisi ratio reducens ipsum subiectum simile ad ipsam similitudinem. A simili dico hic, quod differt fundamentum identitatis, & ipsa identitas, & ipsum subiectum; subiectum enim dicitur, quod refertur per identitatem, ipsa identitas uocatur relatio; ipsa uerò unitas est fundamentum, quæ est ratio reducens ipsam identitatem ad illud, quod refertur; non tamen dico, quòd ipsum fundamentum, & ipsa relatio differat realiter, sed solùm secundùm rationem; ita tamen, quòd ratio fundamentalis prior est in reducendo ipsam relationẽ ad suum subiectum; ipsa uerò relatio relationis est posterior, quia est ratio reducta per rationem G fundamentalem. Ad argumentum in oppositum patet responsio, quia licet relatio non possit dici relatio prædicatione formali: tamen potest dici prædicatione causali.

Differentia inter subiectum, & fundamentum.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum identitas sit plurium in esse, uel plurium in intellectu, sic dicit Philosoph. in litera? Respondeo dicendum est, quòd est utroque modo. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd de essentia relationis est, quòd ad aliud se habeat; omne autem, quod ad aliud se habet, requirit extremum unum; omnis relatio duo extrema requirit. Vnde Auic. quarto Metaphysicæ cap. de Relatione dicit, quòd relatio est, cuius cũ quidditas fuerit intellecta, talis quidditas erit, quod refert illud, cuius est, ad aliquid aliud; semper er- H go relatio requirit extrema bisulcata, & distincta; sed tamen differenter relatio realis, & relatio rationis. Relatio enim realis requirit extrema distincta realiter: ad relationem autem rationis sufficit, quòd sint extrema distincta secundùm rationem: cum ergo identitas aliquando sit relatio realis, aliquando secundùm rationem: quando erit relatio realis, extrema erunt distincta realiter: & de ista dicit Philosophus, quòd identitas requirit plura secundùm esse: & ista identitas est, quando aliqua sunt unũ unitate generis, uel speciei: sicut si dicatur, quòd homo est idem leoni in animali; uel Petrus est idem cum Ioãne in homine; Quando autem identitas est relatio rationis, tũc sufficit quòd extrema sint distincta secundùm rationem;

De essentia relationis quid.

Omnis relatio requirit extrema distincta.

tionem: & de ista dicit Philosophus in litera. quòd intellectus utitur uno ut pluribus: cum enim, ut prædictum est, relatio requirat extrema (cum. n. relatio sit quoddam ad aliud, ipsa relatio requirit aliud & aliud) quandoque extrema solùm distincta sunt secundùm rationem, & hoc est, quãdo aliquid dicitur idem sibiipsi: tunc enim ipse intellectus, quod iunctum est in se, diuidit: ut si dicam, quòd Petrus est idem sibiipsi. Petrus capitur uno modo tanquam unum extremum, & alio modo tanquam aliud extremum: quia hoc extremum & aliud extremum non est nisi secundũ rationem: ideo relatio est tantùm rationis. Deinde cum dicit.

Diuersa uerò dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ, & omnino opposita eidem dicitur diuersum.

Diuersũ dicitur tot modis, quot & idem. Postquã distinxit idem, distinguit diuersum, dicens; quòd diuersa dicuntur, quorum species sunt plures; eo modo quo dicimus, quòd homo, & asinus diuersa sunt specie. Secundo modo dicuntur diuersa, quæ licèt conueniant in specie: tamen habent diuersam materiam: & ista sunt, *Diuersitas specifica, et numeralis.* quæ sunt diuersa numeraliter: diuersitas. n. specifica est diuersitas formalis, diuersitas autem numeralis est diuersitas materialis. Ex hoc enim quòd forma specifica recipitur in alia & alia materia, ex hoc ipsa forma numeraliter est diuersa, sicut quia albedo recipitur in alia & alia materia, est diuersa numeraliter. Tertio modo dicũtur aliqua diuersa, quorum ratio indicans substãtiam, est diuersa: possibile est enim, quòd aliqua sint idem in materia & subiecto; & tamen ratio declaratiua substantiæ, & diffinitio diuersa est: & ista sunt idem numeraliter; & tamen sunt diuersa diffinitione; eo modo quo dicimus, ꝙ album, & homo (si albedo est in homine) sunt idem numero; quia ipsum accidens non propriè facit numerum contra subiectum; & tamen sunt diuersa diffinitione; quia aliter diffinitur homo secũdùm quòd homo, & aliter album secundùm ꝙ album, & secundùm quòd possibile est. Aliqua possunt esse omnino idem realiter, & tamen sunt diuersa diffinitione; sicut uerum, & ens sunt eadẽ realiter, & tamen sunt diuersa diffinitione; quia aliter diffinitur ens, & aliter uerum: cuius ratio est, quia magis respicit diffinitio rationem rei, quàm ipsam rem: & ideo non obstante unitate rei, dũmodo habeant diuersitatem rationis; possunt habere diuersas diffinitiones. Concludit ergo Philosophus, ꝙ diuersum opponitur eidem, scilicet quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuersum.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum sit possibile, ꝙ unum re habeat diuersas diffinitiones, sicut dictum est? Dicendum est secundùm Commentatorem super libro Boethii de duabus naturis, & una persona Christi: *Diffõ dupl.* quòd duplex diffinitio est; quædam quæ declarat id quod est: secunda, quæ declarat esse eius quod est. Vocat autem hic esse, non

A esse existentiæ, sed uocat hic esse essentiæ, puta rationem eius quod est. V.g. posset dari una diffinitio de uero, quæ declararet illud, quod est uerum, idest realitatem ueri, & ista declararet illud quod est: posset dari alia diffinitio, quę declararet unum inquantum uerum, hoc est subiectum rationi ueri; & ista declararet esse eius, quod est uerum: Duorum ergo quæ habent eandem realitatem; si detur diffinitio, quæ declaret illud quod est, solùm una diffinitio erit, quia ex quo illud quod est, & realitas est una in utroque; & diffinitio hoc declarans in utroque erit una. V.g. si detur diffinitio declarans illud quod est unum, & illud quod est ens; una erit diffinitio, ex quo illud quod est declaratum, est unum: si autem duorum habentium eandem realitatem, quæ tamen B differunt ratione, detur diffinitio declarans esse eius quod est; diffinitio declarans erit diuersa: cum enim diffinitio declaret ipsum esse, & ipsũ esse declaratum sit idem quòd res, ut prædictum est, & rationes diuersæ, ergo & diffinitiones declarantes uerum sub ratione ueri, & entis sub ratione entis, diuersæ sunt. Exemplum aliud, diffinitio declarans illud quod est corpus, & illud qđ est uisibile, una est; quæ tamen declarant esse corporis, & esse uisibilis sub propriis rationibus, diuersa sunt.

Differentia uerò dicuntur, quæcunque diuersa sunt, idem aliquid entia, & non solùm in numero, sed specie, aut genere, aut proportione.

C In parte ista distinguit differens, quod quidẽ est species diuersi; non enim quæcunque diuersa sunt differentia; sed illa uocantur differẽtia, quæ existentia diuersa, in aliquo conueniunt. *Differẽs, et diuersum nõ sunt idem.* Et diuiditur pars ista in duas partes, quia primò distinguit differens, secundùm quòd differt à diuerso, ut superius ab inferiori: secundò distinguit differens, secundùm quòd est idem quod diuersum: Secũda ibi. [Ampliùs quorum diuersum genus.] Dicit ergo primò, quòd illa uocantur differentia, quæcunque existentia diuersa, in aliquo conueniunt; ita quòd numero conueniant in uno; eo modo quo dicimus, quòd Sors sedens à seipso non sedente differens est: siue conueniant in uno in specie; eo modo quo dicimus, ꝙ Sors & D Plato differunt; quia differunt in numero, & conueniunt in una specie: siue conueniant in unitate generis: eo modo quo homo & asinus differũt specie, sed tamen conueniunt in unitate generis: siue sunt unum in unitate proportionis; eo modo quo prædicamenta differunt, & tamen sunt unum per quandam analogiam. Ex quo patet, ꝙ differens unam differentiam habet super diuersum; de ratione enim diuersorum nõ est ampliùs, nisi quòd unum distet ab alio formaliter; siue illa sic distantia sint unum in tertio, siue non: de ratione autem differentium est, ꝙ differant formaliter; ita tamen quòd illa sic distantia conueniant in tertio. Illud autem tertium aliquando largitur illis unitatem numeralem; eo modo quo sedens

sedens & non sedens in Sor: distant formaliter, & tamen non distant numeraliter, propter tertium subiectum, in quo conueniunt, scilicet Sorte: nisi fortè ista numerositas accipiatur à tempore. Aliquando istud tertium largitur istis distantibus unitatem specificam; eo modo quo Petrus, & Martinus unitatem specificam habent in homine, qui tamen distant formaliter; eo modo quo potest esse distantiam formalis in indiuiduis. Aliquando largitur hoc tertium unitatem generis, ut dictum est de homine, & de asino respectu animalis. Aliquãdo illud tertium largitur unitatem analogiæ; eo modo quo nouem prædicamenta distant formaliter, & tamen unitatem habent; inquantum formalitates omnium istorum attributionem habent ad substantiam. Deinde cum d.

Amplius quorum diuersum genus. Et contraria quæcunque habent in substantia diuersitatem.

Ponit distinctionem differentis, secundùm quòd est idem, quòd diuersum; dicens quòd amplius illa uocantur differentia, quorum genus est diuersum, & in nullo conueniunt: illa autem dicuntur secundo modo differentia, quę differunt formaliter, & habent cum tali differentia contrarietatem; ut albedo, nigredo: breuiter omnia illa, quæ habent diuersitatem in formalitate, & essentia; siue contraria sint, siue nõ: differẽtia dicũtur.

Similia dicuntur, quæ idem sunt passa. Et plura idem patientia aut diuersa. Et quorũ qualitas una.

Postquam distinxit multiplicem acceptionẽ eiusdem; hic distinguit multiplicem acceptionẽ similis: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit multiplicem acceptionem similis. Secundò redit ad distinguendum quasdam species diuersi ibi, [Opposita dicuntur.] Prima in duas, quia primò distinguit ipsum simile: secundò ipsum dissimile: Secunda ibi, [Opposita uerò similibus] Circa primam ponit tres modos similitudinis: primus modus est, quia illa uocãtur similia, quæ sunt passa idem. Vbi notandum est, quòd cum passio sit quædam uia ad qualitatem, non solùm illa uocantur similia, quæ habent conuenientiam in qualitate; uerùm etiam illa, quæ habent conuenientiam in passione: unde illa uocantur similia, quæ simili passione patiuntur: sicut illi uocantur similes, qui dealbantur; quia dealbatio quædam passio est; & est uia ad albedinem, quæ est qualitas. Secundo modo illa dicuntur similia, quæ patiuntur; siue patiantur idem, siue diuersum: sicut si unus denigratur, & alius dealbatur: isti sunt similes in passione, non tamen quia idem patiantur. Tertio modo illa dicuntur similia, quæ habẽt conuenientiam in qualitate, & quorum qualitas est una; eo modo quo dicimus, ꝙ duo albi sunt similes, uel duo nigri. Deinde cum dicit.

Similia tripliciter.

Passio ē uia ad qualitatem.

Et secundùm quæ alteri contingit horum contrariorum quod plura habet, aut magis proprium hoc est simile.

Postquam distinxit multiplicem acceptionem similis; ostendit secundùm quę contingit aliqua

E secundùm magis & minùs dici similia, dicens; quòd si contingat aliqua assimilari in qualitatibus contrariis, secundùm quæ attenditur alteratio; illud uocatur similius, quod assimilatur alicui in pluribus qualitatib. hẽtib. cõtrarietatẽ: ut si aliquid assimilatur alicui in calido, & sicco; & alteri in calido tantùm, uel in sicco; assimilatur magis cui assimilatur in calido et sicco; quàm illi, cui assimilatur tantùm in calido: quia illi in duabus qualitatibus, huic tantùm in una: Et si aliquid assimilatur alicui in una qualitate, ita quòd unum assimiletur duobus, tamen primò assimilatur in qualitate propria: secundò in qualitate non propria; magis dicitur simile illi, cui assimilatur in qualitate propria, quàm illi, cui assimilatur in non pro

Quō aliqua dicātur magis & minus similia.

F pria. V. g. ignis assimilatur aeri in calore, & terræ in sicco; tamen aer est magis similis igni in qualitate sibi propria, scilicet in calore; terræ autẽ in non propria, scilicet in siccitate. Deinde cum d.

Opposita ergo similibus, dissimilia.

Postquam posuit multiplicem acceptionem, demum concludit: quòd quia dissimile opponitur simili, oportet quòd quot modis dicitur simile, tot modis dicatur dissimile. Deinde cum d.

Opposita dicuntur contraria, contradictio, et ad aliquid, & priuatio & habitus.

Sicut supra dicebatur, hic redit ad distinguẽdum quasdam species diuersi. Vbi notandum est, quòd oppositio quædam diuersitas est, oppositio etiam quædam distantia formalis est, & omnis distantia formalis diuersitas est; similiter diuersitas

G in spẽ, quædam diuersitas est: ita ꝙ diuersitas est quoddã genus, diuersitas in spẽ est spẽs diuersitatis: Secundũ hoc ergo hæc pars diuiditur in duas partes, quia primò distinguit opposita: secundò distinguit diuersa in specie. Secunda ibi [Et quæ plurimum differunt.] Prima in duas, quia primò distinguit opposita: secundò distinguit cõtraria, quæ sunt species quædam oppositionis ibi, [Contraria dicuntur] Prima in tres secundùm triplicẽ acceptionem oppositionis: Secũda ibi [Et ex qui bus] Tertia ibi, [Et quæcunque non contingũt] Dicit ergo, quòd opposita dicuntur primo modo contradictoriè, contrariè, & ea quæ opponuntur relatiuè, & ea quæ opponuntur sicut priuatio &

H habitus: ita quòd sub isto modo comprehenduntur quatuor species oppositionis. Ad cuius euidẽtiam notandum est, quòd oppositio est quædam distantia formalis: Aliqua sunt enim quæ distant formaliter & non subiectiuè, & ista uocantur à Logicis disparata: nam & si disparata distent formaliter; tamen non oportet, quòd distent subiectiuè; sicut grammatica, & musica, quæ possunt esse in eodem subiecto; & tamen formaliter distant: & sicut calor & sapor, quæ formaliter distant, & si non subiectiuè. Vnde de formalitate disperatorum, non est ꝙ subiectiuè distent, aliàs omne disperatum subiectiuè distaret: quia quod contingit alicui ratione formalitatis, contingit omni: sicut quod contingit homini ratione hu-

Disparata quæ.

Quo dif. parata distant subiectiue. humanitatis,contingit omni homini. Verum tamen est,quòd aliqua disparata ratione materię, & non formæ,distant subiectiuè,& formaliter:sicut homo & asinus,si non se compatiuntur in eodem,hoc non est ratione disparationis, & formalitatis in se (si enim esset ratione formalitatis & disparationis,sicut dictum est;contingeret omnibus disparatis) sed est ratione formalitatis & disparationis in tali materia. Alia sunt opposita, quæ distant formaliter & subiectiuè (& accipio hic formalitatem largo modo: secundùm quòd se extendit ad formam & negationem,siue priuationem formę: nam sicut priuatio & negatio aliquo modo ens est,scilicet rationis;ita aliquo modo potest dici forma) ista autem,quæ distant formaliter & subiectiuè, sunt contradictoria; quia forma, & negatio formę, quæ faciunt contradictionem; formaliter distant,secundùm quòd negatio potest dici formalitas (appello autem hic formalitatem quemlibet conceptum:alius.n.est conceptus negationis,& alius formę)Similiter subiectiuè distant;quia forma, & negatio formæ, quæ faciunt contradictionem; non se compatiuntur in eodem: Sic ergo distantia formalis & subiectiua primò fundatur super formā& negationem formę;Secundò quia illa quæ distant formaliter & subiectiuè,uocantur priuatiuæ,siue priuatio & habitus (nam priuatio & habitus subiectiuè distant, quia simul & semel unum & idem subiectum non potest habere habitum & priuationem) similiter distant formaliter; eo modo quo priuatio potest appellari forma. Tertio modo distantia formalis & subiectiua fundatur super duas formas, habentes mutuum aspectū ad inuicem: & istæ formæ dicuntut oppositæ relatiuè. Nam formæ oppositæ relatiuè, subiectiuè differunt: quia simul & semel unum subiectum non suscipit formas oppositas relatiuè:cum enim oppositio relationis sit inter duo extrema, oportet quòd una forma relatiuè opposita, cócernat unū extremum, & alia aliud:similiter opposita relatiuè distāt formaliter;eo modo quo dicimus,quòd paternitas & filiatio formaliter distant. Quarto modo distantia subiectiua,& formalis fundatur super formas, quæ existentes in eodem genere, maximè à se distant; & ista est oppositio contrarietatis:nam contrarietas est quædam distantia in forma; quæ sicut dicetur in Quæstione, huius cótraria differunt specie:differētia autem specie formaliter differunt; similiter contraria distant subiectiuè, quia unum & idem subiectum simul & semel non potest recipere duo contraria. Deinde cum dicit.

Vnde oriā tur opposi tiones.

Et ex quibus,& in quæ ultima;ut generationes & corruptiones.

Ponit secundum modum oppositionis dicēs, ꝙ illa dicuntur opposita,quæ habent terminos, à quibus incipiunt, & ad quos terminantur; oppositos: eo modo quo dicimus, ꝙ generatio, & corruptio opponuntur;quia terminus à quo incipit generatio,& à quo incipit corruptio; opponuntur: quia generatio incipit à non esse, corruptio incipit ab esse: Similiter termini, ad quos terminatur generatio,& corruptio;opponuntur: quia generatio terminatur ad esse, corruptio ad non esse. Deinde cum dicit.

A

Et quæcunque non contingunt simul ad esse amborum susceptibili, & opponi dicuntur, aut ea ex quibus sunt; nam pallidum, & album eidem simul non insunt. Vnde ex quibus sunt, hæc opponūtur.

Ponit tertium modum oppositionis dicens,ꝙ illa uocātur opposita,quæ non possunt simul inesse eidem susceptibili, uel eidem subiecto: ea. n. quæ non possunt simul inesse eidem subiecto,uel oportet, quòd ipsa ad inuicem opponantur: uel oportet,ꝙ ea ex quibus sunt,opponantur:Exemplum de primo,album & nigrum nō possunt inesse simul eidem subiecto,quia ad inuicem opponuntur: Exemplum de secundo, pallidum & album opponūtur; quia illi, ex quo est pallidum, quodam modo opponitur album. Notandum est,quòd aliqua non possunt inesse aliquando eidem subiecto simul propter naturam oppositionis,quam habent inter se:& hoc est duobus modis,uel quia ipsa de se inter se opponuntur; uel quia eorum esse opponuntur: sicut patet in prædictis exemplis:ita quòd simultas in istis prohibetur propter naturā oppositionis,quę est in istis, non propter naturam subiecti. Aliquando contingit,quòd aliquæ formę non possunt inesse eidem subiecto propter naturam subiecti, non propter naturam oppositionis,quam habent inter se: ita quòd ista simultas à subiecto prohibetur,non ab oppositione. V.g.albedo & musica non opponuntur aliquo modo oppositionis iam dicto, scilicet nec contradictoriè,nec cōtrariè &c.& quia nullum subiectum primum potest ea suscipere, corpus enim quod est album,non potest esse musicum;& anima,in qua est musica, non potest esse alba.Deinde cum dicit.

B

C

Contraria dicuntur,quæ non possunt simul adesse eidem differentium:secundùm genus, & quæ non plurimùm differunt eorum,quæ sunt in codē genere.

Distinguit contrarietatem, quæ est quædam species oppositionis;Et diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quot modis dicuntur contraria primò;secundò ostendit, quomodo aliqua dicuntur contraria in habitudine ad contraria.Secunda ibi[Alia uerò dicuntur contraria] Prima in duas, quia primò ponit quendam modum improprium contrarietatis: secundò ponit quorundā modum proprium;Secunda ibi[Et quorum differentia maxima]Dicit ergo primò quòd illa dicūtur contraria primo modo, quæ differentia secundùm genus, non possunt simul eidem subiecto adesse, eo modo quo ego dicerem,quòd grauitas & motus circularis contraria sunt, quia secundùm genus differunt, nec possunt naturaliter adesse eidem; quia quod naturaliter mouetur circulariter, sicut cœlum; nec est graue, nec est leue; & eo modo

D

Cōtraria duplicia sunt.

eo modo quo dicerem, quòd substantia spiritualis & quidditas sunt contraria; quia differunt secundùm genus; & non possunt eidem ad esse; quia nihil potest esse substantia spiritualis, & quantitas continua: Vocatur autem iste modus contrarietatis impropriè, quia ut habet ostendi inferiùs; formæ, quæ distant propriè; contrariæ sunt sub eodē genere. Deinde cum dicit.

Et quæ plurimùm differunt eorum, quæ sunt in eodem susceptibili, & quæ plurimùm differunt, eorum quæ sunt sub eadem potestate, et quorum differentia maxima: aut simpliciter, aut secundùm genus, aut secundùm speciem.

Ponit secundum modum contrarietatis: Et dividitur in duas partes, quia primò ponit istū modum: secundò concludit, quòd quælibet maxima differentia formalis potest dici contrarietas ibi, [Et quorum maxima differentia.] Dicit ergo, ꝙ illa dicuntur contraria; quæ existētia sub eodem genere, maximè differunt in illo genere, & maximè distant: illa dicuntur contraria, quæ in eodē susceptibili existentia, maximè differunt in illo susceptibili: Exemplum de primo: album & nigrum maximè differunt in genere coloris. Exemplum de secundo, sanum & ægrum maximè differunt in animali, tanquam in subiecto: Similiter illa dicuntur contraria, quæ infra unam potestatē existentia, maximè differūt infra illā: Exemplum ad hoc; congruum, & incongruum dici possunt contraria; quia existentia infra unam facultatem maximè differunt: Exemplum aliud melius potest poni; ut si intelligatur hic potentia mia, ipsa potentia materiæ; quia ipsa potētia materiæ aspicit duo contraria, sicut calidum & frigidum; illa, quæ infra hanc potentiā sunt: & maximè differunt: uocantur contraria. Deinde cum dicit.

Quæ dicantur contraria.

Potētia materiæ aspicit duo contraria.

Et quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundùm genus, aut secundùm speciem.

Concludit ex prædictis, quòd quælibet differentia maximè potest dici contrarietas, dicens; quòd quælibet maximè differētia siue sit simplex, hoc est aliquorum existentium diuersorum generum; siue sit aliquorum existentium in eodem genere; siue etiam aliquorum existentium in eadem specie potest uocari contrarietas. Notādum est, quòd largo modo hic accipit contrarietatē, quia non quælibet maxima differētia siue sit contrarietatem propriè; sed solùm maximè differentia formalis; cum ergo illa, quæ sunt sub eadem specie, non distent propriè formaliter, talis maxima differentia non facit propriè contrarietatem: Similiter contrarietas debet esse maxima differentia eorum, quæ sunt in eodem genere: & sic ea, quæ maximè differunt in diuersis generibus, non dicuntur propriè contraria.

Differentia formalis facit propriè contrarietatem.

Quæstio.

Ad euidentiam huius literæ quæreret quis. Vtrum contraria sint, quæ maximè distant in eodem genere? Respondeo. Dicendum est, quòd sic: quod ut meliùs pateat, notandum est, quòd duplex distantia est, scilicet situalis, & formalis;

E in distantia autem situali imaginabimur principium, medium, & finem: sicut in hemisperio nostro imaginabimur punctum Orientis, punctum Occidentis, & punctum medium: pūctum Meridiei: inter principium autem & medium nō est maxima distantia; quia illa uocatur maxima, qua maior non est; magis antem distat principium à fine, quàm à medio: eodem modo medium & finis non habent maximam distantiam: si ergo poneremus contrarietatem in distantia locali, diceremus quòd principium & finis opponerentur contrariè, puta principium Orientis & finis Occidentis; non principium & medium; & finis & medium. Eodem modo imaginabimur in distantia formali principium, medium, & finem, eo modo quo dicimus, quòd album est principium distantiæ, & nigrum est finis, & pallidum est medium: sic ergo si poneremus contrarietatem in formis, poneremus, quòd extrema distantiæ formalis sunt illa, quæ sunt contraria, ut si album est unum extremum distantiæ formalis, & nigrum aliud; & pallidum est medium; inter ista duo extrema dicemus, quòd album & nigrum sunt contraria; non albnm & pallidum; siue nigrum & pallidum. Notandum tamen, quòd contraria debēt esse infra maximam distantiam; quia contraria sunt illa, quæ infra unam distantiam maximè distant; propter defectum primis formæ, quæ non sunt infra unam distantiam, non sunt contrariæ: unde albedo & dulcedo non sunt formæ cōtrariæ; quia non sunt infra unam distantiam. Imaginabimur enim, quòd una distantia est, quæ coniungitur ex sapore dulci, tanquam ex uno extremo; & ex amaro, tanquam ex alio; & medio sapore inter istos duos. & alia distantia est, quæ coniungitur ex albedine, tanquam ex uno extremo, & nigredine tanquam ex alio, & pallido tanquā ex medio: ista autem unitas distantiæ accipitur ab unitate generis; illa autem dicunt unam distantiam formalem, quæ sunt infra uuum ordinem formalem. illa autem sunt infra unum ordinem formalem, quæ sunt infra unum genus; & quia illa, quæ sunt contraria; debent esse infra unam distantiam, & unitas distantiæ accipitur ab unitate generis; ideo benè dictum est à Philosopho, quòd contraria sunt, quæ sunt infra unum genus, & maximè à se distant; hoc est infra unā distantiam formalem, quæ distantia accipitur ab unitate generis.

Maxima distātia quæ.

F

G

H

Item quæreret quis. Vtrum contraria sunt illa, quæ maximè distant infra unam potentiam? uidetur quòd non; quia potentię multiplicantur sicut species: contraria autem differunt specie, ergo contraria concernunt diuersas potentias; non ergo sunt infra unam potentiam materiæ. Ad oppositum est textus Philosophi. Respond. dicendum est, quòd potentiæ multiplicantur in materia non pœnes quasdam species, sed pęnes species, quæ non habent ordinem ad inuicem, & illæ sunt species, quæ sunt infra duas distantias for-

Quæstio.

Potētia quō multiplicantur in materia.

Ordo formarum quis. formales: Voco autem hic ordinem formarum, quando ex una forma per se proceditur ad aliam per motum; sicut ex albo deuenitur in nigrum, non autem ex dulci. Aut debemus imaginari, quòd alia potentia materiæ est, quæ est ad albedinem; & est alia, quæ est ad dulcedinem: quia istæ formæ non sunt unigeneæ, nec sub uno ordine; quia unus ordo est sub uno genere: Et ista est ratio, quare unum & idem subiectum potest perfici per utrunque, scilicet per albedinem, & dulcedinem; quia enim sunt duæ potentiæ ad istas duas formas, & una potentia perfecta, reliqua propter hoc perficitur: ideo si perfectum est subiectum quantum ad unam potentiam perfectibilem per albedinem, nó repugnat sibi, quin possit quantùm ad aliam potentiam perfici per dul- B cedinem. Ad formas autem, quæ sunt sub uno ordine, hoc est sub una distantia, est una potentia materiæ: & quia contraria sunt sub una distantia, ut iam dictum est in Quæstione præcedenti; ideo una potentia materiæ est ad contraria. Li

Tota materiæ ad quid est. Debemus enim sic imaginari, quòd potentia materiæ primò est ad distantiam totam formalem; secundariò autem ad ea, quæ sunt infra distantiam, sicut una potentia materiæ primò est ad totam distantiam formalem, quæ est infra colorem: secundariò autem ad ea, quæ sunt infra distantiam; puta ad album, & nigrum, quæ sunt extrema pœnes illa, quæ sunt infra distantiam; cum illa, quæ sunt infra distantiam multiplicentur; oporteret, ꝙ potentiæ multiplicarentur pœnes C illa: ita quòd duæ potentiæ essent ad duo contraria: & sic non esset impossibile, duo contraria esse in eodem simul, sicut nec duo disparata.

Duo contraria, quare non possunt esse simul in eodem. Hæc enim est ratio, quare duo contraria non possunt esse simul in eodem; quia enim una potentia est ad duo contraria propter unitatem distantiæ; & una potentia perfecta non potest ampliùs perfici, stante illa perfectione; ideo illa potentia perfecta per unum contrarium non potest perfici per aliud. Imaginandum est enim, quòd ista una potentia ita est ad unam distantiam, ꝙ per quodcunque illius distantiæ perficiatur, non potest ampliùs perfici per aliud illius distantiæ: illo permanente; quia autem duæ potentiæ sunt ad duas distantias, non obstante, quòd una sit perfecta per extremum unius distantiæ; adhuc alia potest perfici per extremum alterius: & ideo duæ

Duæ formæ distantes possunt esse in eodem. formæ duarum distantiarum, sicut supra dictum est; possunt simul esse in eodem. Et sic patet, ꝙ duæ formæ contrariæ sunt infra unam potentiam propter unitatem ordinis, & distantiæ. Ad argumentum in oppositum patet responsio: quia non pœnes quascunque formas specificas multiplicantur potentiæ, sicut iam dictum est. Deinde cum dicit.

Alia uerò dicuntur contraria, hæc quidem taliũ habitu: alia talium susceptione. alia existendo aut actiua, aut passiua talium: alia agentia, alia patientia, aut expulsiones, aut acceptiones, aut habitus, A aut priuationes talium.

Ostendit, quot modis dicuntur contraria, quæ non sunt propriè contraria, sed in quadam habitudine. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit hoc: secundò manifestat quoddam, quòd dixerat ibi. [Sed quoniam ens, & unum.] *Secundo cõtraria dicũtur esse modis.* Dicit ergo primò sic: igitur quædam dicuntur contraria propriè; alia uerò contraria, quia habent contrarietatem actu; eo modo quo ignis, & aqua dicuntur contraria, non quia sint contraria in se; sed quia in se habent accidentia, quæ sunt contraria, scilicet calidum, & frigidum: Aliqua dicuntur contraria, quia possunt suscipere contraria; non quia actu habeant; sicut ægrotatiuum & sanatiuum dicuntur contraria; non quia hoc sit ægrum, hoc sit sanum; sed quia hoc de facili potest esse egrum, de facili potest esse sanum: Alia uerò dicuntur contraria, quia possunt agere contraria, & à contrariis pati; sicut calefactiuum & infrigidatiuum dicuntur contraria, non quia agant contraria, sed quia possunt pati: sicut calefactibile & infrigidabile dicuntur contraria, quia possunt pati à contrariis. Alia dicuntur contraria, quæ actu sunt agentia contraria, ut calefaciens & infrigidans; Alia quia actu patiuntur à contrariis, ut quod calefit, & quòd frigefit: Alia dicuntur contraria, quia sunt eiectiones & priuationes contrariorum, uel quia sunt habitus & priuationes contrariorum; cuius ratio est: quia sicut habitus opponitur habitui, ita priuatio contrarii opponitur priuationi, ut priuatio albi priuationi nigri. Deinde cum dicit. *A, habitu.*

Sed quoniam ens, & unum multipliciter dicuntur, sequi est necesse, & alia quæcunque secundùm ea dicuntur. Quare idem & diuersum, & contrarium est diuersum secundùm unamquamque categoriam.

Manifestat quoddam, quod dixerat; dixerat enim quòd diuersum dicitur multipliciter, & cõtrarium: posset enim aliquis quærere, unde hoc? & ideo dicit Philosophus, quòd non est mirum: quia si ens, & unum dicuntur multipliciter; & alia quęcunque sequuntur ens, & unum, dicuntur multipliciter; idem autem, & diuersum, & con- D trarium sequuntur unum & ens: unde ipsum diuersum est in unoquoque prædicamento; sicut & ipsum ens. Deinde cum dicit. *Ens, & unũ multipliciter, & eorũ passiones.*

Diuersa uerò specie dicuntur quæcunque eiusdẽ generis existentia non sunt subalterna: & quæcunque sub eodem genere existentia differentiam habent.

Sicut dicebatur superiùs, hic manifestat, siue distinguit quandam speciem diuersi. Et diuiditur in quinque partes, siue modos, quos ponit; partes autem patent in litera. Dicit autem primò, ꝙ diuersa specie dicuntur, quæcunque existentia sub uno genere non sunt subinuicem, hoc est, non sunt subalterna; sicut musica, & albedo, quæ sunt sub qualitate, & tamen non sunt ad inuicem *Diuersa specie dicuntur quinque modis.*

Y sub-

subalterna: Secundo modo illa sunt diuersa specie, quæcunque existentia sub eodem genere, descendunt ab illo genere per differentias; quæ differentiæ contra se diuiduntur: siue illa, quæ descendunt à genere, sint contraria siue, non. Deinde cum dicit.

Et quæcunque in substantia contrarietatem habent. Contraria enim diuersa sunt specie abinuicem, aut omnia, aut dicta primum.

Omnia contraria sunt diuersa specie. Ponit tertium modum dicens, quòd quæcunque sunt diuidentia aliquod genus, & in substantia habent contrarietatem, sunt diuersa specie; ut album & nigrum: cuius ratio est: quia omnia contraria sunt diuersa specie; & si non omnia, ad minùs illa sunt diuersa specie, quæ sunt propriè contraria: quia in Decimo huius dicit; quòd contrarietas est diuersitas secundùm speciem. Deinde cum dicit. Tex. cõ. 13. & inde.

Et quorumcunque in finali generis specie rationes diuersæ, ut homo, & equus indiuidua genere; & rationes eorum diuersæ. et quæcunque in eadem substantia differentiā habent; eadem uerò specie opposite bis dicta.

Ponit quartum modum dicens, quòd rationes diuersæ quarumcunque specierum ultimæ & finaliter existentium sub genere, sunt diuersa: & illa quorū rōnes sunt sub diuersa specie; eo mō quo dicimus, quòd homo & equus differunt specie, quia ultimò diuidunt genus; & sunt indiuidua, quæ amplius non diuiduntur, & rationes eorum sunt diuersæ, & ideo differunt specie; Vocat autē speciem specialissimam indiuiduum, quia licèt diuidatur in indiuidua, tamen non diuiditur diuisione formali, sed materiali: & ideo diuisio in species specialissimas uocatur finalis diuisio; quia ibi stat omnis diuisio formalis. Debemus enim imaginari, quòd species subalterna diuiditur, & genus subalternum, & generalissimum; & species specialissima diuiditur: tamen differenter, quia species subalterna, & omne genus diuiditur diuisione formali, & per formas; species autē specialissima diuisione materiali, & per materias; quia ipsum indiuiduum nullam formam addit supra speciem; aliàs ipsa species descenderet per formas in indiuidua.

Spēs specialissima, cur dicitur indiuiduum.

Quō genus, & spēs diuidantur.

Quæstio. Occasione eorum, quæ dicta sunt, quæreret quis. Vtrum indiuiduum addat supra speciem aliquam formam? Respondeo, dicēdum est, quòd non: quod patet primò ex habitudine, quā habet indiuiduum ad speciem: secundò hoc patebit ex habitudine, quam habent indiuidua ad inuicem: tertiò ex differenti habitudine, quam habet genus ad speciem, & species ad indiuidua: Primò ergo ex habitudine, quam habet indiuiduum ad speciem, ubi notādum est, quòd indiuiduum aspicit speciem, sicut materiale aspicit formale; & è contrariò species aspicit indiuiduum, sicut formale aspicit materiale: si autem sic est, oportet quòd descensus speciei in indiuiduum sit sicut descensus formalis in materiale; si enim species in indiuidua descenderet per formas, oporteret quòd forma indiuidui esset formalior, quàm forma spēi: quia omnis forma posterior formalior est, & completior: si autem sic est, ergo descensus speciei in indiuidua, descensus est alicuius materialis in formale, uel minùs formalis in magis formale; cuius tamen contrarium Philosoph. imaginatur. Imaginatur enim, quòd species sit quædam formalitas, ipsa autem indiuidua materialia, quædam respicientia istam formalitatem; si autem species per formas descenderet, tunc duæ formalitates, per quas descenderet ipsa species, specificarent ipsam formalitatem confusam speciei, quod tamen falsum est.

Habitudo indiuidui ad spēm.

Secundò hoc patet ex habitudine, quam habent indiuidua ad inuicem. ubi notandum est, quòd habitudo indiuiduorum ad inuicem, ut dicit Comm. in Tertio huius; est, quòd non sunt ante ad inuicem; quod sic debet intelligi, omnes duæ formæ sunt ante ad inuicem; quia .n. non est reperire duas formas in gradu æquali, ideo oportet, quòd una forma in gradu entitatis sit ante aliam: cum enim formę sint sicut numeri, ut sæpe dictum est: sicut non est reperire duos numeros formaliter differentes in æquali gradu; sic nec duas formas; sed semper una in gradu entis præcedit aliam: dicere ergo, quòd duo indiuidua non sunt ante ad inuicem, est dicere, quòd duo indiuidua nō habent duas formas, sed unam formalitatem. Quando autem dico, quòd duo indiuidua non habent duas formalitates, intelligo per se; quia quòd sint duo, hoc est per accidens; formalitas enim horum indiuiduorum in eo, quòd formalitas, non est nisi una, & una intentio diuisa contra quamcunque aliam formalitatem, & intentionem; quòd autem sit hæc forma diuisa in hoc & in hoc, hoc est per accidens, uel per materiam, uel per suppositum secundùm opin. diuersorum; sic ergo cum in una formalitate, ut formalitas est, non sit ante & priùs, in indiuiduis eiusdem speciei non erit ante & priùs; licèt possit esse in eis ante & priùs per alium modum; si autem species descenderet per formas in indiuidua, cum inter formas sit semper ante & priùs, in indiuiduis esset ante & post: cuius contrarium dicit Commentator Tertio huius.

Habitudo indiuiduorum ad inuicem.

Duæ formæ nō reperiuntur in gradu æquali. 8. Metaph. 10.

Hoc patet ex diuersa habitudine huiusmodi, quam habet genus ad species, & species ad indiuidua. Nam habitudo generis ad species est habitudo unius concepti confusi specificabilis p formas distinctas: & propterea conceptus generis, & forma eius non est propriè unus conceptus, nec una forma, sed conceptus fractus. Ita quòd magis secundùm ueritatem potest dici plures conceptus, quàm unus; ita quòd ipsum genus est idem, quòd plures formæ reductæ per intellectum ad talem conceptum communem generis. Hebitudo autem speciei ad indiuidua est habitudo non conceptus specificabilis per formas; sed solùm significabilis per materias; ita quòd ipse conceptus speciei est de se, nō fractus

Habitudo generis ad spēm, & spēciei ad indiuidua.

Conceptus generis, & formæ eius nō est unus cõceptus.

fractus in alium conceptum, sed solùm significatum, uel significabile in alio & in alio supposito, uel in alia & in alia materia: si autem species per formas & formales conceptus descẽderet per inferiora, tunc conceptus speciei esset conceptus posibilis, specificabilis per alios conceptus, formabilis, & significabilis in alios conceptus: dicere autẽ hoc, est dicere quòd species sit genus: est enim esse generis, quòd sit quidam conceptus posibilis, frangibilis, & specificabilis per alios conceptus. Ita quòd habitudo generis ad species est habitudo potentiæ ad actum; habitudo autem speciei ad indiuidua est habitudo actualis & formalis ad materiale, & quasi potentiale. Deinde cum dicit.

Et quæcunque in eadem substantia differentiam habent. Eadem uerò specie opposita his dicta.

Ponit quintum modum dicens, quòd quæcunque accidentia sunt in eadem substantia, & in eodem subiecto, & differentiam habent adinuicẽ: oportet quòd differant: quia duo accidentia eiusdem speciei non sunt in eodem subiecto. Concludit ergo quòd tot modis dicitur diuersum specie: quia tot modis dicitur unum oppositorum quot modis & aliud: ideo totiens idem specie, quot modis dicitur diuersum specie.

Accidentia eiusdem speciei nõ sunt in eodem subiecto.

Quæreret quis, Vtrum duo accidentia eiusdẽ speciei posint esse in eodem subiecto? Videtur quòd sic: duæ species albedinis possunt esse in eodem puncto medij, ut probat Perspectiuus: tantùm autem differunt duæ species albedinis, quãtum duæ albedines: sed duæ albedines differunt solùm numero, ergo & earum species. Cõtra est Philosophus in litera. Respondeo dicens, quòd duo accidentia eiusdem speciei non sint in eodẽ subiecto, possumus uenari duplici uia: prima uia est, dando differentiam inter diuisionem formalem, & numeralem accidentium: secunda ostendendo, penes quas formas, & quas non, numeratur potentia in materia. Prima uia patet sic: illa accidentia differunt formaliter, & formaliter distant; quæ seipsis, & per naturam suam differunt: nam si quæratur, unde est, quòd albedo non est nigredo? respondendum est, quòd per naturam albedinis, & nigredinis: diuisio autem numeralis est penes subiectum: nam ideo differt ab accidente numeraliter, quia in alio, & alio subiecto est: & si enim natura albedinis largiatur albedini, quòd differat à nigredine: tamẽ non largitur sibi, quòd differat ab albedine: quia sic largiretur sibi, quòd differret à seipsa: si ergo albedo differt ab albedine, hoc est per naturam subiecti: in quo recipitur: ubi enim erit unum subiectum, & una albedo; Dicere ergo quòd sit unum subiectum, & tamen sint in eo duo accidentia, solum numero differentia: est ignorare naturam differentię numeralis; hoc enim est implicatio contra dictionis in adiecto, quòd solùm numeraliter differant, & tamen habeant unum subiectum: Et si aliquis dicat, albedo, & sapor sunt in eodem subiecto, & tamen numeraliter differũt: Dicendũ, quòd numeraliter differre potest esse duobus modis: uno modo primò, & per se. (uoco autem primò, & per se, quando aliqua ita differunt numeraliter, quòd non differunt aliqua alia differẽtia) eo modo quo differt albedo ab albedine: & sic differre in accidentibus non potest esse nisi per substantiam. Alio modo alia dicuntur differre numeraliter, quasi ex consequẽti: eo modo quo differentia numeralis sequitur ad differentiam formalem: ita quòd accipiatur differentia numeralis largo modo, secundùm quòd una forma numeratur contra aliam: & sic isto modo aliqua differentia numeraliter possunt esse in eodem subiecto: cuius ratio est, quia ista differentia numeralis non accipitur penes subiectum, sed penes formam, quòd enim numerus accipiatur penes subiectum, & subiectum sit tantùm unum, hoc est imposibile, quia numeratũ multiplicatur, Quando ergo ita est, quòd numerositas non est numeralis præcisè, sed formalis; possunt esse duo differentia numero in eodem subiecto; quia sic numerari non est, nisi formaliter diuidi: & talis numerus accipitur à forma, non à subiecto, Quando autem differentia est numeralis præcisè, ita quòd non formalis; imposibile est, quòd duo accidentia sint in eodem subiecto, quia numerus talium accidentium non potest accipi à forma simpliciter, eo quòd differentia inter numerata est præcisè numeralis, & non formalis; nec potest accipi à subiecto, quia unum est, ergo nullo modo numeratur. Secunda uia accipitur penes habitudinem potentiæ ad formam. Vbi est notandum, ꝙ posibile in materia multiplicantur penes species, non penes indiuidua; alia enim, & alia ratio est ad aliam, & aliam formam; Debemus enim imaginari, quòd alia potentia est ad albedinem, & alia ad saporem: sed non est alia, & alia potentia in materia ad hanc albedinem, & illam: accidentia ergo eiusdem speciei aspiciuntur ab eadem potentia: Si ergo ita esset, quòd duo accidentia eiusdem speciei aliam, & aliam potentiam haberent, quòd una perfecta & tracta ad actũ, adhuc alia posset perfici: possent esse duo accidẽtia eiusdem speciei in eodem subiecto; nam illo subiecto perfecto quantùm ad unam potentiam per unum accidẽs, posset perfici secd̃m aliã potentiã per aliud accidens eiusdẽ speciei; sed quia non est nisi una potentia ad totam speciem, quandocunque illa potentia fuerit tracta ad actum per aliquid unius speciei, nõ potest ampliùs trahi per aliud eiusdem speciei: alias eadem potẽtia bis traheretur ad actum simul & semel, quòd est imposibile. Ad argumentum in contrarium diceret aliqui, quòd non est simile de accidente intentionali, & de accidente reali; quia accidens intentionale non educitur de potentia medii. Alii uerò dicerẽt, ꝙ duę species albedinis in eodẽ pũcto medii efficiuntur una species. Vtrum autẽ sit sic, uel sic, alibi poteris habere speculationẽ: quocunque

Quæstio.

Duo accidẽtia eiusdem speciei non esse in eodẽ subiecto, duplititer congit.

Quæ accidẽtia formaliter differũt.

Numeraliter differre dupliciter.

Habitudo potentiæ ad formam.

autem sit de hoc, semper est uerum, quòd duo accidentia realia, quæ educuntur de potētia rei; non possunt esse in eodem subiecto propter rationes prædictas, & positas in corpore qōnis.

TEX. 16. *Priora & posteriora dicuntur quædam quidem tanquam existente aliquo primo, in singulo genere.*

Hic distinguit priora, & posteriora, quę consistunt in quodam ordine; & quia ubicunque est ordo, ibi est aliqua diuersitas; ideo priùs diuersitatem determinat de priori, & posteriori; quia ordo est quædam diuersitas specialis; Et diuiditur iu duas partes, quia primò ostendit illud, in quo consistit ratio prioris & posterioris: secundò ponit multiplicem acceptionem prioris: Secunda ibi, [Et quòd propinquius quidem principio.] Ponit ergo primò illud, in quo consistit ratio prioris & posterioris, dicens; quòd priora & posteriora dicuntur in habitudine ad aliquod primum; illud enim uocatur prius iu unoquoq; genere, quod magis appropinquat primo illius generis: posterius autem dicitur illud, quod mahis remouetur ab illo.

Vbi ordo, ibi diuersitas.

Prius in unoquoq; genere quid.

Et quod propinquius principio aliquo determinato, aut simpliciter, & naturam, aut ad aliquid, aut ad ubi, aut ab aliquibus.

Ponit multiplicem acceptionem prioris, & posterioris. Et diuiditur in quatuor partes secundùm quatuor acceptiones prioris. Secunda ibi. [Alio uerò modo quod cognitione.] Tertia ibi. [Alia uerò & secundùm naturam & secundùm substantiam.] Quarta ibi. [Deinde aliter, quæ sunt potestate.] Prima in duas, quia primò ponit modum prioris: secundò declarat illum per quinque membra: Secunda ibi [Vt hoc quidem secūdùm locum.] Dicit ergo primò, quòd illud est prius, quod est propinquius alicui principio determinato; aut simpliciter, hoc est modo simplici; aut natura; aut ad aliquid, hoc est, secundùm relationem; aut ubi, hoc est, secundùm locū (alia litera habet secundùm tempus) aut aliquibus, hoc est, per aliquos alios modos. Deinde cum dicit:

Vt hoc quidem secundùm locum in existendo propinquius, aut natura alicui determinato loco, ut medio: aut ultimo, aut sicut euenit. Quod uerò remotius, posterius.

Manifestat istos quinque modos prioritatis. Et diuiditur in quinque partes; quia primò manifestat, quando aliquid est prius secundùm locū: secundò quando aliquid est prius secundùm tēpus; quod fuit secundùm aliam literam ibi. [Alia secundùm tempus.] Tertiò quando aliquid est prius secundùm naturam ibi. [Alia secundùm motum.] Quartò, quando aliquid est prius modo simplici, uel potestate ibi. [Alia secundùm potestatem.] Quintò quando aliquid est prius secundùm relationem, ibi. [Alia secundùm ordinem.] Dicit ergo, quòd aliquid dicitur prius secūdùm locum, quod est propinquius naturaliter alicui loco determinato; siue ille locus sit locus medius,

Prius secundùm locum.

E sicut centrum; eo modo quo dicimus, ꝙ aqua est prior aere; siue ille locus sit locus ultimus, sicut circumferentia; eo modo quo dicimus, ꝙ ignis est aere prior. Illud etiam est prius secundùm locum, quod est propinquius alicui non natura, sed casualiter aliquo modo euenit; sicut patet in lapidibus, positis in aceruo; quorum unus alio prior est; sicut illud est prius secundùm locum, quod est propinquius alicui; ita illud est posterius, quod est remotius ab illo. Deinde d.

Alia secundùm tempus. Hæc quidem enim, eo quòd remotiora ab ipso nunc, ut in factis. Priora nāque Troica Medis: quia remotiora ab ipso nunc: Alia affiniora ipsi nunc, ut in futuris. Prius enim Næmea Pythiis, quia propinquius nunc: & ipso nunc in principio & primo usi sunt.

F Declarat secundam partem primi modi, scilicet secundùm tempus, dicens; quòd aliqua dicūtur priora secundùm tempus, sed aliter in præteritis, & aliter in futuris: illa enim sunt priora in præteritis, quæ sunt remotiora à præsenti nunc; in futuris autem illa sunt priora, quæ sunt proximiora præsenti nunc: & illa posteriora, quæ sunt remotiora; eo modo quo dicimus, quòd Næmea priora sunt Pythiis; sunt autem hæc, nundinæ, uel duo festa, quorum unum erat propinquius nunc præsenti: in præterito, aut in futuro, oportet, ꝙ accipiamus semper aliquod nunc, quo utamur, sicut primo principio: ita quòd respectu illius accipiatur prius & posterius. Deinde d.

Prius secūdum tēpus.

G *Alia secundùm motum. Propinquius enim primo mouenti est prius. Vt puer uiro. Principium autem, & id quoddam simpliciter est.*

Declarat tertiam particulam primi modi, idest quomodo aliud est prius natura, dicens: quòd illud est prius, quod est propinquius primo mouenti; eo modo quo dicimus, quòd puer est prius uiro, quia magis appropinquat primò mouenti; ita quòd ipsum mouens est quoddam principiū mouens simpliciter, respectu unius hoc est prius, scilicet puer; & hoc est posterius, scilicet uir. Notandum est, quòd iste modus uocatur prius natura, hoc est, naturali concursu; quia concursus naturę est, quòd ipsum mouens deducat imperfectum ad perfectum; & quòd per ipsum imperfectum
H deueniat ad perfectum; ita quod ipsum imperfectum est posterius actione, prius tamen intentione: & hoc modo est hic, ꝙ puer est priùs naturà uiro, quia ipsa natura per puerum deuenit ad uirum.

Prius natura.

Alia secundùm potestatem. Excedens enim potestate prius est, & quod est potentius. Tale uerò est secundùm præuoluntatem sequi est necesse alterum, & posterius. Quia non mouente illo, non moueatur; & mouente, moueatur: & est præuoluntas principium.

Declarat quartam particulam eiusdem modi, quæ est, quòd aliquid est prius modo simplici, dicens; quòd aliqua sunt priora secundùm potestatem: illud enim, quod excedit aliud in potestate, prius

Prius secundū ptātem, & mō simplici.

prius est illo; & illud, quod est potētius, est prius co, quod est minùs potens: tale uerò prius est, secundùm cuius uoluntatem necesse est moueri posterius: ita quòd posteriora sequuntur uoluntatem priorum; ita quòd ad motum prioris sequitur motus posterioris; quia si nō moueatur prius, non mouetur posterius, & præuoluntas, hoc est, propositum dominantis, hoc est prius respectu illius, cui dominatur: Vocatur autem iste modus prioris modo simplici, hoc est, modo debili: esse enim prius secundùm naturam quidam modus nobilitatis est; esse autem priùs secundùm uiolentiam, quidam modus debilis est prioritatis: Quidam autem accipiūt simpliciter priùs, & naturaliter priùs pro eodem. Deinde cum dicit.

B *Alia secundùm ordinem, & ea sunt, quæcunque ad aliquid unum determinatū distant secundùm rationem: ut parastata, & tricostata, et parauitæ uitis. Hic quidem enim qui sequitur, illic autem quæ media principium. ergo ea priora dicūtur hoc modo.*

Prius secūdum ordinē Declarat quandam particulam prioris, dicēs: quòd aliqua sunt priora secundùm ordinem, hæc autem sunt, quæ distant ad aliquod unum determinatum secundùm aliquam rationem determinatam; eo modo quo dicimus, quòd parastata est prius, & tricostata est posterius, Vocat autem parastata, idest iuxta illud à para, quod est iuxta; tricostata autem qui est tertius ab aliquo: Et sic iste modus accipitur secundùm relationem, & ordinem secūdi, & tertii ad unum primum; eo modo quo dicimus. Parauitæ, idest iuxta uites, idest sibi propinquiores sunt, priores uitis, idest cordis acutè sonantibus; mediocriter uerò sonantes uocantur meses. Sic ergo in primo & secundo exemplo aliquid dicitur prius in relatione ad aliquid primum; sed differenter; quia in primo exēplo, hoc est, in parastata, & tricostata, ille est primus, qui est summus inter aliquos, sicut Rex, & Principes: in secundo autem exemplo, scilicet in cordis media corda est primum respectu cuiuslibet; illæ quæ sunt illi propinquiores, dicūtur priores, sicut super acutæ acutis: Sic ergo isto modo aliqua dicuntur priora per relationem, & ordinē ad aliquid posterius. Deinde cum dicit.

C

Alio uerò modo, quod cognitione est prius, ut simpliciter prius. Horum autem aliter & quæ secundū rationem, & quæ secundùm sensum. Nam secundū rationem uniuersalia sunt priora; Secundùm autem sensum singularia et secundùm rationem accidens toto prius, ut musicum musico homine. Nō est enim ratio tota sine parte: et non contingit musicum esse, non existente aliquo musico. Amplius priora dicuntur priorum passiones, ut rectitudo, lenitate. Hoc enim lineæ secundùm se passio, illud uerò superficiei. Alia quidem sic dicuntur priora, & posteriora.

D

Prius cognitione. Ponit secūdum modum principalem prioris, dicens: quòd alio modo illud est prius, quod est prius cognitione, quod est prius simpliciter ad aliquid aliud; sicut ponebatur in præcedenti modo: sed aliter est in cognitione sensitiua, & aliter est in cognitione intellectiua; nam secundùm cognitionem intellectiuam uniuersalia priora sunt: secundùm sensitiuam autem particularia & singularia sunt priora: secundùm etiam rationem intellectiuam, ipsum accidens est prius ipso toto, hoc est, composito ex accidente & subiecto: eo modo quo dicimus, quòd musicus est prius musico homine ratione, quia non potest cognosci ratio totius, nisi per rationem partium: & ideo si intellectus debet cognoscere totum ipsum, totum resoluit ad partes; & idcirco cognitio partium est prior intellectiua cognitione totius: Licèt autem accidens sit prius toto, composito ex subiecto & accidente; tamē subiectum per se est prius accidente propter dependentiam accidentis ad subiectum; nam non contingit musicum esse, nō existente aliquo musico: & hæc ambo collocantur sub eodem modo prioritatis, scilicet intelligentiæ, & cognitionis: sicut.n. intellectus, & ratio totius dependet ex cognitione, & ratione partium: ita cognitio & ratio accidentis dependet ex ratione & cognitione subiecti: Alio modo est aliquid priùs secundùm rationem intellectiuam; eo modo quo dicimus, ꝙ passio prioris subiecti est prior ratione, quàm secundi subiecti; ut rectitudo est prior lenitate, quia rectitudo est passio lineæ, lenitas superficiei; & sicut linea habet quandam prioritatem respectu superficiei: ita hæc passio respectu illius: hæc ergo sic dicuntur priora & posteriora secundùm cognitionem.

Vniuersalia, & singularia quæ priora cognitu.

Cognō partium est prior cognitione intellectiua totius.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum uniuersalia sint priora secundùm intellectum? Videtur ꝙ nō, quia quantò aliquid est magis uniuersale, tantò est magis in potentia: quantò est magis in potentia, tantò minùs appropinquat ad rōnem intellectus: quantò autem minùs appropinquat ad rationem intellectus, tantò uidetur esse posterius secundùm intellectum: uniuersale ergo non est prius secundùm intellectum. Ad oppositum est Philosophus in litera. Respondeo hoc possumus declarare duplici uia, s. ꝙ magis uniuersale est magis notum secundùm intellectum. Prima uia erit ex habitudine, quem habet illud, quod primò occurrit intellectui, ad illud, quod secundò occurrit: secunda uia erit ex natura nostri intellectus, & ex modo deueniendi in scitum, & in cognitionem. Prima ergo uia est ex habitudine prædicta. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ secundùm Auicennam; illud, ꝙ primò occurrit intellectui, ens est: ipsum enim ens est primum, quod primò occurrit intellectui, & cuius ratio est notissima ipsi intellectui: unde sicut rationes omnium aliorum resoluuntur ad rationem entis; ita rationes omnium intelligibilium, quæ à nobis capiuntur: si ergo ens ipsum est, quod primò à nobis capitur, quia primò occurrit intellectui; illud, quod propinquiùs se habebit ad rationem entis, priùs nobis occurret; sic autem se habent uniuersales cōceptus: quia conceptus quantò est magis uniuersalior, tantò magis appropinquat ad rationem entis,

Ens est primum occurrens intellectui.

In primo sua Metaphysi. c. 5.

Conceptus quantò uniuersalior; tantò magis accedit ad naturam entis

tis, & conceptum entis: & ideo sicut ens propter suam communitatem prius nobis occurrit; sic & ea, quæ sunt magis uniuersalia, prius nobis occurrunt. Secũda uia est ex natura intellectus nostri, quæ declarabit præcedentem: de natura enim intellectus nostri est (ut uidetur) quòd per confusũ deuenit ad distinctum: quando enim intellectus noster explicitè debet intelligere quidditatẽ rei: priùs occurrit sibi ipsa res sub esse cõfuso: & quia intellectus non quiescit nisi explicitè rem intelligat, & distinctè; nititur rem, quæ primò sub esse confuso occurrebat, explicare per cõceptus suos: ita quòd primo explicat eam per conceptum cõfusum, quem conceptum uocamus conceptum generis: secundò explicat eam per conceptum distinctum & specificum; quem conceptum uocamus conceptum differentiæ: ita quòd eadẽ res prius occurrit intellectui sub cõceptu generis, quàm sub conceptu differentiæ; & sub conceptu confuso, quàm sub conceptu distincto. Hæc autẽ prædicta possunt patere in exemplo, primò enim occurrit intellectui natura hominis, ut confusa, & non distincta per partes suas essentiales: secundò intellectus uolens explicare nãm hois, prius sibi occurrit, quod est substantia: & sic sibi occurrens, occurrit sub conceptu maximè confuso infra naturam prædicamenti: secundò sibi occurrit, quòd non est omnis substantia; sed substantia corporea; & iste conceptus, licèt sit adhuc confusus; tamen minùs, quàm primus: quia magis appropinquat ad conceptum distinctum hominis: tertiò occurrit sibi, quòd est substantia corporea animata; & iste est minùs confusus conceptus, quàm primus, & secundus: quartò sibi occurrit, quòd est substantia animata sensibilis; & iste est minùs confusus, quàm primus, secundus, & tertius; ultimò sibi occurrit, quòd est substantia corporea animata sensibilis rationalis; & tunc attingit conceptum distinctum hominis: Ita quòd sicut natura procedit de imperfecto ad perfectũ, & primò fertur super imperfectum, secundò super perfectum: sic intellectus noster uolẽs intelligere distinctum cõceptum rei, priùs fertur super conceptũ confusum ipsius rei, secundariò sup cõceptũ distinctũ: conceptus aũt confusus est cõceptus uniuersalior: conceptus aũt distinctus est minus uniuersalis; ideo priùs fertur super magis uniuersale, quàm super minus. Ita quòd secundùm hoc, ipse intellectus fertur super uniuersale, quia obiectum intellectus uniuersale est, & infra ambitum uniuersalis priùs fertur super magis uniuersale; secundariò super minus, ut dictũ est. Ad argumentum autem dicendum est, quòd habere naturã magis intellectiui potest esse duobus modis, scilicet uel in se, uel in respectu nostri: illud ergo, quod est magis uniuersale, non habet naturam magis intellectiui in se; sed respectu nostri: non in se, quia intellectualitas accipitur ab actu: ergo illud, quod est minùs in actu de se, minùs habet de intellectualitate; ipsum autem magis

De natura intellectus nostri quid.

Cõceptus cõfusus & cõceptus distinctus qui.

Processus intellectus nostri i cognoscendo.

Cõceptus cõfusus & distinctus qd.

Obiectũ intellectus est uniuersale.

Intellectualitas accipitur ab actu.

E uniuersale, magis est in potentia, quàm minùs uniuersale: respectu autem nostri magis habet naturam intellectiui magis uniuersale; quia intellectus noster uolens rem explicare & distinguere, priùs fertur super rem, ut habet esse confusum; secundariò ut habet esse distinctum. Deinde d.

Alia uerò & secundùm naturam, & secundùm substantiam, quæcunque contingit esse sine aliis. Qua diuisione usus est Plato: & quoniam esse multipliciter dicitur: primum quidem subiectum prius, propter quod substantia prius.

Ponit tertium modum prioris dicens; si aliqua duo sic se habent, quòd unum illorum potest esse sine alio, sed aliud non potest esse sine illo; illud, quod potest esse sine illo, prius est secundùm
F naturam & substãtiam, & aliud posterius est: Cõtradictione prioris & posterioris usus est Plato: uoluit enim Plato, quòd uniuersalia & separata priora sunt, quàm sensibilia; quia sensibilia depẽdent à separatis, & non è conuerso: Sub isto modo prioris etiam possumus ponere substantiam, & accidens; cùm enim eus, & esse dicantur multipliciter, hoc modo prioris substantia prius est ens, & ipsum accidens posterius: quia ipsa substantia non dependet ab accidente; sed accidẽs à substantia. Deinde cum dicit.

Prius secundum naturam, et substantiã.

Plato usus est contradictione prioris & posterioris.

Deinde aliter quæ sunt potestate, & perfectione. Nam alia potestate priora, alia perfectione; ut secundùm potestatem quidẽ dimidietas toto, et pars toto, & materia quàm substantia. Secundùm perfectionem uerò, posterius. Nam dissoluta secundùm
G *actum erunt.*

Ponit quartum modum prioris: Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit istum modum: secundò ostendit, quomodo iste modus, & præcedens possunt reduci ad tertium modum, qui fuit, quòd hoc potest esse sine illo, & non è conuerso: Secunda ibi, [Modo itaque quodam.] Dicit ergo primò, quòd aliter à prædictis dicitur prius & posterius secundùm potentiam, & secundùm actum: quia aliqua nocantur prima priora aliis secundùm potẽtiam; ita quòd si procedatur de potentia ad actum, priora sunt: aliqua sunt posteriora secundùm actum: ita quòd si procedatur de actu ad potentiam, è conuerso priora sunt: &
H sic illa, quæ sunt priora, quando proceditur de potentia ad actum; sunt posteriora, quando proceditur de actu ad potentiam: Exemplum de hoc, dimidietas est prior toto secundùm potentiam, & pars toto, & materia forma substãtiali: secũdùm uerò actũ sunt ista posteriora; quia quando proceditur de potentia ad actum, proceditur de parte ad totum, de materia ad formam: quando uerò proceditur de actu ad potẽtiã posteriora sunt, sicut quando proceditur de toto ad partẽ, & de composito ad componentia, sicut ad materiam, & formam: Et hoc est, quod dicit Philosophus, q̃ dissolutæ partes erunt secundùm actũ; quia prius erant in toto, modò habent esse per se. Deinde cum dicit.

Prius secundum pñam, & secundũ actum.

Modo

A *Modo itaque quodam omnia prius et poſterius dicta ſecundùm hæc dicuntur. Alia namque ſecundùm generationem, quæ ſine aliis eſſe contingit, ut totum partibus: Alia ſecundùm corruptionem, ut pars toto: Similiter autem & alia.*

Reducit hunc modum, & omnes alios ad tertium modum: modus autem tertius fuit, ꝙ hoc contingit eſſe ſine illo, & non è conuerſo: hoc autē uidetur in omnibus modis; quia prius ut prius nunquam dependet à poſteriori; ſed ſemper è cōuerſo: Et hoc eſt, quod dicit; quòd modo quodā omnia dicta ſecundùm prius & poſterius dicuntur ſecundùm hoc; hoc eſt, quòd unum contingit eſſe ſine alio, & non è conuerſo: Exemplificat autem de iſto, ſcilicet modo immediatè dicto; quia quando aliquid iam generatum eſt, hoc B totum contingit eſſe ſine aliis, hoc eſt ſine partibus, nō ſine partibus quibuſcunque, ſed ſine partibus in actu; quia partes in toto non habent eſſe proprium, ſed habent eſſe totius; ſecundùm corruptionem autem, & quando aliquid eſt corruptum, eſt è cōuerſo: quia pars eſt prior toto; quia partem contingit eſſe ſine toto: quando enim totum corruptum eſt, totum non eſt, ſed pars eſt, non pars inquātùm pars, ſed illud, quod eſt pars: ſimiliter aūt ſe habent alia priora & poſteriora.

TEX. 17. *Poteſtas dicitur alia quidem principium motus, aut mutationis in diuerſo inquantùm eſt, & exiſtit in ædificato: Sed ars medicinalis eſt potentia et exiſtit in ſanato, ſed non inquantum ſanatum eſt: ergo totaliter principium permutationis, aut motus, dicitur poteſtas in diuerſo, inquantum diuerſum.* C

Hic determinat de partibus entis; ens autem primò diuiditur in duas partes, ſcilicet in potentiam, & actum: ſecundò in decem prædicamenta: primò enim diſtinguit ens, prout aſpicit naturam potentiæ: ſecundò diſtinguit ens, prout aſpicit naturam prædicamentorum: Secunda ibi, [Quantum uerò dicitur.] Prima in duas; quia primò diſtinguit modos potentiæ: ſecundò oſtendit, cui primò conuenit nomen potentiæ: Secunda ibi, [Quæ uerò ſecundùm potentiam.] Prima in duas; quia primò diſtinguit modos proprios potentiæ, & impotentiæ: ſecundò ponit quendā modum, in quo reperitur potentia non propriè, ſed tranſumptiuè: Secunda ibi, [Secundùm metaphoram.] D Prima in duas; quia primò diſtinguit potentiam, & impotentiam in complexis: ſecundò in incomplexis: Secunda ibi, [Ergo poſſibilia & uno modo.] Prima in duas; quia primò diſtinguit modos potentiæ: ſecundò modos impotentiæ ibi, [Impotentia autem eſt priuatio potentiæ.] Prima adhuc in duas; quia primò diſtinguit potentiam: ſecundò potens, quòd eſt denominatum ab ea. Secunda ibi, [Dicta uerò poteſtate totiens, & potens.] Prima diuiditur in quatuor partes, ſecundùm ꝙ diſtinguit potētiam in quatuor modis: Secundus modus eſt ibi, [Alia diuerſa in quantū.] Tertius ibi, [Ampliùs alia benè.] Quartus [Ampliùs quicunque habitus ſecundū quos.]

A Dicit ergo primò, quòd potentia, ſiue poteſtas dicitur principiū motus aut mutationis, per quod aliquid poteſt agere in alterum, uel in idem, ſecundùm quod alterum; potentia enim actiua neceſſariò eſt ad aliud, uel ad idem ſecundùm ꝙ alterum; ita ꝙ potentia actiua in uno fundatur; quia potentia actiua in agente eſt; illud autem ad quod eſt potentia actiua, in alio eſt; ſicut potentia ædificandi in ædificante eſt, non in ædificato; Et quia contingit, quòd potentia actiua aliquando eſt in patiente; ideo ſubdit, ꝙ potētia actiua non eſt in patiente, inquantùm patiens, ſed inquantū aliquid aliud; Et hoc eſt, quod ſubdit, ꝙ ars medicinæ eſt quædam potentia, & exiſtit utique in ſanato, & ſanatum patiens eſt; ergo B eſt in patiente, tamen non eſt in ſanato, inquantùm ſanatum; ſed inquantùm ſanat; & per conſequens non eſt in patiente inquantùm patiēs, ſed inquantū agens: Ita ꝙ quando aliquid ſanat ſe ipſum, eſt dare aliquam partem, ſecūdùm quam ſanat, & aliquid ſecundū quod ſanatur; puta quia ſecundū corpus ſanatur, & ſecundū animam ſanat; & ipſa potentia actiua ſequitur ipſum, ſcilicet illud, ſecundū quod ſanat, non ſecundū illud, quod ſanatur. Cōcludit ergo, quòd totaliter principium motus aut mutationis eſt poteſtas in altero ab illo, ad quod eſt, aut ad idē, inquantū alterum; Exemplum de primo, potentia ædificandi, quæ eſt in ædificante, quæ eſt altera ab ædificato: exemplum de ſecundo, quando aliquis ſanat C ſe ipſum; quia potentia ſanandi aliud reſpicit in illo, quod ſanat, & aliud in illo, quod ſanatur.

Pōa eſt principiū motus & mutationis.

Pōa actiua quid, & in quo fundatur.

Alia diuerſo inquantum diuerſum. Nam ſecundum quòd patiens patitur aliquid, quandoque quidem ſi quodcunque pati ſit poßibile, dicamus eſſe potens pati. Quādoque uerò non ſecundum omnem paßionem, ſed ſi ſecundùm excellentiam.

Ponit ſecundum modum de potentia paſſiua, dicens; quòd alio modo dicitur potentia de principio, per quod aliquid mouetur ab alio, ſecūdū quod aliud: ſicut enim mouens mouet aliud: ita quòd mouetur, ab alio mouetur: ita quòd id, ſecūdū quod patiens patitur, uocatur potētia paſſiua, Quòd aūt aliquid poſſit pati, hoc poteſt intelligi duobus modis, uno modo; quia poſſibile eſt ad D aliquid, ſiue illud ſit bonum, ſiue ſit malum; ſiue potentia illa ſit ad peius, ſiue ad melius: alio modo aliquid dicitur poſſe pati; non quia poteſt pati ſecundū omnem paſſionē: ſed quia illa paſsio eſt ad melius, & ad excellētius. Vnde ſecundùm hūc modū non dicimus nō poſſe pati, qui nō pōt uinci, uel nō cē potentē, qui nō pōt uinci, ſed qui pōt ſuperare: cuius ratio eſt, quia poſſe pati defectum, magis eſt impotentia, quàm potentia: ita quòd ille, qui poteſt uinci, magis debet dici impotens quàm potens.

Potētia paſſiua quid.

Quæreret quis, Vtrum potentia actiua ſit in altero ab illo, ad quod eſt potentia actiua? Videtur quòd nō: quia uidemus, ꝙ idem amat ſe ipſum; ergo idem eſt amans & amatum; ergo potentia actiua *Quæſtio.*

actiua transit super seipsam. Præterea graue mouetur deorsum: ergo est dare in eo aliquod mouens, & aliquam potentiam motiuam; ista aũt potentia motiua non pōt esse aliud, nisi forma & natura grauis: quia non apparet agens, ꝙ ipsũ moueat, & propterea graue naturaliter mouetur deorsum; natura enim est principium motus, & quietis eius; in quo est: ergo natura quæ ipsum mouet, in ipso est. Ad oppositum est textus Philosophi. Respōdeo, duplici uia potest ostendi, quòd potētia actiua in altero est ab illo, quod subijcitur potentiæ actiuæ; Prima uia sumitur ex differentia, quæ est inter potentiam actiuam, & obiectum potentiæ actiuæ. Ad cuius euidentiam notãdum, quòd potentia actiua hic uocatur principium, per quod potest aliquis agere in aliud, educendo de eo actum primum, uel formam; uel per quod aliquod agens potest mouere passum ad aliquam perfectionem; illud autem quod mouet aliquid ad aliquam perfectionem; oportet, ꝙ aliquo modo illam perfectionem præhabeat, uel uirtualiter, uel formaliter; si enim nullo modo illã habeat, nullo modo mouet passum ad illam (virtualiter autem dixi propter agens æquiuocũ, formaliter autem propter agens uniuocum) perfectio autem, ad quam mouetur passum; aliquo modo præhabetur ab ipsa potentia actiua; obiectum autem istius potentiæ actiuę est illud, quod mouetur ad istam perfectionem per potentiam actiuã: & sicut de ratione potentiæ actiuę est, quòd habeat illam perfectionem (aliàs ad illam non moueret) ita de ratione obiecti potētiæ actiuæ, quod est ipsum possibile, uel ipsum passum; est quòd illam perfectionem non habeat; sed tamen possit habere. si enim illam haberet, ad illam non moueretur; Sic ergo ex hoc sequitur, quod ratio potentiæ actiuæ fundatur super esse rei, q̃d aliquo mō præhabetur: ratio potentię passiuæ super non esse, uel super rem, quæ non habetur; cũ ergo impossibile sit, quòd idem sit, & non sit, habeatur, & non habeatur; ideo impossibile est, quòd idem sit, in quo est potentia actiua; & illud in quo est ratio potentiæ passiuæ, scilicet possibile. immo necessariò, uel potētia actiua est in altero, & obiectum eius in altero subiectiuè; sicut ars ædificandi in ædificante, & possibile ædificari in ędificabili: uel si in eodē sint ambæ subiectiuè, non sunt secundùm idem, sed secundùm quòd alterum. Secunda uia sumitur ex natura potentiæ reflexiuæ, & non reflexiuæ. Ad cuius euidentiam sciendũ est, quòd hæc est differentia inter potentiam reflexiuam, & non reflexiuam; quia potentia reflexiua transit super illud, in quo est, & super se ipsam; eo modo quo dicimus, quòd potentia amatiua super seipsam transit; quia idem potest amare seipsum; & ex hoc est potentia reflexiuã: Ita ꝙ in potentia huiusmodi idem est potentia, & obiectum; ex hoc enim uocatur reflexiua; quia idem ut est principium, reflectitur super seipsum, ut est finis; & idem ut est potentia, reflectitur super seipsum, ut est obiectum: potentia autem non reflexa necessariò in aliud est, sicut potentia calefaciẽdi, uel generandi: ideo enim uocatur non reflexiua; quia idem non potest esse potentia, & obiectum; nec idem est principium, & finis; Si ergò hęc sunt uera, quæ credimus esse uera, hic loquitur de potentia non reflexiua, quia loquitur de potentia, quæ est principium motus, & mutationis in naturalibus; ubi propriè est motio, uel motus: in potentiis autem reflexiuis propriè non est motus, neque mutatio; potentia enim reflexiua non est nisi in separatis à materia; sicut in intellectualibus, in quibus propriè non est motio; cum enim intellectus intelligit seipsum, uel uoluntas uult seipsam; motus, & motio ęquiuocè est cum motu, qui est hic; ut Commētator. 10. Physi. oportet, quòd talis potentia sit ad aliud, secundũ quòd aliud: Quasi ergo dicat Philosophus in litera: potentia actiua, quæ est principium motus & mutationis, est potentia extensa, & non reflexa; & quia potentia protensa; ideo ipsa per motum & mutationem ad aliud protenditur, quàm sit illud, in quo fundatur; ita quòd in altero est potentia actiua, & in altero est illud, ad quod protenditur potentia actiua; sicut ipsum impossibile. Ad argumenta in oppositũ. ad primũ dicendũ est, ꝙ in argumento illo sumitur potentia actiua, & hic ęquiuocè: hic non loquitur de potentia non reflexiua; sed de potentia illa, quæ necessariò est protensa. Ad aliud argumentum autem loquitur de potentia reflexiua: unde sicut motus, & mutatio est hic, & ibi; ita & natura potentiæ. Ad secundũ dicendum, quòd quãdo, graue mouetur deorsum naturaliter, secundùm sententiam Philosophi, potentia actiua, & potentia passiua in alio, & in alio sunt; quia potentia actiua est in generante; potentia autem passiua in generato: Debemus enim sic imaginari, scilicet in graui: ita quòd generans generando graue (secundùm imaginationem Philosophi) det sibi unde possit moueri deorsum, non unde possit mouere: ita quòd grauitas dicta est ipsa potētia passiua: Debemus enim imaginari, quòd ipsa materia ante receptionem grauitatis est sub quadam indifferentia ad grauitatem, & non grauitatem: & per consequens ad moueri, & non moueri deorsum: quando autem per uim generantis tracta est ad actum grauitatis; tracta est, quòd moueatur deorsum: ita quòd generans dando sibi grauitatem, dat sibi, quòd moueatur deorsum, non quòd moueat; & sic tota potentia actiua est ex parte generantis; passiua autem ex parte geniti: & ideo non naturaliter, quia habet unde mouetur à generante, & non unde mouet: ita quòd generans generando largitur sibi naturalitatem, scilicet formã grauitatis, per quam dicitur moueri naturaliter, non uiolenter. Deinde cum dicit.

Amplius alia benè hoc perficiendi, aut secũdùm prævoluntatem, idest electionem; nam quandoque solùm progredientes, aut dicentes, non benè uero, aut

Marginal notes:

1. Physic. Tex. co. 3.

Differentia inter pōam reflexiuã, et non reflexiuam.

In potentijs reflexiuis non est motus nec mutatio.

Potētia reflexiua ē solum in abstractis a materia.

Tota potentia actiua ex parte generãtis: passiua autem ex parte geniti.

aut non ut maluerunt: non dicimus posse dicere, aut uadere. Similiter autem ut pati.

Dat tertium modum potentiæ, dicens; quòd potentia dicitur tertio modo, quòd est principiũ faciendi aliquid, non quocunque modo, sed benè, & secundùm uoluntatem, idest secundùm dispositionem, & desiderium faciẽtis; ita quòd isto modo potentia est principium actus, non quocũque modo, sed actus modificati; modificati dico aliqua perfectione & bonitate: quòd autem potentia dicatur isto modo, patet per oppositum; illos enim, qui eliciunt actus, sed non modificatos secundùm bonitatem, dicimus impotentes. Vnde si aliqui ambulant non tamen benè, dicimus illos non posse ambulare; & si aliqui loquuntur, non tamen benè, ut uellent, illos dicimus non posse loqui: Quasi dicat Philosophus: si non posse dicitur propter modificationis priuationem in ipso actu; ergo posse dicitur in aliquo propter modificationem actus, ut si iste non potens est loqui, quia non benè loquitur; ergo iste est potẽs loqui, qui benè loquitur; Et sicut est de actione, ita est in pati: hoc est de passione illud dicitur posse pati, qui benè potest pati; sicut enim dicimus comburi posse, quod de facili, & benè cõburitur; ita ꝙ hic ponitur potentia pro modificatione passionis; & illud dicitur non posse pati, quod non de facili, nec benè patitur; sicut non posse comburi, quod non de facili comburitur: ita ꝙ hic negatur potentia non propter priuationem passionis simpliciter, sed propter priuationem modificationis. Deind e d.

Posse agere et pati ante nomatiuè.

Quo accipitur potẽtia.

Ampliùs quicunque habitus secundùm quos impossibilia omnino & immutabilia, aut non facilè in peius mobilia potestates dicuntur.

Ponit quartum modum potentiæ: & diuiditur in duas partes: quia primò ponit modum istũ: secundò manifestat illum: Secunda ibi. [Frangũtur autem.] Dicit ergo, quòd quarto modo potẽtia dicitur habitus & formæ, per quos habitus aliqua redduntur impossibilia; uel per quos habitus efficiuntur talia, ut non de facili patiantur; uel per quos redduntur talia, ut non de facili mutentur in peius. Deind e d.

Franguntur autem & conteruntur, curuantur, & omnino corrumpuntur, non per potentiam, sed per non potentiam, & alicuius defectionem. Impossibilia uerò talium, quæ uix, & paulatim patiuntur propter potentiam, & posse aliquo mõ habere.

Manifestat per oppositum illud, quod dixit: & est sententia sua talis, quòd aliqua patiantur, uel mutentur in peius, hoc est propter impotentiã, & defectum potentiæ: ergo quòd aliqua non possint pati, uel omnino, uel non de facili, uel quòd non mutentur in peius; hoc est propter præsentiam potentiæ, quam potentiam uocat habitum: Et hoc est quod dicit litera, quòd aliqua frangantur, uel conterantur, uel curuentur, uel qualitercunque corrumpantur, hoc non est propter præsentiam, sed propter absentiam potentiæ, & pro-

A pter defectum alicuius principii, quod posset resistere agenti: ergo per oppositum, quòd aliqua de numero talium non possint pati, uel uix, uel modicum patiantur, hoc est propter præsentiam potentiæ, & ipsius posse: & etiam aliqualiter habere aliquod principium, quod possit resistere agenti, quod principium uocamus habitum. Deinde cum dicit.

Dicta uerò potestate totiens, & possibile dicetur: uno quidem modo quòd habet motus, principiũ, aut mutationis. Etenim statiuum possibile quoddã in diuerso, inquantum est diuersum; Aliò uerò modo siquidem ab eo aliud potestatem habet talem.

Postquam distinxit, quot modis dicitur potentia: hic distinguit potens, quod est denominatum ab ea: Et diuiditur in quatuor partes, secundùm ꝙ ponit quatuor modos correspõdẽtes quatuor modis potentiæ: Secunda ibi. [Vno autem si habet.] Tertia ibi. [Vno verò in nõ habẽdo.] Quarta ibi. [Ampliùs autẽ hæc omnia.] Dicit ergo primò, quòd dicta potestate tot modis: totiens dicitur & potens. Vno enim modo dicitur potens, quod habet in se principium mutationis, & motus: quod principium uocatur potentia actiua, & respondet primo modo potentiæ; eo modo quo dicimus, quòd instrumentum est potens facere scire aliud: ita quòd habet potentiam in alterum diuersum ab eo: hoc autem dicitur potens duobus modis: uel quia habet potentiam esse, eo modo quo dicimus, quòd principale agens potens est: secundo modo dicitur potens illud, quod habet potestatem à principali agente; eo modo quo instrumentum potẽs dicitur; Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ si quid hoc est aliquid, habet ab ipso principali agente potestatem, & dicitur potens isto modo potentis. Deinde cum d.

Vno ãt si habet permutari in quolibet secundùm potestatem, siue in peius, siue in melius: etenim corruptibile esse uidetur possibile corrumpi, aut utique non corrumpi; si erat impossibile.

Ponit modum potentis. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit modum istum: secundò manifestat, quòd ista potentia passiua potest dici dispositio potentis. Secunda ibi. [Nunc autem dispositionem quandam habet.] Dicit ergo primò, quòd uno modo dicitur potens, quod habet potestatem & potentiam, per quam potest permutari in quodlibet: siue sit peius, siue mulius sit; eo modo quo dicimus, quòd corruptibile potest corrumpi, & sic potest permutari in peius; & per oppositum: sicut incorruptibile dicitur, quòd nõ potest corrumpi: ita si aliquid erat impossibile ad corruptionem dicimus illud non posse corrumpi. Deinde cum d.

Nunc autem quandam dispositionem habet, & causam talis passionis, & principium. Aliquando quidem igitur per habere aliquid uidetur, aliquando per priuari, tale esse. Sed si priuatio est habitus aliquo modo in habendo, omnia utique erunt aliquid. Ens uerò dicitur æquiuocè. Quare in habendo pri-

priuationem aliquam, & principium, eſt poſsibile: & habendo huiuſmodi priuationem, ſi contingit habere priuationem.

Oſtendit, quòd iſta potentia, qua aliquid poteſt in peius permutari, diſpoſitio poteſt dici, dicens, quòd illud quod poteſt corrumpi, habet quandam diſpoſitionem, & quandam cauſam talis paſsionis: non enim poſſet corrumpi, niſi in eo eſſet aliquid, per quod poſſet fieri corruptio: Aliquādo autem iſtud principium, per quod poteſt fieri corruptio; nominatur per modum habitus, aliquando per modum priuationis: Et hoc eſt qđ ſubdit, quòd hoc aliquando dicuntur poſſe: hoc ſcilicet corrumpi, per habere aliquid, hoc eſt per aliquid ſignificatum per modū habitus; aliquando per priuari aliquo, quod quidē aliquid ſi adeſſet, reſiſteret corrumpenti; & ſic oſtendit, quòd priuatio poteſt ſignificari per modum habitus; quia priuatio aliquo modo habetur; utique iſta potentia ſemper erit in habendo aliquid; Ex quo cōcluditur, quòd potentia actiua & paſsiua æquiuocè eſt potentia; quia potentia actiua ſemper eſt ex hoc, quòd habetur aliquid: potentia autem paſsiua aliquando eſt ex hoc, quòd aliquo priuatur; quia priuatio, ſiue materia eſt principiū paſſionis; Et hoc eſt quod dicit, quòd quia potentia iſta eſt in priuando; ideo æquiuocè dicimus ens primam potentiam; & ſecundam: quia prima potentia eſt ſemper in habendo quēdam habitum, & quoddam principium: ſecūda potentia eſt in habendo priuationem: ſi tamen contingit habere priuationem. Notādum eſt, quòd omne fieri, & omne corrumpi priuationem habet annexam: non enim poſſet aliquid fieri, niſi priùs præſeruaretur illud, quod fit, nec poſſet aliquid corrūpi, niſi eſſet priuatio annexa cum ipſo eſſe, quod habet: ideo enim cœlū eſt incorruptibile; quia forma cœli non eſt iuncta cum priuatione: omne. n. quod corrumpitur, in aliud corrumpitur; non autem poteſt corrumpi in illud, niſi in potentia ſit priuatio illius. unde illud, quod eſt incorruptibile, non habet formam annexam priuationi: Bene ergo dixit Philoſophus, quòd omne quod eſt in potentia ad corrumpi, & in potentia paſsiua ad fieri, hoc habet per priuari aliquo. Aduertendū tamē, quòd ſicut forma dicitur haberi à ſubiecto & à materia; ita priuatio ſuo modo dicitur haberi: & quia dicitur haberi; ideo aliquo modo dicitur ſignificari per modum habitus, Et hoc eſt qđ dixit Philoſophus, quòd ſi priuatio per modū habitus ſignificari poteſt, corruptio eſt ex hoc, ꝙ aliquid habetur. Notandum eſt etiam, quòd Philoſophus dicit, quòd iſta paſsio eſt in habendo diſpoſitionem aliquam & habitum: & conſequēter dicit, quòd eſt in habendo priuationem; cuius ratio eſt; quia ad omne fieri, & ad omne corrumpi concurrunt duo, ſcilicet potentia paſsiua, & priuatio: potentia autem paſsiua aliquo modo poteſt uocari diſpoſitio, & habitus materię; diſpoſitio ſubſtantialis (in quā) & eſſentialis; quia materia ſubſtantiatiſr, per poſſe, ut dicitur De ſubſtantia orbis: per diſpoſitionē ergo iſtā & per iſtum habitum aliquid poteſt generari & corrumpi; ſed hoc non ſufficit, niſi ſit annexa priuatio, quia priuatio eſt tertium principium in motu, ut patet primo Phyſicorum. Vnde ſuppoſito, quòd in cœlo ſit materia; neceſſariò ibi eſt potentia paſsiua; quia materia ab huiuſmodi materia ſeparari non poteſt; ſed tamen quia non eſt ibi priuatio, ideo non eſt in eo fieri & corrumpi. Benè ergo Philoſophus in ipſo fieri & corrumpi iunxit hæc duo; diſpoſitionem, quam uoco potentiam, & priuationem. Et ſi ipſa priuatio poſsit ſignificari per modum diſpoſitionis & habitus; quia aliquo modo habetur iſtud principium in fieri & corrumpi: ſemper erit, (ſicut dicit Philoſophus) in habere aliquid, ſiue ſit poſitiuū, ſiue priuatiuū. Deinde cum dicit.

Priuatio ſignificatur ꝑ modum habitus aliquo.

Pōa actiua & paſſiua æquiuocè.

Oē fieri, & corrūpi habet annexā priuationē.

Cœlum cur corruptibile.

Ad oē fieri, & corrumpi duo concurrunt.

Tex. cō. 5 I. & inde.

E F

Alio in non habendo ipſius poteſtatem, aut principium in alio, inquantum eſt aliud corruptiuum.

Ponit tertium modum potentis; & eſt quòd in uno modo dicitur potens ex hoc, quòd non habet poteſtatem & principium tale, per quod poſſit corrumpi & mutari in peius; ita quòd hic appellatur principium, per quod poteſt corrūpi ab alio id, quod corruptiuum eſt. Vbi notandum eſt, quòd iſte modus potentis reſpondet quarto modo potentiæ: quartus enim modus potentiæ fuit habitus, per quem aliquid redditur impaſsibile ab aliquo; ita quòd iſte modus potentiæ priuat illud, per quod aliquid poteſt pati ad peius; & ponit illud, per quod aliquid redditur impaſsibile: & hoc ponere non eſt niſi priuare. Similiter iſte modus potentis eſt, quando potens priuatur potentia ad peius, & ad corruptionē propter præſentiam potentiæ habitus, per quem redditur in corruptibile, uel uix corruptibile.

G

Amplius autem, ea omnia aut ex ſolo accidere fieri, aut non fieri, aut benè.

Ponit quartum modum potentis, qui reſpondet tertio modo potentiæ. Dicit ergo ꝙ hęc omnia. ſ. agere & pati poteſt eſſe duobus modis: uel in ſolùm agere, uel in benè agere, ſiue in ſolùm fieri, ſiue pati, uel in benè fieri & pati: & ſimiliter ſemper potens per potentiam actiuam poteſt eſſe ex hoc, ꝙ poteſt agere, uel benè agere; & per potentiam paſsiuam ex hoc, ꝙ poteſt pati, uel benè pati: de potente ſecundùm ꝙ poteſt agere, & pati, dictum eſt ſuperiùs: potens autem ſecundū modum ex hoc eſt, ꝙ benè poteſt agere, uel benè pati. Quòd autem bonitas potentiæ, ſiue in agere, ſiue in pati, uocetur potentia; patet in inanimatis, ſicut in organis: aliquam. n. liram dicimus poſſe ſonare, quia benè ſonat; aliquam non poſſe ſonare, ſi non benè ſonat: ita ꝙ potens hoc modo ponit bonitatem actus, & priuatio ſibi oppoſita priuat bonitatem actus. Deinde d.

Agere & pati dupliciter.

H

Im potentia autem eſt priuatio potentiæ, & talis principii ſublatio quadam, qualis dicta eſt, aut in apto nato, aut quando aptum natum eſt iā habere.

Non

Non enim similiter dicuntur impossibile, generare puerum, & uirum, & eunuchum.

Sicut dicebatur superius, hic distinguit impotentiã, oppositam potentiæ: Et diuiditur in duas partes, quia primò diffinit impotentiã: secundò distinguit eam: Secunda ibi [Ampliùs autem secundum potentiam utrãque.] Diffinit ergo impotentiã primò dicens, quòd impotentia est priuatio potentiæ, & sublatio quædam talis principii; quod principium uocatur potẽtia: priuatio dico, uel omnino, uel sublatio potentiæ huius in subiecto, quod est aptum natum habere potẽtiam; aut in tempore, in quo est aptum natum habere potentiã: potentia enim determinat sibi in aliquo subiecto tempus determinatum; ita quòd ante illud tempus subiectum propriè nec est potens, nec impotens: aliter enim dicimus puerum impotentem ad generandum, & aliter uirum eunuchum: puer enim non dicitur impotens ante tempus generationis; unde impropriè dicitur impotens: uir autem eunuchus dicitur impotens pro tempore, quod est deputatum generationi: unde propriùs dicitur impotens, quàm puer. Notandum est, quòd impotentia non est negatio, sed priuatio: hæc est autem differentia inter negationem, & priuationem: quia negatio non determinat sibi subiectũ, priuatio autem sic: ergo impotentia eo ipso est, quòd priuatio subiectum sibi determinat. Quòd autem determinet sibi subiectum, potest esse tribus modis; primo modo quòd determinet sibi subiectum absolutè, siue illud sit aptum natum habere potentiam, siue non: secundò quòd determinet sibi subiectum, non quodcunque, sed quod aptum natum est habere potentiam, siue pro tẽpore deputato potentiæ, siue non: tertiò quòd determinet sibi subiectum non quodcunque sed pro tempore deputato ipsi potentiæ: Et istos tres modos tetigit Philosophus in litera, primum cũ dixit, aut omnino: secundùm cum dixit, aut apto nato: tertium cum dixit, aut quando aptum natũ est. Licèt autem tangat tres modos, tamen ultimus modus impotentię est proprius: nam illa priuatio propria est, quę determinat sibi subiectum, & aptitudinem in subiecto, & tempus: Et ideo quando solùm est determinatio propria subiecti, non est ibi priuatio, nam lapis nec est potens, nec impotens ad generandum; ita quòd propriè non est priuatum potentia: quia licèt sit ibi subiectũ, tamen deficiunt ibi aptitudo, & tempus. Similiter quando est ibi aptitudo, si deficiat ibi determinatum tempus, non est ibi propriè priuatio: unde puer non est impotens ad generandũ, sed magis debet dici non potens negatiuè; & hoc quia deficit ibi tempus; licèt sit ibi subiectum, & aptitudo: eunuchus autem propriè dicitur impotens, quia concurrunt in eo ista tria, scilicet subiectũ, aptitudo, & tempus determinatum. Deinde d.

Impotentia est priuatio & nõ negatio.

Differentia inter negationem, & priuationem.

Impotentia quid.

Ad rõnẽ priuationis duo requiruntur.

Ampliùs autem secundùm potentiam utraque est in potentia opposita ei, quæ solũ mobili, & ei quæ benè mobili.

A Postquàm diffiniuit potentiam; in parte ista eã distinguit in modos dicens, quòd utroque modo potentiæ, s. actiuæ, & passiuæ est impotẽtia opposita; & utriusque duobus modis, quia mouere solùm est in potentia opposita. s. illa, quæ priuat potentiam actiuam ad mouendum: & ei potentiæ, quæ benè mouet, est impotentia opposita, illa. s. quæ tollit bonitatem motionis: Et similiter possumus dicere de passiua: quia & potentiæ passiuæ solùm, & benè passiuæ impotentia opponitur; & prima impotentia tollit passionem secundùm bonitatem passionis. Deinde cum dicit.

Impotentia totiẽs sumitur, quotiẽs potentia.

Impossibilia uerò hæc quidem secundùm impotẽtiam eam dicuntur. Alia alio modo, ut possibile, & impossibile,

B Postquàm determinauit de potentia, & impotentia in incomplexis; hic determinat de possibili, & impossibili in cõplexis: Et diuiditur in tres partes; quia primò continuat dicta dicendis: secundò manifestat, quid est impossibile in complexis: tertiò manifestat, quid est possibile contrarium huic impossibili: Secunda ibi, [Impossibile quidem, cuius cõtrarium.] Tertia ibi, [Contrarium uerò huic.] Dicit ergo sic continuando literam, quòd ex quot modis dicitur potentia & impotentia in incomplexis; sequitur quòd possibilia & impossibilia dicantur tot modis in eisdẽ: alio tamen modo dicitur possibile & impossibile in complexis. Deinde cum dicit.

Possibile, et impossibile in cõplexis.

C *Impossibile quidem, cuius contrarium de necessitate est uerum: ut diametrum commensurabilẽ esse: Impossibile; quia falsum tale, cuius contrarium nõ solùm uerum, sed & necesse non commensurabile esse: Ergo commensurabile non solùm falsum, sed ex necessitate falsum.*

Manifestat impossibile in complexis dicens; impossibile enim in complexis est, cuius contrarium est ex necessitate uerum: ita quòd ipsum impossibile in complexis non solùm est falsum, sed falsum impossibile: & suum contrarium non solùm est uerum, sed necessariò uerum; eo modo quo dicimus, quòd diametrum est commensurabile costę, est falsum; non quodcunque, sed falsum impossibile; cuius contrarium nõ solùm est uerum, sed necessariò uerum: sicut non esse ipsum commẽsurabile, est uerum, & necessarium. Deinde cum d.

Impossibile quid.

D *Contrarium uerò huic possibile, quando non necesse est contrarium falsum esse, ut sedere hominem possibile, non enim ex necessitate nõ sedere falsum.*

Manifestat possibile in complexis, contrariũ huic impossibili: Et diuiditur in duas partes, quia manifestat hoc possibile: secundò cõcludit, quot modis dicitur possibile: Secunda ibi [Ergo possibilia uno modo,] Dicit ergo sic, dictum est, quid est impossibile: possibile autem contrarium huic impossibili est, cuius contrariũ non est ex necessitate falsum; sicut hominem sedere possibile est, quia non sedere non est necessariò falsum. Notandum est, quòd possibile tenet quoddam medium

Possibile quid.

Possibile e medium inter necessarium & impossibile.

medium inter impossibile, & necessarium: de natura enim necessarii est, quòd aspiciat tantùm unam partem contradictionis: ita quòd si hoc est necessarium, suum oppositum est impossibile: item natura impossibilis est, quòd aspiciat alteram partem tantùm; ita quòd si hoc est impossibile, suum oppositum est necessariū: de natura enim possibilis est, quòd aspiciat utràque partem; ita quòd aspiciens unam, opposita non est impossibilis, nec necessaria: Et hoc est, quod dicit Philosophus, quod possibile est, cuius contrarium non est necessariò falsum: dicere ergo quòd eius contrarium sit necessariò falsum, est dicere, quòd contrarium non cadit sub natura possibilis; dicere autem, quòd non cadat sub natura possibilis, est dicere, quod hoc non fuit possibile ad illud. Est enim intelligendum, quòd aliter est contrariū in potentia possibili, aliter in impossibili, & necessario; quia in impossibili suū contrarium cadit sub facie necessarii, & contrarium necessarium sub facie impossibilis: in possibili autem duo contraria clauduntur, quia habet faciem ad duo contraria: ita quòd si unum est in actu, reliquum est in potentia. Vnde Commentator falsum impossibile est, quod nō potest reuerti in uerum; falsum possibile est, qđ in uerū pōt reuerti: hoc est dicere, ꝙ in tali falso, si falsū est in actu, uerum est in potentia. Vbi notandum est, quòd possibile, necessarium, & impossibile in propositionibus sunt modificationes ueri & falsi: quia in propositione impossibili falsum sic modificatur quòd non potest reuerti in uerum: in propositione autem necessaria uerum sic modificatur; quòd non potest reuerti in falsum: in propositione autē possibiliter uera, uel possibiliter falsa uerum & falsum sic modificatur, quia si unum est in actu, reliquum est in potentia. Deinde cum dicit.

Contrarium impossibilis, necessarii & possibilis quo se hēt.

Possibile, necessarium, & impossibile in propositionibus q̄d sint.

Ergo possibile & uno modo, sicut dictū est: quod non ex necessitate falsum significat: alio modo uerum esse: alio contingens uerum iam.

Concludit multiplicem acceptionem possibilis, dicens ꝙ possibile uno modo dicitur, quod est falsum; tamen non ex necessitate falsum; secū do modo quod est uerum, sed non ex necessitate uerum; tertio modo quod non est uerum, sed in proximo iam est, ut sit uerum; Ita quòd in primo modo propositio est possibiliter vera, quia potest reuerti ad falsum; tertius autem modus addit super istos duos mōs quandā proximitatē ad ipsum uerum habendum; Ita quòd in primo modo propositio dicebatur possibilis, quia poterat reuerti ad uerum, siue faciliter, siue difficulter, siue proximò, siue non proximò: hoc autem quod non est uerum dicitur possibiliter esse uerū, quia potest de proximo esse uerum. Deinde cum d.

Possibile multiplex.

Secundùm metaphoram autem, quæ in Geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur possibilia non secundùm potentiam.

Ponit quendam modum potentiæ transumptum dicens, quòd secundùm metaphoram in Geometria dicitur potentia; eo modo quo dicimus, quòd ternarius potest in nouenarium; quia ex ductu ternarii fit nouenarius; eo modo quo dicimus, quòd linea potest in quadratum: & possibilia dicta secundùm istam potentiam non dicuntur secundùm potentiam ueram. Vbi notandum est secundùm Commentatorem, quòd potētia uera, & in rei ueritate est in rebus mobilibus; cum ergo Mathematica abstrahat à motu, & à materia, ibi propriè non est potentia passiua; potentia enim passiua propriè uocatur, quæ per motum, & mutationem propriè deducitur ad actū; hoc autem non est in mathematicis; ideo non est in eis potentia, nisi secundùm quandam similitudinem loquendi. Deinde cum dicit.

Pōa uera ē in rebus mobilibus.

Pōa passiua propria q̄ sit.

Quæ uerò secundùm potentiam omnia dicuntur ad primam unam, & ea est principium mutationis in alio, inquantum aliud. Alia namque dicūtur possibilia, hæc quidem in habendo eorum aliquid aliud talem potentiam; illa uerò in non habendo. Similiter autem & impossibilia. Quare propria definitio primæ potentiæ erit principium permutationis in alio inquantum aliud.

Reducit omnes modos potentiæ ad unum, dicens: quòd omnia, quæ dicuntur secundùm potētiam, dicuntur secundùm habitudinem ad unam primam potentiam, quæ quidem est potentia actiua, & est principium motus & mutationis in alio inquantum aliud, ut iam dictum est: Alia dicuntur possibilia, quia aliud habet potentiam super illa, quantùm ad potentiam passiuam, quæ includit actiuam: Alia dicuntur possibilia, quia nō possunt corrūpi à potentia actiua: Alia dicuntur possibiliā, quia sic habent potentiam actiuam, per quam non possunt benè agere: & sic omnia hæc dicuntur potentia actiua: Diffinitio autem potentiæ actiuæ, est quòd est principium mouendi in aliud, secundùm quod aliud.

Pōa actiua q̄d.

Quæreret quis, Vtrum omnis modus potentiæ dicatur in habitudine ad primum modum? Respondeo dicendum est, quòd sic: cuius ratio est, quia omnis modus potentiæ uel concludit primum modum, uel ipsum includit, uel ipsum excludit: Potentia enim secundo modo, scilicet passiua non est potentia, nisi quia concludit primum modum: cuius ratio est; quia si potētia actiua est, concluditur quòd sit passiua: & si potentia passiua est, concluditur quòd sit actiua: Si enim esset aliqua ratio actiua, quæ posset educere; & non esset potentia passiua, de qua posset educi: illa potentia esset otiosa: & è conuerso; si enim esset aliqua potentia passiua, de qua posset educi; & non esset actiua, quæ posset educere; talis esset otiosa: ne ergo aliquid sit otiosum in natura, una concludit aliam; sed tamen non ex æquo: si enim ex æquo se concluderent; una non esset plus in habitudine ad aliam, quàm è conuerso. Potentia ergo actiua concluditur à passiua; sicut illud, quod habet rationem cuiusdam primitatis: Licèt enim benè se-

Quæstio.

në sequatur, si hoc potest educere, hoc de aliquo potest educi; & ē conuerso; tamen hoc magis potest educi, quia hoc potest educere; quàm hoc potest educere, quia hoc potest educi. Debemus enim imaginari, quòd quidquid est in potentia actiua, habet rationem cuiusdam primi respectu eius, quod est in potentia passiua. Si ergo hæc sunt uera, ergo potentia passiua concludit actiuam, sicut quoddam secundum concludit primum. Et cum in esse secundum sit in habitudine ad primum; ergo potentia passiua est in habitudine ad actiuam. Et quod magis est, non est potentia passiua, nisi propter actiuam; quia potētia passiua est, de qua potest educi aliquid; educi autem non potest aliquid, nisi quia causatiuè aliquid potest educere: sic ergo secundus modus est in habitudine ad primum. Tertius autem modus est in habitudine ad primum: quia ipsum includit: sicut enim agere benè includit agere; ita potentia tertio modo ad actum modificatum, propter bonitatem, & perfectionem, includit potentiam primo modo. Potētia autem quarto modo, scilicet habitus, per quem redditur aliquid impossibile, siue uix possibile; excludit potentiam actiuam: quia per istum habitum resistitur potentiæ actiuæ. Ex hoc enim uocatur potens quarto modo; quia potentia actiua non potest super eum; ita quòd ille habitus potentia uocatur, & secundùm hoc potentia includitur; & quia per istū habitū potētia excluditur à subiecto, & per cōsequēs actio agētis, & perfectio actiua; ideo ista potētia, quæ uocatur habitus; potentiā actiuā excludit, nō quocūq; modo, sed à subiecto, in quo est.

Pōa actiua bēt rōnē primi respectu eius, qd est in pōa passiua.

TEX. 18. *Quantum uerò dicitur, quod est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum utrunque, aut singulum unum aliquid, & hoc aliquid aptum natum est esse.*

Hic determinat de ente, secūdùm q saluatur in natura prædicamentorum. Et diuiditur in tres partes secundùm tria prædicamenta, de quibus determinat: Secunda ibi [Quale uerò dicitur uno quidem modo] Tertia ibi [Ad aliquid dicuntur] Prima in tres, quia primò diffinit quantitatem: secundò diuidit eam per continuam, & discretam: tertiò in quantitatē secundùm se & secundū accidens: Secunda ibi [Multitudo ergo.] Tertia ibi [Ampliùs autem alia dicuntur] Diffinit ergo primò quantum dicens, q quantum est diuisibile in partes, quæ sunt in potentia, quorum utrunque diuidentium, aut singulum est aptum natum esse unum aliquid, & hoc aliquid per se ipsum. Notandum est ad euidentiam diffinitionis, q mixtum diuisibile est, & compositum ex materia & forma diuisibile est, & quantum hic diffinitum diuisibile est: sed tamen differenter: mixtum.n. diuisibile est in partes, quæ non sunt in mixto, nisi uirtualiter, sed si sunt ibi realiter, secundùm quòd quidam dicunt, sunt ibi secundùm esse fractum & diminutum: compositum ēt ex materia & forma diuisibile est in materiam, & formam, quæ sunt realiter in ipso toto, & in hoc differt

Quantum quid.

Mixtum, et quantū sūt diuisibilia, sed differenter.

A à mixto: tamen non sunt aptæ natæ existere per se, nec per se esse unum aliquid, & hoc aliquid: quantum aūt hic diffinitū, est diuisibile in partes, quæ insunt in toto realiter, & hoc ad differētiam primi, & quæ sunt apta nata existere per se, & esse aliquid per se, & hoc ad differentiam secūdi.

Quæreret quis, Vtrum hæc sit propria diffinitio quātitatis? Videtur q non, quia diffinitio propria uni soli debet conuenire, diuidi autem per partes multis conuenit, unde de natura totius est, q possit diuidi per partes: quia de natura totius est, q habeat partem extra partem, & tamē non omne totum quantitas est. Respondeo dicēdum, q ista est propria diffinitio quantitatis. Ad cuius euidentiam notandum, q quodlibet prædicamentum habet modum proprium, per quem

Questio.

B distinguitur ab alio prædicamento: ita q si illud prædicamentum debet diffiniri uel describi (supposito q non habeat propriè diffinitionem) per illam diffinitionem debet notificari modus proprius illius prędicamenti, quia illo modo proprio notificato, notificatur prædicamentum. Debemus.n. imaginari, q prædicamentum suo modo componitur ex re, & modo: ita q res est quasi materiale in prædicamento, modus autem forma le (uoco autem rem omne illud, quod est in prędicamento: modum autem uoco illud, per quod unum prędicamentum distinguitur ab alio.) Si ergo hæc sunt uera, si benè debet diffiniri quantitas, oportet q diffiniatur per modum aliquem,

Prædicamē ta quō distinguūtur ad inuicem.

Prædicamē tum componitur ex re, & modo.

C q tamen contingit quantitati, & non alteri prædicamento, habere autem partem extra partem, eo modo quo dictum est in ista descriptione, non contingit nisi quantitati. Debemus.n. imaginari, q oē, quod habet partem extra partē modo dicto, uel est quantum, uel induit rationē quanti: ita q iste modus per se, & primò est in quantitate, per accidens autem est in aliis prędicamentis: & si.n. albedo habeat partem extra partem, uel forma substantialis, uel materia, hoc nō est nisi inquantum qualitas quātum ad albedinē, uel substantia quantū ad materiā, & formā, quę induit rōnem quanti. Sicut.n. modus qualis potest reperiri in aliis prædicamentis, eo modo quo dicimus, q forma substantialis significat per modū qualis: ita & modus quanti in aliis prædicamētis reperiri potest. Patet ergo, q cū quantum sit

Omne habēs partē extra pārtē uel est quātum, uel induit rōnem quanti.

D diffinitum per modū proprium, diuidentem eū ab aliis prædicamentis, quod benè diffinitū, siue descriptū est. Ad argumentū dicēdū, q totū est in multiplici differētia, quoddā est.n. totū essētiale: quoddā totū quantitatiuū: totū ergo quātitatiuū est illud, qđ est hic diffinitū, totū aūt essētiale, & si habeat partē extra partē, tamē nō eo modo, quo hēt totū quātitatiuū hic diffinitū, sicut patuit per differentiā, quæ posita est inter totū quantitatiuum, hic diffinitum, & totum compositum ex materia & forma, quod compositū est totū essentiale. Et sic soluendo, possumus dicere, quòd habere partem extra partem aliter est proprietas totius

Totum duplex.

totius;ſed habere partem extra partem per modum hic diffinitum, eſt totius, quod habet rationem quanti. Vel poſſumus dicere meliùs,quòd nulli toti poteſt contingere,quòd habeat partem extra partem, nel eſſe diuiſibile; niſi inquantum ſortitur rationem quanti,ſiue diſcreti, ſiue continui:nam totum eſſentiale, de quo minùs uidetur;aliquo modo ſortitur rationem quanti diſcreti:ex hoc enim, quòd materia numeratur contra formam, ex hoc eſt quædam diſcretio in toto, compoſito ex materia & forma; licèt non propriè poſsit uocari quantitas diſcreta:quia multitudo eſſentiarum ſecundùm communiter philoſophantes, eſt multitudo tranſcendens; nec eſt propriè in prædicamento quantitatis. Licèt autem non ſit in prædicamento quantitatis, tamen dico, quòd induit aliquem modum quanti: dictum eſt enim iam,quòd non oportet, ꝙ omne illud,quod induit modum quanti, ſimpliciter ſit in prędicamento quantitatis;ſic ergo totum non habet partes,niſi inquantũ induit rationẽ quanti.

Multitudo ergo quantum aliquid,ſi fuerit numerabilis:magnitudo,ſi fuerit menſurabilis.

Prima diuiſio quantitatis. Diuidit quantitates per continuam, & diſcretam. Et diuiditur in duas partes: quia primò oſtendit, quòd quantitas diſcreta, quæ eſt multitudo;& quantitas continua,quæ eſt magnitudo;eſt aliquid quantum: ſecundò manifeſtat, quid eſt multitudo in ſe, & quid magnitudo in ſe, ibi, [Dicitur autem multitudo.] Dicit ergo. primò,quòd multitudo quantum aliquid eſt, nõ omni modo,ſed ſi fuerit numeralis;ita quòd multitudo,quæ eſt quantitas,eſt multitudo numeralis:& magnitudo eſt quantitas,non omni modo, ſed magnitudo menſurabilis.

Quæſtio. Quæreret quis, Vnde hoc eſt,quòd multitudo numerabilis quantitas eſt? Reſpondeo, dicendũ, quòd ſi uolumus ſequi communiter philoſophãtes,hoc poſſumus uenari duplici uia. Prima eſt ex hoc, quòd non omnis multitudo eſt quantitas;ſed multitudo, quæ eſt numerus. Imaginamur enim duplicem multitudinem,ſcilicet multitudinem,quæ non eſt numerus,quæ quidẽ multitudo tranſcendens eſt,& concernit omne prædicamentum:& multitudinem,quę eſt numerus; quæ quidem eſt in prædicamento quantitatis: multitudo autem,quæ eſt numerus, idem eſt, ꝙ numerus:quidquid ergo eſt de ratione numeri, eſt de ratione huius multitudinis; de ratione autem numeri eſt,quòd ſit numerabile ab uno;nam omnis numerus dicit quandam ſpecificam menſurationem;ſicut ternarius dicit ſpecificam menſurationem,quam non dicit quaternarius; & quaternarius unam,quam non dicit quinarius; & ſic de aliis:hæc autem ſpecifica menſuratio non cognoſcitur, niſi in reſolutione ad unum: nam ex hoc,quòd aliter reſoluitur quaternarius ad unitatem,& aliter numeratur ab ea,quàm quinarius: ex hoc cognoſcitur, quòd alia eſt ratio illius & iſtius: de ratione ergo numeri eſt, quòd reſoluatur ad unitatem;& quòd numeretur ab ea: ergo & de ratione eſt multitudinis, quæ idem eſt, ꝙ numerus:talis autem eſt multitudo, quæ ponitur quantitas: Ita quòd iſti imaginantur multitudinem infinitam, quæ quidem quantitas non eſt, quia numerabilis non eſt;& finitam,quæ numerabilis eſt;ſicut eſt magnitudo menſurabilis, & non infinita. Vtrum autem hoc uerum ſit; & utrum multitudo tranſcendens poteſt dici quantitas,uel non; poteſt patere in Decimo, quia hæc uia & ſequens accipitur ſecundùm communiter Philoſophantes. Secunda uia eſt, quia multitudo,quæ eſt quantitas;arguit dupliciter unum,ſcilicet unum à quo principiatur, & unum à quo menſuratur;primò dico arguit unum,à quo principiatur;quia multitudo,quæ eſt quantitas, ſecundùm eos cauſatur à diuiſione unitatis; ita quòd iſta multitudo non eſt niſi unitas diuiſa. Vnde Philoſophus Tertio Phyſicor.ponit, quòd numerus cauſatur ex diuiſione continui: poſitum autẽ eſt ſupra in hoc Quinto, quòd continuitas eſt quædam unitas, ergo numerus cauſatur ex diuiſione unitatis:& quia ita,quòd numerus, & multitudo, quæ eſt quantitas; cauſatur ex diuiſione unitatis: ideo illa ſolùm numerantur iſto numero, quæ ſunt apta nata eſſe unum in unitate illa diuiſa.Et ideo multitudo formalis non uocatur numerus ſecundùm eos;quia licèt ea, quæ numerantur ſint materialiter apta nata eſſe unum, ſicut omnes partes in unitate quanti; tamen ea, quæ numerantur formaliter, non ſunt apta nata eſſe unum;eo quòd unitas in genere non eſt propriè unitas: ſic numerus, uel multitudo, quæ hic eſt quantitas;habet unum à quo mẽſuratur; quia per reduplicationem unitatis quilibet numerus cognoſcitur & menſuratur. Propter ergo defectum primi,ſcilicet unius principiantis,multitudo formalis non eſt multitudo,quæ ſit quantitas; quia multitudo, quæ eſt quantitas, realiter non eſt aliud niſi unitas diuiſa. unitas autem diuiſa formaliter non eſt in multitudine formali, eo ꝙ nullo modo formæ de ſe ſunt una res. Propter defectum ſecundi,multitudo infinita non eſt multitudo quantitatis; quia non eſt menſurabilis per vnum. Hæc omnia dicta ſunt ſecundùm opinionem Commentatoris:in Decimo autem huius, de huiuſmodi aliter poterit dici.

Multitudo infinita nõ eſt quãtitas

Multitudo, quæ eſt quãtitas,arguit dupliciter unum.

Tex. c. 68.

Non omnis multitudo ẽ quantitas.

Multitudo duplex.

Quæſtio. Vlteriùs quia intellectus noſter non quieſcit, quęreret quis, Vtrum unitas illa, quæ diuiſa facit numerum,ſit unitas quantitatis ſolùm,uel unitas continui,ſicut ponit Philoſophus. Hæc autem quæſtio mota eſt; quia multa apta nata ſunt eſſe unum alia unitate, quàm unitate quantitatis; ſicut unitate formæ ſpecificæ: ergo talia, quæ ſunt apta nata eſſe unum in unitate formæ ſpecificæ, & tamen numerantur materialiter, numerantur iſto modo. Dicendum eſt ergo,quòd quæcunque diuiduntur materialiter uel ſuppoſitaliter tantùm,numerantur iſto numero; quia ſunt apta nata eſſe unum in unitate ſpeciei

speciei. Debemus enim imaginari duplicem numerum, scilicet formalem, & materialem: numerus antem formalis non est unitas diuisa; quia nulla realitas, & nulla unitas formalis communis est multis formaliter differentibus: nisi nos uocemus genus illud unum; quod tamen secundùm rem uocari non potest: quia natura generis non est natura una in unitate conceptus. Numerus autem materialis idē est, quòd unitas diuisa; siue ista unitas diuisa sit species specialissima; eo modo quo ternarius hominum non est nisi humanitas una in specie diuisa: siue unitas sit ipsa quantitas; eo modo quo tres partes non sunt nisi una linea realiter. Quæcunque ergo sic diuiduntur, quòd de se sunt unum, uel in forma specifica, uel in forma continuitatis; numerantur numero materiali, qui est quantitas; qui ideo uocatur materialis, quia materia largitur hunc numerum; nam forma de se non potest largiri, ex quo de se sunt una forma. Appellatur autem hic materia largo modo, secundùm quòd suppositum potest dici materia respectu formæ; quia iste numerus aliquando est per supposita; quia supposito secundùm opinionem aliquorum, quòd substantiæ separatæ multæ possent esse eiusdem speciei, ex quo sunt eiusdem speciei, non numerantur formaliter, sed suppositaliter solùm; ita quòd sunt quædam unitas formalis diuisa in supposita: & de se sunt apta nata esse unum: & ideo iste numerus non est nisi unitas diuisa, siue per materiam, siue per supposita.

Numerus duplex.

Natura generis nō est una unitate conceptus.

Quō intelligentiæ numerantur.

Patet ergo, quòd unitas est causa numeri, tanquam principians, & tanquam mensurans. Deinde cum d.

Dicitur autem multitudo quidem, quod est diuisibile potestate in non continua; magnitudo autem quod in contin ca. Mensura uerò alia in unum continuum longitudine: alia in duo latitudine: alia in tria profunditate. Horum autem pluralitas quidem finita, numerus: sed longitudo, linea latitudo, superficies: et profundum, corpus.

Manifestat, quid est multitudo, & magnitudo in se; & primò quid est multitudo, dicens, quòd multitudo est quoddam quantum, potentia diuisibile in partes non continuas: quia unitates, in quas diuiditur multitudo, sunt discretæ, non continuæ. Magnitudo est quoddam quantum, diuisibile in partes continuas; quæ quidem magnitudo, si continua fuerit ad unam dimensionem, scilicet in longum linea est: quæ uerò est continua ad duas dimensiones in longum & latum, superficies est: quæ uerò est continua ad tres dimensiones, scilicet latum, & profundum; profunditas est, id est corpus: harum autem quantitatum pluralitas finita numerus est; longitudo autem idem est, quòd linea, & latitudo idem est, ꝗ superficies: & profundum idem est, quod corpus. Deinde cum dicit.

Multitudo quid.

Magnitudo quid.

Linea, superficies, corpus.

Amplius autem alia dicuntur secundùm se quā

A *ta, alia secundùm accidens: ut linea quantum aliquid secundùm se, musicum uerò secundùm accidens.*

Diuiditur in tres partes, quia primò diuidit quantitatem in per se & per accidens: secundò subdiuidit quantitatem, quæ est per se: tertiò subdiuidit quantitatem, quæ est per accidens: Secunda ibi [Eorum uerò secundùm se] Tertia ibi [Secundùm accidens uerò dictorum quantorum.] Dicit ergo primò, ꝗ aliqua dicuntur quanta secundùm se, sicut linea; quædam secundùm accidens, sicut musicum, & album: Dicit Commentator; quædam sunt, quibus contingit mensuratio essentialiter; quædam sunt, quibus contingit accidentaliter; quia sunt in quantitate essentiali:

Quantū duplex.

B prima sunt quanta per se; secunda sunt quāta per accidens; Imaginatur enim Commētator; & benè, quòd illa quibus contingit diuidi secundùm se, & habere partem extra partem de se, & mensuram per se, illa secundùm se sunt quanta; sicut est linea; illa autem, quibus contingit hoc, quia sunt in alio, illa sunt quanta per accidens. Vnde ipse Commentator, album & musicum diuiduntur per accidens, eo quòd sint in continuo; Quasi dicat, cui non accidit esse continuum, est quantitas per se; quibus autem accidit esse continuum, sunt quantitates per accidens. Deinde cum dicit.

Eorum uerò quæ sunt secundùm se, alia secundū substantiam sunt, ut linea quantum quid. Nam in

C *ratione quidem dicente, quantum quid existit. Alia passiones, & habitus talis sunt substantiæ, ut multum, & paucum; & productum, & breue; & tactum, & strictum; & profundum, & humile; & graue, & leue, & alia talia. Sunt autem magnum, & paruum; & maius, & minus: & secundum se, & ad inuicem dicta, quanti passiones secundum se. Transferuntur etiam, & ad alia ea nomina.*

Subdiuidit quantitatem secundùm se, dicens: quòd eorum quantorum, quæ sunt quanta secundùm se; alia sunt quanta, quæ pertinent ad genus quantitatis, & significant rem suam per modum subiecti, & substantiæ; eo modo quo dicimus, quòd linea quantum quid est; quod quidem patet ex diffinitione lineæ, quia in diffinitione declarante quidditatem lineæ accipitur quantum, & quantitas; eo quòd linea est quantitas diuisibilis in longum. Alia dicuntur quanta, non quia significent rem suam per modum substantiæ & subiecti, sed per modum passiones & habitus: ita quòd dicuntur passionis & proprietates primæ quantitatis, quæ significabatur per modum subiecti; eo modo quo dicimus, quòd multum & paucum sunt passiones numeri: & ipse numerus significatur per modū subiecti; & eo modo quo dicimus, quòd longum & breue sunt passiones lineæ, & linea est quantitas significata per modum subiecti, & latum & strictum sunt passiones superficiei; profundū uerò & humile sunt pas-

Quāta per se duplicia.

D

ſiones corporis; graue autem & leue quantitatis. Commentator, graue & leue ſunt qualitates naturales; ſed tamen numerantur in accidentibus quantitatis. quaſi dicat Commentator: grauitas & leuitas ſecundùm uirtutem ſunt qualitates; ſed tamen, quia fundantur in quantitate; aliquo modo quantitates poſſunt uocari. Aliquando enim propter affinitatem duorum illud, quod eſt unius, attribuitur alteri: unde Commentator, idem graue & leue ſunt quantitates ſecundaria intentione, ſicut dictum eſt de iſtis, quòd ſunt paſsiones quanti, ita ſunt alia ſimilia. Sic ergo iſtæ ſunt paſsiones quanti, ſicut multum & paucum, ſimiliter etiam magnum & paruum, ſunt paſsiones quanti ſecundùm ſe; ſiue magnum & paruum dicantur abſolutè & ad ſe; ſiue dicantur relatiuè: ita quòd hæc nomina magnum & paruum, maius & minus per ſe dicuntur de quantitate; per accidens autem poſſunt transferri ad aliqua alia, & dici de illis; eo modo quo dicimus, ꝙ albedo eſt magna uel parua, maior uel minor.

Quò grauitas, & leuitas sunt qualitates naturales, & quantitates.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum hæc dicta ſecundùm ſe ſint paſsiones quantitatis, & ex hoc poſsint dici quantitates per ſe: ſicut innuit Philoſophus? Videtur quòd non; quia potentia ſubſtantiæ non eſt ſubſtantia; ergo potentia quantitatis non eſt quantitas. Ad oppoſitum eſt Philoſophus. Reſpondeo. Dicendum, quòd nõ eſt inconueniens, quòd aliqua duo ſint idem realiter, & tamen differant in modo ſignificandi; ita quòd unum illorum ex ſuo modo ſignificandi ſignificetur per modum ſubiecti & recipientis, & aliud ſignificetur per modum paſsionis & recepti; eo modo quo dicimus, quòd prima ſubſtantia & ſecunda ſunt eadem realitas; & tamen prima ſubſtantia ſignificat rem ſuam per modum ſubiecti, & hoc aliquid: ſecunda autem ſubſtantia per modũ qualè quid & entis inclinati: Sic in propoſito non eſt impoſsibile, quòd linea & longitudo ſint una res, & tamen linea dicit illam rem per modum ſubiecti, longitudo per modum habitus & paſsionis; & eodem modo dico de ſuperficie & latitudine, de corpore cum profunditate; de quantitate continua & magnitudine, & de numero & multitudine: Ita quòd ſecundùm rem una & eadem quantitas in omnibus iſtis eſt ſignificata per modum ſubiecti, & per modum paſsionis: ut ſignificata per modum ſubiecti eſt quantitas per ſe in primo modo dicendi per ſe: ut autem ſignificata per modum paſsionis eſt quantitas per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe. Quòd autem iſta ſint eadem realiter, eo modo quo dictum eſt, patet quia idem eſt linea quòd longitudo; cum longitudo abſolutè dicta ingrediatur diffinitionem eius: & eodem modo dico de aliis.

Aliqua possunt esse idẽ realiter, & differre in modo significandi.

Ad argumentum autem dicendum, quòd paſsio ſubſtantiæ erit genus ſubſtantiæ, quia non eſt eadem realiter cum ſubſtãtia. Vel dicendum, quòd ſicut reperio aliqua in quantitate, quæ ſignificãt

E rem ſuam per modum ſubiecti; & aliqua quæ ſignificant per modum paſsionis & habitus: & tamen utrunque quantitas eſt; licèt diuerſimodè. Ita ſuo modo, in genere ſubſtantiæ aliqua dicunt rem ſuam per modum ſubiecti, & aliqua per modum paſsionis & habitus ſubſtantialis reſpectu huius ſubiecti; & utrunque ſubſtantia eſt, ſicut dictum eſt de ſubſtantia prima, & ſecunda.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum hæc prædicta relatiuè dicta, & ad ſe inuicem, ut lõgum ad breue, & magnum ad paruũ, & ſic de aliis, ſint paſsiones quãti? Reſpondeo. Duo ſunt hic uidenda: primò quomodo iſta differunt dicta abſolutè, & relatiuè: ſecundùm eſt, quomodo relatiuè dicta poſ-

F ſunt dici paſsiones quanti per ſe. Ad euidentiam autem primi ponamus exemplum in uno, ut ex uno pateat in omnibus; puta in multitudine; multitudo enim poteſt dici abſolutè, & relatiuè; de intentione enim multitudinis eſt, quòd habeat partem extra partem diſcretè, & non plus; & hoc modo idem eſt, quòd numerus; & hoc modo dictum eſt ſupra in alia Quæſtione, quòd abſolutè dicta ſignificatur per modum paſſionis eiuſdem numeri: & hoc modo multitudo ſic ſe habet, quòd omnis numerus multitudo eſt; quia omnis numerus habet partem extra partem; & iſto modo multitudo opponitur uni. Cum enim de natura multitudinis hoc modo acceptæ, ſit; quòd habeat partem extra partem, il-

Multitudo põt dici absolutè, & respectiuè.

G lud opponitur multitudini, quod non habet partem extra partem, & hæc eſt unitas. Secundo modo poteſt accipi multitudo illud, quod habet partem extra partem in quodam exceſſu reſpectu alicuius; eo modo quo dicimus, quòd hoc eſt multum reſpectu illius, quod tamen eſt paucum reſpectu alterius; quia habet partes in quodam exceſſu reſpectu illius; ſicut decem homines eſſent multi in domo; & tamen eſſent pauci in foro; & tamen ſi accipiatur multitudo primo modo, ſcilicet abſolutè, & multi ſunt in domo, & multi ſunt in foro: cuius ratio eſt: quia decem ſunt in domo, & decem ſunt in foro; denarius multitudo quædam eſt abſolutè, licèt ſit quædam paucitas reſpectiuè: Et iſto modo acci-

H piendo multitudinem, multum opponitur non uni, ſed pauco; & ſicut in primo modo omne, quod non erat unum, erat multum; ita in ſecundo modo illud, quod non eſt paucum, eſt multum: & ideo iſto ſecundo modo, iſta duo oppoſita ſunt, multum & paucum. Fundantur autem ſuper multitudinem abſolutè dictam; quia paucitas eſt abſolutè dicta; & multitudo ſibi oppoſita multitudo eſt. Vel fundãtur ſuper eam: ita quòd illud, quod opponitur multitudini dictæ abſolutè, ſcilicet unitas, nec eſt multum, nec eſt paucum, multitudine dicta ſecundo modo; eo quòd nullo modo poteſt fundare iſtos reſpectus. Et eodem modo longum & breue fundantur ſuper longitudinem abſolutè dictam; ita

quòd

quòd loquendo de longitudine absolutè dicta, omnis linea est longa; loquendo autem de longitudine respectiua, aliqua est longa, aliqua est breuis, scilicet in respectu. Similiter si accipiatur latitudo absolutè, quælibet superficies latitudo est; quia ista est propria dimensio superficiei; & hoc modo oppositum latitudinis nó est strictum, sed non latum negatiuè: si autem accipiatur latitudo in respectu, quædam est superficies lata, quædam est stricta; ita quòd latum & strictum sunt quidam respectus fundati super latitudinem absolutam, uel super superficiem. Eodem modo dicendum est de magno & paruo, quia si accipiatur magnitudo absolutè, omnis quantitas continua est magna; si autem relatiuè, quædam est magna, quædam est parua; ita quòd magnitudo & paruitas sunt quidam respectus fundati super quantitatem absolutè dictam, siue super quantitatem continuam uel discretam. Secundùm scilicet, quomodo prædicta sunt passiones quanti, et secundùm quòd dicuntur in relatione; patet sic: secundùm enim Commentatorem in hoc loco, hæc relatiuè dicta sunt in prædicamento relationis, & in prædicamento relationis; relatio autem accidit quantitati, & aliis prædicamentis: explanetur ergo dictum Commentatoris, ex cuius explanatione patebit propositum nostrum: Vt ergo uideatur eius dictum, notandum est, quòd relatio habet debile esse; & propter suum debile esse non sufficit seipsam fulcire; & quia non sufficit seipsam fulcire, fundamentum requirit: fundamentum autem relationis non est in prædicamento relationis; quia propter suum debile esse apta nata est fundari in alio, non fundare aliud: si ergo non est in prædicamento relationis, oportet quòd sit in aliis prædicamentis; ita quòd accidentalitas relationis super aliquo prædicamento fundatur, sicut æqualitas & inæqualitas super quantitatem; similitudo & dissimilitudo super qualitatem. Et hoc est, quod dicit hic Commentator: quòd relatio accidit quantitati, & aliis prædicamentis accidentis: quod debet intelligi, quòd sua accidentalitas super alia prædicamenta fundatur. Et ex his patet propositum nostrum, quòd ista prædicamenta (ut dicuntur relatiuè, fundantur super quantitatem; sicut multum & paucum relatiuè dicta, super superficiem, & lineam; siue super longitudinem, & latitudinem absolutè dictam: similiter magnum & paruum relatiuè dicta super magnitudinem absolutam: sicut ergo quælibet relatio potest dici per se passio sui fundamenti; eo modo quo dictum est in Prædicamentis Capitulo de quantitate, quòd æquale & inæquale sunt passiones propriè quātitatis; ita omnia prædicamenta relatiuè sumpta, possunt esse per se passiones propriè quātitatis: & sicut illa, quæ sunt in quarta specie qualitatis, sunt qualitates in quantitate; ita similiter ista sunt relationes in quantitate. Et sicut illa, quę sunt in quarta specie qualitatis, non obstante, ꝙ

Relatio accidit quantitati, & aliis prædicamentis.

Esse relationis quale.

Quō omnia prædicamēta possint esse passiones quantitatis

A sint in prædicamento qualitatis; aliquo modo quantitates dicuntur: quia non possunt esse nisi in quantitate; & quia per se ab ea oriuntur: eodē modo Philosophus istas relationes uocat quantitates, non quòd sint simpliciter in Prædicamento quantitatis, cum sint in Capitulo relationis; sed quia non fundantur nisi in quantitate, & ab ipsa oriuntur: ita quòd nomen quantitatis, primaria intentione dicitur de fundamento: secundariò de re fundata super illo fundamento. Deinde cum d.

Secundùm accidens uerò dictarum quantitatum aliæ sic dicuntur, sicut dictum est, quia musicum quantum est, & album per esse quantum aliquid cui insunt. Alia ut motus, & tempus.

B *Etenim hæc quanta quædam, continuaque dicuntur, quia illa sunt diuisibilia, quorum sunt hæ passiones. Dico autem, non quod mouetur; sed quo motum est. Nam per esse quantum illud, & motus est quantus. Tempus uerò per ipsum scilicet motum.*

Subdistinguit quantitatem secundùm accidens dictam, dicens: quòd quantitatum secundùm accidens quædam dicuntur secundùm accidens, sicut est dictum de musico & albo; quę qui dem non sunt quanta secundùm se; sed ratione subiecti, in quo sunt: alia dicuntur quanta secundùm accidens nō solùm ratione subiecti, in quo sunt; sed ex eo quòd habent aliquam continuitatem in se, & quantitatem; licèt ista non habeant à se, sed ab alio. Et isto modo dicimus, quòd tempus & motus sunt quantitates secundùm accidens; hæc enim sunt quanta, & continua; tamen istam quantitatem & continuitatem ab alio recipiunt; non enim sunt diuisibilia nisi extra; eo ꝙ illa, quorum sunt passiones, sunt diuisibilia: nam tempus diuisibile est propter motum; dico autē motum esse diuisibile non propter id, quod mouetur; sed propter magnitudinem, in qua aliquid mouetur: nam per esse quantum illud, scilicet magnitudinem, & motus est quātus; & propter motum tempus. Commentator aliam literam habet, dico quòd motus est passio quanti, non propter motum; sed propter illud, in quo est motus, scilicet magnitudinem, in qua est motus.

C

Quærit Commentator hic, Quare Philosophus non numerat inter quantitates locum? Reddit rationem, quia locus propriè non est quātitas, sed magis de passionibus quantitatis: & hoc dicit forte fuisse opinionem Philosophi. Ad cuius euidentiam notandum est secundùm Philosophum Quarto Physicorum, locus est superficies, sed non omnis superficies, sed superficies immobilis: ita quòd immobilitas est de ratione loci. Imaginabimur ergo sic, quòd in ratione loci est aliquod materiale, & aliquod formale: superficies est sicut materiale, immobilitas sicut formale: cum ergo omne, quod ponitur in genere, uel in specie: pœnes formale ponatur, & non pœnes materiale; magis locus debet poni in ge-

D

Quantum per accidens duplex.

Motus quō est diuisibilis.

Quæstio.

Locus an sit quantitas.

Tex. cō. 39. & inde.

nere pœnes immobilitatem, quàm pœnes superficiem: cum ergo immobilitas sit passio quanti, magis debet dici locus passio quanti, quàm quantitas: ut sicut figura in quarta specie qualitatis non potest esse quantitas, nec est qualitas simpliciter, sed est qualitas in quantitate: sic & locus non est quantitas, nec est passio simpliciter, sed est passio quanti: & sicut in illa qualitate, quæ est qualitas in quantitate, quantitas est materiale, & qualitas formale: & per hoc magis locatur in prædicamento qualitatis, quàm quantitatis: sic ipsa quantitas, scilicet superficies in loco est materiale, passio autem formale; & per consequens natura speciei magis sequitur naturam passionis, quã naturam quanti. Alia etiam ratio redditur à quibusdam, quare hic nō determinauit de loco, quia hic determinat de speciebus quantitatis secundũ rationes essendi; ita quòd illas quantitates, quæ aliud & aliud sunt realiter, posuit sub alio & alio membro: quantitates autem, quæ sunt idem realiter, posuit sub eodem membro: cum ergo superficies, & locus sint una realitas. Quarto Physicor. determinando hic de superficie, determinat etiã de loco: & dicendo realitatem unius, dicit realitatem alterius: in prædicamentis autem determinauit de quantitate secundũ rationem mensurandi: & ideo illa, quæ alirer & aliter mensurant, posuit sub diuersis speciebus: cum ergo superficies, & locus sint idem; aliter tamen, & aliter mensurent: ideo in ratione mensurandi non cadunt sub eodem, quæ tamen cadunt sub eodem in ratione essendi. Ad cuius dicti euidentiam notandum est, quòd diuisio specifica duarum specierum magis sequitur rationem realem, quàm ipsam rem: si enim diuersitas generis & speciei sequeretur naturam rei tantùm, impossibile esset, quòd una, & eadem realitas esset in duobus generibus, nel in duabus speciebus: cuius tamen contrarium uidemus. Nam secundùm communiter philosophantes, fundamentum, & relatio non differunt realiter; & tamē sunt sub diuersis generibus: fundamentum est in genere qualitatis, uel aliquo alio; relatio autem fundata super hoc, est in genere relationis: Et similiter superficies & locus una realitas est, & tamen sunt in alia & alia specie: quod tamen esset impossibile, si pœnes rem acciperetur uariatio generis & speciei; accipitur ergo pœnes rationem rei: ita quòd pœnes aliam & aliam rationem pòtest accipi aliud & aliud genus, uel alia & alia species: sic autem imaginatur iste modus dicendi. Imaginatur enim, ꝙ sup eandem realitatem fundantur duo modi mensurandi, scilicet mensurandi per modum superficiei, & per modum loci; quia illud idem, quòd mensurat illud, in quo est, scilicet superficiatum, mensurat locatum: & secundùm primum modum mensurandi uocatur superficies: secundum uerò secũdùm uocatur locus: ita quòd superficies, ut superficies nō determinat sibi locans, uel locatum. Et sic imaginatur iste modus, quòd unum & idem

Figura est qualitas in quantitate.

Quarto Philosophus nō determinat hic de loco.

Superficies, & locus sunt una realitas.

Fundamentum, & relatio nō differunt realiter.

E in ratione essendi habet diuersitatem in modo mensurandi; & ideo propter unam entitatem nõ uariatur apud Metaphysicum, qui considerat rationem entis; quod tamen variatur apud Logicũ, qui considerat diuersas species quantitatis pœnes diuersos modos mensurandi. Ponit Commentator, quòd Philosophus posuit hic motum de speciebus quantitatis, quod non fecit in prædicamentis; cuius rationem ipse Commentator occultè assignat, dicens: quòd non est consuetudo, ut motus mensuretur per suam partem; sed per spatium aut per tempus; & ideo non nominauit illum in prædicamento quantitatis; in prædicamentis enim solùm ibi numerauit species famosas quãtitatis. Exponatur ergo dictum Commenti sic; imaginatur enim Commentator, quòd

F illi, cui contingit per se, uel per partem sui ratio mensuræ; illi contingit ratio quantitatis per se; & illi cui conuenit ratio mensuræ per aliud, contingit ratio quanti per accidens, & per aliud; & quia motui non contingit ratio mensuræ, nisi per tempus, uel per aliud; ideo contingit sibi ratio quanti per accidens: & ideo nullo modo est quantum per se, sed per accidẽs; sicut non est mensura nisi per accidens: & ideo nec hic, nec ibi numeratur inter species quantitatis per se: unde quia in prædicamentis considerat diuersas species quantitatis penes aliam & aliam rationem mensurandi, & tota ratio mensuræ in motu est à magnitudine, & à tempore; ideo

G in prædicamentis non posuit motum speciem quantitatis diuisam contra tempus uel magnitudinem.

Quæreret ergo quis, Quomodo tẽpus hic ponitur inter quantitates per accidens, cum in prædicamentis ponatur species quantitatis per se? Respondeo dicendum est, ꝙ aliter quantitas respicit motum, & aliter tempus; quia de essentia motus non est, ꝙ sit quantitas: motus autem est actus existentis in potentia secundum ꝙ in potentia, ut dicitur Tertio Physicorum: de ratione autem actus entis in potentia secũdum quod in potentia, est ꝙ sit quidam actus in tendentia ad actum perfectum; de essentia autem & formalitate talis actus non est, ꝙ sit quantus. Debemus

H enim sic imaginari, ꝙ de ratione huius actus non est nisi, ut sit quædam tendentia ad actum perfectum; quia tamen ista tendentia potest esse in re, quæ habet partem extra partem, & sortitur naturam quanti: ideo per accidens & ratione illius, in quo est, potest sibi competere ratio quanti; sic enim sibi competit ratio quanti, sicut ratio diuisibilis, ratio autem diuisibilis non competit sibi ratione essentiæ suæ, sed ratione illius, in quo est, puta motus ad formam; eo ꝙ motus non est diuisibilis eo ꝙ est ad formam; (aliàs generatio, quæ est ad formam esse diuisibilis) sed ideo motus est diuisibilis, & quantum, quia est ad formam diuisibilem, siue quę habet partem extra partem; uel quę est in subiecto, quod recipit formam diuisibiliter:

Cur hic Philosophus ponit motum de speciebus quantitatis et nō in prædicamentis.

Quæstio.

Quātitas respicit motū & tempus, aliter et aliter.

Tex. cō. 6.

De rōne actus ētis in potentia quæ sit.

Alteratio quæ.

liter: Sic ergo imaginabimur, ꝙ alteratio, uel est A æqnalitas imperfecta, uel (ut meliùs) est formaliter tendentia ad qualitatem perfectam, & quia omnis tendentia est in genere illius, ad quod tendit, sicut uia in genere termini, & incompletum in genere completi: iõ alteratio non est nisi quędam qualitas; ꝙ autem sit qnantitas ipsa alteratio, hoc sibi accidit; quia ipsa qualitas, ad quam est ipsa alteratio; habet partem extra partem; & si non realiter, tamen uirtualiter; eo modo quo uocamus magis & minùs partes uirtuales formæ: non accidit sibi quantitas propter formalitatem suam, sed quia subiectum & mobile diuisibiliter recipit ipsam qnantitatem. tempus autem formaliter quantitas est, quia tempus est formaliter numerus, numerus autem est forma- B liter quantitas; nam quod est formaliter mensura, est formaliter quantitas: ꝙ autem tempus sit numerus formaliter, patet ex Quarto Physicorũ, ubi Philosophus ponit, ꝙ tẽpus est numerus motus secundùm priùs & posterius: cum ergo ita sit ꝙ tempus sit numerus formaliter, oportet ꝙ sit formaliter quantitas, omne autem quod formaliter est quantitas, est per se quantitas. Et ideo benè Philosophus in prædicamentis numerauit tẽpus inter quantitates per se. Vnde ergo est quòd hic numerat inter quantitates per accidens? Vt ergo videatur notandum est, quòd quantitas temporis, licèr formaliter sit ipse numerus, tamen oritur à priori & posteriori ĩ magnitudine, uel à priori & posteriori in motu; quod patet sic, tempus C non est quicunque numerus: si enim tempus esset numerus sine alia additione; tunc tempus, & numerus non esset alia & alia species quantitatis: tempus ergo est numerus, sed numerus motus: ita quòd motus aliquo modo specificat istum numerum; ut sicut simitas non est quęcunque concauitas, sed concauiras nasi; ita similiter motus tẽporis, non est quicunque numerus, sed numerus motus; & hoc etiam non sufficit ad rationem tẽporis: In motu enim possumus duo considerare, scilicet & essentiam motus, & quantitatem motus: & iam dictũ est, quòd ista duo differunt: quia esse motus nõ est esse quantitatis: sic ergo tẽpus non est numerus motus, sed essentia motus, sed secuudùm quantitatem motus. Et hoc est, quod D subditur, secundùm prius & posterius: ita quòd ipsum tempus uel est quantitas motus numerata: uel est ipse numerus quantitatis motus; illud enim per quod cognosco, quantus est motus, tẽpus est; si ergo ita est; igitur quantitas sub aliquo modo prioritatis est in magnitudine & motu, quàm in tempore; quia si debet esse numerus motus secundùm qualiratem, oportet quòd quantitas sit in motu: & sic sub aliquo modo accidentalitatis est quantitas in tempore respectu magnitudinis & motus. Metaphysicus autem, quia considerat naturam essendi, uidens quòd tempus est essentialiter quantitas, sed tamen ista essentialitas non esset in tempore, nisi pręsupposita quantita-

Alteratio ẽ quantitas ꝑ accidens.

Tex. c. 101

Tẽpus numeratur inter quantitates per se in prædicamẽtis, & hic inter quantitates ꝑ accidens, quare.

Tẽpus non est numerus simpliciter.

In motu duo spectantur.

A te motus & magnitudinis; posuit tempus quantitatem per accidens, propter suum esse posterius respectu motus magnitudinis. Logicus autẽ considerans rationem mensurandi, cum tempus per se sit numerus & metrum motus, posuit eum quantitatem per se, tanquam habens rationem mensuræ.

Quale uno quidem modo dicitur differentia substantiæ. TEX. 19.

Iu parte ista distinguit modum qualitatis: Et diuitur in duas partes, quia primò ponit multiplicem acceptionem qualitatis: secundò reducit omnes modos ad duos: Secunda ibi [Ferè itaque secũdùm duos modos.] Prima in duas, quia primò ponit modos qualitatis, ad quos nou pertinet ra- B tio motus: secundò modos, ad quos pertinet motus & transmutatio: Secunda ibi [Ampliùs quæcunq; passioues] Prima in duas, scd'm ꝙ duos posuit modos. Scd'a ibi [Alioverò mõ vt immobilia] Primò ergo ponit primum modũ; secũdò exẽplificat de ipso: Secunda ibi [Vt quale quid homo.] Dicit ergo primò quòd unum modus qualitatis est, secundùm quòd differentia substantię, hoc est specificans substantiam, dicitur qualitas substantiæ. Vbi notãdum est, quòd hic accipitur substantia pro essentia: non enim hic accipitur tantùm qualitas in pręcdicamento substantiæ; sed hic accipitur qualitas specifica essentia in quocũque prædicamento; eo modo quo dicimus, quòd differentia substantialis specificans rem, potest repe- C riri in quolibet prædicamento: ergo non oportet quòd accipiatur substantia pro prædicamento substantiæ: aliàs qualitas hic accepta solùm esset in prædicamento substantiæ; quod tamen falsum est, quia in quolibet pręcdicamento est; Vnde Philosophus exemplificans inferiùs, exemplum ponit de prædicamento substantiæ, & prædicamento qualitatis; & sic substantia hic accipitur pro essentia. Vnde Commẽtator dicit; Philosophus hic non intendit de speciebus quantitatis, & qualitatis; sed intendit manifestare intentiones, quas significant hæ dictæ, scilicet quantitas, & qualitas; quasi dicat Commentator; hic nou intendit de qualitate prædicamento, quia exemplificauit de qualitate in pręcdicamento; sed intendit de qualitate, secundùm quòd qualitas est quędam inten- D tio, & quidam modus, qui potest reperiri in quolibet prædicamento. Deinde cum dicit.

Substantia accepta in diffõne qualitatis, quo sumitur.

Vt quale quid homo? quia animal, equus quadrupes: & circulus qualis? quia quædam figura, quia agonon, idest sine angulis, quasi differentia secundũ substantiam, qualitate existente. Vno quidẽ itaque modo hæc dicitur qualitas differentia substantiæ.

Exemplificat de ipso modo qualitatis in prædicamento substantiæ; dicens: quòd si quæratur, quale quid est homo? respondeatur, quòd animal bipes; ita quòd animal responsum, dicit quid; sed ipsum bipes specificans, dicit quale; Et si quæratur quale quid est equus? respondetur, quòd animal quadrupes, & aliquid dicit, idest quale. Deinde

de exemplificat in quarta specie qualitatis, dicēs: quòd si quæratur, qualis est circulus? quòd quædam (respondeatur) figura, scilicet agonon, idest sine angulo: ita quòd differentia secundùm substantiam est quædam qualitas: Concludit ergo istum modum dicens, quòd uno modo qualitas est differentia substantialis.

Alio uerò modo, ut immobilia, & mathematica; sicut numeri quales quidem sunt, quemadmodum cō positi, & non solùm ad unum entes, sed quorum imitatio, superficies, & solidum. Hi uerò sunt quotiēs quanti, aut quotiens quot quanti.

Ponit secundum modum dicens; ꝙ alius modus qualis est, secundùm quòd ista mathematica, & immobilia dicuntur habere aliquam qualitatem; eo modo quo dicimus, quòd numeri quales sunt; eo quòd sunt compositi: uocantur autem numeri compositi duo numeri, qui possunt mensurari à tertio; sicut nouenarius, & senarius, qui mensurantur per ternarium: numeri autem primi uocantur, qui sola unitate mensurari possunt: sicut ternarius & binarius; nullus enim numerus replicatus potest reddere ternarium & binarium; sed sola unitas: Et non solùm numeri sunt entia secundùm istam dispositionem, idest secundùm istam qualitatem dictam; sed habent alias qualitates: quidam enim numeri imitantur superficiem, & uocantur superficiales: quidam autem imitantur corpus, & uocantur solidi; ita quòd dicere numerum superficialem, & numerum solidum, est dicere numerum qualem: Vocatur autem numerus formalis numerus ductus in seipsum, uel in alium simul: ut cum dicitur bis tria, uel bis duo: Numerus autem solidum uocatur, qui est ductus in seipsum, uel in alium bis: ut cum dico bis duo bis, uel bis tria bis: ita quòd in isto duo considerantur, scilicet numerus qui ducitur, & numerus qui ducit: & ille uocatur quotiens: & ideo ubi est unus ductus, tantùm unum unū quotiens est: sicut in numero superficiali: ubi autem duo ductus, duo quotiens sunt: Et hoc est, quòd Philosoph. subdit, quòd numeri sint, scilicet unitates, superficies, & solidū; aut sint significati per quantum quotiens; hoc est, quantum eum uno quotiens, quantùm ad numerum superficialem; aut per quantum per duplum quotiens, ita quòd sunt quoties, quotiens quanti, quantùm ad numerum solidum. Notandum est, quòd de natura superficiei est, quòd habeat duplicem dimensionē; & lineæ, quòd unam; & corporis quòd tres: Ille ergo uocatur numerus linealis, qui per seipsum consideratur, & uno modo ad modum unius dimensionis; eo modo quo dicimus unum, duo, tria: Ille autem uocatur numerus superficialis, qui ad modum superficiei replicatur, uel in se, uel in alium; quasi habens duas dimensiones; ut cum dicitur bis tria: ita quòd iste numerus, qui ducitur, facit unam dimensionem, & numerus ducens facit aliam: Numerus autem solidus uocatur, qui quasi ad modum solidi tres habet dimensiones; ita quòd una dimensio consistit in numero ducto, bina autem dimensio consistit in duplici quotiens, ut cum dicitur, bis tria bis. Deinde cum d.

Numerus compositus qui.

Numerus primus qui.

Numerus duplex.

Numerus multiplex.

Et totaliter quod præter quantitatem existit substantia. Nam substantia cuiuslibet quod semel. Vt ipsorum sex, non bis ter sunt, sed semel. Sex enim semel sex.

Manifestat quoddam, quod dixerat, locutus est enim de qualitate. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd in numero qualificato duo sunt, scilicet quantitas numeri, & numeri qualitas; primò quia omnis numerus quātitas est; secundò qualitas: quia iam suppositum est, quòd sit numerus qualificatus; Si ergo quæratur, quid sit qualitas numeri? potest respōderi, quòd omne illud, quod existit in numero qualificato præter quantitatem, est eius qualitas: Et hoc est, quod dicit in litera, quòd totaliter, idest uniuersaliter illud, quod existit in substantia, idest in natura numeri præter quantitatem suam, est qualitas eius: exemplificat autem de qualitate substantiali numeri, dicens: quòd substantia & qualitas substantialis cuiuslibet numeri est in quodam semel: ita quòd qualitas eius nō est ipsa quantitas; sed aliud, quod est in eo præter quantitatem; ut qualitas substantialis ipsorum sex, non est quòd sit bis ter, aut ter duo; quia hoc spectat tantùm ad quantitatē eius, secundùm ꝙ sit quoddam semel in ista quantitate; sex enim hoc est essentia ipsorum sex est, quòd sit semel sex; & non quòd sit bis tres, uel ter duo; quia hoc spectat ad quantitatem eius.

Numerus qualificatus duo concludit.

Qualitas numeri quid.

Quæreret quis, Vtrum illud, quod existit in numero præter quantitatem, sit qualitas eius? Respondetur quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd numerus specificus est quædā multitudo una unitate specifica; eo modo quo dicimus, quòd quinarius est multitudo una unitate speciei; quia specie differt ab omni alio numero: ita quòd secundùm hoc quinarius est quædā unitas in multitudine; unitas (dico) specifica; & ex hoc est quædam indiuisio in diuisione, quia omne unum ut unum, est indiuisum in se & diuisum ab aliis: ex hoc ergo quòd numerus, puta quinarius, est multitudo, ex hoc est quātitas; sed ex hoc quòd est quædam multitudo diuisa ab omni alia multitudine specificè, ex hoc est ibi qualitas substantialis, per quam differt essentialiter ab omni alio numero. Imaginabimur autem, quòd numerus est multitudo, non quæcunque; sed sic & sic specifica per aliam & aliam qualitatem essentialem: ita quòd multitudo, & quantitas est ibi tanquam genus; qualitas autem specificans est ibi tā quam differentia: Ex hoc apparet propositū: quia enim species componitur ex genere & differentia, benè est dictum; ꝙ illud, quod existit in specie præter genus, differentia est: à simili quia quātitas, & qualitas concurrunt ad unum numerum specificum, siue ad unum numerum speciei; benè dictum est, quòd illud, quod est in natura numeri præter quantitatem, est qualitas.

Quæstio.

Numerus specificus quid.

Numerus quo est multitudo.

Con-

Quæstio. Consequenter quæreret quis, Quę sit ista qualitas, quæ est in numero præter quantitatem? Notandum est, quòd omnis numerus mensura est: *Mensura in quo primò saluatur.* unde ratio mensuræ primò saluatur in quantitate discreata: continua enim at continua non mẽsuratur, nisi per resolutionem ad discreatum: si enim uolo scire, quanta est linea, oportet, quòd eam resoluam ad naturam discreti; dicendo eam esse quatuor pedũ, uel quinque: ita quòd magnitudines non certificantur, nec notificantur nisi inquantum fiunt numeri: *Magnitudines quo notificantur.* sic ergo numerus est quædam mensura: Et hoc apparet etiam ex ipsa ratione uocabuli, quia numerare idem est, quòd certificare, & mensurare: Hoc apparet etiam ex distinctione numerorum; distinguimus.n.numerum in numerũ numerãtẽ, & numerũ numeratũ; *Numerus numerans, et numerus numeratus qui.* quòd idem est dicere, quòd mensurantem & mẽsuratum. Appellatur enim numerus numerans, numerus, quo certificamus, & mensuramus; sicut per quaternarium possumus certificare quãcunque rem subiectam huic quaternario, caprã hominem, & sic de aliis: numerus autem numeratus appellatur res, quæ certificatur hoc numero. Si ergo numerus est uniuersaliter mensura, ergo quilibet numerus specificus est uniuersaliter mẽsura: quod patet inducendo per numeros specificos: ideo enim quaternarius, & quinarius specificè differunt; quia quaternarius numerus aliter specificè mensurat, quàm quinarius: quòd mensuret, patet; quia aliter certificat; si enim quæratur, quot sunt hi homines? aliter certificabo quærentem, si dixero quatuor sunt, quàm si dicerem, quinque sunt; *Numerus est mẽsura.* Si ergo hæc sunt uera, ergo numerus specificus, puta quaternarius, est multitudo, specificè certificans & mensurans rem subiectã multitudini: Et secundùm hoc, quando quæritur, Quæ est ista qualitas præter quantitatem? dico quòd ista multitudo, quæ est quantitas specifica, *Qualitas præter quãtitatẽ quæ.* uel certificatio, est ipsa qualitas: ita quòd quilibet numerus specificus est multitudo cum specifica certificatione, quæ in alio numero nullo reperitur: & per istam specificam certificationem omnes numeri specificè differunt.

Quæstio. Vlteriùs quæritur, Vtrum ipsa qualitas, quæ est præter quantitatem; potest dici qualitas accidentalis? Dicendum, quòd iam habitum est in quæstione præcedenti, quòd potest dici qualitas essentialis, specificans numerum: quæstio est ergo. Vtrum aliquo modo posit dici accidentalis? Dicendum est, quòd sic: ad cuius euidentiam notandum est, quòd numerus non est aliud (ut patet ex dictis supra) nisi qualitas qualificatiua, hæc ãt qualificatio uel est per qualitatem essentialẽ (de qua dictum est iam supra) uel per qualitatem accidentalem: eo modo quo dicimus, quòd numerus quidam est superficialis, quidam solidus, & sic de aliis: *Qualitas duplex.* Ita quòd quando dicitur, quòd illud, quod est in numero præter quantitatem eius, est qualitas; si intelligatur de qualitate essentiali specificè, sic est in primo modo qualis, hic diffiniti: si autem intelligitur de accidentali, sic est in secundo modo: Quòd autem Philosophus de utroque intellexerit, patet: postquam dixerat de qualitate accidentali, scilicet de superficiali, & solido: statim concludebat, quod est in numero præter quantitatem, est qualitas; quasi intelligẽs de ista: hæc autem concludens, exemplificauit de qualitate senarii, dicens: quòd est semel sex, quæ qualitas (ut in superioribus dicitur) est qualitas essentialis senarii; ergo si sic exemplificauit, intellexit etiam de ista: ita quòd in quæstione una intelligitur, & in exemplo alia.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum substantia ipsius senarii sit semel sex, sicut dicit Philosophus? Respondeo dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidẽtiam notandum est, quòd substantia cuiuslibet rei una est, in nulla alia reperta, nisi in illa, cuius est substantia: & loquor hic de substantia specifica: illud *Substantia cuiuslibet rei est una.* autem, quod in uno tantum est, & in nullo alio reperitur; tantum semel est, quia nullius alterius est; & hoc modo substantia senarii tantum in senariis est, quia in nullo altero est; ideo dictũ est semel: Voco autem substantiam senarii, propriã rationem mẽsurandi; qui enim dicit, aliquos homines esse sex; una mensura specifica eos mensurat, quæ in nullo alio numero est: & ideo tantum semel est. Quasi ergo dicat Philosophus, substantia senarii est semel sex, hoc est ipsa senaritas.i.propria ratio mensurandi, semel tantùm repetita: illud autem, quod bis repetitur; non pôt esse senarii substãtia; quia unius una est substantia, & essentia: & ideo bis tria non potest esse senarii substantia & essentia, quia qua ratione esset bis tria, eadem ratione esse ter duo: & si ita esset, unius rei duplex esset diffinitio. s. bis tria, & ter duo: & sic essentia senarii non esset in semel, sed in bis: ter ergo duo, uel bis tria ad qualitatem numeri posset spectare, sed non spectat ad qualitatem, quia qualitas essentialis numeri est in semel tantùm, & non in bis. Deinde cum dicit.

Ampliùs quæcunque passiones sunt earum, quæ mouentur substantiarum.

Ponit modos qualitatis, qui spectant ad motum & mutationem: Et diuiditur in duas partes, secundùm duos modos positos. Secunda ibi [Ampliùs secundùm uirtutem.] Dicit ergo primò, q; tertio modo dicuntur qualitates passiones substãtiarum mobilium, per quas mouentur ipsa corpora: sicut calor & frigus, grauitas & leuitas &c. & quæcunque similia, secundùm quæ permutantur corpora, quę permutantur: & est tertius modus, positus in Prædicamento qualitatis. Deinde cum dicit. *Qualitates passibiles.*

Ampliùs secundùm uirtutem & uitium, & omnino bonum & malum.

Ponit secundum modum, dicens: quòd alio modo dicitur qualitas, secundùm quam aliquid disponitur ad uirtutem uel ad uitium, & uniuersaliter ad bonum & malum, sicut per scientiam & ignorantiam, sanitatem & infirmitatem: & ista est pri- *Qualitas qua, est dispositio.*

est prima species qualitatis posita in Prædicamentis: Et iste modus aliquo modo spectat ad motũ; eo modo quo dicimus, quòd aliquis alteratur de ignorantia ad scientiam; licèt non sit propriè alteratio.

Quæstio. Quæreret quis cum Commentatore: Quare non enumerauit hic secundam speciem qualitatis, scilicet naturalem potentiam, uel impotentiã: cum enumerauerit alias tres? numerauit enim quartam in secundo modo qualis, hic posito: tertiam in secundo: primam in quarto? Respondet ad hoc Commentator: quòd secunda species qualitatis, scilicet potentia naturalis, & impotentia, & sunt præparationes quædam, & sunt potentię quædam; & non sunt qualitates in actu; sed sunt quædam præparationes, quæ sequuntur qualitates substantiales; eo modo quo potẽtia cursoria, qua aliquis dicitur cursor: non est nisi potentia quędam habilitans, quę sequitur propriam cõplexionem: sic ergo & præparationes sunt & potentiæ sunt: inquantum potentiæ sunt, numerat eas inter potentias: inquantum præparationes sunt, sunt quædam priuationes; & ideo de istis non determinatur hic. Sed quæreret, hic statim aliquis, ubi hoc numerat? Commentator soluit, quòd in Cap. de Potentia, dicens: quòd quartus modus potentię est secundus gradus qualitatis: quartus autem modus potẽtiæ fuit habitus, per quem subiectum redditur tale, ut non facilè patiatur: Ex quo apparet, quòd non omnis modus potentiæ est in secunda specie qualitatis: ex qua secunda specie qualitatis determinat. ibi tantùm unum modum potentiæ, scilicet quartum. Deinde cum dicit.

Ferè uerò secundũm duos modos dicitur quale, et horũ quoddã maximè: secũdùm priorem. Nam prima qualitas substantiæ differentia: eius uerò quædam & quæ in numeris qualitas, pars. Nam differentia, quædam substantiarum, sed aut non motorũ, aut non inquantùm mota.

Modi qualitatis reducũtur ad duos. Reducit omnes modos, scilicet qualitatis ad duos: Vbi notandum est, ut uideatur litera; quòd modi qualitatis uel concernunt motum, uel non concernunt: primus, & secundus non concernunt motum; & ideo ad unum reducũtur: tertius, & quartus motum concernunt: & ideo sub uno comprahenduntur: & ita quatuor comprahendũtur sub duobus; primò ergo reducit duos primos: secundò reducit duos sequentes: tertiò manifestat quoddam, quòd dixerat. Secunda ibi [Hę autem passiones motorum] Tertia ibi [Maximè uerò bonum & malum.] Dicit ergo, quòd ipsum

Quale dupliciter. quale ferè dicitur duobus modis, siue secundùm duos modos; inter quos modos principalissimus est primus modus, secundùm quem modum differentia substantiæ, idest substãtialis dicitur qualitas: & ad istum modum reducitur secundus. Et hoc est, quod subdit; quòd qualitas, quę est in numeris, est quasi quædam pars huius: quia qualitas in numero est quasi quædam differentia, sicut fuit

E in primo modo; eo quòd ista qualitas numeri est quædam differentia substantiarum non motarũ; uel si mouẽtur non est differentia earum inquantum mouentur. Notandum est, quòd primus modus & secundus in duobus conueniunt; & iõ sub uno cõprehendũtur: cõueniũt. n. in hoc quia qualitas in primo modo est differentia, & similiter qualitas in secundo modo: cum enim dico numerum esse substantialem, numerum dico qualitatem, & dico qualitatem talem, quæ facit differre numerum ab alio numero: ergo differentia est: licèt non sit differentia eo modo, quo modo est in primo: quia illa est essentialis, ista non. Hanc quidem conuenientiam tetigit Philosophus, cum dixit, quòd qualitas in numeris pars quædam est

Primus, & secũdus modus conueniũt in duobus.

F primi modi; quia differentia est: Scd̃a conuenientia, quia sicut qualitas in primo modo non cõcernit motum, ita nec qualitas secundi modi: & hãc tetigit Philosophus, cum dixit; quòd qualitas secundo modo est differentia rei non motæ, uel in quantum non motæ. Notandum est etiam, quòd qualitates appellat substantias, cum dicit; quòd qualitas secundo modo est differentia substantiarum: huius ratio duplex potest esse; una quia hæc dicit secundùm opinionem illorum, qui ponebãt separatas qualitates, & per se subsistentes: secunda ratio potest esse, quia in qualitate reperitur quidam modus substantiæ; modus enim substantiæ est, quòd alicui substet; in Prædicamento autem qualitatis reperitur aliquid significatum per modum substantis, & aliquid per modum passio

Qualitas cur dicatur substantia.

G nis; sicut in proposito, cum dicimus, numerum qualem; numerus significat rem suam per modũ subiecti, & quale per modum passionis. Deinde cum dicit.

Hæ autem passiones motorum, inquantum sunt mota, & motum differentiæ. Virtus autem, & uitium passionum pars quædam est. Differentias enim ostendunt motus, & actus, secundũ quos faciũt, uel patiuntur benè, aut prauè, quæ sunt in motu. Possibile nanque sic moueri, aut agere, bonum quod uerò non sic, sed contrariè, prauum.

Reducit duos modos ultimos ad unum; & ratio tota est in hoc: quòd qualitas tertio modo dicit motum, & est differentia concernentium motum; & similiter qualitas quarto modo: ergo qualitas duorum modorum sequẽtium,

H scilicet tertii & quarti sub una qualitate compræhenduntur, scilicet contrahente motum: Sic ergo primò ponit, quòd qualitas tertio modo concernit motum, dicens: quòd passiones qualis tertio modo dicti, sunt differentiæ corporum motorum inquantum mota sunt: quasi dicat motum concernunt: Et similiter illæ qualitates, quæ sunt in quarto modo; motum concernunt, & passionem: Et hoc est, quod subdit, quòd uirtus & uitium, quæ sunt qualitates in quarto modo, hic posito; sunt quasi quædam pars passionum, hoc est qualitatis, ostendentes passionem, & motum; nã uirtus & uitium ostendunt differentias motus, & actus;

actus; secundùm quos motus aliqui benè faciunt, uel prauè; benè patiuntur, uel prauè; benè faciũt, & benè patiuntur quantùm ad motum uirtutis: prauè faciunt, & prauè patiuntur quãtum ad motum uitij: Et hoc est, quod subdit: quòd benè facere, & prauè sunt in motu: nam possibile est secundùm motum uirtutis benè moueri, & agere bonum: quòd autem sic mouetur, uirtualiter mouetur: quòd autem, contrariè mouetur, prauum est, & est motus uitii. Deinde cum dicit.

Maximè uerò bonum & malum significant qualē in animatis & horum maximè. in habētibus proęresim, idest electionem, uel propositum.

Bonū, & malū sunt qualitates, & in quibus. Declarat quoddam, quod dixerat: dixerat autem, quòd bonum & malum qualitates sunt: uult ergo ostendere cuius sunt qualitates; & dicit, quòd bonum & malum quale significant, & qualitatē; sed non in omnibus, sed in rebus animatis, non in omnibus animatis, sed solũ in habentibus proęresim, hoc est electionem; hoc est significant qualitatem in talibus, quorum est propriè eligere.

Quaestio. Quæreret quis, Vtrum bonum & malum dicãt qualitatem in habentibus electionem? Respondeo dicendum est, quòd sic; quod patet, quia bonum & finis conuertuntur; ubi est propriè ratio finis, ibi est ratio boni; sed ratio finis propriè est in intelligibilibus; ergo & rō boni: Quòd autem propriè ratio finis sit intelligibilibus, patet; duo sunt enim, quæ agunt propter finem, scilicet natura, & intellectus: sed differenter, quia natura agit propter finem, non quia statuat sibi illũ finem, sed agit propter finem statutum sibi ab aliquo: quòd enim natura plantę per debita media perueniat ad complemētũ, hoc non habet à seipsa; sed hoc habet ab illo, qui produxit plantę naturam in esse; ita quòd sub aspectu eiusdem agentis cadit planta, & ordo, & finis: Natura autem intellectus sic agit propter finem, quòd sibi statuit finem; quia præcognoscit illum finē: Sic ergo quia omne, quod agit propter illud, quod sibi statuit, propriùs agit propter illud; quàm illud, quod agit propter finem sibi statutũ ab alio; & intellectus agat propter finem, quem sibi statuit: ergo intellectus propriùs agit propter finem; & per consequēs propter bonum: Quod sub breuioribus uerbis posset dici sic; quod agit propter finem sic ipsum monendo, propriùs agit; quàm illud, quod agit motum ab alio ad ipsum finem; intellectus est huiusmodi respectu naturæ; ergo &c.

Vbi rō finis, ibi bonum. — Rō finis in quibus sit. — Natura, & intellectus agunt pp finem: sed differenter.

TEX. 20. *Ad aliquid dicuntur alia per se, ut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiã partem, & totaliter multiplicatum ad multiplicati partem; & continens ad contentum.*

Modi multiplices relationum. Hic distinguit modos relationis: Et diuiditur in duas partes; quia primò distinguit modos relationis per se: secundò modos relationis per accidens. Secunda ibi, [Ergo secundùm se dicta.] Prima in duas, quia primò dat triplicem modum relationis: secundò explanat unumquodq; istorum modorum: Secunda ibi, [Dicuntur autem

A prima quidem secundùm numerum.] Prima in tres, secundùm q̃ tres modos ponit ad aliquid: Secunda ibi [Aliud ut calefactiuum] Tertia ibi, [Aliud ut mensurabile.] Dicit ergo primò, quòd relatiua dicuntur primo modo, modo numeri; eo modo quo dicimus, q̃ dimidium dicitur relatiuè ad duplum; & triplum ad tertiam partem, & multiplex ad partem multiplicis. i. sub multiplex; & uniuersaliter continens ad contentum: Quasi dicat, omne excedens aliquid secundùm quantitatem, dicitur relatiuè ad illud, quod excedit; & secundùm modum excessus uariantur relatiua: sicut aliter excedit binarius, & aliter ternarius: ergo propter excessum binarii fit duplum, ternarii triplum; & sic semper descendendo. Deinde

Oē excedens secūdū quātitatem, dicitur relatiuè ad quod excedit.

B cum dicit.

Aliud ut calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omne actiuum ad passiuum.

Ponit secundum modum, dicēs: secundo modo dicitur relatio secundùm potentiam actiuam & passiuam; eo modo quo dicimus, quòd calefactiuum dicitur ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omne actiuum ad passiuũ. Deinde d.

Alia ut mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

Ponit tertium modum relationis dicēs, q̃ tertio modo dicitur relatio, eo modo quo mensurabile refertur ad mensuram; sicut dicimus q̃ scibile refertur ad scientiam, & scibile mēsura est, scientia mensuratum: & sensibile refertur ad sen-

C sum, & sensibile mensura est, sensus autem mensuratum.

Quæreret quis, Vtrum relatio habeat uariari per istos tres modos? Respondeo duo sunt hic ostendenda, primum est, quòd omnis relatio fundamentum requirit: secundum est, quòd uariatio modorum relationis est pœnes fundamentũ: ex quo patebit, quòd penes tria sunt tres modi relationis. Ad euidentiam primi notandum est, q̃ relatio est quoddam ad aliud: unde relatio non est nisi habitudo & ordo inter duo extrema: sic ergo cum relatio sit quoddam ad aliud, & omne ad aliud respectu eius, quod in se est; habeat debile esse; oportet quòd relatio habeat de se debile esse: omne autem, quod habet debile esse, oportet figi super aliquo fixo; fixum autem appello il-

Quaestio. — Omnis relatio duo requirit. — Relō quid.

D lud, quod est in se firmum respectu eius, quod ē ad aliud: ergo illud, quod in se est, hoc est, prædicamentum absolutum erit fundamentum eius, quod est ad aliud, hoc est, prædicamenti relati; sic ergo relatio propter suum debile esse fundamentum habet, scilicet prædicamentum absolutum: ita quòd omne, quod respectiuè dicitur, est aliquid aliud præter illud, quod relatiuè dicitur; hoc est dicere, omne, quod ad aliud est, habet relationem, & etiam cum hoc aliquid absolutum præter illam relationē, super quod fundatur ista relatio: sicut si aliquid refertur secundùm similitudinem, est aliquid aliud præter similitudinem; quia præter relationem est ibi qualitas, super quã fundatur

Debile oportet figi sup aliquo fixo. — Absolutum est fundamentum relationis.

tres species. s. modus unius & diuersi primã; modus potentiæ & actus secundam: modus perfecti tertiam: & quia isti modi sufficienter uariant naturam fundamentorum, ideo sunt tres species relationis.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrũ primus modus differt à tertio? Videtur q̃ nõ; quia tertius modus ẽ pęnes mensuram & mensuratum: primus autem modus pœnes maiorem & minorem numerum; minor autem numerus mensurat maiorem. Ad oppositũ est, quia omnis diuisio est per opposita: ergo primum mẽbrum nõ incidit cum tertio. Respõ. dicendũ, q̃ ea, quæ sunt in primo modo; puta duplum & dimidium, minor numerus & maior, unitas & numerus possunt considerari duobus modis: uno modo scd'm q̃ minor numerus mensurat maiorem; & sub isto aspectu se habent sicut mensura & mensuratum; nec sub isto aspectu faciunt primum modum: alio modo possunt considerari maior numerus & minor, & duplum & dimidium, secundũm q̃ habent quantitatẽ inæqualem; & secundùm hoc cadunt sub specie inæquali, & cadunt sub primo modo. Ad cuius euidentiam notandum est, q̃ quidam distinguunt sic relationes, q̃ quædam sunt relationes similium nominum; quædam sunt dissimilium noium; relationes dissimilium noium sunt in triplici differentia secundùm tres modos, quos hic ponit Arist. modo numeri, ut duplum & dimidium; quæ non habent similia nomina; quia sub alio nomine dicitur duplum, & sub alio dimidium: modo potentiæ & actus, sicut calefactiuum & calefactibile; quæ etiam habent diuersa nomina: modo mensuræ & mensurati, sicut sensus & sensibile, quæ habent dissimilia nomina. Relationes autem similium nominum sunt in triplici differentia: cuius ratio est, quia relationes similium nominum semper sunt modo unius, & fundatę super unum: secundùm ergo triplicem unitatem erunt tres relationes similium nominum; quia si relatio fundatur super unitatem substantiæ, fit identitas, quę est species relationis: si super unitatẽ quãtitatis, fit ęqualitas: si super unitatem qualitatis est similitudo. Vocantur autem istę relationes similium nominum, quia simili nomine non uariato, unum extremum refertur ad aliud; sicut simile ad simile, & æquale ad ęquale; idem autem ad idem. Si sic ergo dicuntur relationes similium nominum, non sunt nec in primo modo, nec in secundo, nec in tertio posito ab Aristo. quia omnes tres modi prędicti sunt dissimilium nominũ; omnes autem relationes dissimilium nominum diuiduntur contra illos, quę sunt similium nominum: & per consequens relationes istorum triũ modorum diuiduntur contra illas: & si sic est, diuisio, quam hic ponit Aristo. insufficiẽs est; quia non euacuat omnia genera relationum. Dico ergo aliter, quòd relatio modo ęqualis, & modo inęqualis, cadit sub primo modo; & modo similis & dissimilis: & modo eiusdem & diuersi. Cum

Vnitas, & numerus duplicter.

Relões dissimilium, et similium nominũ.

E enim opposita cadant sub eodem modo relationum; sub quo modo ęquale est, & inęquale: cum ergo ęquale sit in primo modo, sicut exemplificatum est de duplo & dimidio; ergo & ęquale erit in eodem: nec non simile & dissimile, & idẽ & diuersum. Debemus enim imaginari, quòd primus modus est modo unius, & modo multi: quod alii uocant modo numeri; quia omnis numerus multitudo est: si ergo sit modus unius, sic est simile, ęquale, & idem: uocantur autem modus unius propter unitatem qualitatis, quantitatis, & substantię; quę sunt eorum fundamenta. Si autem sit modus multi, sic est diuersum, dissimile, & inęquale: uocantur autem modus multi, & modus numeri; quia ubi est diuersitas, ibi substantia numeratur contra substantiam; ubi est idẽtitas, substantia non numeratur contra substantiam, inquantum hoc, & formaliter. Similiter ubi est inęqualitas, quantitas numeratur contra quãtitatem; quia ubi est inęqualitas, ibi unitas non est: ubi autem unitas non est, & quantitas est, ibi est numerus quantitatis. Eodem modo ubi dissimilitudo est, ibi est numerus qualitatis, eo quòd albedo numeratur contra nigredinem; & è conuerso. Sic ergo secundùm proposita duplum & dimidium faciunt primum modum, non secundùm quòd induunt rationem mensurę, & mensurati; sed secundùm quòd induunt rationem cuiusdam inęqualis, & modum numeri: ita quòd primus modus capiat omnes relationes, quę sunt modo unius, & modo numeri.

Vbi inæqualitas, ibi nõ est unitas.

G Ad argumentum patet responsio; q̃ duplum, & dimidium non sunt in primo modo, secũdùm quòd induunt rationem mensurę & mensurati, sed secundùm quòd induunt rationem inęqualis & similium nominum, ut patebit in sequenti Questione.

Queritur. Vtrum diuisio relationis per similia & dissimilia posit reduci ad diuisionem Philosophi? Respondeo dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd relationes dissimilium nominum capiunt secundum, & tertium modum relationis: nam in secundo modo extrema relationis semper sub dissimili nomine se aspiciunt, sicut pater & filius, dominus & seruus; quę se aspiciunt sub dissimili nomine, sicut & fundamenta eorum, scilicet potentia actiua, & passiua. Similiter relationes tertii modi se aspiciunt sub nomine dissimili; sicut sensibile & sensus; quę se aspiciunt sub nomine dissimili, sicut & eorum fundamenta; quę sunt completum & diminutum, uel mensura & mensuratum. Relationes similium nominum capiunt primum modum. nam relationes, quę sunt modo numeri, aspiciunt se simili nomine; inęquale est inęquale respectu inęqualis; & dissimile respectu dissimilis dissimile est. similiter diuersum est diuersum respectu diuersi: eodẽ modo relationes unius, scilicet simile simili simile, & sic de aliis. Notandum tamen

Quæstio.

Relões dissimilium nominum capiunt secundum & primum modũ relonu.

Relões similiũ nominũ capiunt primum modũ.

men quòd aliqua sunt in isto primo modo, quæ in unitate aspiciunt se sub simili nomine; sicut sunt relationes fundatæ super unum, ut simile, & æquale, & idem: aliqua sunt, quæ se aspiciunt dissimili nomine in specie, & tamen se aspiciunt simili nomine in genere. V. g. duplum & dimidium, continens & contentum, quæ secundùm rationem speciei diuersa nomina habent, ut nomen dupli & dimidii, quæ sunt alia nomina: secùdùm autem, ꝙ induunt rationem generis, sic se aspiciunt sub simili nomine, quia unum inæquale est alteri: & secundùm illum modum aspiciẽdi ponuntur in primo modo. Ex hoc meliùs patet præcedens quæstio, quia si præcisè duplum & dimidium sunt relationes dissimilium nominum, sicut mensura & mensuratũ; sic comprehenduntur sub tertio modo: si autem induunt rationem similium nominum; eo modo quo induunt rationem numeri, & æqualis; sic sunt modo numeri, & sunt in primo modo, & non in tertio.

Quæstio. Consequenter quæritur. Vtrum illa diuisio, quam dant Logici, scilicet, quòd quædam sunt relationes æquiparantiæ, quædam superpositionis, alia suppositionis; contineatur sub diuisione, quam hic ponit Philosophus. Respondeo dicendum quòd sic. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd æquiparantia & non æquiparantia attenditur pœnes fundamentum; quando. n. unum fundamentum unius relationis naturali ordine supponitur fundamento alterius, ex hoc oritur, ꝙ relatio fundata superiorum fundamentum, est superpositionis; fundata autem alia relatio est subpositionis; quando autẽ naturaliter fundamentum relationis unius, æquatur fundamẽto alterius; tunc relationes æquãtur, & fundantur relationes æquiparantiæ. His uisis, patet ꝙ relatiua secundi generis, & tertii fundantur super relatiua subpositionis, & superpositionis; relatiua autem in secundo genere fundãtur super potentiam actiuam & passiuam: potentia autem passiua naturali ordine subiicitur actiuæ; ideo relatio fundata super potentiam passiuam suppositionis est; fundata autem super actiuam superpositionis est: sicut filiatio, & seruitus, subpositionem dicunt; paternitas & dominium superpositionem: relatiua autem tertii modi fundata sunt super perfectum & imperfectum in formis; imperfectum autem naturali ordine supponitur perfecto: ideo relatiua fundata super huiusmod fundamenta erunt suppositionis & superpositionis; & sic mensura & mensuratum, quæ sunt relationes tertii modi; dicunt suppositionem quò ad mensuratum; & superpositionem quò ad mensuram: relatiua autẽ primi modi sunt relatiua æquiparantiæ, quia fundamenta horum relatiuorum quandam æqualitatem dicunt, eo ꝙ fundantur super unum; licèt super alio, & alio uno, quò ad simile, æquale, & idem: cum ergo unum ut unum æqualitatem dicat, ergo illa relatiua æquiparantiæ dicunt æqualitatem. Sciendum est, ꝙ relatiua

Aequiparãtia, & non æquiparantia pœnes quid.

In quib. fundãtur modi relatiuorũ.

Relatiua duplicia.

E in isto modo sunt in duplici differentia. s. modo unius, & mõ numeri: mõ unius sicut simile, æquale, & idem; & in istis statim apparet æqualitas æquiparantiæ: mõ numeri, sicut inæquale, dissimile, & diuersum: & in istis aliqñ non apparet æquiparantia in spẽ; licèt sit ſp in genere: ut patet de duplo, & dimidio; quæ in se considerata suppositionem dicunt ex parte dimidii, & superpositionem ex parte dupli; quæ tamen duplum, & dimidium inquantum induunt rõnem inæqualis æquiparantiam induunt: nam sicut duplum est inæquale dimidio, ita & dimidium duplo.

Quæreret quis. Vtrum diuisio relatiuorũ, quã dant aliqui per cões, & non cões, cõtineatur sub diuisione Philosophi, hic data? Resp. ꝙ sic. Vbi F notãdum est, ꝙ cõe, & nõ cõe uoco uniforme, & non uniforme: uniforme ãt, & non uniforme in relatiuis põt accipi ex parte fundamentorũ, & ex parte noium; & per consequens relationes cões, & non cões accipi possunt ex parte fundamentorum, & ex parte noium: quãdocunq; ergo ita est, ꝙ fundamẽta relationum uniformi aspectu se se aspiciunt; tunc & noia ipsorum relatiuorum uniformi noie se aspiciunt; & tunc relationes fundatæ super hmõi fundamenta, & habentes talia nomina, uocantur cões, & uniformes: quando autẽ fundamenta relationum difformi aspectu se aspiciunt, & ẽt noia; tunc relationes fundatæ super talia fundamenta difformia uocantur, & non cõmunia. Si hęc sunt uera, patet ꝙ relatiua difformia, & non cõia comprehendunt secundum & G tertium modum; quia fundamẽta secundi modi, & tertii difformiter se aspiciunt; quia aliter aspicit potentia actiua passiuam; aliter autem passiua actiuam: nec non aliter aspicit perfectum imperfectum, & aliter imperfectum perfectum: & tam ista relatiua, quàm illa non nominantur communi nomine, sed difformi. Relatiua autem communia, & uniformia comprehendunt primũ modum; quia fundamenta horum relatiuorum sunt uniformia, sicut similis, æqualis, & eiusdem; quia unum ut unum uniformitatem dicit; & similiter unum ut unum numeraliter in substantia fundatur, identitas super unum ut unum, in qualitate similitudo, & in quãtitate æqualitas. Similiter hęc H relatiua uniformi nomine nominantur; eodem modo relationes his oppositæ. s. diuersum, dissimile, & inæquale habent aliquo modo uniformitatem in fundamentis; quia utrunq; fundatur super numerum & numerum. Nõ. n. debemus imaginari, ꝙ dissimilitudo albedinis ad nigredinem fundetur super albedinem tantùm, uel nigredinẽ tantùm; sed super albedinem, ut in ea saluatur numerus contra nigredinem formaliter, & è conuerso; ut sicut similitudo non fundatur super albedinem, sed super unitate formali albedinis; ita dissimilitudo super numero albedinis & nigredinis; & inæquale super numero quantitatis; & diuersitas super numero substantiæ: in his ẽt saluatur nominis uniformitas, ut inæquale respectu inæqualis,

Quæstio.

Cõe, & non cõe quid.

A. l. & uni

inæqualis, & diuersum respectu diuersi,& dissimile respectu dissimilis.

Quæstio. Consequeter quæreret quis, Vtrū diuisio relatiuorū, quā aliqui dāt, scilicet q relatiuorū quedam sunt disparata, quædam sunt opposita, sit eadem cum ista, quæ dicta est à Philosopho? Respondeo dicendum est, q non. Ad cuius euidentiam sciendum est, q utrunque membrum huius diuisionis concernit quemlibet modum, datum à Philosopho: quia in primo modo sunt relationes oppositæ & disparatæ (& semper loquor hic de oppositione relatiua) sic in secundo modo, & tertio sunt relationes oppositæ & disparatæ: Vt autem hoc uideatur notandum est, q oppositio, & disparatio in relatiuis debet accipi pœnes fundamentum: fundamenta autem disparata uocantur, duo fundamēta, quæ distant formaliter: quia disparatio est diuersitas in formis; quæ tamen nō distant subiectiuè; quia nō est impossibile, q sint in eodem subiecto, & quòd non mutuò se aspiciant per modū cuiusdam ordinis naturalis. Exēpla, quantitas, & qualitas, quæ faciunt similitudinem, & æqualitatem; sunt duo fundamenta disparata; quia formaliter differunt; accipiendo differentiam formalem pro differentia generis; tamen non distant subiectiuè; quia possunt esse in eodē subiecto; idem.n. subiectum pōt esse quantum, & quale: Nec habent mutuum aspectū per modum cuiusdam ordinis: & ideo relationes fundatæ super talia fundamēta uocantur disparatę: & sicut earum fundamenta differunt formaliter; ita & hæ relationes, scilicet similitudo, & æqualitas: & sicut fundamenta possunt esse in eodem subiectiuè; ita & relationes; idem.n. potest esse simile & æquale: unde si cōtingat, q relationes disparatæ aliquando nō possunt esse in eodem, hoc est solùm ratione materiæ, non ratione formalitatis disparationis: formalitati.n. disparationis non repugnat, q duo disparata sint in eodem. Similiter hæ relationes nō mutuò se aspiciunt, nec enim æquale aspicit simile, nec simile æquale, & ideo non sunt opposita relatiuè: appellātur.n. opposita relatiuè, quæ sub ordine quodā mutuò se aspiciunt, sicut simile aspicit simile, pater filium, & mensura mensuratum: Ex quo apparet, q disparatę relationes concernunt oēs modos hic positos a Philosoph. quia in primo modo possunt esse relationes disparatæ, sicut simile & æquale: & in secundo, sicut pater & dominus: & in tertio, sicut sensibile & scibile, siue scīa & sensus; fundamenta autem, quæ fundant relatiuè apposita, sunt fundamenta, quæ mutò se ordine, & aspectu aspiciunt; eo modo quo potentia actiua aspicit passiuam, & è conuerso, quantùm ad secundum modum: & completum & diminutum, & e conuerso, quantùm ad tertium: & numerus aspicit numerum, & unum unum, quò ad primū. Et Ideo relationes fundatæ super huiusmodi fundamenta, uocātur relationes oppositæ: de quorū relatiuorū natura est, q mutuò se se aspiciāt pro-

Disparatè opposita.

Disparatio quid.

Opposita relatiuè.

A pter mutuū aspectum fundamētorum, & q unū relatiuū sit extremum respectu alterius: Ex quo contingit, q relatiua opposita circuunt oēs modos relationis hic positos: quia in primo modo duplum aspicit dimidium, & è conuerso: in secūdo modo pater filium, & è conuerso: in tertio modo sensibile sensum, & è cōuerso. Propter quod sequitur, q relatiuè opposita nō semper differunt formaliter, simile.n. aspicit simile, sicut sibi oppositum relatiuè; & tamē simile & simile specie nō differunt; sicut & sua fundamenta, ut albedo & albedo: Et si alicubi dictum sit, q omnis oppositio est ex distantia formali, nō est uerum ubiq; semper in oppositione relatiua, est tamē uerum, q opposita relatiuè semper distant subiectiuè:

B cuius ratio est, quia illa uocantur relatiuè opposita, quæ mutuo aspectu se aspiciunt, quorum unū est extremum respectu alterius: impossibile est .n. q unū & idē subiectum sit extremū respectu sui ipsius, uel habeat realiter naturam duorum extremorum: quasi dicat Philosophus, hæc oppositio relatiua requirit dualitatem, quæ quidem dualitas non est in uno subiecto, ergo opposita relatiuè distant subiectiuè. Vbi est notandum, q relationum quædam distant formaliter, quædam numeraliter (appello hic formalitatem largo modo.s. secundùm q se extendit ad formalitatem generis & speciei). Formaliter illa dicuntur distare & differre, quorum fundamenta distant formaliter, siue distant genere, siue specie:

C & inter ista sic distātia quædā distant formaliter & subiectiuè & hoc est quādo.s. distātia formalis simul cōcurrit cū oppositione relatiua: quædā distant formaliter tantùm, & non subiectiuè; sicut simile & æquale; & hoc est quàndo distantia formalis non simul concurrit cum oppositione relatiua, sic est disparata: Illa autem dicuntur distare numeraliter, quorum fundamenta distant solùm numeraliter, sicut simile & simile, pater & filius, &c. & in istis aliquando contingit, q distantia numeralis concurrit cum oppositione relatiua, sicut simile & simile: aliquādo nō concurrit, sicut pater & pater, pater.n. non refertur ad patrē: Et prima distant subiectiuè, idē.n. subiectum, respectu eiusdem, eodem modo nō habet duplicem similitudinem: & duplici ratione sic

D distant, prima ratio est, quòd duo accidētia eiusdem speciei non sunt in eodem subiecto, siue absoluta, siue respectiua; sicut.n. duæ albedines nō possunt esse in eodem subiecto, sic nec duæ similitudines: secunda ratio est propter oppositionē relatiuam, opposita enim relatiuè requirunt dualitatem extremorum, quæ quidem dualitas in eodem subiecto saluari non potest. Secunda similiter distant subiectiuè, non propter oppositionem relatiuam, quia iam prædictum est, quòd illa non opponūtur relatiuè; ergo solū hoc propter primā rōnē, quia duo accidētia eiusdē speciei nō possūt esse in eodē subiecto, ita in relationibus, sicut in fundamētis: Vnde sicut ī vno patre nō sunt

Relatiuè opposita sp̄ subiectiuè distant, nō āt semper formaliter.

Distātia relationū duplex.

Quæ numeraliter distant.

Oppō relatiua quid requirit.

duo potentiæ actiuæ, ita nec duæ paternitates.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum diuisio relationum, quę consueuit dari, ꝙ quædam sunt relationes secundùm rem, quædam secundùm rõnem; sit eadem cum illa, quam hic ponit Philos. uel contineatur sub ea. Respõ. ꝙ non: ubi duo sunt declaranda: primum est, quid uocetur relatio secundum rẽ, & secundum rõnem: secundum est, ꝙ relatio secundùm rem & secundùm rõnem possunt reperiri in quolibet modo. s. in primo, secundo, & tertio.

Relõ quid & quotuplex.

Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ relatio non est nisi quædam habitudo, & quidam ordo inter aliqua duo, & quoddã ad aliud: & quia oẽ ad aliud (ut dictum est supra) hẽt debile esse respũ eius, quod in se est; lõ dictum fuit supra, ꝙ ipsum ad aliud, & ipsa habitudo fundamentum requirit: Aliquãdo ergo cõtingit, ꝙ hoc ad aliud, & hæc relatio, atque habitudo ex natura fundamenti oritur; ita quòd istam habitudinem non ponit intellectus; sed illa ponitur à natura fundamenti; quia ex natura oritur fundamenti; & quãdocunq; ita est, illa habitudo uocatur habitudo realis, & relatio secundũ rẽm: quæ ideo dicitur realis, quia à realitate fundamenti oritur; ita ꝙ oẽ illud, quod largitur naturam talis fundamenti, largitur naturam habitudinis. Exemplum ad hoc, similitudo est relatio realis, quia ipsa similitudo oritur ex realitate sui fundamenti. posita. n. natura albedinis, statim ponitur similitudo; & omne illud, quod largitur naturam albedinis, largitur naturam similitudinis; licèt primò & per se naturam albedinis, secundariò naturam similitudinis.

Quare in ad aliquid non est motus.

Et hæc est cã, quare in ad aliquid non est motus secundùm Philoso. 5. Physico. quia omne prędicamentum, in quo est motus, debet habere istam naturam; quia primò debet terminare motum, non mediante alio: quod est impossibile in relatione; quia impossibile est, ꝙ motus terminetur ad relationem, nisi priùs terminetur ad fundamentum: sicut similitudo nullum motũ terminat, nisi priùs albedo, uel alia qualitas, super quã fundatur similitudo; est terminus motus. Sic ergo relatio realis est, quę oritur ex realitate fundamẽti; ita ꝙ posito fundamento, ponitur relatio: nec obstat, ꝙ cum fundamento requiritur extremũ;

Quõ in relatione requiritur fundamentũ, et extremum.

quia extremum non requiritur sicut causa, sed sicut concausa: licèt. n. fundamentum, & extremũ requirantur ad relationem realem, tamen differenter: quia fundamentum sicut causa, à qua oritur: extremum uerò sicut causa sine qua non, & sicut terminus determinans dependentiam relatiui.

Relõ cur nõ numeratur inter prædicata, extrinsecus aduenientia.

Et hæc est ratio, quare prædicamentum relationis non numeratur inter prædicamenta extrinsecùs aduenientia; quia sua natura à fundamento oritur, fundamẽtum ãt intraneitatem habet: si. n. relatio oriretur ab extremo, sicut à cã; quia extremum extraneum & extrinsecum est, dẽret enumerari inter prædicamenta extrinsecùs aduenientia: prædicamenta. n. extrinsecus aduenientia, sicut sunt sex principia, ortũ hẽnt ab extrinseco ali-

E quo: sicut Quando, qui non est nisi quidã respũs in re tpali ad tempus; ortum hẽt ab ipso tpe; ita ꝙ respectus in ipso Quando ortum habet ab extremo: in relatione autẽ à fundamento. Similiter Vbi, est respectus locati ad locum, ortum habẽs aliquo modo à loco, & ita ab extremo; in relatione ãt à fundamento: sic ergo patet, quid est relatio realis.

Relõ rõnis quid.

Videndum est, quid est relatio sc̃d̃m rõnem: sicut. n. relatio sc̃d̃m rem est ipsa habitudò posita in re à natura rei; ita relatio sc̃d̃m rõnem est relatio, quæ est in re, non pp naturã rei, sed pp conceptum intellectus. Imaginabimur ergo intellectum, & fundamentum quasi duo agentia respectu relationum: quandocunq; ergo relatio est in re pp naturam fundamenti & pp
F causalitatem ipsius, realis est, ut dictum est; quando autem relatio est in re, non pp naturam rei, sed propter intellectum sic concipientem, uel comparantem illud, quod non est relatum, ad illud, quod est uerè relatum; tunc est relatio secundùm rationem. Verbi gratia, eiusdem ad seipsum non potest esse relatio secundùm naturam rei: quia ubicunque est relatio secundùm naturam rei, oportet quòd sit distinctio inter naturas rerum relatarum, quia omnis relatio est inter extrema distantia: eiusdem autem ad seipsum nulla est distinctio, oportet ergo, quòd hæc distinctio sit propter intellectum concipientem, qui unum & idẽ concipit ut duo, & per consequens refertur quidem, sed de se relatiuum non est.

Ergo sequitur quòd eiusdem ad seipsum non est. relõ realis, sed solũ secundùm rationem.

Similiter dextrum
G & sinistrum non sunt relationes in columna, quia in columna non est natura dexteritatis & sinistritatis, ex cuius natura possunt oriri istæ relationes; sed ista relatio & ista habitudo est ex eo quòd id, quod non est relatum secundùm rem, scilicet columna, refertur per intellectum ad id, quod est relatum secundùm rem, scilicet ad dextrum & ad sinistrum in animali; ita quòd illud, quod realiter est in uno, secundùm aliquam habitudinem similitudinis per intellectum ponitur in alio. Patet ergo primum uidendum, & declarandum, scilicet quid est relatio secundùm rem, & secundùm rationem.

Relõ secundum rem, et secundũ rõnem quõ possunt esse in quolibet mõ relationis.

Restat declarare secundum, scilicet, quòd relatio secundùm rem, & secundum rationem potest esse in
H quolibet modo relationis, hic posito ab Aristote. quod patet per omnes modos discurrendo. Nam in primo modo aliquæ relationes sunt modo unius, quæ oriuntur ex natura rei; ut similitudo inter duos albos, quæ oritur ex albedine utriusque: ergo secundùm illud, quòd declaratum est in primo, aliqua relatio realis est. Aliquæ sunt relationes in eodem modo, quæ sunt modo unius, quę non oriuntur ex natura rei, sed ex intellectu concipiente, sicut relatio eiusdem ad seipsum, quæ uocatur identitas; ergo secundũ priùs determinata tales sunt relationes secundùm rationem: igitur in primo modo potest utraque relatio reperiri, scilicet secundùm rem, & secundùm rationem. Et sic dico in secundo modo, quòd

quòd aliquæ sunt relationes secundùm rem, aliquæ secundùm rationem; omnes enim relationes, quæ respiciunt potentiam actiuam, uel passiuam, sicut fundamenta, in secundo modo relationes uocantur. Horum autem quædam sunt secundùm rationem, sicut dextrum & sinistrum in columna: certum est enim, quòd dextrum & sinistrum respiciunt potentiam actiuam in animali, ergo collocantur in relationibus secundi modi; & tamen sunt relationes secundùm rationem. Similiter creatio est relatio, qua refertur ille, qui creat ad rem creatam, & fundatur super potentiam creatiuam uel productiuam; ergo est relatio modo potentiæ, & sic secundi modi; & tamen est relatio secundùm rationem: quia si esset relatio secundùm rem, creator realiter referretur ad creaturam: si autem realiter referretur ad creaturam, haberet dependentiam realem ad creaturam, quod est impossibile. Quòd autem in isto modo sint relationes secundùm rem, omnibus manifestum est: quia calefactio & calefactibile, & alia exempla Philosophi sunt relationes secundùm rem. Sic ergo concludamus, quòd relatio tam secundùm rem, quàm secundùm rationem reperitur in primo, & secundo modo: sic in tertio modo, quia tertius modus est mensuræ & mensurati: inferius autem ostendetur, quòd mensuratum dicit relationem realem, & mensura relationem secundùm rationem. Et sic patet, quòd hi duo modi, scilicet, secundùm rem, & secundùm rationem circumeunt omnes modos prædictos; nec potest esse eadem diuisio cum illa, quam ponit hic Philosophus, sed hæc diuisio diuidit quemlibet modum positum ab Arist. in duo.

Quæstio. Vlterius quæreret quis. Vtrum diuisio, quæ dicit, quòd alia est relatio secundùm esse, alia secundum dici, sit eadem cum illa, quam hic ponit Philosophus? Respondeo, dicendum, quòd non. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd sicut iam prædictum est; quælibet relatio fundamentum concernit, & respectum; sed tamen fundamentum tanquam materiale, & respectum tanquam formale: quædam ergo diuisio accipitur in relationibus pœnes fundamentum, sicut patuit in prima Quæstione huius Capituli: diuisio autem secundùm esse, & dici accipitur pœnes respectum. *Relatiua secundum esse, & secundum dici.* Quando enim ita est, quòd aliquod relatiuum est habens respectum, & suum nomen importatur à natura respectus; tunc uocatur relatiuum secundùm esse: ita quòd denominatio sit assignatio nominis (appellatur enim hic esse quidditatiuum) quando ergo idem, quod principaliter importatur per nomen, est quidditas relationis; tunc est relatiuum secundùm quidditatem relatiui; & per consequens secundùm esse relatiui; quia esse hic uocatur quidditas. Quando autem ita est, quòd relatiuum includit relationem & respectum, sed tamen suum nomen non imponitur principali-

A ter à natura respectus, licèt illud dicatur relatiuum, & sit relatiuum; tamen secundùm dici, non autem relatiuum secundùm esse: cuius ratio est, quia unumquodq; quod dicitur, habet esse quidditatiuum ab illo, à quo principaliter nomen importatur: si ergo sit aliquod relatiuum, cui non imponatur nomen à respectu, sed à natura alterius prædicati, puta ab esse qualitatis; illud nomen dicitur habere esse quidditatiuum secundum qualitatem, non secundùm relationem; & per consequens (cum esse & quidditas hic accipiatur pro eodem) magis dicentur esse secundùm qualitatem, quàm secundum relationem: itaq; unumquodque diceretur esse tale secũdũ naturã illius prædicati, à quo imponitur. Ponatur exẽplũ, ut ista pateant: scia includit respectũ *Scientia realiter refertur ad scibile.* B realem; quia (sicut dicetur inferiùs) scientia realiter refertur ad scibile; & tamen non est relatiuum secundùm esse, sed secundùm dici: cuius causa est, quia non obstante, quòd scientia respectũ includat; tamen quia nomen imponitur à natura qualitatis, & non à natura respectus; magis dicitur esse tale secundùm qualitatem, quàm secundùm relationem: ita quòd scientia secundùm dici est relatiuum, secundùm esse est qualitas. *Scientia est relatio, & qualitas.* Ex quo patet, quòd non est idem relatio secundùm rem, & secundùm esse; neque secundùm dici, & secundùm rationem; quia si hoc esset, omnis relatio realis esset relatio secundùm esse; quod patet esse falsum in scientia. Possumus ergo sic imaginari, C quòd aliqua relatio est secundùm rem, & secundùm esse simul, sicut pater; sed tamen secundùm diuersas rationes; *Relatio secundum rē, & secundū esse simul.* secundùm rem quidem, quia includit realem respectum secundùm reale fundamentum: secundùm autem esse, quia sua quidditas importata per nomen principaliter importatur ab illo reali respectu incluso. Aliqua tamen est relatio realis, quæ tamen est secundùm dici; sicut scientia, quæ realis est, quia includit realem respectum: *Relatio realis, & secundum dici.* secundùm dici autem est, quia nomẽ non importatur à natura respectus, sed à natura qualitatis: ita quòd appellatur dici quidquid per nomen dicitur, siue principaliter, siue secũdariò; esse autem appellatur quidditas importata principaliter per nomen. Similiter aliqua est relatio D secundùm rationem, quæ tamen est secundùm esse; sicut dextrum in columna, quę secundùm rationem tantùm est, quia realiter non includit realem respectum: *Relatio secundum rationem, & secundum esse.* secundùm esse autem est: quia nomen dexteri in quocunque sit, siue in animali, siue in columna; principaliter importatur à respectu, & respectum principaliter importat: similiter creator in ipso Deo, licèt non sit propriè in genere, quia creator importatur à respectu; & sic secundùm esse quidditatiuum dicitur relatiuum; & tamen (ut prædictum est) non est relatiuum reale. Aliquod etiam est relatiuum secundùm rationem, quod est secundùm dici: *Relatio secundum rationem, & secundum dici.* secundùm rationem est quidem, quia non includit respectum realem, sed secundùm rationem tantùm: secun-

dùm dici uerò eſt, quia nomen non importatur à reſpectu eius. Exemplum ponunt aliqui de ſciẽtia in Deo, quæ quidem includit aliquãm relationem ſecundùm rationem, quia ſcientia diuina ad ſcibile ſolùm ſecundùm rationem refertur; quod eſt contrarium in ſcientia noſtra: eſt etiam relatiuum ſecundùm dici, quia nomen ſcientiæ nec in Deo, nec in nobis importatur à reſpectu.

Dicuntur autem prima quidem ſecundùm numerum, aut ſimpliciter, aut determinatè ad eos, aut ad unum.

Poſtquam ſuperiùs numerauit tres modos relationis, in parte iſta maniſeſtat illos modos. Et diuiditur in tres partes ſecundùm tres modos, quos maniſeſtat; Secunda ibi [Actiua uerò & paſſiua] Tertia ibi [Ergo ſecundùm numerũ, & potentiam.] Prima in duas partes, quia (ut dictum eſt in Quæſtionibus præcedentibus) modus primus continet relationes, quæ ſunt modo numeri: & modo unius; primò ergo maniſeſtat relationes modo numeri: Secundò illas, quæ ſunt modo unius; Secunda ibi [Et ampliùs æquale] Prima adhuc in duas, quia primò ponit modum primum: ſecundò maniſeſtat quædam, quæ in ipſo dixerat, ibi [Vt duplum ad dimidium] Ad euidẽtiam primi notandum eſt, quòd (ut dictum eſt in quæſtionibus) relationes, quę ſunt modo numeri, ſunt inæquale, diſsimile, & diuerſum: dictum enim fuit, quòd pro tanto duplum & dimidium ſunt in prima ſpecie, pro quanto induunt rationem inæqualis: exemplificat ergo Ariſtotel. in iſto modo ſolùm de inæquali, quòd eſt in numeris; eo modo quo multiplex & ſubmultiplex, duplum & dimidium dicunt quandam inæqualitatem. Vbi ſciendum eſt, quòd in numeris duplex proportio eſt, ſcilicet æqualitatis, & inæqualitatis: proportio æqualitatis eſt modo unius; & ideo de illa inferiùs dicetur, quando dicetur de æquali: proportio autem inæqualitatis eſt illa, de qua eſt hic intentio: ita quòd hic determinatur de inæqualitate in numeris, oppoſita æqualitati. *Proportio duplex in numeris.* Hæc autem proportio inæqualitatis in numeris; aliquando eſt ſecundùm numerum indeterminatum ad numerum indeterminatũ; eo modo quo dicimus, quòd multiplex & ſubmultiplex inęqualitatem habent; quia cum dico multiplex, dico aliquid, quod excedit ſub multiplex; & per conſequens dico aliquid, quod habet inæqualitatem reſpectu illius; ſed tamen quia non dico, in quanto excedit unum aliud ſecundùm numerum determinatum; ideo eſt proportio ſecundùm numerum indeterminatum ad numerum indeterminatum. Aliquando eſt proportio ſecundùm numerum determinatum, ſicut cum dico, duplum proportionem habet ad dimidium. Et hoc eſt, quod dicit Philoſophus in litera, quòd propria relatiua, ſcilicet quæ ſunt in primo modo, ſunt relatiua ſecundùm numerum, hoc eſt ſecundùm proportionem & inæqualitatem, repertam in numero. Et iſta relatiua ſunt duobus modis, hęc enim

E improportio, & inæqualitas: aut eſt ſimpliciter ad ipſos numeros, hoc eſt indeterminatè; aut etiam ad ipſum unum: aut iſta proportio & inæqualitas eſt ad ipſum numerum, uel unum determinatè. Deinde cum dicit.

Vt duplum ad dimidium, ut numerus determinatus. multiplex uerò ſecundùm numerum ad unum, ſed non determinatum, ut hunc, aut hunc.

Maniſeſtat quoddam, quod dixerat. Et hoc duobus modis, primò in ſpecie inęqualitatis, quę uocatur multiplex & ſubmultiplex; ſecundò in illa, quæ uocatur ſuperparticulare, & ſubſuperparticulare. [Hemiolum autem ad ſubhemiolum.] In prima ergo proportione primò exemplificat de proportione determinata, dicens; quòd duplum dicitur relatiuè ad unum, ſicut numerus de
F terminatus ad aliquid determinatum. Deinde exemplificat de indeterminata, dicens; q multiplex dicitur ad unum ſecundùm numerum non determinatum; quia cum dicitur, hoc eſt multiplex ad hoc; non determinatur, utrum duplum, uel triplum; nec determinatur, utrum ſit ſecundùm hunc numerum, uel illum. Notandum eſt, quòd quædam ſpecies inæqualitatis eſt, quæ uocatur multiplex; dicitur autem numerus multiplex reſpectu alterius, maior reſpectu minoris, ſcilicet quando maior continet minorem aliquotiens, puta bis, uel ter, uel quater &c. Quando autem bis continet, uocatur duplus, quando ter, uocatur triplus, & ſic aſcendendo. Ita quòd de *Multiplex, ſpecies inæqualitatis.*
G natura multiplicis in genere, eſt; quòd aliquotiens contineat; quotiens autem contineat, hoc non determinatur; ſed iſtud quotiens indeterminatum determinatur per duplum, uel per triplũ: & ſic multiplex, ut multiplex, eſt quoddam genus, diuidens confuſo modo naturam illius proportionis; quæ quidem ſpecificatur per ſpecies multiplicitatis; quæ ſunt duplum, triplum, quadruplum, & ſic de aliis. Deinde d.

Sed hemiolum ad ſubhemiolum, ſecundùm numerum ad numerum determinatum. Et ſuperparticulare ad ſubſuperparticulare ſecundùm indeterminatos, ut multiplex ad numerum.

Declarat iſtam determinationem, & indeterminationem numeri in ſecunda proportione inæqualitatis; quæ eſt ſuperparticularis & ſubſu- *A.l. ad unũ*
H perparticularis: Et duo facit, quia primò hoc oſtẽdit: ſecundò oſtendit, quòd iſta inæqualitas poteſt etiam eſſe in quãtitatibus incommenſurabilibus, quę non numerantur: Secunda ibi [Continẽs autem ad contentum] Ad primi euidentiam notandum eſt, quòd proportio ſuperparticularis eſt, quando maior numerus continet minorem ſemel tãtum, & inſuper aliquam partem eius: quòd ſiquidem contineat totum & dimidiam partem eius, uocatur proportio ſexquialtera; quando quidem proportio eſt trium ad duo: ſi autem contineat totum & tertiam partem eius, uocatur ſexquitertia; quia proportio eſt quatuor ad tria; ſi autem quartam partem eius, eſt proportio ſexquiquarta *A.l. ſubparticularis. Varia proportiones.*

quarta;quæ proportio est quinque ad quatuor & sic ascendendo, multiplicando proportiones: In ista ergo specie æqualitatis,cum dico super particulare, & subsuperparticulare, dico & inęqualitatem & proportionem secundùm numerum indeterminatum:quia de essentia superparticularis non est plus,nisi quòd totum contineat,& aliquam partem eius: utrum autem dimidiam, uel tertiam,uel aliquam aliam; hoc non est determinatum: hoc autem idem indeterminatum determinatur per hoc,quòd est sexquialtera, sexquitertia, & sic de aliis: ita ꝙ istæ sunt species istius proportionis, determinatè dicentes illud, quod confusè dicebatur in genere:Et hoc est,quod dicitur supra in litera, quòd hemiolum, quod est sexquialterum dicitur ad superparticulare secùdùm numerum determinatum: superparticulare autem ad sub superparticulare dicitur secundum numerum indeterminatum.

Notandum est, quòd Philosophus exemplificauit de duobus speciebus inæqualitatis, quarum una dicitur multiplex, alia superparticularis; cù autem sint quinque, prętermisit tres. Est autem tertia species, quando maior numerus continet minorem semel,& insuper non solùm unam,sed & plures partes eius.Vnde in hoc est indeterminatio hic sistendo; quia non determinatur,quot partes contineat: si tamen prima determinetur, habemus proportionem secundùm determinatũ numerum:si enim contineat totum, & duas partes eius,eo modo quo quinque se habent ad tria, nocabitur superbipartiens;& hæc est determinatio secundùm numerum binarium: si autem contineat totum,& tres partes eius, uocabitur super tripartiens; eo modo quo se habent septem ad quatuor:& hæc est determinatio secundùm numerum ternarium: si autem contineat quatuor partes eius; eo modo quo se habent octo ad quinque,uocabitur superquadripartiens; & sic super ascendendo multiplicando proportiones; & ita in ista specie est determinatum & indeterminatum. Quarta species est,quando maior numerus continet minorem aliquotieps,& insuper aliquè partem eius:& iste uocatur multiplex superparticularis: ita quòd ista species composita est ex duabus, & hic est indeterminatio; quia hic non determinatur quotiens ex parte multiplicis, nec aliquam partem ex parte superparticularis; postea autem specificatur & determinatur: si enim maior continet minorem, & mediam partem eius,sicut se habent quinque ad duo; nocatur duplum sexquialterum:ita quòd duplum specificat multiplex,& sexquialterum,& superparticulare; si autem maior continet minorem ter, & dimidiam partem eius,sicut se habèt septem ad duo, uocabitur triplum sexquialterum; ita ꝙ triplum, & sexquialterum specificant primam proportionem confusam: & sic ista proportio specificata est ex parte multiplicitatis,dicendo multum triplum; ita posset specificari ex parte superparticularis, dicendo, sexquialterum sexquitertium, & sic de aliis.Quinta species est,quando maior numerus continet minorem aliquotiens,& insuper aliquas partes eius in plurali; & isto mõ dicẽdo, est indeterminatio in ista specie;quia non determinatur quotiens, nec etiam secundũ quas partes;postea autem determinatur: si enim cõtineat totum bis,& duas partes eius;eo modo quo se habèt octo ad tria, uocabitur duplum superbipartiens;si autem contineat totum ter, & duas partes eius, uocabitur triplum subperbipartiens, Et sicut determinaui proportionẽ ex parte multiplicitatis,dicendo duplum triplum;ita potest determinari ex parte alia dicendo,superbipartiens,supertripartiens &c. & ita in ista specie est determinatum, & indeterminatum.Deinde cum d.

Tertia species inæqualitatis. *Quarta species.* *Quinta species.*

Continens autem ad contentum omnino indeterminatum secundùm numerum. Numerus enim commensurabilis. Secundùm non commensurabilem autem numerum dicuntur. Continens enim ad contentum tantum quid est; & amplius, sed hoc indeterminatum. Quodcunque enim euenit, aut æquale est, aut non æquale. Hæc igitur ad aliquid omnia secundùm numerum dicuntur, & numeri passiones.

Ostendit, quòd aliquando ista inæqualitas nõ est secundùm numerum,uel secundùm commensurationem. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd omnes duo numeri comparati adinuicem, semper sunt commensurabiles: illa enim sunt cõmensurabilia,quę possunt mensurari per aliquod tertium;ita quòd illud tertium,aliquotiens sumptum,siue replicatum mensurat utrunque:ut binarius, qui est numerus aliquotiens replicatus, mensurat utrunque:aliquãdo autem ita est,quòd duo numeri comparati adinuicem, sola unitate numerari possunt; eo modo quo se habent adinuicem quinarius & quaternarius;nam nullus numerus aliquotiens sumptus,reddit istos duos numeros: unitas autem aliquotiens sumpta,reddit utrunque: quia ergo ita est, quòd semper in numeris duo numeri semper mensurantur mensura aliqua communi, ad minùs unitate; ideo omnes numeri commensurabiles sunt:& ita in quantitate discreta semper est commensuratio:aliquando tamen secundùm numerum determinatum, aliquando uerò secundùm indeterminatum, ut dictum est superiùs: Quantitates autem continuæ non semper sunt commensurabiles; quia possunt reperiri duæ quantitates continuæ,quæ nulla cõmuni mensura possunt commensurari; sicut est quantitas diametri & costæ: nulla.n.mensura cõmunis aliquotiẽs replicata, reddit diametrum & costam: & ita diametrum ad costam non se habet sicut numerus ad numerum: dictum est. n. iam ꝙ omnes numeri duo possunt mẽsurari mensura communi, ꝙ non est in diametro & costa: Sic ergo in istis quãtitatibus est reperire inæqualitatem,quia diameter est inęqualis costæ:possum enim dicere,ꝙ diameter est tantum,quantum costa,& plus; tamen ista inæqualitas, & istud plus non

Commensurabilia quæ. *Quo diameter est incõmensurabilis costæ.*

non est secundùm aliquem numerum determinatum, nec indeterminatum; quia si esset secundùm numerum, esset commensuratio: His uisis patet textus Philosophi: dicit.n.ꝙ proportio cótinentis ad contentum aliquando est secundùm numerum determinatum, & secundùm commẽsurationem aliquam; sicut in quātitatibus discretis, & numeris; quia omnis numerus commensurabilis est. Aliquando autem proportio continentis ad contentum est secundùm numerum, omnino incómẽsurabile; sicut in cótinuis: cótinens.n. ad contentum sic se habet omnino in continuis, quod est tantùm, & ampliùs; & ita est inæquale: hoc autem inæquale, & hoc ampliùs in determinatum est, ita quòd hæc inæqualitas nó potest diffiniri secundùm aliquem numerum propter incommensurationem: quodcunque enim quantū continuum alteri cóparatum, aut est æquale, aut inæquale: sed tamen ista inæqualitas aliquādo diffiniri non potest; sicut patet in diametro respectu costę. Concludit ergo quòd hæc sunt relatiua secundū numerum, & secundùm passiones numeri. Deinde cum dicit.

Proportio continentis ad cõtentum.

Omnis numerus est cõmensurabilis.

Et ampliùs æquale, & simile, & idem secundùm alium modum. Hæc enim secundùm unum dicuntur omnia: Eadem nāque quorum una est substantia: Similia verò quorum qualitas est una. Aequalitas verò, quorum quantitas est una. Vnitas uerò est numeri principium, & metrum, idest mensura.

Ostendit, quæ sunt relatiua; quæ sunt modo unius: Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit hoc: secundò ostendit, quómodo ista possunt cadere sub uno modo cum præcedentibus: ibi, [Quare ea omnia] Dicit ergo primò, si precedentia dicuntur modo numeri: æquale autem, simile, & idem dicuntur per alium modum; quia sunt relatiua modo unius: illa enim sunt eadem, quorum una est substantia: illa autem sunt similia, quorum una est qualitas: illa autem sunt æqualia, quorum una est quantitas; unum autem est principium numeri, & medium. Deinde cum d.

Quare ea omnia dicuntur ad aliquid secundùm numerum quidem, non tamen eodem modo.

Ostendit, quō ista omnia cadunt sub eodem modo cum aliis, dicens: ex quo unum est principium numeri; ut dictum est; & ista dicuntur relatiua modo unius; quia unum aliqualiter pertinet ad numerum; ideo & illa aliqualiter dicuntur secundùm numerum; non tamen eodem modo cū primis: quia prima secundùm numerum & secundùm passiones numeri; hæc autem secūdum unitatem, quæ reducitur ad numerum.

Relatiua quæ sūt modo unius.

Quæreret quis; Vtrum hic modus positus ab Arist. sit species subalterna; uel species specialissima? Respondeo: dicendum; quòd est genus subalternum: nam iste modus est modo numeri, uel modo unius; illa, quæ sunt modo numeri, faciunt speciem per se uniuersaliter: sic illa, quæ sunt modo unius: ergo habet plures spēs sub se: non est ergo species specialissima, quia specialissimum non

Quæstio.

E in species non diuiditur, nec genus generalissimum; quia est una species diuisa cótra alias duas, siue duos alios modos, scilicet modo potentiæ & actus, & modo mensuræ & mensurati: ergo oportet, quòd sit genus subalternum.

Quæreret etiam quis, Vtrum omnes relationes, quæ sunt modo unius, sint sub ista specie subalterna? Videtur, quòd non: quia relatio, qua refertur unum ad numerum, & è conuersò, est modo unius, & numeri; & tamen non est in ista specie, ut uidetur; quia unum refertur ad numerum sicut mensura ad mensuratum; & sic erit in tertia specie, & nó in prima. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo dicendum est, quòd unum, & numerus possunt dupliciter considerari: uno

Quæstio.

F modo secundùm quòd unum mensurat numerum, & numerus mensuratur ab eo: secundo modo prout unum, & numerus est mensura aliorū; eo modo quo dicimus, ꝙ albedo numeratur contra nigredinē: ita ꝙ numerus ponitur in alia natura, puta in albedine & nigredine; & unitas potest considerari, prout est mensura alicuius alterius naturæ præter numerum; eo modo quo dicimus; una quantitas, una substantia: Prima consideratio unius, & numeri, scilicet secundùm habitudinem mensuræ & mensurati, facit tertiam speciem: Secunda autem consideratio facit primam. Ad euidentiam cuius, ut ista magis pateāt; notandum est; quòd numerus potest considerari duobus modis: primo modo secundùm quòd est

Numerus dupliciter consideratur.

G quædam indiuisio; mensurata ab indiuisione, quæ est unitas: secundò modo secúdùm quòd est quædam diuisio mensurans res aliorum generū, alio modo quàm mensuret unitas, quæ est indiuisio; nam de natura numeri est, quòd sit quædam indiuisio in diuisione, siue in multitudine: nam denarius est quædam multitudo, quia omnis numerus multitudo est; sed tamen non est omnis multitudo, aliàs esset quinarius: Vnde sicut non est omnis numerus, ita nó est omnis multitudo, ergo est multitudo specifica, & una in specie; omnis autē unitas indiuisio est, ergo sicut est multitudo una, ita est multitudo indiuisa; ergo in numero quolibet est indiuisio, & est multitudo: secundùm autem quòd ipse numerus est indiuisio, mensuratus

Omnis numerus ē multitudo, sed non omnis.

Omnis unitas est indiuisio.

H ab indiuisione, quæ est unitas: nam ex resolutione ad unitatem cognoscitur natura specifica: nam cuiuslibet numeri, quæ natura specifica erat sua unitas & sua indiuisio: sic ergo secundùm quòd numerus est indiuisio mensurata ab omni diuisione, sic habitudo numeri ad unum facit tertiam speciem relationis; scilicet modo mensuræ & mēsurati. Alio modo numerus est multitudo quędā, opposito modo se habens indiuisioni, quæ est unitas, & quasi opposito modo mensurans res aliorum generum, quàm ipsa unitas: nam sicut dico una qualitas, ita potest dici numerosa qualitas: & sicut dicendo una qualitas, fit simile; ita cum dicitur numerosa qualitas, fit dissimile: & sicut primo modo est relatio modo unius tantùm; ita secundo

do modo numeri tantum, non numeri comparati ad unum, sed numeri comparati ad alias res, quæ numerosæ sunt; sicut unius non comparati ad numerum; sed ad alias res, quæ unę sunt:& hoc modo, modo unius & numeri faciũt primam speciem relationis. Et sicut positum est exemplum de simili;ita potest poni de eodem,& ęquali:nam sicut dicitur una quantitas: ita potest dici numerosa quantitas: & sicut dicendo una quantitas,fit æquale in prima specie; ita dicendo numerosa quantitas fit inæquale in eadem specie:& sicut dicendo una substantia, fit idem in prima specie: ita dicendo numerosa substantia, fit diuersitas in eadem specie: Et sic concludendo, possumus dicere, quòd habitudo unius ad numerum est sicut habitudo diuisionis mensurantis ad habitudinem diuisionis mẽsuratæ, & facit tertiã spẽm:Habitudo autem unius ad res aliorum generum facit primam speciem, faciendo simile, æquale,& idem:habitudo autẽ unius ad res aliorum generum, quæ numerosæ sunt, facit species in eadem specie relationis subalterna, scilicet dissimile,inæquale, & diuersum. Ad argumentum dicendum est, quòd relatio inter unum & multa potest esse modo numeri tantùm, uel potest esse modo unius & numeri: & quandò est modo numeri tantùm,est in prima specie: secundo autem modo, scilicet modo mensuræ & mensurati est in tertia. Hæc patent sic,numerus enim & unitas possũt considerari sub ratione inæqualitatis secũdum rationem excedentis & excessi; & secundũ istam considerationem consideraatur secundum rationem numeri; quia inæqualitas est quædam numerositas quantitatis,ut iam dictum est;& hoc modo sunt modo numeri tantùm,& sunt in prima specie. Vnde Philosophus quando numerauit relationes,quæ sunt modo numeri,posuit exemplum de duplici & uno, secundùm quòd induũt rationem inæqualis,& per consequens rationem numeri: quia omnis inæqualitas est quædam numerositas quantitatis. Alio modo possũt considerari unum, & numerus sub habitudine unius mẽsurantis,& numeri mensurati: ita quòd ista relatio non est modo numeri tãtum,nec modo unius tantum;sed modo numeri,& unius; & sic sunt in tertia specie: & hoc modo procedit argumentũ.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum idem,simile,& æquale sint tres species sub isto genere subalterno? Videtur quòd non, quia unum ut unum non uidetur numerare naturam relationum,unum autem est fundamentum istarum trium relationum. Ad oppositum est Philoso. qui uidetur numerare istas tres species in prima specie. Respondeo dicendum est, quòd tres sunt species sub isto genere subalterno, Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd relationes,quæ sunt in isto genere subalterno,sunt modo numeri & unius;esse autem modo numeri & unius est ratio specifica huius speciei, uel huius generis;per quam diuiditur cõtra alios duos modos positos, scilicet modo potentiæ &

A actus, & modo mensuræ & mensurati; ita quòd maior affinitas est inter æquale, simile, & idem; quàm sit inter ipsum æquale, & relationem fundatam super potẽtiam actiuam & passiuam: quia relatio, quę est modo unius, respicit unam speciem,quod non facit illa,quæ est modo unius, & modo potentiæ: Sic ergo per unam rationem & per genus subalternum diuiditur ab aliis duobus modis;postea autem diuiditur infra se in relationes,quæ sunt modo numeri, quæ sunt inæquale, dissimile, & diuersum;& modo unius, quæ sunt idem,simile, & æquale; quæ sunt tres species in tertio genere subalterno. Quod quomodo sit, quia hoc quærebat quæstio;intelligendum est, quod istæ tres relationes habent duplex fundamentũ, *Relationes dictæ habẽt duplex fundamentum.*

B scilicet propinquum,& remotum: propinquum unitas est;remotum est substantia, quantitas, & qualitas: unitas enim ut unitas non fundat identitatem, sed unitas sigillata in substantia;nec unitas ut sic fundat similitudinem, sed unitas sigillata inęqualitate: nec similiter unitas fundat æqualitatem, sed unitas sigillata in quantitate; si ergo unitas ut unitas fundaret istas relationes, cum unitas ut sic non habeat diuersum modum specificum,quia ut sic abstrahit ab omni modo specifico fundamenti, non uariat species: sed quia unitas fundat ut sigillata in tribus fundamẽtis remotis, ut sic autem accipit tres uarios modos specificos: ideo ut sic accepta potest facere tres species relationis: Patet ergo argumentum,

C quia unum ut unum nõ fundabat,nisi primò præacciperet alium & alium modum fundamenti à substantia,quantitate,& qualitate.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum relationes, quæ sunt mõ unius ex una parte,& mõ numeri ex alia; cadãt infra unam speciem subalternam, ut iam prędictum est? Ad quod dicendum est,quòd duplici uia possumus hoc uenari:Prima ergo uia est ex diuisione, quæ est relationis in relationes,quæ sunt communes, & non communes: imaginabimur enim sic, quòd relatio primaria diuisione diuiditur in relationes communes,& non communes: relationes autem communes nocãtur (ut dictum est) quorum fundamenta communi aspectu se aspiciunt,& uniformi; & quorum nomina uniformi nominatione dicuntur:non communes au- *Duplex uia uenãdi hãc ueritatem.*

D tem dicuntur,quæ habent opposita his, ut supra dictum est:Si autem ita est;relationes, quæ sunt modo numeri,& quæ sunt modo unius, sunt relationes communes; quia fundamenta uniformi aspectu se aspiciunt:quia in primis,quæ sunt modo unius,unum aspicit unum:& in secundis,quę sunt modo numeri, numerus aspicit numerum: & etiam communi nomine nominantur & primæ & secundæ:sicut enim dicitur, simile simili simile;ita dicitur, dissimile dissimili dissimile: & eodem modo in aliis duobus. & quia sic conueniunt, scilicet quòd sunt relationes communes hę & istę; ideo sub uno genere subalterno comprehenduntur:ita quòd relationes non communes

nes compræhendunt duos alios modos; communes autem istum modum. Secunda uia declarandi hæc, est natura oppositionis: quia opposita sub eodem genere sunt; relationes illæ, quæ sunt sub modo numeri; opponuntur his, quæ sunt modo unius; ut simile dissimili; quia simile est modo unius in qualitate, & dissimile modo numeri, & multi in eadem: & æquale modo unius in quantitate, inæquale modo numeri & multi in eadem; & idem est modo unius in substātia, & diuersum modo numeri in eadem.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum, idem, fundetur super substantiam? Videtur quòd non: quia sicut Petrus & Martinus sunt idē in humanitate; ita albedo & albedo sunt idē in albedine: ista āt identitas, qua albedo est eadem albedini; non potest fundari super substantiam, cum albedo substantia non sit. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo dicendū, quòd substantia potest accipi duobus modis, uno modo pro prædicamento substantiæ: alio modo pro modo substantiæ, reperto in aliis prædicamentis: modus autem substantiæ est, quòd dicat quid, & aliquid quid, per se stans: quod quidem quò ad modum significandi potest reperiri in aliis prædicamentis: albedo enim licèt sit qualitas, tamen ut sic significata dicit rem suam per modum quid; & per modum alicuius per se stantis, & non per modum inclinatum; & sicut exemplificatum est in prædicamento qualitatis; ita potest exemplificari de aliis: Identitas ergo non fundatur super substantiam primo modo; sed super substantiam secundo modo: & quia hoc potest reperiri in aliis prædicamentis, puta in quātitate, & qualitate: ideo idētitas reperiri potest in eis. Vbi notandum est, ut meliùs uideatur; quòd albedo, & nigredo, & similia in prædicamento qualitatis; & linea, & superficies, & similia in prædicamento quātitatis, possunt considerari duobus modis: uno modo ut aliqua essentia in se sunt, & aliqua natura. & isto modo sunt quædam quidditates: & hoc modo considerando ea, sunt fundamenta; & sic sunt distincta in prædicamento secundùm modum identitatis & diuersitatis; eo modo quo dicimus, quòd albedo & nigredo sunt idem in genere, & diuersa in specie: Secūdo modo possunt considerari secundum aspectum, quem habent ad subiectum; & secundum quem modum qualitas facit subiectum quale, quantitas subiectum extensum, quantùm ad quantitatem continuam; uel numeratum, quantùm ad quantitatem discretam: & quantum ad istum aspectum, seu modum, non fundant identitatem, sed similitudinem, quātùm ad qualitatem: & æqualitatem quantùm ad quantitatem: qualitas enim respectu subiecti; est quoddam quid, quod idem est quod quale; faciēdo autem ipsum subiectum quale, debemus imaginari, quòd facit ipsum dissimile alteri, uel simile, non idem, uel diuersum: similiter ipsa quantitas faciendo ipsum subiectum quantum, non facit ipsum idem, uel diuersum; sed æquale, uel inæ-

Relationem identicā est in substātia quo intelligi ge.

Substantia duplicitur.

Quæ sunt in prædicamento qualitatis, & quantitatis duplicitur.

E quale. Ad argumentum patet solutio per distinctionem, quæ data est in quæstione.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum æqualitas semper fundetur super quantitatem? Videtur quòd non, quia duæ albedines æquè intensæ dicuntur æquales, & tamen hęc æqualitas non fundatur super quantitatem, sed super qualitatem. Respondeo: dicendum, quòd differentia est inter quantitatē, & alia prædicamenta absoluta, sicut est substantia, & qualitas: in prædicamento quantitatis reperitur quantitatis realitas, & modus: in aliis prædicamentis, licèt nō reperiatur ista realitas, nisi per accidens; eo modo quo albedo extensa est quanta; tamen reperitur modus quantitatis; eo modo quo dicimus, quòd quantitas uirtutis est quantitas secundùm modum; & eo modo quo dicimus, quòd magis & minùs sunt modi quantitatiui: maius enim & minùs sequuntur quantitatem realē, idest lineæ, & superficiei, &c. magis autem & minùs sequuntur quantitatem uirtualem, & magis quantitatem secundùm modum, quàm secundū rem. His ergo uisis, dico quòd fundamentū æqualitatis non est tantùm quantitas secundùm rem, sed secundùm modū: sic ergo imaginabimur quod æquale & inæquale sunt proprietates quanti, & omne prædicamentum, quod induit modum quanti, potest induere modum æqualis & inęqualis: ita quòd sicut albedo potest induere modum quanti, albedo, quę est intensa, uel remissa; ita potest sortiri modum æqualis. scilicet ut est quoddam, quod in se fundat idem, uel diuersum: ut autem est quoddam quid faciens quale ipsum subiectum, fundat simile, uel dissimile; ut autem est quoddam quid induens modum quanti, potest fundare æquale & inequale: Et sic patet ad argumentum, quia albedo non fundat æqualitatem, nisi prout est quanta aliquo modo.

Differentia inter quantitatem, & alia prædicamenta absoluta.

A. Lita.

Aequale, et inæquale sunt proprietates quāti.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum similitudo semper fundetur super qualitatem? Videtur quòd non; quia est quædam similitudo substantialis, quædam accidentalis: similitudo autem substantialis non potest fundari super qualitatem, sed super substantiam: ergo similitudo non semper fundatur super qualitatem. Respondeo dicendum est, quòd qualitas duobus modis accipitur, scilicet pro qualitate in se, & pro modo qualitatis: primo modo non exit genus qualitatis: secundo modo reperitur in aliis prædicamentis; eo modo quo dicimus, quod differentia in quolibet prædicamento habet modum qualis: super qualitatem ergo primo modo non fundatur omnis similitudo, sed solùm similitudo accidentalis; super qualitatem autem secundo modo potest fundari similitudo substantialis. Relatio ergo, quæ similitudo est, respicit qualitatem secundum modum, & qualitatem secundū rem; sed qualitatem secundum rem in prędicamento qualitatis, & qualitatem secundum modum in aliis prædicamentis, & maximè in substantia, & quantitate; & sic in prædicamento substantiæ propter qualitatem modalem potest esse simili-

Qualitas duplicitur.

similitudo substantialis. Sed tamen notandum est, quòd sicut similitudo, quando fundatur super qualitatem realem, fundatur super eam semper, ut est alicuius in aspectu ad subiectum, ut dictum est superiùs. Dictum est enim, quòd qualitas fundat similitudinem, inquantum facit quale; faciēdo autem quale, dicit aspectum ad subiectum, & est alicuius: ita similiter similitudo substantialis fundatur super qualitatem substantialem, ut alicuius est, puta, ut super differentiam substantialem; ut qualificatum est compositum ex qualitate essentiante. Ad argumentum patet responsio per distinctionem iam dictam.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrū hæ relationes mō unius possint fundari super alia prædicamenta ab istis tribus, iam dictis, scilicet à substantia, quantitate, & qualitate? Videtur quòd sic: quia una relatio est similis alii relationi; ergo relatio fundatur super relationem; quia paternitas similis est paternitati, & eadem in specie: similiter & duæ actiones similitudinem habent, sicut calefaciens & calefaciens; ergo similitudo super actionem fundatur. Ad oppositum, alia prædicamenta ab istis tribus respectum dicunt: relatio autem non fundatur super respectum, sed super absolutum.

Relatio cur requirit fundamentum. Respondeo dicendum est, quòd ideo relatio fundamentum requirit, quia habet debile esse: & ideo oportet, quòd fundetur super aliquod fixum: fixio autem est in prædicamento absoluto: & ideo relatio super prædicamenta absoluta fundatur, & non super respectiua; tria autem sunt prædicamēta, quę consistunt in esse absoluto, scilicet substantia, quantitas, & qualitas; idcirco super ista tātùm relationes fundantur. *Relationes fundantur super prædicamenta absoluta.* Notandum tamē propter argumentum, quòd natura respectus, qui uidetur fundare alium respectum (puta relatio similitudinem, ut cum dicitur una relatio est similis alteri; uel ad oppositionem, ut cum una relatio est opposita alteri) potest considerari duobus modis: uno modo in respectu ad fundamentum: alio modo secundùm seipsam: si primo modo consideretur, cum sit una realitas fundamenti & relationis, sic non aliter fundat, quàm suum fundamentum: & quia fundamentum est absolutum, magis debet dici, quòd ipsum fundamentū fundet, quā quòd ipsa relatio: ut si dicatur, quòd una relatio est similis alteri; cum similitudo fundetur super unitatem, magis debet dici, quòd ista similitudo fundetur super unitatem fundamentorum, quàm respectuum: similiter si dicatur, quòd una relatio est opposita alteri, cum oppositio sit quædam relatio, quæ fundatur super multum, sicut est diuersitas; magis debet dici, quòd oppositum fundetur super dissimilitudinem & diuersitatem fundamentorum, quàm respectuum: Si autem consideretur secundùm seipsam, sic relatio fundata super relationem, non debet transire ad aliam speciem relationis, nisi secundùm modum significandi. Vnde similitudo, quæ est inter relationes, quæ sunt modo potentiæ; non exit modū *Vnam relationem esse alteri oppositam dupliciter contingit.*

A relationum, quæ sunt modo potentiæ: similitudo enim fundata super absolutum, semper est inter relationes, quę sunt modo unius; sed illa, quæ fundatur super respectum, non exit genus illius respectus; aliàs esset abire in infinitum in respectibus. Vnde oppositio fundata super paternitatem & filiationem, non exit modum relationum, quę sunt per modum potentiæ & actus; sed tantùm est in eodem modo reductiuè: si enim exiret, ita quòd in una specie esset paternitas & filiatio, & in alia oppositio ipsorum: tunc respectus secundùm unum modum fundaretur super respectus secundùm alium modum: sed quia non exit, ideo iudicatur modus unus & una species relationis; Et sicut diximus de istis tribus, ita dicendum est
B de respectu fundato super actionem; supposito quòd actio sit purus respectus. Deinde cum d.

Actiua uerò & passiua secundùm potentiam actiuam & passiuam sunt & actiones potentiarū, ut calefactiuum ad calefactibile, quia potest; & iterum calefaciens ad calefactum; & secans ad sectū, tanquam agentia.

Postquam declarauit primum modum; hic declarat secundùm modum relationis, qui est modo potentiæ actiuæ & passiuæ: Et diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quæ sunt relatiuā, quæ sunt modo potentiæ: secundo ostendit, quòd quædam sunt relatiua secundùm priuationem potentiæ, ibi [Ampliùs quædam] Prima in tres: quia primò ostendit, quæ sunt relationes,
C quæ sunt modo potentiæ: secundò ponit differentiam inter illas, & istas: quæ sunt modo numeri: de quibus dictum est in primo modo: tertiò ostēdit, quomodo relationes modo potentiæ uariantur secundùm tempora; Secunda ibi [Eorum uerò quæ sunt secūdùm numerum] Tertia ibi [Istorum autem, quæ secundùm potentiam], Dicit ergo, quòd actiua, & passiua, & actiones eorum relatiuè dicuntur secundùm potentiam actiuam, & passiuam: primò exemplificat de iis, quæ possunt agere, dicens quòd calefactiuum, hoc est, quod potest calefacere refertur ad calefactibile, scilicet quod potest calefieri: deinde exemplificat de iis, quæ notant actum, dicens quòd calefaciens refertur ad illud, quod calefit; & secans ad illud, quod
D secatur tanquam agentia ad actum. Deinde cum dicit.

Eorum uerò, quæ sunt secundùm numerum, non sunt actiones, nisi quemadmodum in aliis dictum est. Quæ autem secundùm motum, actiones non existunt.

Ponit differētiam inter istum modum, & primum dicens: quòd istæ relationes concernunt motum, potentiam & actionem: relationes autē, quæ sunt secundùm numerum, non sunt aliquæ actiones nec aliqui motus; Mathematica autem abstrahunt à motu, unde in eis non est potentia, neque actio; nisi fortè (sicut dictum est in Capitulo de Potentia) quòd est potentia metaphoricè; eo modo quo potest ternarius in nouenarium: *Discrimen inter primū & secundū modum.* *Mathematica abstrahunt à motu.*

potentia

In mathematicis non sunt actiones reales, sed metaphorice dicta, ut multiplicare, dividere &c.

potentia autem naturæ, & actiones, quæ existunt secundùm motum; non existunt in Mathematicis; & per consequẽs nec in numeris; quia abstrahunt à motu. Deinde cum dicit.

Istorum autem, quæ secundùm potentiam, & secundùm tempus iam dicuntur ad aliquid, ut faciẽs, ad quod fit: & facturum, ad faciendum. Sic enim pater, filii dicitur pater. Hoc quidem enim fecit: illud autem passum quid est.

Relativa secundum tempus.

Ostendit, quomodo relationes modo potentiæ variantur secundùm tempora, dicens: quòd ista relatiua, quæ sunt relatiua modo potentiæ, dicuntur relatiuè secundùm uarietatem temporum; nam idem, quod fecit dicitur relatiuè ad factum secundùm tempus præteritum, & facturus ad fiendum secundùm tempus futurum: quòd autem dicatur aliquid secundùm tempus præteritum, patet in patre & filio; quia pater dicitur relatiuè ex hoc, quòd aliquid fecit: ita quòd pater respicit potentiam actiuam in præterito; filius autem dicitur ex eo, quòd aliquid passum est: ita quòd filius respicit potentiam passiuã in præterito. Deinde cum dicit.

Amplius quædam secundùm priuationem potentiæ, ut impossibile, & quæcunque sic dicuntur, ut inuisibile.

Relatiua secundum privationem.

Ostendit, quomodo quædam dicuntur relatiuè secundùm priuationem potentiæ, dicẽs: quòd sicut quædam dicuntur relatiuè secundùm potẽtiam; ita quædam secundùm priuationem potentiæ; ut impossibile dicitur relatiuè ex eo, quod priuat possibile: nam impossibile respectu alicuius est impossibile, respectu cuius priuatur possibilitas: eo modo omnia similia ipsi impossibili etiam dicuntur relatiua secundùm priuationem: unde inuisibile ex hoc dicitur relatiuè, quia priuat uisibilitatem: inuisibile enim respectu alicuius inuisibile est. s. respectu cuius uisibilitas priuatur.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrũ iste modus, qui est modus potentiæ actiuæ & passiuæ, differat à primo, qui est modus unius? Videtur ꝙ non, quia calefaciens & calefactum referuntur adinuicem modo potentiæ actiuæ & passiuæ, ut dictum est: referũtur etiam modo unius, quia possibile est, quòd calefaciens & calefactum assimilentur in calore. Ad oppositum est Philosophus; qui diuidit unum modum contra alium. Respondeo dicendum est, quòd non est impossibile duas relationes disparatas super eadem relatione fundari, secundùm ꝙ illa realitas induit rationem diuersorum modorum. V. g. possibile est, quòd super eadem albedine fundetur similitudo & æqualitas. si enim albedo in duobus sit æquè intensa, possumus dicere de illis, quòd sunt æqualiter albi: si ergo similitudo, & æqualitas super albedinem fundatur; secundùm tamen quòd albedo induit rationem diuersorum modorum: secundùm enim ꝙ induit modum qualis & unius in æqualitate; sic fundat similitudinem; secundũ autem quòd induit modũ quasi uirtualis, fundat æqualitatem: ita quòd una

Duas relationes disparatas fundari super eadem relatione non est impossibile.

E & eadem realitas subintrat utranque relationẽ, diuersimodè tamen; secundùm quòd albedo habet diuersos modos: A simili dico in proposito, quòd possibile est, quòd super eadem causalitate ingenerante & genito fundentur relationes primi modi & secundi: secundùm enim quòd caliditas in passo, & in agente habet rationem unius in qualitate, induit similitudinis relationẽ, quæ modo unius est, & est primi modi; in passo autem ut habet uim potentiæ passiuæ; & ut sic induit relationem secundi modi, quæ est modo potẽtiæ actiuæ, & passiuæ: Et sic patet, quòd non eodem modo super eadem realitate fundãtur primi modi & secundi; sed secundùm quòd realitas induit modum unius, sic fundat relationes primi modi; secundùm quòd induit rationem actiui uel passiui fundat relationes secundi modi. Ad argumentũ patet, quia realitas ut realitas non est immediatum fundamentum, sed realitas modificata; & eadem realitas aliter, & aliter modificata aliam & aliam relationem fundat. Deinde cum dicit.

F

Ergo secundùm numerum, et potentiam dicta ad aliquid, omnia sunt ad aliquid eo quòd ipsum non est alterius dicitur id quidem, sed non eo quòd aliud ad aliud. Mensurabile uerò, & scibile, et intellectuale eò quòd aliud dicitur ad ipsum, ad aliquid dicuntur; sed nõ eo quòd illa ad aliud. Nam intellectuale significat quod ipsius est intellectus.

Relatiua secundum tertium modum.

Manifestat tertium modum relationis, qui est modo mensuræ & mẽsurati: Et diuiditur in duas partes, quia primò manifestat istum modum, dãdo differentiam inter istum & alios: secundò remouet quoddam dubium ibi, [Non est autem intellectus.] Vt uideatur litera Philosophi, notandum est, quòd primus modus, & secundus differunt à tertio; quia in primo modo relatio realis est in utroque extremo: ita ut (sicut dicit Commentator) relatio est in substantia utriusque relatiui: cum enim relatio secundùm rem sit (ut iam dictum est) ex hoc, quia ordo realis oritur à natura fundamenti, & in utroque extremo in primo modo cum ordo realis oriatur à natura fundamenti, relatio realis est in utroque extremo: Ex quo sequitur, quòd sicut primũ extremum per suam relationem, quæ est in eo; refertur ad secundum extremum. ita secundum extremum per suam relationem, quæ est in eo; refertur ad primum extremum. Exemplum, simile refertur ad dissimile; & similitudo in uno extremo oritur à qualitate unius extremi; & ideo secũdùm rem est in eo: similiter in secundo, similitudo oritur à qualitate secundi extremi, & ideo secundùm rem fundamenti est in eo: & ideo sicut primum per suam similitudinem refertur ad secundum; ita secundũ per suam refertur ad primum: Et sicut dictum est de primo modo; ita dico de secundo modo relationis: quia (sicut dicit Commentator) in secundo modo relatio est in substantia utriusque relatiui: quia sicut relatio realis est in extremo actio, per uim potentiæ actiuæ; ita passio per uim passiuæ: & sicut

G

H

A & sicut primum extremum per suam relationem non per aliam refertur ad secundum extremum; ita secundum per suam & non per aliam ad primum: ita quod in primo & secundo unumquodque per se refertur, hoc est, per relationē in ipso existentē, non quod aliquid aliud referatur ad ipsum: in tertio autem modo non sic, quia in tertio modo relō secundū rem est in uno extremo, & secundū rōnem in alio: ita quod (sicut uult Comm.) relō est in substantia unius extremi relati, & non est in substantia alterius: cuius rō; quia (sicut iam dictū est) relō non est nisi ordo realis; ordo āt realis est in mensurato respectu mensuræ; quia tota natura mensurati dependet à natura mensuræ: sicut natura diminuti, à natura perfecti: & per cōsequēs

Relatio est ordo realis.

Ordo realis quid.

B pp istum ordinem realem mensuratum refertur ad mensuram; nō quia aliud referatur ad ipsum, sed pp relationem & ordinem in ipso existentē: ordo autem realis non est in mensura respectu mensurati, & hoc quia mensura est independens à mensurato: & ideo mensura ex quo non habet istum ordinem & istam relationem realiter in se ipsa, non habet in se (sicut dicit Commentator) substantiam relatiui: & ideo non refertur ad aliud, sicut ad mensuratum, per relationem, quæ sit i seipsa; sed solùm refertur, scilicet quia aliud, idest mensuratum refertur ad ipsam; & per consequens p relationē secundùm rationem; quia enim mensuratum refertur ad mensuram, e onci pit intellectus noster, quòd mensura sit quoddam extremum istius relationis: & per conse-

C quens referatur ad aliud; quia aliud refertur ad ipsam: non enim perfectè potest cōcipere, quòd aliquid sit extremum relationis, nisi aliquo modo referatur. Vnde quia mensura est extremum relationis respectu mensurati: ideo aliquo modo refertur, quia aliud, scilicet mensuratum refertur ad ipsam. His uisis, patet litera; dicit enim, quòd relationes, quæ sunt secundùm numerum quantùm ad primum modum; & secundùm potentiam, quantùm ad secundum; dicuntur ad aliquid relatiuè, ex eo, quod unumquodque ipsum, quod est, dicitur respectu alterius: ita quod ipsum quod quid est uniuscuiusq; extremi relationem habet in substantia sui, & refertur ad aliud unumquod

D que extremum per relōnem sui; non quia aliud refertur ad illud. In tertio āt modo, qui est modo mensuræ; sensibile, & intelligibile, & scibile; quorum unum est mensura respectu scientiæ, & aliud respectu intellectus, & aliud respectu sensus, dicuntur aliquando ista tria non per relationem, quam habeant in seipsis; sed quia alia dicūtur ad ipsa; quod patet, quia intelligibile significat, quia ipsius est intellectus: quasi dicat, intelligibile est mensura intellectus; & ipse intellectus dependet ab intelligibile, & nonè conuersò: unde intelligibile significat, quòd intellectus ab ipso dependet. Deinde d.

Intelligibile est mensura intellectus.

Non est autem ad hoc, cuius est intellectus. Bis enim idem diceretur. & similiter uisus alicuius est A *uisus, & non cuius est uisus; quamuis sit uerum hoc dicere; sed ad colorem & ad aliquid tale. Illo uerò modo bis diceretur: quia est uisus, cuius est uisus.*

Remouet quoddam dubium: dixerat enim, quod sensibile & sensus relatiua sunt; posset ergo aliquis credere, quòd sicut sensus refertur ad sensibile, ita refertur ad aliud, cuius est sensus: dixerat etiam, quòd intellectus ad intelligibile refertur: posset ergo aliquis credere, quòd sicut intellectus ad intelligibile refertur; ita refertur ad illud, cuius est intellectus. Hoc remouet dicens, quòd intellectus non refertur ad illud subiectū, cuius est intellectus, hoc est, ad intelligentem: sic.n. idem dictum esset bis relatiuè, semel, scilicet ad intelligibile, & semel ad intelligentem. B Similiter uisus respectu alicuius obiecti est uisus, ad quod quidem obiectum refertur; sed non refertur ad uidentem, cuius est uisus; quamuis sit uerum dicere, quòd uisus sit uidentis: sed refertur ad uisibile, puta ad colorem, uel ad aliquid aliud simile: si enim uisus referretur ad illud, cuius est uisus; esset idem bis referre, quia semel ad uidentem, & semel ad uisibile.

Quæreret aliquis. Vtrum si intellectus referretur ad intelligentem, & sensus ad sentientem, esset idem dicere bis? Respondeo dicendum quòd duplici uia possumus hoc uenari. Prima uia est communis; secunda autem non. Ad euidentiam primæ notandum est, quod per eandem relationem

Quæstio.

Duplici uia offenditur ueritas quæsiti.

C in specie potest aliquid referri ad multa, differētia numero: ita quod unica relō in specie, non uariata pœnes esse quidditatiuū, posset respicere multa extrema, differentia solū numero: sicut pater p paternitatem unam in spē, non uariatam scdm esse quidditatiuum; pōt respicere multos filios: ita quòd diuersitas numeralis non arguit diuersitatem specificam in altero extremo: cuius ratio est, quia licèt illa extrema habeant diuersitatem numeralem; tamen sortiuntur rōnem unius extremi in specie. de essentia.n. paternitatis est, quod quod sit ad filiationem; quod autem sit ad hanc, & ad illam; hoc accidit: quia ergo illa extrema habentur omnia ratione filiationis, omnia sequuntur rōne unius filiationis, & unius extremi; ideo aliud ex-

D tremum unitum scdm esse quidditatiuū, ad oīa illa refertur per unam rōnem specificam, quam induunt; & quia illud extremum non est uariatum scdm spēm, & scdm esse quidditatiuum; ideo semel tantùm & non bis. Si autem relatio haberet duo extrema, differentia specie; & quæ essent extrema alterius & alterius rationis: oporteret, quod illa relatio esset uariata secundùm speciem, & secundùm esse quidditatiuum: cum enim esse relationis sit ad aliud se habere: & in relatione duo claudūtur, ipsū aliud, & ipsum ad aliud: (ipsū ad aliud uoco habitudinem mediam inter extrema; ipsum aliud uoco ipsum extremum) ubi ergo erit illud extremum diuersum scdm spēm, & secundū rōnē, & ipsum aliud; hoc est habitudo erit

diversæ rõnis:& secundùm hoc talis relatio,quæ est ad extrema,diversa secundùm spẽm, diceretur bis,& non semel. Apello.n.hic dici semel, secundùm unam rõnem dici, & secundùm unum esse quidditatiuum. Si ãt ita esset, patet propositũ nostrum;quia sciens, & scibile sunt extrema diuersarum rõnum:ergo si scĩa refertur advtrunq;, oportet ꝙ hẽat duplex esse quidditatiuum;& per consequens ꝙ dicatur bis,& non semel. Eodem mõ uidens,& uisibile sunt extrema diuersarum rõnum;si ergo uisus referretur ad utrunq;, oporteret ꝙ hẽret uim duplicis relatiui secundũ esse quidditatiuum;& per consequens ꝙ bis, hoc est secundùm duo esse quidditatiua diceretur: patet ergo prima uia. Secunda uia Cõmentatoris est ꝙ idem bis diceretur.i.idem esset cã & cãtum,sicut scĩa:imaginatur.n.ꝙ esse cãm tantùm,uel esse cãtum tantùm,est semel dici:esse ãt simul causa & cãtum,est bis dici:uult ergo, ꝙ scĩa est causa respectu scientis,quia constituit scientem. Si ergo scĩa refertur ad scientem,tanquam quid cõstitutum ab ea;cã constitueretur per effectum:& ita idem esset cã & cãtum:quia constitutum constituit constituentem. Vbi notandum est, ꝙ scĩa ad scibile duplici relõne refertur;scibile.n.est instrumentum scĩæ,& cãtiuum respectu illius; etiã ipsum scibile est mensura respectu scĩæ; & per consequens scĩa est instituta,& mensurata: & secundùm primum modum inter scĩam & scibile est relatio,sicut inter institutum & instituentem; & est relõ in secundo modo.s.modo potentiæ & actus:secundo ãt modo inter scĩam & scibile est relõ sicut inter mensuram & mensuratum;& isto mõ non concernit rõnem instituentis, uel instituti,sed rõnem perfecti & diminuti; quia illud, quod est in scibile secũdùm esse reale, est in scĩa secundùm esse intentionale,& cognitionale;esse ãt intentionale est esse diminutum respectu esse realis; & ideo scĩa hẽt esse diminutum respectu scibilis, & per consequens mensurati; sic ergo se habet habitudo scĩæ ad scibile.Si autem ad sciẽtem habitudinem habeat instituentis; cum ipsa sit instituta à sciẽte, & à scibili,haberet habitudinem causæ & cãti;& ideo bis diceretur. Notandum est.n.ꝙ si intellectus aliquo modo instituat scientiam, hoc non est nisi inquantùm motus à scibili;quia intellectus de se est in potentia passiua,antequam moueatur ab obiecto; motus autẽ ab obiecto,actiuatur;ut possit aliquid operari:ergo si instituit,hoc est per uirtutem scibilis,sed ꝑ se non instituit;sed est institutum à scientia,sicut formatum à forma.

Semel dici est secundum unam rõnẽ dici.

E F

Scientia refertur ad scibile duplici relatione.

G

Quõ intellectus se hẽt ad scientiã.

H

Quæstio.

Quæreret aliquis. Vtrum scientia aliquo modo referatur ad scientem? Respondeo quòd omnis relatio extremum debet habere, quia omnis relatio ad aliud est;& omne, quod est ad aliud, extremum habet;hoc autem extremum non potest esse subiectũ relationis: quandoquidẽ extremum relationis non debet esse aliquid, quod sibi largiatur esse subiectiuum,sed solùm aliquid, quod detineat dependentiam eius: cum sciens respectu scientiæ sit subiectum, scientia non refertur ad scientem. Et si enim scientia aliquo modo respiciat scientem, sicut accidens subiectum;tamen non aspicit sicut relatio extremum. Et ex hoc patet fortè secundùm alium sensum, quomodo si scientia refertur ad scientem, quòd diceretur bis. Vbi notandum est, quòd dici sicut relatio est dici semel; dici sicut accidens est dici semel;dici sicut relatio, & sicut accidens est dici bis:si ergo imaginabimur, quòd scientia ad scientem semel tantùm dicitur, quia tantùm sicut accidens:scientia autem ad scibile semel tantùm dicitur, quia tantùm sicut relatio; si autem scientia refertur ad scientem, respectu scientis esset accidens & relatio; & ita respectu eiusdem bis diceretur,quod est impossibile: licèt respectu diuersorum relatio bis dicatur, tamen hoc est impossibile respectu eiusdem;omnis enim relatio,quæ prædicamentum est, accidens est; ex hoc quòd accidens est, de essentia sua est, quòd sit in;ex hoc quòd relatio est,de essentia sua est, quòd sit ad:ergo de essentia sua est,quòd sit in,& quod sit ad, & per consequens quòd bis dicatur, sed tamen respectu diuersorum:quia respectu subiecti dicitur in,& nõ ad;& respectu huius accidens est,& non relatio:respectu ãt obiecti & extremi dicitur ad,& non in:& sic est relatio,& nõ accidens: si autem scientia referretur ad scientem;sciens esset subiectum,& obiectum; & per consequens respectu eiusdem scientia esset in, & ad;esset accidens,& relatio;& per consequens bis diceretur: quod est impossibile respũ eiusdẽ.

Explicatio altera superioris dicti Averrois.

Quæstio.

Quæreret aliquis. Vtrum relatio modo mensuræ sit in primo modo? Videtur quòd sic;quia relatiua,quæ sunt modo unius;sunt in primo modo: relatiua autem modo unius ex hoc consurgunt, quia unitas est mensura duorum: dictum est enim,quòd unitas aliquando mensurat numerum,eo modo quo mensurat quãtitatem, & qualitatem dicendo;quantitas uel una qualitas;& sic facit primum modum,qui est modo unius: ergo mensura respicit primum modum. Ad oppositũ tertius modus diuiditur contra primum;sed tertius modus est modus mensuræ, ergo non primus. Respõ. ꝙ aliter est mẽsuratio in primo modo,& aliter in tertio: relatio.n. quæ est in tertio, est sicut inter mensuram & mẽsuratum:ita quòd mensura est unum extremum, & mensuratum aliud;& ex his nominatur relatio modo mensuræ:relatio.n. modo mensuræ est habitudo inter duo extrema,quorumvnum mensura est,reliquũ mensuratum:sicut relatio,quæ est inter scĩam & scibile,est relõ mõ mensuræ;quia est habitudo inter scibile & scĩam, quorum unum.s. scibile èst mensura,reliquum.s.scĩa est mensuratũ: Ex quo patet,ꝙ mensurõ mõ passiuo est in uno extremorũ.s.in mensurato:mõ ãt actiuo.s.in mensura, in altero extremorum:relõ ãt in primo mõ non est inter mensuram & mensuratum:ex hoc.n.est similitudo

Rõ mensura aliter in primo mõ, aliter in tertio

militudo inter aliqua duo extrema, ꝗ unum extremum est mensuratum unitate: ita ꝗ nou debemus imaginari, ꝗ ista relatio sit inter ipsam unitatem, & illud, cuius est unitas; sed inter mensuratum uuitate ex una parte, & inter mensuratum unitate ex alia: & hoc secundùm tres modos unitatis. s. in substantia, quantitate, & qualitate: uel inter mensuram mô multi uel numeri ex vna parte, & mô numeri & multi ex alia; quantùm ad inæquale, diuersum, & dissimile. Ex quo consurgit duplex diuersitas inter istû modum, & illum: prima est, quia in illo modo mensuratio passiua solû est in altero extremorum; in isto at modo mensurô passiua est in utroq;: secunda est, quia ille modus. s. tertius, est modo mensuræ pp mensurônē actiuam in altero extremorum: iste modus. s. primus, est modo unius & numeri. Cuius rô ē, quia ista relatio fundatur super mensurônem passiuā in utroq; modo, quæ quidem meusurô passiua est pp naturam unius, quantùm ad idem, simile, & æquale; uel modo numeri, quantùm ad opposita istorum. s. diuersum, dissimile, & inæquale. Sic ergo patet differentia inter primum modum, & tertium; quia in primo mô illud, quod mensurat. s. unum se tenet ex parte fundamenti; in tertio at illud, ꝗ mensurat se teuet ex parte extremi. Ad argumentum patet, quia aliter est in primo mensura, & aliter in tertio: imaginatur at sic arguens, ꝗ in primo mô unum sicut mensura se tenet ex parte unius extremi, & ipsa quantitas uel qualitas ex parte alterius extremi; qđ tamen non est uerum: sed tam unum, quam quantitas se tenent ex parte fundamenti: quia (sicut dictum est sæpe) unum in tribus prædicamentis facit tria fundamenta. Deinde d.

Ergo secundùm se dicta ad aliquid sic dicuntur.

Postquam determinauit de relatiuis secûdùm se; hic determinat de relatiuis secundùm accidens. Et duo facit, quia primò recapitulat, quod dictum est: secundò determinat de relatiuis secûdùm accidens: Secunda ibi. [Illa uerò quia sunt] Dicit ergo recapitulando, ꝗ relatiua secundùm se hæc sunt, quæ dicta sunt. Deinde d.

Relatiua secundum accidens quae, & quotuplicia.

Illa uerò, quia sua genera sunt talia, ut medicina ad aliquid: quia ipsius genus, scientia, uidetur esse eorum, quæ sunt ad aliquid.

Determinat de relatiuis scđm accidens. Et diuitur in tres partes scđm tres modos relatiuorû per accideus, quos ponit. Secunda ibi. [Ampliùs quęcunq;.] Tertia ibi. [Alia uerò scđm accidēs] Dicit ergo primò, ꝗ aliqua sunt de numero relatiuorum, non quia sint relatiua in se; sed quia eorum genera sunt relatiua: ex quo sequitur, ꝗ sunt per accidens; quia sunt per naturam aliorû: sicut medicina est de uumero relatiuorum; siue quæ sunt relatiua, non pp se, sed quia genus ipsius. s. scientia est de numero relatiuorum. Deinde d.

Ampliùs quæcunque secundùm habentia dicuntur ad aliquid, ut æqualitas, quia æquale; & simili tudo, quia simile.

A Ponit secundum modum dicens, ꝗ aliqua sût relatiua non per se, sed ex eo, ꝗ habentia ea, sunt relatiua; habeutia at ea sunt concreta. q. d. ꝗ isto modo abstracta sunt relatiua per accidens, sicut æqualitas est relatiuum, quia æquale; & similitudo, quia simile. Deinde d.

Alia uerò secundùm accidens; ut homo ad aliquid, quia ei accidit duplum esse; & hoc est ad aliquid, ut album: quia ei accidit album, & duplum.

Ponit tertium modum: est at tertius modus, quando subiectum uon est relatum nisi per naturam accidentis; sicut hô per naturâ dupli. Et hoc est, quod dicit; ꝗ alia dicuntur relatiua accidentaliter, hoc est, per naturam accidentis: sicut hô dicitur relatiuē, non quia sit relatiuum in se; sed B quia accidit ei esse duplum, quod quidem duplû est de numero relatiuorum per se; similiter albû est relatiuum per accidens; si contingit unum & idem esse album, & duplum; tunc album dicitur relatiuē non pp se, sed pp duplum, quod cum eo coniungitur.

Hō quō dicitur relatiuē

Quæreret quis. Qûo differt primus modus p accidens hic positus à secundo? Resp. ꝗ est aliter per accidens in primo mô, & aliter in secundo modo. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝗ hic determinat de relatiuis per accidens, non de relône per accidens; differētia at inter relônem, & relatiuum est, sicut inter formam & formatum, & sicut inter albedinem & album; ꝗ at hic determinet de relatiuo, non de relône, patet, quia ponit, ꝗ similitudo est relatiuum per accidens, & C tamen est relô per se; similiter æqualitas est relô per se; hic tamen uumeratur inter relatiua per accidens. Si ergo sic est, uideamus, quid requiritur ad naturam relatiui per se, quia hoc uiso, patebit ꝗ illud, quod deficit ab aliquo istorû, quæ requiruntur ad naturam relatiui per se, uocatur relatiuum per accidens, quia per accidens non est nisi deriuatio à per se, & secundùm quod aliud & aliud deficit ab illo, quod requiritur ad per se, ita hoc erit relatiuum aliter & aliter per accidēs. In relatiuo aût per se duo includuntur, quia oportet ibi esse illud, quod refertur; & illud, quod est rô referendi: sicut. n. duo requiruntur ad illud, quod est. s. illud, quod hēt naturam essendi, & illud, qđ est rô essendi. s. forma; ita si aliquod est relatiuû, D oportet, ꝗ sit ibi aliquod, quod refertur; & illud, quod est rô referendi: sicut si pater refertur ad filium, paternitas est rô referendi, sed tamē illud, quod hēt paternitatem, refertur; & coniunctum ex utroque uocatur relatiuum. Ita ꝗ plura requiruntur ad perseitatē relatiui, quàm relônis, quia de perseitate relônis non est ampliùs, nisi ꝗ sit rô referendi, sed ad perseitatem relatiui requiritur, ꝗ in se habeat illud, quod refertur, & quod est rô referendi, sicut plura requiruntur ad illud, qđ ē, quâ ad rônem essendi, illud. u. quod est, claudit in se illud, quod subsistit; & illud, quod est rô subsistendi. s. formam: ratio autem essendi solam formam dicit. Si ergo hæc sunt uera, patet ꝗ ad hoc

Quæstio.

Relatiuum quō differt à relatione.

Relatiuis p se, quae requiruntur.

Ad pseitatē relatiui plura requiruntur, quā ad pseitatemre latiouis.

ꝙ aliquid ſit relatiuũ per ſe, duo requiruntur. ſ. illud, quod re fertur; & illud, quod eſt rõ referendi: & omne illud, quod deficit ab aliquo iſtorũ, non eſt relatiuum per ſe; ſed ſi fuerit relatiuum, erit per accidens: & ſecundùm quod aliter & aliter deficit, aliter & aliter erit relatiuum per accidens. Primus ergo modus per accidens hic, poſitus, ex hoc dicitur relatiuum per accidens, quia deficit à relatione, quæ eſt rõ referendi, quæ non eſt in eo, ſed in alio aliquo, per quod id dicitur relatiuè, & ita per accidens. V. g. primus modus ẽ, quando ſpecies dicitur relatiuè per genus; quia rõ referendi non eſt in ſpecie, ſed in genere: ſicut medicina dicitur relatiuè per ſcientiam; quia rõ referẽdi ad ſcibile nõ eſt in medicina, ſed in ſciẽtia: medicina enim inquantum medicina non refertur ad ſcibile, ſed inquantum ſcia; ut patebit in ſequenti Qõne. Sic ergo iſte primus modus eſt, quia aliquid refertur per rõnem referendi, quæ non eſt in eo inquantum tale, ſed inquãtum induit naturam alterius; & per conſequens per accidens. Similiter & tertius modus per accidẽs eſt, ex hoc ꝙ rõ referendi eſt in eo, quod dicitur referri per aliquid aliud: ſed tamen differenter à primo modo: in primo modo. n. ſic eſt, ꝙ illud, quod refertur; nõ habet rõnem referendi, niſi inquantùm induit rõnem ſui generis: & ſic rõ referendi in hoc modo deſcendit in ſpẽm ꝑ genus; in tertio ãt modo rõ referendi eſt in ſubiecto, ex eo ꝙ induit rõnem accidentis; & ita per accidẽs; quia deſcendit rõ referendi à natura accidentis in ſubiectum; ſicut rõ referendi hominem nõ eſt in hoĩe, niſi inquantùm induit rõnem dupli, uel alicuius alterius relatiui per ſe. Sic ergo patet, ꝙ primus modus & tertius iõ eſt relatiuum per accidens, quia deficit à rõne referendi, quæ eſt in primo mõ in ſpẽ per genus: in tertio ãt modo in ſubiecto per naturam accidentis. Secundus autẽ modus non eſt relatiuum per accidens, quia deficiat à rõne referendi; quia tale relatiuum eſt in potentia referẽdi: dicitur ãt relatiuum tertio mõ æqualitas, ſimilitudo, &c. æqualitas ãt eſt rõ referendi duo æqualia, & ſimilitudo duo ſimilia: dicitur ãt relatiuum per accidens, quia deficit ab eo, quod refertur: licèt. n. ſimilitudo, & æqualitas ſint rõnes referendi; tamen non referuntur: ita ꝙ ſimilitudo eſt relatiuum per accidens: quia per ſimile refertur, & æqualitas per equale. Imaginabimur, u. accidentalitatem ſicut in forma: dicimus. n. ꝙ forma eſt per accidens; compoſitum ãt eſt per ſe: dicitur autẽ forma eſſe per accidens, non quia ſit cã eſſendi per accidens; ſed quia non eſt illud, quod eſt, nec ſubiectum exiſtentiæ: niſi quatenus eſt in compoſito: ita ꝙ illud, quod eſt compoſitum, ſit per ſe; & hoc. ſ. eſſe attribuitur formę per naturam cõpoſiti. A ſimili æqualitas, & ſimilitudo ſunt relatiua per accidens; non quia cã referendi per accidens; ſed quia nullo mõ referũtur, niſi per naturam ſimilis & æqualis; itaꝙ ſicut eſſe, quod eſt cõpoſiti, attribuitur quòd eſt per accidens

Medicina dicitur relatiue ꝑ ſcientiam.

Homo non eſt relatiuũ per ſe.

Forma quõ eſt per accidens.

Similitudo, et aequalitas quõ ſunt relatiua.

E dens formæ; ita referri, quod eſt relatiui, mõ accidentali attribuitur relõni, quæ non eſt relatiuũ, ſed rõ referendi. Et ſic patet qõ, ꝙ aliter eſt relatiuum in primo modo, & tertio: quia per defectũ relõnis & rõnis referendi; & aliter in ſecundo modo, quia per defectum eius, quod refertur.

Quæreret quis. Vtrum poſſit eſſe, ꝙ medicina ſit ſpẽs ſciæ: & tamen ſcia dicatur relatiuè ſcđm ſe, & medicina non? Videtur ꝙ non; quia ſpẽs relatiui relatiua eſt; & ſpẽs relatiui per ſe, relatiua eſt per ſe, ut uidetur: ſi ergo medicina eſt ſpecies ſciæ; ſicut ſcia dicitur relatiuè per ſe ad obiectũ; ita & medicina. Reſpõ. ad hanc quæſtionem, primò ponenda ſunt uerba Comm. deinde manifeſtanda; ex quorum manifeſtatione patebit intentio Philoſoph. circa ſciam & medicinã, & circa relationem generis & ſpẽi. Verba aũt Comm. ſunt F hæc: ꝙ aliquod genus ſit relatiuum; & tamen ſpecies non ſit relatiua, cã in hoc eſt, quia non eſt uerum genus, quod eſt poſitum eſſe genus ſpẽi: iõ ĩn rei ueritate ſcia non eſt genus medicinæ; niſi ſcia diceretur relatiuè ad ſcientem, & medicina ad medicum: tunc. n. ſcia eſſet genus medicinæ, & ſciens genus medici. Eſt ergo intentio Cõm. ꝙ quia ſcia non dicitur ad ſcientem, ſed ad ſcibile; ideo ſcia non eſt genus uerum medicinæ. Videtur imaginari, ꝙ medicina ad medicũ dicitur relatiuè, ſicut ſcia ad ſcibile: exponatur ergo ſic ſecundùm dictum Comm. Commentator ergo uult, ꝙ ſcia ſecundùm rõnem ſciẽ non dicitur relatiuè, niſi ad ſcibile: medicina autem ſecundùm G rõnem propriam ſuæ ſpẽi, quam addit ſuper genus, dicitur relatiuè ad ſcientem. ſ. medicum; eo modo quo poteſt eſſe relõ inter ſubiectum & accidens. Si autem contingat, ꝙ medicina dicatur ad ſcibile. ſ. ad medicinabile; hoc eſt ſolùmodo ſcđm rõnem generis ſui, quod eſt ſcia: ita ꝙ ſi à rõne medicinę abſolueretur ratio ſciæ, diceretur ſolùm relatiuè ad ſcientem; medicina autem ad medicum & ad ſcientem; ideo contingit, quòd ſcientia non eſt uerum genus medicinæ: ſi enim eſſet uerum genus medicinæ: ſicut ſcientia ad ſcibile, ita medicina ad hoc ſcibile. Secundò contingit, ꝙ medicina, ſecundùm ꝙ in eã ſaluatur ratio generis, dicitur relatiuè ad ſcibile: ſe H cundùm autem ꝙ in ea ſaluatur rõ medicinæ, dicitur relatiuè ad ſcientem. Ex hoc patet ad argumentum; quia ſcia ſecundùm Comm. non habet naturam generis: quòd ſi ueri generis naturam haberet, uel ſcia diceretur ad ſcientem, ſicut & medicina; uel medicina ad ſcibile, ſicut & ſcia.

Vlterius quæreret quis, Quia intellectus non quieſcit. Quare medicina dicitur ad ſcientem, & ſcia ad ſcibile? ex quo patebit quare medicina ſecundùm rõnem ſciæ ad ſcibile, & ſecundùm rõnem propriam ſuæ ad medicum dicitur. Ad declarã nem autem iſtius quæſtionis, uidendum eſt; in quo conſiſtit ratio ſciæ & medicinæ: ex quo ſcđò patebit, ꝙ quęritur. Ad euidentiam ãt primi notã dũ ẽ, ꝙ ſcia ẽ uniuerſalis acceptio rei uniuerſalis acce-

Quæſtio.

Doctrina Auerroica.

Scientia nõ dicitur ad ſcientẽ, ſed ad ſcibile, nec eſt uerũ genus medicinæ.

Prima materia denominatur à genere mutationis, ſed non ab aliqua ſpẽrum eius. Vnde benè dicitur prima materia tranſmutatur; ſ3 male dicitur prima materia generatur, uel corrũpitur. Ita pariter benè dicitur prima materia ẽ tranſmutabilis; ſed male dicitur, quod ſit generabilis, uel corruptibilis.

Quæſtio.

In quo conſiſtat rõ ſciæ, et medicinæ.

acceptio dico accepta ab experimento multorũ particularium; & aliquo modo cauſata à natura ſcibilis:& ideo contingit, quòd ipſa ſcientia eſt quid cauſatum à natura ſcibilis:tota ergo natura ſcientiæ uidetur eſſe in aſpectu ad ſcibile; ita ꝙ primus aſpectus ſcientiæ eſt ad ſcibile, ſecundarius ad ſcientẽ. Medicina autem, ut practica ſciẽtia eſt, eſt de eiſdem vniuerſalibus, de quibus fuit ſcientia; ſed tamen non eodem modo: qnia per naturam praxis hoc habet, quòd eſt de eiſdem uniuerſalibus, per induſtriam, ſcilicet medici applicantis ad particularia: & eſt de eiſdem uniuerſalibus non abſolutè; ſed ut ſunt regula directiua operum, ad quæ ſe extendit induſtria medici. Ex quo cõtingit, quòd illud, quod addit medicina ſuper ſciẽtiam propter ſuam praxim, eſt quid menſuratum ab induſtria medici; & quaſi quid cauſatum. Ex quo etiam contingit, quòd medicina ut medicina aſpectum primum dicit ad medicum, & ad ſcientem; ſic igitur patet primum. Ex quo patet ſecundum; ex quo enim ſcientia (ut patet per præcedentem articulum) eſt quid menſuratum à ſcibili:& ſuum primum aſpectum habet ad ſcibile; patet ꝙ relatiuè dicitur ad ſcibile: ex quo autem medicina ex propria ratione hoc addit ſuper ſcientiam, quòd propter ſnam praxim dicit aſpectum ad induſtriam ſcientis; oportet, quòd dicatur relatiuè ad ſcientem. Ex quo duo ſequuntur: primum quòd medicina inquantùm in ea ſaluatur natura ſcientiæ & generis, dicitur ad ſcibile: inquãtum in ea ſaluatur rãtio propria, dicitur relatiuè ad medicum, ſiue ad ſcientem: ſecundum, quod ſequitur, quòd iſta; praxis, quam addit medicina ſupra ſcientiam; prohibet qnòd non ſit nera ſpecies ſcientiæ; nec ſcientia uerum eius genus: ſicut dicit Commentator: quòd iſta praxis facit, quòd dicatur ad medicum & ad ſciẽtem. Debemus enim imaginari, quòd medicina habet duplicem aſpectum: unum aſpectum habet ad medicinale, quod eſt obiectum: ita quòd ſicut ſcientia aſpicit ſcibile in genere; ita & medicina aſpicit hoc ſcibile in ſpecie, ſcilicet medicinale:& quantùm ad hunc aſpectum eſt uera ſpecies ſcientiæ: & ſicut ſcientia eſt quid menſuratũ à ſcibili uniuerſaliter; ita medicina ab hoc ſcibili: & quantùm ad bunc aſpectum medicina eſt ſciẽtia ſpeculatiua. Alium aſpectum habet medicina ad induſtriam medici: inquantum medicus illud, quòd fuit ſpeculatum in medicina, applicat ad opus: & ſecundùm hunc aſpectum induit rationẽ praxis, & exit aſpectum neræ ſpeciei: quia ſecundùm iſtum aſpectum dicitur ad medicum, ſcientia autem ad ſcibile.

Primus aſpectus ſciẽtia eſt ad ſcibile, ſecũdus uero ad ſciẽtem.

Medicina, ut medicina primum aſpectum hẽt ad medicũ, ꝓꝑ ſuã praxim.

Medicina duplicem habet aſpectũ.

Quæſtio.

Conſequenter quæreret quis, quia intellectus adhuc non perfectè quieſcit. Vtrum illud, quod eſt medicina reſpectu ſcientiæ, ſcilicet, quòd ſit aliud ratione ſpeciei, & aliud ratione generis: ẽt ſit in ſcientiis ſpeculatinis; ita quòd hæc ſcientia ſpeculatiua, puta Phyſica ad aliud dicatur rõne generis, ſcilicet ſcientiæ, & ad aliud ratione ſpe- A ciei, ſcilicet inquantum Phyſica? Reſpondeo dicendum eſt, quòd non: quod enim hoc contingebat in medicina reſpectu ſcientiæ, erat propter aſpectum, qnem addebat medicina ad medicum propter ſuam praxim; quod quidem non eſt in ſcientiis ſpeculatiuis: in illis ergo ſic erit, quòd ad idem ſcibile, ad quod dicitur ſcientia in genere: dicitur hæc ſcientia in ſpecie. Vnde hęc ſcientia Phyſica dicitur relatiuè ad aliud, quantùm ad ſcibile Phyſicum, & Mathematica ad Mathematicum, & Metaphyſica ad Metaphyſicum: ita ꝙ ſicut ſcientia dicitur ad ſcibile, ita hæc ſcientia ſpeculatiua ad hoc ſcibile: & ſicut hæc ſcientia eſt ſpecies ſcientiæ: ita hoc ſcibile ſpecies ſcibilis:& ideo ibi ſaluatur uerè ratio ſpeciei & gene- B ris. Vnde ſicut eſt in multiplici, & ſubmultiplici reſpectu dupli & dimidii: ita eſt in ſcientia, & hac ſcientia reſpectu ſcibilis, & huius ſcibilis: nã ſicut duplum eſt ſpecies multiplicis, & dimidiũ ſubmultiplicis: ita hęc ſcientia debet eſſe ſpecies ſcientiæ, & hoc ſcibile ſcibilis. Et ideo in iſtis ſcientiis quælibet ſcientia ſpecialis tam ratione generis, quàm ratione ſpeciei dicitur ſcibilis ſcientia: ratione autem ſpeciei dicitur Medicina: ut planè uult Cõmentator ſuper iſto Quinto.

Quæſtio.

Vltimò quæreret quis. Vtrum relatio addat aliquam rem, uel intentionem ſuper ſuum fundamentum? Videtur quòd ſic: quia ſecundùm Boethium decem Prædicamenta ſunt decem uoces, decem rerum genera ſignificantes; ſi ergo hoc C eſt uerum, ergo quodlibet prædicamentum aliquam rem ſignificat; & aliud, atque alind prædicamentum aliam & aliam rem: relatio autem eſt unum de decem prddicamentis: ergo ſignificat aliam rem, & eſt aliud prædicamentum ab aliis: ergo ſignificat rem dinerſam ab aliis prædicamentis. Ad oppoſitum, ſi relatio adderet aliquid ſupet fundamentum: ſimilitudo diceret aliam rẽ ab albedine ſuper fundamentum, quod eſt impoſſibile: ſi enim ita eſſet, tunc ſubiectum album & ſimile eſſet compoſitius, quàm ſubiectum album tantùm, quod non eſt uerum. Reſpondeo, ad euidentiam huius quæſtionis tria ſunt declaranda: primum quid uocetur hic res, & quid intentio: ſecundum eſt, ꝙ relatio nullam rem addit ſupra D fuudamẽtum: tertium ꝙ aliquid diuerſum ab eo ſecundùm intẽtionem. Ad intellectũ primi notãdũ ẽ, ꝙ hic uocatur res, oĩs natura, & eſſentia, quę habet aliquid reale eẽ, uel firmum, diuerſum ab aliqno alio: res enim duplicem uariationem habet; uno.n.mõ dicitur res à reor, reris; & ſic illa, quæ habent eſſe putatiuum, & tantùm in anima, ſicut ſunt figmenta; poſſunt uocari res: ſecundo modo dicitur res à ratum eſſe, & ſic illa uocantur res, quæ aliquam entitatem, & aliquam certitudinem habent in natura, diuerſam à quolibet alio; ſiue ſit diuerſa in eſſentia, ſiue in exiſtentia: in eſſentia; eo modo quo dicimus, quòd alia eſt realitas albedinis, & alia hominis: quia alia eſt eſſentia, non quia alia ſit exiſtentia; quia albedo non

Relõ non dicit rem aliã à ſuo fundamento.

Primus articulus.

A. l. relatũ.

Res dupliciter deriuatur.

existit nisi in homine, & etiam in suo subiecto, in existentia uerò; eo modo quo dicimus, quòd alia realitas est Petri, & alia Martini; quia alia est fixio, quam habet Petrus per suam existentiam; & alia, quam Martinus habet: sic ergo patet, quid hic dicitur res. Intentio autẽ uocatur, non eo modo quo dicunt Logici, intentio prima, & secunda: sed intentio hic uocatur aliquid pertinẽs ad realitatem primo modo, quòd natum est præ concipi absq; aliquo alio, quod est in eadem realitate. V.g. ueritas, & entitas unam realitatem dicunt: tamen ueritas est una intentio, & entitas alia; quia entitas est apta nata concipi præter ueritatem; quæ tamen intentiones fundantur super una realitate: Ita quòd secundùm hoc multa sunt eadem re, quę tamen sunt diuersa intentione: eadem re quidem, quia habent unam fixionem, & eandem realitatem indiuisam in natura, ita quòd natura fixum esse unius & ratum, non potest separari à fixo esse alterius: diuersa autem intentione, quia conceptus unius ex eadem realitate potest concipi præter conceptum alterius, qualia sunt uerum, & bonum, quia fixum esse ueri, & fixum esse boni inseparabilia sunt; & tamen intellectus, qui inseparabilia secundùm rem potest separare; potest concipere unum, non concipiendo reliquum: & ideo intentio dicitur quasi intus tendentia, quia intellectus tendens in intraneitatem rei, infra eandem intraneitatem reperit duos conceptus; quos conceptus propter sui intraneitatem intentiones possumus appellare: tantùm ergo de primo articulo declaratũ est.

Intentio quid & quæ.

Multa sunt eadẽ re, quæ sunt diuersa intẽtione

Art. sedi.

Secundum declarandum, est, quòd relatio nullam realitatem addit super suum fundamentum; quod potest patere quadruplici uia: prima uia erit ex habitudine, quam habet relatio ad ipsum fundamentum: secunda erit ex habitudine, quã habet subiectum relationis ad obiectũ eiusdem; tertia uia erit ex habitudine, quam habet relatio ad genera & species suas: quarta uia erit ex habitudine, quam habet relatio ad motũ. Prima patet sic, habitudo relationis ad fundamentum, ut relatio diuiditur contra ipsum fundamentum; non est habitudo rei ad rem; si enim sic esset, sic adderet ueram rem super fundamentum; sed est habitudo modi ad rem. Verbi gratia non est imaginandum, quòd habitudo similitudinis ad albedinem sit, sicut habitudo duarum rerum, sed albedo & similitudo dicunt eandem rem: ita quòd similitudo super albedinem modum realem addit; ita quòd eadem realitas, quæ dicitur albedo: inquantùm facit albũ, dicitur similitudo inquantũ induit modum aliud, & inquãtũ dicit respectum ad aliquid extra; ita quòd similitudo ut similitudo de se non esset, nisi quoddam ad, & quidam modus; nec esset res extra animam, nisi quia eadẽ res, quæ est albedo, subinduit hunc modum qui est ad. Vnde realem realitatem, quam habet albedo, largitur similitudini; & est ad reale propter realem fundamentum. Debemus enim imaginari, quòd

Prima rõ.

Esse in, & esse ad, differunt.

E eadem albedo habet, quòd de natura sit in, & quòd sit ad: & sicut eam esse in, nullam rem addit supra ipsam albedinem; ita nec eam esse ad, addit super albedinem, nisi modum. Arguemus enim sic cõtra illos, qui ponunt aliam rem relatiuam præter rem fundamenti; ita quòd habitudo fundamenti ad relationem sit habitudo rei ad rem: impossibile est dare aliquam rem, de cuius natura sit esse in; quin illa res sit res accidentis: ergo à simili impossibile est dare aliquam rem, de cuius natura sit esse ad, quin illa res sit res relationis: sed ista res, de cuius esse est, quòd sit ad, est res absoluta, & res fundamenti; ergo res absoluti, & res fundamenti est realitas rationis, & nulla ibi alia res est præter illam: Quòd autem res absoluta,

F & res fundamenti hoc habeat, quòd sit ad, præter quamlibet realitatem additam; patet inducendo; quia albedo per essentiam suam hoc habet, quòd ordinetur realiter ad quamlibet aliam albedinẽ: ita quòd posita albedine in duobus extremis, nulla alia realitate posita, ponetur similitudo: similiter binarius per eãdem essentiam & realitatem, per quam est binarius; per eandem est duplum ad unitatem: Quęremus enim ab illis, qui ponũt, quòd relatio dicit rem aliam à fundamento; ita quòd habitudo unius ad aliud est habitudo rei ad rem: utrum illa realitas sit relatio, quia habeat modum ad? quod necessariò habent concedere, quia nulla realitas est relatio, nisi per modum, qui est ad: si autem ita est, quòd ista realitas, quã

G ponũt; est realitas relationis; quia habet modum ad; ergo omnis realitas, de cuius essentia est, habere modum ad, erit realitas relationis; sed de essentia rei absolutæ, & rei fundamentalis est, quòd habeat modum ad, sine aliquo intermedio; ut exẽplificatum est de albedine: ergo realitas rei absolutæ, & fundementalis est realitas relationis: si autem hoc est, frustra ponitur alia realitas. Quæremus etiam ab eis, utrum ista realitas, quã ponunt, se habeat ad ipsum modum ad, sicut fundamentum, uel sicut subiectum: non sicut subiectũ, quia subiectum refertur, ista autem realitas non refertur: nec sicut fundamentum, quia secundùm opinionem Philosophi fundamentum relationis ab solutum est, & est in alio prædicamento, quàm sit

H prædicamentum relationis. Sic ergo ex hac uia concludo, quòd cum habitudo relationis ad fundamentum non sit habitudo rei ad rem; relatio nullam rem addit supra fundamentũ. Secunda uia ad hoc probandũ, erit ex habitudine, quã hẽt subiectum relationis ad eius obiectum: debemus enim imaginari, quòd eadem realitas est, quæ ligat subiectum, quod refertur; & obiectum siue terminum, ad quem terminatur relatio: per eandem enim humanitatem homo est homo, & homo aspicit quemlibet alium hominem, & est similis cuilibet alteri in humanitate: & sicut est essentiale humanitati, facere hominem formaliter; ita essentiale est sibi, quòd faciat hominem similẽ in humanitate cuilibet alteri; & sicut per nihil additum

Crederem, qd identitas, similitudo, et æqualitas sint relationes pure intellectuales, quare & pura entia rõnis: nã inter fundamẽta talium nulla realis habitudo eẽ uidetur, sed oĩmoda absolutio; nec necessaria. simul põunt per rõpsio: eiusmodi plura alia credo. Pater uerò, dominus etc. credo relatiua realiter quia realiter supra, non possunt esse sine connexo respõ: sit scientia ad scibile dã plam ad dimidium etc. quia realiter sumptum secundũ hoc ipsorum includunt habitudinem, id ditiõ, & intentionem ad terum.

Scda ratio.

additum homo facit hominem; ita per nihil additum facit simile. A simili dico de albedine; quòd eadem albedo est, quæ aspicit subiectum, & obiectum: & aspiciendo subiectum, facit album; aspiciendo obiectum, facit simile. Quæramus enim ab illo, qui ponit, quòd relatio dicit aliam rem à fundamento; quare albus est & similis albo, & non est similis musico? & non poterit dari alia ratio, nisi propter naturam specificam albedinis: de natura enim specifica albedinis est, quòd per modum unum aspiciat quamcunque albedinem, per quem modum non aspicit musicam): hunc autem modum aspiciendi appello modum similitudinis): ita quòd sicut albedo per seipsam, & per nihil additum aliud facit diuersitatem in ratione inter album, & musicum: ita per seipsam, & per nihil additum facit hunc album simile cuilibet albo. Tertia uia est, ex habitudine, quam habet relatio ad genera & species. Ad cuius uiæ euidentiam notandum est, quòd licèt relatio per modum suum diuidatur ab aliis prædicamentis; & per rem suscipientem istum modum diuidatur infra seipsam in genera & species; ut dictum est in prima Quæstione huius capituli: tamen oportet quod realitas, per quam diuiditur infra seipsam in genera & species, sit realitas propria: quodlibet enim prædicamentum per modum proprium diuiditur ab aliis prædicamentis; & à simili propter realitatem propriam diuiditur infra seipsum. Non est enim imaginandum, quòd realitas illa, per cuius diuisionem diuiditur prædicamentum substantiæ infra seipsam, sit realitas aliena, sed est realitas propria. Nec est imaginandum, quòd substantia habeat duplicem realitatem; unam in se, qua sit indiuisam; & aliam, per cuius diuisionem diuidatur in genera & species: sed est una & eadem realitas, quæ sibi propria est; & per cuius diuisionem descendit in genera & species. A simili eadem realitas est, quæ est propria relationi, & per cuius diuisionem diuiditur in genera quod species: cum ergo per realitatem fundamenti relatio diuidatur in genera & species, ut ostensum est in præcedentibus Quæstionibus; ergo realitas fundameati, est realitas propria relationis. Nec obstat, quòd realitas fundamenti sit in alio prædicamento, quia eadem realitas potest subintrare, scilicet prædicamentum absolutum, & relatiuum; sicut patebit in sequenti articulo.

Tertia ra. (margin, beside "Tertia uia est")

Quarta ra. Quartà uia ad hoc ostendendum, est ex habitudine, quam habet relatio ad motum: uidemus enim, quòd aliquis de non relato fit relatus, & de non simili fit similis, nulla mutatione facta in ipso; sed solùm in altero extremo. Si enim solus Petrus esset albus, ita esset albus, quòd non esset similis; facta autem mutatione in altero extremo; puta, quòd aliquis fiat albus statim, Petrus erit similis illi albo facto, & tamen nulla mutatio erit facta in ipso. Modò arguo sic. Aut similitudo est aliqua res præter rem fundamenti, aut non: si nõ, habeo propositum: si sic, ergo aliqua res facta est in Petro, quæ prius uon fuit sine motu Petri, quod intellectus non capit: quare ergo enim priùs non habuerit talem rationem, & modò habeat sine motu, est implicatio contradictionis: probatio huius, sexto Physicorum, moueri est se habere aliter nunc quàm prius: ergo omne subiectum, quod se habet aliter in re nunc, quàm priùs, mouetur; cum ergo istud subiectum relatiuum, quod priùs non habuit istam rem, & modò habet; se habeat nunc aliter quàm priùs: ergo motum est: motum est ergo, & non motum. Præterea impossibile est dare, quòd sit aliqua realitas, quæ priùs non habita, postea possit haberi ab aliquo subiecto, quin possit terminare motum; si ergo relatio habet realitatem propriam, ergo uidetur quòd possit terminare motum per se; cuius coutrarium probatum est Quinto Physicorum. Imaginabimur ergo, quòd una realitas est fundamenti, & relationis; & quòd ille idem motus, qui terminatur ad fundamentum per se, terminatur ad relationem per accidens. Imaginabimur etiam, quòd aliquis de non simili fit similis sine mutatione sui, hoc non fit per acquisitionem alicuius rei, sed totum realiter quidquid priùs dici similis, hoc non erat propter defectum realitatis, sed propter defectum extremi, ad quod debebat terminari habitudo, fundata super realitatem fundamenti. Nam ipsa albedo (ut ponamus exemplum) duo habet; unum est, quòd ipsum subiectum facit album; secundum est, quòd habet connectere modo similitudinis album cum albo: primum potest haberi per rationem unius extremi, quia solùm uno subiecto existente; illud subiectum potest esse album: secundùm uerò non potest haberi nisi per positionem duorum extremorum, quia connexio semper duorum est: quando ergo solùm unum extremum est, deficit connexio, non propter defectum realitatis; quia tota realitas connexionis est illa albedo ex una parte; sed propter defectum extremi, ad quod terminatur ista connexio: & sic patet secundus articulus.

Tex. co. 51. (margin, beside "sexto Physicorum")

Tex. co. 10. (margin, beside "Quinto Physicorum")

Tertiò declarandum est, quomodo relatio differt à fundamento secundùm intentionẽ: quod patet, si considerentur dicta in primo articulo. Dictum est enim in primo articulo, quòd intentio uocatur conceptus, in re inuentus, qui potest concipi præter alium conceptum: cum ergo ita sit, quòd infra relationem fundamenti possunt concipi duo conceptus, quorum unus est conceptus fundamenti, & alius est conceptus relationis, & unus possit concipi præter alium; patet, quod relatio differt intentione à fundamento. Hæc patent in similitudine respectu albedinis: eadem enim albedo sub una intentione, & uno conceptu albedo dicitur; & sub alio conceptu in albedine similitudo est: realitas enim albedinis realitas est similitudinis: inquantùm enim albedo est quædam qualitas speciali modo qualificans subiectum, albedo dicitur: inquantùm autem eadem albedo

Tertius articulus. (margin, beside "Tertiò declarandum est")

albedo non solùm aspicit subiectum, sed etiam obiectum, puta quodcunque album, sic albedo induit modum ad: ita quòd quasi quædam habitudo est ligans subiectum, quod refertur; & obiectum, ad quod terminatur relatio: & secundùm istũ modum dicendi albedo similitudo est; ita ꝙ super realitatem albedinis in aspectu ad subiectũ est modus qualificatiuus: in aspectu ad obiectum est modus relatiuus: & sic una realitas est utriusque, tamen intentio est alia, & alia. Et hoc est, quòd uoluerunt dicere aliqui, quòd relatio, & fundamentum non differunt secundùm rem, sed differunt secundùm quidditatem: cuius ratio est, quia quidditas magis respicit intentionem, quam rem: si enim quidditas rei acciperetur pœnes rem, & non magis pœnes rem sub intentione; una esset quidditas entis, & ueri; quia una realitas: sed quia accipitur pœnes rem sub intentione, & alia est intentio entis, & ueri; ideo alia quidditas. Debemus enim imaginari, quòd quando aliquæ duæ intentiones sunt in aliqua realitate, quòd illa realitas est quasi quid informe apud intellectum, hoc est, quod dicit in-

Conceptus informis quę.

formem conceptum formabilem per intentionem & intentionem, & distinguibilem per easdem; & quia quidditas respicit conceptum distinctum & formatum, & non conceptum informẽ ideo quidditas non accipitur pœnes rem tantùm; sed pœnes rem sub intentione; quare si ita est ꝙ relatio & fundamentum dicant aliam & aliam intentionem, benè dictum est, quòd sunt alia secũdùm quidditatem, & non secundùm rem. Ad argumentum Boethij, dicendum est, quòd ibi accipit rem, communiter; ad rem, & ad modum rei: & sine dubio relatio dicit rem, quia rem fundamenti; licèt alio modo, & alia intentione dicat eam, qua dicat fundamentum: fundamentũ enim dicit illã per alium modum prędicabilem, quo dicat relatio: sicut albedo dicit realitatem albedinis per modum qualificatiuum; similitudo dicit eandem realitatem per modum ad, & per modũ relatiuum: hæc ad præsens dicta sint de relatione.

TEX. 21. *Perfectum uerò dicitur, unum quidem, extra quod non est accipere ullam quidem particulam; ut tempus perfectum singulorum, extra quod non est accipere tẽpus aliquod, quod sit huius tẽporis pars.*

In parte ista Philosophus determinat de proprietatibus entis, sicut in principio huius dictum fuit: Et diuiditur in duas partes, quia primò determinat de proprietatibus, quæ se habent per modum positiouis: secundò de illis, quæ se habẽt per modum priuationis: Secunda ibi [Falsum uerò dicitur] Prima in duas, nam perfectum & totum sunt affinia; & ideo primò distinguit perfectum: secundò distinguit ipsum totum: Secunda ibi [Totum dicitur] Prima in duas, quia perfectũ uno modo dicitur, cui nulla pars deficit; ideo primò distinguit perfectũ: scdò distinguit partẽ, ibi [Ex aliquo esse dicitur.] Circa primum notandũ est, ꝙ perfectum est illud, quod finem attingit; &

E perfectum est quod absolutum, & independens est: tertiò perfectum est illud, quod habet omne, quod pertinet ad naturam sui: Et secundùm hoc diuiditur hoc capitulum in quatuor partes, quia primò distinguit perfectum: secundò finem, siue terminum: tertiò per se, quòd sonat quandam absolutionem, siue independentiam: quartò habitũ. Secunda ibi [Terminus dicitur] Tertia ibi [Et secundùm quòd dicitur multipliciter.] Quarta ibi, [Habitus uerò dicitur] Prima in duas; quia primò distinguit illa, in quibus primò saluatur ratio perfecti propriè: secundò illa, in quibus saluatur sim propriè, & secundùm quandam analogiam. Secũda ibi [Alia uerò iam secundùm ipsa] Prima in duas, quia primò distinguit perfectum per tres modos: secundò ostendit, quòd omnes modi perfecti possunt reduci ad duos. Secunda ibi [Secundùm se quidem igitur dicta] Prima in tres, quia primò ponit unum modum perfecti, qui attenditur secundùm quantitatem: secundò unum, qui attenditur secundùm qualitatem & uirtutem: tertiò unum, qui attenditur secundùm finem. Secunda ibi [Et quæ sunt secundùm uirtutem] Tertia ibi, [Amplius cuius est finis studiosus] Dicit ergo primò, ꝙ perfectum primo modo dicitur, extra quòd non est accipere aliquam particulam illius: quasi dicat, tunc est perfectum in aliquo secundùm quantitatem, quando tota quantitas attingitur, & omnes particulę eius; ita quòd nulla particula sit extra hoc, quæ non habeatur:

Perfectum quid.

G Exemplum, tempus perfectum uniuscuiusque rei tunc est, extra quòd non est accipere aliquod tempus partiale, quòd sit pars huius temporis: Commentator sunt quædam tempora entium naturalium, quæ dicuntur mensuræ entium, & uita ipsorum; eo modo quo dicimus, quòd unaquæque res habet propriam periodum: Cõsequenter per istum modum perfectionis mundus dicitur perfectus: cuius ratio est, quia tunc unumquodque dicitur perfectum in isto modo, quando habet quantitatem totam, quæ requiritur ad naturã sui; nullum autem corpus infra mundus capit totam quidditatem, solus autem mundum totam naturam quanti capit; & ideo est perfectus secundùm istum modum. Secundùm etiam eundem

Mundus perfectus.

H Commentatorem corpus est perfectum secundùm hunc modum perfectionis respectu lineæ, & superficiei: cuius ratio est, quia iste modus perfectionis respicit perfectionem inquanto; illud autem uocatur perfectum inquanto, quod attingit omnem dimensionem quanti: & ex opposito illud uocatur diminutum inquanto; quod non attingit omnem dimensionem quanti: secundùm hoc ergo linea est quid diminutum inqnãto; quia non attingit, nisi unam dimensionem: similiter superficies, quia non attingit nisi duas dimẽsiones; corpus autem perfectum est, quia attingit omnes dimensiones; attingit enim tres; ultra autem non est dare quartam. Notandum tamen, quòd aliter est perfectum corpus, & aliter mundus: corpus enim

Corpus est perfectum.

Perfectio in quanto quid.

Corpus & mundus diuersimodè perfecta.

enim est perfectum, quia attingit omnes dimensiones secundùm speciem; quia nulla dimensio secundùm speciem est, quæ non attingatur à corpore; non tamen attingit omnes secundùm numerum: & si enim corpus attingat secundùm lógum, latum, & profundum; non tamen omne corpus attingit omne longum numeraliter, nec omne latum, nec omne profundum: Mundus autem attingit omnem rationem quanti in specie, & in numero; & ideo corpus est quid imperfectum respectu mundi; quia mundus attingit omnem rationē, quanti, quod non attingit corpus. Deinde cum dicit.

Et quæ sunt secundùm uirtutem, & eius, quod bene, non habentia hiperbolem ad genus, ut perfectus medicus, & perfectus fistulator; quando secundùm speciem propriæ uirtutis in nullo deficiunt.

Perfectum secundu uirtutem.

Ponit secundum modum, qui attenditur secū dùm qualitatem: Et diuiditur in duas, secundùm quòd perfectum in hoc modo est duplex, scilicet propriè, & translatiuè: Secūda ibi, [Sic autem trāsferentes.] Dicit ergo primò quòd aliquid est perfectum secundùm uirtutem, quod quidem quantùm ad bonitatem eius, quod est benè se habere, non habet excedentiam in tali genere: quasi dicat, illud uocatur perfectum in genere, quod attingit ultimum gradum generis: sicut illud est diminutum in tali genere, quod attingit naturā generis, sed non secundùm perfectam rationem, nec secundùm ultimatum gradum. Deinde ponit exemplum Philosophus; sicut perfectus medicus dicitur, qui in nullo deficit secundùm speciē propriæ uirtutis, hoc est, qui attingit medicinam non secundùm defectum: & perfectus fistulator dicitur, qui in nullo deficit in arte fistulandi; sed illam attingit secundùm ultimatū gradum. Notandum est, quòd Commentator appellat hic istū modum secundùm qualitatem; uocans qualitatē formam ipsam, & naturam rei, siue uirtutem. Notandum etiam, quòd iste modus perfecti optimè uocatur secundùm uirtutem; cuius ratio est, quia uirtus est ultimum de potentia: potentia enim & uirtus sic differunt, quia potentia potest dici de omni gradu potentis: uirtus autem dicitur solùm de ultimo gradu potentis, & de nobilissimo gradu: cum ergo perfectum sit isto modo, quod attingit ultimum gradum generis; & uirtus habeat rationem ultimi, benè dictū est, quòd hoc est perfectum secundùm uirtutem. Deinde cum dicit.

Virtus ē dispō perfecti ad optimū.

Qualitas dicitur forma & natura rei.

Pōa, & uirtus differūt

Sic autem transferentes ad mala, dicimus sycophantam perfectum, & latronem perfectum; quoniam & bonos dicimus eos, ut latronem bonum, sycophantam bonum. Est enim uirtus perfectio quædam. Quodlibet enim perfectum, & substantia omnis, tunc perfecta, quando secundùm speciem propriæ uirtutis in nulla deficit parte secundùm naturam mensuræ.

Ponit modum perfecti translatiui dicens, ꝙ sicut in bono dicimus perfectum, quòd attingit ultimitatem, uel ultimatum gradum boni in ali-

A quo genere, ita in malis per quandam translatione m dicimus, perfectè malum in aliquo genere, quod in tali genere in nullo deficit à malitia: sicut perfectum calumniatorem dicimus, & perfectum mendacē, qui in nullo deficiunt à calumniādo, & mentiendo: & hoc est, cum aliquis fuerit in summo mendacii, & in summo calūniæ: Quòd autem perfectum possit dici de istis patet, quia & bonum de istis dicimus: dicimus enim bonum latronem, & bonum calumniatorem; ex hoc autē quòd aliquid dicitur perfectum secundùm uirtutem, prouenit, quòd uirtus est quædā perfectio. Vnumquodque enim tunc est perfectum, & omnis substantia tunc est perfecta, quādo nulla pars magnitudinis; quæ magnitudo competit sibi se-

Bonum, & malum metaphoricè.

Perfectum quando.

B cundùm naturam & secundùm speciem propriæ uirtutis, sibi deficit. Commentator: perfectio substantię prouenit ex magnitudine & qualitate. ubi notandum est, ꝙ quælibet res naturalis habet determinatam magnitudinem: est enim dare aliquā quantitatem dimensiuam terminatam in natura, ultra quam non protenditur equus in magnitudine; & aliquam determinatam in natura in paruitate, infra quam non est natura equi: ita quòd determinata est ex utraque parte: ita quòd sicut qualitas formalis & substantialis equi determinata est, ita & magnitudo: & sicut dixi de equo, ita dico de aliis rebus: Et hoc est, quòd dixit Cōmentator, quòd perfectio rei est in magnitudine: Notandum tamen, quòd Commentator magis

Qualibet res nālis hēt determinatā magnitudinem.

C intelligit de magnitudine uirtuali; quàm de magnitudine molis: quasi dicat, quælibet res habet determinatam formalitatem specificam, & determinatam magnitudinem uirtutis illius formæ; ultra quam magnitudinem nihil est illius formæ: sicut caliditas determinata est in qualitate formali, & determinata est in quantitate, siue magnitudine uirtuali; quia habet summum gradum, ultra quem non est alius: & secundùm illum gradum magnitudinis uocatur perfectum in isto modo: Illud enim uocatur perfectè calidum, quòd attingit caliditatem secundùm ultimum suæ uirtutis. Deinde cum dicit.

Ampliùs quius est finis studiosus, ea dicuntur perfecta. Etenim secundùm habere finem perfecta.

D Ponit tertium modum perfecti, qui attenditur secundùm finem; Et diuiditur in duas partes, secundùm quòd in isto modo est finis propriè, & translatiuè. Secunda ibi, [Quare quoniam finis.] Dicit ergo quòd tertio modo dicuntur perfecta illa, quibus inest finis studiosus, & bonus: ex hoc enim aliqua perfecta sunt, quia finem assequuntur, & habent. Notandum est, quòd finis perfectio est: cum.n. finis sit bonū, & optimū; & oē bonum & optimum perficiat id, cui est bonum & optimum; oportet quòd sicut bonum & optimū perfectio est, quòd & finis; si autē finis perfectio est; sicut aliqua dicuntur perfecta ex hoc, quòd habent perfectionem: ita dicuntur ex hoc quòd habent finem. Debemus enim imaginari, quòd nulla

Perfectum rōne finis.

nulla res perfecta eſt, donec eſt citra finem ſuũ; quia ut ſic ſemper eſt infra eſſe diminutum; tunc autem perfecta eſt, quádo eſt indiuiſa à ſuo fine. Deinde cum dicit.

E

Quare quoniam finis ultimorum aliquis eſt, & ad praua trasferentes dicimus perfectè pdi, & perfectè corrumpi, quando nihil deeſt corruptioni in malo, ſi in ultimo eſt. Quapropter mors ſecundùm metaphoram dicitur finis, quia ambo ultima, Finis autem, & cuius cauſa, ultimum.

Ponit modum perfecti translatiui dicẽs, quòd quia ſecundùm hunc modum perfectio & finis idẽ ſuut; & perfectio eſt ultimum, & etiam finis eſt ultimus: ideo nomen perfectionis transferimus ad ultimum; & ſi ratio ultimi ſit in prauis: illud enim uocamus perfectè habere aliquid, qđ aſſequitur ultimum rei etiam in malis. Vnde dicimus aliquid perfectè perditum eſſe, & perfectè corruptum, quando ita aſſequitur naturam corruptionis, ꝙ nihil deeſt ſibi de illa; ſed eſt in ultimo illius: quia autem ita eſt, ꝙ finis ultimum eſt; ideo ſecundùm metaphoram, & impropriè mors dicitur finis; & hoc quia ambo.ſ.mors, & finis ſunt ultimi: finis.n.& cuius gratia quæ ſunt ad finem, ultimnm eſt. Notandum eſt, ꝙ de ratione finis duo ſunt.ſ.ꝙ ſit ultimum, & ꝙ ſit optimum: illud ergo, in quo ſaluatur ratio ultimi, & optimi; ꝓpriè habet rationem finis: illud autem quod habet ratiouem ultimi, ſed non optimi uel boni, ſemiplenè habet rationem finis, cum ergo ita ſit ꝙ mors habet rationem ultimi, ſed non optimi: ideo non habet rationem finis, niſi ſemiplenè. Notandum eſt, ꝙ omnis perfectio aliqua bonitas eſt; ſi ergo in aliquo ſaluatur ratio perfectionis, oportet ꝙ in eo ſaluetur ratio bonitatis: ſi autem contingit, ꝙ in aliquo dicatur eſſe perfectio ſine ratione boni; oportet ꝙ hoc ſit impropriè dictum, & ſolũ translatiuè: Et hoc eſt, quod dixit Philoſopbus, ꝙ dicere aliquid perfectè eſſe perditum, uel perfectè corruptum; ſolùm translatiuè, & non propriè dictum eſt: quia perditio & corruptio non habent rationem boni. Deinde d.

F

Finis, & bonum idem.

Mors quã habet rõnẽ finis.

G

Secundùm ſe dicta, quidẽ igitur perfecta totiens dicuntur. Alia quidem, quia ſecundùm benè in nullo deficiunt, nec hyperbolem.i.exceſſum habent, nec extra aliquid accipiunt.

Reducit modos perfecti ad duos; Et diuiditur in duas partes ſecundùm duos modos: Secunda ibi[Alia omnino.] Sic ergo dicit primò, quòd per ſe ſecta dicta ſecundùm ſe, totiens dicuntur: alia uerò dicuntur perfecta, quia ſecũdùm bonitatem in nullo deficiunt: ita quòd nulla bonitas eis deficit; nec habent hyperbolem, hoc eſt excedentiam ab aliquo alio: quia bonitas eorum à bonitate nullius exceditur; nec eſt accipere aliquid extra, quòd ſit infra bonitatem aliorum, quòd non ſit infra bonitatem iſtius: Commentator hæc eſt perfectio primi Dei. imaginatur enim ſic Commẽtator, quòd omnes bonitates & perfectiones, quæ ſparſim & diuiſim inueniuntur in aliis rebus; diuino modo inueniuntur in Deo; ita ꝙ perfectio ſummi Dei attingit perfectionem omnium generum. Deinde cum dicit.

Deus ẽ, quo nullus excogitari poteſt.

H

Alia omnino ſecundùm quòd non habent hyperbolem, ideſt exceſſum in unoquoq; genere, nec aliquid eſt extra.

Ponit ſecundum modum perfectionis, dicens ſic: quòd alia dicuntur perfecta ex hoc quòd nõ habent hyperbolem, hoc eſt excedentiam in tali genere; hoc eſt, ex hoc dicuntur perfecta, quia nõ inuenitur aliquid in tali genere, ꝙ ea excedat; nec aliquid infra illud genus perfectionis, quòd ſit extra illud. Notandũ eſt, quòd hæc eſt differentia inter primum modum & ſecundum: quia perfectio primi modi eſt perfectio extra genus. Ex hoc enim aliquid uocatur perfectum in primo modo, quòd non exceditur ab aliquo, quod ſit infra naturam totius entis: ex hoc quòd infra perfectionem ſuam capit perfectionem totius eſſe, ex hoc autem dicitur perfectum ſecundo modo, quod eſt perfectum in genere; quia licèt non excedatur ab aliquo, quod ſit infra illud genus; tamen poteſt excedi ab aliquo, quod eſt extra illud genus, (uocat autem hic genus maneriem) Exemplum, perfectus homo dicitur ex hoc, quòd non exceditur ab aliquo, quod ſit infra maneriẽ hominum; licèt poſsit excedi ab aliquo, quod ſit extra maneriem hominum, ſicut ab Angelo: Debemus enim imaginari, quòd perfectum primo modo dicitur perfectum ens. perfectum autem ſecundo modo dicitur perfectum hoc ens. Vocat autem perfectum ens, quod attingit totã perfectionem entis; & à nullo infra naturam entis exceditur. Vocat autem perfectum hoc ens, qđ attingit perfectionem entis, cum hoc nõ ſimpliciter, puta in homine, uel in Angelo; & quòd à nullo exceditur infra ambitum huius entis, puta hominis, uel Angeli, non aũt entis ſimpliciter. Notandum eſt, ꝙ omnes modi dicti priùs reducuntur ad ſecundum modum: cuius ratio eſt, quia ſecundus modus hic dictus eſt, ſecundùm quòd aliquid dicitur perfectum in genere; eſſe autem perfectum in genere eſt ex hoc quòd eſt quanti, quò ad primũ modum; uel in genere qualis, quò ad ſecundum; uel quò ad certum gradum finis, quò ad tertinm. Deinde cum dicit.

Modi perfecti in genere.

Perfectum ens, & perfectum hoc ens.

Perfectũ in genere, & extra genus.

Alia uerò iam ſecundùm ipſa, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoſcendo tali, aut in aliqualiter dici, at primò dicta perfecta.

Ponit modum perfecti, ſecundùm quem modum aliqua dicuntur perfecta per attributionem ad prædicta perfecta, dicens: quòd alia dicuntur perfecta ſecundùm iam dicta, aut quia faciunt aliquid tale: ſicut perfectus medicus uocatur, qui facit perfectam ſanitatem; aut qui habet aliquid tale: ſicut perfectus magiſter, qui habet perfectã ſcientiam: aut quia congruum alicui tali per modum ſimilitudinis; ſicut perfecta imago, quæ cõgruit perfecto homini ipſum præſentando; uel ſecundùm alium modum, dicuntur analogicè ad perfecta,

perfecta, per se dicta.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum sit uerum, quòd perfectiones omnium creaturarum sint in Deo, & in primo principio? Videtur quòd non: perfectiones omnium creaturarum sunt in certo gradu, & limitato: nihil limitatum est in Deo, ergo &c. Ad oppositū est Commentator. Respondeo hic sunt duo uidenda: primò probandum est, quòd perfectiones creaturarum sunt in Deo: secundò danda sunt exempla, per quę exempla possumus ad hoc manuduci. Primū patet quadrupliciuia: prima uia erit ex hoc, ꝙ Deus habet rationem agentis respectu istorum inferiorum: secūda erit ex hoc, quòd Deus est ipsum esse: tertia uia erit ex hoc, quòd Deus habet rationem finis respectu inferiorum: quarta erit ex hoc, quòd Deus habet rationem totius ante partes, respectu inferiorum. Prima patet sic; omne agens primò debet præhabere ipsum effectum; ita ꝙ illud, quod est in effectu ab ipso agente, necessariò debet esse aliquo modo in agente: cuius ratio est, quia effectus ut effectus est in potentia respectu illius, quod accipit ab agente; agens autem est in actu respectu illius: cum ergo ita sit, quòd omnis alia perfectio à Deo, sit ab ipso sicut effectus à causa; oportet quòd omnis alia perfectio ab ipso præhabeatur: Sed tamen sciendum est, quòd agens naturale aliter habet suum effectum, aliter agens per artem, siue per intellectum; quia agens naturale præhabet perfectionem, quam largitur effectui per modum naturæ: agens autem artificiale præhabet illam per modū intellectualem, & per modum extra rem, uel idealem: cum ergo Deus sit agens per intellectum, quia ipse artifex totius naturæ, præhabet totam naturam, & totam perfectionem naturę per modum idealem, & per modum intellectus: ita quòd in intellectu primi relucet omnis perfectio secundariorum. Hęc ergo ratio non plus probat, nisi quòd perfectiones secūdariorum sunt in primo, sicut exemplata in exemplari: plus autem quærit quæstio; & ideo oportet addere rationem secundam, quæ sumitur ex esse primi.

Deus quō agit, & quō res alia sint in eo.

Scđa uia. Potest aūt hæc ratio duobus modis reduci, uno modo sic: existētia primi est essentia infinita; & esse eius est esse infinitū: sic autem imaginabimur suo modo infinitatem in esse, sicut in quanto: infinitum autem in quanto est, quando amplectitur omnem gradum quanti: ergo infinitum in esse est, quando amplectitur omnem gradum essendi, & omnem perfectionem: ita quòd omnis gradus, qui est in essentia finita & participata; est modo sublimiori in ipso esse infinito: tale autem esse primi quòd potest dici quoddam pelagus essendi, immo labyrinthus īfinitus: ita ꝙ omnis essentia uel perfectio modo sublimiori cōtinetur, quàm in seipsa ut participata est. Secundo modo potest deduci ratio ex hoc, quòd ipsum primum est ipsum esse; ex hoc enim quòd est ipsum esse, oportet ex hoc quòd sit ens per essentiam; ex hoc autem quòd alia à primo non sunt

Aliàs, essentia.

Similitudo inter infinitum in esse, & infinitum in quanto.

A ipsum esse; ex hoc oportet, quòd sint entia per participationem; quod patet sic. Illud, quod est tantùm ipsum esse; non potest esse ens per participationem, quia si esset ens per participationē, duo essent ibi, scilicet participans, & participatum: participatū autem esset ipsum esse; & sic ibi esset aliud, quàm esse: ergo non esset tantùm ipsum esse: implicat ergo contradictionem dicere, quòd sit tantū ipsum esse; & quòd sit ens per participationem: si ergo est ipsum esse; ergo est ens per essentiam; alia autem à primo, quæ non sunt ipsum esse, de se non habent ipsum esse, nec sub omni plenitudine, ergo participatè habēt. Si hęc sunt uera, primum ad secundaria se habet sicut perfectio per essentiam ad perfectiones partici-

Deus est suū esse, alia à Deo participant ipsum esse.

B patas: illud autem, quod est in re per participationem; sublimiori modo est in re, quæ est talis per essentiam; ergo omnis perfectio entis, quæ modo participato & limitato est in creaturis, sublimiori modo est in primo ente, quod est ipsum esse per essentiam. Tertia uia sumitur ex ratione finis: debemus enim imaginari, ꝙ sicut agēs agit per formam suam; ita finis inclinat per bonitatem, quæ est in potentia: ita quòd omne, quod inclinatur ad finem, ideo inclinatur, ut attingat bonitatem finis; Deus autem finis est omnium; quod patet ex hoc, quòd omnia nituntur suo modo assequi esse diuinum; sic autem est, quòd sicut ipsum est agens primum respectu omnium agentium; ita est finis oīum respū oīum finiū: agens āt

Tertia uia.

Deus est finis omnium

C primum ad secunda agentia sic se habet, quòd omnis ratio agendi, quę saluatur in secundo agēte, quodcunq; sit illud; sublimiori modo est in primo agente: & à simili cum ipse Deus sit ultimus finis omnium, respectu cuius omnis finis est finis sub fine; oportet quòd ratio omnis boni, quæ est in quocunque fine dato, uel possibili, sublimiori modo seruetur in fine ultimo. hoc autem nō potest esse, nisi finis ultimus habeat rationem infiniti boni: si autē hēat rōnem infiniti boni, ergo & infinitę perfectionis: quia qualibet bonitas aliqua perfectio est. Quarta uia est, ꝙ Deus est totum ante partes: distinguit enim Proclus triplex totum, scilicet totum ante partes, totum in partibus, & totum ex partibus. Vocatur autem

Finis ultimus hēt rōnem infiniti boni.

Quarta uia

Totum triplex.

Aliàs, participata.

D totū in partibus natura totius particulata in partibus, & particulatè recepta; eo modo quo possemus dicere, quòd animal est totum limitato modo, & participato receptum in partibus; secundū aliam & aliam perfectionem est in alia, & alia parte, sicut in homine, & in asino: & etiam eo modo quo possemus dicere, quòd esse, quod est cōmune creaturis, est totum in partibus; quia natura entis modo participato & limitato est in qualibet parte, & creatura causata: Naturam talis totius non potest habere primum ens; quia esse primum est esse illimitatum, non receptum; totum autem ex partibus uocatur totum, quod habet partem extra partem, & cuius natura non consistit in simplici esse, sed in esse composito; quæcunque

Aliàs, participatè.

que compositio sit illa:esse autem primi non potest habere naturam talis totius; quia esse primi simplicissimum est: si ergo habet naturam alicuius totius,habet naturam totius ante partes:idem autē est dicere(sicut probabo)quòd sit ante partes,& quòd præhabeat omnes perfectiones, quæ sunt in effectibus : nam totum ante partes illud uocatur,quod unitè habet perfectiones,quas reliqua alia habent sparsim,& diuisim;& quia unitè habet,ideo per modum totius;& quia alia sparsim,& quasi diuisim:idcirco primum uocatur totum,& illa uocantur partes respectu illius: idem est autem hoc, ꝙ præhabere perfectiones sublimiori modo,quas alia reliqua habent limitato & participato: Deus ergo , & primus motor habet uerissimè naturam istius totius; ita quòd dicitur totum ante partes:totum quidem,quia quod partes habent sparsim & diuisim, ipse habet per modum unius,& per modum collectiuum:ante partes autem,quia ea quę sunt in eo, sublimiori modo, & per consequens modo nobiliori & altiori sunt in eo, quàm in participatis: Sic ergo patet primus articulus,sequitur secundus , scilicet declaratio per exempla.

Art. scds. *Opin. quorundam.* Quidam uolentes hoc declarare dicunt,& dát tale exemplum:si esset aliquis calor separatus haberet infra gradum & essentiam suam omnes rationes & gradus essendi,quos habent omnes calores existentes in materia: Imaginantur enim isti sic , quòd calor in materia propter receptionem materiæ non est ibi omnino per modum caloris,sed per modum materiæ;quia oē, quod est in alio,per modum recipientis est, non recepti; & quia ibi per modum materiæ est,ideo modo limitato & remisso: si autem esset aliquis calor separatus,qui non esset in alio,oporteret quòd assequeretur naturam caloris secundùm omnem modum sui,& secundùm omnem gradum sui,& per consequens compræhenderet omnes calores, qui sunt in materia; A simili dicunt, quòd omne aliud à Deo non est esse simpliciter, sed est esse in hoc:in hoc dico, scilicet in natura recipiente; & quia est esse in hoc, ideo non habet esse per modum esse,sed per modū huius; & quia per modum huius , ideo modo participato & limitato: Deus autem est ipsum esse,& ideo assequitur ipsum esse per modum esse simpliciter, & secundū omnem gradum ipsius; & sic oportet quòd omnis gradus entis in primo aliquo modo sint: *Impugnatio* Exēplū istud in aliquo deficit, quia calor separatus, & calor in materia sunt eiusdem speciei, ꝙ non potest esse, esse per essentiam, & esse participatum. Aliud exemplū ponūt aliqui de motus primi mobilis duratione : imaginantur enim quòd motus primi mobilis hēt oēs perfectiones in durationе essendi,quas habēt omnes alii motus inferiores:nō est enim aliqua duratio inferior, nec aliqua periodus, quæ non capiatur infra motum primi mobilis, & ideo dicitur mensura aliorum motuum. A simili(ut dicunt)non est aliquis gra-

E dus essendi, quod non sublimiori modo sit in esse Dei. Exemplum hoc etiam deficit,quia motus *Impugnatio* primi mobilis non capit durationes inferiores in quodam simplici esse , sed per aliam partem sui capit aliam, & aliam durationem. Tertium exēplum ponunt alii, quòd Deus est sicut unitas, & essentiæ aliorum sunt sicut numeri, descendentes ab hac unitate ; imaginantur ergo sic , quòd ista unitas ex eminentia sui est prætij infiniti & illimitati : & secundùm quòd magis & minùs distant ab ista unitate, sic sunt maioris & minoris prætii : sic ergo propter infinitatem sui continet ista unitas infra seipsam modo sublimiori, quid quid numeri continent modo participato & limitato. Ad argumētum dicendum est,quòd per-

F fectio creaturæ potest cōsiderari duobus modis : uno modo inquantùm perfectio: & sic accepta , perfectiori modo est in Deo , quàm in qualibet creatura,& quàm in seipsa:alio modo potest accipi ut limitata,& sic sonat defectum;& isto modo accipiendi non ponitur infra ipsum primum; & hoc modo currebat argumentum primum. Deinde cum dicit.

Terminus dicitur,quod est cuiuslibet ultimum, et extra quod nihil est accipere primi,et infra quod omnia primi. TEX. 22.

Distinguit terminum; Et diuiditur in tres partes,quia primò ponit diffinitiuè, quid est terminus:secundò ponit multiplicem acceptionem termini: tertiò comparat principium,& terminum *Terminus quid.*

G adinuicem . Secunda ibi, [Et quæcunque fuerit spēs magnitudinis] Tertia ibi, [Quare palàm] Dicit ergo primò, ꝙ terminus ē ultimus cuiuslibet rei;& extra quod nihil est accipere de primo ; & infra quòd sunt omnia, quæ sunt primi. Notandū est, quòd Philosophus imaginatur terminum esse quoddam medium inter primum & secundū; *Instans est medium inter præteritum,& futurum.* eo modo quo imaginamur, quòd instans est medium inter præteritum tanquam inter primum: & futurum tanquam inter secundum : & ex hoc dico, quòd terminus est, extra quod nihil est de primo;quare? quia extra ipsum benè potest esse aliquid de secundo;eo modo quo dicimus; quòd instans est terminus præteriti , quia extra ipsum nihil est præteriti; licet extra ipsum sit ipsum fu-

H turum:& eodem modo dicimus, quòd terminus est, infra quod sunt omnia primi ; sicut infra instans sunt omnia præteriti; non autem omnia secundi,sicut futuri. Vbi sciendum est,quòd termi *Terminus, & principium differunt.* nus,& principium differunt; quia terminus magis uidetur aspicere priora,quæ præcesserūt:principium autem magis ea, quæ sequuntur. Vnde sicut possem dicere diffinitiuè, quòd principium est præteritum, infra quod sunt omnia principia ta:ita possem dicere, ꝙ terminus est, infra quod sunt omnia terminata, quæ sunt terminata. Philo *Instans hīt rōnem termini,et principii.* sophus uocat prima, quæ præcedunt:& si contingat quòd unum & idem habeat rationem termini & principii; sicut istans,sicut terminus est, est infra quod sunt omnia primi : ut principium autem est,

est, est post quòd sunt omnia secunda. Deinde d.

Et quacunque fuerit species magnitudinis, aut habentis magnitudinem.

Ponit multiplicem acceptionē termini. Et diuiditur in quatuor partes, secundùm quatuor modos: Secunda ibi [Et finis.] Tertia ibi [Et cuius causa.] Quarta ibi [Et substantia cuiuslibet] Ponit ergo primum modum dicens, ꝙ in quancunque specie magnitudinis est terminus; quia illud, quod terminat magnitudinem habentem, uocatur terminus primo modo: sicut punctus terminat lineam, linea superficiem, superficies corpus. Deinde cum dicit.

Et finis cuiusque. Tale uerò ad quod motus & actus, & non à quo: & quandoque ambo, & à quo, & in quod.

Ponit secundum modum dicens, ꝙ finis rei dicitur terminus; tale uerò est, ad quod terminatur motus & actus; non illud, a quo initiatur; quādoque autem ambo, & a quo initiatur, & ad quē terminatur motus, uocatur terminus. Vnde communiter dicitur terminus à quo, & terminus ad quem. Deinde cum dicit.

Et cuius causa.

Ponit tertium modū dicens, ꝙ finis, & cuius cā fit quidquid fit, uocatur terminus: quia in quocunque finis est ultimum, quod quidem terminat omnia, quæ sunt ad finem.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum hic modus termini differt à secundo? Videtur ꝙ non; quia in secundo, & in tertio mō finis dicitur terminus. Ad oppositum est Philosophus, qui diuidit unum modum contra alium. Respondeo dicendum est, quòd necessarium est dicere, quòd hic modus differt à secundo; & hoc quia omnis diuisio est per opposita. Vt hoc tamen uideatur, notandum est, ꝙ

De rōne finis duo sūt. de ratione finis duo sunt: unum est, ꝙ terminet operōnem, quia nulla operō terminata est, nisi finis operōnis attingatur: secundum est, ꝙ terminet intentionem agentis; quia intentio agentis nunquam quiescit, nisi assequatur quod finaliter intendit; sic ergo finis utroq; mō est terminus: in secundo modo si accipiatur, scdm ꝙ est terminus motionis & actus: in tertio āt modo magis scdm ꝙ est terminus intentionis. Et sic patet ad argumentum, quia modo alio accipitur finis in uno modo, quàm in alio.

Quæstio. Quæreret aliquis. Vtrum finis, qui terminat intentionem agentis & operationem, sit semper

Finis dupl. idem terminus? Respondeo dicendum est, quòd duplex est finis, scilicet finis rei actæ, & finis agentis: & isti duo sic differūt; quia finis rei actæ subiectiuè est in re acta: finis autem agentis subiectiuè est in agente; quia est aliqua utilitas, quā consequitur agens ex re acta: utilitas āt est in agente, nō in re acta. V.g. artifex operatur aliqua pp aliquam utilitatem, quam intendit consequi: forma, & esse domus est finis rei actæ.s. domus: utilitas āt, quam consequitur agens, est finis agētis: modo sic est ꝙ primus finis dicitur finis operōnis: quia motus & operō ad formam terminatur, & ad esse: secundus āt finis dicitur propriè finis intentionis: cum ergo primus & secundus nō sit idem finis, patet ꝙ benè fuit dictum in præcedenti quæstione, quòd secundus modus, & tertius differunt. Deinde cum dicit.

Motus terminatur ad esse.

Et substantia cuiuslibet, & quid erat cuique. Cognitionis.n. hic terminus: sed si cognitionis, & rei.

Ponit quartum modum dicens, ꝙ substantia cuiuslibet rei, & ꝙ quid erat esse cuiuscunq;, est terminus cognitionis rei; si āt est terminus cognitionis, est terminus rei; quia eadem sunt principia cognoscendi, & essendi.

Eadem sunt principia essendi, & cognoscendi.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum essentia rei sit terminus cognitionis? Respon. ꝙ sic: quod duplici uia possumus uenari: prima est ex habitudine, quæ est inter actū, & essentiam: secunda est ex habitudine, quæ est inter principia & quidditatem. Prima uia patet sic; oīs cognitio nostra incipit à sensu. ex 1. n. Poster. si deficiat unus sensus, deficit una scīa: cum ergo natura sensus super accidentia feratur, ergo & cognitio nostra ab accidentibus incipit: unde incipit ab extrinsecis, ut deueniat ad intrinseca. cum.n. intellectus feratur super extrinseca, & super accidentia; ibi non quiescit, sed continuè nititur assequi intrinseca rei; & ibi terminatur intellectus: intrinseca āt rei sunt essentialia, ergo secundū hæc essentialia rei ad ipsam essentiā terminatur intellectus: & sic essentia terminus est cognitionis. Debemus.n. imaginari, ꝙ ipsa cognitio, de qua hic loquitur Philo. est quædam inuestigō rei; quæ quidem inuestigō incipit ab extrinsecis rei, & ab ipsis, quæ patent; per quę deuenit ad intrinseca rei, & ibi quiescit; hęc autem intrinseca essentialia uocantur, & sic essentia terminus est. Secunda uia patet sic: habitudo inter principia, & quidditatē, siue essentiam est ista; ꝙ principium resoluitur ad essentiam, & nō è conuerso: ita quòd ipsa essentia terminat resolutionem principiorum, & per consequens terminat totam cognitionem intellectiuam. Imaginabimur enim sic, quòd intellectus quietem quærit resoluendo; non enim quiescit in conclusione, nisi resoluat eam ad principia; quæ quidem resolutio ostendit intellectui, quòd conclusio in principio figitur, ex qua fixione uisa, sortitur intellectus aliquam quietem: ulteriùs non quiescit in principio, nisi resoluat ad essentiam terminorum. principium; quæ quidem resolutio ostendit intellectui, quòd tota fixio principii, & tota scibilitas est ex fixione essentiārum terminorum; esse autem terminorum propter sui simplicitatem irresolubile est: & sic ipsa est terminus totalis cognitionis. Notandum est, quòd eadem principia, quæ largiuntur ipsi rei esse; largiuntur cognosci; quod patet sic, ex hoc enim res est, quia assequitur sua principia; nūquam enim est uerus homo, qui non assequitur principia hōis: ita similiter intellectus ex hoc uerè cognoscit rem, ꝙ distinctè intelligit principia rei: nunquam enim est uera

Proportio inter actū & essentia.

Sensus fertur sup accidens.

Intellectus in quæ fertur, & in quibus quiescit.

Essentia est terminus cognitionis.

Proportio inter principia, & quid ditatem.

Principiorum resolutio terminatur ad esse.

Intellectus, nec quiescit in conclusione, nec in principio.

Esse terminorum è irresolubile, & quare.

Resolutio est terminus totalis cognitionis.

 intellectio,

intellectio, nifi intellectus refoluat rem ad fua principia;fic ergo unum & idem eft, quod affequitur natura in effe rei;& quod affequitur intellectus in effe intelligibili: licèt diuerfis modis habeat unum & idem effe in effe rei,& in effe intellectuali.Deinde cum dicit.

Quare palàm, quia quotiens principia dicuntur, totiens terminus,et adhuc ampliùs. Principium.n. terminus quidẽ eſt; ſed terminus non oīs principiũ.

Cõparatur principium termino, & econtra.

Comparat principium,& terminum ad inuicẽ dicens,ꝙ quotiefcunq; dicitur principiũ,dicitur & terminus,& adhuc ampliùs: & licèt oẽ principiũ terminus fit;tamen propriè loquendo,nõ oīs terminus eft principium: illud.n.ad quod terminatur motus.f.terminus ad quem ; ita eft terminus,ꝙ non eft principium:terminus ãt à quo (ut iam dictum eft) & terminus, & principium eft.

TEX.23.

Et ſecundùm quòd,dicitur multipliciter.Vno quidem modo ſpecies,& ſubſtantia cuiuſque rei, ut ſecundùm quòd bonum,per ſe bonum.

Hic determinat de fcd̃m fe,quod dicit quandam independentiam, quæ quidem independentia fuit quædam conditio perfecti. Et diuiditur in duas partes,quia primò diftinguit fcd̃m fe: fecundò,quia in diftinctione fecerat mentionẽ de pofitione diftinguit pofitionẽ:Secunda ibi[Pofitio quidem dicitur.]Prima in duas,quia antequã diftinguat fcecundũ fe,priùs diftinguit fecundũ ꝙ:fecundò uerò diftinguit fecundũ fe, ibi [Quare fecundũ fe.] Prima,in qua diftinguit fecundũ ꝙ,diuiditur In tres partes,fecundũ tres modos ipfius fecundũ ꝙ:Secunda ibi.[Alio uerò.] Tertia ibi[Ampliùs fecundũ ꝙ,fecundũ pofitionẽ dicitur]Ad euidentiam huius,quod dico, fecundùm ꝙ,notandum eft:ꝙ fecundũ ꝙ idẽ eft, ꝙ per qd̃;

Secundũ qđ quod.

per quod,ãt eft quæfitiuum effe.Vnde cũ quæritur.per quod eft hoc?idẽ eft quærere, per quam cãm eft hoc:per quod ergo,quod cãm quærit,differt à per fe;quia per quod,quærit cãm,nõ determinans quã;utrum intrinfecã,uel extrinfecã;utrũ per fe,uel per accidens:ita ꝙ licèt quærat cãm;tamen de ui nois,& de ui qõnis non determinat fibi modum cãlitatis:per fe autem & cãlitatem dicit,& fpecificum modum cãlitatis; & per confequens ipfum per quod,uel fecundùm ꝙ, eft qđdam generale refpũ ipfius per fe. Primò ergo determinat de ipfo, ponens primum modum dicens,ꝙ fecundùm ꝙ multipliciter dicitur: uno modo fecundùm quod,idem eft, ꝙ fpẽs, & fubftantia rei : ut fi quæratur, fecundùm ꝙ, uel per quod ifte eft bonus?poteft refponderi,quòd propter bonitatem fuam;bonitas autem eft forma, & fubftantia boni.

Per qđ differt à p ſe.

Bonitas eſt forma boni.

Quæſtio.

Quæreret quis.Qũo fecundũ ꝙ eft forma, & fubftantia rei?Dicendum eft,ꝙ(ficut iã prædictũ eft) per ꝙ, uel fecundùm ꝙ eft quæfitiuum effe; fic ãt eft in noibus quæfitiuis,quia noīa quæfitiua fignificant illud idẽ indeterminatè, qđ fignificãt n̄ fua determinatè.V. g.fi quæratur,quid ẽ aīal? illud idẽ,qđ dicit quid indeterminatè, dicit aīal

E determinatè;intellectus quidẽ ipfius quid quidditas eft;& intellectus ipfius aīalis eft hæc quidditas determinata:cum ergo ipfum per qđ,quærat cãm;fignificabit illud idẽ indeterminatè, qđ fuũ r̃nfiuum determinatè fignificat;cũ ergo refponfiuum fit forma & fubftantia;aliquando per quod, idem fignificabit,ꝙ forma,& fubftãtia rei: ficut .n.ipfum quid,quod quærit quidditatẽ; aliquãdo idẽ eft,ꝙ ipfum aīal; quando.f.aīal eft refponfiuum ad ipfum quid;ita ipfum per quod, qđ quærit cãlitatem;aliquando idem eft,quod forma, & fubftantiã rei, quando.f.forma, & fubftantia rei eft refpõfa ad qõnem,factã ad ipfum per quod. Dend e cum dicit.

Reſponſiuũ quod.

Alia uerò in quo primò aptum natum eſt fieri, ut color in ſuperficie.

F Ponit fecundũ modũ ipfius fecundũ quod. Et diuiditur in tres partes,quia primò ponit iftũ modum:fecundò recapitulat duosmodos prędictos: tertiò dat acceptionẽ ipfius,fecundùm ꝙ: Secunda ibi[Primò quidẽ igitur dictũ]Tertia ibi [Oīno uerò Ipfum fecundũ ꝙ]Dicit ergo,ꝙ fecũdo mõ dicitur fecundũ ꝙ fubiectum, in quo primò aptum natum eft effe,fupple,ipfum accidens;eo mõ quo calor primò eft in fuperficie.Notandum eft,ꝙ ficut in primo mõ ipfum per quod, uel fecundũ quod quærebãt cãm formalẽ, & fubftantiã rei;ita fecundo mõ quærit fubiectũ primũ accidentis,& immediatum : ita ꝙ primo mõ accipiendo fenfus qõnis eft,per quam naturam, uel per quam formalitatẽ eft hoc?fecundo ãt mõ accipiendo,fenfus qõnis eft, per quod fubiectũ eft hoc?ut per quod eft coloratũ? fenfus eft, per qđ fubiectum hẽt colorem?&ficut in primo mõ per quod,uel fecundũ qđ,idẽ erat ꝙ forma, & natura rei ; quia forma & natura rei refpondebantur ad qõnem factam,per quod, uel fecundũ quod: ita in fecundo modo ipfum fecundũ ꝙ,idem eft, ꝙ ipfum fubiectum immediatum accidẽtis;quia ipfum fubiectum eft illud, quod refpondetur ad quęftionem factãm,per quod.Deinde d.

Secũdus modus ſecundũ quod.

G

Primò quidem ergo dictum ſecundùm quòd ſpecies eſt. Secundò autem ut materia cuiuſque, & ſubiectum cuiuſque primum.

H Recapitulat duos modos prædictos dicens, ꝙ primò modo fecundùm ꝙ idem eft, ꝙ fpecies, & forma rei:fecundo modo idẽ eft,ꝙ materia,& fubiectum unicuiq; accidenti.Deinde d.

Omnino uerò ipſum ſcd̃m quòd, pariter et cã exiſtit.Nam ſecundùm quòd uenit, aut cuius cã uenit, dicitur,& ſecundùm quòd paralogizatum eſt, aut ſyllogizatum eſt,aut qua cauſa ſyllogiſmi ſunt, aut paralogiſmi.

Ponit uniuerfalem acceptionem Ipfius, per quod,dicens:ꝙ uniuerfaliter ipfum per quod, totiens dicitur,quotiens dicitur cã; & hoc eft,quia eft fpecificum effe:quod patet,quia idem eft quęrere fecundùm ꝙ,& cuius caufa : unde idem eft quęrere,fcd̃m qđ uenit, & cuius cã uenit: & idẽ eft quærere,fcd̃m ꝙ paralogizatum eft, & cuius caufa,

Per qđ tot modis, quot modis cã.

cā, & secundùm ꝙ syllogizatum est, & cuius cā factus est syllogismus. Q.d. Philosoph. scđm ꝙ, cām quærit; quia ergo totiens dicitur interrogatiuum, quotiens rñsiuum; iō quotiens contingit dici cām, quę respondetur ad ipsum per quod, & secundùm quod, totiens contingit dici secundū ꝙ, quod est interrogatiuum causati. Deinde d.

Ampliùs secundùm quod, secundùm positionem dicitur, ut secundùm quòd stetit.

Tertius modus secundùm quod. Ponit tertium modum ipsius scđm qđ, dicēs: ꝙ ipsum scđm qđ, aliquando significat positionē & situm, ut scđm ꝙ stetit? aut scđm ꝙ uadit? uadere, & stare positionem, & locū significant. Notandū est, ꝙ sicut in primis duobus modis scđm qđ, quærebat cām: ita in isto scđo mō quærit situ: & sicut in primis duobus modis scđm quod, idem erat, ꝙ per qđ; ita in isto mō (propriè loquēdo) idem est, ꝙ iuxta qđ. Vnde scđm qđ stetit, idem est, ꝙ iuxta qđ? unde scđm qđ stetit istę? idem est, ꝙ iuxta qđ iste stetit? scđm hunc modū idem est, ꝙ iuxta hunc: & magis manifestum est in idiomate græco: & cū iuxta, dicat situ, oportet ꝙ scđm quod, quærat situm, & positionem.

Quare secundùm se dici multipliciter est necesse. Vnum.n. secundùm se quod quid erat ens unicuique, ut Callias, & quod quid erat esse Calliā. Alia uerò quæcunq; in eo quod quid est existunt, ut animal Callias secundùm se. Nam in rōne inest animal. Animal enim quoddam est Callias.

Quid secundùm se, & quot eius modi. Postquam Philo. distinxit scđm qđ, hic distinguit scđm se. Et diuiditur in quatuor partes secūdū quatuor modos: Scđa ibi [Ampliùs āt] Tertia ibi [Ampliùs cuius nō alia] Quarta ibi [Ampliùs quęcūq; soli īsunt] Prima ī duas, scđm ꝙ primus modus duo cōgerit & cōtinet: est.n. primus modus, quādo diffō dicitur de diffinito, uel quando pars diffōnis de diffinito. Quò ad primū dicit, ꝙ cum scđm se dicatur multipliciter: uno quidem mō dr̄ scđm se, qđ quid erat cuiusq; rei, sicut ꝙ quid erat esse Calliæ, & essentia eius secundū se inest illi. Quò ad secundū modum dicit, ꝙ alio mō dicuntur secundū se partes diffōnis, quæ existūt in ipso ꝙ quid est; eo mō quo dicimus Calliā esse aīal secundùm se; quia aīal est in diffōne & in rōne Calliæ; Callias.n. est quoddā aīal: ita ꝙ dicēdo aīal dicitur genus eius, dicēdo quoddā dr̄ dr̄ia illius, & iste ē primus modus, qui respōdet primo dicto in Posterioribus, & qui rñdet primo modo ipsius secundum quod, superiùs immediatè posito. *Secundùm quod, est cōmunius secundùm se.* Notandū est ēt, ꝙ licèt secūdū quod, sit generalius, quàm secundū se, ut iam dictū est, tamen Philo. hic determinādo de secundū quod, posuit quædam exempla, & quosdam modos conueniētes utriq; ita ꝙ secundū quod, quantū ad illos modos in re idem est, ꝙ secundū se: ꝙ āt aliqui modi sint cōes, patet in primo mō ipsius secundū qđ, & in primo ipsius secundùm se, & in secundo, & quarto utriusque.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum ista, Callias est aīal, secundùm eādem rōnem sit ipsius secundū quod, & ipsius secundùm se. Respon. ꝙ non: licèt.n. secundū rem eadem propō sit in primo mō istius, & illius, tamē differenter: secundū.n. ꝙ illud prædicatū, puta aīal, per naturā Calliæ, non per aliquid extrinsecū, ex hoc aspicit ipsum secundùm se. Nam hoc sonat secundū se, hoc est, per naturā sui. scđm se.n. reciprocat naturā sibi, uel aliquid existēs ī subiecto supra prædicatū, sicut.n. quādo dicitur, iste amat se, idē reciprocatur supra seipsū; ita quādo dr̄, hoc inest huic p se, reciprocatur natura subiecti supra prædicatum. Ex hoc ergo ꝙ aīal aspicit Calliam per naturā Calliæ, ex hoc natura Calliæ quasi reflectitur supra aīal, & ex hoc iudicatur scđm se: ex hoc āt ꝙ ipsū aīal inest Callię per naturā Calliæ: ita tamen ꝙ natura Callię respōdetur ad ipsā interrogōnem factam per ipsum scđm quod, uel per quod, ex hoc est in primo mō ipsius scđm quod: si.n. quęratur, p quod Callias est aīal? respōdetur, ꝙ per naturā sui, & p formā sui; ita ꝙ eadē natura Calliæ est cā, & non aliquid aliud, ꝙ ipse Callias sit animal, & est satisfactiua quærēti, per quid Callias est aīal: & scđm hanc formā facit primum modū secundū quod.

Quæreret quis. Vtrum ista sit scđm se, Callias ē aīal? Videtur ꝙ nō; quia ubicunq; est p se, & secundū se; ibi est dici de oī; quia ipsum oē, non potest addi singulari. Ad oppositū est Philo. in litera. *Quæstio.* Respō. aliqui uenātur, ꝙ ista nō ē per se oino, Callias est aīal, per tale motiuū: quādocunq; aliqua accidentalitas implicatur in subiecto, nō obstante ꝙ ipsum subiectū per se sumptū aspiciat prædicatū per se: tamen cū illa implicatione accidentis aspicit per accidens. V.g. hæc est per accidens, hō musicus est hō: & tamen ista est per se, hō est hō. cum ergo ista, hō musicus est homo, & ista, hō est hō, non differant nisi quia in una clauditur implicatio accidētis, in alia natura; ergo implicatio accidentis īpedit, ꝙ propositio nō sit per se: similiter si dicatur sic, sphera est sphera, hæc est p se, & tamen si dicatur, ænea sphera est sphera, pp implicationem accidentis in subiecto, hęc censetur per accidens. ꝙ āt implicetur accidens in subiecto, patet, quia spheræ accidit, ꝙ sit ī ęre. nā si non, oīs sphera esset in ære: Si ergo hæc sunt uera, implicatio accidentis in subiecto impedit, ꝙ propositio nō sit per se. cum āt dicitur, Callias est hō. in Callia, quod est subiectum, implicātur principia indiuiduantia, quæ accidūt homini: homini.n. accidit, ꝙ sit hic, uel ille, & indiuiduatio est quid extrinsecum à natura. *Opi. quorundam.* Dicerēt ergo isti, ꝙ hæc propositio, Callias est homo, pp implicationem accidentis in subiecto per accidens est, sed tamen Philo. eam uocat per se, pp appropinquationem indiuiduationis ad naturam. *Indiuiduatio est quid extrinsecū à natura.* Ita ꝙ aliqua implicatio accidentalis, tantū appropinquat ad accidens, ꝙ omnino illa propositio censetur per accidens: ut cum dicitur, homo musicus est homo, quia musicum omnino accidentale est. Aliquando autem accidens implicatum, tantùm appropinquat ad naturam rei, quòd illa appro-

pinquatio accidentalis non prohibet, quin illa propositio sit per se; sic autem est in proposito, quia principia indiuiduantia, quæ implicantur in Callia, multum appropinquant ad naturam rei: quia natura rei non existit nisi in indiuiduo, hæc est una uia respondendi. Si aũt sic dicimus, ꝙ ĩplicatio accidẽtis in subiecto prohibet propositionem à perseitate, sequitur ꝙ ista, hõ est animal, sit per accidens, & non per se propriè: cuius rõ est, quia in hoĩe includitur conceptus differentiæ, quem quidem conceptum conceptus generis respicit accidentaliter; quia genus non prædicatur per se de differentia: conceptus ergo accidentalis in subiecto non impedit perseitatẽ, nec implicatio ipsius. Sed implicatio accidẽtis in prædicato impedit; ut si dicatur sic, hõ est aĩal, hæc est per se; & tamen hæc est p accidens, hõ est aĩal albũ pp implicationem accidentis in prædicato. Rõ ãt quare implicatio in prædicato impedit, & non in subiecto est; quoniam rõ subiecti põt reperiri præter prædicatum, pp implicationem inclusã: licẽt.n. non possit esse, quin sit animal; tamen põtest esse homo, quin non sit aĩal album: si aũt rõ subiecti potest reperiri præter hæc tota, ergo prædicatum sibi accidit. Quando ãt implicatio accidentis est in subiecto, subiectum est quoddam cõpositũ ex natura rei, & accidente implicato; prædicatum aũt dicit quendam partialem intellectũ respũ huius compositi, sicut cum dicitur, hõ musicus est hõ: hõ dicit partialem intellectum respũ hoĩs musici, & per consequens sicut rõ hoĩs musici, uel compositi non põt absolui à rõne partis; sic nec hõ musicus ab hoĩe: de intellectu.n. hoĩs musici, est hõ, & est musicus: & similiter hoĩs sic indiuiduati, de intellectu eius est ipse hõ. Et si sic est, cum oẽ illud, quod est de intellectu alicuius, per se respiciat illud; ergo hæc est per se, hic hõ, siue Callias est hõ. Sequendo hanc opin. possumus dicere ad argumentum, ꝙ ista, Callias est hõ; nõ ita propriè est in primo mõ, sicut ista, hõ est aĩal: cuius rõ ẽ duplex: Prima quia primus modus cõtinet diffinitionem, uel partẽ diffinitionis; ergo illud propriè est in primo mõ, qđ propriè est diffinibile; cũ ergo Callias, & quodlibet indiuiduũ propriè non sit diffinibile, non ita propriè erit in primo mõ, sicut ista, hõ est aĩal: Secunda rõ est, quia per se, in primo mõ concernit de oĩ, quod non põt esse hic, cum dicitur, Callias est aĩal: argumentum ergo non probat quin sit per se, sed ꝙ nõ ita propriè, sicut ista, hõ est aĩal. Aliter posset dici, & fortè meliùs, ꝙ dici de oĩ duplex est: uno mõ dici de oĩ, dicit uniuersalitatem subiectorum; ita ꝙ sensus est, hoc de oĩ dicitur.i. hoc prædicatum attingit oẽ, quod est sub subiecto; siue attingat pro oĩ tpe, siue non: secundo mõ dici de oĩ, dicit uniuersalitatem tpum; ita ꝙ intellectus eius est, ꝙ prædicatum attingit subiectum pro oĩ tpe; ita ꝙ posito subiecto in quacunque differentia tpis, ponitur prædicatum: & sic in primo modo ipsum omne distribuit pro partibus subie-

Dici de omni duplex.

E cti, & sibi accidit, ꝙ distribuat pro partibus tpis: in secundo aũt modo ipsum oẽ distribuit pro partibus tpis, & sibi accidit, ꝙ distribuat pro partibus subiecti. Aliquando aũt dici de omni, in per se est; ex hoc ꝙ ipsum oẽ distribuat pro partibus subiecti, & pro partibus tpis: sicut cum dicitur, hõ est aĩal, quò ad partes subiecti, & sp homo est animal, quò ad partes tpis. Aliquãdo aũt ita est, ꝙ in ipso per se ita est pro partibus tpis, ꝙ non est pro partibus subiecti, & sic est in proposito; Callias est aĩal, quia ibi est distribõ pro partibus tpis sub hoc sensu; quia sp posito Callia, ponitur animal; tamen nõ est pro partibus subiecti, quia subiectum non habet hic partem, & partem subiectiuam. Notandum tamen ꝙ quandocunque

F est aliqua uniuersalitas & pro partibus subiecti, & pro partibus tpis, tunc est propriè per se, & in primo modo, & propriùs, quàm quando est pro partibus temporis tantùm. Deinde cum dicit.

Ampliùs ãt si in ipso ostensum est primò, aut in eius aliquo, ut superficies alba scdm se, & uiuum se cundũ se hõ. Anima namq; pars est quædam hoĩs, in qua primò est ipsum uiuere.

Ponit secundum modum per se, ꝙ si aliquod prædicatum ostensum est in esse primò in aliquo subiecto, aut in aliquo ipsius subiecti, tũc est secundus modus per se. Exemplum de primo, superficies ẽ alba scđm se; quia albedo inest primò ipsi superficiei. Exemplum de secundo, hõ scđm se est uiuens, non quia primò uiuere insit homi-

G ni, sed quia primò inest in aliquo ipsius; aĩa nãq; est pars hoĩs, in qua primò est ipsum uiuere, & p ipsam inest hoĩ. Innuit ergo Philosoph. ꝙ iste secundus modus hẽt duas partes, prima est, quãdo aliquid est in hoc proximo & per se: secunda est, quando aliquid est in aliquo ipsius, quod exponens Comm. dicit sic; ꝙ respicere per se aliquid, põt esse duobus modis, aut sicut substantia aspicit illud, cuius est substantia, aut sicut accidens aspicit illud, cuius est accidens. Et utrunq; duobus modis, uno mõ substantia põt aspicere substantiã sine medio: scđo mõ substantia põt aspicere illud, cuius est substantia cũ medio: substantia aspicit illud, cuius est substãtia per mediũ in hoc exẽplo, hõ est uiuus, ita ꝙ uiuere non aspicit hominẽ nisi per aĩam; ita ꝙ aĩa tenet medium inter

H uiuere, & hoĩem: quia secundùm Philosophum, uiuere uiuẽtibus est esse; uiuere autem, sicut est quodlibet esse, non inest rei nisi per formam: Secundo modo substantia aspicit illud, cuius est est substantia sine medio in hoc exemplo; animã est rationalis, quia nihil est medium inter animam, & rationale: Et sicut dictum est de substantia, ita potest dici de accidente: quia accidẽs aliquando aspicit illud, cuius est accidẽs per medium in hoc exemplo, corpus est coloratum; ita quòd ista, corpus est coloratum, est per se per medium, quia coloratum non aspicit corpus, nisi per superficiem: Aliquãdo autem ipsum accidẽs aspicit illud, cuius est accidens sine medio; ut cũ dicimus,

Respicere aliquid per se, contingit duplicitur.

2. de Anima 37.

dicimus, superficies est colorata. Ex quibus uerbis Commentatoris apertè habetur, quòd non idem est in isto modo per se, tantùm; & per se & immediatè: aliqua enim propositio in isto modo est per se, quæ non est immediata; sicut ista, corpus est coloratum: quia superficies cadit mediũ inter coloratum, & subiectum: aliqua uerò est, quæ est per se, & immediata; sicut ista, superficies est colorata.

Quæstio. Quæreret aliquis. Vtrum hæc, superficies est colorata, sit per se, & immediata? Videtur quòd non, quia omnis propositio immediata demonstrabilis est: ex hoc enim propositio indemonstrabilis est, quia nullum medium potest cadere inter prædicatum & subiectum; si ergo ista propositio est immediata, ergo omnino est indemõstrabilis. Præterea, si ista est immediata, superficies est colorata, quia nullum subiectum cadit medium inter superficiem, & colorem; ergo à simili hæc est immediata, triangulus habet tres, quia inter triangulum, & habere tres nullum subiectum cadit medium; hoc autem falsum est, quia hæc sit immediata, cum possit demonstrari; & in omni propositione demonstrabili ipsum mediũ demonstrans tenet medium inter prædicatum, & subiectum. Respondeo; ad hanc quæstionem dicendum est, quòd hæc est immediata, superficies est colorata; sicut Commentator dicit: & à simili ista, triangulus habet tres. Tamen distinguẽdum est de immediato: quoddam est enim immediatum in genere subiecti, quod non est immediatum in genere causæ: immediatum in genere subiecti est, quando unum aspicit aliud non per medium subiectum; ita quòd nullum subiectum cadit medium inter illud, quod aspicit; & illud, quod aspicitur: & hoc modo hæc est immediata, triangulus habet tres, quia nullum subiectum est medium inter habere tres, & triangulum: immo habere tres per se immediatè subiectiuè est in triangulo: & à simili ista, superficies est colorata, est immediata in genere subiecti; quia nullum subiectum est medium inter colorem, & superficiem: & hoc modo hæc est immediata, corpus est coloratum; quia subiectiuè coloratum priùs aspicit superficiem, quàm corpus. Secundo modo est aliquid immediatum in genere causæ: immediatum autem in genere causæ uocatur, quando unum aspicit non per causam mediam, sed immediatè hoc est causa illius: exemplum, si prima passio trianguli, puta quòd angulus extrinsecus ualet duos angulos extrinsecos sibi oppositos, demonstrat secundam de triangulo, scilicet istam, quòd tres anguli trianguli ualẽt duos rectos: inter primam passionem demonstrã tem, & secundam demonstratam nulla est causa media; sed statim ipsa prima passio est causa, quare secunda passio est in triangulo. Et iste modus immediationis non est in prima, triangulus habet tres; quia licèt nullum subiectum cadat medium inter habere tres, & triangulum; tamen aliqua causa cadit media inter habere tres, & triangulum, scilicet illa, quæ demonstrat unum de altero: Similiter & ista, superficies est colorata; licèt sit immediata in genere subiecti; tamen aliquã mediationem recipit in genere causæ; eo modo quo imaginamur, quòd aliqua specifica complexio est causa huius, uel illius coloris specifici. Per hæc patet ad argumenta, quia immediatio in genere causæ est illa, quæ excludit demonstrationem: immediatio autem, quæ est in genere subiecti, non excludit: aliqua enim propositio est immediata in genere subiecti, quæ tamen demonstrabilis est; sicut patet de ista, triangulus habet tres.

Quæstio. Quæreret aliquis. Vtrum hoc immediatum, de quo hic loquitur Commentator, sit idem, quod primò? Respondeo, dicendum est, quòd sicut patet per prædicta; non est idem per se, quòd immediatum: aliqua enim propositio est per se, quæ tamen mediata est utraque mediatione iam dicta, scilicet in genere causæ, & in genere subiecti; sicut hæc, isosceles habet tres: nam hæc utroque modo mediata est; in genere subiecti, quia aliquod subiectum cadit medium inter habere tres, & isoscelem: similiter mediata est in genere causæ, quia ex quo demõstrabilis est; quia aliqua causa cadit media inter prædicatum, & subiectum: nec curo quantùm spectat ad propositum, utrum illud, quod est medium ut subiectum, sit mediũ ut causa, uel aliud, & aliud: Aliqua est per se, quæ est immediata in genere causæ, sicut hæc, triangulus habet tres; si tamen per se idem esset, quod immediatum; nulla propositio per se esset mediata: patet ergo, quòd immediatum non est idem, quòd per se. Quærit ergo quæstio ista, Vtrum sit idem quòd primò? Videtur, quòd non: quia ista est per se, & primò uera, triangulus habet tres, & tamen non ẽ immediata. Dicendum ergo, quòd duplex est immediatum, scilicet in genere subiecti; eo mõ quo triangulus hẽt tres, est immediata; & tamẽ ĩmediatũ idẽ est, quod primò; quia ex eo vocatur primò ista, quia istud prædicatũ ita aspicit istud subiectũ, quod non priùs aspicit ad aliud subiectum: & ex hoc etiam est immediata in genere subiecti; quod patet per oppositum: ex hoc enim ista est mediata in genere subiecti, isosceles habet tres; quia habere tres priùs subiectiuè aspicit triangulum, quàm isoscelem: sic ergo est hoc modo immediatum idem, quòd primò. Secundo modo est immediatum in genere causæ, & hoc modo non est idem, quòd primò: si enim idem esset immediatum in genere causæ, quòd primò; omnis propositio, quæ est primò, esset immediata hoc genere immediationis; quod tamen falsum est: quia triangulus habet tres primò est, & tamen non est immediata isto genere immediationis.

Quæstio. Quæreret aliquis, cum aliqua propositio sit per se, & primò, & immediata in genere subiecti, sicut ista, superficies est colorata; uel triangulus habet tres, Vtrum secundùm eandem rationem habeat

Propositio cur dicatur indemõstrabilis.

Immediatũ duplex.

Per se, et immediatũ nõ sunt idem.

Aliud, mediatum.

Immediatũ duplex.

beat eadem propositio omnes istas tres conditiones? Respondeo dicendum est, quòd non; sed ex hoc iudicatur per se, quòd hoc non inest illi per naturam alterius: dictum est enim iam, quòd per se est reflexiuum naturæ sibi super prædicatum; ex hoc ergo iudicatur per se, quia hoc aspicit illud per naturam sui; aspicere autem per naturam sui potest esse dupliciter; uel precisè per naturã suam specificam; uel per aliquid sui, quod tamen specificum non est: si primo modo; sic est per se, & primò; eo modo quo dicimus, quòd superficies est colorata per se, & primò: per se quidem, quia per naturam sui: primò autem, quia per naturam sui specificam. Immediatum autem ex hoc est in propositione, quia priuatur aliquod, quin priùs aspiciatur: ita quòd natura immediati consistit in priuatione medii: sic ergo dicemus, ꝙ ista, corpus est coloratum, per se est; quia coloratum aspicit corpus per aliquid sui, scilicet per superficiem: sed primò non est, nec immediata; quia non ita aspicit corpus, quin priùs aspiciat ad aliud.

Aspicere p naturã sui dupliciter.

Quæstio.

Quæreret aliquis. Vtrum primò sit idem, qđ secundùm quòd ipsum? Et utrum immediatum sit idem, quod secundùm ipsum? Respondeo dicendum est, quòd idem sunt in re; tamẽ differunt in ratione: quia omnis propositio immediata in genere subiecti, quæ primò est; duos intellectus includit, scilicet intellectum positiuum, & priuatiuum: intellectus positiuus est, quia hoc inest huic per naturam huius: intellectus priuatiuus est, ꝙ hoc inest huic non per aliquid aliud. Ex parte ergo positiui accipitur secundùm quòd ipsum: ex hoc enim uocatur secundùm quòd ipsum, quia hoc inest huic per ipsum: ex parte autem negatiui accipitur primò, & immediatum; ex hoc enim uocatur primò, quia priuatur priùs; ex hoc autem uocatur immediata, quia priuatur medio. Et hoc est, quod dictum est in alia Quęstione de primò, quòd quando prædicatum aspicit subiectum per specificam naturam sui, quòd non aspicit aliqđ priùs illo; ideo primò iudicatur.

Immediatũ immediatione subiecti, duplicẽ includit intellectum.

Quæreret aliquis. Vtrum sit uerum hoc, quòd hic dicit Commentator, quòd uiuere inest animæ sine medio? Videtur quòd non, quia uiuere est esse uiuentibus; esse autem per se est compositi, per accidens autem est formæ: esse autem per accidens est mediatum, quia omne tale est reductum ad per se, & esse reductum mediatum est. Respondeo dicendum est, quòd unum & idem esse est, quod aspicit compositum, & formam; sed tamen diuerso aspectu; compositum enim aspicit sicut illud quod est; forma autem sicut illud quod est ratio & causa essendi: ita quòd inter esse, & compositum, uel naturam compositi nihil est medium in genere subiecti: & tamen est aliquod medium in genere causæ, quia ipsa forma est causa essendi composito: inter formam autẽ, & esse nihil est medium in genere causæ; ita ꝙ esse immediatè aspicit ipsam causam: & sic subie-

Secundo de Anima 37.

Cõpositũ, & forma, aspiciunt idem esse, sed differenter.

E ctiuè loquendo, esse aspicit ipsum compositum, per accidens formam: causaliter autem loquendo, est è conuerso. Sicut ergo dictum est de esse, ita dicendum est de uiuere; quia uiuere uiuentibus est esse: uiuere enim est ipsius compositi, tãquam eius, quod uiuit: ipsius autem animæ est, sicut causæ uitæ; ita quòd animam aspicit sicut causam: inter uiuere, & animam nihil est medium in genere causæ; licèt secundùm alium modum possit esse medium, quia anima non est illud, quod uiuit; sed compositum: licèt anima sit causa uitæ. Sic ergo patet ad argumentum, quia licèt esse sit formæ per accidens, & etiam uiuere in ratione subiecti, & entis; non tamen in ratione causę.

Viuere est compositi, et animæ, sed quomõ.

Quæreret aliquis. Vtrum ista, anima uiuit, uel F homo uiuit, sit in secundo modo dicendi per se, uel in primo? Videtur quòd in secundo; quia Philosophus exemplificauit de uita respectu animę in secundo modo. Ad oppositum Commentator dicit: quòd est dare substantiam sine medio, & substantia cum medio, & utrunque per se, & ipsam substantiam uocat uiuere: substantia autem quando prædicatur de eo, cuius est substantia: in primo modo per se est. Respondeo dicendum est, quòd quidam dicunt, quòd ita est de uiuere, sicut de esse: quia uiuere uiuentibus est esse: esse autem ad duo potest comparari, scilicet ad ipsum ens: ita quòd sic fiat prædicatio, ens est: secundo modo potest comparari ad naturam, siue essentiam, quæ habet existentiam; ut si dicatur, homo G est, uel asinus est: primo modo quando dicitur, ens est; est quartus modus dicendi per se, sicut interfectus interiit: secũdo modo dicendo homo est, in secundo modo dicendi per se: cuius ratio est, quia esse existentiæ habet modum accidẽtis respectu essentiæ. unde Commentator in hoc Quinto; quæstio de esse existentiæ collocatur in quęstionibus accidentis. A simili dicetur, ꝙ ista uiuens uiuit, est in quarto modo dicendi per se, sicut ista, interfectus interiit: hæc autem, homo uiuit, uel anima; est in secundo modo dicendi per se; quia uiuere est esse uiuentis, non esse essentiæ, sed esse existentiæ; sicut ergo esse collocatur in quęstionibus accidentis; ita similiter & uiuere. Aliter autem uidetur mihi dicendum, quòd H ista est in primo modo dicendi per se, homo uiuit, uel homo est. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd esse existentiæ semper est reductũ ad esse essentiæ; unde esse existentiæ non est in genere, sed per reductionem; illum ergo eundem modum, quem aspicit esse existentiæ principaliter; aspicit esse essentiæ secundariò, & modo reducto. Sicut ergo esse essentiæ in quolibet, respectu eius, cuius est esse; aspicit primum modum; ita similiter existẽtia respectu illius, cuius est existentia, aspicit primum modum: & hoc (dico) quando esse prædicatur secundùm adiacens: quã do enim prædicatur tertium adiacens, non semper prædicat existentiam; sed semper prædicat illud, quod est tertium, & quale erit illud tertium, talem

Quæstio.

Substantia sine medio, & substantia cum medio.

Opi. quorundam.

Esse existentiæ collocatur in quæstionibus accidentis.

2. de Anima 37.

Solutio propria.

Esse existentiæ quo est in genere.

talem modum per se sortietur. V.g. alium modũ per se sortitur ista propositio, homo est animal, & alium ista, superficies est colorata: & hoc totũ est propter tertium adiacens. Quando ãt ipsi dicunt, q esse existentiæ collocatur in quæstionibus accidentis secundùm Comm. falsũ est; quia ibi non loquitur de esse existentiæ, nec de esse essentiæ; quando dicit q collocatur in quæstionibus accidentis; sed loquitur de ente, quod est uerum, quod non est esse rei in se, sed esse rei in anima; de quo non est dubiũ, q collocatur in quæstionibus accidentis: sed de ista materia satis dictum est in capit. de ente. Ad argumentum in oppositum dicendum est, q secundùm Cõmentatoris intentionem in secundo modo sunt posita exempla, & de secundo, & de primo; ita quòd Philosophus narrando secundum modum, compleuit primum. Vult ergo Commentator: q sicut in secundo modo per se, est dare per se cum medio, & sine medio, & utrunque per se: ita in primo modo est dare substantiam, quæ prædicatur cum medio, & sine medio; & utrũque per se: de qua quidem mediatione, uel immediatione nihil dixit in primo modo; sed in secundo modo, exẽplificans de utroque. Vocat autem Commẽtator uiuere substantiam, uel essentiam; quia esse, & uiuere (ut prædictum est) est reductum ad essentiam, & substantiam rei. Deinde cum dicit.

Amplius cuius non est alia causa. Hominis enim multæ sunt causæ, animal, bipes. Attamen secundùm se homo est homo.

Ponit tertium modum secundùm se, dicens: q id uocatur secundùm se esse; cuius non est aliqua alia causa: hoc est, quando prædicatum aspicit subiectum, non per aliquid aliud, sed se ipso immediatè; sicut cum dicitur, homo est homo; & interfectus interiit: licèt hominis sint multę causæ, sicut animal, bipes; tamen homo secundùm se humanitate est homo: & iste est quartus modus, positus in Posterioribus. Commentator. iste modus per se, est quando aliquid dicitur existere per se; quia non habet causam, propter quam existat, nisi per se ipsum; si aliquid tale est: homo enim, & similia non existit, nisi per causas suas; quia multas causas habet: licèt enim homo multas causas habeat; tamen causa eius intrinseca, p quam existit; humanitas est. Deinde cum dicit.

Amplius quæcunque soli insunt, & inquantùm soli, eo quod separatum secundùm se.

Ponit quartum modum per se, dicens: q uocantur per se esse, quæ solitaria sunt: ita q per se esse idem est, q solum esse, & separatum esse: ita q per se, sonat priuationem associationis: & iste est tertius modus, positus in Posterioribus; ita tamen q iste modus magis sonat solitudinem, uel independentiam: illud enim dicitur per se esse in tertio modo, posito in Posterioribus; quod est independenter esse: illud autem dicitur per accidens eẽ opposito huic, quod depẽdenter est.

TEX. 24. ***Dispositio dicitur habentis partes ordo, aut secundùm locum, aut secundùm potentiam, aut secundùm speciem.***

A Postquam determinauit de per se, hic determinat de positione, siue de situ. Vnde ubi litera nostra habet, dispositio dicitur; litera Commentatoris habet, situs dicitur: ratio autem huius determinationis est, quia in Capite: de per quod, siue secundùm quod, fecit mentionem de positione, sicut dictum fuit supra. Diuiditur autem in duas partes; quia primò ponit modus positionis; secũdò ostẽdit, quõ dispõ uocatur positio: Secunda ibi [Positionem.n. oportet quandam esse] Dicit ergo primò quòd dispositio dicitur ordo rei habentis partes: & iste ordo uel est secundùm locũ, uel est secundùm positionem, uel secundùm speciem; quæ Commentator sic distinguit: positio siue situs duplex est: uno modo situs est prædicamentum: alio modo differentia prædicamenti: situs secundùm quòd est prędicamentum, consurgit ex ordine partium ad locum: & istud datur intelligi, quando dicitur, quòd positio est ordo partium secundùm locum: situs autem secundùm quòd est differentia prædicamenti quantitatiui, cõsurgit ex ordine partium adinuicem: Ordo autem partium adinuicem duobus modis est, scilicet uel secundùm formam, & speciem, uel secũdùm positionem: secundũ formam uocatur, quando ipsum compositum, in quo sunt partes; est cõpositum ex diuersis secundùm formam; sicut est totum eterogeneum: secundùm autem positionem uocatur, quando partes totius non distinguũtur forma; quia eiusdem rationis sunt; sed solùm potentia, & imaginatione: uocatur autem hæc distinctio potentialis, ut uult Commentator; quia istæ partes, quæ sunt infra tale totum; solùm potentialiter distinguũtur, & non actu: & hoc quia participant actualitatem totius. Deinde cum d.

B *Dispõ quid.*

C *Ordo partium duplex.*

Positionem enim oportet quandam esse, sicut & ipsum hoc nomen dispositio ostendit.

Quia uocauit positionem dispositionem; ostendit, quòd dispositio potest dici positio, dicẽs: quia in dispositione positionem quandam oportet esse, sicut & ipsum nomen dispositionis ostendit: dispositio enim rem dispositam dicit, & denominat; disposita autem res dicitur ex eo quòd sic, uel sic posita est; posita dico, uel positione, quæ est differentia quantitatis; uel positione, quæ est prædicamentum; quæ consistit in ordine partium ad locum.

D

Habitus uerò dicitur, uno quidem modo tanquã actio quædam habentis & habiti, ut actus quidam, aut motus. Nam quando hoc quidem facit, illud uerò fit; factio intermedia: & ita inter habentem indumentum, & habitum indumentum intermedius est habitus. TEX. 25.

Hic determinat de natura habitus: Et diuiditur in duas partes, quia primò determinat de habitu: secundò de ipso habere, quod est quid denominatum ab ipso habitu: Secunda ibi. [Habere multipliciter dicitur.] Prima in duas, quia primò

mò determinat de habitu: secundò de priuatione, quæ opponitur habitui: Secunda ibi, [Priuatio uerò dicitur] Prima in duas; nam habitus dicit rem suam in esse; passio autem dicit rem suā in fieri. Nam sicut esse, & fieri aliquo modo opponuntur; ita habitus, & passio: & idcirco primò determinat de habitu: secundò de passione: Secunda ibi [Passio dicitur.] Prima in tres secundū tres modos ipsius habitus. Secunda ibi, [Alio uerò modo] Tertia ibi, [Ampliùs habitus quidem dicitur.] Prima in duas, quia primò ponit primū modum: secundò excludit quoddam dubium, ibi, [Ergo palàm, quia non.] Ad euidentiam primi modi notandum est, ꝙ habitus in primo modo est habitus, quod est prædicamentum; habitus autem prædicamentum secundùm modum significandi dicit quoddam medium inter habentem, & rem habitam: sicut actio dicit quoddam medium inter agens & patiens: & ideo Philosophus exemplificans de natura habitus in primo modo, dicit; ꝙ est quoddam medium habiti, & habentis; sicut actio, & factio est quoddam medium inter duo; eo modo quo dicimus, ꝙ motus, & actus sunt quædam media inter mouēs & motum. Et hoc est, quod dicit, ꝙ habitus uno quidem modo dicitur tāquam actio, est enim quoddam medium habentis & habiti; sicut actio, & motus est quoddam medium: nam quando hoc quidem facit, illud uerò fit, factio est intermedia: & à simili quando hoc habet, & hoc habetur; habitus est intermedius. Deinde dicit.

Modi habitus sunt tres.

Actio & motus medium inter agens, et patiens.

Ergo palàm quia non conuenit habere habitum: in infinitum.n.uadit, si habiti fuerit habere habitū.

Remouet quoddam dubium: crederet enim aliquis, quòd quia per medium habitum aliquid habetur; ita quòd habitus est ratio habendi: & similiter ipse habitus habetur: Hoc ergo excludēs, dicit; ꝙ ipse habitus, quo aliquid habetur; manifestum est, quòd non habetur; si enim habitus habiti haberetur, habitus haberetur; & ita esset procedere in infinitum.

Quæreret aliquis, Vtrum habitus habeatur? Respondeo dicendum est, quòd nō; quòd duplici uia uenari possumus; prima uia est ex natura denominationis: secunda uia ex natura ipsius esse. Prima uia patet sic, de natura formæ est, quòd denominet aliquid aliud; nō autem quòd denominet seipsam; unde albedo ita est ratio albi, quòd ipsa non est alba. Debemus enim imaginari, quòd natura formæ non est natura entitatis reflexæ super seipsam, sed natura entitatis protensæ ad aliud; siue sit aliud secundùm rem, siue sit aliud secundū rationem; & ideo seipsam non denominat, sed aliquid aliud: cum ergo habitus sit quædam forma prædicamentalis, ita est ratio alteri, quod habetur, quòd ipsum non habetur. Secunda uia patet ex natura ipsius esse; ubi notanda est distinctio Commentatoris super librum Boethii de duabus naturis, quæ talis est: quòd esse aliter attribuitur formis, & aliter formatis; totum enim esse forma

Quæstio.

Forma non denominat seipsam.

Esse conuenit formis, et formatis; sed aliter, et aliter.

E rum est, quia alterius sunt; unde totum esse albedinis est, ex eo quòd facit album; & totum esse albi est, ex eo quòd fit album per albedinem. Licèt enim fieri, & facere propriè respiciant causam efficientem; tamen suo modo imaginabimur fieri, & facere in causa formali; ita quòd album esse album, uel fieri album, est duobus modis; quia album fit album efficienter per albificantem, & fit album per albedinem formaliter; Ita quòd ex parte albedinis facere est; ex parte autem albi quasi fieri est: natura ergo albi est in fieri, natura albedinis est in facere. A simili dico de esse; quia natura albedinis est, ex eo quòd est ratio essendi; natura autem albi est, ex eo quòd per talem rationem essendi est. Simile dico de habitu, quia in habitu est habere, quod sonat agere, uel facere; &

Esse, uel fieri album, dupliciter.

F est haberi, quòd sonat fieri: habitus ergo ita est ratio, ꝙ hoc habeat, & hoc habeatur; quod propriè nec habet, nec habetur: Et est differentia inter albedinem, & habitū, quia habitus dicit quendam respectum medium inter habentem, & rem habitam; & ideo est ratio uni, quòd habeat, & alteri quòd habeatur: ita quòd est ratio alicuius per modum actiui, & alicuius per modum passiui: albedo enim non fit, quia albedo est ratio fiendi ipsi subiecto, secundùm quòd fieri est à forma; quia subiectum tale est, & tale fit per formam, & per albedinem: ipsa autem facit formaliter, licèt non faciat effectiuè; non autem est ratio faciendi, nisi dicatur quòd fit ratio faciendi ipsi agenti; quia

G agens imprimendo formam, agit: sic autem ipsa forma tenet medium inter agentem, & passum.

Forma tenet medium.

Quæreret aliquis, Vtrum aliquo modo posit concedi, quòd habitus habeatur? Videtur quòd sic: quia habitus accidens à subiecto habetur, ut patebit infra. Respondeò dicendum est, quòd habitus duobus modis potest considerari: uno modo ut accidens; alio modo ut tale accidens: ut accidens est, sic habetur habitus, quod est prædicamentum. Notandum tamen quòd hoc habere, & hoc haberi secundùm quòd sunt Postprædicamentum; non sonant nisi inesse ex parte accidentis, uel informationem accidentis in subiecto: ita

Quæstio.

Habitus dupliciter.

H quòd subiectum habere idem est, quòd ipsum informari: & ipsum accidens haberi est idem, ꝙ ipsum accidens informare subiectum: ita quòd habere idem est quòd informatio passiua, & haberi idem est quòd actiua: & sic informatio passiua nihil addit super subiectum, nisi modum: sicut nec habere: & sicut informatio actiua nihil addit supra accidens nisi modum; sic & ipsum haberi: & sicut accidens seipso informat, sic seipso habetur: Et ideo non ualet ibi argumentum Philosophi; si enim dicatur accidens habetur, ergo alio modo habetur, dico quòd falsum est, immo seipso habetur, sicut seipso inest. Secundo modo consideratur habitus, secundùm quòd est tale accidens, & prædicamentum; & sic sua ratio specifica est, ꝙ sit ratio huic, quòd habeat; & huic, ꝙ habeatur; non quodcunque haberi, & habere; sed habere,

Differentia inter habere, et haberi.

Accidens seipso habetur.

habere,& haberi; quod est in prædicamento habitus;eo modo quo aliquis dicitur tunicatus,quia tunica habetur,& ipse habet:& isto modo secũdùm quòd est ratio habere & haberi modo specifico,ita est ratio habendi, quod non habetur isto modo habendi : quia quidquid habetur isto modo habendi, habetur habitu,qui est prædicamentum;illud autem,quod habetur habitu prædicamentali,non est ipsum accidens, sed substantia: sicut tunica & indumentum. Et ex hoc consurgit unum notabile, quòd ex eo quòd habitus prędicamentum habetur primo modo habendi ; ex hoc est ratio secundi modi habendi, & quod aliquo modo hoc habeatur : ex hoc enim ꝙ iste respectus,qui est accidens,habetur ab aliquo primo modo habendi, ex hoc hoc habet secundo modo habitus,& hoc habetur: Et est exemplum: ex hoc ꝙ albedo habetur ab aliquo; ex hoc facit quale, quia est suus modus specificus prædicamentalis facere quale:ita ex hoc ꝙ istud accidēs ab aliquo habetur,ex hoc hoc habet, & hoc habetur:habere & haberi specificè,quę sunt in prædicamento habitus. Deinde cum d.

Alio uerò modo habitus dispositio dicitur,secundùm quam benè & malè disponitur dispositum, et aut secundùm se,aut ad aliud:ut sanitas est habitus quidam,& dispositio est talis.

Ponit scd̃m modũ habitus, dicens: quòd alio modo dicitur habitus dispositio, secũdùm quam aliquid benè, uel malè disponitur;secundùm quã etiam aliquid disponitur uel in se, uel respectu alterius:benè, sicut sanitate aliquis benè disponitur; malè sicut egritudine : malè aliquis disponitur in se,sicut ægritudine aliquis disponitur:& re spectu alterius, sicut aliquis dicitur esse robustus,quia benè dispositus est ad aliquid agendũ. Deinde cum dicit.

Amplius habitus quidem dicitur,si est pars dispositionis talis. Quapropter & partium uirtus habitus est quidam.

Ponit tertium modum habitus, dicens; quòd non solùm dispositio iam dicta in secundo modo est habitus,sed etiam dispositio,quæ est pars huius dispositionis prædictæ,est habitus:non solùm enim dicimus habitum ipsam dispositionem totius,sed etiam dispositionem partium:sicut dispositio partium animalis est pars dispositionis animalis totius:& secundùm istum modum uirtutes partium animę habitus quidam sunt:sicut fortitudo,quæ est habitus concupiscibilis,& prudentia rationalis. Notandum est, quòd hic tangitur habitus,qui est in ipsa specie qualitatis.

Dispositio æquiuocè dicitur.

Sed ex hoc quęreret aliquis ; cum ille habitus distinguatur contra dispositionem,quomodo hic habitus uocatur dispositio; cum oppositum non denominet oppositum? Dicẽdum est, quòd æqui uocè accipitur,dispositio hic,& ibi;uno enim modo dicitur dispositio qualitas ; secundùm quam aliquis disponitur in se , uel respectu alterius : & sub isto modo accipiendi dispositionem

Quæstio.

Habitus,& dispō quomō dif ferunt.

A habitus dispositio est;quia habitus quædam qualitas est, secundùm quam qualificatum habilitatur ad aliquid agendum,uel ad aliquid modifica tè agendum:de ratione ergo habitus est habilitare;& de rōne dispositionis disponere: hæc.n.eadem sunt,uel affinia: & per consequens habitus est uel affine dispositioni,sic acceptæ,uel idem. Secundo modo dispositio idem est, quòd qualitas non firmata in subiecto: habitus autem idem est, quòd qualitas firmata : unde habituatos dicimus in aliqua arte, uel scientia; qui scientiam, uel artem habent in esse fixo: & isto modo habitus contra dispositionem diuiditur, sicut fixum contra non fixum. Notandum autem, quòd anima habet partes potentiales ; debemus enim sic

Anima est quoddam totum.

B imaginari, quòd anima est quoddam totum potentiale, quasi ponens uniuersaliter, quòd quælibet eius potentia ponit partialiter ; ita quòd illud idem, quod originaliter est infra essentiam, potentialiter est infra potentiã:ita quòd esse animæ omnem potentiam claudit,& per consequēs omnem actum potentię : claudit ergo quandam totalitatem potentiarum; cuius quidem totalitatis quælibet potentia pars est: sicut anima est quoddam totum,claudens sensum, intellectum, & uoluntatem, & uniuersaliter quamlibet aliam potentiam;huius autem clausionis uniuersalis intellectiua pars est,& uolitiua,&c. Has autem partes uocat hic Arist. cum dicit, quòd partium animæ uirtutes sunt habitus ; per has autem uirtutes

C potentiæ modificantur ; eo modo quo dicimus, quòd scientia modificat intellectum, temperantia concupiscibilem,& sic de aliis. Deinde cum dicit.

Passio dicitur uno quidē modo qualitas,secundũ quam alterari contingit:ut album,& nigrum;amarum,& dulce grauitas, & leuitas ; & quæcunque sunt talia. TEX. 26.

Hic distinguit modos passionis. Et diuiditur in quatuor partes secundùm quatuor modos;Secunda ibi [Alio uerò] Tertia ibi, [Ampliùs horũ] Quarta ibi, [Ampliùs magnitudinem.] Dicit ergo primò quòd passio uno modo dicitur qualitas,secundùm quam contingit alterari : secundũ quem modum albedo & nigredo, dulce & amarum,graue & leue passiones dici possunt : & est ista tertia species qualitatis, quæ uocatur passio, uel passibilis qualitas. Commentator autem aliter exponit istum modum, dicens ; ꝙ passio primo modo idem est,quòd potentia passiua: & uocatur passio,quia est ratio patiendi: potentia autem passiua(ut ait Commentator) est, per quam aliquid trãsmutatur de albedine in nigredinem, de amaritudine in dulcedinem. Imaginatur ergo Commentator quòd motus, & passio sunt quasi quidam actus potentię passiuæ ; sicut agere est actus potentię actiuę;aliquando autem est, quòd nomen effectus transmutatur ad causam;eo modo quo dicimus, quòd forma dicitur actus ; quia ipsum agere est effectus formæ, & eodem modo nomen

Commentatoris sententia.

nomen passionis potentiæ passiuæ, quia passio non inest alicui, nisi per potentiam passiuã. Deinde cum dicit.

Alio uerò modo horũ actiones, & alterationes. Ponit secundum modum dicens, quòd secundus modus passionis est, secundùm quem modũ alterationes, & actiones harum qualitatum, quæ erant in primo modo, dicuntur passiones: eo mõ quo calefieri, & infrigidari passiones dicuntur, & isto modo passio accepta, est prædicamentũ.

Quæstio. Quæreret etiam aliquis. Vtrum passio in secũdo modo, & in primo differant? Videtur ꝙ sic, quia omnis diuisio est per opposita, primus modus diuiditur à secundo, ergo opponuntur passio in primo, & in secundo modo. Ad oppositum, calefieri, & caliditas non differunt nisi secundùm modum, ergo non est ibi differentia realis. Respondeo. Dicendum, quòd passio primo modo, & secundo modo non differunt realiter, sed secundùm modum: quòd non differant realiter, patet, quia eandem albedinem dicit albedo, & albefieri; & eandem caliditatem dicit caliditas, & calefieri: sed calefieri nominat eam, ut est intendentia ad illud; albedo autem nominat eandem sine tali tendentia: ergo solùm differunt pęnes modum significandi. Ex quo secundo patet, quòd in modo tantùm opponuntur, & non in re; ad cuius maiorem euidentiam notandum est, ꝙ eadem realitas est actionis, & passionis, & motus: dicitur enim eadem realitas albedinis, & ipsius albefieri, & ipsius albefacere; sed tamen differunt secundùm rationem: quia albedo forma, & qualitas dicitur, secundùm quòd consideratur absolutè, & prout sumitur secundùm illud, quod est: actio autem dicitur, inquantùm ab alio est; ita quòd super primum addit respectum ad agens: passio autem dicitur inquantùm recipitur in passo: motus uerò dicitur, inquantùm significat rem suam per modum tendentiæ ad aliud; ita quòd calefieri, & motus est, & passio est: motus quidem est, inquantùm nominat calorem sub esse imperfecto, & sub quadam tendentia ad esse perfectum; & ut sic est in genere termini, quia non differũt terminus, & calefieri; nisi pęnes tendentiam, & non tendentiam: secundo modo calefieri passio est, inquantùm denominat subiectũ in aspectu ad aliquod extrinsecum, & largitur sibi specificam denominationem, quam nullum aliud prædicamentum dat: & sic prædicamentum speciale est. Deinde cum dicit.

Eadem est realitas actionis, passionis, et motus.

vide 3. phys. 4. & inde.

Ampliùs horum magis nociuæ alterationes, & motus. Et maximè lamentabiles, & nociuæ.

Ponit tertium modum passionis, dicens, ꝙ secundo modo alteratio simpliciter dicebatur passio; sed tertio modo alterationes magis nociuæ, & motus magis nociui, & tristes uocantur passiones. Notandum est, quòd omnis passio abiicit à substantia: debemus enim imaginari, quòd omnis uera alteratio, & passio uia ad generationem; quia generaliter loquendo, generatio est

Alterõ est uia ad generatione quæ est terminus alterõnis.

E terminus alterationis; & sicut terminus & uia inseparabilia sunt; ita generatio & alteratio: & quia generatio unius corruptio est alterius; ideo impossibile est, quòd alteratio, & passio sit uia ad generationem unius, quin sit uia ad corruptionem alterius; & sicut alteratio, & passio magis pfecta, magis est propinqua generationi unius; ita est magis propinqua corruptioni alterius. cum ergo corruptio sit ad non esse, & ad non substantiam, passio ex quo est ad corruptionem, continuè est uia ad non substantiam; & hoc est abiicere à substantia, & sic, quę magis, & citiùs abiiciunt, hęc magis uocantur passiones: huiusmodi autẽ sunt passiones tristes, & nociuæ; de quibus loquitur Philosophus in isto tertio modo. Deinde

1. de Gener. & Corrupt. 17. & 18.

F cum dicit.

Ampliùs magnitudines exultationum & lamẽtationum passiones dicuntur.

Ponit quartum modum dicens, quòd non omnis tristitia, nec omnis calamitas, sed magnitudines tristitiarum & calamitatũ passiones dicũtur. Notandum est, quòd omnis alteratio, & passio uia est ad formam; sed aliquando uia est ad formam, quæ competit rei, & quæ saluat rem; sicut alteratio, quę est uia in sanitatem: & quia omne, quod melius acquirit, quando est in acquirẽdo, proficere dicitur; ideo alteratio, quæ est uia in talem formam, profectus magis dicitur, quam passio. Aliquando autem alteratio est uia in formam, uel priuationem formæ, quæ non saluat rẽ, G sed corrumpit, sicut alteratio, quæ est uia in infirmitatem: & talis alteratio propriè passio dicitur. Et hæc est, de qua dicit Philosoph. quòd hæc nociua, & tristis dicitur, quia omne id uocatur triste, quod est cõtra appetitum rei: illud autem est contra appetitum rei, quod rem corrumpit, & non saluat. Differt autem iste modus ultimus passionis à pręcedenti, non pœnes rem, sed pœnes excessum nocumenti. s. pœnes magnum nocumentum.

Alterõ quãdo est uia ad formam.

Passio pfectiua pfectio dicitur.

Triste qd.

Priuatio dicitur uno quidem modo, si non habet aliquid aptorum natorum haberi, & si non sit id natum habere; ut oculis priuari dicitur planta. TEX. 27.

Hic distinguit modos priuationis: at quia priuatio includit negationem habitus, & aptitudi- H nem ad illum: ideo primò distinguit priuationẽ ex parte aptitudinis: secundò ex parte negõnis: Secunda ibi [Et quotiens ab eo, quod ab, a, priuatiua.] Prima in quatuor secundùm quatuor modos, quos ponit: Secunda ibi. [Alio uerò.] Tertia ibi [Ampliùs si aptum] Quarta ibi [Ampliùs cuiusque.] Primò ergo ponit primum modum dicens, quòd uno modo dicitur aliquid priuari, si non habet aliquid, quod est aptum natum haberi ab aliquo. licèt illud, quod dicitur priuari, non sit aptum natum habere illud: & isto modo planta dicitur priuari oculis; quia priuatur aliquo, qđ est aptum natum haberi ab aliquo, scilicet ab animali; licèt non sit aptum natum haberi ab ipsa planta.

Quæreret

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum iste modus benè positus fuerit; quòd illud, quo priuatur aliquid, sit aptum natum haberi ab aliquo? Respondeo dicendum est, quòd sic: ubi sunt tria declaranda: primum est, quòd conuenienter positum est, quod est aptum natum haberi ab aliquo: secundum est, quòd iste modus priuationis reperitur in qualibet specie creata: tertium est, quòd solus Deus hunc modum priuationis non habet.

Differentia inter priuationem, & negationem. Primum patet sic; hæc est differentia inter priuationem, & negationem; quia negatio potest saluari in re possibili, & in impossibili: nam illud, quod est impossibile esse, habet actum negatum actu: similiter illud, quod potest haberi, actum negat: priuatio autem in impossibili non saluatur, *Priuatio nō saluatur in impossibili.* sed solùm in possibili: illud ergo, quod est impossibile esse, negatum potest dici, sed priuatum nō: illud autem, quod à nullo potest haberi, & in nullo potest esse, impossibile est esse; si autem impossibile est esse; ita cadit sub ambitu negationis, quod non cadit sub ambitu priuationis: illud autem, quod ab aliquo potest haberi; eo ipso quòd potest haberi, fugit ambitum impossibilem, & subintrat ambitum possibilem; & eo ipso priuatum potest dici, non solùm negatum: Benè ergo dixit Philosophus, quòd aliquid dicitur priuari aliquo, quod apum natum est haberi ab aliquo: quasi dicat, si non esset aptum natum haberi ab aliquo, sub ambitu impossibilis caderet; & per cōsequēs sub modo priuationis cadere non posset; patet ergo primum declarandum. Secundum patet sic; *8. Metaph. 10.* species se habent sicut numeri; sicut ergo quilibet numerus gradum quantitatiuum addit supra alium numerum; ita quælibet species supra aliam speciem addit gradum perfectionalem; ita quòd inferior species semper aliquo gradu priuatur, qui ab aliquo alio est aptus natus haberi, scilicet à specie superiori; ergo habet istum modum priuationis: quia iste modus priuationis est, quando aliquid priuatur aliquo, quod est aptum natum esse in alio; quod tamen non est aptum natum esse in ipso; cū ergo quælibet species inferior aliquo gradu priuetur, qui est aptus natus esse in alio; ergo quælibet species inferior aliquem modum priuationis habet: & non tantùm inferior, sed quælibet species creata. Imaginabimur enim quòd iste modus priuationis est, quando aliquis priuatur aliquo, uel aliqua perfectione, quæ est apta nata esse infra ambitum entis, licèt non sit apta nata esse in ipso: cum ergo omnis species creata aliqua perfectione priuetur, quæ est in Deo; quia nullo modo finitum potest attingere infinitum, & perfectionem eius; & per cōsequens si est in Deo, est infra ambitum entis, sequitur quòd in qualibet creatura sit iste modus priuationis; & ex hoc quælibet creatura suo modo composita est ex natura, & priuatione: patet ergo secundùm declarandum. *In qualibet creatura est modus priuationis.* Tertium declarandum est, quomodo in solo Deo non est iste modus priuationis; patet autem sic: iste modus priuationis ex hoc (ut iam dictum est) consurgit, quia non attiugitur perfectio omnimoda, quæ est infra ambitum entis, uel possibilis esse; cum Deus (ut probatum est supra Cap. de perfecto) attingat omnem modum perfectionis, nulla perfectione priuatur; & sic non erit sub isto modo priuationis. *In Deo non est modus priuationis.* Imaginandum est per fectum in genere, & perfectum extra genus: cū ergo perfecto in genere admisceatur iste modus priuationis; nam ex hoc uocatur perfectum in genere, quia attingit perfectum in tali genere; sed non in omni; quia non attingit perfectionē, quæ est extra illud genus: cum ergo perfectio, quæ est extra illud genus; sit apta nata haberi ab aliquo, & ab isto non habeatur: ergo in tali perfecto est priuatio isto modo: perfectum autem extra genus est, quando perfectio non est arctata ad aliquod genus, sed ipsa perfectio se extendit ad ambitum totius entis; ita quòd nihil est aptum natū haberi ab aliquo, quòd nō sit habitum sublimiori modo ab isto; ergo in tali perfecto, non cadit iste modus priuationis. *Perfectū in genere & extra genus quid.* Deinde cum d.

Alio uerò si aptum natum habere, aut ipsum, aut genus non habet; ut aliter homo cæcus uisu priuari dicitur, & talpa; hoc quidem secundùm genus, illud uerò secundùm se.

Ponit secundum modum priuationis, dicens: quòd tunc aliquid dicitur priuari secūdo modo, quando priuatur aliquo, quod sit aptum natum haberi, uel ab ipso, uel à genere eius; & tamen nō habet illud: Duo autem posuit, scilicet quòd est aptum natum haberi ab ipso: secundum est, uel à genere eius: exemplum de utroque: aliter dicitur homo cæcus, & aliter talpa: homo enim cæcus dicitur, quia priuatur uisu, qui aptus natus est haberi ab ipso; ita quòd secundùm se dicitur priuari; talpa autem priuatur uisu, qui non est aptus natus haberi ab ipsa; sed à genere eius; puta ab animali: & ita priuatur non secundùm se, sed secundùm genus.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum priuatio magis propriè dicatur in primo modo, quàm in secūdo; uel è conuerso? Respondeo primò uidendum est, in quo cōsistit natura priuationis: secundò ex hoc concludetur, quòd natura priuationis magis propriè saluatur in secundo modo, quàm in primo. Ad euidentiam primi notandum est, quòd de essentia priuationis duo sunt, scilicet negatio formæ, siue habitus; & habilitas ad illum: & quandocunque ista duo coniunguntur simul in aliquo tunc propriè priuatio est: unde illud propriè uocatur priuatum aliquo, in quo est negatio illius cū habilitate ad illum: ita quòd sit in eodem subiectiuè negatio & habilitas: si autē contingat, quòd negatio sit in uno, & habilitas existat in aliquo alio; ita quòd negatio, & habilitas distet subiectiuè; tunc minùs propriè est priuatio, quàm primo modo, & quātò magis distant illa, in quibus sunt negatio, & habilitas; tantò minùs propriè est ibi priuatio: & quantò minùs distant, tantò magis propriè: & quando in nullo distant, tunc propriissimè. *De essentia priuationis duo sunt.*

sime. Patet ergo primũ, quòd primus modus est, quando negatio est in uno, & habilitas est infra totum ambitum entis: Secundus autẽ modus est, quando negatio est in specie, habilitas autem in genere; uel quando sunt in eodem: maior autem distantia est inter ens ex una parte, in quo est habilitas; & partem entis ex alia parte, in quo est negatio, quantùm ad primum modum; quam sit inter speciem ex una parte, in qua est negatio; & genus ex alia parte, in quo est habilitas, quantùm ad secundùm modum: ergo magis propriè est priuatio in secundo modo, quàm in primo: Ita quòd in primo modo imaginabimur unum modum improprium propter distantiam totius entis; in secundo autem modo unum minùs in proprium propter distantiam inter genus & speciem; & unum propinquissimum, quando nulla distantia est inter negationem, & habilitatẽ; quæ sunt in eodem subiectiuè. Deinde cum dicit.

Amplius si aptum natum, & quando aptum natum est habere, & non habet. Cæcitas enim priuatio quædam est: sed cæcus ratio est secundùm omnem ætatem, sed in qua aptum natum est habere, si non habet: Similiter autem & in quo, & secundũ quid, & ad quod, & ut, si non habet aptum natum.

Ponit tertium modum priuationis, qui attenditur ex parte temporis, & aliarum circunstantiarum, dicens: quòd tunc priuatio est in aliquo tertio modo, quando aliquid priuatur aliquo, quod est aptum natum habere: & isto modo cæcitas priuatio est; non enim aliquis est cæcus secundũ omnem ætatem; sed tunc uocatur animal cęcum, quando non habet uisum in illa ætate, in qua est aptum natum habere: Et sicut priuatio respicit circunstantiam temporis; ita respicit circunstantias alias, puta loci: non enim nox est priuatio lucis in quocunque loco, sed in illo loco, in quo est apta nata esse lux. Similiter aliquando respicit ipsa priuatio circunstantiam partis; esse enim edentulum non est priuatio in quacunque parte corporis, puta in manu, &c. sed in determinata. Similiter determinatum terminum: non enim homo dicitur priuari magnitudine, si non habet magnitudinem, quantam habet elefans. Similiter respicit determinatum modum: non enim homo dicitur esse tardus in motu, si nõ currat ita uelociter sicut lepus. Primam ergo circunstantiam tangit Philosophus; cum dicit, & in quo: secundam, scilicet partis tangit, cum dicit; & secũdùm quid: tertiam, scilicet tũc tangit, cum dicit, & ad quòd: quartam, scilicet modi; cum dicit; & ut; Ita quòd illud dicitur priuatum, si non habet, quod est aptum natum habere; in loco, in quo est aptum natum; & secundùm illam partem, secũdùm quam est aptum natum; & ad terminum, ad quem est aptum natum; & secũdum modum, quem est aptum natum. Deinde cum dicit.

Ampliùs cuiusque per uim ablatio, priuatio.

Ponit quartum modum dicens, ꝙ ablatio cuiusq; rei ꝑ uiolẽtiam priuatio uocatur. Vbi sciendum est, quòd omne uiolentum est contra impetum naturalem: per uiolentiam ergo remouetur res à suo naturali impetu, quẽ impetum est apta nata habere; uiolentia ergo aliquid remouet ab aliquo, quod est aptum natum haberi ab illo, ergo uiolentia priuatio est, uel iuncta priuationi. Deinde cum dicit.

Violentum quod.

Et quotiens ab eo quòd, à priuatiua particula negationes dicuntur, totiens & priuationes dicũtur. Nam inæquale non habere æqualitatem, aptũ quidem natũ dicitur. Inuisibile uerò, & eò quòd non habere omnino colorẽ: et eò quòd turpiter: & sine pede, & nõ habere omninò pedes, & ex eo quòd turpes.

Multiplicat modos priuationis ex parte negationis. Et diuiditur in quatuor secundùm quatuor modos: Secunda ibi, [Ampliùs & eo quòd parum] Tertia ibi, [Ampliùs non facile. [Quarta ibi [Ampliùs non habere omnino] Primò ergo ponit primum modum, dicẽs: quòd quot modis distinguantur negationes per hanc particulam, a; totiens dicuntur priuationes: quasi dicat hæc particula, a, addita est dictionibus ad designandum priuationẽ; ergo quot modis designat, tot modis dicetur priuatio: sicut enim nos addimus in Latino hanc particulã, in, ad designandũ priuationem uel negationem; ita addunt Græci hanc particulam, a: Ponit autem exẽplum de in, in isto modo, dicens: quòd in æquale dicitur, quòd non habet æqualitatem, aptam natam habere; & inuisibile eo quòd omnino non habeat colorem, & eo quòd turpiter; sicut sine pede dicimus aliquem, uel eo quòd omnino nõ habeat pedes; uel eo quòd turpes. Deinde cum dicit.

Modi priuationis ex parte negationis quot.

Ampliùs & eo quòd parum habeat ut non ignitum. Hoc est prauè aliquo modo habere.

Ponit secundum modum dicẽs, quòd aliquid dicitur priuari aliquo, eo quòd parum habeat de illo; licèt habeat aliquid: sicut nõ igneum dicitur aliquid, eo ꝙ parum habeat de igne: parum autẽ habere est aliquo modo prauè habere; & sic aliquo modo iste secundus modus reduci, ur ad pręcedens. Deinde cum dicit.

Ampliùs non facilè, aut non benè: ut insecabile, non solùm quia non secatur: sed quia non facilè, aut quia non benè.

Ponit tertium modum dicens, quòd aliquid dicitur priuari aliquo ex hoc, quòd non facilè, uel non benè attingit id; eo modo quo dicimus aliquid insecabile; non quia non secatur omninò; sed quia non facilè, uel non benè secatur. Deinde cum dicit.

Ampliùs non habere omnino. Cæcus enim non dicitur monoculus, sed qui in ambobus non habet uisum: Propter quod non omnis homo bonus, aut malus, aut iustus, aut iniustus est: sed est medium.

Ponit ultimum modum, dicens: quòd aliquid priuatur aliquo ex hoc quòd omnino non habet illud; unde monoculus secundùm istum modum non potest dici cæcus, sed iste dicitur secundùm istum modum, qui in ambobus oculis uisu priuatur

tur. Ex quo contingit, ꝙ inter priuationẽ, & habitum est dare medium; sicut inter cęcum & uidentem datur mediũ monoculus, qui non est pfectè cœcus, nec perfectè uidens: & pp naturam istius modi priuatio, & habitus non euacuāt totum diuisum: pp quod nõ est benè dictum oĩs homo uel est bonus, uel est malus; uel est iustus, uel est iniustus: quia inter bonum & malum, iustum & iniustum est dare medium. Imaginatur n. Philosoph. ꝙ tũc hõ dicitur malus, quãdo multum tum à uirtute recedit: bonus aũt quãdo multum ad uirtutem accedit, & ad bonum ĩõnis: medius autẽ uocatur, qui nec multùm accedit, nec multùm recedit; sed in medio recedit, & accedit. Ex quo patet, quòd recessus à bono rationis nõ semper est equalis; quia peccata non sunt omnia paria, sicut ponebant Stoici. Comm. tamen istam medietatem ponit ex parte subiecti, dicẽs; quòd priuatio, & habitus non diuidunt uerum, & falsum in quocunque subiecto, sed in determinato: sicut par, & impar non diuidunt uerum & falsum in quocunque, sed in numero: non enim benè dicitur, omne quod est, uel par, uel impar est; sed omnis numerus uel par, uel impar est: & propter istam terminationem subiecti est dare medium inter priuationem, & habitum. s. illud à quo negatur illud subiectum: quidquid. n. non ẽ numerus, nec est par, nec impar. A simili bonũ & malum non diuidunt uerum & falsum in quo cunq; homine, sed in homine ciuili. unde homo non ciuilis, neque est bonus, neque malus.

Inter priuationem & habitum datur mediũ.

Inter bonũ & malũ datur medium.

Quõ dicitur hõ medius inter bonum & malũ homine.

Vide Ciceron. 1. Off.

Opinio Auer.

TEX. 28. *Habere multipliciter. Vno quidem modo deducere secundùm suam naturam, aut secundùm suum impetum. Propter quod febris dicitur habere hominẽ; & Tyranni ciuitatem, & uestimentum induti.*

Hic determinat de ipso habere, quod denominatur ab habitu: Et diuiditur in duas partes; quia primò ponit multiplicem acceptionem ipsius habere: secundò ostendit, qũo habere, & esse in, se se consequuntur. Secunda ibi [Et in aliquo esse] Prima in quatuor secundùm quatuor modos ipsius habere. Secunda ibi [Alio, in quo utiq;] Tertia ibi [Alio, ut continens.] Quarta ibi [Amplius ut prohibens.] Ponit ergo primum modum, dicens; ꝙ uno modo aliquis dicitur habere aliquid quod secundùm suam naturam ducit illũ, quando. s. habitum naturaliter ducitur: uel ꝙ ducit illud secundùm suum impetum, quando. s. illud, quod habetur, uiolenter ducitur: & hoc modo habendi febris dicitur habere hoĩem, quia ab ea ducitur extra naturalem dispositionem: & tiranni dicuntur habere ciuitates, quia ducuntur scdm impetum eorum: & isto mõ induti dicuntur habere uestimentum; quia sicut ciuitas aliquo modo sequitur impetum tiranni; sic uestimentum sequitur naturam uestiti. Deinde dicit.

Modi habere quatuor

Alio, in quo utique aliquid extiterit, ut susceptibili; ut æs hẽt spẽm statuæ, & infirmitatẽ corpus.

Ponit secundum modum, dicens; ꝙ illud dicitur habere aliquid, quod existit in eo, sicut forma A in subiecto, uel in susceptibili; eo modo quo dicimus, ꝙ æs habet formam statuæ; & corpus habet infirmitatem.

Alio ut continens contentum. Nam in quo est contentum, haberi ab hoc dicitur; ut lagenam habere humidum dicimus: & ciuitatem homines; et nautas. Sic autem & totum habere partes.

Ponit tertium modum dicens, ꝙ tertius modus hẽndi est, quando continens hẽt contentum, uel locans locatum: nam contentum dicitur hẽri ab eo, in quo est; eo mõ quo dicimus, ꝙ lagena hẽt humidum, uel ciuitas hoĩes, & nauis nautas: & isto modo hẽndi totum habet suas partes, quia partes continentur infra actualitatem totius. Cõmen. arbores hẽre corticem, est prædicamentum habitus: scyphum ãt hẽre aquam, & ciuitas hoĩes hẽre, & ẽ conuersò. s. quia continens hẽt contentum, & locans locatum; & hoc est prædicamentum vbi: ita ꝙ in prędicamento Habitus, imaginatur Comm. ꝙ contentum hẽt continens: in prędicamento ãt Vbi, continens hẽt contentum. Et hoc est, quod subdit Comm. uniuersaliter respectus, qui est in prædicamento ubi, est econuersus illi; qui est in prædicamento habitus: si. n. fuerit respectus continentis ad contentum, est prædicamentum habitus: si ẽ conuerso prædicamentum ubi: Isti ãt respũs propinqui sunt, & quasi eiusdem generis; quia uterq; inter continens, & contentũ: ita tamen ꝙ in prædicamento ubi, continens dicitur hẽre, contentum ãt magis hẽri: in prædicamẽto ãt habitus ẽ conuersò, continens dicitur hẽri, & contentum hẽre: quia indutus habet indumentum, & arbor corticem; indumentum ãt, & cortex, quæ sunt continentia, habentur.

B

Opi. Aue. de prædicamẽtis habitus, & situs.

C

Quæreret aliquis, Vtrũ istud hẽri, & hẽre in loco, faciat unum prædicamẽtum, uel duo? Respõ. ꝙ solùm unum prædicamentũ consurgit ex hoc, ꝙ locus hẽt, & locatum hẽtur. Ad cuius euidentiam notandum est primò, unde consurgit natura duorum prædicamentorũ: secundò ex hoc patebit, ꝙ istud hẽre, & hẽri non faciant nisi unum prædicamentum. s. ubi. Ad intellectum primi notandum est, ꝙ una rõ prædicamentalis est ratio unius denoĩationis; quæ quidem denoĩatio in aliquam aliam reduci non põt: unde unum prædicamentum est una denoĩatio non reducta. Quando ãt ita est, ꝙ sunt duæ denoĩationes, quarũ vna non reducitur in aliam, nec aliqua illarum in tertiam aliam; tunc sunt duo prædicamenta; ita ꝙ si duo aliqua faciant unam denoĩationem tantùm, uel duas reductas in tertiã, faciunt unum prędicamentum. Si autem illa duo faciunt duas denominationes non reductas, tunc faciunt duo prędicamenta: & sic patet primum declarãdum. Ex quo patẽ scdm; quia habere loci, & haberi locati non sũt apta nata facere nisi unã dependentiã; & unã denominationem: ꝙ antem non fit in eis nisi una dependentia; & una denominatio, patet: nam locum habere locatũ non est aliud, nisi esse aliquid locatum; esse autem locatum est esse ubi: sic loca-

Quæstio.

Natura duorũ prædicamentorum unde oritur.

Ratio prædicamẽtalis est ratio denominationis.

D

tum haberi à locante non est aliud, nisi aliquid lo catū esse, uel locale; aliquid autem esse locatum, uel locale non est aliud, nisi aliquid habere ubi; sic ergo cum faciant unam denominationem, quia semper faciunt ubi, unum tantùm prædicamentum faciunt.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum ex hoc ꝙ contentū habetur à continente, possunt consurgere duo prædicamenta aliquo modo? Respondeo. ꝙ sic: contentum enim haberi à continente, uel à loco pōt duobus modis intelligi: uno modo ꝙ hoc hēat, s. locus, & hoc. s. locatum habeatur sine aliqua connotatione partium locati ad partes loci: & ut sic facit prædicamentum ubi; quia hoc sic habere, & hoc sic haberi non est aliud, nisi esse locale, uel locatum: & sic istud habere, & istud haberi faciunt unam denominationem prædicamētalem. Secundo modo potest intelligi, quòd hoc habeat, & hoc habeatur cum quadam connotatione & ordine partium locati ad partes loci, & hoc sic habere, uel haberi facit prædicamentum situs: sicut continens habere, & contentum habere uel haberi facit prædicamentum situs: sicut cōtinens habere, & contentum haberi simpliciter non est aliud nisi esse locale aliquid; & per consequens fit tantùm una denoīatio prædicamentalis non reducta: hoc. n. haberi, & hoc habere sub ordine partium non est aliud, nisi aliquid esse situatum; & per consequens istud esse situatū, est una denominatio prædicamentalis, alia à prima.

Contentum haberi à cōtinente, uel à loco, dupliciter.

Quæstio. Quæreret quis consequenter. Vtrum ex hoc, ꝙ tempus habet temporalia, & ipsa temporalia habentur; consurgant ex isto habere, & haberi duo prædicamenta? Respon. ꝙ non: quia ex isto habere, & haberi non consurgit nisi illud prædicamētum Quando. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ motus inferiores aspiciunt motum superiorem sub duplici aspectu. s. sub aspectu causati, & sub aspectu mensurati: ut. n. isti motus sunt cāti à motu superiori, sic benè possunt consurgere duo prædicamenta. s. actionis, & passionis: cuius ratio est, quia illa denominatio est alia, quam faciat causatio passiua, & quam faciat actiua: aliter. n. denominatur motus ut est actio; & aliter ut est passio: licèt sit realiter unum, & idem ꝙ denominetur; quia in eodem subiectiuè. s. in motu est actio, & passio: actio. n. uel motus, ut est actio, denominat aliquid, ut ē ab alio. unde actio denominat passum, secundùm ꝙ est ab agente; passio autem illud idem denominat, ut in eo recipitur: Non est eadem dependentia, & idem habere, & haberi hoc: aliud est. n. ipsum passum haberi ab agente; & aliud est illud, ꝙ recipitur in passo; haberi à passo per modum recipientis: & primùm haberi facit actionem; secundum autē passionem. Vnde debemus imaginari tria habere: primum est haberi à subiecto ut subiectū est; & hoc nullum prædicamentum facit, sed postprędicam entum; quia sequitur omnia prædicamenta, cum omnia nouem prædicamenta habeantur à subiecto: secundùm haberi est haberi à subiecto ut passum est; & hoc facit prædicamentum passionis: tertium haberi est haberi ab agente, & hoc facit prædicamentū actionis. Secundò possunt motus inferiores comparari ad superiores, ut mensurati; & hoc modo mensuratum habetur à mensura, & fit tantùm unum prædicamentum, s. prædicamentum ipsius Quando: quia una depētia, & una denominatio est dicere, ꝙ mensura habeat mensuratum, & ꝙ mensuratum habeatur; quia hoc est esse tpis huius; & hoc esse tpale nō est aliud, nisi hoc esse mensuratum duratiuè: & ita ista duo non faciunt nisi unum. s. durationē passiuam. Deinde cum d.

Motus inferiores aspiciunt motū superiorem dupliciter.

In eodē subiectiue est actio, & passio.

Amplius & prohibens secundùm suum impetū aliquid mouere, aut operari, habere dicitur hoc ipsum, ut colūnæ ponderosa superposita, ut Poetæ faciunt Athlantem habere cœlum, tanquam casurū super terram: quemadmodum Physiologorum quidam dicunt. Hoc autem modo continens dicitur, quę continet, habere; quasi separata secundùm suum impetum singula.

Ponit quartum modum ipsius hr̄e dicens, ꝙ si aliquid prohibeat aliquid aliud, ut non moueatur secundùm suum impetum naturalem, & ut non operetur, eo mō quo dēt operari, dī hēre illud; eo mō quo dicimus, ꝙ columna hēt latitudinem, uel aliquod ponderosum; quia prohibet eum à motu deorsum; ꝙ quidem. s. moueri deorsum, est, suus impetus naturalis: & eo mō antiqui Poetæ dicebant illum gigantem Athlantem habere cœlum, quasi ipsum cœlum casurum super terram, nisi substentaretur ab eo; ita ꝙ timebant de corruptione, & casu cęli: sicut ēt & quidam Physiologorum ponentium cœlum corruptibile; quia ponebant mundum infinities generari & corrumpi. Et isto modo habendi continens habet illud, quod continetur, quia prohibet eum à suo motu naturali: ui demus. n. ꝙ aliqua contēta, sicut aqua in uase, separata à uase, mouetur secundū suum impetum; quæ existens in uase prohibetur à fluxu; & tamen separata statim fluit.

Fictio poetica.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum iste modus differat à primo? Videtur ꝙ non, quia uterq; modus est ex hoc, ꝙ aliquid prohibetur ab aliquo pp impetū agētis. Ad oppositū est, quia Philoso. diuidit eos ex opposito. Respon. ꝙ primus modus, & quartus conueniunt, & differunt: conueniūt quidem in hoc, quia in utroq; ipsum habitum ab habente prohibetur à sua dispōne naturali: differunt tñ quia in primo mō ipsum habitum prohibetur à sua dispōne naturali: ita tñ ꝙ ipsum hēns cāt in habito motum uiolentū; eo modo quo febris prohibet corpus à dispōne naturali, & cāt in eo motum innaturalem: in quarto āt modo habens prohibet habitum à motu naturali, non tamen causat in eo motum uiolentum, sed tantū quietē uiolentam: sicut columna substinens ponderosū, prohibet illud à motu naturali; non tamen largitur lapidi motum uiolentum, sed quietem uiolentam;

tam:si autem lapis prohiberetur sursum, tunc esset rectè primus modus habendi, quia prohiberetur à suo motu, & causaretur in eo motus uiolentus,& uterque ab habente. Ad argumentum patet responsio,quia licèt utrunque prohibeatur à suo motu naturali,tamen differenter hoc, & illud,ut patet in quæstione.Deinde cum dicit.

Et in aliquo esse simili modo dicitur, & consequenter ipsi habere.

Ponit comparationem inter ipsum habere, & ipsum esse in, dicens; quòd ipsum esse in, simili modo dicitur,sicut ipsum habere;& consequenter se habet unum ad aliud:quod exponens Cōmentator dicit sic. Numerus respectuum, qui monstrantur per habere, sunt secundùm numerum respectuum,qui demonstrantur per hanc dictionem in; sed hæc propositio, in, dicitur de respectu contenti ad continens,& recepti ad recipiens; hoc autem uerbum habere, dignius dicitur de respectu continentis ad contentum,& possessi ad possidens. Vult ergo Commentator, quòd esse in,dicit respectum,qui se tenet ex parte contenti recepti, & ex parte eius, quod habetur: habere autem dicit respectum, qui se tenet ex parte continentis; & quia unus respectus sequitur ad alium, ideo esse in, sequitur ad habere,& è conuersò: ita quòd in omnibus dictis modis ipsius habere ex parte habentis est habere, ex parte habiti est esse in. Quod patet discurrendo per omnes modos: primus enim modus est secundùm uiolentiam agentis; in isto ergo modo agens habet effectum, & effectus habitus est in agente;sicut effectus in causa: similiter in secundo modo subiectum habet formam,& forma est in subiecto:in tertio etiam modo locus habet locatum, & locatum est in loco: in quarto uero modo prohibens habet prohibitum; & prohibitum est in prohibente,sicut effectus in causa per accidens: ex quo patet, quòd in omnibus modis, habere est ex parte habentis, & esse in,ex parte habiti. Deinde cum dicit.

TEX.29. *Ex aliquo esse dicitur uno quidem modo,ex quo est ut materia. Et hoc dupliciter, aut secundùm genus primum, aut secundùm ultimam speciem, ut sunt quædam, puta omnia liquabilia ex aqua: est autem ueluti ex ære statua.*

Hic determinat Philosophus de parte. Et diuiditur in duas, quia primò determinat de quadam proprietate partis:secundò de ipsa parte:Secunda ibi, [Pars dicitur quidem] proprietas quidem partis est, esse ex aliquo; quia ex partibus fit totum:primò ergo determinat de ex aliquo, ponens multiplicem acceptionem ipsius: & diuiditur in duas, quia primò ponit quosdam modos proprios ipsius ex aliquo:secundò ponit modum ipsius improprium: Secunda ibi [Alia uerò prius quidem.] Prima in quinque, secundùm quinque modos,quos ponit: Secunda ibi [Alia uerò ex primo] Tertia ibi [Alia ex composito] Quarta

A ibi [Hoc autem tanquā ex parte] Quinta ibi [Hęc quidem igitur sic dicuntur] Dicit ergo primò, quòd primo modo aliquid dicitur esse ex aliquo sicut ex materia:ita quòd,ex,est redditio causæ materialis;fieri autem ex aliquo sicut ex materia, potest esse duobus modis: aut sicut ex materia remota, aut sicut ex materia propinqua: materia remota uocatur materia prima secundùm genus: materia uerò propinqua uocatur materia secundùm ultimam speciem. Quod exponens Commentator dicit, quòd materia prima est tanquam genus altissimum; materia autem propinqua ē,quæ recipit ultimā formam in gene ratione: exemplum ponit Philosophus, materia remota respectu omnium liquabilium est aqua, B sicut plumbi, cupri, & ferri:materia autem propinqua est, sicut æs respectu statuę. Deinde cum dicit.

Alia uerò ex primo mouente principio, ex quo pugna ex conuitio. Id enim est principium pugnæ.

Ponit secundum modum ipsius ex aliquo, dicens: quòd est secundo modo, ex quo fit aliquid sicut ex principio mouente:ita quòd ex, est nota causæ efficientis;eo modo quo dicimus, quòd pugna est ex conuitio; quia ipsum conuitium est causa efficiens respectu pugnæ. Deinde cum d.

Alia ex composito ex materia, & forma, ut ex toto partes, & ex Iliade uersus: & ex domo lapides: finis enim est forma, perfectum uerò habens finem.

C Ponit tertium modum, & est modus secundū quòd aliquid fit ex aliquo per modum resolutum; eo modo quo aliquid fit ex composito ex materia & forma;& eo modo quo partes sunt ex toto per resolutionem;sicut ex Iliade, hoc est, sicut ex tota historia Troiana fiunt uersus, qui sunt partes historię; & ex domo sicut ex toto fiunt lapides, tanquam partes. In isto autem modo ipsius ex aliquo, qui est per modum resolutionis; fit processus ab eo;quod est completum,ad incompletum; quia totum habet modum finis & complementi, pars autem habet modum incōpleti & finiti per ipsum totum. Vnde isto modo fit processus à formali ad materiale:quia ipsa totalitas tenet locū formæ,partes autem locum materiæ.Et hoc est, D quod subdit; quòd finis forma est,hoc est,ipsum totum;in quo cōsistit ratio finiendi,formale est; perfectum uerò per hanc formalitatem est habens istum finem,scilicet totalitatem.Deinde d.

Hoc autem tanquam ex parte speciei species, ut homo ex bipede,& syllaba ex elemento.

Ponit quartum modum ipsius ex. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit istum modum secundò eum subdiuidit, ibi [Aliter enim] Dicit ergo primò quòd quartus modus ipsius ex, est quando ipsum totum fit ex partibus per modum compositionis;sicut homo fit ex bipede tanquam ex parte rationis:bipes enim differētia est, differētia autē est pars rationis:& syllaba fit ex elemēto, hoc est, ex litera,tanquā ex parte reali;quia litera realiter

Dd 2

Marginalia: Verba Auerrois. — Modi sex ex sendi ex aliquo. — Fieri ex aliquo ut materia, dupliciter. — Duplex est processus in natura, cōpositiuus, et resolutiuus: in primo totū fit ex partibus, in secundo e contra. — Totū habet modū finis. — Totalitas hīc locū formæ, partes uero materiæ. — Forma est finis, perfectū est habēs finem.

realiter est pars syllabæ. Deinde cum dicit.

Aliter enim hoc, & statua ex ære. Nam ex sensibili materia est composita substantia. Sed et species ex speciei materia.

Pars e duplex.

Subdiuidit istum modum. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd sicut patebit in Septimo, duplex est pars, essentialis, & materialis: pars essentialis (quam aliqui uocant partem speciei) est illa, sine qua species reperiri non potest: sicut syllaba reperiri non potest sine litera; & ideo litera pars essentialis est; licèt hæc litera, uel illa (ut ibidem patebit) sit pars materialis: pars autem materialis uocatur, sine qua tota essentia rei & speciei reperiri potest; sicut quia tota essentia circuli potest reperiri sine ære; ideo æs est sicut pars materialis respectu circuli; & eodem modo quia tota essentia statuæ potest reperiri sine ære; ideo est pars materialis respectu statuæ. His ergo uisis, subdiuiditur iste modus; quia fieri ex parte potest esse duobus modis, uel sicut ex parte essentiali & speciei; eo modo quo dictum est, quia homo fit ex bipede, uel syllaba ex elemento; uel ex parte materiali, eo modo quo statua fit ex ære. Hoc est, quod subdit Philosophus, quòd aliter fit hoc ex hoc, sicut homo ex bipede, uel syllaba ex elemento, & aliter fit statua ex ære; quia ibi pars essentialis, hic autẽ pars materialis, quia statua ænea est composita ex substantia, & sensibili materia; sensibilis materia, sicut æs, accidit statuæ: & in ista statua ænea est ipsa forma, quæ uocatur species, & est ibi aliquid materiale respectu speciei, sicut ipsum æs. Deinde cum dicit.

Aliquid fieri ex parte dupliciter.

Hæc quidem igitur sic dicuntur. Alia uerò si secundùm partem aliquam horum aliquis existit modorum: ut ex patre, & matre puer; & ex terra plantæ, quia ex aliqua parte eorum.

Aliquid fieri ex aliquo dupliciter.

Ponit quintum modum. Ad cuius euidentiã notanda sunt uerba Commentatoris, qui uult, quòd aliquid fieri ex aliquo duobus modis est. Vnus modus est, ut aliquid fit ex toto alicuius; ita quòd totum transmutetur in totum, sicut dicimus animal sanguineum esse ex carne. Secundus modus est, quo aliquid est ex parte alicuius, sicut filius est ex matre, quia non est ex tota substantia matris, sed ex aliqua parte, quia aliqua pars eius formatur in filium, eo tamẽ modo, quo menstruum potest dici pars. Et hoc est, quod dicit Philisophus, quòd hæc quidem igitur sic dicuntur ex; alia uerò dicuntur esse ex aliquo; si aliquis prædictorum modorum fuerit, quo aliquid est ex aliquo secundùm aliquam partem tantùm, & non secundùm totum: & isto modo puer est ex patre & matre, quia ex aliqua parte ipsorum: & plantæ sunt ex terra, quia sunt ex aliqua parte terræ. Notandum est diligenter, quòd secundùm sententiam Philosophi hic; iste modus ex, est in causa efficiente, & in causa materiali: & ideo dixit si aliquis prædictorum modorum extiterit. quasi dicat, quòd siue in causa

E efficiente, siue in causa materiali; dummó hoc est ex hoc, quia est ex parte eius, non ex toto; habetur iste modus ex. De causa efficiente posuit exemplum, cum dicit, puer est ex patre: nam respectu fœtus & pueri duo sunt mouentia, pater, scilicet sicut remotum, & sperma patris tanquam propinquum; quòd quidem sperma quodam modo fuit quædam pars patris; licèt non fuerit omnino pars, quia non fuit conuersum in substantiam membri; licèt fuerit in propinqua dispositione assimilationis ad membrum. De causa autem materiali posuit exemplum, quando dixit, ꝙ puer est ex matre; mater enim materiam ministrat, & non uim actiuam; ministrat autem menstruũ, quod quidem quodam modo est pars matris. Deinde cum dicit.

Sperma est quedã pars patris.

Mulier non habet vim actiuam, sed ministrat menstruum, qđ est pars matris.

F *Alia uerò priùs quidem tempore, ut ex die nox, ex serenitate hiems, quia hoc post hoc.*

Ponit modum improprium ipsius ex. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit istum modum: secundò eum subdiuidit ibi. [Horum autem alia.] Ponit ergo istum modum, dicens: quòd aliquid dicitur fieri ex aliquo, quia fit post aliud: ita quòd ipsum ex, est nota ipsius post: & isto modo dicimus, quòd nox est ex die, quia est post diem, & hiems est ex serenitate, quia est post serenitatem. Notandum est diligenter, quòd (sicut uult Commentator in principio istius Capituli) quòd licèt ex, dicatur multis modis; tamen famosior modus eius est, quando ex, notat G habitudinem causæ materialis: ita quòd hoc fit ex hoc, sicut ex potentia materiæ: non est sensus, quòd hoc fiat post hoc, sed est sensus, quòd hoc perficitur per hoc, scilicet potentia per formam; & hoc trahitur ad hoc, scilicet materia ad perfectionem; sicut ergo secundùm primum modum ipsius ex, semper notatur, quòd materia perficiatur per formam: si autem solùm notatur, quòd hoc non perficiatur per hoc, sed tantùm, quòd hoc transeat, & hoc adueniat; omnino improprius modus est; & hoc est in hoc modo dicto. Deinde cum dicit.

Ex, qđ notat causam materialem, est modus famosior.

Horum autem, alia quia habent transmutationem ad inuicem, ita dicuntur, ut quæ nunc sunt dicta. Alia quia secundùm tempus solùm, ut ex æquinoctio fit nauigatio, quia post æquinoctium: sic festiuitates sunt, ut ex Dionysiis Saturnalia: quia post H *Dionysia.*

Subdiuidit hunc modum. Ad cuius euidentiam sciendum est diligenter, quòd in isto modo hæc propositio ex, est nomen posterioritatis, scilicèt quòd hoc fiat post hoc. Quòd autem sit nota posterioritatis, hoc potest esse duobus modis: uno modo, quòd cum posterioritate sit nota ordinis; eo modo quo dicimus, quòd contrarium fit ex contrario; cum enim dico, contrarium fit ex contrario, per hanc propositionem, ex, notatur posterioritas, quia scilicet post contrarium fit contrarium: notatur etiam ordo, ꝙ ordinatus processus gñationis nó est à quocunq; in quod-

Ex, nota posterioritatis dupliciter.

Hoc pacto creatura fit ex nihilo cõmuniter.

quodcunque;sed est à contrario in contrarium: non enim album fit ex linea, sed ex nigro: ita q determinatus processus est à speciali termino à quo,usque ad specialem terminum ad quem: sic ergo istud potest esse nota posterioritatis, & ordinis in transmutatione;ita quòd concernit speciale à quo,& speciale ad quem. Alio autem modo hæc propositio ex, ita est nota posterioritatis in tempore, quòd non est nota ordinis in transmutatione:& hoc est, quando tãtùm fit hoc post hoc; ita tamen quòd illud prius,quod fit; non est specialis terminus à quo respectu huius termini ad quem;eo modo quo dicimus,quòd ex æquinoctio fit nauigatio,hoc est post æquinoctium:licèt enim hoc fiat post hoc, scilicet nauigatio post æquinoctium; tamen accidit, quòd iste fit terminus à quo respectu huius termini ad quem. Primum ergo post,uocatur post secundùm tempus, & secundùm transmutationem; hoc est secundũ ordinem transmutationis; secundùm autẽ post, uocatur post secundùm tempus tantùm. Et hoc est,quod dicit Philosophus,dans intelligere istos duos modos,dicens:quòd hæc quidem ita dicuntur post,quòd habent transmutationem ad inuicem;hoc est,quia connotant ordinem transmutationis: qui quidem modus patet in illis, quæ dicta sunt;quando quidem ex nocte fit dies, uel ex serenitate hiems:hæc autem duo dicuntur post, quia connotant solùm consequentiam secũdùm tempus:sic quãdo dicimus, quòd ex æquinoctio fit nauigatio,hoc est post æquinoctiũ;& ex Dionysiis fiũt Saturnalia,quia post Dionysia; hoc est ex talibus festis talia festa,quia post talia festa.

TEX. 30. *Pars dicitur quidem uno modo, in quam diuiditur utique quantum quocunque modo. Semper enim ablatum à quanto ut quantum est, pars dicitur illius;ut trium,duo pars quodammodo dicuntur. Alio uerò modo,quæ talia mensurant solùm. Propter quod trium duo sunt (ut dicitur) pars; sunt autem ut non.*

Postquam Philosophus determinat de proprietate partis; hic determinat de parte, ponens multiplicem acceptionem ipsius. Et diuiditur in quatuor partes secundùm quatuor modos partis: Secunda ibi, [Ampliùs in quo diuiditur] Tertia ibi [Ampliùs in quæ diuiditur aliquid] Quarta ibi [Ampliùs quæ sunt in ratione.] Primò ergo ponit primum modum, & continet primus modus partem quantitatiuam; ergo primus modus est; quod illud,quod diuiditur in aliquod quantum, est pars ipsius quanti, quantumcunque sit illud: semper enim illud, quod aufertur à quanto inquantum quantum, per diuisionem huius ab hoc, pars illius dicitur. Hæc autem pars quantitatiua est in duplici differentia: quædam est enim quæ mensurat totum: illa autem dicitur mensurare totum, quæ aliquoties replicata, reddit ipsum totum;& hoc modo binarius est pars quaternarii; quia bis replicatus, reddit quaternarium. Aliquando autem pars non mensurat totum: uocatur autem pars non mensurans totum, quæ quidem componit totum cum aliquo alio; sed tamẽ aliquotiens replicata, non reddit ipsum totũ præcise:& hoc modo ternarius est pars quaternarii: pars quidem non mensurans,quia cum alio componit totum,scilicet quaternarium, puta cum unitate;sed tamen alipuotiens replicata, puta bis, reddit plusquam quaternarium,scilicet senariũ. Dat ergo exemplum Philosophus de parte non mensurante, dicens; quòd duo sunt aliqualiter pars trium;& henè dicit aliqualiter,quia si appelletur pars omne,quod componit totum; siue mẽsuret,siue non;sic dualitas pars est trium. Si autem appelletur pars illa,quæ ita componit, quod mensurat;sic non est pars. Et hoc est,quod subdit:quòd alio modo solùm illa uocantur partes, quæ mensurant;& ideo duo sunt pars. trium,& non sunt pars: sunt pars quidem, quia componunt;non sunt autem pars,quia non mensurant, Deinde dicit.

Pars quæ-
duplicuer.

Pars quantitatiua duplex.

B

Ampliùs in quæ diuiditur utique species sine quantitate, & ea partes huius dicuntur. Quare species generis dicuntur esse partes.

Ponit secundum modum partis. Ad cuius euidentiam est notandum, quòd secundùm Commentatorem hæc est differẽtia inter primum modum & secundum:quia in primo modo illud,qđ diuiditur,quantitas est,& totum quantitatiuum; illud autem,in quod diuiditur,pars est quantitatiua: in secundo autem modo illud, quod diuiditur; forma est: illud autem, in quod diuiditur pars qualitatiua, est pars formalis: secundùm.n. hunc secundum modum istud, quod diuiditur, genus est, genus autem est quædam forma: illud autem,in quod diuiditur,species est; species autem est quædam pars formalis, & qualitatiua generis. His ergo uisis,patet modus iste. Dicit ergo, quòd ampliùs illa uocantur partes, in quæ diuiditur species,hoc est forma;diuiditur(dico) nõ diuisione quantitatiua,sed diuisione sine quantitate,idest diuisione qualitatiua; ponit autem hic nomen speciei pro forma, non quacunque, sed pro forma generis: & hæc, in quæ diuiditur illa forma;uocantur partes illius formæ;quare secundùm hunc modum species sunt partes generis: ita quòd genus est forma diuisa, & species sunt formæ diuidentes.

C

Genus est quædã forma.

Spẽs ẽ pars qualitatiua.

Diuisio duplex.

D

Quæreret aliquis. Vtrum species debeat dici pars qualitatiua? Videtur quòd non,quia omnis pars qualitatiua qualitas est, sed non omnis species est qualitas,ergo &c. Ad oppositum est Cõmentator. Respon. dicendum q in hac Quæstione duo sunt uidenda:primò uidendum,est differentia inter partem qualitatiuam, & quantitatiuam:ex quo apparebit, quòd species est pars qualitatiua: secundò uidendum est, quomodo accipiatur hic qualitas,& qnomodo non: ex quo apparebit solutio argumenti. Ad euidentiam primi notandum est, quòd pars quantitatiua uocatur omne illud,quod per modum compositionis attingit

Quæstio.

Pars quãtitatiua quæ.

tingit quantitatem alicuius;ita quòd hæc pars integrat quantitatem illius:eo modo quo paries vocatur pars quantitatiua domus, quia per modum compositionis attingit quantitatem domus, & eã integerat.Pars autem qualitatiua uocatur duobus modis:uno modo uocatur pars qualitatiua pars essentialis, scilicet quę componit essentiam; ita tamen quòd non omnis pars compositionis, componens essentiam; uocatur pars qualitatiua, sed solùm forma:cum enim in aliquibus esse cõponatur ex materia,& forma; materia nõ potest dici pars qualitatiua,quia omnis pars qualitatiua dicit modum qualis, materia autem de se non dicit quid,nec quale, nec aliquem modum prædicamentalem:licèt ergo ad essentiam,sicut ad quãdam totum concurrunt materia,& forma; tamẽ solùm forma debet dici pars qualitatiua; quia ipsa solùm dicit modum qualis,& prędicamenti:& sic accipiendo partem qualitatiuam, species non est pars qualitatiua generis, quia species nõ componit essentiam & conceptum generis; species enim est extra conceptum generis. Secundo modo accipitur pars qualitatiua illud, quod specificat aliquem conceptum confusum:ita quòd qualificatio idem est, quòd specificatio: & sic isto modo accipiendo partem qualitatiuam;illud idẽ, quod dicit ipsum totum qualificatiuum per modum indistincti,& confusi; dicit species per modum specificati, & determinati, & qualificati: exemplum,illud, quod dicit animal per modum indistincti; dicit homo per modum conceptus specificati,& distincti: homo enim est animal in tali natura;animal enim in tali natura est animal specificatum:& sic patet primum. Ad euidentiã secundi notandum est, quòd qualitas accipitur duobus modis. Vno enim modo accipitur qualitas modificatio accidentalis in prędicamẽto qualitatis tantùm; eo modo quo albedo,& nigredo modificant subiectum album & nigrum: & hoc modo non accipitur hic qualitas,nec pars qualitatiua. Secundo modo dicitur qualitas modificatio in quocunque prædicamento: & secundùm istum modum omnis species, & omnis differentia potest dici pars qualitatiua ipsius generis:cuius ratio est,quia genus ut genus dicit conceptũ confusum,non modificatum aliquo cõceptu specifico,modificabile tamen:species autem & differentia modificationem huius cõfusi dicunt; & quia secundùm istum modum omnis modificatio potest dici qualitas:ideo species, & differentia qualitas possunt dici. Exemplum animal non dicit conceptum indistinctum, nec de se dicit,quòd sit animal modo hominis, uel modo asini: de se enim non concernit hunc modum, uel illum:homo autem & asinus dicunt illud idẽ animal sub modificatione huius,uel illius;ex quo partes modificantes sunt,& per consequens partes qualitatiuæ.Ex quo patet argumentum, quia qualitas accipitur æquiuocè.

Pars qualitatiua dupliciter.

Septimo Metaph. 8.

Species est extra conceptum generis.

Qualitas dupliciter.

Quõ species & differentia possint dici pars qualitatiua.

Quæstio. Quæreret aliquis,quia intellectus nõ quiescit;

E Vtrum species aliquo modo possit dici pars, siue qualitatiua,siue non? Videtur quòd nõ,quia pars componit totum, species autem non componit genus, ergo, &c. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo duplici uia possumus uenari,ꝗ species pars est ipsius generis. Prima uia est exponendo uerba Commentatoris,quæ sunt hęc;ꝗ genus est de numero formarum compositarum, quæ diuidũtur in formas; quæ quidem formæ differentiæ sunt: est ergo intentio Commentatoris, quòd genera sunt formæ compositæ;& quòd differentię sunt formæ simplices;& quia simplex est pars complexi;ideo differentiæ sunt partes generis,& per consequẽs species. Videatur ergo, quo modo genus est forma complexa; quod duplici
F uia uenari possumus;prima uia est,quia ipsæ differentiæ potentia sunt in genere; & ita sunt ibi secundùm quid: ita quòd ipsum genus est quid cõplexum ex ipso conceptu confuso, & ex ipsa differentia,quæ est in eo secũdùm quid; si enim differentia nullo modo esset in genere, genus non diceret formam complexam;sed quia differentia potentialiter est in genere,ideo conceptus generis est quodammodo compositus ex actu & potẽtia:quando enim differentiæ per decursum intellectus extrahuntur de genere,ita extrahuntur, ꝙ sub aliquo modo essendi fuerunt ibi,quia sub modo potentiali; differentia enim dicit conceptum simplicem extractum per actum intellectus de conceptu complexo generis;qui ideo dicitur cõ-
G plexus, quia dicit actualitatem confusam in potẽtia ad actualitatem distinctã; & ideo dicit quid compositum ex actu & potẽtia.Et hoc est, quod dicit alibi Commentator,quòd conceptus generis dicit medium inter purum actum, & purã potentiam:cum ergo medium sapiat naturam extremorum,oportet quòd infra conceptum suum claudatur actus,& potẽtia.Patet ergo prima uia; quia ipsę drię dicunt conceptũ simplicẽ,& partialem,& actualem,extractum de potentialitate generis, & de conceptu complexo eius: & eodem modo species sunt quid extractum de potentia generis: quia sicut in naturalibus generatio est ad compositum per se, & per accidens ad formam: ita quòd forma & compositũ extrahuntur de potentia materiæ: ita & decursu rationis
H differentię, & species extrahuntur de potentia generis. Secunda uia ad uenandum, ꝙ genus dicat conceptum complexum, est ex differentia, quæ est inter partem,& genus;quam ponit Auicenna Quinto Methaphysicæ:de natura enim partis est,quòd dicat rem suam præter aliam partẽ: de natura autem generis est, quòd non dicat omnino rem suam præter speciem,& differentiam: & quia concernit speciem, & differentiam sub aliquo modo;ideo species,& differentia extrahũtur de conceptu generis,sicut de quodam, quod illa complectebatur. Hęc enim est differẽtia inter corpus partem,& corpus quod est genus: ꝙ corpus pars est quoddam,de cuius natura est habere

Quõ species est pars generis.

Genera sũt formæ cõposita, differẽtiæ simplices.

Quõ genus est forma complexa.

Vide 1. Metaph. cõ. 17 & 2. Metaph. cõ. 14.

Auicenna doctrina.

Discrimen inter corpus partem, & corpus genus.

bere tres dimensiones precisè; ita quòd amplius non sit aliud de conceptu suo; & sic præcisum cõceptum dicit, diuisum contra sensitiuum, & contra aliam quamcunque perfectionem consequentem: corpus autem, quod est genus; aliquo modo complectitur perfectionem differentiæ, & speciei; ita quòd non omnino dicit rem suam præter speciem, & differentiam: corpus enim genus, est quoddam, quod habet tres dimensiones: quoddã (dico) siue sit sensitiuum, siue non: & ita capit aliquo modo sensitiuum, & non sensitiuũ, quæ sunt oppositæ differentiæ: ita quòd quãdo sensitiuum, & non sensitiuum opposita extrahuntur de genere, extrahuntur de eo, sicut de quodam complexo; & de quodam, quod illa quodammõ complectebatur; & per consequens sunt quædam partialia unius complexi; & sic sunt partes respectu illius. Sic ergo patet prima uia, quæ probat differẽtiam, & speciem esse partem per uerba Commẽti. Secunda uia ad hoc probandum, est ex ambitu generis, & speciei: genus enim maioris est ambitus, quàm sit species; ita quòd ipsa species non est aliud, nisi quædam pars ambitus generis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd differentia est inter partem subiectiuam, & partem integralem: pars namque integralis duas proprietates habet; una est, quòd dicit quendam partialẽ ambitum respũ ambitus totius: secunda est, ꝙ componit ipsum totum; paries enim qui est pars integralis domus; dicit quendam partialem ambitum respectu domus: quod patet ex hoc, quòd ambitus domus se extendit ad fundamentum; ambitus autem parietis nõ; sed est quid diuisum contra fundamentum: paries etiam domum componit. Pars autem subiectiua quantùm ad primum conuenit cum parte integrali, quia dicit quendam partialẽ ambitum respectu sui totius; sicut homo respectu animalis: quod patet ex hoc, quòd ambitus animalis se extendit, uel potest extendi extra hominem; homo autem non extenditur extra seipsum: Quãtùm ad secundum differt hæc pars, & illa; quia pars subiectiua non componit suum totum: pro tanto. n. species, & differẽtia dicuntur partes; quia partiali modo dicunt illud, quod dicit genus indistinctè & confusè: dicere enim hominem non est aliquid aliud, quàm dicere animal partialiter; partialitate (dico) formali. Ita quòd imaginabimur naturam generis naturam distinguibilem per formas partiales; species autem, & differentias partiales formas differentes, distinguentes: & sic patet secunda uia. Ad argumentum etiam patet respõsio: quia differentia, & species non sunt partes per rationem, & proprietatem componendi; sed magis secũdùm rationem & proprietatem distinguendi illud, quod confuso modo fuit in forma generis. Deinde cum dicit.

Pars integralis, & subiectiua differunt.

Amplius in quæ diuiditur aliquid, aut ex quibus componitur totum, aut species, aut habens speciem: ut sphera ærea, aut cubi ærei, æs pars est. Hoc autẽ A *est materia, in qua species. Et angulus pars.*

Ponit tertium modum partis, dicens: quòd illa, in quæ diuiditur aliquid; siue ex quibus componitur aliquid totum; siue illud sit species, siue habens speciem; uocantur partes: sicut sphera ęneæ, aut cubi ænei, æs est pars; sicut materia, in qua materia est pars ista, & in quã diuiditur istud totum: amplius autem isto modo est pars trianguli, in quem, scilicet diuiditur triangulus. Notandum est secundùm Commentatorem, quòd hic modus differt à secundo; quia in secundo modo forma diuiditur in formas: forma, scilicet generis in formas proprias, scilicet speciei, & differẽtię: in isto autem modo compositum diuiditur in materiam, & formã; sicut sphera ænea in æs, & sphe- B ritatem. Notandum est etiam, quòd benè dixit Philosophus; species; uel habens speciem: habens enim speciem uocatur etiam indiuiduum: quia enim indiuidum addit supra speciem, non dicitur species, sed habens speciem: tam autem species, quàm habens speciem diuiditur in materiã, & formam; supposito quòd materia sit de essentia speciei. ut sicut hæc materia est de essentia indiuidui, ita materia in communi est de essentia speciei.

Quæreret aliquis, Vtrum angulus secundùm istum modum sit pars ipsius trianguli? Respondet ad hoc Commẽtator & uidetur dicere, quòd angulus est pars duobus modis, scilicet secudũ qualitatem, & secundùm quantitatem; angulus C enim diuiditur & quantitatiuè, & qualitatiuè; & sic si diuiditur utroque modo, utroque modo est est pars. Possumus tamen dicere, quòd magis est pars secundùm qualitatem, quàm sit pars secundùm quantitatem: unumquodqne enim magis debet censeri tale, uel tale secundùm illud, quod est formale in eo, quàm secundùm illud, quod est materiale: magis secundùm formam, quàm secũdùm materiam: angulus autem duo dicit; dicit enim specificam modificationem in continuo; ex parte autem continui sortitur naturam quanti, & potest habere modũ partis quantitatiuæ, quòd enim angulus diuiditur in angulos, hoc est rõne continui, in quo fundatur: si enim illud esset indiuisibile, & angulus indiuisibilis: ratione autem D modificationis, quòd est formale in eo; sortitur naturam qualis in quarta specie qualitatis, & partis qualitatiuæ; & per consequens cum hoc sit in eo formale; magis habet rationem partis qualitatiuæ, quàm quantitatiuæ. Et ex hoc est angulus in primo modo, & secundo, & tertio iam dictis, diuersis rationibus: secũdùm enim quòd est pars quantitatiua ratione continui, est pars primo modo: sicut unus angulus maior potest diuidi i duos minores: secũdùm autem quòd angulus species diuidit angulum in genere; eo modo quo dicimus, angulorũ alius rectus alius acutus; & sic pars est secundo modo: secundùm uerò quòd angulus per modum formæ cum ipso continuo per modum materię conueniunt ad constitutionem alicuius

Quæstio.

Quo angulus est pars trianguli.

cuius tertii, sic est pars tertio modo. Deinde d.

Amplius quæ sunt in ratione unumquodque ostẽdente, & ea partes sunt totius. Propter quod & genus speciei pars dicitur; aliter autem species generis pars.

Ponit quartum modum partis, dicens: quòd illa, quæ sunt in ratione, siue in diffinitione ostendente unumquodque diffinitum, sunt partes respectu illius diffiniti, & illius totius; quod uocatur diffinitum. Et secundùm hunc modum genus est pars speciei: alio autem modo species est pars generis, quia genus est pars essentialis speciei; eo quòd est de essentia diffinitiua eius; species autem est pars subiectiua generis.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum hic modus differat à præcedenti, scilicet à tertio? Videtur quòd non, quia in tertio modo compositum diuidebatur in materiam, & formam; hoc autem compositum diuiditur in genus, et differentiã; genus autẽ materia est, forma autem differentia: ergo unus est modus. Ad oppositum sit Philosophus, qui diuidit unum modum contra alium. Respondeo, ad hanc quæstionem respondet Commentator, dicens sic; quòd genus est pars formæ speciei; forma enim speciei diuiditur in genus, & differentiam: ita quòd iste modus quartus differt ab alio; quia genus, & differentia differunt à formis secundùm quòd formæ: formam enim esse genus, uel esse differentiã; est quoddam accidens, quod accidit formę. Duo ergo dicit Commentator; ex quibus duobus possumus dare differentiam inter istum modum, & præcedentem: primum quod dicit est; quòd genus est pars formæ speciei: secundum est, quòd genus, & differentia accidunt formæ. Primò ergo uideamus primum. Tertius manifestus est, quando compositum diuiditur in materiam & formam: hic autem modus quartus est, quando species diuiditur in genus & differentiã: hic autem modus non est idem cum illo, quia genus non est materia, sed est pars formæ speciei: ita quòd species diuisa per genus & differentiã, non est diuisa per materiam & formam, sed per formam, & formam; per formam generalem, & partialem. Imaginatur enim Commentator sic; quòd eadem forma significata per modum confusum & indistinctum est forma generis, significata per modum specificum est forma differentiæ: ita quòd una forma facit totum prædicamentum sed'm gradum & gradũ; quia sed'm gradum confusissimum facit gradum generalissimi: secũdùm minùs confusi subalterni: si omnino specificatum fuerit, gradum specialissimi: indiuidua autem sunt magis hoc per aliquid additum formæ, quàm per formam: dicere autem quòd una forma faciat totum prædicamentum, non est idem dicere, unam formam esse in composito; & ideo una positio non est alia; neq; sequitur una ad aliã. Sic ergo dicamus, eo quòd genus est pars formę, forma est aliquo modo: & cum differentia etiam sit forma, diuidere speciem in genus & differentiam est diuidere in formã & formã; & per consequens non est præcedens modus idem cum isto quarto; quia ille modus est, quando aliquid diuiditur in materiam & formam: patet ergo ex primo uerbo Commentatoris quòd iste modus non est ille. Patet etiam ex secundo uerbo, quòd diuidere speciem in genus & differentiam, est diuidere in aliqua, quæ accidunt formæ; ut dicit Commenta. diuidere autem in materiam & formam, est diuidere in partes reales; genus autem & differentiam in partes rationis: ita quòd ratio, & intellectus has duas formas & partes facit circa eandem formam, & circa eandem rem; hoc autem accidit ipsi formæ, scilicet quòd sic concipiatur, uidelicet per modum generis, uel sic, scilicet per modum differentiæ. Vnde Auicenna Quinto Metaphysicę; multitudo generis & differentiæ non est multitudo, uel pluralitas partium rei: sed multitudo, quæ est rei secundùm quod est terminata, & non terminata: eadem enim res in se terminata, potest considerari secundùm q non est terminata: cum autem hoc non terminatum fit terminatum, hoc est, cum genus non terminatum transit ad differentiam, non fit alia res: non enim hęc est alietas secundùm rem; sed solũ secundùm respectum, qui est secundùm intellectum nostrum: hæc enim determinatio, quam addit differentia supra genus, non alterat ipsum genus, sed certificat. Quasi dicat Auicenna: non alterat, quia non est altera res; sed certificat: sicut conceptus terminatus certificat interminatum. Est ergo intentio Auicennę, quòd differentia & genus non sunt partes reales; sed sunt partes, quas format intellectus circa eandem rem; & per consequens aliquo modo accidunt rei: & sic quãtùm ad hoc concordat cum Commẽtatore. Cum ergo tertius modus fuerit quantùm ad partes reales, & quæ non accidunt rei formæ: hic autẽ quartus modus sit quantùm ad partes rationis, & quæ aliquo modo accidunt formæ: ideo iste modus non est ille. Ad argumentum per hoc patet responsio; quoniam ipsum genus non est materia, sed habet modum materiæ, quia habet naturam indistincti, & etiam possibilis; sicut habet ipsa materia.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrũ genus sit pars speciei, & sit totũ; sicut dicit Philosophus? Videtur quòd non, quia totum, & pars aliquo modo opponuntur. Ad oppositum est Arist. Respondeo; dicendum est, quòd ipsum genus & totum, & pars est; tamen sub diuersis respectibus; est enim pars integrans essentiam speciei; & est totum respectu partis subiectiuæ. Ad cuius euidentiam notandũ est: quòd de essentia generis est, quòd sit conceptus latior, quàm est cõceptus differentiæ; & quãtùm ad hoc est totum respectu speciei, etiam q totalitas generis fundatur super latitudinem cõceptus: De essentia generis secundò est, q sit cõceptus potentialis, explicabilis, uel informabilis per conceptum differentiæ: & quantùm ad hoc est

Verba Auerrois. cõ. 20. Vide et 7. Metaph. cõ. 46.

Indiuidua sunt magis hoc per additum formæ, quàm p formam.

Diuisio per genus & differentiã, et diuisio p materiã & formã quales.

Multitudo generis, & differentiæ quæ.

Genus est totum & pars

De ratione generis q.d.

est pars speciei: species.n.est conceptus compositus ex conceptu explicabili.s.generis,& ex cóceptu explicante.s.differentiæ. Sic ergo totalitas generis fundatur super latitudinem conceptus; ex hoc.n.quòd animal est homo aliquo modo;& sibi nó repugnat,q̄ sit extra formalitatem hominis; ex hoc latiorem conceptum habet, quàm habeat homo: & ex hoc est totum respectu illius, & hoc est pars: ex hoc autem q̄ idem conceptus subintrat cóceptum speciei, explicatum per conceptum differentiæ; ex hoc est pars speciei. Sic ergo secundùm aliam, & aliam rationem est totum,& pars: totum est propter latitudinem conceptus: pars uerò propter potentialitatem. Ad argumentum, ipsum genus non est sua pars; nó enim ipsum genus est pars subiectiua, sed ē pars, ut integrans cóceptum alicuius; pars autem integrans,& totum uniuersale non opponuntur in natura generis. Deinde cum dicit.

Totalitas generis super quod fundatur.

TEX.31. *Totum dicitur,cuius nulla partium abest.*

Totū quid, & quotuplex.

Hic distinguit ipsum totum. Et diuiditur in duas partes, quia primò distinguit ipsum totum in se: Secundò distinguit quandam partem totius.s.genus: Secunda ibi, [Genus dicitur] Prima in duas, quia.n.totum & diminutum opponuntur.primò distinguit totum: Secundò distinguit diminutum. Secunda ibi [Colobon.]Prima in duas, quia primò distinguit totum: secundò comparat ipsum totum ad esse;& è conuersò,ibi [Ampliùs quanto habēte principium.]Prima in duas partes, secūdùm duos modos ipsius totius: Secunda ibi,[Ex quibus dicitur totum] Ponit ergo primum, dicens: q̄ totum primo modo est, à quo non diminuitur aliqua partium, respectu quarum est totum: & totum secundùm istū modum (ut uult Commentator) idem est, q̄ perfectum. Vbi notandum est secundùm Auicen. 5. Metaphisicæ quòd perfectum, & totum cognata sunt,& affinia;quia eadem res est tota, & perfecta; perfecta quidem inquantùm nihil de natura sua remanet extra eam: tota autem inquantum habet quidquid necessarium est ei de partibus eius. Et hoc est, quod dicit hic Philosophus, cui nulla pars abest: ipsa igitur eadem res respectu multitudinis entis,in ea comprehensæ, tota est, secundùm autem quòd nil remanet extra eam, perfecta est:& sic secūdùm diuersas rationes est totum, & perfectum. Adhuc autem magis explicat istam differentiam totius,& perfecti;quia nó est conditio perfecti, quòd contineat sub se multitudinem nec in potentia,nec in actu; sed quòd solùm habeat illud, quod sequitur ad naturam suam;totum uerò uel natura sua est,quòd sit multitudinis,uel in potentia,uel in actu; quod non sē per est in perfecto; quia perfectio multarum rerum consistit non in multitudine, sed in unitate essentiæ,& in unico esse. Et hoc est, quod subdit Auicē.ibidem, quòd in plerisque unitas est esse, quod oportet habere: quasi dicat esse plurium consistit in unitate,quę debet haberi; & quòd habeatur,quod debet haberi;ideo perfectum est:ita quòd in talibus unum,& perfectum sunt idem; licèt sub diuersis rationibus: in rebus autem quorum esse consistit in multitudine, uel potētia,uel effectu;idem est subiectiuè totum,& perfectum. Et hoc est,quod subdit Auicen. quòd perfectio in rebus habentibus mensuras,uel numeros; uidetur esse ipsum totum idem in subiecto;hoc est quę concernunt quantitatem continuam, quantùm ad mensuram; uel discretam, quantùm ad numeros. Deinde cum dicit.

Perfectū,et totū quō se habent.

Esse plurium in unitate consistit.

Ex quibus dicitur totum natura: & continens contenta:unde unum aliquid sunt illa.

Ponit secundum modum. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit istum modum in generali:secundò illū subdiuidit:tertiò manifestat mēbrum diuisionis:Secūda ibi[Hoc autem dupliciter]Tertia ibi,[Vniuersale quidem enim.]Dicit ergo primò,quòd secundo modo aliquid dicitur totum, quòd natura,hoc est naturaliter respicit partes;ex quibus est,hoc est,respectu quarum est totum:sicut continens respicit contenta:ita quòd illa,hoc est,illæ partes sint unum aliquid in illo toto. Sic ergo secundus modus est omne, quod continet aliud,uel alia, quæ naturaliter sunt unū in illo.Deinde cum dicit.

Hoc autem dupliciter. Aut enim ut unumquodque unum,aut ex his unum.

Subdiuidit istum modum: quòd enim aliquid contineat aliqua,hoc potest esse duobus modis: aut quia unumquodque illorum, quæ continentur;est illud quod continet:quia ipsum totū,quod cōtinet,prędicatur de qualibet parte;& ēt est natura totius uniuersalis;quia totū uniuersale prædicatur de qualibet parte cōtenta; scđo mō potest esse,q̄ aliquid cōtineat aliqua, quia componitur ex his, quæ continet; non tamen quòd prædicetur de ipsis,& hoc est totum integrale: sicut domus componitur ex partibus suis, & continet ipsas: & tamen de nulla parte prędicatur. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd totum continens dicitur duobus modis: aut enim est sicut totum, quod unumquodque, hoc est, unaquęque pars est ipsum unum totum;& hoc est totum uniuersale:aut ita est totum, quod est quoddam unū integrum ex his partibus.Deinde cum dicit.

Vniuersale quidem enim & quod totaliter dicitur, ut aliquid ens unū,sicut,uniuersale,quasi multa continens;quia prædicatur de unoquoque,et unū omnia sunt:& unumquodque:ut homo, & æquus & Deus:quia omnia animalia.

Manifestat membra diuisionis;& primo manifestat primum membrum,scilicet totum uniuersale:secundò secundùm,scilicet totum integrale ibi[Continuum uerò & finitum.]Manifestat ergo primum dicēs, quòd uniuersale est quoddam ens totum, quod totaliter dicitur; hoc est habet naturam totalitatis,& est quasi multa continens, inquantùm prędicatur de unoquoque;& alia, de quibus prædicatur; & unumquodque per se acceptum

ptum est etiam illud unum, puta equum, hominem, & Deum dicimus animal: ita quòd animal, & natura totius uniuersalis saluatur in unoquoque istorum. Deinde cum dicit,

Continuum uerò, et finitum; quãdo unum aliquid ex pluribus est, quæ insunt maximè quidem potestate. Sin autem & energia: Horum uerò eorundem magis quæ sunt natura, quàm arte talia: quemadmodum & in uno dicimus, tanquàm existente tota litate unione aliqua.

Manifestat secundum membrum, dicẽs: quòd continuum finitum, hoc est, totum qualitatiuum finitum (dicit autem finitum; quia infinitum non habet rationem totius, sed partis: ut ostensum est in Tertio Physicorum) tale totum finitum est, quando aliquid unum componitur ex pluribus; quia plura sunt in illo tanquam partes in toto; sunt (dico) in potentia; uel si nõ sunt in potentia, sunt in actu; in potentia quidem sicut in toto continuo, sicut in linea: in actu autem, sicut in toto non continuo, ut est aceruus lapidum: De numero autem totorum, & continuorum horum illa, quæ sunt talia per naturam, magis sunt tota, & continua; quàm illa, quę sunt talia per artem; & hoc quia magis sunt unum; totalitas enim, & cõtinnitas quædam unio est.

Infinitũ nõ hẽt rõnem totius.

Quæstio. Quæreret aliquis de differentia, quam dat Philosophus inter totum uniuersale, & integrale. Vtrum sit uerum, quod dicit? Respondeo; dicendum est, quòd uenari possumus ex differentia, quæ est inter essentiam ex una parte: & totum essentiale, & totum quantitatiuum, & quantitatẽ ex alia. De ratione enim quantitatis est, quòd habeat partem extra partem; & quòd una pars non sit alia; & quòd totalitas quantitatis ita saluetur in multis partibus, quòd non in una tantùm: ex quo enim hæc totalitas habet partem extra partem, sua natura totalitatis saluatur in una, & in alia; non in una tantùm. De natura autem essentiæ non concernentis quãtum, uel secundũ quod non concernit quantum, est; quòd tota essentia, & tota natura saluetur in unoquoque; si autẽ contingat, ꝙ non saluetur, hoc est inquantũ concernit naturam quanti. Exemplum, essentia albedinis saluatur in qualibet albedine: supponamus enim quòd albedo est color disgregans; color disgregatiuus saluatur in albedine, quę est in Petro, & Martino, & sic de aliis: si autem consideretur albedo ut extensa est extensione quantitatiua, totalitas quantitatiua non saluatur in qualibet parte; si enim saluaretur in qualibet parte, una pars esset alia; uel una esset in alia: cum ergo pars sit extra aliam, ita saluatur in omnibus, quòd non in una tantùm. Exemplum autem adhuc est de humanitate; secũdùm enim quòd humanitas est quædam totalitas essentialis, integrata ex animalitate, & rationalitate; saluatur in qualibet parte subiectiua: quia ista totalitas est ita in Petro, sicut in Martino: secundũ autem quòd hæc essentia induit rationem quanti, scilicet ut est indiuiduata,

De rõe quãtitatis quid.

E nel numerata in Petro, & in Martino: sic non saluatur tota in quolibet: quia humanitas Petri non est humanitas Martini: si enim animal esset in hoc homine, & non rationale: tota essentia hominis non esset in hoc homine: sed quia ibi est animal, & rationale; ideo totalitas essentiæ ibi est: ita quòd totalitatem essentiæ saluari, est omnia principia essentialia saluari: ita à simili quia omnes humanitates numeratæ, quæ quidem per istũ numerum induunt rationem quanti: nõ saluãtur in hoc homine: ideo hęc essentia, inquantùm induit rationem quanti, & numeri: non saluatur in quolibet. Cum ergo ipsum totum uniuersale dicat totum essentiale; totum uerò integrale dicat quantitatiuum, patet quòd benè data est differentia à Philosopho.

F Quæreret aliquis, Vtrum totum uniuersale respectu uniuscuiusque partis saluetur in qualibet parte suarum partium? Respondeo, dicẽdum est, quòd in toto uniuersali duplicem partem reperire possumus, scilicet partem integrantem essentiam ipsius uniuersalis; eo modo quo genus est pars speciei: & quantùm ad istam partem ipsum totum ut totum, non saluatur in qualibet parte: tota enim ratio speciei nõ saluatur in genere, nec in differentia; sed simul in genere, & differentia. Nec obuiat dictum Arist. quia secundùm istam rationem totius, magis debet dici totum integrale, quàm totum uniuersale: quia secundùm hoc non est nisi quidam conceptus integratus & cõpositus ex quibusdam conceptibus: & secũdùm

Quæstio.

In toto uniuersali duplex pars.

G istum modum induit aliquam rationem quanti: quia sicut in quanto consideratur partes extra partem; ita & hic conceptus extra conceptum. Secũdo modo consideratur uniuersale respectu partis subiectiuæ, & respectu ipsius debet considerari uniuersale, non respectu primæ; & de ista uerum est, quòd tota essentia totius uniuersalis saluatur in qualibet parte: ita quòd tota essentia hominis, quæ tota nõ erat in animali, nec in rationali; quæ erant partes primo modo; tota saluatur in hoc homine, & illo; quæ sunt partes secundo modo.

Quæstio. Vlteriùs quæreret aliquis, Vtrum sit omnino uerum, quòd totum uniuersale inquantùm totũ uniuersale, saluetur in qualibet parte subiectiua? Respondeo dicendum est, quòd totum potest dupliciter cõsiderari: primo modo secundũ illud, qđ est totum: secundo modo inquantùm totum. Si primo modo consideretur, sic istud totum saluatur in qualibet parte subiectiua; sic enim consideratum, non est, nisi realitas totius; realitas autẽ in qualibet parte subiectiua saluatur; illud enim qđ est animal, totum est in homine. Secundo modo potest considerari inquantùm totum, & sic sortitur aliam proprietatem: differt enim considerare rem in se, et rẽ sub reduplicatione: totũ enim inquantùm totum ita saluatur in qualibet parte, quòd potest saluari extra illam, & si non potest saluari extra illam, non esset totum uniuersale respectu illud: si enim animal saluaretur in hoie

Totum duplicatur.

Res in se, et cum reduplicatione, differunt.

H

ita

ita quòd impossibile esset ipsum saluari,& reperiri extra formalitatem hominis; animal non esset totum uniuersale, quod est genus: quia de natura generis est, quòd possit saluari in multis formaliter:& si homo saluaretur in hoc homine, in quantùm est totum uniuersale, ita quòd non posset inueniri extra hunc hominem; non esset species respectu huius hominis, quia de ratione speciei est, quòd possit saluari in multis differentibus materialiter, siue numeraliter. Et quantùm ad hoc, totum uniuersale sapit naturam ipsius quantitatiui; quia aliquo modo concernit quantitatem & numerum; ad minùs quantùm ad posse; quia de natura sua ẽ posse saluari in plurib. Differt tamẽ, quia in toto quantitatiuo, nec id, quod est totum, saluatur in una parte; nec suum posse saluatur similiter in uno; sed semper in pluribus: in toto autem uniuersali illud, quod est esse, potest saluari in uno; licèt suum posse necessariò plura concernat:& illud posse adiunctũ primo, largitur sibi naturam totius uniuersalis. Notandum est, quòd (ut uideatur plenè differẽtia inter totum uniuersale, & totum integrale) dandę sunt differentiæ, quas ponit Auicen. Quinto Metaphysi. Prima differẽtia est, quia totum integrale numeratur partibus suis: quod sic debet intelligi; quia tota essentia totius integralis nõ est in qualibet parte: tota enim essentia, & natura domus non est in pariete tantũ: sed pars essentiæ est in pariete, & pars in aliis partibus integrantibus: & hoc est ipsum numerari partibus suis; ipsam, scilicet essentiã totius partialiter diuidi in suis partibus: totum autem uniuersale non numeratur partibus suis, quia tota essentia saluatur in qualibet parte: tota enim essentia hominis est, quòd sit animal rationale; & secundùm unam partem non saluatur in uno, & secundùm aliam in alio; sed secundùm utrũque in quolibet. Secunda differentia est, quia totũ integrale est in rebus: subiectiuè enim domus est in pariete, tecto, & fundamento: totum autẽ uniuersale est in formatione intellectus: licèt enim illud, quod est uniuersale, sit in rebus; tamẽ inquantùm uniuersale, est in formatione intellectus. Dictum est enim supra, quòd intellectus diuersos conceptus operatur circa eandem rem; quòd enim natura uniuersalis significetur præter principia indiuiduantia, quod requiritur ad naturam uniuersalis (quia natura concepta cum principiis indiuiduãtibus, nunquam est uniuersalis) hoc est ex formatione intellectus, quia sicut concipit, ita significat; concipit autem non concipiẽdo principia indiuiduantia, & ideo sic significat. Est autẽ istud uniuersale in intellectu, sicut obiectum in potentia; & sicut cognitum in cognoscẽte: & iste est unus modus essendi: non enim est omnis modus essendi, quòd hoc sit in hoc, sicut forma in materia. immo hic est unus modus specificus essendi, diuisus contra illum. Vnde Commentator tertio de Anima. uerius fit unum ex cognoscente, & cognito; quàm ex materia & for-

De rõe spẽi quid.

Hoc est genera aliq quidẽ possunt saluari in unica spẽi peãtere uò minimè.

Totum uniuersale, & integrale in quibus differunt.

Secũda differentia.

Comm. s.

A ma: ubi innuit, quòd cognoscens, & cognitũ non ita uniũtur, sicut materia & forma. Tertia differentia est, quia natura totius integralis non constituit partes, quę sunt in illo; sed ab illis constituitur; natura autem totius uniuersalis est, quod cõstituat partes suas: natura enim generis constituit speciem; natura uerò speciei indiuiduum: licèt enim genus sit forma complexa (ut dictum est superiùs) quia de ipso extrahuntur multæ differentiæ, & multæ formæ; ita quòd est forma, quæ potest diuidi in formas; eo modo quo conceptus potest dici forma; tamen in esse distincto, & specifico species est conceptus complexus respectu generis; quia supra genus addit determinationem specificam:& eodem modo, uel quasi eodem modo indiuiduum addit supra speciem designationem.

B Ita quòd species propter determinationem additam uocatur conceptus complexus respectu generis, & ex hoc genus est pars eius; ita quòd ipsa species non est aliud, nisi conceptus generis, determinatus per intentionem differentiæ additam. Vnde idem Auicen. Quinto Metaphysicæ: genus ex hoc quod genus est, ignotum est; nondum enim scitur per naturam generis de qua forma specifica prędicetur: unde anima intẽdit hoc quærere, & hoc acquirere: nondum enim per genus ut genus, est stabilitum aliquid & determinatũ in effectu; & intelligo in effectu essẽtiæ. Quasi dicat Auicen. intellectus per genus, ut genus, nõ stabilit apud se ipsum aliquam essentiam determinatam; quia solũ determinatio est in specie

C specialissima: ex hoc autem quòd habeatur determinatio, requiritur intentio specifica. Et hoc est, quod subdit Auicen. cum accepimus colorem, & consideramus cum in intellectu animæ nostræ; anima non erit cõtenta quasi iam aliquid habeat in effectu, scilicet essentiæ: sed quęrit intentioni coloris addi aliquid, quousque remaneat color in effectu, scilicet specifico. Intellectus ergo non acquiescit, donec habeatur intentio, quam addit species supra genus: propter quam additionem genus dicebatur pars, species autem dicitur pars indiuidui; non quia indiuiduum addat intentionẽ supra speciem (secũdùm enim hæc diuisio speciei in indiuidua esset per intẽtiones & formas; quod

D improbatum est superiùs) sed quia addit designationẽ. Vnde Auicen. ubi supra: de natura speciei est, quòd ampliùs non quæratur acquisitio intentionis, sed acquisitio designationis:& si anima in natura generis quærat designationem, facit quod debet: tamen priùs quærit acquisitionem intentionis; qua intẽtione habita, nihil remanet, nisi ut aptetur hęc species ad hanc inquisitionem. s. designationis: q. d. habito genere, quæritur intẽtio; habita intentione, quæritur designatio. Ex quo patet, quòd genus est pars speciei propter intentionem additam; & species pars indiuidui propter designationem: & sic totum uniuersale est pars, constituẽs aliquo mõ illud, cuius est pars.

Quarta differẽtia est, quòd totum integrale nõ est totum

Tertia differentia.

Determinatio in specie specialissima, secundum Auic.

Quarta differentia.

est totũ unicuiq; parti per se; quia una sola parte existente, non existit adhuc totũ integrale: sicut existente solo pariete non est domus: totũ ãt universale est totũ unicuique parti. Cuius ratio est, quia partes totius integralis recipiunt ipsum totum actualiter; ita quòd sua totalitas est in quodam actu respectu partium:& sic sua totalitas est, quòd attingat multas partes actu: partes autem totius universalis potentia sunt in eo; ita quòd sua totalitas consistit in hoc, quòd possit esse in pluribus: quòd ergo plura sint sub eo actu, hoc accidit: quòd autem possit esse in pluribus, hoc nõ accidit, sed est essentiale: licèt ergo essentia sua in uno saluetur, suum tamẽ posse in pluribus debet saluari. Quinta differentia est, ꝙ partes totius integralis finitæ sunt, & determinatę: partes autem totius universalis possunt esse infinitæ, & indeterminatæ: cuius ratio patet ex præcedenti differentia: infinitas enim repugnat actui, & non repugnat potentiæ; infinita .n. esse in actu, est impossibile; infinita autem esse in potentia, & posse fieri, non est impossibile: cum ergo totum integrale aspiciat actu partes suas, quia non est aliud nisi actualis unio partium: sicut impossibile est infinita esse in actu; ita impossibile est partes istius totius esse infinitas: totum autem universale aspicit partes suas sub quodam esse potentiali: sicut ergo infinitum non repugnat potẽtię, ita nec partibus universalis; & maximè quò ad ipsam speciem: supponendo enim (sicut supponit Philosophia) quòd mundus fuit ab æterno, oportet dicere, quòd materia sit in potentia ad infinitas formas individuales, quarum infinitas non esset in actu, sed in semper fieri; & ita species esset in actu ad infinitas formas individuales. Vtrum autẽ formæ specificæ possint esse infinitæ, dictum est in Secundo. Sexta, & ultima differentia est; quòd totum integrale requirit, quòd omnes partes sint sibi præsentes; quod non requirit totum universale: cuius ratio patet ex prædictis: nam esse in actu quandam præsentialitatem dicit; esse autem in potentia quandam absentiam respectu actus: quia ergo totum integrale omnes partes actu attingit; ideo omnes partes habet præsentes: quia uerò totum universale partes suas aspicit modo potentiali tantùm, ideo non habet omnes partes pręsentes, sed sub quodam modo absentiæ: de natura enim sua non est plus, nisi quòd possit esse in pluribus. Deinde cum dicit.

Quinta differentia. / Sexta differentia.

Amplius quanto habente principium, et mediũ, & ultimum; quorum quidem positio differentiã non facit, omne dicitur: quorum uero facit, totum: & quæcunque ambo dicuntur, & omne, & totum. Sũt autem ea quorum natura quidem eadem manet transpositione; forma uerò non, ut cera, & uestis. Etenim omne, & totum dicuntur. Habent .n. ambo. Aqua uerò, & quæcunque sunt humida, & numerus esse quidem dicuntur: totus uerò numerus, & tota aqua non dicitur, nisi metaphoricè. Omnia uerò dicuntur in quibus omne, ut in uno, in his omnia ut E *in diuersis, omnis hic numerus, omnes hæ unitates.*

Ponit differentiam inter omne, & totum. Vbi notandum, ꝙ oẽ, & totũ subiectiuè differunt; omne enim & totum distributionem dicunt; & ita uidentur habere unam formalitatem: tamen per materiam, & subiectum differũt; nam circa aliud subiectum recipitur distributio omnis, & circa aliud distributio totius. Quod (ut melius uideatur) sciendum est; quòd quędã sunt tota, quæ non requirũt debitum, & specificum situm partium, scilicet qualitercunque ordinentur, uel transmutentur partes, semper remanet eadem natura totius; ita quòd transpositio nullam uariationem facit: sicut est aqua; aqua enim ut aqua, & totalitas eius differentiam nõ recipit, ex hoc quòd partes mutantur; & in talibus benè dicitur omne: F unde benè dictum est omnis aqua est in uase: & hoc fortè dictum est secùndùm proprietatem idiomatis Grecorum, Quædam sunt tota, in quibus positio partium magnam differentiam facit; quia determinatum ordinem, & situm partium requirunt: sicut est homo, & domus: non enim est in istis, sicut in aqua: qualitercunque enim partes aquæ ordinentur, semper est aqua: non sic autem in domo, uel homine; sed domus, & homo sunt per debitum situm, & ordinem partium: & in talibus dicitur, & recipitur totum, non omne: unde benè dictum, totus homo, & tota domus. Aliqua sunt tota, in quibus positio partim uariat, & partim nõ uariat: sicut est cera, & uestis; & in istis G recipitur totum, & omne: in istis enim facta transmutatione partium, remanet natura rei eadem, sed non figura: facta enim transmutatione in cera, semper est cera; sed non habet semper eandẽ figuram. His uisis, patet litera Philosophi: dicit enim quòd ipsa quantitate, & toto quantitatiuo habente principium, medium, & ultimum: hoc est habente multas partes in illis totis, in quibus transpositio non facit differẽtiam, omne dicitur: in quibus uerò facit, totum dicitur: in quibus uerò ambo sunt, totum dicitur, & omne; talia uerò sunt, in quibus facta transpositione manent eadẽ; forma uerò, idest figura non; ut est cera, & uestis; in quibus dicitur totum, & omne: aqua uerò, & numerus, & alia humida, quæ sunt similium par- H tium; dicuntur omne, & non totum; non enim dicitur totus numerus, & tota aqua; nisi secundùm quandam metaphoram, & hoc est sic dictum secundùm proprietatem idiomatis Grecorum: in illis autem totis, in quibus est omne, & etiam omnia; in quibus enim dicitur omne, ut in uno; dicitur omnia, ut ĩ pluribus; quòd sic debet intelligi; in quibus est omne, referẽdo ad unitatem totius; est omnia, referendo ad partium pluralitatem: dicitur enim omnis hic numerus, respiciendo unitatem totius numeri; & dicuntur omnes hæ unitates, respiciendo pluralitatem partium: & hoc (dico) respectu eiusdem totius. Notandum est, quòd secùndùm Auicen. quarto Metaphysicæ hæc est differentia inter totum, & uniuersum (uocat autem

Differentia inter omne, & totum. / Differentia inter totum & uniuersum.

sūt uniuersum oē)quia totum indifferenter diuiditur in continuis,& discretis: uniuersum āt, uel oē indiscretis tantū:& hanc dr̄iam dicit fuisse secundùm opi.aliquorum. Alia d. ia est,ꝙ totum dr̄ respū partis simpliciter; ita ꝙ illud dicitur totum,quod continet partes simpliciter; oē aūt dr̄ respū unitatis, quamuis unitas aliquo mō posiit dici pars.Ad cuius euidentiam notandum est,ꝙ oē,& totum sic vñr differre;ꝙ oē requirit multitudinem in actu:distribuit.n. pro partibus distinctis in actu,uel propinquis distinctioni: totum āt concernit partes,ut unitas,uel collectas infra vnitatem totius: unde licèt utrunq; dicat distributionem;totum tamen magis dicit collectionē; quia distribuit pro partibus reductis ad collectionem unius.Ex quo primò accidit, ꝙ oē additur multitudini in actu;sicut cum dr̄,oē aīal, intelligitur ꝙ oē distribuit pro multis aīalibus in actu;totum āt distribuit pro partibus reductis ad collectionem unius:unde cum dr̄,totum aīal;totum dat intelligere partes integrales aīalis, ut sunt infra unitatem totius.Ex quo ēt secundò accidit, ꝙ ipsum, oē,conuenienter additur toti similium partium: ut cum dr̄,oīs aqua:cuius rō est, quia cum omne requirat multitudinem in actu, propriè additur ubi est multitudo in actu; aliquo ēt mō pōt addi, quando partes sunt propinquæ actui: sicut est in toto similium partium.Alia ēt rō pōt addi,& melior:oē.n.distribuendo formam totius,dat intelligere,ꝙ illa forma in oibus partibus sit:cum.n.dicitur, oīs hō, datur intelligi, ꝙ humanitas sit in quolibet contento in hoīe:quod quidem non est in hoc, quod dico,totum : cum.n.dr̄,totum aīal; non datur intelligi,ꝙ aīalitas sit in qualibet parte istius,aliàs manus esset aīal:& quia in toto similium partiū natura totius participatur à qualibet parte;quia quælibet pars aquæ est aqua;iō illis benè additur oē:totum āt benè additur toti dissimilium partium,ubi natura totius non participatur à qualibet parte.Ex hoc ēt tertiò forte accidit;ꝙ oē,dicitur respūunitatis,quia vnitas est principiū numeri;cum numerus dicat quandam discretionem:unitas.n.discretionem connotat: quia ergo oē multitudinem in actu connotat, uel propinquam actui;numeri ēt discretionem connotant; & per consequens sicut numerus respicit unitatem,ita & oē;totum āt dicitur respū partis; quia totum partes reducit ad naturam unius, nec connotat simpliciter multitudinem partiū,sed multitudinem partium collectarum in unum.

TEX. 31. *Colobon uerò .i.diminutum, dicitur quantū,non quodlibet, sed partibile oportet illud esse,& totum. nam duo non sunt Coloba,idest diminuta altero ablato uno.non.n.æquale Colobon, idest diminutum,& reliquum unquam est. nec totaliter numerus ullus. Et.n.substantiam oportet manere. Si calix colobus .i.diminutus,adhuc oportet esse calicem. Sed numerus non est idem, parte sublata. Adhuc & quæ sunt partium dissimiliū. Nec hæc omnia. numerus .n.est,ut dissimiles habeat partes, ut dualitatē,& trinitatem. Sed & totaliter, quorum positio non facit differentiam.nullum.n.Colobon.i.diminutum,ut aqua,aut ignis:sed oportet talia esse, quæ in substantia positionem habeant. Amplius continua. nā harmonia est ex his,quæ sunt dissimilium partium,& positionem habent,sed colobon non est.*

Postquam determinauit de toto;quia totū, & diminutum opponuntur:hic determinat de diminuto;ostendens;quæ sunt condōnes, quæ requiruntur ad hoc,ꝙ aliquid possit dici diminutū: & primò ponit condōnes ex parte totius : secundò ex parte partis.Secunda ibi [Adhuc autem nec quælibet tota] Prima condō ex parte totius est, ꝙ nō quodcunq; totum pōt dici diminutum,siue colobon(colobon.n.idem est,ꝙ diminutū)sed oportet ipsum totum esse partiale,& esse totum,& hēre partes actu;iō uniuersale non pōt esse colobō, siue diminutum per remōnem alicuius partis: cuius rō est,quia diminutum, siue truncatum illud dr̄,quando aliquid remouetur ab aliquo, quod ē de integritate eius;pars āt subiectiua non est de integritate sui totiusvniuersalis. Seďa cōdō est, ꝙ illud,qđ est truncatum,& diminutum:dēt esse quoddam totum respū eius, qđ truncatur ab eo, & quod diuiditur;& dēt esse maius eo: unde duo non possunt dici coloba,siue truncata, altera unitate ablata à duobus:cuius ratio est,quia coloba, uel truncata,& illud reliquū, quod aufertur ab illis truncatis,non dēnt esse æqualia;remota āt vnitate à duobus,non remanet nisi unitas:& iō truncatum,& illud,quod aufertur ab eo,æqualia sūt. Alia rō pōt reddi;quia truncatum, siue diminutum per remōnem eius,qđ truncatur ab eo, non dēt ammittere nomē, nec diffōnem: & ideo nec duo,nec uniuersaliter numerus per remōnē unitatis pōt dici colobon,siue truncatum:nam essentiā,siue substantiā truncati oportet manere: si.n. calix dicatur truncatū,siue colobon, adhuc oportet calicē diminutum esse calicē; per remōnem enim partis in trūcato non remouetur forma;nullus āt numerus remanet idem,remota unitate. Tertia condō est,ꝙ oportet illud totum,quod dr̄ colobon,esse dissimilium partium;non tamen oē totum dissimiliū partiū pōt dici colobon, siue diminutum:numerus.n.hēt partes dissimiles; sicut numerus quinq; hēt trinitatem,& dualitatem; & tñ(ut prædictum est) non pōt dici colobon, siue diminutū. Vniuersaliter ergo illa tota, in quibus positio partium nullam faciunt dr̄iam, sicut est aqua,& ignis, non possunt dici coloba uel diminuta;sed oportet illa tota,quæ dnr coloba;hēre in sui substantia positionē, & esse talia,in quibus positio dr̄iam facit;sicut est domus,uel hō. Quarta condō est,ꝙ non oīa tota dissimiliū partium possunt dici coloba ; nec oīa, in quibus positio facit dr̄iam,sed oportet talia tota esse cōtinua: harmonia.n.est de numero illorū, quæ sunt dissimilium partium;grauis.n.uox,& acuata dissimilia sunt, quæ sunt partes harmoniæ; & est de numero illorū,quorū partes hēnt determinatā positionē:quia

Diminutū quid,et quæ eius conditiones.

Ee graue,

graue,& acutũ requirunt determinatum ordinẽ; si dẽnt facere harmoniã: & tamen harmonia non põt dici coloba,uel diminuta per remõnẽ partis.

Adhuc ãt nec qualibet tota,nec cuiusq; particulæ priuatione coloba.i.diminuta.nõ.n.hæc quæ sunt propria substantiæ,nec quæ sunt ubiq; entia:ut si per foraretur calix,non colobon.i. diminutum sed si auris calicis,aut extremitas aliqua.& hõ non si carnem,aut splenem,sed si extremitatem;& hanc non õem,sed quæ non hẽt generõnẽ ablata à toto.Quapp calui non sunt colobi.i.truncati,sed diminuti.

Condĩones diminuti quò ad partes. Ponit conditiones colobi,siue diminuti quantùm ad partes, dicens: ꝙ sicut non qualibet tota dicũtur coloba;ita nec illa tota,quæ dicũtur, uel possunt dici coloba,dicuntur coloba ꝑ priuatiõnẽ cuiusque partis:sed prima cõditio est ex parte partis;quia illa pars,quæ facit colobon;nõ debet esse pars principalis,quę largitur substãtiam rei: cuius ratio est, quia differentia ẽ inter diminutũ, & destructũ;diminutũ.n.remanet post diminutionẽ;destructum uerò post destructionẽ non remanet: cum ergo remota parte principali,sicut capite, uel corde ab animali, animal remoueatur; iõ magis tale debet dici destructum, quàm diminutum,siue colobon.Secunda conditio est, quia illa pars,quæ remouetur,& per cuius remotionem totum dicitur colobon; non debet esse ubique: unde si perforetur calix in medio, non propter hoc dicitur diminutum,uel colobon:si autem auris,aut aliqua extremitas aufertur, colobon dicitur:& similiter homo non dicitur colobon,si admittat aliquid de carne, uel circa medium sicut de splene; sed dicitur colobon,si admittat aliquã extremitatẽ,quæ facit in eo aliquã decẽtiã;& hãc nõ omnem,sed quæ non est apta nata regenerari, postquã remota est à toto. Vnde per remotionẽ capillorũ nõ dicũtur aliqui colobi,quia regenerari siue renasci possũt. unde calui nõ sunt colobi.

TEX. 33. *Genus dicitur hoc quidem si sit generò continua sp m hẽntium eandem,ut dicatur. donec utique genus hominũ sit,quia dũ est generõ eorum continua.*

Hic determinat de genere, ꝗ genus est quodam totum.Et diuiditur in duas partes,quia primò ostendit,quot modis dicitur genus: secundò quot modis dicitur diuersũ genere. Secũda ibi, [Diuersa uerò genere] Prima in duas, primò.n. ostẽdit,quot modis dicitur genus: secũdò breuiter recapitulat illos modos ibi[Genus igitur toties.]Prima diuiditur in quatuor secundũm quatuor modos,quibus genus dicitur.Secũda ibi[Illud uerò,à quo sunt] Tertia ibi [Ampliùs autẽ ut superficies]Quarta ibi, [Ampliùs ut in rõnibus] Ponit ergo primũ modũ,dicens: ꝙ primo modo dicitur genus generatio continua aliquorũ, quæ sũt infra eandẽ speciẽ;& hoc modo dicimus,donec erit genus hominum, hoc est donec durabit generatio continua hominum.Deinde cum d.

Genus dicitur quatuor modis.

Illud uerò,à quo sunt primo mouente ad esse.Sic enim dicuntur Hellines genere,et Iones quia illi ab Helleno.et illi ab Ione generante : et magis quia generante,quem qui à matre.Dicuntur enim & à fœmina genere,ut à Pirrha. Ab his à materia.

Ponit secundũ modũ,dicẽs:genus secũdo mõ dr̃ de primo parente,qui est primo mouens ad esse,ita ꝙ est primum in supradicta generõne continua:& hoc mõ dicimus,ꝙ isti sunt Helliues genere,uel Iones,quia hi deriuati sunt abHelleno, uel Ione,tanquã à primo generante. Dr̃ aũt genus isto mõ magis de primo parente,quã de matre;& hoc quia magis aliqui denoïantur à generante,& à motore.i.a pr̃e, qui est mouẽs in generõne,quã à mr̃e,quæ solũ ministrat mãm in generõne,& est principiũ passiuũ:denoïantur tñ aliq̃ generatione à matre,ut à Pyrrha Pyrrhaides.

Mater concurrit passiuè ad generationem.

Ampliùs aut ut superficies figurarũ genus superficialiũ,& solidũ solidarũ:figurarũ.n.unaquæq; hæ superficies quidẽ talis:hoc ãt solidum tale.Hoc autem est subiectum differentiis.

Ponit tertiũ modũ dicens,ꝙ tertius modus dr̃ genus subiectũ respũ formarum;sicut superficies respũ figurarũ superficialiũ, & solidũ respũ solidarũ:oïs.n.figura uel solida est, uel superficialis: hoc autem genus, uocatur subiectũ,quia subiicitur drĩis.i.formis facientibus differre,sicut supficies,uel solidum huic figuræ,uel illi. Deinde d.

Ampliùs ut in rationibus, quod primum inest, & dicitur in eo quod quid est hoc genus, cuius differentiæ dicuntur qualitates.

Ponit quartũ modũ generis,dicens:ꝙquartus modus dr̃ genus,qđ est primũ in diffinitionibus; quod prædicatur in eo qđ quid est; cuius drĩæ dicuntur qualitates eius. Notandum est,ꝙ ex tertio mõ,& quarto duplex genus intelligitur.s. genus naturę,& genus logicum;illa.n.sunt infra unum genus naturæ, quæ sunt infra unã materiã, & infra unum primũ subiectũ.Et hoc est,qđ dixit;Philosõ.in præcedẽti mõ, ꝙ genus tertio mõ dicebatur primum subiectũ, ad quod stat resolõ formarum: sicut superficies,ad quam stat resolõ figurarum superficialium:& solidum, ad qđ stat resolõ solidarum: Genus ãt logicũ dicitur cõnceptus confusus specificabilis per qualitates differentiales:unde oĩa illa dicuntur esse in uno genere logico,quę resolubilia sunt ad unũ talẽ conceptũ;sicut hõ,& asinus ad conceptũ aĩalis. De rõne cuius generis primò est(ut dicit Philos.) ꝙ sit primũ in diffinitionibus:quod duplici rõe patet. Prima est,quia diffõ est explicatio rei per principia sua;res ãt eo mõ explicantur, quo concipiuntur à nobis:illa ergo primò explicantur,quæ primò concipiuntur:priùs aũt à nobis concipiuntur confusa magis:ergo cũ genus dicat conceptũ cõfusum respũ differentiæ,à nobis priùs cõcipitur: & per consequens à nobis priùs explicatur: & secundariò explicatur differentia: ergo primum in diffinitionibus est genus. Scđa rõ est, quia illud est primum,& priùs;à quo non conuertitur consequentia; tale ãt est genus respectu differentiæ. Secundò de rõne generis est, ꝙ prædicetur in eo qđquid ẽ;cuius rõ similiter ẽ duplex. Pria ẽ,quia cum

Genus logicum,et genus naturale.

Genus est principium in diffinitionibus.

cum Quid, sit quædam quæstio; oportet ꝙ illud idem dicat responsiuum ad quid, quod dicit ipsū quid: cum ergo genus aliquando sit responsiuum ad quid, oportet ꝙ dicat quid. Scd'a rō est, quia genus respū drie dicit conceptū confusum; dria āt conceptū distinctū: de rōne āt distincti est, ꝙ uel sit qualitas, uel qualificatū: qualitas sicut ipsa dria; qualificatum sicut ipsa spēs. Imaginabimur ergo sic, ꝙ spēs dicit quid qualificatum, d ia aūt qualitatem huius qualificati: cum igitur genus dicat totum præter istam qualificationem, quā non dicit in actu; licēt eam dicat in potentia; oportet ꝙ ipsum genus dicat quid tantùm: si.n. homo idem est ꝙ aial sic qualificatū; & homo dicit quid qualificatum tali qualitate substātiali; duo dicit, & quid est, & qualitatem ipsam: cum autē genus dicat rem suam præter distinctū intellectū illius qualitatis, oportet ꝙ dicat rē suā per modū quid solū. Tertiò de rōne generis est, ꝙ drię sunt eius qualitates: cuius rō est, quia illud uocatur rō alicuius, quod illud qualificatum specificat; dria aūt qualificat genus, ita ꝙ genus dicit quid qualificabile; sicut spēs dicit quid qualificatum: & accipitur hic qualitas, non prout est prædicamentum, sed pro mō prædicamentali in unoquoq; genere.

Genus igitur totiens dicitur, aliud quidem secundùm generationem continuam speciei, aliud quidem secundùm primum mouens eiusdem speciei, aliud ut materia. Cuius enim differentia, et qualitas est: hoc est subiectum, quod dicimus materiam.

Recapitulatio modorū generis. Recapitulat istos modos, dicens: ꝙ genus dr̄ tot modis. Vno mō scd'm generōnem continuā illorum, quę sunt eiusdem spēi, qui fuit primus modus. Item dr̄ genus primum mouens in istage nerōne, quæ est eiusdem spēi cum illo, quod mouetur: de quo genere dicit Comm. ꝙ non dicit genus, nisi quia facit genus: primum. n. mouens in generōne iō dr̄ genus, quia facit generōnem continuam, & quia tota generō ab illo deriuatur. Alio verò mō genus dicitur ut materia, cuius materiæ differentia est qualitas; quia illud, cuius est differentia, & cuius est qualitas; est subiectū, qđ uocamus materiam. Notandum est, ꝙ de rōne qualificabilis, & informabilis est, ꝙ sit materia, uel subiectum: qualificabile. n. siue informabile est i n duplici differentia: quoddam. n. qualificabile est qualificatione substantiali, quam dicimus, formam substantialem, & tale uocatur materia: aliud āt est qualificabile qualitate accidentali, & tale uocatur subiectum. Benè ergo dixit Philos. ꝙ oē illud, cuius est qualitas; subiectum, uel materia est. Q.q. oē qualificabile in potentia est ad qualitatem; oē aūt, ꝙ in potentia est ad aliquid; uel est materia, uel hēt modum materiæ: forma āt non est qualificabilis; sed si est qualificabilis, hoc est inquantū induit modū materiæ: qualitas ergo alicuius est, siue sit substantialis, siue accidētalis; & illud, cuius est; uel est materia, uel hēt modū materiæ: materia sicut in genere naturali: modus uerò materiæ sicut in genere logico. Et quia

Qualificabile, & informabile duplex.

A in hoc conuenit primus modus cum scd'o; quia utrunque dicit aliquid materiale, cuius est, uel potest esse aliqua qualitas, quę specificat & determinat utrunq; ; iō tertium modum & quartū recapitulauit sub uno & eodem, dicens: ꝙ genus est, cuius qualitas est; quam qualitatem ēt uocauit differentiam: quia per eandem qualitatem, ꝓ quam qualificatur genus & materia, fit differentia ab alio; quia idem est principium essendi, & distinguendi. Deinde cum dicit.

Diuersa uerò genere dicuntur, quorum diuersum primum est subiectum, & non resoluitur alterū in alterum, nec ambo in idem, ut species, & materia diuersum genere.

B Ostendit, quæ sunt diuersa. Et primò quæ sūt diuersa genere naturali: scd'ò quę sunt diuersa genere logico, ibi [Et quæcunq; scd'm diuersā] Dicit ergo primò, ꝙ illa uocantur diuersa genere, quorum primum subiectum diuersum est; ita ꝙ alterum non resoluitur in alterum, nec ambo in tertium: & isto mō spēs & materia sunt diuersa genere; quia non hēnt aliquod tertium, ad qđ resoluantur: materia. n. irresolubilis est: & suppósito ꝙ nulla materia est cōis cœlo & elemento; ambobus modis cœlum & elementum sunt diuersa genere: quia nec unū resoluitur in aliud, nec ambo in tertium; ex quo non hēnt materiam cōem. Notandum est, ꝙ aliqua sunt; de cuius natura est, ꝙ per uiam mutationis ex uno naturaliter deueniatur in aliud: sicut ex albo deueniatur in nigrū; ita ꝙ ista recipiunt unam potentiam materię; & ista dicuntur esse infra unum genus naturę; quia natura ea sub uno naturali ordine respicit, & ēt quia respiciunt unum primum subiectū. s. potentiā materię, quæ mō est sub uno istorū contrario rū, mō sub alio. s. superficie, quę est subiectū primum colorum. Aliqua sunt, quorum natu rali ordine non est aptum natum transmutari in aliud: ita ꝙ naturali ordine natura non resoluit unum in aliud, nisi per accidens; qualia sunt sapor, & color ꝑꝑ diuersum subiectum utriusque, sapor. n. humidum respicit, quod quidem per se non respicit color; & talia sunt diuersa genere. Quęcunque ergo mutuò se aspiciunt, uel ꝑꝑ unitatem subiecti, ad quod resoluuntur, uel ꝑꝑ unitatem ordinis naturalis, infra quod sunt, illa dicū tur esse infra unum genus naturę: quęcunque uerò non se mutuò aspiciunt, uel ꝑꝑ diuersitatem subiecti, uel ꝑꝑ diuersitatem ordinis naturalis, illa sunt infra diuersum genus naturę. Imaginabimur. n. ꝙ in coloribus est unus ordo inter album, & nigrum, & pallidum; & in saporibus est alius ordo, inter dulce, & amarum, & saporem medium. & quia ista sunt infra duos ordines, ideo faciunt duo genera naturę. Est tamen sciendum, quòd tunc est propriè unum genus naturę, quando ex uno naturaliter deuenitur in aliud, & ambo resoluuntur in tertium: ita quòd illud tertium uocetur genus respectu illorum duorum: sicut album, & nigrum sic se habent,

Diuersa genere dupliciter.

Materia est irresolubilis

C

D

quòd ex uno naturaliter deuenitur in aliud; & habent unum primum subiectum .s. colorem, quod est superficies; & iō sunt infra unum genus naturę. Si aūt unum istorum deficiat, ut si deficiat tertium, ad quod stat resolō; licèt sit ibi aliquis ordo unius ad aliud, non propriè sunt infra unum genus naturæ: ex potentia .n. materiæ naturaliter deuenitur ad formam; sed tamen quia materia, & forma non hēt tertium, ad quod resoluantur: iō non sunt infra unum genus naturæ, ut uult Philosop. omnia .n. quæ sunt infra unū genus, resolubilia sunt ad genus, materia āt irresolubilis est; & iō potest esse genus subiectum, siue naturę; & tamen non potest hēre genus. Notandum est, ꝙ nō est idem resolui unum in aliud naturaliter, & hēre aliquod tertium: multa sunt .n. quæ hēnt tertium, & tamen unum naturali ordine non resoluitur in aliud: uidemus .n. ꝙ sapor, & color, & oīa transmutabilia ad materiam primam resoluūtur; & tamen naturali ordine à sapore non deuenitur ad colorem, nec è conuerso: sed tamen quia oīa, quæ alterantur ad inuicem, uidenter hēre materiam unam; & quæ habent materiam unam, alterantur ad inuicem: iō distinguendum est de isto tertio. Quoddam .n. est tertium remotum, ad qđ stat resolō; eo mō quo materia prima est illud, ad quod stat resolō oīum generabilium & corruptibilium: quoddam est tertium proximū; sicut proximum subiectum saporum est aliud à proximo subiecto colorum, & talia, quæ hēnt subiectum proximum, propriè alterantur ad inuicem: nō .n. alteratur sapor in colorem. Vnde licèt omnia generabilia, & corruptibilia sint infra unum genus naturę, quia omnia resoluuntur ad primam materiam: tamen propriè illa sunt infra unum genus naturæ, quæ hēnt duas condōnes .s. ꝙ habeant unum subiectum proximum, ad quod resoluūtur; & cum hoc sint infra unam materiam transmutationis: & secundùm istum modum propriè accipiendo unum genus naturæ, negatur cōiter, ꝙ color, & sapor non sunt infra unum genus.

Esse aliqd tertium dupliciter.

Quæ sūt infra unū genus naturæ habēt duas condōnes.

Et quæcunque secundùm diuersam figuram categoriæ entis dicuntur. Alia namque quid significant entium, alia quale quid, alia aliud, ut diuisum est, priùs. Nec .n. ea resoluuntur, nec in inuicem, nec in unum aliquod.

Ostendit, quæ sunt diuersa genere logico, dicens; ꝙ quęcunq; dicuntur sēdm diuersam figuram categoriæ entis, sunt diuersa genere logico. Alia namq; de numero entium significant quid; alia quale, alia alio modo categoriæ, sicut diuisū est priùs: quæ quidem sunt diuersa significantia, sunt diuersa genere logico; quia nec unum resoluitur in aliud, nec ambo in tertium: nec .n. quid, resoluitur in quale; nec quid, & quale in tertium resoluitur.

Quæ sunt diuersa genere logico.

Quæreret quis. Vtrū sit bona rō, quā assignat Arist. s. ꝙ iō sunt diuersa genere logico, ꝙ unum non resoluitur ad aliud, nec ambo in tertiū? R̄n. ꝙ rō bona est, quod patet duplici uia: prima uia

Quæstio.

E est ex similitudine, quæ est inter genus naturæ, & genus logicum; sēda uia est ex natura prędicamēti, & generis prædicamentalis in se. Primauia patet sic; sicut .n. illud uocatur genus naturæ, ad qđ resoluit natura: ita illud uocatur genus logicum, ad quod resoluit intellectus, & rō: in hoc ergo est similitudo inter utrunq; genus, quia utrobiq; genus uocatur aliquid, ad quod aliud resoluitur: in hoc tñ dr̄ia est, quia in genere naturæ natura, & āgens naturale resoluit: in genere āt logico rō, siue intellectus resoluit: sicut ergo in genere naturæ illa uocantur diuersa genere, quæ non habēt aliqđ unum primum, ad qđ possint resolui; sicut sunt corruptibile, & incorruptibile; quæ nō hēnt materiam unam, ad quam possint resolui: & illa

Conuenientia & differentia inter genus logicum, & naturale.

F dicuntur esse infra unum genus naturæ, quę hēnt unum primum, ad quod possint resolui: ita in genere logico illa uocantur propriè esse diuersa genere, quæ non hēnt unum, ad qđ possint resolui; quō dicimus, ꝙ prædicamenta sunt diuersa genere; quia supra prædicamenta nullus conceptus ē, ad quem possint resolui prędicamenta; & illa dicuntur esse infra unum genus prædicamentale, quæ ad unum conceptum cōem resolui possunt; eo mō quo dicimus, ꝙ oīa, quæ sunt infra unum prædicamentum substantiæ, resoluuntur ad modum substantiæ: & oīa, quæ sunt infra prædicamētum qualitatis, ad modum qualitatis: hi aūt duo modi ad nullum alium cōem resoluuntur: & sic patet prima uia. Scđa uia est ex natura ipsius

Prædicamēta sunt diuersa genere, & quare.

G generis prędicamentalis: decem .n. genera prędicamentalia sunt decē primi conceptus, ad quos oēs alii conceptus, qui sunt in prædicamento resoluuntur: ex hoc āt ꝙ sunt decem primi conceptus, impossibile est, ꝙ resoluantur ad aliquem cōem: si .n. hērent aliquem cōem, non essent decē primi; quia ex quo essent resolubiles, hērēt prius; & ita primo esset aliquid prius, quod est impossibile: ex hoc ēt, ꝙ sunt primi, impossibile est, ꝙ unus resoluatur in alium: si .n. unus resolueretur in alium, ille, qui resolueretur, hēret naturam posterioris; & per consequens non esset de decem primis; quia esset conceptus reductus: potiùs .n. dēret dici esse in prædicamento, quàm esse prædicamentum; esset .n. in prædicamento illius, ad quod

H reduceretur, & non esset prædicamentum in se. Et ideo benè dixit Philoso. ꝙ diuersa genere prædicamentali, nec resoluuntur ad tertium, nec ambo inter se: licèt diuersa genere subalterno possint resolui in tertium. Vnde sicut in genere naturæ aliqua dicuntur diuersa genere remoto, ut puta cœlum, & elementum; quia nullum commune remotum est, ad quod possint resolui; & aliqua propinquo, quia licèt remotum habeant, tamen propinquum non habent, ad quod possint resolui; sicut sapor, & color: ita in genere logico aliqua sunt diuersa genere prędicamentali, quia nullum tertium cōe hēnt, ad quod resoluantur: aliqua sunt, quę quidē sunt diuersa genere inter se, non tamē genere prædicamētali: inter se quidē quia

quia unum non resoluitur ad aliud;sicut substantia corporea,& incorporea: genere autem praedicamentali non sunt diuersa, quia resoluuntur ad tertium,scilicet ad conceptum substantię,qui est communis.

TEX. 34. *Falsum dicitur uno modo ut res falsa; & huius, hoc quidem per non componi, aut per impossibile omni componi. Sicuti dicitur diametrum esse commensurabilem, aut te sedere. Horum enim falsum hoc quidem semper, illud uerò quandoque. Sic enim non entia hæc.*

Postquam Arist. determinauit de proprietatibus entis,quæ dicunt positionem;hic determinat de proprietatibus entis, quæ dicit priuationem: & sunt duæ,scilicet falsum,& accidens:primò de terminat de falso,secundò de accidente. Secunda ibi [Accidens est.] Prima in tres,quia primò ostendit,quomodo est falsum in rebus: secundò quomodo in diffinitionibus: tertiò quomodo in hominibus.Secunda ibi [Ratio uerò falsa] Tertia ibi [Sed & homo falsus.] Prima pars in duas partes, quia primò ponit duos modos falsi in rebus: secundò recapitulat illos modos ibi [Res ergo falsæ dicuntur.] Prima in duas,secundùm q ponit duos modos.Secunda ibi [Alia uerò quæ sunt.] Dicit, quòd uno modo dicitur falsum,eo modo quo res dicitur falsa: quòd autem res dicatur falsa,hoc potest esse,uel quia res non componitur cum re absolutè; ut si sedere non componatur cum Sorte,& enunciaetur Sors sedet: uel res dicitur falsa ex hoc quòd impossibile est rem cõponi cum re;eo modo quo falsum est, diametrũ esse commensurabilem, quò ad secundum falsum,quod est impossibile componi: aut eo modo quo falsum est,te sedere, dum non sedes; quò ad primum,quod est per non componi. De numero autem horum duorum falsorum unum est falsum semper;& illud est, quod est impossibile componi:& uocatur falsum impossibile,quia potest reuerti in uerum; & hoc est falsum per non compositum,& est falsum contingens. Hæc autem duo falsa in hoc conueniunt, quòd inquantũ falsa,sunt non entia;si enim uerum, est quoddam ens,ut dictum est supra;oportet quòd falsũ, inquantum falsum,sit quoddam non ens: si enim unum,ex hoc est ens,quia hoc componitur cum hoc,& hoc adequatur huic, puta conceptus ipsi rei; oportet quòd falsum, sit non ens, quia hoc non componitur cum hoc, nec hoc adæquatur huic:& ideo dixit Philosophus, quòd falsum est per non componi. Notandum est, quòd falsum est in re causatiuè tantùm; in conceptu autẽ subiectiuè; in propositione autem significatiuè; hoc autem falsum, de quo tractat hic Arist. consistit in compositione & diuisione conceptuum: ubi ergo subiectiuè est compositio,ibi est subiectiuè falsitas:compositio autem & diuisio subiectiuè est in intellectu, ergo & falsitas: quando ergo dixit Philosophus,quòd isto modo falsitatis res dicitur falsa,uerum est causaliter:ex hoc.n.il-

Falsum triplex.

Falsum in rebus dupliciter.

Falsum est in re, & in conceptu.

A lud dicitur falsum, quia aliquid dicitur esse in conceptu, quòd non est in re; sic ergo ex hoc est falsum, quia aliquid dicitur esse quod non est; uel non esse, quod est; oportet quòd ista falsitas subiectiuè sit in dicente. Pro tanto autem dicitur hęc falsitas rei, quia isto modo falsitatis eo modo res non sunt,quo dicuntur: ita q iste modus falsitatis est, quia intellectus aliter dicit,quàm sit in re;& res aliter dicũtur, quàm sint: & ita aliquo modo hęc falsitas & est intellectus, & est rei. Deinde cum dicit.

Alia uerò quæ sunt quidem entia, & apta nata sunt uideri, aut non qualia sunt, aut quæ non sunt; ut schiagrapha,idest umbrarum conscriptio, & somnia. Ea namque sunt aliquid quidem,sed nõ quorum

B *faciunt phantasiã. Res ergo falsæ dicuntur, aut quia non sunt; aut quia ab eis phantasia non entis est.*

Ponit secundum modum dicens:ita dictũ est, quòd falsum primo modo est, ex eo quòd non ens: falsa autem secundo modo entia quidẽ sunt in se,non tamen qualia apta nata sunt uideri;sunt enim apta nata uideri esse, qualia non sunt, aut quæ non sunt:sicut schiagrapha,idest descriptiones umbrosę, apta nata sunt uideri alia, quã sint: umbra enim hominis est uera umbra, tamen est apta nata uideri alia, quàm sit: similiter somnia sunt ueræ phantasiæ,& sunt apta nata uideri alia, quàm sint:& ideo habẽt aliquam falsitatem, quia prætendunt,quòd nõ sunt; hæc enim scilicet somnia aliquid quidem sunt, sed non quorum faciũt

C phantasiam,idest quòd somnium de comedendo uerum quidem somnium est,sed falsa comestio. Deinde cum dicit.

Res ergo falsæ dicũtur,aut quia nõ sunt;aut quia ab eis phantasia non entis est.

Epilogat istos duos modos, dicens; quòd res sic dicuntur falsæ,aut quia non sunt ipsę;hoc est, quia non sunt,sicut componuntur, & diuidũtur; & hoc quò ad primum modũ; aut quia ab eis est phantasia alicuius, quod non est; quò ad secundum modum.

Quæreret aliquis, Vtrum falsitas ista secundo modo sit in rebus? Videtur,quòd non; quia omne,quod in rebus est, ens ẽ; falsum est non ens,ergo &c. Præterea quod est in rebus, est uerum; si

D ergo falsum est in rebus, falsum est uerum. Ad oppositum sit textus Philosophi, qui ponit quòd res est falsa,quæ est apta nata uideri aliud, quàm sit. Duplici uia possumus uenari, q hoc falsum in rebus est:prima uia erit ex oppositione,quę est inter uerum & falsum:secunda ex hoc quòd falsitas est quædam non entitas. Prima uia patet sic uerũ & falsum opponuntur, & ideo ubicunque subiectiuè erit uerum, ibidem erit subiectiuè falsum, quod sibi opponitur:licèt autem uerum,quod cõsistit in compositione & diuisione, sit in intellectu subiectiuè;tamen non omnis ueritas est subiectiuè in intellectu; uerum enim esse in aliquo subiectiuè, potest esse duobus modis:uel sicut in dicente uerum;uel sicut in eo,quod est uerum: si si-

Quæstio.

Verum esse in aliquo subiectiuè, dupliciter.

cut in dicente uerum, sic semper subiectiuè est in intellectu, quia solus intellectus dicit ueritate intellectuali: sicut autem in eo, quod est uerum; potest esse in re: ita quòd esse rei est ipsa ueritas, & uoco ueritatem rei ipsam essentiam rei, ut est apta nata uideri, sicut est ab intellectu, uel à concipiente: ita quòd licèt sit idem essentia, & ueritas, non tamen essentia consistit in esse absoluto: ueritas autem aspectum dicit ad concipientem, & sic ipsa essentia ut est apta nata mouere intellectum, & uideri sicut est, ueritas uocatur. Si ergò ueritas subiectiuè est in re, quæ est apta nata uideri, sicut est; ergo & falsitas opposita huic ueritati, erit in ipsa re: ita quòd sicut ueritas primo modo erat ex hoc, quòd est apta nata uideri, sicut est; ita falsitas huic opposita, est ex hoc, ꝙ ipsa res est apta nata uideri aliud, quàm sit: & ita falsitas isto modo est in re, est tamen semper in aspectu ad uidentem. Et ista est falsitas, de qua terminauit hic Philosophus, dicens: quòd res, quę est aliquod ens in se, aliquando dicitur falsa ex hoc, quòd est apta nata uideri aliud, quàm sit, sic ergo patet prima uia. Secunda uia sic patet. Falsitas isto secundo modo est quædam non entitas: ex hoc enim consurgit, quia aliquid uidetur, quod non est. tamen notandum est, quòd nō omnis nō entitas facit istam falsitatem; ex hoc enim quòd asinus non est homo, & ex hoc quòd non habet perfectionem hominis, ex hoc non est falsitas in asino; ex hoc enim quòd res non consequitur aliquam perfectionem, quam non est apta cōsequi, ex hoc nulla falsitas est in ea; quælibet ergo res in se aliqua essentia est, & per consequens aliqua ueritas: & sicut essentia est maior, & minor in uno, & in alio, ita & ueritas: ex hoc tamen quòd una essentia non est alia, ex hoc falsitas nō est in essentia, sed ex hoc quòd hæc essentia non est illa: & ex hoc quòd apta nata est in se uideri illam esse; siue uideatur, siue non; ex hoc est in ea falsitas. Ita quòd falsitas duo comprehendit; primum est ipsa non entitas; secundum est ipsa aptitudo ad uideri, quod non est; cum ergo uterque sit in re, ergo & ipsa falsitas. Et hoc ē, ꝙ dixit Philosoph. ꝙ falsum primo mō est ens; sed tamē hēt phantasiam non entis: ubi tria intelliguntur: primum est, ꝙ ipsa falsitas fundatur in ente: secundum est, quòd habet aptitudinem uideri, quod non est; ita ꝙ est ibi aptitudo, & non entitas; & hæc duo complent istam falsitatem: & sic phantasia dat intelligere aptitudinem, & non entitas dat intelligere negationem; & sic secundum cōprehendit duo; quæ cum primo faciunt tria: ita ꝙ ens quod fuit primum, est fundamētum duorum secundorum; quia illud idem, ꝙ est ens in se; non est ens respectu alterius; & est tamē hoc aptum natum uideri illud: & ideo in omnibus illis, in quibus ē sola entitas sine aptitudine, quia de se non prætendunt se esse illud, quod non sunt; non est falsitas isto modo. Vnde licèt homo sit uerum ens in se, & sit non ens asinus; ita

Veritas rei quæ.

Omnis non entitas non facit falsitatem.

E ꝙ in eo est entitas respectu sui, & nō entitas respectu alterius: tamen quia non prætendit se esse asinum de natura sui, non est falsitas in eo isto modo: quando autem aliquid est ens in se, & non ens respectu alterius, & prætendit de natura sui se esse illud, quod non est: in illo est falsitas isto modo. Et hæc sonant exempla Philosophi de umbra, & somno: umbra enim est uera umbra, & nō est corpus; & tamē prætendit se esse corpus; & ideo est uera umbra, & falsum corpus: ita quòd falsum hic fundatur in subiecto: quia non est inconueniens, quòd aliquid sit uerum in se, & sit falsum respectu alterius; & similiter de somno: sic ergo duæ uiæ ostendunt, quòd falsitas isto modo accepta est in rebus. Si tamen uolumus sequi Com-
F mentatorem, possumus dicere, quòd ista falsitas est in illo, qui concipit rem aliter, quàm sit: ita ꝙ quasi causaliter in re est; subiectiuè aut in illo, cui aliter uidetur, quàm sit. Hæc sunt uerba Commētatoris: imaginationes istæ sunt aliqua existentia in intellectu; tamē illud, quod imaginatur ex istis, non existit extra animā. Forte ergo sic imaginatur Commentator; quòd ipsa imaginatio, & ipsa phantasia debet dici falsa; & ipsæ res etiam debent dici falsæ, quæ faciunt phantasiam: sed aliter & aliter; quia res dicuntur falsæ, quia sunt aptæ natæ facere phantasiam falsam; sicut umbra apta nata est facere phantasiam falsam de corpore; & somnium de eo, cuius est somnium: ita quòd isto modo non omnes res dicuntur falsæ respectu al-
G terius; quia non omnes sunt aptæ natæ facere phātasiam falsam respectu alterius; phantasia autem dicitur falsa in se, facta ab eo, quod est aptum natum facere: ergo in uno causaliter est, & in alio formaliter. Ad argumenta ergo subsistendo primas uias, quando dicitur, quòd quælibet res est ens, & falsum est non ens; dicendū est, quòd non omne, quod in rebus est, est ens; nisi accipiatur ens, quia entis, scilicet subiectiuè; priuatio enim est in ente, & tamen non est ens in se; sed est defectus entis; sic ergo dico, quòd falsitas isto modo formaliter est non entitas cum apparentia, subiectiuè autem non entis; quia dictum est, quòd ista non entitas, & apparentia in ente fundatur. Ad secundum dicendum est, quòd prima est du-
H plex, scilicet quòd illud, quod est in rebus, est uerum; quia hoc, quod dico uerum, potest determinare ueritatem rei, uel ueritatem propositionis: si determinet ueritatem rei, sensus est; quòd illud, quod est in rebus, uera res est: secundo modo est sensus, quòd est in rebus, uerum est ipsum esse, in rebus; si primo modo intelligatur, sic est falsa; quia priuatio est in rebus, & tamen non est ens uerum; nisi intelligatur omne ens quia entis, scilicet quia priuat naturam entis; & hoc modo falsum est in rebus: si secūdo modo uera est, scilicet quòd omne, quod est in rebus, est uerum, scilicet ipsum esse in rebus: & hoc modo est ens rationis, & non ens reale extra animam. Deinde cum dicit.

Doctrina Commentat.

Ratio verò falsa est, quæ non entium inquantùm falsa. Vnde omnis ratio falsa alterius, quàm cuius est vera; ut quę circuli, falsa trigoni.

Ostendit, quomodo est falsum in diffinitionibus. Et diuiditur in duas partes; diffinitionē enim esse falsam potest esse duobus modis; uel quia est uera in se, & falsa per accidens: uel quia est falsa in se. Primò ergo ostendit, quomodo dicitur diffinitio falsa primo modo: secundò quomodo secundo modo ibi, [Sed falsa ratio]. Prima in duas partes, quia primò ostendit, quomodo est ratio falsa per accidens: secundò remouet quoddam dubium, quod habet ortum à præcedentibus. Secunda ibi [Cuiuslibet autem ratio.] Dicit ergo primò, quòd diffinitio falsa est illa, quæ est de numero non entium, inquantùm falsa, unde omnis diffinitio est falsa respectu cuiuscunque, nisi respectu illius, cuius est uera: ut diffinitio, quæ est uera respū circuli, natura est falsa respū trianguli q.d. Philoso. diffō quælibet est uera respectu diffiniti, sed tamē quia non est nisi unius; ideo respectu alterius cuiuscunque, quàm illius, falsa est: & ideo inquantùm ens est uera (uocatur autem ens respectu illius, cuius est) inquantùm autem non ens, est falsa; & ideo inquantùm est de numero non entium, est falsa (uocatur autem de numero non entium respectu illius, cuius rō non est) hoc .n. non est, s. ꝙ diffinitio circuli sit trianguli. Dicitur aūt falsitas istius diffōnis falsitas ꝑ accidēs, quia de se uera est, quòd autem sit falsa, hoc accidit, inquantùm comparatur ad illud, cuius non est, quod sibi accidit. Deinde cum dicit.

Falsū in diffinitione duplicter.

Quę est unius rei.

Cuiuslibet autem ratio est quidē quasi una, quæ est eius, quod quid erat esse, est quasi multa, quoniā idem aliqualiter ipsum, & ipsum passium, ut Socrates, & Socrates musicus.

Remouet quoddam dubium. Supposuerat .n. in præcedenti ratione, quòd unius est una diffinitio, quę respectu illius esset uera, respectu alterius esset falsa; crederet ergo aliquis, quòd unius nullo modo possent esse multæ diffinitiones. Hoc ergo remouens dicit, quòd cuiuslibet rei ē una diffinitio, quæ est indicatiua eius, quòd quid erat esse, hoc est quidditatis: quodam modo autē possunt esse unius multæ diffinitiones: aliqualiter enim, hoc est, secundùm accidens, & non per se, est idem subiectum quod suscipit passionem, & ipsum subiectum cum passione, sicut Sors per se sumptus idem est aliqualiter cum Sorte musico; suppleatur, Sors per se habet unam diffinitionē, & musicus aliam; cum ergo Sors musicus sit idē cum Sorte; duæ diffinitiones duorum sunt idem, & unum cum alio. Notandum est, quòd diffinitio indicans quod quid erat esse essentiale, nō est nisi una unius; & hoc est, quod dixit Philosoph. ꝙ cuiuslibet rei est una diffinitio, indicans quod quid erat esse: si autem diffinitio una daretur secundùm esse essentiale, & alia secundùm esse accidentale; non esset inconueniens, quòd de eodē darētur duæ diffinitiones: sic autem est hic, quia

Vnius rei ē unica diffinitio et quidoqꝫ plures.

A alia est diffinitio hominis secundùm quòd hō, & alia secundùm quòd musicus. Hanc autem literā aliter introducit Commentator. Innuebat enim superiùs, quòd diffinitio uniuscuiusque rei dicit unam intentionem; crederet ergo aliquis, quòd nulla diffinitio posset significare plures intentiones, quàm unam: excludit ergo hoc Philosoph. dicens, quòd diffinitio accidentium significat plures intentiones una; quia in diffinitione accidentium cadit substantia, & ita est intentio substantiæ, & accidentis. Et ideo sic legitur isto modo: diffinitio cuiuslibet rei, quod indicat quod quid erat esse substantiale, est una; hoc est, unius intentionis: quia enim diffinitio substantiæ non est per additamenta, ideo in diffinitione talium B non est nisi intentio prædicamenti substantiæ: cōtingit autem, quòd aliqua diffinitio est multæ, hoc est, multarum intentionum, sicut diffinitio accidentium: quia enim ipsum subiectum, & ipsa passio, ut Sors, & Sors musicus, sunt idē; quia unum est subiectum alterius, sicut intentio substantiæ in diffinitione accidentis.

Introductio Comment.

Quæreret quis. Vtrum quælibet diffinitio sit uera in se, & falsa per accidens? Respondeo. Ad huius euidentiam duo sunt declaranda: primò ꝙ quælibet diffinitio est uera in se: secundò quòd potest esse falsa per accidens. Primum patet duplici uia: prima uia est ex habitudine, quæ est inter essentiam & ueritatem, quæ quidem uia patet sic: omnis essentia aliqua ueritas est, ut decla- C ratum est pluries: omnis diffinitio explicat aliquam essentiam, quia omnis diffinitio est quid factum ab intellectu ad explicandum essentiā: diffinitio enim est instrumentum intellectus deducens intellectum ad explicandam notitiam essentiæ, sic ergo essentia est ueritas: ergo omnis diffinitio explicat aliquam ueritatem, eo quòd explicat essentiam. Quòd autem omnis diffinitio explicet aliquam essentiam, patet, quia hic loquitur de diffinitione reali; omnis autem diffinitio realis explicat rem, & essentiam: si enim reperiatur aliqua diffinitio, quæ ita explicat nomen, quòd non essentiam, illa diffinitio nominis est: sicut est diffinitio uacui, quæ ita explicat quod dicitur per nomen uacui, quòd non explicat ali- D quam essentiam, quia uacui nulla est essentia, sicut nulla realitas. Si ergo hæc est diffinitio realis, quam quærimus; oportet quòd explicet essentiam, & nomen. si igitur explicat essentiam, & ueritatem explicat; ex hoc ergo quòd huius essentiæ ueritas explicatur, & hæc diffinitio explicatur; hæc diffinitio est uera: & cum omnis diffinitio realis habeat hoc, quia omnis talis indicat rem, & essentiam: ergo omnis diffinitio est uera respectu ueritatis, quæ explicatur ab ea. Secunda uia ad hoc probandum sumitur ex differentia, quæ est inter esse, quod explicatur à diffinitione, & esse quod dicitur à propositione: imaginabimur enim, quòd propositio dicit esse, & diffinitio dicit esse; sed tamen differenter: quia propositio

Quæstio.

Vnde quælibet diffō est uera in se.

Diffō ē instrumentū intellectus.

Diffō dicit esse & propō dicit esse sed qūo.

positio dicit esse copulatiuè, copulando prædicatum cum subiecto: diffinitio dicit magis esse expositiuè; quia exponit, & declarat esse essentiæ rei. Ex hoc ergo quòd propositio dicit esse copulatiuè, ex hoc in ea est aliquando ueritas, aliquando falsitas: quia aliquando copulat esse, quod est; & sic est in ea ueritas: aliquando esse, quod non ē; & sic est in ea falsitas. Ex hoc.n. quod diffinitio dicit esse expositiuè, ex hoc semper est in ea ueritas; quia semper exponit aliquod esse essentiæ; & per consequens aliquam ueritatem: quia essentia ueritas est. Et si dicas, quòd exponit essentiā, quæ non est. Respō: uel intelligis non esse, in esse essentiæ: uel in esse existentiæ: si intelligas, quòd exponit, quòd non est, in esse essentiæ; tunc expositum non est essentia, & per consequens nec est F diffinitio; nisi largo modo; quia omnis diffinitio rei exponit essentiam: si intelligas, quòd exponit esse, quod non est, in esse existentiæ; hoc nullam

Diffō nō cōcernit esse existentia.

falsitatem facit in diffinitione; licèt posit facere in propositione, quia diffinitio non concernit esse existentiæ. Illud ergo exprimitur tum uel est in esse existentię, uel non est: si est; ergo exprimit esse quod est in essentia, & in existentia; & sic omni modo est uera: si uerò in esse essentiæ, & non existentiæ; ergo exprimit esse essentię, quod non existit: & hoc nullam falsitatem facit in diffinitione: quia non respicit esse existentiæ; faceret aliquam in propositione. Vnde si diffinitio uerteretur in propositionem, quę concernit esse existentiæ; sicut diffinitio pluuiæ; falsa esset. Verb. gratia pluuia non existente, pluuia habet suam ueritatem, G quia indicat esse essentiæ pluuiæ: si tamen uertatur in propositionem, quæ concernat existentiā; ut si dicatur, hoc, quod importatur per diffinitionem pluuiæ, existit, falsa est: quæ tamen non esset falsa, si propositio solùm indicaret esse essentiæ: ut si dicitur, quòd pluuia est aqua, guttatim cadens. Sic ergo patet primum declarandum, quòd diffinitio omnis respectu essentiæ, quæ ab ea declaratur, & dicitur; uera semper est. Ex quo patet secundum, scilicet quòd respectu alterius falsa est: sicut enim ex hoc est ueritas in diffinitione, quòd exprimit essentiam propriā: sic ex hoc erit in ea falsitas, quia applicatur alicui essentiæ, quæ ab ea non exprimitur: ut sicut animal rationale, H ex hoc est uera diffinitio hominis, quia explicat esse quod est hominis, scilicet sui diffiniti; ita ex hoc esset falsa, si diceretur explicare aliquid aliud, quod non esset illius sui diffiniti. Deinde cum dicit.

Sed falsa ratio nullius est simpliciter ratio.

Ostendit, quomodo est diffinitio falsa simpliciter in se. Et duo facit, quia primò hoc facit; secundò excludit quendam errorem: Secunda ibi, [Quapropter Antisthenes]. Dicit ergo, quòd licèt diffinitio primo modo alicuius sit uera, & alicuius falsa; tamen diffinitio, quæ simpliciter & secundùm se est falsa; nullius penitus est diffinitio. Notandum est, quòd diffinitio secundùm se fal-

Falsū in diffinitōe dupliciter.

E sa est; quæ indicat aliquid, cui repugnat esse essētiæ; ita quòd illud indicatum fugit totum ambitū entis; & quia fugit totum ambitum ētis, ideò sicut indicatum nullius est, ita nec diffinitio. Aliquando enim est, & contingit, quòd illud, quod indicatur à diffinitione, est essētia respectu unius & per consequens ueritas: & non est essentia respectu alterius; sicut dictum est supra; & ideo diffinitio hoc indicans respectu unius, erit uera; respectu alterius falsa. Aliquando autem cōtingit, quòd indicatum à diffinitione respectu nullius erit essentia: ut si dicerem, animal inanimatum: & per consequens respectu nullius est ueritas: & sic simpliciter diffinitio est falsa; & respectu nullius est uera. Deinde cum dicit.

Diffō secundum se falsa quæ.

F *Quapropter Antisthenes opinatus est fatuè, nihil dignatus dici, nisi propria ratione semper unum de uno. Ex quibus accidit non esse contradicere: ferè autem nec mentiri. Est autem unumquodque dicere, non solùm sua ratione, sed & ea, quæ alterius. Falsò quidem & omnino. Est autem & uerè, sicut octo dupla dualitas ratione. Hæc igitur ita dicuntur falsa.*

Remouet errorem Antisthenis: dictū est enim quòd diffinitio semper est respectu propriæ essentiæ; ex hoc ergo aliquis opinaretur, quòd ita esset in propositione, quòd semper prædicaretur propria diffinitio de proprio diffinito, quod patet esse falsum ex præcedentibus; quia aliquando de proprio diffinito, & tunc est uera: aliquando de alieno, & tunc est falsa. Et ideo remouendo

Error Antisthenis.

G do hunc errorem, dicit: quòd si diffinitio est falsa respectu alieni diffiniti, & aliquādo uera in se; fatuè opinatus est Antisthenes, qui opinatus est, quòd semper prædicatur unum de uno: & qui dicit, quòd quidquid prædicatur, est propria ratio. Cui accidit non esse contradicere, hoc est, ex cuius positione sequitur, quòd non sit contradictio aliqua: cui etiam accidit, quòd non contingat mentiri. Si enim semper diffinitio de diffinito prædicatur, nunquam formabitur propositio negatiua; & tunc iste, qui semper dicit diffinitionē de diffinito; uerum dicit, nunquam mentietur. Est enim opinio Antisthenis falsa in hoc, quia diffinitio unius respectu alterius potest esse uera; ita quòd

Dicēs diffōnē de diffinito nō mētitur.

H non solùm sua de eo prædicatur; sed etiam illa, quę alterius; ita quòd diffinitio respectu alterius uerè quidem dicitur, & non uerè. Exemplum. uidemus enim, quòd octo dicuntur dupla; nunquā autem sunt dupla, nisi inquantùm participāt rationē dualitatis; ergo ratio dualitatis aliquo modo attribuitur ipsi octo: si ergo intelligatur, quòd ipse octonarius est numerus binarius, & omnino habet diffinitionem binarii, falsum est: si autem intelligatur, quòd octonarius aliquo modo participat rationem dualitatis; quia sicut binarius in duas unitates; ita octonarius in duos quaternarios, uerum est: concludit ergo istos modos falsitatis dicens; & hæc quidem sic dicuntur falsa. Deinde cum dicit.

A *Sed & homo falsus, quia talium rõnũ electiuus, non propter aliud aliquid, nisi propter idipsum. & in aliis talium factor rationum: sicut res dicimus esse falsas, quaecunque falsam faciunt phantasiam.*

Ostendit, quomodo est falsum in hominibus. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quomodo est falsum in hominibus: secundò remouet quosdam errores, ibi [Quare in Hyppia oratio.] Dicit ergo primò, quòd homo falsus est, qui promptè & electiuè elicit rationes falsas, non propter aliquid aliud, sed propter falsum in se: alio modo ille homo falsus est, qui aliis facit rationes falsas; & (sicut dicebamus superiùs) res esse falsas, inquantùm faciunt phantasiam falsam; ita dicimus hominem esse falsum, inquantùm facit orationes falsas. B Notandum est, quòd falsitas isto modo accepta, est quoddam uitiũ oppositũ ueritati, secundùm quòd est uirtus; & sicut de rõne ueritatis, quae ē uirtus, tria sunt: ita de rõne falsitatis, quae est uitiũ oppositũ. Prima proprietas ē promptitudo; omnis enim qui operatur ex habitu, promptè operatur: unde habitus quandoque non denominat à se: multi enim uera dicunt, qui ueridici dici non possunt; quia ex habitu non dicunt: ille ergo ueridicus dicitur, qui promptè, & delectabiliter uera dicit. Secunda conditio est, ꝙ hoc eligit: & hoc ideo quia omnis uirtus est habitus electiuus. Tertia conditio est, quia hoc eligit propter se: si .n. eligeret propter aliquid aliud, magis denominaretur ab illo alio, quàm à fine istius uirtutis. C Et sicut dictum est de uirtute, ita dicendum est de uitio; sicut enim ueridicus est, qui ex habitu operatur, & prompte, & delectabiliter dicit uerum: ita falsidicus, si ex habitu operetur, & promptè, & delectabiliter dicat falsum. Secunda conditio est, ꝙ eligat hoc falsum. Tertia quòd propter se; si autem eligeret falsum dicere propter aliquid aliud, quã propter falsum; magis denominaretur ab illo alio, quàm ab isto: ut si eligeret falsum dicere, ut posset lucrari, magis diceretur auarus, quàm falsus. Deinde cum dicit.

De ratione ueritatis tria sunt.

Alias, deliberatè.

Quare in Hyppia oratio refutatur, quae eadem uera, & falsa. Potentem enim mentiri accipit falsum: Sic autem faciens, & prudens.

Excludit quosdã errores. Et diuiditur in duas partes, secundùm duos errores, quos excludit: D Secunda ibi [Ampliùs uolentem praua] Primus error habet ortum à praecedentibus; dictũ est enim quòd ille est falsus, qui est electiuus rationum falsarum, non autem qui potest eligere, ita quòd distinctio est inter potentiam, & actum: si autem aliquis non distingueret inter potentiam, & actum; ita quòd sicut ille, qui est electiuus falsarum orationum, est falsus; ita esset falsus qui potest eligere: sequeretur quòd idem esset falsus, & prudens: quia prudens potest eligere falsum: ergo hoc inconueniens sequitur ex hoc, quòd non est distinctum inter potentiam, & actum. Similiter dictũ est superiùs, quòd eadem oratio est falsa; & tamē potest reuerti, ut sit uera; & tamen si quis non distingueret inter potentiam, & actum; eadem oratio esset uera, & falsa; quia non differret posse esse uerum, & esse uerum; ergo duo inconuenientia uidentur sequi ex hoc, quòd non distinguitur inter potentiam, & actum. Ex hoc est, quod dicit; benè dictum est, quòd falsus est ille, qui talium est electiuus; non tamen qui potest eligere: quia distantia est inter potentiam, & actum. Quare refutarur oratio Hyppia, hoc est in illo libro Platonis posita; quia ex ea sequitur, quòd eadem oratio sit uera, & falsa; quia non distinguit inter potentiam, & actum. Commentator: causa deceptionis huius hominis fuit, quia existimauit, quòd uerum in potentia, & in actu sint idem; similiter falsum in potentia, & in actu. Refutatur etiam ista oratio; quia dicit illum hominem esse falsum, qui potest mentiri, quod impossibile est: quia sciens & prudens mentiri potest; & sic prudens esset falsas. Notandum est, quòd secundùm Philosophũ. 6. Ethicorum, uirtutes cõnexae sunt; ita quòd ubi est prudentia, ibi sunt habitus appetitiui; & è conuerso: si ergo prudentia semper est iuncta cum uirtutibus, prudens habet uirtutem ueritatis: prudens ergo falsus non est; quod tamen sequeretur, si idem esset falsum, & posse mentiri. Deinde cum dicit.

Duo incõuenientia corollaria.

virtutes sũt connexae.

Prudens non è falsus.

Ampliùs uolentem turpia meliorem, & hoc falsum accipit per inductionem. Nam uoluntate claudicans, non uoluntate dignior; claudicãtem imitari dicimus. Quoniam sic claudus uoluntariè, indignior forsan, sicut in more, & hoc.

Excludit quendam alium errorem: dictum est in praecedentibus, quòd falsus est, qui est electiuus falsi; quicunque ãt eligit, aliquid uult: unde sicut ad actum uirtutis concurrit electio, ita & appetitus; quia secundùm Philosophum, electio uel est appetitus intellectiuus, uel est intellectus appetitiuus: uitiosum ergo, uel uirtuosum eo ipso quòd electiuus est, uolẽtem oportet esse: ita quòd ille, qui magis uult in uirtute, magis est uirtuosus: & qui magis uult in uitio, magis uitiosus. Posset ergo aliquis huic obiicere, & dicere; quòd uolens praua, est minùs uitiosus, quàm volens, & minùs malus: & dicere, quòd uolens praua agere melior est, quàm nolẽs; quod quidem falsum probatur per inductionem: quòd uoluntariè claudicans est melior, quàm ille, qui claudicat inuoluntariè, ac si principia agere imitetur ipsam claudicationem; nam qui praua agit, in moribus claudicat. Hoc autem falsum excludit Arist. uolens ostẽdere, quòd ille, qui uoluntariè praua agit, deterior est: & soluit argumentum, dicens; quòd si aliquis uoluntariè claudicat, licèt sit melior quò ad potentiam progressiuam uoluntariè claudicare; tamen deterior est quò ad esse melioris: cuius ratio est, quia obuiat regulae rationis: ratio enim dictat, quòd quilibet utatur instrumẽto secundùm rectum usum; quod non facit ille, qui uoluntariè claudicat.

Explosio alterius erroris.

Electio q.d. uide 2. Phy fi. 52. & 11 huius c. 7.

Accidens, quod inest alicui, & est uerum dicere; non

re, non tamen ex necessitate neq; secundùm magis: ut si quis fodiens plantæ fossam, thesaurum inueniat: hoc quidem accidens fodienti foueam, inuenire thesaurum. Nec enim ex necessitate hoc ex hoc, aut post hoc; nec secundùm magis, si quis plantet inueniat thesaurum. Et quis utique musicus est albus, sed quoniam nec ex necessitate: nec ut secundùm magis hoc fit accidens esse dicimus.

Hic distinguit naturam accidentis. Et diuiditur in duas partes, secundùm duos modos, quos ponit. Secunda ibi, [Dicitur & aliter accidens.] Prima in tres, quia primò ponit primum modū: secundò concludit, quòd iste primus modus extenditur uniuersaliter non solùm ad esse; sed ad esse in loco, & in tempore, & alias conditiones multas; tertiò ostendit, quòd accidentis hoc modo accepti, non est aliqua causa determinata. Secunda ibi [Quare quoniam est existens] Tertia ibi [Nec aliqua causa] Dicit ergo primò, ꝙ accidens primò dicitur quod, inest alicui, & quod uerè dicitur de eo, non tamen necessariò, nec in pluribus; sed in paucioribus: ut si aliquis fodiat fossam plantę, inueniat thesaurum; hoc est accidens isto modo primo: quia de fodiente uerè dicitur, quòd inuenit thesaurum; tamen sibi accidens, quia non ex necessitate est; non enim fodiens necessariò inuenit thesaurum: nec necessariò dico ex hoc, nec post hoc, nec etiam est in pluribus; quia in pluribus non est sic, quòd plantantes inueniant thesaurum. Similiter si musicus sit albus, quia musicus non est ex necessitate albus, nec ut in pluribus, ideo dicimus hoc esse accidens: in primo.n.exemplo sumebatur, quantùm ad fieri: hic autem quantùm ad esse. Deinde cum dicit.

Accidēs dupliciter.

Quare quoniam est existens aliquid, & alicui, & horum quædam, & alicubi, & quandoq; quodcunque extiterit quidem, sed non quia nunc, aut hoc, accidens erit.

Excludit uniuersaliter istum modum, nō tantùm quò ad esse, sed etiā quò ad locum, & alias conditiones: sicut enim dicimus aliquid in esse alicui secundùm accidens; ita dicimus esse alicubi secundùm accidens; ita esse quandoque secundùm accidens. Et hoc est, quod dicit: quoniam aliquid est existens aliquid, & alicubi per accidens; ita similiter quædam horum sunt existentia alicubi, & quandoque secundùm accidēs: quandocunque.n.aliquid extiterit in aliquo, non quia hoc, per accidens est: ut si album existat in musico, non tamen per naturam musici, per accidens est in hoc tēpore: ut si sint abundantes pluuiæ in æstate per accidens est; quia non est de natura huius temporis, ꝙ sit in eo magna pluuia: & similiter si aliquid extiterit hic, & in hoc loco; non quia hic locus, nec per naturam sua: ma accidens erit: ut si existat leue deorsum. Notandum est, ꝙ hic dat Philosophus unam regulam uniuersalem ipsius accidētis, scilicet: quādo aliquid aspicit aliud, non per naturam illius, accidēs erit,

Regula uniuersalis de accidente.

E isto modo accidentis: accidens.n.isto modo est, quod exit aspectum necessariū, & contingentis ut in pluribus: illud autem, quod aspicit aliud necessariò, per naturam illius aspicit: similiter quando aspicit aliud ut in pluribus, aliquo modo per naturam suam illud aspicit: sicut natura hominis aspicit quinque digitos per naturam suam, licèt hoc deficiat in paucioribus: quidquid ergo exit primum aspectum & secūdū; oportet quòd sit accidēs isto modo; & hoc siue quò ad fieri; siue quò ad esse in tempore. Deinde cum dicit.

Nec est aliqua causa determinata accidentis, sed contingens: Hoc autem indeterminatum.

F Ostendit, quòd accidens nō habet causam determinatam, sed potiùs contingentem. Duo ergo facit, quia primò ponit conclusionem suam: secundò probat eam per exemplum ibi, [Accidit enim alicui] Dicit ergo primò, quòd huius accidentis non est aliqua causa determinata: sed cō tingens, & contingens nō quocūque modo; sed indeterminatè. Deinde cum dicit.

Accidit enim alicui Aeginam uenire, sed si non propter hoc aduenit, ut illuc ueniat, sed ab hieme expulsus, aut à latronibus captus, euenit quidem; et est accidens. At non inquantùm ipsum, sed inquantùm alterum. Hiems enim est causa non quò nauigabat ueniendi, & hoc erat Aegina.

G Probat hoc per exemplum, dicens: ꝙ alicui accidit uenire Aeginam, sed non propter hoc uenit, ut illuc ueniret: hoc est dicere, si aliquis ueneritad talem locum, & non intendebat illuc uenire; accidens est, si quidem illuc ueniat: huius autem accidentis multæ sunt causæ, & indeterminatæ; quòd enim illuc ueniat præter intentionem, hoc fortè est, quia expulsus ab hieme, hoc est à procella in mari; uel fortè hoc est, quia illuc deductus est à latronibus; & quia sic est, ideo hoc quod euenit, accidens est: quia non est inquantū ipsum, sed inquantùm alterum: non enim uenit illuc intendens, sed per alteram causam, quæ fuit præter intentionem: hiems enim est causa ueniendi illuc, quò non intendebat nauigare; hoc autem scilicet, quò non intendebat, erat Aegina. Notandum est diligenter, quòd hoc accidens, non est, nisi quia deuiat ab eo, quod est per se; uel quod per se intendebatur ab aliquo: quòd autem ab isto deuiet, multę causæ possunt esse: contingens est enim, quòd deuiat per causam contingētem; & quia ista causa contingens non est determinata; quia non possum dicere, quòd hæc sit, uel illa tantùm: ideo causa huius accidentis contingens est indeterminata, sicut dixit Philosophus: contingens enim ut in pluribus benè habet causam contingentē, sed determinatam: licèt deficere possit: possem enim dicere huius contingentis.s.in pluribus hæc est causa, uel illa: contingēs .n.ut in paucioribus deuiat ab hoc contingente; & quia hoc potest esse per multas uias, ideo per multas causas; & ideo per causas indeterminatas, quia quasi infinitas. Deinde cum dicit.

H

Accidentis multæ cāe.

Dicitur

Dicitur & aliter accidens, & quæcunque in unoquoque ſecundùm ſe, non in ſubſtantia entia. Veluti in triangulo duos rectos habere. Et eadem quidem contingit ſempiterna eſſe. Illorum uerò nullum. Huius autem ratio in alijs.

Ponit ſecundum modum accidentis, dicens: quandocunque aliqua exiſtunt alicui ſecundùm ſe, non tamen ſunt de eſſentia rei; ſunt per accidens iſto ſecũdo modo: ſicut habere æquales duobus rectis tres angulos, eſt accidens triangulo; quia & ſi ſit ſecundùm ſe, tamen non eſt de eſſẽtia. Hæc autem accidẽtia differunt à primis: quia iſta contingit eſſe ſempiterna: prima autem non, eo quòd prima ſemper ſunt in paucioribus: ratio autem huius reddetur in Octauo Phyſicorũ. Notandum eſt, quòd licèt per ſe dicatur quatuor modis; tamen non omnino uniuocè, ſed magis analogicè: quia ratio per ſe magis ſaluatur in primo modo, quàm in ſecũdo modo: quod enim eſt per ſe primo modo, nullo modo eſt per accidẽs; quia de eſſentia rei eſt: quod autem eſt per ſe ſecundo modo, eſt per accidens quò ad primum: cũ enim primus modus ſit, quòd prædicatum aſpiciat ſubiectum, tanquam ſubſtantia, & eſſentia ſua, ſiue de eſſentia; quidquid exit iſtum aſpectum, eſt per accidẽs in iſto modo; poſsibile eſt enim quòd aliquod prædicatum ſubintret aſpectum ſecũdi modi, & tamẽ fugiat aſpectum primi: aſpectus enim primi modi eſt, quòd prædicatum aſpiciat ſubiectum; ſicut eſſentia eſſentiatum; aſpectus autem ſecundi modi eſt, ꝙ prædicatũ aſpiciat ſubiectũ, ſicut paſsio paſsionatum: cum ergo aliquod prædicatum, puta habere tres, ita aſpiciat ut paſsio, quòd non aſpicit ſicut eſſentia; ita erit in ſecundo modo, quòd non erit in primo. Si autem contingat, quòd aliquod prædicatum fugiat primum & ſecundum aſpectum, ſicut album reſpectu hominis; erit accidens quò ad primum, & quò ad ſecundum modum dicendi per ſe: & hoc modo patet, quomodo ſit per accidens hoc ſecũdo modo.

Per ſe dicitur quatuor modis non uniuocè, ſed analogicè.

SVPERNATVRALIVM ARISTOTELIS.

LIBER SEXTVS.

TEX. I.



RINCIPIA, & cauſæ quæruntur entium; palàm autem quia inquantùm entia: eſt enim aliqua cauſa ſanitatis, & conualeſcentiæ. Sunt autem & Mathematicorum principia, & elementa, & cauſæ; & totaliter omnis ſcientia intellectualis, participans aliquid intellectus; circa cauſas, & principia eſt, aut certiora, aut ſimpliciora.

Præcedentes libri quaſi præambuli fuerunt ad libros ſequentes: poſtquam enim dubitauit Philoſophus in Tertio de quibuſdam terminatis in iſta ſcientia: poſtquàm in Quarto oſtẽdit, de quo eſt iſta ſcientia: poſtquam in quinto diſtinxit ea, de A quibus eſt iſta ſcientia: hic in Sexto incipit determinare de ſubiecto huius ſcientiæ. Et duo facit, quia primò oſtendit, de quo eſt, & de quo non eſt iſta ſcientia: ſecũdò exequitur de illo, de quo eſt, ſcilicet de ente, & de iis, quę cõcurrunt ad ens. Secunda ibi [Sed quoniam ens, ſimpliciter dictũ] Prima in quatuor; quia primò oſtendit, quòd iſta ſcientia eſt de ente, inquantùm ens, & de cauſis entis: in ſecunda parte oſtendit, quòd iſta ſciẽtia, quæ eſt de ente, inquantùm ens; nulla ſcientiarum particularium eſt: in tertia parte ſpecialiter oſtendit, quòd iſta non eſt Phyſica, quæ eſt de aliquo ente: in quarta parte oſtendit, quòd iſta, quæ conſiderat de ente, inquantùm ens; conſiderat de ſubſtantia immobili; & quod dicitur uniuerſalis B ſcientia. Secũda ibi [Sed & omnes illæ circa unũ quid] Tertia ibi [Quoniam uerò Phyſica] Quarta ibi [Oportet autem quod quid erat eſſe.] Dicit ergo primò, quòd manifeſtum eſt, quòd in iſta ſciẽtia quæruntur principia entis, inquantùm ens: ſicut enim eſt aliqua cauſa ſanitatis, & conualeſcẽtiæ, & huius entis particularis: ita & entis, inquantùm eus: & ſicut ſunt principia, & cauſæ, & elementa rerum Mathematicarum, quæ conſiderat Mathematicus: ita ſunt principia entis, inquantũ ens; quę conſiderat iſta ſcientia: & uniuerſaliter omnis ſcientia intellectualis, & participans aliquid intellectus; circa cauſas, & principia eſt: principia (dico) certiora, uel ſimpliciora. Eſt ergo ratio Philoſophi in duobus; prima ratio talis eſt; C ſicut ſe habet ſcientia particularis ad ſua principia particularia, & principia huius entis: ſic ſe habet hęc ſciã ad principia entis: ſed quælibet ſciẽtia particularis conſiderat principia huius entis, de quo tractat: ergo hæc ſcientia cõſiderabit principia entis, inquãtùm ens: quia circa hoc ens eſt. Secunda ratio talis eſt; omnis ſcientia intellectualis eſt circa principia, & cauſas: hęc eſt intellectualis: ergo eſt circa principia, & cauſas; & non circa quæcunque, ſed circa principia entis. Notandum eſt, quòd in iſta ratione notabiliter dicit Ariſt. ſcientia intellectualis circa principia eſt: hæc eſt enim differẽtia inter intellectum, & ſenſum; quia ſenſus propter ſui materialitatem non reſoluit cognitum ad cauſas; ſentire enim ſolùm conſiſtit in D moueri ab obiecto; ita quòd non diſcurrit circa obiectum, quærendo in eo naturam principiorũ, & cauſarum: intellectus ãt ꝑ immaterialitatem ipſum cognitum reſoluere poteſt ad cauſas, & principia: ſua enim natura non ſolùm eſt in moueri; ſed poſtquam motus eſt ab obiecto, quaſi actuatus per motionem; poteſt diſcurrere circa obiectum, quærendo in eo naturam principiorũ, & cauſarum. Dixit autem Philoſophus, quòd ſciẽtia intellectualis eſt circa principia certiora, & ſimpliciora. quod quidem Commentator exponit duobus modis: quædam enim perſcrutatio eſt, quæ non eſt ualde certa, ſed ſuperficialis: & iſta uocatur perſcrutatio ſimplex per principia ſimpliciora: alia eſt perſcrutatio, quæ eſt certa magis;

Diuiſio, & intentio Libri.

Differentia inter intellectum, & ſenſum.

Auer. ſolu.

Principia entis, ut ens uel sunt incōplexa, ut substantia æterna: uel cōplexa, ut dignitates: de utrisq; loquutur Philosophus.

gis; & iſta notatur per principia certiora. Secunda expoſitio eſt; quòd quædam eſt ſcientia, quæ conſiderat cauſas reſpectu huius: quædā eſt, quæ conſiderat cauſas ſimpliciter: & iſta uocatur per principia ſimpliciora; quia conſiderat ſimpliciter cauſam. Poteſt autem dari tertia expoſitio, quæ eſt; ꝙ quædam ſunt principia, quæ ſunt nota quò ad nos; & iſta uocantur notiora nobis: quædam autem ſunt nota quò ad naturam, & iſta uocantur ſimpliciora, hoc eſt, ſimpliciter nota. Deinde cum dicit.

Sed & omnes illæ circa unum quid & genus ali quod circunſcriptæ de hoc tractant, ſed non de ente ſimpliciter, nec inquantùm eſt ens.

Oſtendit, quòd nulla ſcientia particularis eſt circa ens, inquantùm ens. Et duo facit, quia primo hoc oſtendit: ſecundò ex hoc concludit quādam concluſionem ibi, [Quapropter palàm] Circa primū ſic procedit: quia primò ponit intentū ſuum, ſcilicet quòd nulla ſcientia particularis cō ſiderat de ente, inquatùm ens: ſecundò ex hoc dicit, quòd ſequitur, quòd nulla ſcientia particularis conſiderat de ipſo quod quid eſt. Secunda ibi [Neç de ipſo quod quid eſt] Dicit ergo ſic ꝙ quelibet ſcientia eſt circa principia, ſed omnes ſcientiæ particulares ſunt circa aliquod genus particulare entis; & circunſcriptæ tractant de hoc ente tantùm, uel illo; nulla autem ipſarum tractant de ente, inquantùm ens. Deinde cum dicit.

Ex hoc uidetur Methaphyſicū tantum in uniuerſali cōſiderare.

Nec de ipſo quod quid eſt ullam faciunt mentionem. Sed ex hoc aliæ quidem ſenſu facientes ipſum manifeſtum, aliæ perſuppoſitionem accipiētes quod quid eſt: ſic ſecundùm ſe quę inſunt generi, circa quod ſunt, demonſtrant, aut magis neceſſarium, aut infirmius.

Ponit, ꝙ ex hoc, ꝙ nō tractāt de ente, inquantū ens; non tractant de quidditate, dicens: & quia non tractant de ente inquantùm ens, non tractāt de ipſa quidditate; ſed ex hoc, ſcilicet ex ipſa quidditate procedunt ad alia: Ita quòd aliæ quidem ſcientiæ faciunt manifeſtum ipſum quod quid eſt per ſubiectum; hoc eſt, per ea, quæ apparent ſenſui: ſicut Philoſophus naturalis uenatur diffinitionem animalis per ſenſum, & motum: Aliæ autem accipiunt ſuum quod quid eſt ex ſuppoſitione ab alia ſcientia; ita quòd ſupponunt, quod declaratum eſt in alia ſcientia; & ex iſto quod quid eſt demonſtrant paſsiones, quæ ſecundùm ſe inſunt generi ſubiecto: demonſtrant (dico) uel per demonſtrationes magis neceſſarias, uel infirmas. Commentator: magis neceſſarias, quia per propoſitiones magis neceſſarias: infirmas, quia per illas, quæ uerificantur in pluribus.

Quæſtio.

Quæreret aliquis, Vnde ſequitur hæc conſequentia; hæc ſcientia particularis non conſiderat de ente inquantùm ens, ergo non conſiderat de quod quid eſt. Reſpondeo duplici uia poteſt hoc uenari. Prima uia eſt ex habitudine, quę eſt inter quidditatem & ens: ſicut enim ens & aliquid cō uertūtur; ita ens, & quid: omne. n. quod eſt ens,

Habitudo inter quidditatem, & ens.

E quidditate eſt ens: ita ꝙ habitudo inter ens, & quidditatem eſt habitudo quaſi formalis ad formatum; quia ipſum ens entitate eſt ens, entitate (dico) eſſentię; eſſentia autem eſt ipſa quidditas; ſicut dicitur in Septimo: ſicut ergo ſcientia, quæ ſe extendit ad ens, ſe extendit ad eſſentiam; ita oportet, quòd ſe extendat ad quidditatem; quia quidditas, & eſſentia non differunt niſi in modo: cum ergo ſcientia particularis non ſe extendit ad ens, inquantum ens; ergo nec ad quidditatem. Secunda uia ſumitur ex ipſa uia deueniendi in ipſum qđ quid eſt: uia enim deueniendi in ipſum quod quid eſt, debet eſſe uia cōmunis, quæ non reſpiciat hoc ens, uel illud; ſed omne quid: ſicut enim debuit tradi una uia commu-

Tex. cō. 10.

Via deueniendi ad qđ quidē, quæ.

F nis, per quē deueniremus in oēm concluſionē de monſtrabilem: ita debuit tradi una uia communis, per quam poſſemus uenari omne quod quid eſt in quocunque eſt: & hæc eſt uia compoſitionis & diuiſionis; ſi ergo hæc uia reſpicit oē qđ quid eſt, oportet ꝙ reſpiciat oē ens diffinibile: ſi autem ita eſt, oportet quòd ſcientia, quæ uerſatur circa omne ens; tradat iſtam uiam; & iſta non poteſt eſſe niſi ſcientia communis, ſcilicet Logica, uel Metaphyſica, quæ ambæ uerſantur circa ens, inquantùm ens; licèt differenter: & ideo Philoſophus Secundo Poſterior. hanc uiam tradidit, & hanc eandem reſumit Ariſt. in Octauo huius. Si autem contingat, quòd aliqua ſcientia particularis uenetur quod quid eſt, ſicut ſcientia Naturalis uenatur per ſenſum, & motum: hoc non eſt niſi inquantùm induit habitum harum, & aſſumit

Circa idem uerſatur Logica & Metaph.

G inuenta, & tradita ab iſtis: quod patet ex hoc ꝙ primò diuidit ſentiens, & mouens à non ſentiente, & non mouente; & poſtea uenit in compoſitionem quodquid eſt. Deinde cum dicit.

Quapropter palàm, quia non eſt demonſtratio ſubſtantiæ, nec eius quod quid eſt ex tali inductione: ſed alius modus eſt oſtenſionis. Similiter autem nec ſi eſt, aut non eſt genus, circa quod uerſantur, nihil dicūt propter eiuſdem eſſe ſcientiæ ipſum quod quid eſt, manifeſtum facere, & hoc ſi eſt.

Concludit ex prædictis unam concluſionem, quæ talis eſt; quòd manifeſtum eſt ex dictis, ꝙ ſubſtantia, uel quod quid eſt non demonſtratur; ſed reſpectu ipſius quod quid eſt, eſt alius mo-

H dus oſtenſionis, quàm demonſtratiuus: & ſicut manifeſtum eſt, quòd ſcientiæ nihil dicunt de quidditate, eas oſtendendo demonſtratiuè; ita nihil dicunt de genere ſubiecto, circa quod uerſantur, probando, ſcilicet utrum ſit, uel non ſit; ſed ipſum ſupponūt: & hoc quia eiuſdem rationis eſt, ipſum quod quid eſt ipſius ſubiecti manifeſtum facere, & ipſum ſubiectum ſi eſt.

Quæſtio.

Quæreret aliquis, Vnde ſequitur hęc conſequentia; ſcientiæ particulares nihil dicūt de quod quid eſt eſſentiæ; ergo in talibus ſcientiis quod quid eſt non demonſtratur? Reſpondeo dicendū eſt, quòd propriè id dicitur conſiderari & dici in ſcientia particulari, quod à ſcientia particulari demon-

Q. propriè cōſideratur in ſcientia particulari.

demõſtratur;nõ āt quod ſupponitur;quia aliquid conſideratur in tali ſcīa circa aliquid: propriè er go conſiderõ ſua ſe extendit ad illud, quod demonſtratur circa aliquid, quod ſupponitur: illud ergo propriè dicitur ab ea conſiderari, quod ab ipſa demonſtratur: cum dictum ergo ſit ſupra, ꝙ ipſum quod quid eſt ſupponitur in ſcientiis particularibus;benè potuit concludere, ꝙ ſi ſupponitur, ergo non demonſtratur, nec cadit ſub conſideratione tanquam demonſtratum, licèt cadat ſi cut ſuppoſitum. Debemus enim imaginari, ꝙ ſcientia eſt ſicut quædam fabrica intellectus;quãdoque ergo ſcientia ſupponit ipſum quod quid eſt ab alia ſcientia; & tunc non propriè ipſum fabricat,nec poteſt dici propriè fabrica iſtius ſciæ; ſed alterius, à qua accipitur; & ideo ſuper ipſum non cadit demonſtratio iſtius ſcientiæ, ſed alius modus oſtenſionis,qui eſt ſcientiæ ſuperioris:ita ꝙ nec ſcia ſuperior,nec inferior propriè demonſtrant ipſum quod quid eſt,ſed alius modus oſtẽſionis eſt ſuper ipſum;quod ſic oſtenſum, in ſcia ſupponitur.

Quod quid eſt ſupponitur in ſcientiis particulari.

Scientia eſt quædã fabrica intellectus.

Quæſtio.

Quæreret quis, Vtrum ſit eiuſdem rationis, ſi eſt,& quod quid eſt,manifeſtum facere?Videtur ꝙ non,quia poteſt ſciri quod quid eſt rei, ignorato ſi eſt: ergo non eſt eiuſdem rationis ſcire utrunque;quia ſi eſſet eiuſdem rationis, uno ſcito,ſciretur aliud. Ad oppoſitum eſt dictum Philoſophi. Reſpon. poſſumus uenari, ꝙ eiuſdem rõnis eſt ſcire quod quid eſt,& ſi eſt: primo reſpectu ſubiecti:ſecundò reſpectu paſſionis. Quantũ ad primum notandum eſt,ꝙ cum loquitur Philoſoph. de ſi eſt ſubiecti, non poteſt loqui de ſi eſt exiſtentię; quia eſſe exiſtentiæ accidit ſciæ; non .n. requiritur ad rõnem ſcibilis, ꝙ ſit in exiſtentia:quando ergo d. , ꝙ oportet ſciam ſupponere ipſum ſubiectum eſſe,non poteſt intelligi de eſſe exiſtentiæ;quia de rõne ſciæ eſt, ꝙ ſupponat eſſe ſubiecti: cuius rõ eſt, quia omnis ſcia ſuper alio fabricat;oportet ergo illud, quod ſuper ſubiectũ aliquod fabricatur,præeſſe;non āt in eſſe exiſtentiæ, ergo in alio eſſe.ſ.eſſe eſſentiæ: ita ꝙ ſenſus eſt,omnis ſcia ſupponit ſuum ſubiectum eſſe aliquam eſſentiam;quia quod non eſt eſſentia, non eſt ſcibile: quod enim nullo modo eſt eſſentia, omnino fugit rationem entis,& per conſequens rationem ſcibilis:ſicut ergo ſcia ſupponit hoc eſſe ſubiecti, & non manifeſtat illud; ita ſupponit ꝙ quid eſt ſubiecti:& eiuſdem rationis eſt ſupponere hoc,& illud;quia omne eſſe eſſentiæ eſt aliquod quod quid eſt. Iam uerò dictum eſt, quòd eſſe,quod ſupponitur;eſt eſſe eſſentiæ.q.d.Philoſophus; ſcientia non manifeſtat quod quid eſt, ſed ſupponit;ergo nec ipſum ſi eſt ſubiecti; quia eiuſdẽ rationis eſt hoc eſſe, quod ſupponitur de ſubiecto;& ipſum quod quid eſt ſubiecti:quia ipſum eſſe, quod ſupponitur; non eſt niſi quædam eſſentia,& quidditas: ita ꝙ ſi ſcia ſe extendit ad quod quid eſt ſubiecti, ſe extendit ſimiliter ad ſi eſt eius;& cum non ſe extendat ad primum, niſi

Prima dilucidatio quæſiti.

Scientia ſupponit ſuum ſubiectũ eſſe, quomodo.

A ipſum ſupponendo;nec ſe extendet ad ſecundũ. Sciendum tamen,ꝙ licèt ſupponatur quod quid eſt,& ſi eſt ſubiecti;tamẽ hoc ſi eſt,& quod quid eſt,quod ſupponitur; incompletum eſt:quia ſcia ſemper diſtinctè quærit explicare ſubiectum per paſſiones : ita ꝙ ſubiectum ſupponitur ſub eſſe confuſo;diſtinctè antẽ quæritur explicatio eius ; explicato autem ſubiecto per paſſiones, explicatiùs, & diſtinctiùs uidetur eſſentia ſubiecti, & quidditas;&per conſequens eſſentia ſupponitur, & eſſentia quæritur:quia ſub eſſe confuſo ſupponitur,& ſub eſſe diſtincto quæritur.Nam conſueuit dici,quod quid eſt ſubiecti,quod ſupponitur; eſt ꝙ quid eſt nõis; ſortè quia eſt quod quid eſt confuſum,& non diſtinctũ:ſic ergo patet,ꝙ eiuſ-

Subiectum ſupponitur et quæritur.

B dem rõnis eſt, quid eſt, & ſi eſt,reſpũ ſubiecti ſupponere,uel manifeſtare. Secundò patet,ꝙ eiuſdem rõnis eſt manifeſtare, ſi eſt paſſionis, & quod quid eſt. Ad cuius euidentiam notandum, ꝙ ſi eſt paſſionis,eſt illud,quod quæritur, & qđ demonſtratur;hoc āt non poteſt eſſe ſi eſt eſſentiæ;quia ſuper ſi eſt eſſentię ut ſic, non cadit demonſtrõ;nec põt eſſe ſi eſt exiſtentiæ,quia p demonſtrõnem non hr̃, ꝙ paſſio demonſtrata exiſtat in effectu:non.n.quãdo demonſtratur,ꝙ triãgulus hẽt tres,ex hoc hr̃,ꝙ hẽat tres in effectu;ergo non eſt ſi eſt eſſentiæ, uel exiſtentiæ; ſed ſolũ eſt ſi eſt,quod eſt in habitudine prædicati ad ſubiectum,quod Philoſo.uocat in Quinto ens ne-

Secunda dilucidatio quæſiti.

C rum,ſiue ens in anima:ita ꝙ eſſe, quod concluditur in demonſtrõne;eſt eſſe,quod conſiſtit in habitudine prædicati ad ſubiectum.Hoc āt eſſe,poteſt concludi duobus modis: uno modo per accidentalia:alio mõ per eſſentialia:ſi primo mõ,non eſt demonſtrõ; quia accidens ut accidens ſcire non facit:oportet ergo ut concludatur per eſſentialia,& per conſequens per ipſum quod quid ẽ; quandocunq;.n.ſcia ſe extendit ad ſi eſt paſſionis,oportet ꝙ ſe extendat per ipſum qđ quid ẽ: eiuſdẽ ergo rõnis eſt,ſe extẽdere ad ſi ẽ, & ad qđ quid ẽ reſpũ paſſionis;quia eadẽ demonſtrõ, quæ cadit ſup ſi eſt,cadit mediante ipſo qđ quid ẽ:& ſic patet ſcđa uia. Ad argumẽtũ patet ſolũo: quia non loquitur hic Philoſo.de ſi eſt exiſtentiæ.

Tex. cõ. 14.

Eſſe, quod concluditur in demõſtratione, quod.

Accidens ut accidens, ſcire nõ facit.

D Conſequenter quæreret quis. Vtrũ ſubſtantiæ ſit demonſtrõ?Vr̃ ꝙ ſic,quia diffõ, & demonſtrõ ſcđm ſitum ſolũ differunt:ſicut patet 1.Poſterio. ſed de ſubſtantia eſt diffõ , ergo & demonſtrõ. Reſpon.hanc quæſtionem ſoluit hic Com. & dicit;ꝙ ſubſtantiæ non eſt demonſtratio,quia ſi ſubſtantię eſſet demonſtrõ, ſubſtantiæ eſſet ſubſtantia,quod eſt impoſſibile;quia ſic eſſet abire in infinitũ in ſubiectis:conſequentia āt ſic ualet ſecundũm eum,& ſic declaratur:oẽ, quod demonſtratur,eſt ens inclinatum : iam enim dictum eſt in Quæſtione præcedenti, quòd demonſtratio non eſt ſuper omne eſſe;ſed ſuper eſſe tantùm, quod eſt eſſe huius in hoc : eſſe autem huius in hoc , eſt eſſe inclinatum : ſi ergo ſubſtantia demonſtraretur , ergo eſſe eius eſt eſſe inclinatum :

Quæſtio.

Tex. cõ. 45.

Reſponſio Auerro. ad quæſitum.

esse autem inclinatum propter suum debile esse; oportet, quòd firmetur super aliquo fixo; illud autem firmum uocatur substantia: si igitur substantia demonstraretur, substantia super substantiam fundatur: ergo erit substantia. Imo ēt sequitur, ꝙ substantia erit substantia & non substantia: nam eo ipso ꝙ substantia demonstratur, eo ipso non est ens fixum; eo ipso ꝙ non est ens fixum, non est substantia; & sic substantia demonstrata erit substantia, & non erit substantia: hæc est ergo uia Commenta. Tamen contra hoc aliqui sic obiiciunt, hæc uia non est uniuersalis, solùm est.n.de substantia prima; nam substantia secunda, licèt sit ens fixum secundùm rem; tamen quò ad modum inclinata est ad substātiam primam: & ideo uocatur non substantia simpliciter; sed tamen uocaturquale quid; hoc est quid habens modum qualis: licèt ergo substantia prima de aliquo non demonstretur, tamen substantia secunda pōt demonstrari de prima: ut si dicatur, aial rōnale mortale est hō, ergo Sors est hō. Notandum est, ꝙ alia uia uenandum est, ꝙ substantia secunda non demonstratur; eo ꝙ prima uia Comm. hoc probat de substātia prima: est āt uia talis: in demonstrōne propriè accepta, ingrediuntur quædam principia scd̄m substantiam, quædā scd̄m uirtutem; ita tñ ꝙ principia ingredientia scd̄m uirtutem non attingunt demonstrōnē, nisi per principia scd̄m substantiā: principia.n.scd̄m uirtutem uocantur dignitates, quæ hn̄t rōnē vniuersalis causæ: uniuersalis cā non attingit particularem effectum, nisi mediante particularicā; & hoc (dico) in inferioribus: ergo dignitas nō attingit conclusionem, nisi mediante præmissa, quam præmissam uoco principium scd̄m substantiam: & hoc patet ex hoc, quia dignitas non ingreditur demonstrōnem, scd̄m totum suum ambitū, sed quantùm requirit ambitus præmissarum demonstrationis; & principiorum, quæ ingrediūtur scd̄m substantiam. Si ergo ista sunt uera, si in demonstratione, qua demonstratur substantia, non sunt principia secundùm substantiam, quæ uenatur Arist. in Posterioribus, nec erunt dignitates; & sic nec ista principia, nec illa; & per consequēs talis non erit demonstratio propriè accepta; licèt possit dici aliquo modo demonstratio. Quòd āt in demonstratione substantiæ non sit principium secundùm substantiam, quod uenatur Aristo. in Posterioribus in propria demonstratione, patet: quia illud principium, quod est medium in propria demonstratione, debet esse alterum à passione, & debet esse immediatum substantiæ: ita ꝙ demonstratio propriè accepta, quā uenatur Philosoph. est; quando alterum ostenditur de altero per aliquid, quod est alterum ab aliquo illorum. Hoc dico, quia si est diffō passionis, est alterum à subiecto: si uerò est diffinitio subiecti, est alterū à passione: licèt secundùm eos, qui ponunt, ꝙ est diffinitio passionis, semper est alterum à passione; quia ipsi accipiunt pro diffinitione passionis

Instātia cōtra Auer.

Scd̄a substātia non demonstratur de prima.

Principia ingrediētia demonstrōnem, duplicia.

Medium in demonstrōne quod.

E priorem passionem, quæ quidem est altera à secūda passione demonstrata: hæc āt non sunt in secūda substantia respū primæ; quia ibi non est alterum de altero: sed idem de seipso: nec per alterū, nisi fortè secundùm rōnem. Vnde si in ista demōstratione reperiuntur aliquæ dignitates: sicut in hac, omne animal rōnale mortale est homo, in qua reperitur de quolibet affirmatio uel negatio &c. non tamen eo modo reperitur, quo requirit demonstratio propria, quæ requirit, ꝙ istæ dignitates descendant in demonstrationes per talia principia, qualia requirit propria demonstratio: quę principia non reperiuntur in demonstratione substantię: & per consequens nec dignitates per illum modum, quo requirit demonstratio.

F Ad argumentum respondet Comm. dicēs; ꝙ diffinitio, quæ propriè est demonstratio, est solùm accidentium: & uerba eius sunt: demōstrationes, quæ sunt diffinitiones transmutatæ in situ: non sunt substantiæ, sed tantùm accidentium. Notandum est, ꝙ Cōm. subdit bonum verbum de hmōi demonstrationibus, dicens: ꝙ demonstratio est propriè, quæ reddit cām, & esse simul; quod non potest esse in substantia, sed tantùm in accidentibus. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod esse alicuius potest reddi duobus modis. s. uel esse quidditatiuum, uel esse huius in hoc: esse quidditatiuum redditur per diffinitionem, & tale esse pōtest reddi in substantiis. unde idem Comm. licèt substantiæ non reddantur per demonstrationem: attamen redduntur alia significatione: quia

G significantur quid sunt. i. diffiniuntur secundùm esse: est item esse huius in hoc, & tale esse redditur per demonstrationem: & tale esse accidentium, non autem substantiarum: & ideo substantiæ per demonstrationem non redduntur. Tāgit autem Comm. tres uias, quibus sciri possunt substantiæ. Prima uia est uia diffinitionis. Secunda uia est ex posterioribus; eo modo quo aliquid scitur ex suis accidentibus: & ista uia, quæ est ex posterioribus, est illa, quæ facit non demonstrationem simpliciter, sed demonstrationem, quæ est per signa. Tertia autem uia est uia compositionis, & diuisionis: & ista uia ducit ad primam; quia diffinitio habetur per diuisionem & compositionem. Et est notandum, ꝙ secundùm Comm.

H hęc demonstratio simpliciter uocatur, quę reddēdo esse demonstrati, reddit cām ipsius, ita ꝙ reddit simul unum, & reliquum: cām autem ipsius esse credo esse quod quid est. Secundùm hoc ergo eadem demonstratio simplex aspicit quod quid est esse, sicut cām; & esse sicut effectum: si ergo reperiatur aliqua scientia, quæ non habeat reddere quod quid est alicuius sed ipsum supponere; illa eadem non habet reddere esse eiusdem, sed ipsum supponere. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera, quòd eiusdem rationis, idest demonstrationis est reddere quòd quid est esse, & esse; idest causam, & esse; illa ergo scientia, quæ non reddit causam de quod quid est esse

Verba Cōm.

Demonstrō propria quæ

Doctr. Cōm.

Demonstrō simpliciter largiturcausam, & esse.

esse subiecti, non reddit rationem de esse eiusdem. Et hanc credo esse intentionem Philosophi; primò, enim probauit, quòd nulla scientia reddit rationem de quod quid est ipsius subiecti; ex hoc autem concludebat, quòd non reddit rationem de eius esse.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum quod quid est, & essentia possit ostendi per demonstrationem? Respondeo dicendum, quòd hæc quæstio non est ea dem cum præcedēti; nō enim omnis essentia uel quidditas est subā, qa quidditas & essentia in oī prædicamento reperitur. Dico ergo ad quǣnē, ꝙ ipsum ꝙ quid est ostēdi, pōt esse duobus modis; primo mō ꝙ ipsū ꝙ quid ē explicetur ꝑ aliquid; ita ꝙ ipsum quod quid est ostendi, nihil aliud sit, nisi ipsam quidditatē explicari; & sic ipsum quod quid est ostendi, solùm est per uiam diffinitiuā, & non demonstratiuā. Non enim demōstratio ad hoc ordinatur, ut ostēdat quid est hoc; sed ut ostē dat esse huius in hoc: sed ad hoc ordinatur uia diffinitiua; diffinitio enim non est aliud nisi explicatio huius quid, quod quæritur: sicut enim aliud est quærere, utrū hoc est hoc: & quid est hoc: ita alia ostensio est, quę ordinatur ad primum, & ista est ostensio syllogistica: & alia est ostensio, quæ ordinatur ad secundum; & ista est diffinitiua ostensio. Si ergo quęratur, utrum hoc sit hoc? nūquam respondetur diffinitio; sed ad hoc confirmandū, & probandum solùm datur uia syllogistica: sicut si quæratur, quid est homo? non datur uia syllogistica, uel demonstratiua; sed solùm diffinitiua. Sic ergo patet, quòd si intelligatur ostendi quod quid est, quia ipsum quod quid est explicatur; tūc ipsum quod quid est sola diffinitione ostenditur. Secundo modo potest intelligi ostendi ipsum ꝙ quid est, quia ipsum qđ quid est explicatū cōcluditur de eo, cuius est: & hic modus multū differt à primo, quia primus modus solūm cōcernit quæstionē quid est: secundus autē modus concernit quæstionē, utrū est: differt. n. quærere quid est homo; & utrū qđ quid est hominis sit huius diffiniti. s. hominis. Ad primā ergo quęstionē patet, quo modo non ordinatur demōstratio; sed diffinitio.

Quidditas & essentia non est in omni prædicamento.

Quod quid est, quo ostenditur.

Demonstratio an ordinetur ad quod est.

Restat ergo uidere, utrū ad secundū modū ostensionis ipsius qđ quid est, ordinetur demōstratio? Ad qđ dico, ꝙ non: cuius ratio est, quia sēper in demōstratione, propriè accepta, prędicatū cōcluditur de subiecto ꝑ aliquod mediū; quod uicinio ri modo attingit subiectū, quā ipsū prædicatū: mediū enim syllogisticū reducit conclusum ad id, de quo concluditur; hoc autē non posset esse, nisi quia uicinius est ipsi subiecto, quā sit ipsum conclusum. Si ergo hæc sunt uera, cū nihil sit uicinius diffinito, quā sua diffinitio; impossibile est, quòd unū propriè cōcludatur de alio: quia unā realitatē dicit diffinitio, & diffinitū. Sciendū tamē ꝙ ꝑ sum cōpletum qđ quid est, quia cōprahendi omnes cās, uicinissimū est illi, cuius est: si tamē ipsū qđ quid est diuidatur ꝑ causas; ita ꝙ unū qđ quid est de eadē re detur ꝑ finē, & aliud ꝑ formā; & cū una causa habeat aliquē modū prioritatis respectu alterius; potest concludi unum quod quid est per aliud: sicut aliquando finis imponit necessitatem formæ, & forma materiæ.

Diffinitio & diffinitū unam realitatē dicūt.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum esse existentiæ possit demonstrari de re, cuius est? Respondeo quæstio præcedens fuit de esse essentiæ, hæc autem de esse existentiæ. Ad hanc quæstionem dicunt aliqui sic: quòd esse existentiæ demonstrari potest. Ad cuius euidentiam primò dant imaginationem: secundò ostendunt, ꝙ est illud esse, quod potest demonstrari. Dicunt ergo sic primò, ꝙ tria dēmus imaginari, primò ipsum esse existentiæ, secundò ipsam quidditatē siue essentiam, à qua oritur hoc esse existentiæ; & tertiò ipsam ens, cuius est hoc esse existentiæ. Hęc tria sic se hēnt, ꝙ ipsa quidditas est quoddam medium inter ipsum esse existētiæ, & ipsum ens; quia ipsum ens est existens per ipsam quidditatem siue essentiam: imaginantur. n. ipsum ens sicut hominem; essentiam uel quidditatem sicut humanitatem; esse sicut actualem existentiam hominis: fit ergo humanitas mediū inter hoīem, & esse existentię hoīs; quia ergo ipsa quidditas tenet medium inter esse, & ens; esse de ente demonstrari poterit per quidditatem, & maximè quia esse oritur à quidditate. Scdò ostēdūt, quale esse est, quod demonstratur. Ad cuius euidentiam notant, ꝙ de rōne demonstrabilis sunt tres proprietates. Prima est, ꝙ non sit de primis conceptibus; quia si esset de primis conceptibus; non demonstraretur: oīs. n. conceptus demōstratiuus est conceptus reductus. Scda proprietas ē, ꝙ illud, qđ non demonstratur; non dēt esse essentia, sed esse; quia demōstrō cadit super esse, dissō uerò super essentiam. Tertia proprietas ēst, ꝙ oē demonstrabile diffinibile est; oē āt diffinibile hēt genus & drīam. Propter primam proprietatem esse in generali non est demonstrabile, sed esse huius, uel illius; quia esse in generali est de primis conceptibus; non āūt est huius, uel illius: sed esse ideo est de primis conceptibus in generali, quia per se notum est, ꝙ aliquid est; non āt per se notum est de aliquo in particulari, ꝙ sit. Propter secundā, & tertiam proprietatem esse primi nō est demonstrabile: primò quia esse eius est sua essentia (&. n. esse rei, qđ non est essentia rei, demōstrari pōt: esse āt, qđ est essentia; demonstrari non potest, nisi forte ex posterioribus: sicut demonstramus Deum esse per effectus) secundò ēt demonstrabilis non est, quia non est diffinibilis; cum nō hēat genus. Vr āt mihi dicendum, ꝙ esse existentiæ cuiuscunq; propriè non demonstratur: & primò de esse primi: tum quia idem est esse, ꝙ essentia; sicut dicunt, & benè; tum quia diffinibilis nō est. De esse āt aliorū duplex rō reddi pōt, quare non demonstratur: una rō est, ꝙ illud, qđ demonstratur de aliquo, ad illud, de quo demonstratur, comparatur sub habitudine necessarii, non possibilis; sicut habere tres comparatur ad triangulum sub habitudine necessarii: existentia au-

Responsio aliorum ad quæsitum.

Demonstrandū, tria debet habere.

Opinio propria.

tem rei in aliis rebus à primo; ad cuius est existentia, comparatur sub ratione potentię; at verò illud, de quo demonstratur aliquid; non debet esse sub quadam indifferentia ad conclusum, & ad oppositum illius; non enim triangulus respicit habere tres, & non habere; sed tantùm respicit habere tres: modò existentia rei aliquo modo est indifferens ad esse existentię, & non existentię.

Aliàs, existentia.
Aliàs essentia.

Secunda ratio est, quia (ut dictum est in precedentibus) demõstratio non cadit super esse essentię, nec super esse existentię, quia ipsa existentia accidit scibili: sed cadit super esse, quod est uerum; quod consistit in habitudine necessaria prędicati ad subiectum; cuius contrarium, scilicet non esse uocatur falsum; de quo dictum est satis in Quinto, Capitulo de Ente. F Vnde cum etiam demonstramus Deum esse; demonstramus hanc propositionẽ esse necessariã, Deus est; quia existẽtia in se à nobis nõ attingitur, sicut nec essentia.

Deum esse, quõ demonstramus.

Quoniam uerò Physica scientia est circa genus quoddam entis; nam circa tale est substantiã, in qua est principium motus, & quietis in ea: palàm quia nec actiua, nec factiua est; factiuarum.n. in faciente principium, aut intellectus, aut ars, aut potẽtia quędam. Actiuarum uerò in agente pro æresis, idest electio; idem enim agibile & eligibile. Quare si omnis scientia aut actiua, aut factiua, aut theorica. Physica Theorica quadam est.

Postquam ostensum est, quòd nulla scientiarum particularium est illa, quæ tractat de ente, in quantùm ens; hic ostendit, quòd Physica non est G illa, quæ tractat de tali ente; quia magis uidebatur de illa, quàm de aliqua alia. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, ꝙ scientia Physica est Theorica. Secundò ostendit, ꝙ est Theorica circa spãle ens. Secunda ibi [Sed Theorica circa tale.] Dicit ergo primò, ꝙ scĩa Physica est circa quoddam genus entis, quia circa substantiam, in qua est principium motus & quietis: ex quo manifestum est, ꝙ non est scĩa practica; quia nec est actiua, nec factiua: principium.n. sciarum actiuarum est in faciente; & est intellectus, uel ars, uel alia potentia quędam (uocat ãt istam potẽtiam. potentiam exequentem) quia ad factum p artem tria principia concurrunt. s. intellectus; secundò ars, quæ est habitus & regula intellectus; H tertiò potentia, quæ exequitur actum: principiũ autem actiuarum est in agente, & est proæresis, idest prælectio: idem.n. est eligibile, & agibile. Quare si omnis scientia practica est actiua, uel factiua, uel theorica; & ipsa Physica, nec est actiua, nec factiua; quia principium rerum Physicarum est in rebus; actiuarum ãt in agente; factiuarum uerò in faciente: manifestum est, ꝙ Physica theorica est. Est ergo ratio Philosop. in hoc: scĩa practica est circa aliquod agibile, uel factibile; cuius principium actionis, uel factionis est in nobis: scientia Physica non est huiusmodi, quia est tantùm circa speciale; & si mobile sit, tamẽ principium illius motionis in nobis non est, sed in

Physica circa quæ uersatur, & qualis scientia.

Principiũ scientiæ factiuæ, et actiuæ.

E re: unde Comm. principium faciens naturalia nõ est in nobis. Ex quò notandum est, ꝙ si res naturales respectu intellectus nostri haberent rationem factibilis, sicut habent res artificiales; scientia Physica esset scientia practica: obiectum.n. huius scientiæ respectu intellectus nostri ita esset speculabile, quod esset factibile; sed quia intellectus noster non habet rationem factibilis, ideo respectu intellectus nostri ita habent rationem speculabilis, ꝙ non factibilis; & ideo scientia respectu earum ita est speculatiua, ꝙ non factiua; & per consequens theorica. Videtur ergo Philosophus innuere, ꝙ scientia practica est circa obiectum speculabile à nobis; tamen agibile, uel factibile; ita ꝙ agibile, uel factibile est illud, qood dat F sibi, ꝙ sit practica: sciẽtia autem theorica est, quæ est circa obiectum speculabile à nobis, non factibile, nec agibile. Et hoc est, quod dixit Comm. uolens ostendere, ꝙ scientia Physica est theorica; quia in nobis non est potentia faciens res naturales, ideo theorica est. Ex quo patet, ꝙ scientia diuina respũ rerum naturalium practica est: & potest dici, ꝙ res naturales respũ illius sciæ hẽnt & rationem speculabilis, & rationem factibilis; & principium faciens res naturales est in sciẽtia diuina. Notandum est, quòd differt actio, & factio; quia actio est perfectio agẽtis; factio autem est perfectio facti: & secundùm hoc sunt duo habitus practici: unus, qui regulat actionem; eo modo quo dicimus, quòd prudentia, est regula actio G num nostrarum; & iste dicitur habitus actiuus: alius habitus est, qui regulat factionem; eo modo quo ars est regula ædificationis: & iste dicitur habitus factiuus.

Verba Cõ.

Sciẽtia practica, et speculatiua theorica circa quæ...

Scĩa diuina quõ est practica respũ rerum naturalium.

Differentia inter actionem, & factionem.

Sed Theorica circa tale ens, quod est possibile moueri; & circa substantiam, quæ est secundùm rationem, ut secundùm magis, non separabilem solùm.

Ostendit, quòd illa scientia Physica non est de ente, inquantùm ens, dicens: sic ergo Physica Theorica est: sed tamen Theorica, non circa omne ens, sed circa ens, quod possibile est moueri, & circa ens mobile: concernit enim motum: est enim sua speculatio circa substantiam aliquam, quæ secundùm rationem non est separabilis, ut in pluribus: quod dicit propter intellectum, qui aliquo modo separabilis est; & tamen cadit sub H consideratione Physici, ut uidere est in 2. Physic. tex. comm. 26. & circa. Deinde cum d.

Oportet autem quod quid erat esse, & rationem quomodo est, non latere; quia sine hoc quærere nihil est facere; differentiũ autem, & ipsorum quod quid est: hoc idem ita fit, ut simum: illa uerò ut concauũ. TEX. 2.

Postquam ostendit, ꝙ nulla scientiarum particularium, nec etiam Physica tractat de ente, inquantùm ens: hic ostendit, ꝙ illa scĩa, quæ tractat de substantia immobili & separata à materia, est illa, quæ considerat de ente inquantùm ens. Et diuiditur in duas partes; quia in prima parte ipse uenatur tres scientias theoricas; quarum ultima est de substãtia immobili, & separata à materia: secundò

Metaph. abstrahit à materia.

secundò ostendit, quòd ista theorica, quę est de substantia immobili, est illa, quam quærimus; quę scilicet tractat de ente, inquantùm ens. Secunda ibi [Dubitabit autē aliquis] Prima pars adhuc diuiditur in duas: quia ī prima parte uenatur tres modos theoricos sciendi; in secunda parte concludit istos modos: Secunda ibi [Quare tres erūt] Prima pars in tres, quia primò uenatur primam theoricam, scilicet Physicam: secundò secundam, scilicet Mathematicam: tertiò tertiam, scilicet de ente immobili. Secunda ibi [Sed est Mathematica theorica] Tertia ibi, [Si uerò est immobile aliquid] Prima in tres, quia primò inuenit tres modos diffiniendi: secundò illos modos manifestat: tertiò ex altero illorum concludit, qualis est theorica Physica. Secunda ibi [Differunt autem] Tertia ibi [Sed omnia Physica] Dicit ergo quòd si uolumus deuenire in distinctionē scientiarum theoricarum, oportet nos non latere quod quid erat rei, & rationem, idest diffinitionem: quia uelle quærere distinctionem scientiarum sine diffinitione, nihil quærere est: modi autem diffiniendi & ostendendi ipsum quod quid est, sunt duo, aliqua enim diffiniuntur sicut simum, alia sicut cauum. Notandum est, quòd distinctio sciētiarum magis attēditur penes distinctionem rationum, quàm secundùm distinctionem rerum; uidemus enim quòd circa unam & eandem rem sunt duæ scientiæ secundùm aliam & aliam rationem, & diffinitionem illius rei; eadem enim res, ut habet rationem entis, cadit sub una scientia; ut habet rationem entis materialis sub alia; & hoc est propter uarietatem diffinitionis & rationis, non rei: Debemus enim imaginari, quòd ita se habet subiectum scientiæ ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam: subiectum enim in scientia duplex est; subiectum, scilicet in quo est scientia, & iste est intellectus, qui per scientiam perficitur; & de isto nihil ad propositum: aliud est subiectum in scientia illud, circa quod uersatur scientia; quod ideo uocatur subiectum, quia in scientia supponitur: ita quòd scientia circa illud uersatur, tāquam circa quoddam suppositum ab ea; ergo subiectū est obiectum habitus scientialis: & ideo sicut se habet obiectum ad potentiam; ita istud subiectū ad habitum scientialem: sicut ergo diuersitas potentiarum non est pœnes diuersitatem realem in obiecto, sed rationum, & diffinitionum: ita similiter diuersitas habituum, & scientiarum est pœnes diuersitatem rationum, & diffinitionum: & ideo benè dixit Philosophus, quòd si latet diuersitas diffinitionum, latebit diuersitas scientiarum. Deinde cum dicit.

Modus diffiniendi duplex.

Distinctio scientiarum penes quid.

Subiectū in scientia duplex.

Subiectum est obiectū habitus scientialis.

Differunt autem ea; quia simum conceptum est cum materia: est enim simus nasus concauus; concauitas uerò sine materia sensibili.

Manifestat istos duos modos diffiniendi, dicens sic: ergo aliqua diffiniuntur sicut simum; & aliqua sicut cauum: differenter tamen, quia simū ex sui diffinitione concernit materiam sensibilē;

A eo quòd simus est nasus cauus; nasus autem materia sensibilis est: concauitas autem non concernit in sui diffinitione materiam sensibilem. Vbi Commentatoris concernit materiam, concernit materiam intelligibilem: est. n. cōcauitas profunditas superficiei: superficies. n. magis dicit materiam intelligibilem, quàm sensibilem. Intendit ergo Philosophus per hæc duo exempla dare intelligere duos modos diffiniendi generales; quia quædam cōcernunt in sui diffinitione materiam sensibilem, quędam materiam intelligibilem. Deinde cum dicit.

Simū, & cō cauum quid sint, & quō diffiniunt.

Sed omnia Physica similiter simo dicuntur: ut nasus, oculus, facies, caro, os, totaliter animal: Folium, radix, cortex, totaliter planta. Nullius enim sine
B *motu ratio eorum, sed semper habet materiam, Palā quomodo oportet in Physicis ipsum quid est quærere, diffinire. Ideo, & de anima speculari aliqua est Physici: quæcunque non sine materia est. Ergo quia Physica theorica, manifestum est ex illis.*

Ostendit, qualis theorica est theorica Physicę; ostendens, quòd sua speculatio est circa illa, quæ concernunt materiam sensibilem in sui diffinitione: & sic dicit, quòd si omnia Physica, idest natura lia similiter diffiniuntur sicut simum, quia concernunt materiam; ut est nasus, oculus, facies, caro, os, & uniuersaliter animal; folium, radix, cortex, & uniuersaliter planta: ratio enim omnium istorum semper habet materiam, quia semper concernit motum: motus autem semper arguit materiam.
C Si ita est, manifestum est, quomodo oportet quærere quod quid est in Physicis; quia semper cum materia oportet diffinire; & ideo de quadā anima, quæ sine materia non est, oportet Physicū speculari. Si hæc ergo sunt uera, manifestum est, quòd Physica est quædam theorica circa rē, quæ concernit materiā in sui diffinitione. Est ergo rō Philosophi in hoc: talis est theoria, & speculatio scientię, qualis est diffinitio & modus diffiniendi; sed modus diffiniendi in Physica est per concernentiam materię; quia omnia diffiniuntur ad modum simi; ergo sua speculatio, & sua theoria est circa rem materialem. Notandum est propter dictum Philosophi, quòd de quadam anima dubium non est, quòd à materia non separatur, sicut de uegetatiua; & ideo de tali debet speculari Phy-
D sicus: quia autem de intellectu dubium fuit; ideo notabiliter dixit Philosophus, de quadam; quia de intellectu, secundùm quòd est inseparabilis, speculatur primus Philosophus: secundùm quòd uerò aliquo modo est actus corporis, speculatur Physicus. Deinde cum dicit.

Modus diffiniendi Physici.

Modus cōsiderandi sumitur à modo diffiniēdi.

Sed est Mathematica theorica. Sed si immobiliū & separabilium, adhuc non manifestum. Quia tamen Mathematica, in quantùm sunt immobilia, & inquantùm separabilia speculatur, palàm.

Ostendit, qualis theorica est ipsa Mathematica, dicēs; quòd & ipsa Mathematica theorica est: Vtrum autem sua speculatio, uel sua theoria, sit circa immobilia, & separata secundùm rē; adhuc

non eſt manifeſtum; quia fortè adhuc tunc non erat manifeſtum, utrum Mathematica eſſent in rebus, uel à rebus ſeparata: manifeſtum tamē eſt, quòd quædam ſcientia Mathematica conſiderat aliqua inquantùm immobilia, & inquantùm ſeparabilia. Notandum eſt, quòd multùm differt aliquid conuenire alicui ſimpliciter, & conuenire cum reduplicatione: multùm enim differt dicere, quòd homo ſit albus coloratus; & quòd homo, inquantū albus ſit coloratus: à ſimili in propoſito illa, quæ cadunt ſub ſpeculatione Mathematici, ſunt & in motu, & in materia: & tamen inquantùm cadunt ſub ſpeculatione Mathematici, ſub iſta ſpeculatione immobilia & ſeparabilia ſunt; licèt enim magnitudo in materia ſit, tamen inquātùm conſideratur à Geometra; præter motum & materiam conſideratur: & eodem modo dico de numero reſpectu Arithmetici. Dicit autē quædam Mathematica eſſe circa immobilia & ſeparabilia, quia magis manifeſtum eſt de quadam Mathematica, ſicut de Geometria, & Arithmetica, quàm de Aſtrologia; quæ quidem cōſiderat rem mobilem, ſcilicet corpora cœleſtia. Deinde cū d.

Mathematica abſtrahit a motu.

Vide. 3. Metaph. 3. & in. 7. 35. & 2. Phy. 18. et 71. et 1. de Anima. 17.

Si uerò eſt immobile aliquid ſempiternum, & ſeparabile; palàm quia eſt Theoricæ id noſſe; non tamē Phyſicæ. Nam de mobilibus quibuſdam eſt Phyſica; Sed nec Mathematicæ, ſed prioris ambarum.

Venatur tertiā ſciā Theoricā, quæ eſt circa ſubſtantiam immobilem. Et duo facit, quia primò proponit unam concluſionem, quæ eſt; quòd ſi eſt aliqua ſubſtantia ſempiterna & ſeparabilis, quòd illa cadit ſub ſcientia theorica: ſecundò oſtendit, quòd iſta theorica, ſub qua cadit; non eſt Phyſica, nec Mathematica, ſed aliqua prior. Secunda ibi, [Phyſica namque circa] Quantùm ad primum ergo dicit, quòd ſi eſt aliquid immobile, & ſeparabile, & ſempiternum; manifeſtum eſt, quòd notitia eius ſpectat ad ſciā theoricā, & nō practicā.

Phyſica namque circa inſeparabilia forſan quidem, ſed non immobilia. Mathematicæ autem quædam circa immobilia, ſed & inſeparabilia forſan, ueruntamen quaſi in materia. Prima uerò circa ſeparabilia, & immobilia. Neceſſe uerò communes quidem cauſas ſempiternas, & maximè has. Hæ namque cauſæ manifeſtis ſenſibilium ſunt.

Tertia ſcia theorica.

Oſtendit, quòd hæc theorica non eſt Phyſica, nec Mathematica, dicens: ſi ergo ad Theoricā ſpectat ſpeculatio huius, non tamen ad Phyſicam, quia Phyſica eſt circa mobilia, & eſt de quibuſdā mobilibus; hæc autem entia, quæ quæruntur; immobilia ſunt: nec etiam ſpectat ad Mathematicā, ſed ſpectat ad aliam ſcientiam, quæ prior eſt ambabus; quia Phyſica eſt circa inſeparabilia à materia, & circa illa, quæ non ſunt immobilia, ſed mobilia: quædam autem Mathematicæ, ſicut Geometria, & Arithmetica, ſunt benè circa immobilia, ſed iſta immobilia inſeparabilia ſunt fortè (dixit autem, fortè; quia tempore illo adhuc non erat manifeſtum, utrum eſſent ſeparata, uel non) iſta uerò ſcientia prior ambabus eſt circa ſe-

E parabilia, & immobilia; quia eſt circa cauſas, quas cauſas neceſſe eſt eſſe ſempiternas, id eſt ingenitas; ne ſit procedere in infinitum; & maximè has cauſas, quæ inquiruntur; quia hę cauſæ ſunt illæ, quę ſeparatæ à ſenſibus ſunt cauſæ ſenſibilibus manifeſtis. Notandum eſt ſecundùm Commentatorem duplex ſeparatio eſt, ſecundùm rem & ſecundùm diffinitionem: ſeparatio ſecundùm rē eſt, quando res de ſe non eſt in materia: de qua ſeparatione dicit hic Philoſophus, quòd aliqua prima ſcientia eſt circa ſic ſeparabile: cuius eſt ratio, quia circa illud Phyſica eſſe non poteſt; quia illa, circa quę uerſatur Phyſica, inſeparabilia ſunt à materia ſecundùm rem: nec Mathematica, quia Mathematica uerſatur etiam circa illa, quæ ſunt

Separatio duplex ex doctrina Cōmen.

F in materia realiter: Secunda ſeparatio eſt ſecundùm diffinitionem: & hæc eſt, quando aliqua ita ſe habent, quòd realiter quidem coniunguntur, tamen ſeparantur per conceptum: quia cōceptus unus totius concipitur præter conceptum alterius; eo modo quo dicimus, quòd magnitudo, & materia realiter coniunguntur; & tamen non cōiunguntur conceptiuè; quia conceptus magnitudinis totius concipitur præter conceptum materiæ, & motus: & circa talia ſic ſeparata Mathematica eſt, quæ quidem non ſunt ſeparata ſecundū rem, ſeparata tamen ſecundùm rationem.

Quæreret aliquis, Vtrum hæc ſcientia prima, quæ quæritur, ſit circa ſeparata ſecundùm rem? Videtur quòd non; quia hęc ſcientia (ut infra patebit) eſt circa ens inquantùm ens; ens autem in-

Quæſtio.

G quantùm ens non eſt ſeparatum; ſi enim ens inquantùm ens eſſet ens ſeparatum ſecundùm rationem, omne ens eſſet ſeparatum: quando enim aliquid contingit alicui ſub reduplicatione, contingit uniuerſaliter. Ad oppoſitum eſt litera Philoſophi. Reſpondeo in iſta queſtione duo ſunt declaranda: primum eſt, quot modis ſumitur abſtractio & ſeparatio: ſecundum eſt, quòd hęc ſcientia eſt circa ſeparata. Ad euidentiam primi notādū eſt, quòd duplex abſtractio eſt: prima eſt uniuerſalis à particulari: ſecunda eſt formę à materia: & multum differt prima à ſecunda: quia quando abſtrahitur uniuerſale à particulari, totum abſtrahitur à toto; conſiderare enim aliquid ſub ra-

Abſtractio duplex.

H tione uniuerſalis, & particularis eſt conſiderare idem totum duobus modis; dicere enim hunc hominem, & hominem; eſt dicere eandem rem duobus modis: ex hoc enim conſurgit uniuerſale, & particulare, quia idem totum duobus modis concipitur; & per conſequens duobus modis ſignificatur. Quando autem abſtrahitur forma à materia, abſtrahitur, & diuiditur pars à parte: formam autem abſtrhahi à materia poteſt eſſe duobus modis, ſcilicet uel ſecundùm rem, uel ſecundùm rationem (uocatur autem abſtractio ſecundùm rem, quæ oritur à natura rei; ſecundùm uerò ratione, quæ ex ui rationis oritur) illæ ergo formæ dicuntur abſtractæ ſecundùm rem à materia, quæ ex natura ſuæ realitatis non

Formā abſtrahi à materia duplíciter.

ſunt

A sunt immersæ in materia, sed sublimatæ ab ea: sicut sunt substantiæ sempiternæ: nam eo ipso quod sempiternæ sunt, possibiles non sunt; & si possibiles non sunt, non habent materiam: illæ autem formæ sunt abstractæ secundùm rationem, quæ quidem secundùm rem sunt immersæ materiæ; tamen propter uim intellectus & rationis concipiuntur præter materiam; quia ipsa ratio est apta nata diuidere conceptiuè multa, quæ sunt aduna ta in esse. Sic ergo secundùm hoc habemus triplicem abstractionem: primam, scilicet uniuersalis à particulari: secundam formæ à materia secundùm rationem: tertiam formæ à materia secundùm rem. Prima abstractio est necessaria in omni scientia, quia ipsa scientia est circa rationes cōmunes particularium; circa autem formas secundo modo abstractas, scilicet secundùm ratione, est Mathematica: circa uerò formam tertio modo abstractam debet esse aliqua scientia prima, quę sit prior & Physica, & Mathematica: & hoc est, quod debet probari in secundo articulo.

Quæ abstractio sit necessaria in omni scientia.

Secundus articulus.

Secundus ergo articulus est, quod scietia prior ambabus, est circa separata secundùm rem: patet duplici uia. Prima uia est ex proportione, quæ est inter obiectum, & scientiam: quæ uia sic est manifesta: proportio enim inter obiectum & scientiā est talis, quia scientia eleuatior debet habere obiectum eleuatius; & scientia prior obiectum prius: eo ipso quòd ista scientia uocatur prior ambabus, eo ipso est eleuatior ambabus; & eo ipso suum obiectum debet esse eleuatius obiecto primæ, & secundæ: cum ergo obiectum primæ, scilicet Physicæ sit in materia secundùm rem, & secundùm rationem: & obiectum secundæ, scilicet Mathematicæ sit in materia secundùm rem, licèt non secundùm rationem; oportet quod obiectum huius, quod est prior ambabus, si debet esse eleuatius, non sit in materia, nec secundùm rem, nec secundùm rationem; & sic patet prima uia.

Proportio inter obiectum, & scientiam.

Secunda uia est uia Phylosophi, & est uia talis: omnis scibilitas in obiecto sub aliqua scientia cadere debet: debemus enim imaginari, quòd scibilitas in obiecto est quædam actiuitas, apta nata mouere intellectum; & intellectus est aptus natus actiuari & habituari secundùm illam scibilitatem: ita quòd sicut scibilitas facit propriam actionem in intellectu; ita secundùm illam intellectus est aptus natus habere proprium habitum scientialem: ita quòd eadem scibilitas cadit sub aspectu habitus scientialis: non enim debemus imaginari, quòd unum scibile respicit habitus, & aliud scibile respicit intellectus; sed unum & idem scibile est, quod suo modo cadit sub aspectu utriusque. Si ergo ita est, cum scibilitas substantiæ separatę cadat sub aspectu intellectus, oportet quòd cadat sub aspectu alicuius habitus scientialis: non autem potest cadere sub aspectu habitus Physici; quia hæc scibilitas est eleuatior scibilitate habitus Physici; nec potest cadere sub aspectu habitus Mathematici propter eandem rationem; ergo oportet quòd cadat sub habitu priori ambobus: si enim sub nullo habitu caderet, uel scibilitas esset otiosa; uel deficeret nobis unus habitus nobilissimus. Debemus enim imaginari (sicut pluries dictum est) quòd scibilitas respectu intellectus se habet ad modum actiui; & intellectus ad modum passiui; si ergo deficeret nobis iste habitus respectu ipsius scibilitatis, intellectus noster non esset actiuatus ab ista scibilitate; & sic & potentia passiua ex parte intellectus; & potentia actiua respectu scibilitatis huius essent otiosæ: sic ergo patet, quòd aliqua scientia est de separatis secundùm rem. Videndus est ergo modus, &

Scibilitas in obiecto quæ.

Metaphysica quo est circa abstracta.

B hoc propter argumentum in oppositum: ubi notandum est, quòd ista scientia prima (sicut dicetur inferiùs) est circa substantias separatas, quæ quidem sunt separatæ secundum rem; & est circa ens inquantum ens: de quo dubium est, utrum separatum sit secundùm rem. Dicunt ergo quidam, quòd ideo ens inquantùm ens uocatur separatum secundùm rem, non quia omne ens sit separatum secundùm rem, sicut arguebat argumentum; sed quia non est de essentia entis, quòd sit in re materiali: si enim hoc esset de essentia entis, omne ens esset in materia: ita quòd ens inquantùm ens nec est in materia, nec non est; sed secundùm aliquam partem sui est, secundùm aliquam non est: quia ergo hec scientia dicitur esse de separato secundùm rem, cum ipsum ens inquantū ens hoc non habeat de sui ratione, dicitur ad Argumentum, & benè; quòd eadem scientia, quæ attingit ens inquantùm ens, attingit maximum ens, quod quidem maximum ens est ens separatum, ita quòd istud maximum ens cadit sub obiecto suo. Et hoc est ultimum de potentia, quod habet ista scientia, & ultimata nobilitas: & ideo ab illo denominatur. Et est exemplum. si eadem scientia attingeret totam naturam animæ; ultimus, & nobilior gradus, quem attingeret; esset gradus intellectiui, & posset dici scientia de intellectu: à simili dico in proposito; scientia, quæ determinat de ente inquantùm ens, oportet quod attingat causas entis; in quibus causis maximè reseruatur ratio entis; & sic patet modus istius sciētiæ, & soluunt argumentum. Deinde cum d.

Ens ut ens unumquidsit separatū secundū rem.

C

Ultimum potentia huius scientiæ quod sit.

D *Quare tres erunt Philosophiæ theoricæ, Mathematica, Physica, & Theologia. Non enim immanifestum si alicubi diuinum existit, in tali existit natura. Et honorabilissimam scientiarum oportet circa honorabilissimum genus esse. Ergo Theoricæ aliis scientiis desiderabiliores sunt.*

Concludit tres theriocas: & primò ponit conclusionem suā, dicens: quòd tres sunt partes theoricæ, scilicet Mathematica, Physica, & Theorica. Deinde ostendit, quare ista uocatur Theologia; & hoc duabus rationibus: quarū prima talis est: scientia ista est de substantia separata secundùm rem à materia & motu; in tali autem natura separata existit esse diuinum, & non in altera: Est ergo ratio in hoc; hæc scientia est de esse separato

Numerus scientiarum Theoricarū primarum.

Metaphysica cur Theologia.

to secundùm rem; infra hoc esse est esse diuinum; ergo hæc scīa est de esse diuino; si de esse diuino, ergo scīa diuina; & si sic, ergo theologia: Theologia enim idem est, ꝙ sermo de Deo. Secunda rō talis est: scientia honorabilissima est circa obiectum honorabilissimum; scīa quæsita est honorabilissima, ergo suum obiectum est honorabilissimum; non potest autem esse honorabilissimum, nisi infra illud contineatur esse diuinum; ergo est diuina, & theologia. Quòd autem sit honorabilissima, patet; quia inter theoricas est magis desiderabilis; theoricæ autem magis sunt desiderabiles practicis, hæc ergo magis desiderabilis practicis, & theoricis: Hæc igitur dicta sint de tribus theoricis scientiis. Deinde cum dicit. *Metaph. honorabilissima scientiarum.*

TEX. 3. ***Dubitabit autem aliquis, utrum prima Philosophia sit uniuersalis, aut circa aliquod genus, aut naturam unam. Non enim idem modus nec in Mathematicis; quia Geometria et Astrologia circa aliquā naturam sunt; illa uerò uniuersaliter omnium est communis.***

In parte ista postqnam ostēdit, quòd una theorica est de substantia immobili; hic ostēdit, quòd eadem theorica est illa, quæ est de ente inquantùm ens, & quę debet dici uniuersalis. Et sic confirmat Commentator hanc partem; unde dicit: *Sententia Commen.* postquam declaratum est, talem scientiam esse, quę dr̄ prima Philosophia; rectū est quærere, utrū sit uniuersalis pluribus generibus, aut sit unius determinati generis: Et secundùm hanc continuationem hæc pars diuiditur in duas partes, quia primò quærit: utrū hæc Philosophia inuenta, quæ dicitur prima; sit illa, quæ est uniuersalis? secundò ostendit, quòd sic; ostendēs quòd illa eadem, quæ est prima, est uniuersalis: Secunda ibi [Si quidem igitur non est aliqua altera] Ponit ergo primò dubitationem cum ratione ad unam partem, dicens sic: quòd dubitabitur ab aliquo, utrum ista Prima Philosophia iam inuenta, quæ ideo dicitur prior, quia est prior duabus scientiis iam dictis, scilicet Physica, & Mathematica; sit scientia uniuersalis, ita quòd sit de ente inquantùm ens; an sit circa genus aliquod determinatum? Videtur enim quòd sit uniuersalis; quia non est idem modus in ista scīetia, & in mathematicis; eo quòd scientiæ mathematicæ, sicut Geometria, & Astrologia, sunt circa aliqnod genus determinatum, sicut circa numerum, uel aliquam aliam materiā: ista uerò scientia, quæ prima est, uidetur quòd sit uniuersaliter communis respectu omnium. Commentator autem aliter exponit istam literam; ubi enim nos habemus [Non enim est idem modus nec in mathematicis] litera sua habet [Nō enim est una species nec in mathematicis] Dicit ergo sic Commentator: ita quæsitum est, utrū hæc sciētia sit unius generis; non autem utrum sit unius speciei; quia etiam apparet, quòd mathematicæ non sunt unius generis, sed generū diuersorum: circa enim aliud genus est Astrologia, circa aliud Geometria: & tamen utraque est mathema- *Metaph. an uniuersalis, uel determinati generis.* *Expositio Commen.*

E tica: Et sic secundùm hæc, ista litera ostendit, ꝙ sicut uidetur, quòd mathematica est diuersorum generum; ita fortè uidetur quòd ista. Deinde cum dicit.

TEX. 4. ***Si igitur non aliqua alia substantia præter natura consistentes, Physica erit prima scientia. Sed si est aliqua substantia immobilis, ea prior, & Philosophia prima, & uniuersalis sit: & quia prima, & de ente inquantùm est ens, eius utique est speculari, & quod quid est, & quæ insunt inquantùm ens.***

Soluit quæstionem, ostendens; quòd ista, quæ est prima; quæ scilicet est de substantia immobili; est illa, quæ est uniuersalis, & est de ente inquātùm ens, dicens: quòd si non esset aliqua altera *Solū qōnis.*
F substantia præter substantiam physicam & naturalem, Physica esset prima scientia: sed quia est aliqua substantia immobilis, quæ quidem prior est, quàm substantia physica; ideo illa, quæ determinat de ista; & prima erit, & uniuersalis; cuius erit speculari de ente, inquantùm ens; ita ꝙ hæc scientia ideo erit prima, quia est de prima substātia, scilicet de immobili: ideo uniuersalis, quia de toto ente.

Quæreret quis. Vtrum si non esset alia substantia præter substantiam physicam, scientia Physica esset scientia uniuersalis, & prima? Videtur ꝙ non, quia scientiæ diuersificantur pœnes rationem, & non pœnes rem; ut dictum est in principio huius libri: sic ergo circa unam, & candem rem Physicam poterit considerari ratio entis, & *Quæstio.*
G ratio entis Physici; & ita circa unam rem erunt duæ rationes. Ita quòd differt considerare ens inquantùm ens, & ens inquantùm Physicum: & secundùm hoc alia erit scientia Metaphysica, quæ erit de re secundùm primam rationem: & alia scientia Physica, quæ erit de eadem re secundū rationem secundā. Ad oppositum est Philosophus. Respond. ad hanc quæstionem dicunt quidam sic; quòd quandocunque aliqua passio non excedit subiectum, illa eadem scientia, quæ est circa passionem, erit circa subiectum. Verbi gratia, si rectum & curuum non excedunt lineam, nec è conuerso; illa eadem scientia, quæ est circa rectum & curuum, erit circa lineam: ita ꝙ scientia considerans de recto & curuo, considerare po- *Opinio aliquorum.*
H terit de omni linea: cum ergo secundùm istam suppositionem Philosophi; si non esset dare aliam substantiam, nisi substantiam mobilem; motus esset eiusdem ambitus cum toto ente: & ita scientia eadem, quę considerat motum; considerare posset ens inquantùm ens, & vniuersaliter totum ens: illa autem, quæ de motu est, est Physica; ergo Physica esset de ente inquantùm ens, & sic erit prima. Hæc positio in duobus deficit, primò quia supponit, quòd de intentione Philosophi est, ꝙ si non esset dare aliam substantiam præter Physicam, quòd substantia Physica & mobilis conuerteretur cum toto ente; quod nunquam supposuit Philosophus: sed solùm uoluit hoc dicere, quòd facta hac suppositione, substantia Physica esset *Impugnā.*

prima

prima substantia,& primum ens; non tamen totum ens:ita quòd si esset dare solùm substantiam Physicam, adhuc differret considerare rationem substantiæ,& totius entis:adhuc enim infra ambitum entis essent accidentia, quæ haberent attributionem ad istam substantiam. Secundò deficit,quia adhuc stat argumentum: si enim totum ens esset mobile,adhuc est alia ratio entitatis, & mobilitatis,& per consequens alia scientiã. Dicatur ergo alia uia,quæ manifestat intentionẽ Philosophi: hic supponit Philosophus primò, quòd una & eadem scientia est primi entis, & illorum, quę habent attributionem ad primum ens; quia quę sunt infra unam attributionem, sunt unius scientię. Secundò supponit,quòd si non esset alia scientia pręter Physicam, substantia Physica esset primum ens:quod patet ex hoc,quia primum ens non potest esse accidens;de ratione enim accidentis est,ꝙ sit scd̃m ens,eo ꝙ in alio;ergo primũ ens substãtia ẽ:si igitur nõ esset alia substãtia pręter Physicam primũ ens esset substantia Physica. Ex his duabus suppositionibus patet intentio Philosophi: ex secunda enim suppositione substantia Physica esset primum ens; ex prima suppositione illa eadem scientia,quę esset de substãtia Physica, esset de toto ente,quia totum ens attributionem haberet ad istam scientiam, eoquòd ipsa esset ens primum: & ideo Philosophia naturalis considerans de substantia mobili, consideraret de toto ente; & ideo Antiqui non opinantes aliam substantiam, nisi naturalem & mobilẽ; intromittentes se de ista substãtia,credebantse intromisisse de natura totius entis. Intentio ergo Philosophi est in hoc, ꝙ si nõ esset alia substãtia præter Phisicam,eadem scientia esset prima, & uniuersalis;sed differẽti ratione:prima quidem eo quòd esset de primo ente:uniuersalis autem, quia omnis scientia,quæ est de primo ente,est de toto ente propter uim attributionis: quæ est de toto ente,est uniuersalis;sed quia substantia Physica non potest esse primum ens; quia eo ipso ꝙ Physica est,mobilis est;eo quòd mobilis est,prima non est;quia motor est prior ea:ideo scientia Physica non est prima: sed ea, quæ est de substantia seperata à motu; & ista eo ipso quòd prima,est uniuersalis,quia totum ens habet attributionem ad substantiam separatam. Ad formã argumenti dicendum est,quòd non omnes duę rationes faciunt duas species:quando enim una ratio habet attributionem ad aliam, tunc non faciunt nisi unam scientiam: sicut nunc est in Metaphysica;quia ratio primi entis,& ratio entis est alia;& tamen cadunt infra unam scientiam: quia ens habet attributionem ad primum ens. Et ãsimili si esset sola substantia Physica,alia esset ratio substantiæ mobilis,& alia ratio entis:tamen quia ratio entis haberet attributionem ad rationem substantiæ mobilis,ideo una scientia esset de eis.

Quæreret aliquis, Verum hæc scientia,quæ determinat de substantia separata,sit uniuersalis:ita

A quòd determinet de toto ente,sicut uult Philosophus? Videtur ꝙ non, quia si determinat de toto ente,aliæ scientiæ superfluunt. Ad oppositum est Philosophus? Rñ. hic sunt duo declarãda: primũ est,quòd hæc scientia,quæ est de primo ente, uniuersalis est: secundò uidendum est, quomodo est uniuersalis. Ad euidentiam primi distinguenda est duplex analogia: ens enim est analogum ad Deum,& ad creaturas; quia enti per essentiã (quale Deus est) & enti per participationem nulla ratio uniuoca est;quia quæ uniuoca sunt,unius rationis sunt: si ergo Deus,& creatura essent uniuoca,essent unius rationis;uel utrunque esset ens per essentiam, quod est impossibile propter creaturam;uel utrunque esset ens per participationẽ,

B quod est impossibile de Deo: uniuocè ergo non dicitur ens de eis. Nec æquiuocè; quia inter causam & effectum,& inter ens per participationẽ, & ens per essentiam aliqua attributio est,& analogia;ubi autem est attributio & analogia,ibi nõ est æquiuocatio: restat ergo quòd analogicè: ergo iam habemus unam analogiam entis creati ad increatum. Secunda analogia est omnium prædicamentorum ad substantiam: quę analogia differt à prima:quia hic omnia prędicamenta attributionem habent ad substantiam, sicut subiectum,in quo fundantur;non enim sunt entia nisi quia entia:ibi uerò entia creata analogiam habẽt ad primam causam, sicut ad primum efficiens, primam formam,& sicut ad ultimum finem. Secundò differt, quia ens, quod est analogum ad

C decem prædicamenta;est ens creatum, quod differt ab esse:quod tamen non est in ente,quod est analogũ creatori & creaturæ; eo quòd nihil creatum est analogum istis duobus: & etiã istud ens, ut saluatur in creatore,est ipsum esse: esse autem ut saluatur in creatura,non est ipsum esse. His uisis,ad propositum dico,quòd hæc scĩetia uniuersalis est, quia potest esse super utranque analogiam:quod patet,quia hæc scientia tractat de primo ente increato,quantùm potest de eo tractari per uim rationis humanæ;licèt aliter,quàm scientiã fidei: & hoc probauit Philosophus, quòd debet esse una scientia, quæ tractet de ente separato;eo autem ipso quòd tractat de ipso primo ente, tractat de omni ente, quod habet analogiam

D ad istud:quia (ut dictum est in præcedenti quæstione) eadem scientia est primi; & eorum, quæ habent attributionem ad primum;ergo hæc scientia potest super primam analogiam:& ex hoc est uniuersalis: quia ex hoc quòd potest super totũ ens analogum, ex hoc potest super totum ens; ergo est uniuersalis. Et hæc fuit intentio Philosophi in litera, qui primò probauit, quòd hæc scientia est de substantia separata;& ex hoc concludebat, quòd uniuersalis est,& de toto ente. Similiter patet,quòd potest super secundam analogiam;quia ista scientia principaliter est de subiecto prædicamentali propter attributionem omnium prædicamentorum aliorum ad substantiam: & ideo Philo-

Margin notes: Opinio propria. — Germana Philosophi intentio. — Solu. argu. — Quæstio. — Primus articulus. — Analogia duplex. — Vbi est analogia, ibi nõ est æquiuocatio. — Metaphysi. quo est scia uniuersalis.

Philosophus in pluribus locis dicit, ꝙ si debent quæri principia totius entis sufficis quòd quærātur principia substantiæ: si ergo potest super totam analogiam, potest super totum ens prædicamentale;& ex hoc uniuersalis est. Ita tamen ꝙ hęc analogia largitur sibi minorem uniuersalitatem, quàm prima: quia magis uniuersale est ens, quod est analogum ad creatum & increatum; quàm illud, quod est analogum ad decem prædicamenta; solùm enim ens creatum est sub prædicamento: sic ergo patet primus articulus, scilicet quòd hæc scientia est uniuersalis.

Secundus articulus.

Secundus autem articulus est, quomodo est uniuersalis. Ad cuius euidentiam est notandum, quòd dupliciter consueuit assignari subiectum in ista scientia: dicunt enim communiter omnes, quòd subiectum in ista scientia est ens inquantū ens:& secundùm istum modum ponendi substantia separata non est subiectum, sed pars subiecti. Alii autem aliqui ponunt, quòd substantia separata est subiectum primum, ad quod habet analogiam totum ens. Siue ergo ponatur primo modo subiectum; siue secundo uniuersalis est; tamē differenter: primo enim modo est uniuersalis propter uniuersale subiectum in prædicando: ubi sciendum est, quòd uniuersalitas subiecti non sufficit ad faciendam scientiam uniuersalem: aliàs quælibet scientia esset uniuersalis, quia quælibet scientia est de subiecto uniuersali; nulla enim scientia est de particulari: sed quando ita est, ꝙ scientia est de subiecto uniuersali, cuius consideratio se extendit ad illa, quæ considerantur in aliis scientiis, illa uocatur scientia uniuersalis: talis est ista scientia: quidquid enim consideratur in aliis scientiis sub ratione particulari, potest considerari in ista sub ratione entis. Similiter si in secundo modo ponatur subiectum, scilicet quòd subiectū eius primum sit substantia separata, adhuc ista scientia poterit dici uniuersalis; non quia suum subiectum sit uniuersale in prædicando, sed quia omne ens habet attributionem ad istum primū ens: & ideo considerando de primo ente, considerabit de omni eo, qđ est in analogia ad istud. Et hæc est uniuersalitas, de qua fecit mentionem Philosophus in hac litera. Primus autem modus uniuersalitatis, qui est propter uniuersale subiectum in prædicando; magis tenetur communiter: quem modum sequendo notandum est, ꝙ scientia uniuersalis potest dici tribus modis. Primus modus est, quando aliquid scitur de uniuersali subiecto, uniuersaliter sumpto, per causam primam secundùm quem modum dixit Philosophus in primo Posterior. quòd tunc magis scimus, quando scimus uniuersale, quàm quando particulare; ut tunc magis scimus, quādo scimus, quòd omnis triangulus habet tres, quàm quòd omnis isosceles: Cuius ratio duplex potest esse; prima est, quia habita prima scientia, habetur secunda; & non ē conuersò: sicut habito, quòd omnis triangulus habet tres; habetur quòd omnis isosceles, non tamen ē conuersò; Secunda ratio est, quia unaquęque passio tunc magis scitur, quando scitur in sua prima causa non resolubili; nunquam enim quiescit intellectus, donec resoluat passionem ad primam causam: eadem ergo passio, quæ scitur de triangulo, scitur de isoscele; sed de triangulo per causam primam & non resolubilem: & ista scientia uniuersalis iam dicta, actu continet particularem scientiam: quia uniuersale uniuersaliter sumptum, actu continet particularia. Secundò scientia uniuersalis est, quando aliquid scitur de subiecto uniuersali & communi, non uniuersaliter sumpto: ita quòd istud scitum sit scitum in communi,& uniuersali: eo modo quo potest sciri animal inquantùm animal, & non sciri inquantū homo: & isto modo uniuersalitatis Metaphysica communiter dicitur esse uniuersalis: potest enim aliquid sciri secundùm quòd ens, & non secundùm quòd hoc ens: secundùm quòd ens scitur in cōmuni, & cadit sub speculatione Metaphysici: secundùm quòd hoc ens, puta physicum, uel mathematicum: cadit sub speculatione aliarum scientiarum. Et si sic est, patet, quòd aliæ scientiæ non superfluunt, sicut arguebat argumentū: quia sub alia ratione considerantur scientiæ uniuersales; & sub alia scientiæ particulares. Tertio modo potest dici scientia uniuersalis, quæ considerat omnia, & in communi, & in particulari: utrum autē aliqua sit, uel non; nihil ad propositum: ad propositum tamen est, quia talis uniuersalitas communiter non attribuitur Methaphysicæ: & sic patet secūdus articulus: Ad argumentū patet per dicta.

Metaph. duplex subiectum.

Scientia, ut sit uniuersalis, quid requiritur.

Nulla scientia est de particulari

Scientia dicitur uniuersalis tripliciter.

Cap. de compartibus demonstrationum aduenientem.

Solutio ad argumenti.

Sed quoniam ens simpliciter dictum, dicitur multipliciter, quorum unum quidem est, quod secundùm accidens: & aliud, quod ut uerum: & non ens est falsum. Præter hæc autem sunt figuræ categoricæ, ut quid, quale, quantùm, ubi, quando: & siquid aliud significat hoc modo. Amplius præter hæc omnia, quod potestate, & quod actu.

Postquam ostendit, quòd hæc scientia est de ente inmobili, & de ente inquātùm ens; hic uult ostendere, de quo ente propriè non determinat hæc scientia; sicut superius dicebatur, & etiam de quo ente principaliter est. Et duo facit, quia primò dat multiplicem diuisionem ipsius entis, secundò exequitur illas diuisiones, determinando de ente inquantùm ens, & de ente immobili. Secunda ibi, [Quoniā itaq; multipliciter dicitur ens.] Dicit ergo primò quòd ens uniuersaliter dictum, & simpliciter, multis modis diuidi potest: primo enim modo diuiditur in ens secundùm se, & secundùm accidens, secundò diuiditur in ens, quòd uocatur uerum; ita quòd ens isto modo idem est quòd uerum, & non ens idem est quòd falsum: tertio modo ens diuiditur secundùm figuras prædicamentorum, ita quòd tot modis dicitur, quot modis dicuntur prædicamenta, eo modo quo dicimus, quid, quale, quātùm, ubi, & si quo alio modo dicuntur prædicamenta, dicitur etiā ens: quarto, & ultimo modo ens dicitur de ente in actu, &

Entis multiplex diuisio.

& de ente in potentia. Deinde cum dicit.

Quoniam itaque multipliciter dicitur ens: primum de eo, quod secundùm accidens, dicendum est, quòd nulla est circa illud speculatio.

Incipit exequi de natura entis, & de diuisionibus eius; secundò de ente immobili: quia hęc duo cadebant sub hac scientia, ut dictum est in lectione præcedenti. Secunda pars in principio Duodecimi. Prima in quinque, quia primò determinat de ente secundùm accidens: secundò de ente, quod est uerum: tertiò de ente secundùm quod saluatur in substantia, & aliis prædicamentis: quartò de ente secundùm actum & potentiā: quintò de uno, quod saluatur in uno & multis. Secunda ibi [Quoniam autem ut uerum ens,] Tertia in principio Septimi libri. Quarta in principio Noni. Quinta in principio Decimi. Prima in duas, quia primò ostendit, quòd nulla scientia in tromittit se de ente secundùm accidens, ut possit in fine concludere, quòd hoc ens prætermittendum est: secundò quia aliqualiter potest determinari de ipso ente per accidens, incipit de eo determinare quantùm possibile est. Secunda ibi. [Attamen dicendum est ampliùs de accidente inquantùm contingit.] Prima in tres, quia primò ponit conclusionem suam: secundò probat eam per signa: tertiò per rationem. Secunda ibi. [Signum autem.] Tertia ibi [Et hoc rationabiliter] Dicit ergo primò, quoniam ens dicitur multis modis; ideo dicendum est primò de ente secundùm accidens: primum autem, quod de eo dicendum est, est hoc; quia nulla speculatio scientialis est circa illud, scilicet de ente secundùm accidēs.

De ente secundum accidens.

Signum autem. Nulla enim scientia studiosa est de eo, neque actiua, neque factiua, neque theorica: non enim faciens domum, facit quæcunque accidūt domui facta. infinita enim sunt; his quidem enim uoluptuosam: illis nociuā: aliis autem utilem nihil prohibet esse factiuam: & alteram (ut est dicere) ab omnibus entibus, quorū nullius est ædificatiua factiua.

Probat quòd circa ens secundùm accidens nō est scientia, per duo signa: primum signum est in scientiis practicis: secundum in speculatiuis. Secunda ibi. [Eodem uerò modo.] Dicit ergo: ita dictum est, quòd nulla scientia est circa ens secū dùm accidens: signum autem huius est, ꝙ nulla scientia nec actiua, nec factiua, nec theorica studet tractare de eo: quod patet primò in factiua: non enim ille, qui facit domum, facit quæcunque accidunt domui factæ: quasi dicat, intentio facientis non se extendit ad ea, quæ accidunt domui factæ; si enim se extenderet ad illa, se extenderet ad infinita: Et hoc est quod subdit, benè dico, quòd non se extendit ad ista accidentia; quia infinita sunt, quæ accidunt domui factæ; nihil enim prohibet hanc domum factam istis habitantibus esse uoluptuosam: illis uerò nociuam, illis uerò utilem: nihil enim prohibet dicere illam esse diuersam ab omnibus aliis entibus, & sic de aliis accidentibus, respectu quorum non est ars ędificatiua factiua domus: Posset ergo hoc signum esse quædam ratio, & formari sic; nulla speculatio scientialis est circa infinita, sed illa, quæ accidunt domui factæ; puta quòd illi sit nociua, illi uoluptuosa, illi utilis, ab omnibus aliis domibus differens, hæc sunt infinita; ergo circa illa non est speculatio, siue practica; sed solùm circa domum, uel circa passiones domus. Deinde cum d.

De ente per accidens nō est scientia.

Eodem uerò modo nec Geometer speculatur sic accidentia figuris; nec si alterum est trigonum, & trigonum duos rectos habens.

Ponit secundum signum in scientiis speculatiuis, dicens: ita dictum est, quòd scientiæ practicæ non considerant accidentia eodem modo, nec Geometria, nec aliqua alia scientia speculatiua: & si enim speculatur Geometria illa, quæ per se accidunt figuris; non tamen speculatur accidentia per accidens figurarum: nō enim speculatur, si aliud est trigonum, & trigonum habens duos rectos. Quod quidam sic exponunt; non enim speculatur hęc scientia, si aliquid alterum, puta lignum, uel aurum, uel aliquid huiusmodi, quod quidem accidit triangulo; est trigonum, & trigonum habens duos rectos: quasi dicat Philosoph. secundùm istum modum legendi: aliqua sunt, quæ insunt trigono per se; & ista speculatur Geometria; aliqua sunt, quæ sunt altera à trigono, & ei accidentalia; sicut quod sit trigonus in ligno, uel auro, uel aliquo huiusmodi; & de talibus non speculatur Geometria. Aliter autem uidetur dicere Commen. & si enim speculetur Geometra, quòd triāgulus habeat tres angulos æquales duobus rectis; non tamen speculatur, utrum hi tres sint alii ab aliis tribus; quia hoc accidit sibi, secundùm quòd est in alia, & alia materia; puta in cupro, uel in ligno: quasi dicat, considerat Geometra triangulum, & angulos eius; non tamen considerat alietatem eius materialem. Et hoc dixit Philosophus, si aliud est trigonum, & trigonum duos rectos: quasi dicat, considerat trigonum, nō tamen considerat suam alteritatem per materiā, quia hęc quasi infinita sūt: & hę duę expositiones, uel eædem sunt, uel propinquæ. Deinde cum d.

Expositio Commen.

Et hoc rationabiliter accidit. Quemadmodum.n. nomine solùm accidens est.

Postquam probauit conclusionem suam per signa; hic probat per rationes. Et diuiditur in duas partes, secundùm quòd ponit duas rationes. Secūda ibi [Videtur enim accidens propinquum.] Circa primam rationem sic procedit; quia primò ponit eam: secundò probat eam per dictum Platonis ibi [Unde Plato modo quodam.] Dicit ergo ita dictum est, quòd scientia non est circa ens per accidens; hoc accidit rationabiliter, quia ens per accidens est ens nomine. Est ergo ratio Philosophi in hoc: speculatio scientialis est circa ens secū dùm rem: sed ens secundùm accidens est ens solo nomine; ergo &c. Deinde cum dicit.

Speculatio scientifica est circa ens secundū rem.

Unde Plato modo quodam non malè sophistica circa non ens ordinauit. Sunt enim sophisticarum rationes

tiones circa accidens, ut eſt dicere maximè omniũ, utrum idem aut diuerſum muſicum, & grammaticum; & muſicus Coriſcus, & Coriſcus; & omne, quod eſt, & non ſemper factum eſt. Quarta ſi muſicus ens grammaticus eſt factus, & grammaticus ens muſicus: & quæcunque aliæ tales rationũ ſunt.

Probat, quod dixit per dictum Platonis, dicẽs: ita dictum eſt, quòd ens per accidens eſt ens ſolo nomine; & ideo Plato non malè fecit, cum ordinauit ſcientiam ſophiſticam circa non ens; quia illud, circa quod ſermo ſophiſticus eſt, eſt ens per accidens; in pluribus enim raitones ſophyſticæ decipiunt, & fallunt ſecundùm ſallaciam accidẽtis; quæ quidem ſallacia eſt circa ens ſecundùm accidens: ſicut patet in iſtis paralogiſmis, in quibus aliqui dubitant; utrum idẽ ſit muſicũ & grãmaticũ? ſi fiat talis ſyllogiſmus: muſicus ẽ aliud à grammatico, muſicus eſt grãmaticus, ergo muſicus eſt alterum à ſe: patet enim quòd iſte paralogiſmus eſt circa ens ſecundùm accidens: ſecundùm enim quòd muſicus eſt grãmaticus, ſibi accidit, quòd ſit alterum à grammatico; & muſicus ẽt eſt grãmaticus per accidens, & non per ſe: & ex hoc accidit fallacia, quia non diſtinguitur per ſe à per accidens: quia muſicus per ſe alterum eſt à grammatico, & per accidens idem eſt. Similiter ĩ iſto paralogiſmo; Coriſcus eſt alter à Coriſco muſico; ſed Coriſcus eſt Coriſcus muſicus, ergo Coriſcus eſt alter a ſe: Coriſcus enim eſt Coriſcus muſicus per accidẽs; ꝑ ſe enim eſt alter; hic enim non diſtinguitur per ſe, & per accidens; & ideo fit paralogiſmus. Vel ſi fiat talis paralogiſmus: omne, quod eſt, & quod non ſemper fuit, factum eſt; muſicus eſt grãmaticus, & non ſemper fuit, ergo muſicum eſſe grãmaticum factum eſt; & non ẽ conuersò, quòd grammaticus ſit ens muſicus, factum eſt: quod quidem uidetur falſum, quia unica generatio non terminatur ad muſicum & grãmaticũ. Hic ergo debet diſtingui, quòd ens per ſe, quod modo eſt, & priùs nõ fuit; illud eſt, quod eſt factum: ſed ens per accidens, quod modo eſt, & priùs non fuit; non eſt factum unica factione, ſed duplici; hæ ergo rationes, & ſimiles ſunt circa ens ſecundùm accidens.

Opi. Plato. de ente p accidens. — *Paralogiſmus.*

Quæreret aliquis, Vtrum ens per accidens ſit ens ſolo nomine? Videtur quòd non; quia ens ſolo nomine eſt ens ſecundùm dici, ſed ens per accidens non eſt ens ſecundùm dici tantùm, ſed ſecundùm rem: ergo &c. Reſpondeo circa hoc ſunt duo declaranda: primum eſt, ꝙ modica entitas, uel quaſi nulla eſt in ente per accidens: ſecundum eſt, quòd ex hoc concludẽdum eſt, quomodo ens ſolo nomine dicitur accidẽs. Primum declarãdum patet tribus uiis; prima uia eſt ex habitudine, quæ eſt inter per accidens, & per ſe; quę uia talis eſt: qđ per ſe aſpicitur ab aliquo, ꝑ naturã rei aſpicitur; ita ꝙ de ſe ẽ illud: ita ꝙ de ſe põt dici ens hoc; quia enim habere tres aſpicit triãgulum, ideo triangulus habet tres, & de ſe ſub iſta paſsione eſt: quod autem per accidens ab aliquo

Queſtio. — *In ente per accidens eſt parua, uel nulla ẽtitas.*

E aſpicitur, quaſi modo aduentitio & extraneo ab illo aſpicitur; quia accidit, quòd aſpiciatur: quod autem ſic aſpicitur, non eſt de ſe illud: Exempli gratia, muſicus eſt grammaticus per accidens: ꝙ ergo muſicus ſit grammaticus, aduentitium eſt, & extraneum; quia muſicus de ſe non eſt grammaticus: ergo quòd hoc ſit hoc; & quòd hoc ſit ens, hoc extraneum eſt: quòd autem hoc ſit hoc, hoc de ſe non eſt, ergo de ſe eſt magis per accidẽs quòd eſt ens hoc; quia extraneo modo & per naturam extraneitatis aſpicit naturam entis: per ſe autem non eſt illud ens: quod enim extraneo modo eſt ens, de ſe nõ eſt ens. Debemus.n. imaginari, quòd illud, quod eſt per ſe tale, eſt maximè tale; illud autem, quod eſt per accidens tale,
F eſt ſecundùm quid tale; ergo illud, quod eſt per ſe ens, eſt maximè ens, & primo: illud autem, qđ eſt per accidens ens, eſt ens ſecundùm quid: qđ autem eſt ſecundùm quid ens, eſt modicè ens: & ſic patet prima uia, quòd enti per accidens modica entitas ſupponitur. Secunda uia eſt ex habitudine, quæ eſt inter ens in pluribus, & ens in paucioribus: ſicut enim in prima uia per accidẽs ens uocabatur, quod eſt extraneum: ita in iſta ſecunda uia per accidens uocabitur, quod eſt in paucioribus. Illud ergo uocabitur ens in pluribus, quod aſpicit naturam entis in maiori parte, & rarò fugit ambitum entis; illud autem, quod rarò fugit, & in maiori parte ſubintrat; magis debet dici ens, quàm non ens: exempli gratia, ho-
G mo in pluribus habet quinque digitos, in paucioribus autem ſex; ergo magis debet dici ens reſpectu quinq; digitorũ, quàm reſpectu ſex: ens autẽ in paucioribus eſt, quod in pluribus fugit ambitum entis; & quod in pluribus eſt non ens, in paucioribus autem ens. Sicut ergo ens in pluribus, quia in pluribus erat ens, & in paucioribus non ens; magis debebat dici ens, quàm non ens; ita per oppoſitum quia ens in paucioribus, in pluribus eſt infra ambitum non entis, in paucioribus eſt infra ambitum entis: ideo magis dici debet non ens, quàm ens: ꝙ autem magis dicatur non ens, quàm ens, hoc non poteſt eſſe, niſi quia habet modicum de ente. Tertia uia eſt ex aſpectu entis ad cauſas: omne enim quod eſt
H ens uerum, per determinatas cauſas, & per determinatos modos introducitur infra naturam entis: quod autem indeterminato modo, & per indeterminatas cauſas introducitur infra naturã entis, modicum habet de entitate; quod enim nõ habet determinatam cauſam, & determinatum modum infra naturam entis, quaſi non eſt: ens autem, quod in maiori parte eſt ens, uel ſemper, aſpectum certum habet infra naturam entis: qđ ergo nullum aſpectum habet, modicè dicit, & in paucioribus eſt ens: & ſic patet primus artic.

Secũda uia. — *Tertia uia.*

Ex quo patet etiam ſecundus, ſcilicet quòd ens per accidens eſt ens ſolo nomine. Vbi notandum eſt, quòd ens ſolo nomine ſecundùm Commentatorem eſt, quod habet nomen ſine ſignificatione

Sc̃s artic.

catione aliquà: imaginatur enim Comm. quòd nomini subiicitur significatum, significatum autem nominis entitas est; illud ergo ens, quod attingit naturam nominis, attingit naturam rei; & tale est ens secundùm rem, & secundùm nomen: si autem contingat, quòd aliquid parum attingat de natura significati, & quasi non habeat, quod significetur per nomen illud nominari; magis contingit illud dici tale secundùm nomen, quàm secundùm rem: tale autem est ens per accidens, quia (ut iam dictum est in primo articulo) parum habet de natura entis; & ideo quasi non ens est: & idcirco si dicatur ens, magis subintrat ambitum entis secundùm nomen, & secundùm dici, quàm secundùm rem: sed quia parum subintrat, & uago modo, ut iam dictum est; & quod sic subintrat, quasi dicitur non subintrare.

Ad argumentum. Ad argumentum patet, quia non est intentio Philosophi, quòd ens secundùm accidens aliquo modo sit ens; sed quia parum habet de natura entis, & est propinquum non enti; & propter talem propinquitatem magis dicitur non ens, quàm ens: & si contingat ipsum dici ens, hoc est secundùm nomen, & non secundùm rem, propter modicam realitatem, quæ subiicitur isti nomini. Deinde cum dicit.

Videtur enim accidens propinquum non enti. Palàm autem & ex his rationibus. Nam alio modo entium generatio, et corruptio. Eorum uerò, quæ sunt secundum accidens non est.

Ponit secundam rationem, quæ etiam confirmat primam; & est ratio talis: quod est propinquum non enti, quodammodo est non ens; ens per accidens est huiusmodi; ergo est quodammodo non ens & propinquum ei: patet ex rationibus, quia entium est generatio & corruptio; ens autem per accidens nec generatur, nec corrumpitur: ergo est non ens.

Quæstio. Quæreret aliquis. Vnde sequitur consequentia talis: non est entis per accidens generatio, ergo non est ens? Respondeo. Dicendum est, quòd ens per accidens duobus modis dicitur: uno modo ens per accidens congregatum ex essentiis accidentium; eo modo quo dicimus, quòd musicum esse album, per accidens est: secundo etiam modo ens per accidens dicitur esse ens, quod est præter intentionem agentis; eo modo quo dicimus, quòd inuentio thesauri per accidens est fodienti, quia exit in esse præter intentionem fodientis: siue autem primo modo accipiendo per accidens, siue secundo, potest uerificari consequentia: uerificetur ergo primum modum. Ens per accidens primo modo est congregatum ex essentiis accidentium, nullum essentialem ordinem habentibus adinuicem: si enim dicatur musicum esse album; nec musicum ordinatur ad album, nec album ad musicum: ex hoc ergo, quòd sunt duæ essentiæ, quæ nullum ordinem adinuicem habent; duæ generationes ad illas duas essentias ordinabantur; ita quòd una generatio ordinabitur ad esse album, & alia ad esse musicum; ad hoc autem, quòd album sit musicum, nulla generatio ordinabitur: fiat ergo sic consequentia. Proportio est inter generationem, & ens inductum per generationem; quia si generatio est una, & ens est unum; & si generatio multiplicatur, & ens multiplicatur: cum ergo duplex generatio ordinetur ad musicum esse album, magis debet dici, duo entia, quàm unum ens: quod autem non est unum ens, non est ens; & ideo sequitur, eo ipso quòd duæ generationes ordinantur ad tale ens, eo ipso non est uerum ens. Imaginatur ergo Philosophus, quòd omne uerum ens in inferioribus habet unam naturam, introductam in esse per unicam generationem: ens autem per accidens secundùm istum modum dicit duas naturas, & introductas in esse per duas generationes: sic ergo patet de primo ente per accidens.

Ens per accidens duplicater.

Generatio, & ens inductum per generationem, debent proportionari.

Secundo modo dicitur ens per accidens, quod est introductum in esse præter intentionem generantis: de isto ergo sic uerificabitur consequentia. illud propriè dicitur ens, ad quod ordinatur intentio agentis: & similiter in ente generato illud propriè uocatur ens, ad quod ordinatur intentio generantis; nam propriè dictum est, hoc est in natura ens, quòd homo habeat quinque digitos; quia ad hoc ordinatur intentio naturæ producentis: hoc uerò non est propriè dictum, hoc est ens in natura, quòd homo habeat sex digitos, quia ad hoc non ordinatur intentio producentis, & generantis. Hæc est ergo proportio inter generationem, & ens genitum, quòd illud debet dici ens, ad quod ordinatur generatio; si autem aliquid exeat in esse præter intentionem producentis & generantis; magis debet dici deuiatio ab ente, quàm ens. Et hoc est, quod dicit Commentator: quòd illa, quæ sunt per accidens; nullam speciem habent, quia nulla species per accidens est: imaginor ergo eum uelle dicere sic, quòd ens per accidens magis est deuiatio à specie, quàm sit species: omnis enim species intenta est à natura; ens autem per accidens, est deuiatio ab intentione naturæ, ergo est deuiatio à spẽ. Sic ergo concludamus per primam uiam: ad ens per accidens non ordinatur gñatio, sed magis gñationes; ergo magis dẽt dici entia, quàm unũ ens; quia nullam unã naturam dicit, quod est propin-quũ non enti.

Commentatoris sententia.

Nulla species est per accidens.

Secundùm autem aliam uiam; ens per accidens deuiat à generatione; quia generatio ad illud non ordinatur: si autem deuiat à generatione, quantùm deuiat à generatione, tantùm deuiat ab ente. Notandum est, quòd ens per accidens, siue primo modo, siue secundo, non est ens perpetuum, nec ens inductum per generationẽ, sed magis deuium generationis: ergo uel est non ens, uel est propinquum non enti. Et in hoc stat consequentia Philosophi; non est inductum per generationem, ergo non est ens: quæ quidem cõsequentia nulla est, nisi supponatur, quòd non sit

Ens per accidens nõ est perpetuum, nec inductũ per generationem.

ens perfectum;quia fi effet ens perfectum, uerè effet ens:tamen non effet inductum per generationem. Deinde cum dicit.

TEX. 5. *Attamen dicendum eft ampliùs de accidente, inquantùm contingit, quæ eius natura, & propter quam caufam eft. Simul enim forfan palàm erit, & quare eius non erit fcientia.*

Natura entis p accidens ut posfibile eft. Poftquam oftendit, quòd circa ens per accidens non eft fpeculatio fcientialis: in parte ifta determinat de natura accidentis, inquantùm posfibile eft. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit intentum fuum: fecundò exequitur. Secunda ibi [Quoniam igitur in entibus.] Dicit ergo primò: ita dictum eft, quòd circa per accidens non eft fcientia: dicendum tamen eft de eo, inquantùm contingit, & quantùm posfibile eft: & primò quidem, quæ eft eius natura: fecundò p quam caufam eft ens per accidens; & ex iis duobus erit manifefta tertia conditio, quia eius non eft fcientia.

Quoniam igitur in entibus funt hæc quidem femper fimiliter fe habentia, & ex necesfitate non fecundùm uim dicta, fed fecundùm quòd dicimus in non contingere aliter. Illa uerò ex necesfitate quidem non funt; nec femper, fed quafi fecundùm magis. Hoc principium, & hæc caufa eft eius, quod eft accidens effe.

Exequitur intentum fuum. Et diuiditur in duas partes, quia primò determinat de natura entis per accidens: fecundò oftendit, quòd necesfariò oportet dare aliquam caufam per accidens, ad quam non neceffariò fequitur effectus. Secunda ibi, [Quòd autem fint principia, & caufæ] Prima in tres, quia primò oftendit, propter quam caufam eft accidens: fecundò oftendit, quę eft eius natura: tertiò ex his concludit, quòd eius nō eft fcientia. Secunda ibi, [Quòd enim nec femper.] Tertia ibi, [Quod autem fcientia non eft accidentis.] Prima in duas, quia primò diuidit naturam accidentis in duo membra, fcilicet in ens neceffarium, & ens in pluribus: fecundò concludit, quòd ens in pluribus eft caufa entis per accidens. Secunda ibi, [Hoc principium, & hęc caufa.] Ponit ergo entis diuifionem primò, dicens: quòd infra naturam entium aliqua funt, quæ femper, & uniformiter fe habent, & nunquam mouentur à ftatu fuo; & ifta funt entia neceffaria, non necesfitate uiolenta, fed necesfitate immutabilitatis; propter quam non contingunt aliter fe habere: & ifta necesfitas fequitur formam: qnòd enim cœlum neceffariò moueatur, hoc non eft uiolentum, quia nullum uiolentum perfectum; fed hoc eft neceffarium necesfitate immutabilitatis: aliqua funt infra naturam entium, quæ nō funt femper, nec ex necesfitate; fed in pluribus, & ut magis: Habita hac diuifione entium, cum dicit; hoc eft principium, & hæc eft caufa; oftendit, quòd ens in pluribus eft principium entis per accidens, dicens fic: eft duplex ens, fcilicèt neceffariò, & in pluribus: ens autem in pluribus eft principium & caufa eius entis, qđ eft per accidens.

Necesfarium duplex necesfitate uiolentiæ, et necesfitate immutabilitatis.

Ens duplex

Quod enim nec femper, nec quafi fecundùm magis eft, hoc dicimus effe accidens: ut fi fub cane fuerit hiems, & frigus; hoc accidere dicimus: fed non fi æftuatio & calor: quia hoc quidem femper, aut fecūdùm magis; illud uerò non. Et hominem album effe accidit: nec enim femper, nec fecundùm magis. Animal uerò non fecundùm accidens. Et ædificatorem fanitatem facere, fecundùm accidens eft; quia non eft hoc natus facere ædificator, fed medicus: fed accidit medicum ædificatorem effe. Et coquus uoluptatem concitans, facit utique alicui falubre: fed non fecundùm pulmentariam.

Oftendit, quę eft natura entis per accidens. Et diuiditur in tres partes: in prima parte oftendit, quæ eft natura talis entis: in fecunda parte oftēdit, quomodo ex ente in pluribus fequitur ens per accidens: in tertia parte oftendit, qūo ens per accidens neceffariò debet dari; quia aliquis fortè negaret ipfum ens per accidens. Secunda ibi, [Quare quoniam quidem non omnia] Tertia ibi [Principium autem hoc oportet fumere.] Prima in duas, quia primò oftendit, quę eft natura entis per accidens: fecundò ex hoc concludit, ꝙ ens p accidens non habet caufam determinatam factiuam, ibi, [Quapropter accidens dicimus.] Dicit ergo primò, ꝙ illud uocatur ens fecundùm accidens, quod quidem nec eft femper, nec eft fecundùm magis; & hæc eft natura entis. Exempli grā tia, fi fub cane fuerit frigus uel hiems, hoc per accidens eft; quia nec eft in pluribus, nec femper: fi autem fuerit fub cane æftuatiō, uel calor, per accidens non eft; quia hoc uel eft femper, uel in pluribus. Exemplum fecundum, hominem album effe, dicimus per accidens, quia albedo non afpicitur ab homine, nec ut femper, nec ut magis: hominem effe animal, non dicimus inquantùm accidens, quia femper eft, ꝙ homo fit aīal. Exemplum tertium, ędificatorem facere fanitatem, accidens eft; quia ædificator non eft aptus natus facere fanitatem, fed medicus; fed tamen quia accidit medicum effe ędificatorem; ideo ędificator per accidens facit fanitatem, inquantùm .f. iungitur cum medico. Exemplum quartum, ut coquus intendens, & nitens facere uoluptatem, & delectationem in cibo; faciet utique falubrem cibum, & fanum alicui; fed tamen per accidens, quia ars pulmentaria tantùm intendit facere delectationem: & ideo fi fiat fanitas, hoc non eft fecundùm pulmentariam, fed per accidens. Notandum eft, ꝙ per omnia dicta exempla perfectè datur intelligi natura entis per accidens: non eft enim nifi quidam receffus, uel exitus ab ente in pluribus: quædam enim funt, quæ ab aliquo afpiciuntur femper, ficut natura animalis à natura hominis: aliqua funt, quæ fe mutuo afpiciunt in pluribus; ita quòd in pluribus coniunguntur; ficut in pluribus, & fecundùm magis fub cane calor eft: illud ergo ens, quod exit hunc afpectum, per

Ens fecundum accidens quid.

Entiū multiformitas.

per accidens est, quia preter intentionem aspectus: unde quandocunque ita est, quòd aliqua res habet certum aspectum, quidquid dicitur in esse illi rei preter illum aspectum, dicitur esse per accidens illi rei. Et hoc sonant omnia exempla Philosophi: certus enim aspectus est inter canem & calorem; si ergo canis exeat istum aspectum, hoc per accidens est. Similiter certus aspectus est inter ædificantem, & ædificium; si ergo ædificator compararetur ad aliquid aliud, quod sit extra hunc aspectum, puta ad sanitatem, per accidens est: Similiter certus aspectus est inter coquum, & uoluptatem in cibo; si ergo comparetur in cibo sanitas, per accidens est; quia sanitas in cibo non erit infra aspectum coqui, sed medici. Deinde cum dicit.

Quapropter accidens dicimus, & est ut facit, simpliciter autem non. Aliorum autem aliæ quandoque potentiæ factiuæ sunt; horum nec ulla ars, nec potentia determinata: nam secundùm accidens entium, aut factorum; causa est secundùm accidens.

Ex natura accidentis concludit, quòd accidens non habet causam determinatam.

Quæ habēt causam determinatā, & quæ nō. Ad cuius euidentiam notandum est diligenter, quòd illud ens, quod habet causam determinatam, cadit sub aspectu alicuius esse: illud ergo ens, quod exit aspectum esse, non dicitur habere causam determinatam, ut sic: quòd enim exeat istum aspectum, hoc potest esse per multas causas: cum ergo ens per accidens sit tale ens, ergo non habet causam per se, nec determinatam, sed per accidens solùm. Et hoc est, quòd dicit Philosophus, quòd ens per accidens tale dicimus, quod habet causam; quæ quidem facit illud secundùm illud, simpliciter autem non: aliorum enim scilicet entium per se, aliæ sunt causæ, & potentiæ determinatæ factiuæ eorum; horum autem entium secundùm accidens nulla est potentia, uel ars determinata: nam entium secundùm accidens, uel factorum causa per se non, sed per accidens. Notandum est diligenter, quòd ens per accidens semper uidetur consurgere ex concursu duorum, quodlibet ergo illorum, quod est infra concursum, aliquam causam potest habere; sed tamen ille concursus nullam causam uidetur habere determinatam. Verbi gratia, si concurrit simul sanitas in cibo, & delectatio; sanitas ut sanitas cadit sub aspectu medici, & sub causa determinata; delectatio uerò in cibo, ut delectatio sub aspectu coqui: ita quòd ista duo duas causas aspiciunt: quòd autem cibus delectabilis sit sanus, hoc nullam causam uidetur respicere, nisi per accidens; quia illa eadem, quæ facit delectabile per se, facit sanum per accidens; & è conuersò illa, quæ per se facit sanum, per accidens facit delectabile: ita quòd illa eadem, quæ est per se respectu unius, est per accidens respectu alterius. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd ens per accidens habet causam per accidens. Deinde cum dicit.

Quare quoniam quidem non omnia ex necessitate sunt, & semper, aut entia, aut quæ fiunt, sed plurima secundùm magis. Necesse esse quod secundùm accidens est ens, ut nec semper, nec secundū magis: ut albus musicus est.

Ostendit, quomodo ex ente in pluribus causatur ens per accidens. Et duo facit, quia primò ponit conclusionem suam, scilicet, quòd ex ente in pluribus deuenitur ad ens per accidens: secundò declarat modum, per quem deuenitur. Secunda ibi [Quoniam uerò fit aliquando.] Dicit ergo primò, quòd quia ita est, quòd non omnia entia, quæ sunt, uel fiunt ex necessitate, uel semper sunt, uel fiunt, sed plurima sunt secundū magis; necesse est illud ens, quod est secundùm accidens, nec esse ex necessitate, nec esse ut in pluribus: sicut musicum esse album, nec semper est, nec in pluribus. Quasi dicat Philosophus, si omnia entia essent ex necessitate, nullum ens esset in paucioribus: cuius ratio est, quia quod necessariò est, semper est; quod autem semper est, nunquam deficit, quod autem nunquam deficit, non est in paucioribus; sed quia multa entia sunt in pluribus; & quod est in pluribus, in paucioribus deficit: ideo si est dare ens in pluribus, est dare ens per accidens & in paucioribus; & è conuersò: ita quòd conclusio sua est in hoc: quia si est dare ens in pluribus, est dare ens in paucioribus. Deinde cum dicit.

Quoniam uerò fit aliquando secundùm accidens erit: si autem non, omnia ex necessitate erunt. Quare materia erit causa contingens, præter quod ut in pluribus aliter accidentis.

Manifestat, quod dixit, scilicet per quem modum sequitur, quòd ens in paucioribus, siue per accidens deducitur ab ente in pluribus, dicens sic; istud ens, quod nec est semper, nec in pluribus, aliquando fit; & ideo per accidens aliquando erit: si enim nunquam esset ens per accidens, omnia essent ex necessitate: quod autem ens per accidens, & in paucioribus fit præter ens in pluribus, materia est causa: materia enim est causa, quòd aliquid accidat preter illud, quod est in pluribus: Quasi dicat Philosoph. ens in pluribus potest deficere; quia si nunquam deficeret, esset necessarium; & sic omnia essent necessaria: quòd autem deficiat, causa est materia: & quia ex isto defectu causatur ens per accidens & in paucioribus, ideo materia est causa istius accidentis. Notandum est, quòd cum ens per accidens non sit nisi quædam deuiatio ab ente: si debet dari ens per accidens, oportet dari aliquod ens, à quo possit fieri deuiatio: hoc aūt non potest esse ens necessariū: quia quod necessariò aliquid aspicit, ab illo nunquam deuiat: ergo oportet, quòd hoc sit ens in pluribus: sicut ergo benè sequitur, si datur deuium, datur ens à quo deuiatur: ita benè sequitur, si datur deuium in paucioribus, datur etiam ens in pluribus.

bus. Et hoc est quòd dicebat conclusio prima Philosophi, quòd si non esset dare ens in pluribus, non esset dare ens per accidens; hoc autem non sufficiebat ex hoc, quia non plus habebatur, nisi quòd ens per accidens esset quoddam deuium ab ente in pluribus; sed non habebatur adhuc causa huius deuiationis; oportebat ergo dare secundnm, scilicet per quem modum deuiatur hoc ab illo; & hoc erat ostendere, quomodo ex ente in pluribus deueniebatur in ens in paucioribus. Et ideo Philosophus addit secundum, dicens: quòd materia est causa huius deuiationis: materia enim est causa, quòd agens naturale non consequatur effectum suum, quia non obedit perfectè agenti; & ideo est causa, quòd aliquid fiat præter intentionem agentis; & per consequens est causa entis per accidens; intentio enim agentis est, quòd consequatur suum effectum per talem modum, puta quòd homo nascatur cum quinque digitis; aliquando autem propter materiam hoc non consequitur, & ideo aliquid accidit præter intentionem eius, puta quòd nascatur cum quatuor, nel cum sex. Deinde cum dicit.

Intentio agentis est cõsequi suum effectum.

Principium autem hoc oportet sumere, utrum nihil est, nec semper, nec secundùm magis; aut hoc impossibile. Est igitur aliud præter hoc, quod utrunque contingit, & secundùm accidens. Sed utrum hoc quidem, ut in pluribus, & quod semper nulli insunt aut sunt quædam sempiterna. De his quidem igitur posteriùs perscrutandum est.

Ostendit, quòd supponendum est, ꝙ est dandum ens per accidens, dicens; quòd oportet accipere tanquam quoddam principium, utrum nihil sit nec semper, nec secundùm magis? sed hoc impossibile est, immo necessariò debet supponi, ꝙ est aliquid præter magis, & præter semper; quod quidem est præter utrunque istorum, & est, quod est ens secundùm accidens: utrum autem ens in pluribus insit alicui, uel ens ut semper nulli insit, aut sint aliqua sempiterna, quę semper sint; oportet perscrutari posteriùs, scilicet in Duodecimo huius: ubi ostendetur, quòd est dare aliqua sempiterna. Quasi dicat Philosophus ex hac litera; quòd quia tota disputatio uersatur circa ens secundùm accidens; ideo de numero principiorum istius disputationis est, Vtrum nihil, uel aliquid sit secundùm accidens, ita quòd nec semper, nec magis? Pro quo enim supponendum est, quòd impossibile est, quin sit; quia ex quo est dare ens, quod est ens in pluribus; necessariò est dare ens in paucioribus; aliàs omnia essent semp, & sempiterna: ita ꝙ manifestum est, ꝙ est ens in pluribus, & ens in paucioribus. Vtrum autẽ sint aliqua sempiterna, requirit alium tractatum. De inde cum dicit.

Non omnia per accidens eueniunt.

TEX. 6. *Quod autem scientia non est accidentis, palàm. Scientia namque omnis aut est eius, quod semper; aut eius, quod secundùm magis. Etenim quomodo quispiam docebitur, aut docebit alium? oportebit. n.*

E *diffiniri aut per semper, aut per magis: ut quia utile mellydatum febricitanti, ut secundùm magis. Quod autem præter hoc non habebit doceri, quando puta noua luna, aut enim semper, aut in pluribus, & qd noua luna; accidens autem præter hoc. Quòd quidẽ igitur est accidẽs, & propter quam causam, et quia scientia non est eius; dictum est.*

Concludit ex duobus ostensis, quòd scientia non est accidentis, dicens: ita dictum est, quòd accidens nec est ut semper, nec est ut magis: ex quo sequitur, quòd scientia non est entis per accidẽs; quia scientia uel est eius, quod semper est; uel quod in pluribus est: de eo enim, quod est prę ter hoc, scilicet ut semper, uel ut in pluribus, nullus docet, uel docebit, de quo enim aliquis doce-

De ente per accidens nõ est scientia.

F tur, uel docet: oportet diffinitum esse uel per magis, uel per semper: ut si aliquis debeat doceri de ista conclusione, quòd mellydatum est utile febricitanti, idest compositum ex aqua & melle, oportet, quòd sit finitum & determinatum, ad minùs in pluribus: quod autem est præter semper, & magis, nihil habet determinare; quia non potest determinatè dici, quando erit; sicut potest dici determinatè de noua luna; aut enim semper est quòd noua luna est, aut in pluribus: & intendit quòd nouitas mensis (sicut dicit Commentator) necessaria est non in maiori parte: accidens autem præter hoc est, scilicet præter necessarium, præter semper, & præter magis. Concludit ergo, quòd quid sit accidens, quò ad primam

De quo ẽ scientia, aut ẽ semper, aut in maiori parte.

G conclusionem; & propter quam causam, quò ad secundam; & quòd scientia non est eius, dictum est.

Quæreret aliquis. Vtrum ens in pluribus sit causa entis in paucioribus per accidens, sicut dicit Philosophus? Videtur dicendum, quòd non, quia proportio debet esse inter causam & effectum, & conuenientia, & similitudo; quæ non sunt inter ens in pluribus, & ens in paucioribus. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo. Dicendum est ad quæstionem primò, quòd ens in pluribus est causa entis in paucioribus: secundò quomodo est causa, & quæ est causa. Primum patet sic: reperimus enim ens necessarium, ens ad utrumlibet, ens in pau-

Quæstio.

H cioribus, ens in pluribus; fiat ergo consequentia sic; aliquod ens est causa entis in paucioribus; non enim est ens necessarium, non ens ad utrum libet, non ipsum idem ens in pancioribus; restat ergo quòd ens in pluribus. Quòd autem ens necessarium non sit causa; ratio est, quia ens necessarium est, quod nunquam deficit, quin attingat effectum suum; causæ enim necessariæ uocantur, quæ non possunt impediri, quin attingãt effectum suum; ens autem in paucioribus (ut iam dictum est supra) est ex hoc, quòd aliquod ens deuiat ab effectu suo; ens ergo necessarium non est causa huius. Nec ens ad utrumlibet; ad utrumlibet enim ut ad utrumlibet sequitur, quòd indifferenter se habet ad esse, & non esse; quòd autem

Ens multiplex.

Ens necessarium quod.

autem aliquid indifferenter se habeat ad esse, & non esse, hoc est ex potentia passiua: hæc est enim differentia inter materiam & formam; quod materia aspicit esse, & non esse; forma autem trahit materiam ad unum esse: ad utrumlibet ergo, quod duo aspicit, sequitur materiam, non formam: sicut enim materiæ & potentiæ passiuæ nō est aliqua causalitas; ita nec entis ad utrumlibet: si enim ens ad utrumlibet aliquid causaret, ex quo aspicit duo, indifferenter duo causaret, uel nihil causaret: ipsum enim ens ad utrumlibet est per naturam possibilis passiui, quod super se habet causam agentem; quia per causam agentem trahitur ad esse, & ipsum non est causa alterius: ens ergo ad utrumlibet non est causa entis in paucioribus, uel entis per accidens. Nec ipsum ens in paucioribus est causa huius, quia nihil est causa sui ipsius: restat ergo, quòd ens in pluribus sit causa huius: & sic patet primus articulus. Videndum est secundò, quomodo est causa eius. Ad quod dicendum est, quòd eadem causa, quæ est per se unius, ut in pluribus, est causa alterius per accidens, & ut in paucioribus: ita quòd ens in pluribus duorum causa est; sed non ex æquo, sed unius per se, alterius uerò per accidens. Verbi gratia, uirtus in semine est causa quinque digitorum in animali in pluribus; & per se; quia ista uirtus ad hoc per se ordinatur. ex impedimento autem materiæ concurrente, eadem uirtus est causa sex digitorum; & quia hoc fuit præter intentionem uirtutis, ideo per accidens est. Sicut ergo in agentibus à proposito eadem causa potest dici causa per se, & fortuita: tamen differenter, quia cā per se est respectu effectus per se, & respectu illius, quod cadit sub proposito; fortuita autem respectu illius, quod cadit extra propositum: ita hæc eadem causa est causa per se respectu effectus, qui est in pluribus; per accidens tamen respectu effectus, qui est propter inobedientiam materię, uel propter concursum contrarii agentis impedientis, accidit in paucioribus. Notandum est tamen diligenter, quòd ista causa, quę respectu unius est per se, & respectu alterius est per accidens, non semper impeditur à suo per se: sed aliquando, cum ipsum per se consequitur ipsum per accidens. Videmus enim, quòd coquus simul & semel potest facere cibum delectabilem, & sanum; quòd faciat delectabilem, per se est; quòd autem faciat sanum, est per accidens, & præter eius intentionem: unde tale per accidens non est, quia impediat ipsum per se; sed quia est præter intentionem agentis: aliquod autem per accidens est, quod habet utrunque, scilicet & quod impediat ipsum per se, & quòd sit prȩter intentionem agentis; sicut habere sex digitos; & tale per accidens est solùm in ente in pluribus, quia ipsum tale ens potest impediri à suo per se. Primum autem per accidens, quod non impedit ipsum per se, quod tamen fugit intentionem a-

Materia in quo differt a forma.

Eadem cā ē unius ut in pluribus, et ut in paucioribus.

In agentib. à proposito eadem cā ē p se, & fortuita.

Per accidēs duplex.

A gentis; non uidetur repugnare enti limitato necessario: si enim esset aliqua causa necessaria, quæ haberet limitatum effectum; ex quo esset necessaria, necessariò consequeretur suum effectum; & ita non posset impediri à suo per se; quia tamen habebit limitatum aspectum, ideo multa possent cōiungi cū effectu suo, quæ essent prȩter intentionē huius aspectus & agentis, & ita per accidens. Ita quòd secundùm hoc, omne ens per accidens deuiatio est; sed aliquando deuiat sic ab intentione agentis, quod impedit effectum per se; & de tali dictum est, quòd non potest esse nisi in ente impedibili, quod est ens in pluribus; aliquando autem ita deuiat ab intentione agentis, quòd non impedit effectum per se; ut iam di-

B ctum est. Ad argumentum patet: conuenientia enim & proportio non debet esse propriè, nisi in causis per se: nam causa per accidens non assimilatur suo effectui.

Proportio, ubi propriè.

Quæreret aliquis. Vtrum de ente per accidens possit esse scientia? Videtur quòd sic, quia illud ens est scibile, de quo possunt probari passiones, & de quo probantur: sed Philosophus probauit multas passiones de ente per accidens: quarum prima est, quòd sciri non potest: secunda quòd non habet causam determinatam: tertia quòd est ens in paucioribus, causatum ab ente in pluribus, ergo & cætera. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo. Dicendum est, quòd ens per accidens po-

Quæstio.

Passiões entis p accidēs.

C test considerari duobus modis. uno modo quò ad rem subiectam accidentalitati. secundo modo quantùm ad ipsam accidentalitatem. Si primo modo consideretur, scibile non est; quia talis realitas fixa non est; nec determinata est, nec est resolubilis ad determinatas causas; omnia autem ista impediunt scientiam. Si autem consideretur quantùm ad intentionem, sic scibile est aliquo modo; quia accidentalitas est quædam intentio determinata, diuisa contra perseitatem. Verbi gratia, de ambobus si dicatur sic, musicus est albus; scibile non est, quia non est determinata causa, quę faciat hoc scire: tamen benè est hoc scibile, quòd est per accidens, musicus est albus; ita quòd ista intentio scibilis est. possem enim de hoc dicere, quòd

Ens per accidēs dupliciter.

Quæ sciētiā impediūt.

Accidētalitas quid.

D non habet causam determinatam, & quod est in paucioribus; & quod est congregatum ex essentiis, & non dicit unam essentiam, est ens per accidens; musicum esse album est huiusmodi, ergo est ens per accidens: illud ergo, quod est ens per accidens, scilicet quòd musicus sit albus, hoc nō est scibile; sed tamen intentio accidentalitatis scibilis est, scientia tamen aliquo modo priuatiua; quia scitur ex priuatione perseitatis. Licet enim nulla sit scientia, quæ probet frigus esse sub cane; tamen aliqua scientia est, quæ probat hoc esse per accidens, scilicet frigus esse sub cane; probat dico priuatiuè; ex hoc enim, quòd non habet causam determinatam,

Quō accidētalitas ē scibile priuatiuum.

minatam, nec est in pluribus, ex hoc est per accidens. Ad argumentum patet per diffinitionem prædictam: de prima tamen conclusione, quando dicitur, quòd probatur à Philosopho, quòd per accidens non est scibile: intentio Philosophi est, quòd illud, cui contingit ista intentio, scilicet accidentalitas, scibile non est; ita quòd ista passio non est aliud, nisi remotio scibilitatis ab illo; secunda, aut tertia conditio non plus probat, nisi quòd ista intentio per accidens aliquo modo sciri potest; & de eo possunt esse aliquando passiones. Deinde cum dicit.

TEX. 7. *Quòd autem sint principia, & causæ generabilia & corruptibilia sine generari, & corrumpi, palàm.*

In parte ista probat, quòd est dare causam per accidens, & quòd non omnis causa est necessaria, sed aliqua contingens, quæ potest deficere à suo effectu. Et diuiditur in tres partes, quia primò probat, quod dixit: secundò concludit quoddam corollarium ex præcedētibus: tertiò quærit, ad quam causam per se reducitur causa per accidens. Secunda ibi. [Palàm ergo.] Tertia ibi [Sed ad principium quale, & causam.] Prima in duas, quia primò ponit conclusionem probandam, scilicet quod nō omnis causa est talis, quòd ea posita ponatur effectus; sed multæ causæ deficiunt à suo effectu, scilicet causæ per accidens & contingentes: secundò probat ipsam conclusionem, ibi [Si enim non hoc] Dicit ergo primò, quòd multæ causæ sunt, & multa principia, quæ possunt poni in esse sine positione effectus; ita quòd sunt generabiles tales causæ sine generatione effectus, & possunt remoueri ab esse sine remotione effectus; & sic sunt corruptibiles, possunt corrumpi sine corruptione effectus sui. Deinde cum dicit.

Nō semper ad causā sequitur effectus.

Si enim non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius quod fit, et quod corrūpitur non secundùm accidens aliquam causam necesse est esse.

Probat, quod dixit, scilicet quòd non semper posita causa, ponitur effectus necessariò: probat autem hoc duobus modis; quòd enim posita causa, ponatur effectus; potest esse duobus modis, primò quia posita causa in præsenti, ponatur effectus in futuro: ut si dicatur sic, A. causa ponatur modo in præsenti, ergo necessariò ponetur B. effectus in futuro: alio modo potest intelligi, quòd posita causa in præterito, ponatur effectus in futuro necessariò, ut si dicatur sic. A. causa pōsita est in præterito, ergo necessariò ponetur B. in futuro. Secūdùm hoc ergo habet hæc pars duas partes: quia probat, quòd non est necesse, quòd posita qualibet causa in præsenti, ponatur effectus necessariò in futuro: secundò probat, quod non est necesse, quòd posita causa in præterito, necessariò effectus ponatur in futuro. Secunda ibi [Similiter autem & si.] Circa primum duo facit, quia primò ponit unam consequentiam, scilicet quòd impossibile est, quòd posita causa in

E præsenti, ponatur quilibet effectus: secundò declarat istam impossibilitatem in exemplis, ibi, [Vtrum enim erit hoc, aut non.] Dicit ergo primò sic: dictum est, quòd non posita qualibet causa in præsenti, uel corrupta: ponitur, uel corrumpitur quilibet effectus: si enim hoc non est uerū, quòd eius quod semper fit uel corrumpitur, est causa necessaria, & non est dare aliquam causam per accidens; omnia erunt & fient de necessitate: sed hoc est impossibile, ergo & primum. Quasi dicat Philosophus; si omnis causa est necessaria, necessariò inferens effectum; & nulla est causa per accidens, contingenter inferens suum effectum: ita quòd ipsa posita, non necessariò ponatur effectus, omnia erunt necessaria, sed hoc est impossibile.

Non omnia eueniunt de necessitate.

F *Vtrum enim erit hoc, aut non? Si hoc fiat, erit. Si autem non, non. Hoc autem, si aliud erit. Et ita manifestum, quia semper tempore ablato à finito tempore, ueniet usque ad nunc. Quare hic morietur infirmitate, aut ui; si exit hoc, aut si facit, sed hoc si aliud: & ita ueniet ad quod non est. Aut in factorum aliquid, ut si sitit; hoc quidem si comedit mordicantia. Sed hoc aut est, aut non: quare ex necessitate morietur, aut non morietur.*

Manifestat hoc in terminis, scilicet quomodo hoc sequatur necessariò suam causam præsentē, dicens: si enim quæratur utrum hoc, idest, iste effectus erit, uel non erit? facta ista suppositione, oportet dicere, quòd si hæc causa fiat, iste effectus erit. hæc autem causa, quæ infert istum effe-G ctum, etiam erit, si sua causa est, & illa alia erit, si sua causa est: & sic semper deducendo, quia tempus finitum consumitur, remoto aliquo finito: deueniemus usque ad causam, quæ est nunc in præsenti. Verbi gratia possumus dicere, quòd si iste morietur ui, uel infirmitate, si exiet domum: ita quòd ista causa, exire domum, infert istum effectum; exibit autem domum, si sitiet; sitiet autem, si fuerit aliquid aliud: ita quòd deueniemus ad causam præsentem, quæ nunc est, uel quæ nunc facta est, sitiet in præsenti, si comedet salsa; & secundùm hoc ille effectus futurus aut erit, aut nō erit necessariò, ita quòd necessariò morietur, si salsa comedit, uel non morietur. Quasi dicat Philosophus in omnibus istis uerbis. Si omnis causa H præsens est necessaria, & necessariò infert effectum, & nulla est contingens, quæ modò infert effectum futurum, quantumcunque longinquū, quam causam pręsentem reperiemus per resolutionem effectuum ad causas, dicendo sic. Iste morietur, si exierit domum, ita quòd exitus est causa mortis; exibit autem si sitierit; sitiet autem si nunc in præsenti comedit salsa: ergo poterimus concludere, facta ista positione, quòd si nunc comedit salsa, morietur: quod tamen apparet impossibile, quia istæ causæ omnes fuerunt contingentes, hęc autem causa sic præsens reperietur, & ad ipsam deuenietur, quia tempus finitum est inter talem effectum, & talem causam: omne autem tempus

Tempus finitum consumitur.

Quod ad positionem causæ, ponatur effectus.

Idem habetur, I. Phy. circa finem.

tempus finitum remouetur, aliquo ablato. Et hoc est, quod dixit Philosoph. quòd semper auferendo à finito tempore, uenietur usque ad nunc. q. d. ꝙ si resoluemus causam ad causam, semper in qualibet resolutione auferetur aliquid à tempore, & tamen resoluitur, quòd deuenimus ad præsenté causam, qua posita in præsenti, necessariò ponitur effectus.

Similiter autem & si supersiliat aliquis ad facta, eadem ratio: iam enim est hoc in aliquo: dico autem factum. Ex necessitate ergo omnia erunt, quæ sunt futura: ut moriturum fore uiuenté. iam enim factum est aliquid, ut contraria in eodem corpore: sed si infirmitate, aut ui, nondum, nisi hoc factum fuerit.

Hic notandum est, quòd in deductione prima fiebat resolutio usque ad causam, quę præsens est; qua posita, ponebatur effectus: & in ista deductione secunda fit deductio usque ad causam præteritam; qua posita in præterito, ponetur effectus. Secundùm enim istam positionem dicetur sic; interficietur, si exierit domum: exibit domum, si sitierit: sitiet autem, si comedit salsa; comedit autem, si passus est famé; ergo posita cā in præterito, ponetur effectus in futuro; & hoc est, quia esse in præterito, est quoddam esse, & quoddam poni: ideo causa posita in præterito, ponetur effectus futurus secundùm istam positionem. Et hoc est, quod dicit: ita dictum est, quòd facta ita suppositione, fie resolutio ad causam, quæ nunc est; qua posita, ponetur effectus, & eadé rō est, si aliquis supersiliat, soluẽdo usque ad causam factam: illud enim quod factum est, & quod est præteritum aliquo modo; ita ꝙ factum ex necessitate est aliquo modo, eo quòd non potest non fuisse & sic ex ipso necessariò sequetur effectus: & sic secundùm istá positionem omnia, quæ futura erunt ita, necessariò erunt; sicut est necessarium uiuẽtem fore moriturum; quod quidem ideo necessarium est, quia in uiuente iam aliquod factũ est, ad quod necessariò sequitur iste effectus, scilicet mors: in ipso .n. factũ est, ꝙ duo contraria sunt in eodé; & ideo necessariò morietur; sed ꝙ moriatur ui, uel uiolétia, uel infirmitate, nòdũ sunt aliquę causæ positę; ex quibus de necessitate sequatur hoc: ita quòd necessariò morietur; sed quod sic, uel sic, hoc non est necessarium, nisi factum fuerit: quia omne, quod est, quando est, necessarium est esse: & ita est contingentia respectu horum. Notandum est quòd ex ista litera Philosophi habemus, ꝙ causa aliqua necessariò infert effectum; ut si est compositum ex contrariis, necessariò corrumpetur: aliqua causa est per accidens & contingens, quæ cõtingenter infert effectum; ut si exiuit domum, possibile est, quòd morietur; & possibile quòd non: si autem nulla esset causa per accidens, nec effectus p accidens: sicut necessariũ est, ꝙ positis contrariis in composito, sequatur corruptio & mors; ita ad quamcunque causam siue præsentem, siue præteritam necessariò sequitur effectus; quod est

Omne, quod est, quando est, necesse é esse ex. 1. Perihermen. cap. ult.

Positis contrariis in composito, necessario sequitur corruptio.

A impossibile: sic enim ponere (ut dicit Commentator) est aufferre naturam possibilis & sic auferetur indifferentia entium: ut enim uult ipse Commentator, secundùm istá positionem omne, quod est, necessariò fieret; ita quòd si aliquis quærat, utrum hoc erit, uel non erit? oportet quod respondeatur, quòd alterum illorum sit necessarium, & alterum impossibile, & nullum contingens. Deinde cum dicit.

Palàm ergo quia usque ad aliquod uadit principium, hoc autem non adhuc ad aliud. Erit ergo eius, quod utcunque euenit ipsum, & causa generationis ipsius nulla.

B Concludit quoddam corollarium, quod quidẽ secundùm Commentatorem sic continuatur: dictum est statim in parte præcedenti; quòd corruptionis est aliqua causa necessaria per se, sicut cõpositio ex contrariis; ad quam causam resoluitur effectus sicut ad per se: generationis autem non semper est causa per se, sed multa fiunt, & generantur per accidens: & ideo hæc resolutio nõ stat ad causam per se. Et hoc est, quod dicitur i litera ista: quòd manifestum est, quòd in corruptione ipsum corruptum uadit usque ad aliqđ, hoc est usque ad aliquod principium per se: generatio autem non uadit usq; ad tale principium; erit enim in generatione aliqua causa, & accidentalis eius effectus; quod utrunque euenit, hoc est, accidentaliter: huius autẽ effectus nulla erit causa per se. Vt ergo uideatur intentio Commentatoris notãda sunt uerba eius. Dicit ergo primò quòd secũdùm positionem iam dictam, scilicet posita causa, ponitur effectus; cõtingebat quòd omnia, quæ fierẽt, antequam fierẽt, necessarium fuit vt fierẽt, sicut omne corruptibile, necessarium est corrumpi: ita quòd secundùm hoc sequetur, quòd naturæ & substantię rerum, ex quibus generabilia generantur, faciunt eas generari necessariò; sicut naturæ corruptibilium faciunt eas corrumpi necessariò; quod tamen falsum est, quia differentia est inter generationem & corruptionem: quia corruptio de necessitate fit, generatio autem non; ita ꝙ generatio non est in substantia rei; corruptio autem sic: hoc est dicere, substantia rei non necessariò fit, quia potest impediri generatio, corruptio autem necessariò fit: Et hoc est, quod dixit litera, quam exposuit Commentator, quòd in corruptione est deuenire ad aliquod principiũ; ad quod necessariò sequitur corruptio: in generatione autem non est deuenire ad tale principium semper; quia multa generantur, quæ possunt impediri, ita ꝙ fiat aliquid per accidens. Alia expositio huius literæ est communis; ita ꝙ sit aliquod corollarium, etiam conclusum ex præcedentibus; & continuetur sic: Dictum est in præcedentibus, ꝙ non quodlibet, quod fit, habet causam per se, sicut patet in futuris contingentibus: ita ꝙ in istis futuris contingẽtibus aliquando contingit, ꝙ ipsum contingens resoluitur ad aliquod principium per se, quod quidem principium

Corruptionis est causa per se, generationis autem non semper est cā p se.

Auer. expō.

C

Differentia inter generationem & corruptionem.

D

Altera expositio.

pium non oportet reduci in aliquod aliud, sed erit causa causarum eius, quod utrunque euenit, hoc est, per accidens: generationis autem illius causę nulla erit alia causa, quia per accidens est, & ipsum per accidens non habet causam determinatam. Verbi gratia, si dicatur sic, iste occidetur à latronibus, & uulnerabitur: uulnus est causa occisionis, ita φ iste effectus aliquo modo reducitur ad causam; huius autē uulneris causa est, quia inuenitur à latronibus; quòd autem inueniatur à latronibus causa est indeterminata, nō enim possumus assignare causam determinatam, ad quam stet resolutio: namque hoc potest esse, quia ibat negotiatum; uel quia per uim maris portatus est ad talem locum; uel quia quærebat amicum; & sic de aliis causis indeterminatis. Et hoc est, quod uoluit dicere Commentator in prima uia: quòd non semper omne, quod fit, potest reduci in causam terminatam; nec omne, quod fit, necessariò fit, etiam in naturalibus: quia in naturalibus generationes impediri possunt: in naturalibus autem corruptibile necessariò corrūpitur: & ideo in corruptione magis est reductio ad causam per se, quàm in generatione. Deinde cum dicit.

Om̄, qđ fit, nō semp reducitur in cām terminatam.

Sed ad principiū quale, et cām qualē reductio talis.

TEX. 8. *Vtrum ut ad materiam, aut ad quod, cuius gratia: aut ut ad mouens, maximè perscrutandum. Ergo de ente secundū accidens prætermittatur: determinatum est enim sufficienter.*

Quærit quandam quæstionem: dixit enim φ causa per accidens reducitur ad causam per se: quæreret ergo aliquis, ad qualem causam reducatur, Vtrum ad materiam; uel ad cuius causa, hoc est, ad finem; aut ad mouens? De hac enim quęstione perscrutandum est alibi, scilicet in Secundo Physicorum: non fecit autem hic mentionem de causa formale; quia forma, & finis idem sunt; Concludit ergo sic, quòd de ente secūdùm accidens sufficiāt, quæ dicta sunt: determinatum est enim de eo sufficienter. Notandum est, quòd Commentator expōnēs illud uerbum (causa per accidens est causa eius quod utrunque euenit, & est causa generationis multa) dicit sic: quòd bene dictum est, quòd causa per accidens non est causa generationis; quia quando peruenitur ad causam per accidens, aliquid fit casu; quod autem fit casu, non est alicuius motus naturalis omnino; quia casus non est causa alicuius speciei entium; quasi dicat Commentator, generatio uniuersalis terminatur ad aliquam entitatem, & ad aliquam speciem: casus autem est magis deuiatio à specie, & ab ente, quàm sit ens: sicut si fiat homo cū sex digitis, ideo à casu fit; quia à natura hominis deuiatur. Sic ergo uult Commentator quòd proportio est inter generationem & speciem: quia omnis generatio naturalis ad aliquam speciem terminatur, & ad aliquod ens: ubi autem casus est, ita est deuiatio ab ente, quòd nō est ens propriè; & ideo non potest dici generatio naturalis, sed magis deuians à natura. Notandum etiam est, φ

Tex. cō. 50. & circa.
2. Phy. tex. com. 70.
Generatio, et casus quō differunt.
Proportio ē inter generationē, & speciem.

E casus (secundùm Commentatorem hic) est causa accidentalis, omne autem accidentale in aliquo essentiali fundatur, aliàs esset abire in infinitum: accidens enim uel fundatur super seipso, uel super alio; super seipso non, quia natura accidentis nō est natura fixi, quę habeat posse figere seipsum: ergo fundatur super alio; illud ergo aliud uel est substantia, uel accidens est; si accidēs, quæro de illo accidente, aut super seipso figitur, aut super aliud: super seipso non (ut iam dictum est) ergo super alio: tunc eodem modo, uel illud est accidens, uel substantia; & si accidens, oportet φ super alio fundetur; & sic procedendo erit procederen infinitū: nisi dicatur, φ accidens in aliquo essētiali fundatur, quod quidē essentiale super nul

Oē accidēs fundatur in aliquo essentiali.

F lo alio figitur. Et hoc est, quod dixit Cōm. quòd accidentalis causa fundatur super essentiale.

Quæreret aliquis, Vtrum omnis effectus contingens possit reduci ad causas cœlestes, tanquā ad causam per se? Respondeo hic duo sunt declaranda: primò quòd multa sūt per accidens respectu causæ inferioris, quæ non sunt per accidens respectu causæ superioris, scilicet corporum cœlestium: secundum est, quòd non omnis effectus per accidens & contingens potest reduci in corpus cœleste, tanquam in causam per se. Primum patet per exemplum, & per rationem sic. uidemus .n. φ hac herba florente, illa etiam floret; si ergo comparemus has duas floritiones ad causas inferiores, concursus floritionum accidentalis

Quæstio.
Aliqua sūt p accidēs respectu cāæ inferioris, quæ tamen nō sunt respectu cāæ superioris.

G est: si enim floritio huius, & illius comparentur ad uirtutes proprias harū herbarum, nullum ordinem uidentur habere adinuicem; ita quòd debeant concurrere, ut hac florente, illa floreat: si tamen hæ duæ floritiones comparentur ad corpus cœleste, sic concursus floritionum per se est; quia aliqua causa est in corpore cœlesti, quæ aspicit uirtutem huius herbę, & illius; sub cuius aspectu cadit utraque floritio, & per consequens concursus earum. Per rationem sic patet: illud uocatur per accidens in effectibus, quod fugit aspectum causæ; possibile est autem, quòd unus & idē effectus fugiat aspectum causæ particularis; & tamen subintret aspectum causę uniuersalis: ita φ secundùm hoc erit per accidens respectu causæ

H particularis, & tamen per se respectu causæ uniuersalis; sicut multa fugiunt aspectū Bailini, quæ non effugiunt aspectum Regis: à simili multa effugiunt aspectum causarum particularium, quæ subintrant aspectum causę uniuersalis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quadruplex causa natura est, scilicet particularis, specialis, uniuersalis, & uniuersalissima: hæ autem causæ sic se habent adinuicem, quòd aspectus secundæ est uniuersalior quàm aspectus primæ, & tertiæ; & aspectus tertię uniuersalior quàm primæ & secundæ; & aliquid exit aspectum primæ, & secundæ, quòd non exit aspectum tertiæ: quarta est in summo gradu uniuersalitatis; ita quòd nihil potest fugere aspectum eius. Hęc ergo manifestentur; natura particularis

Natura dicitur quatuor modis.
Natura particularis, quæ & qualis.

particularis uocatur natura indiuidui, quæ quidem habet aspectũ arctissimum; hæc enim natura semper quærit conseruationem sui esse, & semper fugit, quod suo esse repugnat; siue quod ad benè esse eius nõ competit: semper etiam quærit assimilationem sui, quantùm potest: unde sortes semper quærit conseruationem sui esse, & assimilationem sui esse: si autem euenit, quòd aliquid sit ab eo, quod non sibi assimiletur, hoc est, præter eius intentionem; ut si Sors fœminam generet, hoc est præter intentionem generantis, naturæ particularis: & ita aliqualiter fugit eius aspectum, quod tamen subintrat aspectum naturę specialis.

Natura specialis quæ, & qualis.

Secundo modo dicitur natura specialis: natura enim specialis hic uocatur natura speciei: natura enim speciei intendit perpetuitatem sui; & etiam intendit omnia illa, per quæ species perpetuari potest; & quia perpetuari non potest aliqua species sine utroque sexu; ideo utrunque sexum intendit: & sic aliquid intendit, puta fœminam, quod erat præter intentionem naturæ particularis, quòd est infra aspectum speciei.

Natura uniuersalis quæ & qualis.

Natura autẽ uniuersalis tertio modo dicta, uocatur natura cœlestis; quæ quidem uniuersalior est, quàm sit natura speciei; & ideo aliquid fugit aspectum speciei, quod non subintrat aspectum huius naturę; intendit enim hæc natura uniuersalis conseruationem uniuersaliorẽ, quàm natura speciei: species enim non intendit conseruare, nisi seipsam; natura autem uniuersalis intendit conseruare totam naturam elementarẽ: & ideo aspectus illius naturæ uniuersalis maior est, quàm aspectus naturæ specificæ. Videmus enim quòd contra intentionem speciei ignis est, quòd tendat deorsum; & tamen hunc descensum intendit natura cœlestis ad cõplexionem mixti, uel ad supplendum uacuum: intendit enim talis natura super totam naturam elementarem, ut nullus defectus ibi permittatur. Similiter quò ad exemplum, quod iam positũ est; pręter intentionem huius herbę specificæ est, quod hac florente, illa floreat; & tamen non est præter intentionem naturæ uniuersalis de tertio modo.

Natura uniuersalissima quæ, & qualis.

Natura autem quarto modo dicta, est natura diuina; cuius aspectus maximus est; ita quòd nihil fugit aspectum huius naturæ; & hoc est, quia omnia cadunt sub prouidentia diuina: uidemus enim quod multa cõtingentia fugiunt aspectum naturæ primo modo, & secundo, & tertio modo dictæ; non tamen fugiunt aspectum huius naturæ: sicut futura contingentia, quæ sunt à libero arbitrio; cuius ratio est, quia hæc natura est uniuersalissima; ergo est in supremo gradu uniuersalitatis; si autem aliquid fugeret aspectum eius, aspectus eius esset limitatus ad hęc, quæ aspiceret: ergo non esset uniuersalissima: & sic patet primum declarandũ, quomodo aliquid est per accidens respectu inferiorum, quod non est per accidens respectu superiorum.

Artic. 2.

Secundum declarandum est, quòd non omnis effectus per accidens potest teduci in cor-

A pus cœleste, tanquam in causam per se: quod quidem patet sic, quia multa possunt esse præter respectũ huius causæ, & præter intentionem eius, & ita erit causa per accidens respectu illorum.

Non omnis effectus per accidẽs põt reduci in causam per se.

Quod ita mauifestum est, quòd enim hæc inferiora non assequantur effectum suum, hoc potest esse duobus modis: uno modo propter indispositionem materiæ, & hoc modo potest impediri natura cœlestis: quia enim materia nõ omnino obedit agenti, ideo aliquid potest induci in ipsam pręter intentionem agentis; & per consequens cum natura cœlestis agat in materiam suppositã, oportet quòd possit impediri à sua actione; & illud quod eueniet propter impedimentum, erit pręter intẽtionem illius naturæ, & per accidens respectu il-

B lius. Secundo modo potest impediri ab actione sua ipsum agens propter concursum cõtrarii agẽtis; & sic aliquid eueniet propter talem concursũ pręter intentionem agentis, & per accidens; & isto modo potest aliquid euenire præter intentionem naturæ cœlestis. Quod sic patet; quamuis natura inferiorum corporum subiaceat naturæ cœlesti; tamen hoc potest impediri propter liberum arbitrium: sapientes enim (ut ait Ptolomeus) dominantur astris: quod enim huic debetur secundùm causas superiores, posset impediri per liberum arbitrium.

Sapiens dominabitur astris.

Patet ergo quòd aliquid est per accidens respectu corporis cœlestis; ergo non omnia possunt reduci in ipsa tanquam in causam per se, licèt aliquid, quod est per accidens respe-

C ctu inferiorum, sit reductum ad illud corpus, tanquam ad causam per se: sicut in primo articulo patenter ostensum est.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrũ omnia possint reduci in fatum, sicut in causam per se? Dicendum est quòd non, si enim fatum esset causa per se, & necessaria respectu omnium; cum causa necessaria posita, ponatur effectus, oporteret quòd posito fatu, poneretur res necessariò; & ita fatum tolleret contingentiã à rebus.

An detur fatũ; & quid proprie sit.

Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quidam ea, quæ fiunt infra hunc mundum, quia non poterant ea reducere in causas particulares; sunt conati reducere in causas superiores, à quibus causis ordinatè procederet, qua si essent facta, uel prolocuta, uel præordinata ab il-

D lis causis. & ideo tales causas appellauerũt fatum propter talem prolocutionem, uel præordinationem: & in tales causas conati sunt reducere omnia contingentia, in corporibus naturalibus, & contingẽtia liberi arbitrii: Hic autem modus falsus est, & contra fidem; quia contingentia liberi arbitrii in corpora cœlestia reduci non possunt; nec fatum isto modo super talia contingentia esse habet, sicut nec corpora cœlestia; iste est ergo unus modus ponendi fatũ.

Huius opi. fuerunt Poetæ oẽs antiqui. Vide Aug. 5. de Ciui. Dei. c. 10. & Aulũ Gelliũ in 5. Noct. Atti.

Est ergo fatum (secũdùm Boetium Quinto de Consolatione) dispositio inhærens rebus mobilibus, per quam prouidentia diuina suis utitur ordinibus: in qua diffinitione dispositio est genus, ita quòd fatum dispositio est, non omnis, sed dispositio in rebus mobilibus.

Idẽ & Aug. ubi supra cap. 8.

Dispositio duplex.

bus. Debemus enim imaginari, quòd duplex est dispositio: prima in mente artificis; secũda est dispositio deriuata ab ista dispositione, quę est in re artificiata: similiter quædam dispositio est in mente diuina, quę se habet ad modum artificis; & ista potest dici ars diuina & prouidentia; secunda dispositio est impressa rebus factis ab isto artifice, quæ dispositio est ordo rerum, ut hęc res per modum istum producat effectum suum, & illa per illum: illa aspiciat suum effectum necessariò, & illa in pluribus & contingenter: & ista dispositio, siue iste ordo fatum dici potest; à faris, uel fare, fatur; quia sicut artificiatum fatur & proloquitur artificem; ita dispositio ista, & iste ordo nobis loquitur, & nobis manifestat prouidentiam diuinã, & artem artificis: Et isto modo accipiendo fatũ, est in rebus creatis, & per consequens habẽt aspectum limitatum; si ergo habent aspectum limitatum, patet quod quæritur; quia aliquid potest esse per accidens respectu illius, quia multa possunt fugere aspectũ istius fati, sicut patet de actibus liberi arbitrii.

Quęstio.

Boethius 4. de consolatione notat duplicem Dei prouidentiam generalẽ unã, particularẽ alteram.

Quæreret aliquis, Vtrum omnia possint reduci in prouidentiam diuinam, sicut in causam per se? Videtur ꝙ non, si.n. prouidentia diuina respicit effectus omnes per se, oportet ꝙ ipsa posita, ponantur effectus necessariò; & si sic est, totaliter excluditur contingentia à rebus, & per accidens: quod est contra determinationem Philosophi in hoc loco: uel enim oportet dicere, ꝙ posita prouidẽtia diuina, non ponitur effectus necessariò, & sic non est causa per se, nec causa diuina: quod est impossibile: uel oportet dicere ꝙ ipsa posita, ponantur omnes effectus; & sic omnis cõtingentia tolleretur à rebus: si enim posita ipsa, ponuntur effectus; oportet cum ipsa sit necesse, ꝙ necessariò effectus eueniat, quod est falsum. Respondeo, hic sunt duo declaranda: primum est, ꝙ omnia reducuntur in prouidentiam diuinam: secundũ est, ꝙ hoc posito, non tollitur contingentia à rebus. Primum patet per pręcedẽtia, quia prouidentia diuina causa altissima est, & uniuersalissima: si autem uniuersalissima est, oportet ꝙ habeat aspectum supra totum ens, & supra quemlibet modum: si autem aspectum habet super totum ens, & super quemlibet modum entis, oportet ꝙ nihil exeat aspectum eius; & sic nihil erit præter intentionem eius, nec per accidẽs respectu illius. Videmus enim ꝙ prouidentia quantò se extendit ad plura, tantò perfectior est & solertior: unde si præuisio uel prouidentia alicuius solùm se extenderet ad uniuersalia, & nõ ad particularia; imperfectissima esset: & quãtò ad plura particularia se extẽderet, tãtò esset perfectior: illa ergo, quę est perfectissima, ultimato gradu perfectionis, oportet ꝙ se extendat ad ens, & ad quemlibet modum entis; & sic patet primum.

Diuina prouidentia est cũ altissima & uniuersalissima.

Prouidentia quantò uniuersalior, tantò perfectior.

Secundum patet sic, quia hęc prouidentia, & præscientia hic se extendit ad ens, & ad quemlibet modũ entis, & ita res euenĩt, sicut pręuidentur, aliàs falleretur: non solùm autem præuidetur res, quæ eueniet; sed modus eueniendi: ita enim eueniet sicut præuidetur: cum ergo aliquæ præuidentur euenire contingenter, contingenter euenient: est enim Deus causa non solùm entis, sed etiam omnium modorum entis: cum ergo contingentia, & necessitas sint quidam modi entis, non solùm causabit ens, sed etiam contingentiam & necessitatem in entibus. Et ideo sua prouidentia non solùm cadit super necessaria, sed super contingentia; quare non solùm prouidentia non remouet contingentiam à rebus, sed ponit: executio enim prouidentię diuinæ non solùm est per causas necessarias, sed etiam per contingentes. Ad argumentum patet responsio, quia omnia præuisa sunt à Deo, & omnia cadunt sub eius prouidentia; sed tamen non euenient necessariò, nisi fortè necessitate consequentiæ, nõ consequẽtis; sed euenient sicut præuisa sunt; præuisa autem possunt euenire non solùm necessariò, sed contingenter, ut in multis.

Prouidentia diuina se extendit ad ens, & ad omnem modũ entis, scilicet ad contingentiam, & necessitatem.

Quod autem ut uerum, ens; & non ens, ut falsum: quoniam secundùm compositionem, & diuisionem: totaliter uero circa partitionem contradictionis. Verum quidem enim affirmationem in composito habet; negationem uerò in diuiſo: sed falsum habet partitionis contradictionem.

Aliàs participationẽ.

Postquam determinauit de ente per accidens; hic determinat de ente, quod est uerũ, cui opponitur falsum, ut non ens. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, in quo consistit ratio huius ueri, & falsi sibi oppositi: secundò quia breuiter dixerat de isto ente per accidens, reddit causam huius breuitatis; & quare hæc duo entia sunt prætermittenda. Secunda ibi [Quoniam autem complexio, & diuisio] Prima in duas, quia ostendit in quo consistit natura huius ueri, & eius oppositi falsi; secundò excusat se à quadam quæstione, quæ hic posset moueri ibi [Quomodo autem quòd simul, aut quod separatim] Dicit ergo primò quòd ens, quod est uerum; & non ens, quod est falsum sibi oppositum; sunt ens, & nõ ens, quę consistunt in compositione & diuisione: & uniuersaliter consistunt circa partitionem contradictionis, quia una pars contradictionis semper est uera isto modo ens, & altera pars semper est falsa isto modo non entis: aliter tamen in compositione, & aliter in diuisione, in ijs enim quæ uerè componuntur, sicut cum dicitur, homo est animal: uerum est in affirmatiua & in composita; falsa autem in negatiua & indiuisa, sicut est in ista, homo non est animal: in his autem, quę uerè distinguuntur, sicut cum dicitur, homo non est asinus, uerum, & ens est in negatiua; falsum, & non ens in affirmatiua. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd in composito, hoc est in his, quę uerè componuntur; uerum habet pro parte sua affirmationem, hoc est propositionem affirmatiuam; sicut ista, homo est animal; indiuiũcto autem, hoc est in propositionibus, quę uerè distinguuntur;

Ens, uerũ; & non ens, falsũ quid, & ubi.

Aliàs participationẽ.

guntur; uerum habet pro parte sua negationem, hoc est propositionem negatiuam; sicut ista, homo non est asinus. Verum ergo habet unam partem, scilicet affirmatiuam in coniunctis; falsum autem habet contradictionem huius partis, scilicet negatiuam, ut hanc, homo non est animal: uerum etiam habet in disiunctovnam partem, scilicet negatiuam; falsum autem habet cõtradictionem huius partis, scilicet affirmatiuam, ut ista homo est asinus. Deinde cum dicit.

Quomodo autem quod simul, aut quod separatim intelligere accidit alius sermo. Dico aũt quod simul, & quod separatim: ut non in eo quod consequenter, sed in unum aliquod fieri.

Excitat quęstionem. Excusat se à quadam quęstione; quam quidem partem sic introducit Commentator posset aliquis quęrere, quare anima recipit duo opposita simul? & quomodo potest intelligere duo opposita simul, scilicet affirmationem & negationẽ? simul autem dico, non solùm quia unum consequatur ad aliud, ita quod simul intelligere sit consequenter intelligere; sed simul, idest in uno instanti. Si ergo sic moueatur quęstio, secundùm Commentatorem duo facit Philosoph. in parte ista, quia primò mouet quęstionem, & excusat se à perfecta solutione eius: secundò aliqualiter eam soluit. Secunda ibi [Non est uerum, & falsum in rebus] Secundùm ergo hunc modum legendi dicit Philosophus; ita dictum est, quòd uerum & falsum sunt opposita; quomodo autem accidit intelligere opposita, utrum simul, aut separatim; alius sermo est, scilicet in libro de Anima. Dico autem simul aliqua opposita intelligere, non solùm in eo quòd est consequenter se habere; sed eo quòd opposita contingit fieri aliquid unum. Alia litera Commenti habet [Contingit fieri aliquid idem] idest intelligi in eodem instanti. Deinde.

Non est autem uerum & fasum in rebus: ut quod quid bonum uerum: quod autem malum falsum, sed in mente. Circa uero simplicia, & quod est, nec in mente est. Ergo quæcunque oportet speculari circa sic ens, & non ens: posteriùs perscrutandum.

Ponit aliqualem solutionẽ huius quæstionis. Ad cuius euidentiam notandum est secundùm Commentatorem, quòd Philosophus intẽdit hic declarare diuersitatem duorum entium, scilicet entis extra intellectum, idest entis in materia; & illius entis, quod est in intellectu: quia ens, quod est in materia, & extra intellectum, est ens completum & perfectũ: & ideo materia propter perfectionem huius entis, non potest recipere simul duo opposita: ens autem in intellectu est ens diminutum: & ideo intellectus propter diminutionem huius entis potest recipere duo opposita simul. Et sic reperiemus duo genera oppositorum, quædam enim sunt opposita, quę sunt in rebus extra intellectum; & ista non possunt esse simul: & tali modo oppositionis opponũtur bonum, & malum; quæ sunt in rebus: alia sunt opposita in intellectu; sicut uerum, & falsum: & de tali genere op

Cur materia non potest recipere duo opposita simul, & intellectus sic.

Genera duo oppositorũ.

A positionis dictum est, quòd possunt simul capi ab intellectu: ex isto duplici genere oppositionis ostenso, soluitur quęstio. Et hoc est, quod dicit Philosophus: quòd uerum & falsum non sunt in rebus, sicut bonum & malum: ita quòd idem sit bonum, quòd uerum: & malum idem, quòd falsum; sed sunt in mente: quasi dicat Philosophus; bonum & malum sunt in rebus, & habent oppositionem in rebus: uerum autem & falsum sunt in mente: in mente autem possunt esse duo opposita non quocunque modo, quia circa simplicem intelligentiam mentis, quæ appræhẽdit quod quid est; nec est uerum, nec est falsum: sed solùm circa cõpositionem & diuisionem. Concludit ergo, quòd de tali ente, & de tali non ente, quæcunque oportet speculari: posteriùs dicendum est, scilicet in fine Noni huius; hæc ergo litera sic continuata est secundùm Commentatorem. Aliter põt continuari sic. Dictum est superiùs, quòd uerum & falsum sunt in compositione & diuisione; compositio autem & diuisio circa plura sunt: potest esse ergo hæc quæstio; quomodo intellectus intelligat hæc plura, scilicet utrum simul, uel separatim? Et hoc est, quod dicit: ita dictum est, quòd uerum & falsum est in compositione plurium, quomodo autem intellectus intelligit illa plura, utrum simul, uel separatim; de hoc alius sermo est; dico autem simul, non in eo quòd aliqua consequenter se habent; sed eo quòd aliqua sunt unum. Notandum est quòd aliqua dicuntur esse simul aliquando, quia loca eorum uel tẽpora sunt

Verũ et falsum est in intellectu; bonũ aũt & malum sunt in rebus.

B

Altera cõtinuatio textus.

C coniuncta, uel consequenter se habentia: aliqua dicuntur esse simul, quia in uno instanti: primo modo simultas idem est, quòd uicinitas. Dicere uult ergo Philosophus, quòd ipse non non intelligit hic simultationem, consequentiam, uel uicinitatem; sed utrum intellectus intelligat duo simul, idest in uno instanti. Et possumus dicere, quod hoc, quod dictũ est, [non in eo quòd consequenter, sed inquantùm unum fuut;] est nota solutionis huius quęstionis: primò enim intellectus concipit conceptum subiecti: secundariò autem, & consequenter concipit conceptum prædicati: & tunc iste intellectus consequenter, & non simul ista duo intelligit; postea autem componit unũ cum alio, uel diuidit; & tunc simul intelligit illa

Quõ aliqua dicuntur eẽ simul.

D duo, non inquantùm duo, sed inquantùm fit ex eis aliquid unum: quia istę propositiones intelliguntur, ut facientes aliquod unum; & propter illam unitatem, quam faciunt, simul intelliguntur. In litera postea, quæ sequitur, scilicet. [Nõ est autem verum, & falsum &c.] soluit aliqualiter dubitationem motam. Dixerat enim, quòd uerum, & falsum sunt in compositione & diuisione; hoc ergo manifestat ex differentia, quæ est inter bonũ & malum ex una parte; & uerum & falsum ex alia: quia uerum & falsum non sunt in rebus, sicut bonum & malum; itaque idem sit uerum, quod bonum; & falsum idem, quod malum; sed sunt in mente cõponente & diuidente; quia non sunt in

Intellectus non intelligit simul subiectum & prædicamentum.

mo Artirulo: in secunda esse fundatur ueritas conreptus:& sicut primum esse est esse completum,& extra animam;serundum autem esse est esse diminutum, & in anima: ita prima ueritas, scilicet essentiæ est ueritas perfecta; secunda autem ueritas est ueritas diminuta, quæ quidem est adęquatio ronreptus ad rem:& sirut primo modo essentiæ adæquatin subiectiuè est in essentia, & est ipsa ueritas essentiæ: ita secundo modo ueritas conceptus est adęquatio ronreptus ad rem, & est subiectiuè in concipiente. Et ista est ueritas, quam Comm. sæpe uocat entitatem diminutam apud animam: quam etiam idem Cnmm. uocat factam ab anima. Debemus.n.imaginari, ꝙ intellectus simplex de re simplici fnrmat sibi conceptum simplicem, quem conceptum diffinitionem uocamus: fnrmat etiam de re composita sibi conreptum compositum, quem conreptum enũciationem dirimus:& tam in prima formatione, quàm in secunda apud concipientem, uel formantem est fmilitudo rei, de qua fit fnrmatio: quam similitudinem uocat Commentator enunciationem diminutam,& factam à concipiente.

Veritas rei, et ueritas i[n] tellectus se. habẽt sicut perfectũ, et diminutũ.

Sic igitur concludamus, quòd duplex est esse rei, & duplex entitas, & secundùm duplicem entitatem est duplex ueritas: primum esse est esse rei in se, in quo radicatur entitas extra animam; in quo etiam esse est ueritas essentiæ: secundum esse est esse diminutum apud animam per similitudinem rei; in quo esse radicatur ueritas conceptus, quæ quidem est subiectiuè in anima roncipiente: & sir secundùm istum modum ens optimè conuertitur cum uerò; quia sirut se habet ens, ita se habet uerum: nam ubi est essentia, ibi est ueritas essentiæ: ubi autem est ueritas diminuta, ibi est ueritas conceptus. Ad argumentum illnrum, qui ponunt omnem ueritatem in intellectu, quia adæquatio est in intellectu; patet quòd dupliciter perrat: primò, quia nnu loquitur de omni ueritate, sed de ueritate conreptus solùm; quæ quidem est adæquatio conceptus ad rem extra: sernndò perrat, quia nnn omnis adæquatio est in intellectu subiectiuè, & per consequens nec oĩs ueritas.

Esse, et ueritas duplex.

Ens quõ cõuertitur cũ uero.

Possumus.n. duplicem adæquationẽ ponere: una, quæ est ex hor, ꝙ essentia rei imitatur intellectũ primi; & ista cãliter est in intellectu primi; subiectiuè uerò, & formaliter est in essentia: alia est adęquatio, quæ est ex hor, ꝙ noster intellectus imitatur res:& ista cãliter est in re, subiectiuè autem in intellectu concipiente: & de hac procedebat argumentum eorum. Ad dictum Philosophi est dirrendum, ꝙ non est intentio eius, quod uerum, & falsum oĩno sunt in aĩa; sed ꝙ non ita opponũtur sicut bonum & malum; quia bonũ & malum tantũ sunt in rebus; uerum ãt & falsum põt esse ĩ rebus, & in aĩa. Ad cuius euidentiam sciendũ est, ꝙ aliter est de uoluntate, & aliter de intellectu: quia intellectus est aptus natus farere apud seipsum rẽ sub entitate diminuta, quæ res apud seipsam est sub entitate completa; & iõ pp uim in-

Adequatio duplex.

Differẽtia inter intellectus, et uoluntates.

A tellectiuam res est apta nata hẽre duplex esse. s. in se, & in intellectu: & iõ pp hoc hẽt ueritatem in se, & ueritatem in intellectu. Appetitus ãt non est aptus natus facere, ꝙ res aliud esse hẽat, quàm in seipsa: unde intellectus est motus rerum ad animam, hoc est, ex hor ꝙ intellectus est, res habet aliquod esse in anima; quia intellectus quodammodo omnia est serundùm entitatem diminutã; appetitus autem est motus animæ ad res, ut sunt in seipsis. Si ergo hæc sunt uera, ipsum uerum, quod est uerum intellectus; ita est in seipso, & in re, ꝙ aliquo modo est in intellectu secundùm aliquem modum essendi: bonum autem & malum sunt in rebus tantùm, quia per uim appetitiuam non fiunt in anima: magis.n. anima per appetitũ B fit in rebus, quàm res in anima: quia per intellectum aliquo modo res fiunt in anima; per appetitum autem anima fit in rebus: dictum est enim ꝙ aliqua ueritas est in essentia ex aspectu ad intellectum diuinum; & aliqua ueritas est in intellectu ex aspectu ad essentiam rei.

Quæreret quis. Vtrum aliqua ueritas sit in essentia ex aspectu ad intellectum nostrum? Rñ. ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ essentia, ueritas, unitas, bonitas dicunt eandem rem; sed tamen sub differenti ratione: essentia enim dicit quidditatem sub esse permissiuo, super quã fundãtur tres rõnes. s. unius, ueri, & boni: inquantùm.n. essentia est indiuisa in se, & diuisa ab omni alia essentia, una dr̃: inquantùm autem est de- C claratiua suiipsius apud intellectum nostrũ, uera dr̃: inquantùm autem eadem essentia aspicit appetitum, uel uoluntatem, bonitas dr̃. Sic ergo ad propositum, entitas ut entitas de se nec est declarabilis, nec est non declarabilis; sed derlarabilis est inquantũ ueritas: ita quòd ratio ueritas addit rõem declaratiui. Debemus.n. imaginari hun modo, ꝙ ueritas ad essentiam eo mõ se habet, quo uisibilitas ad colorem; uisibilitas super colorem nõ addit aliam ratinnem, nisi rationem declaratiui & appræhensibilis à uisu: similiter ueritas addit super rationem entis rationem apprehensibilis ab intellectu; ita ꝙ sic imaginemur, quòd ens mouet intellectum, & æquat sibi eum; & assimilat; ita quòd in eo est ratio æquatiui, motiui, & declaD ratiui; & ab ista ratione imponitur nomen ueritatis. Et hoc est, qund ronsueuit diri quòd uerum est obiectum intellectus; eo quòd ueritas imponitur à ratione obiectabili, scilicet à ratione apprehensiui, æquatiui, & assimilatiui.

Questio.

Essentia, ueritas, unitas, et bonitas sunt idẽ re, differunt autem ratione.

Colligamus omnia prædicta de ueritate, & dicamus, quòd ueritas uno modo est in essentia ex hoc, quòd adæquatur intellectui diuino; & isto modo ueritas addit respectum, quo aspicit intellectum, non tamen diuinum; & ista ueritas est in essentia in aspectu ad intellectum ex hoc, quòd ipsa habet rationem motiui, & declaratiui: & ueritas isto modo in essentia est ex hoc, ꝙ adæquat intellectum sibi per suum declaratiuum: Tertio modo dicebatur ueritas esse in intellectu

Veritas quo est in essentia, et in intellectu.

nostro ex hoc, quòd adęquatur essentiæ extra; & hoc modo ueritas idem erat, quòd entitas diminuta. Possumus autem addere duos modos ueritatis essentiæ: uno enim modo dicitur uera essentia ex hoc, quòd adæquatur suis principiis, & assequitur illa: uera enim est essentia hominis, quæ assequitur principia hominis: & isto modo ueritas est idem, quòd adæquatio principiorum & essentiæ. Alio modo ueritas, uel uerum (ut meliùs dicatur) est indiuisio esse, & eius quod est: imaginabimur quòd habens essentiam, puta homo humanitatem, uocabitur quod est: ipsa autem essentia, sicut humanitas, uocabitur esse: tunc autem est ueritas in aliquo, quando illud quod est, & esse essentiæ suæ sunt indiuisa: ille enim est uerus homo, qui habet humanitatem; quod quidem habere est quoddam non diuidi ab ea: ita quòd secundùm istum modum ipsa essentia est quædam ueritas omnium habentium humanitatem: ita quòd faciemus differentiam inter ueritatem, & uerum: quia ipsa essentia uocatur ueritas, ipsum autem habens essentiam, quod priùs uocabatur quod est; dicetur uerum ista ueritate: sicut album dicitur album ab albedine suo modo ex hoc, quòd est indiuisum ab albedine: similiter istud uerum dicitur uerum ex hoc, quòd est indiuisum à ueritate, siue ab essentia.

Veritas essentia duplex.

Differentia inter ueritatem, et uerũ

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum per simplicem intelligentiam, fiat ueritas, & falsitas? Videtur quòd non per Philosophum in litera. Ad oppositum: quando intelligitur ipsum quod quid est, habetur per intellectum ad similitudinem suam, & per conceptum: dictum est autem quòd conceptus est quædam entitas diminuta, & quędam ueritas. Respondeo dicendum est, quòd duplex est operatio intellectus: una, quæ est simplicium intelligentia, qua appræhenditur quidditas & quia appræhenditur quidditas, & quidditas est quædam ueritas, ut patet per præcedentia; oportet quòd appræhendat aliquam ueritatem; ita tamen appræhendit, quòd non dicit se appræhendere, nec dicit istam ueritatem esse alicuius, sed simpliciter ab ista quidditate, uel ueritate mouetur: ergo iste intellectus ita erit uerum ex ista ueritate appræhensa, quòd non dicit uerum: dicere enim & enuntiare uerum, est dicere ueritatem esse illius, cuius est ueritas; quòd non facit simplex intelligentia, quia ita fertur super ueritatem, quòd non reflectit eam ad illud, cuius est ueritas. Alius est actus intellectus, qui est compositio & diuisio essentiæ: hic actus intellectus duo facit, appræhendit ueritatem, & enunciat eam esse illius, cuius est ueritas; puta appræhendit animalitatem, & animalitas est quædam ueritas; ergo appręhendit istam ueritatem; & ulteriùs istam ueritatem dicit esse illius, cuius est; puta esse hominis, cum enunciat, homo est animal. Et secundùm hoc, quando intellectus intelligit quod quid est, ueritas est in intellectu, sicut in apprehendente, non tamen sicut in dicente; quia

Intellectus operatio duplex.

Enunciare uerũ quid.

E dicere, & enunciare ueritatem, est ipsam ueritatem obiecti de aliquo enunciare, & prædicare: & quando enunciatur de eo cuius est, tunc est ueritas in intellectu dicente: quando autem enunciatur de eo, cuius non est, tunc dicit falsum. Ex quo sequitur, quòd intellectus, qui est simplicium intelligentia, semper est uerus: quia uel nihil apprehendit, uel appræhendit aliquod quod quid est: sic autem apprehendendo, apprehendit aliquam ueritatem: quia omnis ueritas est quidditas: intellectus autem compositiuus & diuisiuus aliquando est uerus, aliquando est falsus; quia aliquando reflectit quidditatem apprehensam ad illud, cuius est; aliquando ad illud, cuius non est. Et est aliquo modo simile de sensu, si

Omnis ueritas est quidditas.

F cut de intellectu; quia sensus semper aliquid apprehendit, & sicut apprehendit, ita renunciat; & quantùm ad hoc nulla falsitas est in eo: si tamen aliqua uirtus accedat, quæ componat enunciatum cum eo, cum quo est; non componendo, falsitas est tunc. Verbi gratia, apprehendit sensus speciem remi in aqua, & sicut apprehendit, ita renunciat: si autem aliqua potentia opponat, & dicat remum esse fractum, falsum dicit: similiter intellectus simpliciter apprehendit quod quid est, & ita renunciat, sicut apprehendit: si autem intellectus compositiuus dicat hanc quidditatem esse eius, cuius non est, iam est ibi falsitas. Ad argumentum patet solutio, quia intentio Philosophi est, quòd ueritas non est in

Quõ sensus est uerus, & falsus.

Ad argumentum.

G intellectu simplicium, sicut in enunciante uerum; sed solùm sicut in apprehendente simplicem quidditatem rei.

Quoniam autem complexio, & diuisio est in mẽte, & non in rebus: quod autem ita ens alterum ens à propriis, aut quia est quid; aut quia quale; aut quia quantum; aut siquod aliud copulet, aut diuidat ens. Quòd quidem ut accidens, & quod ut uerũ ens prætermittenda.

Ostendit, quòd ens per accidens, & ens quod est uerum, prætermittendum est; & accedendum est ad ens per se. Et duo facit, quia primò ponit conclusionem suam: secundò reddit causam eius, ibi [Causa enim huius quidem.] Dicit ergo primò, quòd quia ita est, quòd ipsum ens, quod consistit in compositione, & diuisione, est in men

Relinquenda consideratio entis p accidens, et accedendum ad contemplationẽ entis per se.

H te, & non in rebus; & est alterum ens ab entibus propriis, quæ sunt extra animam, quæ entia significabant quod quid est, uel quale est, uel quantum, uel aliquod aliud ens prædicamentale, quod mens copulat, aut diuidit: quia ita est, ideo ens per accidens, & ens ut uerum prætermittendum est. Deinde cum dicit.

Causa enim huius quidem indefinita, illius uerò mentis aliqua passio: & utraque circa reliquum genus entis, & nõ extra ostendunt aliquam naturam entis. Quapropter ea quidem prætermittantur. Perscrutandæ uerò sunt ipsius entis causæ, et principia inquantùm ens. Palàm autem in quibus deter minauimus de Quotiẽs unumquodque dicitur: quia mul-

multiplicitee dicitur ens: significat enim hoc quod quid est.

Reddit cām huius prętermissionis, dicens: ita ergo dictum est, ꝙ prætermittendum est ens per accidens, & ens ut uerum; & cā huius est, quia en tis per accidens non est cā determinata; & ideo non propriè cadit sub aspectu scientię; ens autē ut uerum, est passio mentis; & ideo est ens diminutum; ita ꝙ non habet cām nisi unam: & utraq; entia, s. per accidens, & ut uerum, sunt diuisa con tra ens per se; & non ostendunt aliquam naturā entis; uttunque. n. est ens diminutum: speculatio autē debet esse de perfecto; & quia ita est illud, iō ista entia prætermittātur; & de cętero sunt quę rendæ causæ, & principia entis inquantùm ens. Manifestum est autem ex præcedentibus, in quibus distinximus Quotiēs dr̄ unumquodque. s. ex Quinto huius: ꝙ ens dicitur multis modis; significat enim quid, quale, & quantum, & sic de aliis prædicamētis: sequitur qđ statim habet declarari secundū, quod immediatè subditur in Septimo. Notandum est, ꝙ illa litera, quæ dicit, ꝙ ipsum ens, quod est in anima; est alterum à quod quid est, & à quali, & à quanto, aut siquid aliud copulat, & diuidit ens: sic exponit Commen. dicens: quòd ens extra animam est differēs ab eo, quod est in mente; & hoc ens, quod est extra animam, aut est quid, aut quale, aut quantùm, aut aliud cō tinuum cum alio aliquo; & hæc sunt prędicamen ta cætera: & hoc continuum intellexit, per, [copulat, & diuidit,] Videtur ergo Commentator ex hac litera dicere, quòd tria prædicamenta cō sistunt in esse absoluto, scilicet Substātia, Qualitas, & Quātitas; cætera autem prædicamēnta cō sistunt in quadam copulatione, per quam copulationem intelligo respectum: ita quòd septem cætera prædicamenta consistunt in quodam respectu: quod patet in Relatione, in Actione, & Passione; quæ uidentur dicere quosdam respectus, fundatos super motum: in Quando etiam, quod uidetur dicere idem fundatum super con tinentiam passiuam temporalis ad tempus: similiter in Vbi, quod uidetur dicere respectum ad locum, fundatū super continentiam passiuam locati: in Situ etiam, quod uidetur dicere respectum partium locati ad partes loci: in Habitu quoque, quia (ut in Quinto ait Commentator, & iam ibi declaratum est) Habitus dicit respectum, sicut & ipsum Vbi; conuersum tamen mo dum habentem quàm ipsum. Sic ergo Commentator per istam copulationem intelligit septem prædicamenta. Vnde idem Commentator: per hoc forte intelligit illud, quod est præter prę dicamentum substantiæ; uel fortè intendit prædicamenta, quę habent comparationem: ista enim existimantur, quòd ista non essent, nisi anima esset: Vbi quidem duo innuit: primum enim est, quòd consistunt in quadam comparatione, & in quodam respectu: secundum est, quòd anima facit ad perfectum esse ipsorum. Notandum

Redditio causæ superio.

Speculatio debet esse de pfecto.

T. cō. 13. & inde.

Doctr. Com.

Tria sunt prædicamē. ta absoluta.

Com. 24. 25 sed præci pui cōm. 28

Verba Auerrois.

A etiam, quòd Aristote. dedit intelligere in hac litera tria entia, scilicet ens per se, ens ut uerum, & ens per accidens; quæ duo ultima sunt circa reliquum genus entis à primo, & deuiant ab ipso. Videndum est ergo, quomodo ab isto diuersa sunt; & primò de ente per accidens: ens per accidens uno modo dicitur, quod est ens in paucioribus; & quod deuiat ab ente in pluribus; & de tali certum est, quòd non debet dici propriè ens extra animam, sed magis deuiatio ab hoc ente, ut declaratum est supra: nec debet dici ens per se, quia non est per se intentum ab aliqua natura; sed deuiat ab intento. Alio modo dicitur ens per accidens congregatum ex essentiis accidentium, ut album esse musicum: & hoc non de- B bet dici ens per se; quia licèt esse album, & esse musicū possint dici aliquo mō ens per se; tamen concursus albi, & musici est per accidens omnino. Benè ergo dixit Philosophus, quòd ens per accidens est circa reliquum genus entis, aliud ab isto: benè etiam idem dixit de ente, quod est uerum; quia tale ens est ens diminutum, factum ab anima; de quo certum est, quod est aliud ab ente extra animam. Et sic explicit Sextus Liber Metaphysicæ.

Ens per accidens multiplex.

C

SVMMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS.

LIBER SEPTIMVS.



NS dicitur multipliciter, sicut diximus in his, quæ de Q uotiens. Significat enim hoc quod quid ē, & hoc aliquid; illud uerò quod quale, aut quantum, aut aliorū unumquodque sic prædicamentorum. Totiens autem ente dicto, palàm quia horum primum ens est quod quid est, quod significat substantiam. TEX. I.

Sicut fuit dictum in præcedenti libro, hic in- D tendebat determinare Philosophus de ente, secundùm quòd saluatur in substantia, & in aliis prædicamentis. Vnde Commentator in isto tractatu perscrutatur de speciebus entis; species autem entis sunt tres, substantia & accidens; potentia & actus; unum & multa: & ideo ista scientia habet tres partes; quia una est de diuisione entis in substantiam & accidens: & hoc in isto Libro intendit. Scdā est de diuisione entis in potentiā, & actum; & de hoc intendit in Nono: tertia diuisio est in unum & multa; & de hoc intendit in Decimo; in hoc ergo tractatu intendit de substantia inseparabili. in Vndecimo uerò de substantia separabili. in Duodecimo, & Tertiodecimo de his, quæ dixerunt antiqui de sub-

Intentio, & diuisio Libri.

Verba Auerrois.

stantiis separabilibus. In hoc ergo tractatu secundùm Commentatorem intendit de substantia,& de ente; secundùm quod saluatur in substantia,& accidente. Prima in duas; in prima parte ostendit,ꝙ uolenti determinare de natura entis prædicamentalis,sufficit determinare de una spẽ;quia ipsa est primum ens:scđò incipit determinare de ipsa substantia. Secunda ibi [Vr ãt substantia inexistere] Prima in duas,quia primò ostẽdit su ⁿam esse primum ens inter entia prædicamentalia:scđò ex hoc concludit, ꝙ pp primitatem sui primò,& solùm speculandum est de substantia. Secunda ibi [Quapp nobis maximè.] Prima adhuc in duas;quia in prima parte ponit conclusionem suam.s.ꝙ subã est primum ens: scđò probat eam,ibi [Nã qñ dicimus,quale quid hoc] Ponit ergo cõclusionem,dicens; ꝙ dictum est in libro,in quo diuisimus naturam rerum,hoc est in Quinto lib.ubi ostendebatur,qño dicebatur vnũ quodque: ꝙ ens dr̃ multis modis;significat.n. ipsum ens aliqñ quid,hoc est,quidditatem in prędicamẽto substantiæ;aliquãdo hoc aliquid,hoc est primam substantiam;aliquando qualitatem ; aliquando quantitatem;aut aliquod aliorum prędicamentorum. Totiens ãt dicto,isto ente, manifestum est,ꝙ de numero horum entium, ipsum qđ quid est,quod significat substantiam rei, est primum ens. Est ergo cõclusio Philosophi in hoc: & si ens dicitur multipliciter ,quia decem modis; de numero tamen horum entium primã & principalis entitas est quidditas entis in prædicamento substantiæ.

Introductio Commenta.

Tex.cõ.13. & inde.

TEX. 2. *Nam quando dicimus, quale quid homo? aut bonum dicimus , aut malum: sed non tricubitum, aut hominem. Quando uerò quid est?nec album,nec calidum,nec tricubitum:sed hominem,aut Deum.*

Probat quod dixit,s.ꝙ substantia,& quidditas substantiæ est primum ens. Et diuiditur in duas partes,quia primò probat hoc per rões: scđò p testimoniũ antiquorũ,ibi [Et qđ olim,& nunc,& sp] Prima in duas partes, quia primò probat per rões,ꝙ substantia ens primum est:scđò ostẽdit, quot modis,& quibus substantia est prior accidẽte,ibi, [Multipliciter quidem igitur,quod est primum] Prima in duas,scđm duas rões, quas adducit. Scđa ibi [Alia uerò dicuntur entia.] Est ergo intentio Philosophi probare, ꝙ quidditas est primum ens respũ quidditatis accidẽtalis:& ad hoc probandum ponit suam rõnem talem: quod magis accedit ad naturam entis,& quod magis indicat ipsum,est magis ens quã illud,qđ minus accedit:sed quidditas substantiæ est hmõi respũ accidentis:ergo est magis ens:maior huius rõnis patet;minor probatur sic:id,quod indicat intraneitatem rei,& quod est intrinsecum, magis accedit ad naturam rei,quàm illud,quod indicat quædam extranea,& qñdam aduenientia ; talis autẽ est substantia respũ accidentis; quia substãtia est quid:si.n.quæratur,quid est res? respondetur substantia rei:qualitas ãt,& quantitas indi

Substantia est primũ, et præcipuũ entium.

E cant,& manifestant de re quædam extranea: ergo substãtia,quę indicat quid de se, ẽ magis ens. Et hoc est,qđ dicit Philoso.in lrã; unde dictũ est, ꝙ substantia sit primum ens inter prædicamẽta: & hoc patet per rõnem;nam quando quærimus, quale quid est hoc? aliquid accidentale , ut puta bonum,uel malum,non eis respondetur quantitas,uel substantia;puta tricubitum,uel hmõi:quia ex quo quæritur de qualitate,non dẽt responderi aliquid aliud prædicamentale:quando uerò quæritur,quid est hoc , nec respondetur album, nec tricubitum,nec aliquid accidentale; sed respõdetur homo,uel Deus;aliquid substãtiale. Q.d.substantia respondetur ad quid, & ad quod est intraneum rei;ergo substantia indicat intraneum rei:

F accidens respondetur ad quãtũ,uel quale , uel aliquid aliud,quod non est intraneum rei; ergo substantia est intrinsecum rei,& non accidens:& sic substantia est primum ens . Notandum,ꝙ Cõm. vr̃ hunc passum sic imaginari,ꝙ natura entis primò & principaliter saluatur in prima substantia; unde ipse inferiùs dicet, ꝙ substantiæ scđæ non sunt entia, nisi per primam:hoc habito,ponit substantiam primam radicem totius entitatis;& quãtò aliquis magis accedit ad istud ens,tantò ẽ magis ens:magis ãt ad ipsum accedit quidditas substantialis,quàm accidẽtalis; quia magis ipsum indicat:magis.n.indicatur Sors; quando indicatur quid est,quã quando indicatur qualis, uel quãtus est. Et sic imaginatur,ꝙ prima substantia est ens

Consyderatio Commenta.

G per se;oĩa ãt alia in quocunq; prædicamento sint sunt entia in quodã accessu;sed magis accedunt illa,quæ sunt in prædicamento substantiæ,& minùs illa,quæ sunt in prædicamento accidẽtis. Secundũ hoc,quod uult ●mmu.rõ Philoso.est ista: declarantia substantiam demõstratam,& primã, sunt digniora hoc noĩe ens,quã illa,quę minùs declarant;prædicabilia in prædicamento substantię magis declarant primam substantiam,quàm prædicabilia in prædicamento accidentis; ergo sunt magis digna hoc noĩe,quod est ens. Et scđm hoc non probatur hic,ꝙ prima substantia sit primum ens:immo hoc supponitur;& hoc supposito,probatur ꝙ prædicabile in prædicamento substãtię, s.ꝙ quid est substantiale est magis ens , quàm sit prędicabile in prædicamento accidentis:quia utraq; prædicantur de eodem;sed unũ in sua prædicatione indicat quod quid est,reliquum uerò in

Prima substantia est ens per se, alia uerò sunt entia quodã accessum.

H dicat quale, quantum,&c. quæ sunt extranea . Et hoc sonat talis litera Arist. quia non dicit manifestum est,ꝙ prima substantia est primũ ens; sed ꝙ ipsum quod quid est,quod indicat primam substantiam,est magis ens, quã qualitas, uel quantitas. Notandum,ꝙ dicit hic Comm. ꝙ rõ iã dicta Logica est:cuius rõ est,quia propõnes huius rõnis sunt acceptæ à Logica:scđm istud Logica utitur duobus modis in sciis. uno mõ scđm quòd est instrm̃,quo utuntur aliæ sciæ. alio mõ secundùm ꝙ illud,quod declaratum est in ea,accipitur in aliis sciis:hæc.n. scia Logica est entis simpliciter;

Logica usitatur dupliciter in sciẽtiis.

ter;& ideo propónes eius fundãtur super ens sim A
pliciter,sicut distinctiones,& diffónes, & alia de
clarata in illa,& ideo possunt accipi ab aliis sciis.

Scientiæ reliquæ quõ utuntur logica.

Exponamus ergo Comm.uult.n.dicere Comm.
φ sciæ utuntur Logica duobus modis.uno modo
sicut instrõ,& hoc modo utuntur ea scd'm quòd
accipiunt modum deueniendi in scibile ab ipsa
Logica:accipiunt.n.sciæ ab ea modum diffinien
di,modum enuntiandi, modum syllogizandi: cũ
.n.Geometria syllogizat, uel enuntiat, uel diffi-
nit in terminis propriis,puta in triangulo , & sic
de aliis;talem modum syllogizandi,uel diffinien
di,uel enunciandi accipit à Logica,& istum mo-
dum sic acceptum applicat ad materiam propriã.
Secundus modus,quo aliæ sciæ utuntur Logica
est,non solùm quia utũtur modo declarato à Lo B
gico;sed quia accipiunt aliquam propositionem
declaratam in Logica,& ea utuntur tãquam ma
nifesta. V.g.declaratum in Logica est, φ illud,
quod respondetur ad quid,est substantia rei , uel
est genus,uel est spens ; hoc accipit Metaphysi-
cus ad probandum,φ substantia sit primum ens;

Cur aliæ sciẽtiæ possunt accipere declarata in logica?

Quòd ãt aliç sciç poslint accipere ista declarata à
Logica, rõ est;quia Logica uersatur circa ea,quæ
cõsequuntur totum ens,sicut circa diffinitioné,
descriptionem,& sic de aliis:& ideo illa declara-
ta entibus applicari possuut.

Alia uerò dicuntur entia, eo quòd taliter entis, hæc quidem qualitates esse,illa uerò quantitates,alia passiones,alia aliud quid tale.

Probat p secundã rõnem,φ substantia est pri C
mum ens.Et duo facit, quia primò ponit rõnem
suam:secundò specificat eam per signum [Vnde

Rursus superiora cõprobat.

& utiq; dubitabit aliquis] Dicit ergo,illa sunt ma
gis entia , & primò entia , quæ sunt entia per se,
quã quæ sunt quia entis:sed substantia est ens per
se,accidens est ens quia entis ; ergo substantia é
primum ens. Et de hac rõne non dicit Philoso.
plus,nisi quia alia.i.accidentia dicuntur entia,eo
φ sunt dispónes entis.i. substantiæ ; hæc.n.acci-
dentia sunt dispónes huius entis ad modum quã
titatis,illa uerò sicut qualitates,alia verò sicut pas
siones,& actiones, aut aliquid simile de aliis præ
dicamentis.Posset aliter rõ sic formari, pp quod
unumquodque tale & illud magis ; sed acciden-
tia non sunt entia, nisi quia entis , idest substan- D
tiæ;ergo substantia est magis.ens.

TEX.3. *Vnde & utique dubitabit aliquis,utrum, uadere, & sanare , & sedere unumquodque ipsorum sit ens,aut non ens . Similiter autem & in aliis talibus:nihil enim ipsorum nec secundùm se aptum natum,nec separari possibile à substantia. Sed magis siquidem uadens entium est aliquid , & sedens , & sanans.Hæc autem apparent magis entia, quia aliquid est subiectum ipsis determinatum. Hæc autem est substantia, et unumquodque, quod quidẽ in categoria tali apparet. Bonum.n.aut sedens,nõ sine hoc dicitur . Palàm ergo, quia propter eam & illorum singula sunt:quare primum ens aliquid, sed ens simpliciter substantia utique erit.*

Fortificat rationem suam etiam per quoddam
signum;ratio autem consistebat in hoc , quia ac-

Probat adhuc à signo.

cidentia non sunt entia nisi quia entis ; hoc pro-
bat per tale signum,quòd accidentia non sunt en
tia nisi quia entis,hoc patet ex dubitatione, quæ
est circa accidens abstractum , & non circa acci-
dens contractum: Quidam enim dubitauerunt ,
utrum accidens significatum in abstracto,sit ens;
circa autem accidens in contracto significatum
nihil dubitauerunt,uel minùs dubitauerunt, quã
circa primum;ratio autem dubitationis fuit,quia
accidens abstractum significabat rem prçterens,
quod est substantia ; accidens autem concretum
concernebat tale ens;hæc autem non fuissent bo
na motiua,nisi accidens esset ens quia entis, scili

Differentia inter accidens abstractum, & cõcretum.

cet substantiæ;sunt etenim ens quia entis , scili-
cet substantiæ ; ideo quando substantia non da-
tur intelligi in significato accidentis, dubium est
de entitate illius : quando autem datur intelligi,
nullum dubium consurgit. His uisis, patet litera
Philosophi , quæ sic continuetur: ita dictum est ,
quòd accidens non est nisi quia entis; & ideo ra
tionabiliter aliquis dubitabit, utrum uadere, &
sanare,& sedere, & unumquodque accidentium
abstractè significatorum, sit ens, uel non ens ? &
hoc quia significant naturam prçtersubstantiam;
cum tamen nullum eorum nec sit, nec possit, nec
aptum natum sit separari à natura substantiæ.
Et sic accidentia in abstrato significata apparent
non entia;accidentia autem in concreto signifi-
cata,sicut uadens,sedens,& etiam sanans magis

Cõcreta accidentium nidetur magis entia,quam eorũ abstracta.

uidentur entia istis abstractis ; & hoc quia con-
cernunt subiectum,cuius sunt,quod est determi
natum talibus accidentibus;istud subiectum sub
stantia est:ita quòd unumquodque , quod appa-
ret in tali Categoria; concretorum accidentium
concernit subiectum; bonum enim,& sedens nõ
dicuntur sine subiecto. Concludit ergo Philoso-
phus per præcedentia,quòd si hæc sunt uera, ma
nifestum est, quòd substantia est primum & sim
pliciter ens,& non secundùm quid . Notandum

Insignis doctrina Auerrois.

est,quòd Commentator super illo uerbo [subie-
ctum est determinatum ipsis] , dicit quòd per
hoc debent intelligi indiuidua, quæ sunt deter-
minata per secundas substantias ; ita quòd secũ-
dæ substantiæ sunt partes primarum substantia-
rum : unde idem Commentator ; & quidditates
sunt substantiæ, quæ sunt partes substantiarum ,
quæ sunt substantiç in rei ueritate , scilicet par-
tes uniuersalium . Ita quòd uidetur mihi,quòd
Commentator imaginetur , quòd omnia, quæ
sunt in prædicamento substantiæ, analogiam ha
beant ad primam substantiam; secundum enim
quòd aliter & aliter aspicitur prima substantia ;
secundùm hoc fit hæc distinctio infra prædica-
mentum ; per unum enim modum aspicit Sor-
tem homo, & per alium animal,& sic semper a-
scendendo;ita quòd prima substantia,& indiui-
duum compræhendit omnia, quæ sunt in prædi-
cãmento ; & aliquid addit, puta significationem

materiæ:& secundùm hoc, est quoddam totum, & aliæ quidditates, quæ sunt infra prædicamentum, se habent ad modum partium. Vnde si benè consideremus, reperiemus per dicta istius, quod omnia prædicamenta aspiciunt indiuiduum substantiæ:tamen differenter, quia quædam per modum quid, quædam per modum qualis, & sic de aliis. Et secundùm hunc aspectum posuit Commentator ipse statim superiùs, quòd hæc diuersitas aspectuum siue denominationum facit diuersitatem prædicamentorum: sicut credo, decē prædicamenta non sunt nisi decem modi prædicandi & denominandi, non reducibiles in aliud: & similiter diuersi modi aspiciendi ipsum indiuiduum, faciunt diuersitatem infra prædicamentum substantiæ: de quo statim Comm. dixit superiùs, sicut diximus. Deinde cum dicit.

Omnia prædicamenta aspiciunt indiuiduū substantia.

Decem prædicamenta sunt decem modi prædicandi, nō reducibiles in aliud.

Multipliciter quidem igitur, dicitur quod primum. Sed substantia omnium primum est ratione, & notitia, & tempore.

Postquam ostendit per rationem, quòd substātia est primum ens: hic ostendit, quomodo, & quibus modis substantia est prior accidente. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit, quòd substantia est tribus modis prior: secundò probat unumquodque illorum modorum prioritatis. Secunda ibi [Aliorum enim categorematum.] Dicit ergo primò: ita dictum est, quòd substantia est primum: sed quia primum multis modis dicitur; ideo substantia tribus modis est prior accidē te, scilicet notitia, ratione, & tempore. Deinde cum dicit.

Substantia triplex prioritas respū accidentiū.

Aliorum enim categorematum nullum est separabile, hæc autem sola.

Probat istos modos prioritatis. Et diuiditur in tres partes, quia primò probat eam esse priorem tempore: secundò ratione: tertiò notitia. Secunda ibi [Et ratione hoc] Tertia ibi [Et scire tunc.] Dicit ergo primò nullum aliorum prædicamentorum est separabile à substantia; sola autem substantia separabilis est ab aliis prędicamentis: & si substantia potest esse sine aliis prædicamentis, & non è conuerso, est prior eis tempore: & de hoc ampliùs dicetur in quæstionibus. Deinde cum dicit.

Substantia est prior tpe

Et ratione hoc primum: Necesse est enim in uniuscuiusque ratione substantiæ rationem esse.

Probat quod substantia est prior diffinitione: quod accipitur in diffinitione alicuius, prius est eo; sed substantia accipitur in diffinitione accidentis, & non econuersò; ergo substantia est prior accidēte: Et hoc est, quod dicit, quòd necesse est substātiam esse primam, ratione, & diffinitione: & hoc quia necesse est rationem substantiæ esse in ratione uniuscuiusque accidentis. Deinde cum d.

Substantia prior diffinitione.

Et scire tunc singula maximè putamus, quando quid est homo cognoscimus, ut ignis, magis quàm aut quale, aut quantum, aut ubi. Quoniam tunc horum eorundem singula scimus, quando quid est ipsum quale, aut quantum scimus.

E Probat, quòd substantia est prior notitia ipso accidente: & est ratio talis; illud est prius notitia, quod magis facit cognoscere, sed substantia magis facit cognoscere, quàm accidēs; magis.n. cognoscimus rem quando cognoscimus substantiam eius, quàm quando cognoscimus aliqua accidentalia. De ista ratione non ponit nisi maiorem dicens; quòd tunc putamus nos maximè cognoscere singulum cognoscibilium, quando cognoscimus cuiuslibet substantiam: sicut quando cognoscimus Sortem, & aliquem hominē, quod est homo, & de igne, quod est ignis: magis enim hoc cognoscimus, quando cognoscimus substantiam eorum, quàm quando cognoscimus eorum quantitatem, uel qualitatem, & suum ubi: quod etiam F in istis accidentibus est uerum, quia tunc ea magis cognoscimus, quando cognoscimus substantialia eorum, quàm quando cognoscimus eorum accidentalia. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd singula eorum accidentia tunc magis cognoscimus, quando scimus substantialia sua, quàm quando scimus eorum accidentalia. Notandum est, in accidentibus sunt aliqua, quæ sunt de substantia accidentis, sicut color de substantia albedinis; & aliqua, quæ accidunt accidenti, sicut disgregare accidit albedini; uult ergo Philosophus, quòd hoc est uniuersale in omni cognoscibili; siue sit substantia, siue accidens, quòd tunc magis cognoscitur, quando cognoscitur per substantialia sua.

Substantia est prior notitia.

Prædicamenta cum sint entia p substātiā, sequitur qd habeant cognosci p substātiam.

G *Et olim, & nunc, & semper quæsitum est, & semper dubitatum quid ens, hoc est quæ substantia, Hoc enim quidam unum esse dicunt, illi uerò plura, quàm unum: & hi quidem finita, illi uerò infinita.* TEX. 5.

Postquam ostendit per rationes, quòd substantia est primum ens, hic ostendit idem per testimonium antiquorum: & est testimonium tale, quod omnes antiqui, qui quæsierunt principia entis, semper quæsierunt principia substantiæ: ita quòd semper dubitantes de ente; dubitabant de substantia: quod ex hoc accidebat: quia credebant, quòd uel substantia esset totum nūc, scilicet ens, uel ad minus primum ens. Et hoc est, quod dicit litera Philosophi, quod illud, quod olim, & nunc, scilicet tempore suo, & semper quæsitum fuit à Philosophis, ostendit, supple, quòd substantia est H primum ens: semper enim fuit quæsitum & dubitatum ab eis, quid esset substantia: ita quòd de numero antiquorum Philosophorum aliqui substātiam rerum posuerunt esse unum, & immobile, sicut Melissus & Parmenides: alii uerò plura, quā unum, sicut aliqui posuerunt plura principia materialia, & concurrentia ad substantiam rerum: & de numero istorum, qui plura posuerunt, quidam fecerunt finita, quidam infinita; finita quidē sicut Empedo. qui posuit quatuor elementa esse principia; infinita autem sicut Anaxago. qui posuit infinitas partes consimiles, uel sicut Democritus, qui posuit infinita corpora indiuisibilia. Deinde cum dicit.

Probāt ex cōsuetudine.

Antiqui cur semper dubitabant de substantia.

Qua-

Quapropter nobis maximè, & primùm, & solùm, ut est dicere, de sic ente speculãdũ est, quid est.

Ex hoc non est asserendum, Metaphysicã non considerare ẽ toto ente; sed quid de substantia principaliter speculatur.

Concludit conclusionem principalem, quæ debet sic continuari, ex quo per præcedentia est probatum, quòd substantia est primum ens, & maximum ens: ergo sufficit nobis specificare quid est tale ens: ita quòd solùm speculandum est de tali ente, uel si de aliis speculandum est; maximè tamen & primò de tali speculandum est.

Quæstio.

Ad euidentiam omnium prædictorum primò querendum est. Vtrum accidentia de se habeant aliquam entitatem? Videtur quòd nõ; sicut enim uult Philosophus: accidentia non sunt entia, nisi quia entis; si ergo non sunt entia, nisi quia entis, tota entitas uidetur reseruari in eo, cuius sunt; ergo tota entitas in substantia est. Ad oppositũ est, quia quod habet quidditatem in prędicamento, entitatẽ uidetur habere: accidentia sunt huiusmodi; ergo de se habet aliquam entiatem. Respõ. in hac quæstione duo sunt uidenda: primum est, quę sunt illa, quæ possent aliquẽ mouere ad credendum, quòd accidentia de se nullam habeant entitatem, ad minus aliqua: secundò dandus est modus accidentia per quem dicuntur entia: Quãtùm ad pimum notãdum est, quòd duo sunt, quæ possent mouere aliquem ad credendum, quòd accidentia non haberent aliquam entitatem; primum est, quia sunt in quadam analogia & attributione ad aliquod primum; ubi autem analogia est & attributio multorum ad unum; uidetur, quòd tota formalitas saluetur in illo uno: ut quia omnia, quæ dicuntur sana, attributionem habent ad sanitatem animalis, ideo formalitas sanitatis non est, nisi in animali, non in medicina, uel in aliquo alio: à simili, quia omnia prædicamenta attributionem habent ad substantiam: uidetur quòd tota formalitas entis saluetur in substãtia: Et hoc uidentur sonare uerba Arist. qui dicit nouem prędicamenta sunt entia, quia entis, scilicet substantię; solam substantiam appellans ens: Secundum quod posset mouere aliquẽ ad hoc credẽdũ est, quòd omnis entitas est apta nata denominare illud, cuius est entitas: ita quòd omne, quod habet entitatem, sua entitate est ens, & quod potest dici ens, entitatem habet; accidens autem non potest dici ens, nam quãdo dicitur ens absolutè, semper intelligitur de substantia; accidens autem nõ dicitur ens, sed entis: ita quòd sua denominatio est ab entitate substantiæ: si autem haberet entitatem propriam, posset denominari ab ea, & non esset necessariũ quòd denominaretur ab entitate aliena: hæc ergo sunt, quę possent moueri aliquẽ ad hoc credendum; & sic patet primus articulus.

Motiua, quibus uidetur accidentia nõ habere entitatẽ.

Quã hẽt entitatẽ, sua entitate ẽ ens.

Accidentiũ denominatio unde est.

Secũ. Artic.

Secũdo probãdũ ẽ, ꝙ accidẽs hẽt entitatẽ aliquã, ad minùs aliqđ: & hoc patet primò ex connexione, quæ est inter motum & terminum motus: secundò ex connexione, quæ est inter agens & rationem agendi: tertiò ex connexione, quę est inter agens principale & instrumẽtale: Primo ex cõnexione, quæ est inter motum, & terminum mo- A tus; quæ connexio talis est: quòd omnis motus ad aliquam rem, & aliquam formam terminatur. Debemus imaginari suo modo, quòd motus est instrumentum agentis, quòd agens mediante motu inducit in materiam aliquam realitatem: agẽs enim tunc frustra agit, quando nullam realitatem inducit: & ille motus est otiosus, qui ad nullã realitatem terminatur: quòd autem ipse motus terminetur ad accidens, oportet quòd accidens aliquam entitatem habeat: imaginabimur enim ꝙ illa entitas, quæ accipitur per motum ad accidẽs, non potest esse entitas substantię; quia si ita esset, omnis motus esset ad substantiam: oportet ergo quòd sit entitas accidentalis, alia ab entitate substantiæ: sic ergo patet prima uia. Secũda erit ex B connexione, quæ est inter agens & rationem agẽdi: uidemus enim ꝙ agens compositum est; ratio autem agendi forma est: possumus ergo dicere, quòd agens ens est, & quòd subsistens in se: ratio autem agẽdi entitas est, per quam ens est; & subsistentia, per quam subsistens subsistit: & ubi est aliud, & aliud agens, ibi est aliud & aliud ens: & ubi est alia & alia ratio agẽdi, ibi est alia & alia subsistentia. Si ẽt hæc sunt uera: sicut benè sequitur, est agens, ergo est subsistens, ergo est ens; ita benè sequitur ergo est ratio, entitas, & subsistentia aliqua: Clamat ergo tota Philosophia, quòd accidens est ratio agendi, sicut caliditas est ratio calefaciendi ipsi calido, & color ratio mouendi uisum: ergo ratio agendi accidens est; quod sic est C ratio agendi, est entitas aliqua; non substantiæ, quia non est ratio agendi primò nisi accidens, ergo est entitas accidentis; & sic patet secunda uia. Tertia uia est ex connexione, quæ est inter principale agens, & instrumẽtum: uidemus enim quòd instrumentum principalis agentis aliquod ens est; quod enim simpliciter ens est, instrumentum non est: si hoc autem uidetur, patet quòd accidens est ens in se, quia accidentia sunt instrumenta formarum substantialium, sicut color albus est instrumentum oculi, & calor ignis est instrumẽtum ignis, & breuiter omnis qualitas actiua est instrumentum formæ substãtialis: ergo hęc qualitas formę substantialis actiua, & hoc accidẽs entitatem habet; hęc ergo est tertia uia. Hæ tamẽ D tres non plus probant, nisi quòd aliquod accidẽs habet entitatem aliquam; magis dubium est, & maximè de aliis, quæ uidentur dicere tantùm respectum: & sic patet secundus articulus.

Conexio inter motũ, et terminũ motus, quæ.

Motus ẽ instrumentum agentis.

Motus quã do otiosus.

Conexio inter agens, & rationem agendi, quæ.

Conexio inter agẽs principale, & instrumẽtum.

Accidentia sunt instrumenta formarum substantialium.

Art. tertius

Tertio uidendum est, per quem modũ ipsum accidens habeat entitatem: dico igitur quòd secũdùm intentionem Philosophi non possunt accidentia habere entitatem completam, sicut habet substantia: cuius ratio est: quia si ita esset, nõ plus esset attributio accidentis ad substantiam, quàm substantiæ ad accidentia: nec plus entitas accidentis fundaretur in substantia, quàm è conuersò; oportet ergo quòd entitas accidentium diminuta sit. Quòd autem sit entitas diminuta, diuisa contra entitatem completam substantiæ, hoc potest

Accidentia non habent completam entitatem.

test intelligi duobus modis: uno modo quòd ista entitas diminuta non habeat attributionem ad ipsam completam: non enim omne diminutum aspicit omne completum; licèt semper aspiciat ad completum. Et hic modus imaginandi entitatem accidentis non est possibilis secundùm Philosophum; quia (secundùm eum) entitas diminuta accidentis semper aspicit entitatem completam substantiæ; ita quòd ipsum accidens dicit entitatem diminutam, quæ est apta nata denominare entitatem completam substantiæ, & in ea fundari; & ideo ipsum accidens non dicitur ens nisi quia entis: hoc est dicere sua entitas diminuta est apta nata denominare ens completū, & est apta nata esse entis completi: Et secundùm hoc hæc entitas aliter & aliter disponit hoc ens completū: ita ꝙ nos imaginabimur, ꝙ entitas diminuta accidentis est quædam dispositio entis completi: secundùm ꝙ est alia & alia entitas diminuta ad aliud & aliud prædicamentum: Et secundū istam uiam reperiemus cōuenientiam inter ens ex una parte, & genus ex alia: quia semper genus dicitur de duabus speciebus, quarum una habet entitatem completam, & alia diminutam; sed tamen non oportet, ꝙ entitas diminuta denominet completam, nec habeat attributionem ad illam, sicut ad subiectum: ens autem dicitur de entitate cōpleta & diminuta; ita tamen ꝙ de entitate diminuta per attributionem ad completam, sicut ad subiectum; non enim ista entitas est de se apta nata esse entitas, nisi incompleta; & ideo non est entitas, nisi quia entis: patet ergo tertius articu.

Conuenientia inter ēs, & genus.

Ad argumenta.

Ad primum motiuum primi articuli dicendum est, ꝙ duplex est analogia: una est inter aliqua duo, quæ habent unam formalitatem, sed nō formaliter, sed unum illorum habet eam causaliter tantùm, & aliud illorum habet eam formaliter; eo modo quo dicimus, ꝙ medicina est sana, & animal est sanum; itaq; sanitas est in utroque, sed in medicina causaliter, & in animali formaliter: & talis analogia non pōt esse inter prædicamenta: Alia est analogia, quæ est inter aliqua plura, quæ habēt unam formalitatem formaliter; sed in uno illorum est sub esse diminuto & attributo ad aliud atque, reducto, sed in altero autem sub esse completo, & non reducto, sed in se fixo: & talis analogia est inter nouem prædicamenta accidentalia, & substantiam: & per hoc soluitur, illud motiuum. Ad secundùm dicendum est, quòd illud argumentum non probat, quòd accidens nō habeat entitatem; sed solùm quòd illa entitas nō est apta nata denominare nisi substantiam: & hoc est uerum; imaginabimur enim quòd entitas substantiæ, & accidentis in hoc differunt, quòd ipsa entitas substantiæ, & ipsa substantia est reducta ad se, & per se extensa; entitas uerò accidentis est entitas protensa ad aliud, & denominans aliud. Vnde Commentator super quintamdecimā propositionem Libri de causis dicit, quòd substantia est rediēs ad essentiam suam: & exponit seipsum

Analogia duplex.

Entitas substantiæ, & accidētis in quo differunt.

E sic: & non significat per reductionem substantia essentiam suam, quia ē ens fixum per se, non indigens in sua fixione re substentante ipsam. Et per cōtrarium intelligemus, ꝙ entitas accidentis nō est rediens ad essentiam suam, sed ad essentiam substantiæ; & pro tantò est entitas quia entis; hoc est quia reflectitur ad ens, scilicet substantiæ. Ad argumentum in oppositum dicendum est, quòd non probat quòd tota entitas sit in substantia; ita quòd nulla sit in accidente; sed solùm probat, ꝙ est completa entitas in substantia; ita quòd Philosophus intendit dicere, quòd accidentia habēt entitatem diminutam, & secundùm quid; entitas uerò, quæ est cōpleta, est entitas ipsius entis simpliciter, scilicet substantiæ.

Ad arg. in oppositum.

F Secundò quæritur, Vtrum accidens, in abstracto significatum, sit ens? Et ur ꝙ non; nam quod nō cōtingit alicui, nō sic significato, falsò affirmatur ei. V. g. hæc ē falsa, humanitas currit, quia nō conuenit cursus sibi sub tali modo significandi: sed esse contingit accidenti, ut concernit subiectum, non autem ut significatur præter subiectū & in abstracto; ergo &c. Præterea quodcunque esse aliquo modo concernit rationem essendi; quia esse nunquam est sine ratione essendi; sed accidens abstractum non concernit rationem essendi accidentis, quia ratio substantiæ accidentis est in esse, eo quòd non est ens nisi quia entis: ergo accidens in abstracto nō est ens. Ad oppositū, accidens abstractum est principium entis, sicut albedo entis albi, ergo est ens. Respon. ad quæstionem: quando quæritur, utrum accidens, in abstracto significatum, sit ens? hoc potest intelligi dupliciter: Vtrum, scilicet sit ens in se fixum? & sic certum est, quòd non est ens; quia sola substātia sic est ens: uel Vtrum sit ens in alio? & sic dubium est, utrum sit ens: quod dubium ideo cōsurgit, quia accidens suam entitatem in alio habet: quando ergo ex modo significandi illud aliud nō concernitur, uidetur quòd non sit ens id, quod non concernit tale aliud: sic autem est in accidente abstractè significato, quia accidens abstractè significatum, significatur præter subiectū; at quia non habet esse nisi in subiecto, uidetur quòd præter illud non sit ens: ita quòd ex modo significandi sibi aufertur, quòd non est ens: & ideo tota rō dubij uertitur super modo significandi. Dicēdū est ergo primò; ꝙ accidens, in abstracto significatum, est aliqua entitas: secundò ꝙ ista entitas non aufertur sibi propter modum significandi.

Quæstio.

Quo accidēs in abstracto sit ens.

G

Accidēs hēt suā entitatē in alio.

H

Primum patet: nam secundùm Philosoph. in Prędicamentis, album albedinem significat; & albedo certum est quòd albedinem significat; ergo idem significat album & albedo, concretum & abstractum: ita quòd significatum concreti est aliqua entitas, & significatum abstracti similiter, ex quo idem significant. Ex quo patet, quòd illi, qui dubitauerunt de accidente abstracto, & non de concreto; non benè aspexerunt ad naturā significati utriusque: si enim concretum significaret

Cōcretū, et abstractum idem significant.

ret ſubiectum principaliter, & accidens abſtractum ſignificaret accidens principaliter; poſſet uideri alicui, quòd ſignificatum concreti eſſet nõ ens; ſignificatum abſtacti eſſet ens. Sed quia concretum & abſtractum non ſignificant niſi accidens, & unum atque idem accidens; ſi ſignificatum concreti eſt aliqua entitas, & ſignificatum abſtracti: itaquòd ſi album entitatem ſignificat, & dicit; & albedo eandem dicit, & ſicut abſtractum entitatem dicit, ſic concretum dicit: ita quòd de ſignificato nominis non aufertur ſibi iſta entitas, immo magis datur.

Modus ſignificandi non aufert entitatem.

Reſtat ergo declarare, qđ fuit ſcđm. ſ. Verũ auferatur ſibi per modum ſignificãdi: & differt iſta declarõ à prima, quia prima declarõ oſtendebat qnòd eadem entitas accidentalis ſignificatur per concretum & ꝑ abſtractũ, ut per album & albedinem: dnbinm tamen remanebat, quia accidens concretum dat intelligere ſubiecti entitatem; accidens autem abſtractum ex modo ſignificandi non dat intelligere entitatem ſubiecti: & ideo de ſuo modo ſignificandi uidetur quòd ſibi auſeratur illa entitas, & quòd non eſt ens niſi in illa entitate: uidetur ergo quòd modus ſignificandi ſuus auferat ſibi illam entitatem. Oſtendendum eſt ergo, quòd propter modum ſignificandi ab eo non remouetur talis entitas, quod patet ſic: modus ſignificandi ſequitur modum intelligendi; modus autem intelligendi accidens in abſtracto, puta albedinem non eſt hic, ut intelligatur ipſum accidens non eſſe in ſubiecto; intelligere enim albedinem non eſt eam intelligere non eſſe in ſubiecto: ſed modus intelligendi eſt, ut intelligatur præter ſubiectũ; ita ꝙ intelligatur nõ intellecto ſubiecto. Et differt multũ unus modus ab alio, qa intelligere albedinẽ nõ eſſe ĩ ſubiecto eſt per intellectũ diuiſiuũ, & talis intellectus dicit, ꝙ eutitas albedinis non eſt in entitate ſubiecti, & ita remouet ab ea entitatem ſubiecti, intelligere autem albedinem non intellecto ſubiecto eſt intelligere ſimplicem naturam albedinis, & ita nõ per intellectum diuiſiuum, ſed per intellectum, qui eſt ſimplicium intelligentia: & per conſequẽs hic intellectus non remouet albedinem, nec diuidit entitatem ſubiecti, ſed ſolùm intelligit entitatem albedinis, non intellecta entitate ſubiecti. Et ſicut dictum eſt de modo intelligendi, ita dicendum eſt de modo ſignificandi: eſt enim quidam modus ſpecificandi, qui ſequitur primum intellectum diuiſiuum, qui eſt modus enunciatiuus, quo dicimus albedinem non eſſe in ſubiecto: & talis modus ſignificandi benè aufert entitatem; ſed tali modo ſignificãdi non ſignificatur accidẽs in abſtracto. Alius autem modus ſignificandi eſt, qui ſequitur modum intelligendi, qui eſt ſimplicium intelligentia: & talem modum ſignificandi habet accidens ſignificatum in abſtrato, & ſic intelligitur accidens, non intellecto ſubiecto, uel præter ſubiectum. Et talis modus ſignificandi nihil aufert à re ſignificata de eo, quod habet in re: ſi

Modus ſignificãdi dupl.

A enim ſignificaretur linea præter ſuperficiem, & non ſignificata ſuperficie: tamen hoc ſibi non aufert, quin linea ſit in ſuperficie: quia intellectus eſt aptus natus ſeparare multa coniuncta in re. A ſimili, quòd accidens ſignificetur, non ſignificato ſubiecto, hoc ſibi non auſert, quin ſit in ſubiecto. Et ſic patet quæſtio, quomodo non benè mouebantur illi, qui dubitabãt, utrũ accidens in abſtracto ſignificato eſſet ens. Ad primũ argumentum dicendum eſt, quòd non eſt ſimile de curſu, & de eſſe: quædã enim ſunt prædicata, quæ tãtũ cõueniũt ſuppoſito et ſubiecto, ſicut curſus; & non formę ſignificatæ pręter ſuppoſitũ; & hoc quia non conueniunt niſi ſuppoſito: quoddam ãt prædicatum eſt, ſicut eſſe, quod connenir ſuppoſito, & formæ: nã albedo forma eſt, licèt ſir in alio
B & ideo formæ ſignificatæ in abſtracto cõuenit eſſe in ſuppoſito; & hoc non auſertur ſibi per modum ſignificãdi; ita quòd illud, quod cõueniebat ſibi primò in re, non aufertur ſibi per modum ſignificandi: tale autem nõ eſt curſus, & ſimilia; nãque tale prædicatũ ſibi primo non cõuenit; quia non eſt benè dictum, quòd albedo in ſuppoſito currat; ſed ſolùm quòd ſuppoſitum album currit. Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, quòd ſubſtantia eſt ratio eſſendi ſubiectiuè ipſi accidẽti, & ſubſiſtenter; non tamen formaliter, quia formalitas accidentis nunquam eſt ſubſtantia, hæc autem ratio eſſendi ſubſiſtenter, & ſubiectiuè (ut iam declaratum eſt) cõcernitur ab ipſo accidente; licèt ſignificetur, non ſignificata hac re: ſed
C iſte modus ſignificandi non aufert ſibi illam realitatem, ut dictum eſt in corpore quæſtionis.

Intellectus eſt aptus natus ſeparare multa in re.

Ad argumẽta.

Prædicata duplicia.

Subſtantia quo eſt rõ eſſendi accidẽtibus.

Quæritur tertiò, Vtrum inhærentia accidentis ad ſubiectum ſit de eſſentia accidentis, itaq; ſit inſeparabile à ſubiecto ſicut dicit Philoſophus in litera? Videtnr ꝙ ſic per Philoſophum, qui diſtinguens ſubiectum ab accidente, dicit; ꝙ eſſentia ſubſtantiæ eſt ſeparabilis, non autem eſſentia accidentis. Contra: quod eſt de eſſentia alicuius, per nullam potẽtiam ſeparari poteſt ab eo: quia hoc implicat contrarietatem, quod autem implicat cõtradictionem, nulli potentiæ ſubiicitur: nulla.n.potentia poteſt facere, quòd ſit homo, & non animal; eſſet.n.homo, & non homo: ſi ergo inhærentia eſt de eſſentia accidentis, per nullam
D potẽtiam ſeparari poterit, quin ſemper actu inhæreat: quod patet eſſe falſum in Sacramento altaris, ubi accidens eſt ſine ſubiecto ſecundùm fidem per diuinam potentiam. Reſpondeo, duo ſunt hic uidenda: primum eſt, ꝙ aptitudo ad ſubiectum eſt de eſſentia accidentis: ſecũdum eſt, ꝙ actus inhærendi ſeparari poteſt per aliquã potentiam. Primum patet ex natura accidentis, ſecundùm quòd diuiditur contra ſubſtantiam: diuiditur.n.ens in ens in ſe, & in ens in alio; ens in ſe ſubſtantia eſt: ubi notandum eſt, ꝙ Auicẽ. ſic diffinit ſubſtantiam; ſubſtantia eſt, de cuius natura eſt, ꝙ non ſit in alio; à ſimili poſſumus diffinire accidens, ꝙ eſt ens, de cuius natura eſt, ꝙ ſit

Quæſtio.

Aptitudo ad ſubiectũ eſt de ſubſtãtia accidentis.

Subſtantia quid ſecundum Auic.

E fit in alio. Imaginabimur ergo sic, quòd sicut natura substantiç est apta nata esse in seipsa, ita natura accidentis est apta nata esse in alio: & sicut aptitudo essendi in se, nihil addit supra substantiam; ita aptitudo essendi in alio nihil addit super essentiam accidentis: quæremus enim ab aduersario: essentia accidentis aut per se est in alio, aut per aliud; si p se, habemus propositum nostrum: si per aliud, quęro dę illo alio, aut per se est in subiecto, aut per aliud: si per se æque poterat dici de primo: si per aliud, est abire in infinitum: & sic patet prima uia. Scđò hoc patet ex analogia, quę est inter accidens & substantiam propter dependentiam, quam habet accidens ad substantiā: quæremus ergo ab aduersario: aut est de essentia accidentis, ꝙ sit in dependentia ad substantiam,

Analogia accidētis ad substantiā.

F & quòd sit aptum natum esse in ea; aut est sibi accidētale: si est de essentia sua quòd sit in dependentia, & ꝙ sit sic aptum natum, habemus propositū nostrum: si autem est accidentale, cum analogia oriatur ex dependentia & aptitudine; ergo analogia, quæ est inter accidens & substantiam, accidētalis est: igitur natura accidentis de se non est in analogia, sed sibi accidit, ꝙ sit in analogia: ut ergo seruetur ista analogia & iste ordo essentialis, ponamus quòd entitas accidentis est entitas diminuta, quę de se est apta nata esse in alio, ad qđ habet attributionem & analogiam: & sic patet secunda uia. Tertia uia est ex hoc, quòd esse in se, & esse in alio diuidunt omnem conceptum: de

Esse in se, et esse in alio diuidūt omnē conceptū.

G natura enim omnis conceptus entis est, quòd uel sit aptum natum esse in se, uel in alio: non enim est dare conceptum tertium; immo hi duo conceptus sufficienter diuidunt totam naturam entis, ad minùs prædicamentalis; sicut substantia & accidens: quæremus ergo de conceptu accidentis, aut est talis conceptus, qui est aptus natus esse in se, aut esse in alio; quia tertio modo non est dare: si est conceptus, qui sit aptus natus esse in se; ergo est substantia: & sic accidens erit substantia: hoc est impossibile; ergo est conceptus, qui est aptus natus esse in alio; ita quòd aptitudo est de essentia sua & de conceptu: si.n. aptitudo nō esset de conceptu accidentis, ergo conceptus accidentis potest intelligi præter aptitudinem: quando ergo sic concipitur sine aptitudine, aut concipitur ut

H ens aptum natū esse in se, aut ut in alio; cum non sit dare nisi istos duos modos generales cōceptus: si ut aptus natus est esse in se, ergo concipitur ut substantia; sed quia nunquam conceptus accidentis potest concipi ut conceptus substantiæ; restat ergo ut concipiatur sicut conceptus, qui est aptus natus esse in alio, ergo concipitur cū aptitudine, & sine aptitudine: modò circunscribatur ab eo aptitudo, restat quòd cum aptitudine, & sine aptitudine: hoc autem est impossibile secundùm eundem modum, igitur non potest aptitudo circunscribi ab eo.

Art. scdi.

1 Quòd actus inhęrendi separari potest per potentiam diuinam, ita quòd licèt accidens uniuersaliter sit in alio, tamen per potentiam diuinā potest substentari in se; patet: illud, quod reseruatur in quolibet efficiente secundario, creato; uerius est in primo efficiente: ita quòd ratio effectiua cuiuslibet creati ueriùs est in primo principio, quā in agente secundario; & hoc quia quodlibet agēs secundarium est instrumentum respectu primi.

Agens secūdarium est instrumentum primi.

Imaginabimur ergo differentiam inter causam formalem, & efficientem: quia ratio agendi per modum formę, ita est in forma, quòd non reseruatur in primo principio; ita ꝙ esse, quod fit mediante forma, formaliter non potest fieri sine forma; albedo enim facit album per modum formę, nec potest fieri album sine albedine; quia hoc implicat contradictionem; esset enim album, & non album: ratio autem efficiendi secundorum agentium ueriùs reseruatur in primo principio, quàm sit in seipsa; & illud, qđ pōt mediantibus secundis agentibus, potest per seipsum: subiectum autem respectu accidentis se habet sic, quòd conseruat, & substētat ipsum in esse, & etiam in agēdo: & sic inter subiectum, & suum accidens est actio conseruatiua; conseruare autem rationem efficientis dicit; si ergo primum principium mediāte isto subiecto conseruat tale accidens in esse, poterit ipsum conseruare per seipsum sine subiecto, & hoc quia (ut iam dictum est) quòd potest mediante secundo agente, potest per seipsum. Ponitur ergo per iam dicta, quòd aptitudo ad subiectum est de essentia accidentis; & ita per nullam potentiam potest separari: sicut probat unum argumentum: accidens autem potest fieri sine subiecto per potentiam diuinam; & sic potest esse sine inhęrentia actuali: & ideo licèt aptitudo sit de essentia sua; tamen inherentia actualis non; & sic patent argumenta, quæ soluūtur istis duabus uijs, scilicet per inhęrentiam actualem, & per inhęrētiam aptitudinalem.

Differentia inter cām formalē, & agentem.

Aptitudo ad subiectū est de essentia accidētis, nō aūt inhærētia actualis.

Quartò quæreret aliquis, Vtrum sit uerum, ꝙ substantia sit prior tempore ipso accidente; sicut dicit Philosophus? Quòd non; quia substantia nō est prior accidente, quod est propria passio eius; non enim reperitur substantia sine propria passione; ergo nec sine accidente. Præterea; si est prior omni accidēte, ergo est prior ipso tempore; cum tempus sit quoddam accidens: si autem ita est, sequitur quòd tempus sit ante tempus: eo enim ipso quòd est tempus prius tempore, est in tēpore, & eo ipso quòd est ante tempus, illud tempus in quo est, præcedit illud, ante qđ est. Ad oppositum est dictum Philosophi. Respondeo: ad hanc qōnē potest responderi tribus uiis. Prima uia est uia Cōm. qui distinguit de accidente: accidens enim uel est separabile, uel inseparabile: si est separabile, sic substantia prior accidente est; nam que potest esse sine eo: si autem est inseparabile, & semper sequitur formam rei, sic licèt ista forma, & subiectū respectu accidentis non sit prius tali accidente, si simul sit cum eo; tamen materia, ex qua fit subiectum, & forma priùs est tali accidente;

Quæstio.

Opi. Cōmen. ad quæsitū.

cidente;materia autẽ ſubſtantia eſt,& ideo prior ſubſtantia erit accidente duratione. Imaginatur enim ſic Commentator quòd quando aliquod accidens proprium ſequitur formam;ſicut moueri deorsũ,ſequitur formã grauitatis;eadẽ materia, quæ eſt in potẽtia ad formã, eſt in potentia ad illud accidens:ut illa, quæ eſt in potentia ad grauitatem,eſt in potentia ad moueri deorſum ſimul, & ſemel: quando eſt deducta ad eſſe formæ, eſt deducta ad eſſe accidentis;quia ſimul eſt ſub forma grauitatis, & ſub propria paſsione : & ſicut materia duratione præcedit formam, ita duratione præcedit illud accidens;quam durationem vocat Philoſophus tempus: hæc eſt ergo uia Commentato. *Opi.aliorũ.* Secunda uia eſt aliquorum,ſaluantiũ dictum Philoſophi ,& eſt talis : quòd multa ſunt uera per ſe, quę tamen ſunt falſa per accidens: hæc eſt uera per ſe Petrus non eſt albus,nec medio colore coloratus;tamẽ abſolutè uel eſt albus, uel niger, uel medio colore coloratus :ita quòd per accidens eſt falſum,quin uel ſit albus,uel niger,uel medio colore coloratus. A ſimili, in ſubſtantia eſt uerum per ſe , quòd ſubſtantia de eſſentia ſua præcedat accidens ; & tamen falſum eſt, ꝙ præcedat & omnino ſit prior : ergo prior eſt ex perſeitate ſubſtantiæ,& tamen falſum eſt, ꝙ in re omnino ſit prior : ſicut uerũ erat per ſe, Petrus non eſt albus,& tamẽ falſum erat abſolutè. Imaginabimur ergo ſic per iſtam uiam , quòd aliqua ſubſtantia eſt inſeparabilis ab accidente, & è conuerſo: ſed illa inſeparabilitas magis oritur ex eſſentia accidentis , quàm ex eſſentia ſubſtantię:cum enim ex eſſentia ſubſtantię ſit eſſentia independens,eſſentia autem accidentis ſit eſſentia dependens ; iſta inſeparabilitas oritur ex eſſentia accidentis dependenti magis,quàm ex independentia ſubſtantiæ:ita quòd eſſentia ſubſtãtię præcedit,& quaſi ſeparabilis eſt, ſed quòd ſit ibi inſeparabilitas, hoc eſt per dependentiam accidentis; propter ſuam enim dependentiam ſemper eſſentia accidentis eſt in eſſentia ſubſtantiæ. Quaſi dicat ergo Philoſophus;eſſentia ſubſtantię eſt prior,quia ſeparabilis;quę ſeparabilitas oritur ex independentia ſubſtantiæ:eſſentia autem accidentis eſt poſterior , quia inſeparabilis propter ſuã dependentiã:hæc eſt ergo ſecunda uia. Hęc autem uia inſufficiens uidetur,quia non plus probat, niſi quòd eſſentia ſubſtantiæ pręcedat intellectu ; quòd autem tempore præcedat,hoc non probat. *opi.propria* Eſt ergo tertia uia,quam credo eſſe ueriorem , quòd ſubſtantia præcedit tempore accidens:cuius ratio eſt,quia nõ eſt de eſſentia cuiuſlibet ſubſtantiæ,quòd ſit ſub accidente;immo poteſt reperiri aliquid infra ambitum ſubſtantię,ꝙ nullum accidens habet:ſicut ſubſtãtia primi principii: & fortè ſecundùm opi.Philoſophorum ſubſtantia oĩum ſubſtantiarum ſeparatarũ : ſi ergo ſubſtantia de eſſentia ſua non eſt inſeparabilis , quia ſic omnis ſubſtantia eſſet inſeparabilis ab accidente : Accidẽs autem ſecundùm totum ſuũ **A** ambitum inſeparabile eſt:ergo ſubſtantię nõ repugnat ſeparari,& reperiri ſine accidente: naturæ autem accidentis repugnat ſeparari & reperiri ſine ſubſtantia: niſi iſta ſeparatio fiat per potentiam diuinam, de qua dictum eſt ſuperiùs . Vult ergo dicere Philoſoph.ꝙ ſubſtantia prior eſt accidente tempore,quia ſibi,non repugnat ſeparari ab accidente,& reperiri ſine eo: accidens autẽ poſteriùs ineſt,quia nõ poteſt ſeparari ab ea. Notandum eſt ergo,quòd tempus poteſt accipi duobus modis:uno modo propriè:ſecundo modo cõmuniter,pro omni duratione:& ſic accipitur hic: quia ſubſtantia,quæ reperitur ſine accidente, duratione eſt ante accidens;ſiue pro duratione accipiatur ęternitas,ſiue æuiternitas.

Non omnis ſubſtantia eſt ſub accidente. licet omne accidens ſit in ſubſtantia.

Tempus duplicuer.

Ad argumenta. Ad primũ argumentũ patet,quia non omnis ſubſtantia **B** præcedit omne accidens,ſed aliqua ſubſtantia. Ad ſecũdum patet, quòd nõ accipitur tempus pro portione, ſed pro quacunque duratione ; & ſic non eſt tempus quòd præcedat tempus : & hoc dico ſecundùm ultimam uiam.

Queſtio. Quintò quæreret aliquis, Vtrum ſit uerum , ꝙ ſubſtantia ſit prior accidente notitia ; ſicut dicit Philoſophus ? Videtur quòd non,quia ex cognitione accidentium deuenimus in cognitionẽ ſubſtantiarum:cuius ratio eſt,quia omnis noſtra cognitio incipit à ſenſu;ſenſus autem ſuper accidẽtia fertur;& ita uidetur,quòd cognitio noſtra intellectualis priùs feratur ſuper naturam accidentis ; ſecundariò ſuper naturam ſubſtantiæ : & ſic ſubſtantia nõ eſt prior cognitione,& notitia. *Ex Libello de ſenſu, & ſenſile.* **C** Ad oppoſitum eſt Philoſophus. Reſpondeo dicendũ eſt, ꝙ priùs notitia poteſt eſſe duobus modis : uno modo quaſi paſsiuè,ut ſit ſenſus; prius, ideſt priùs cognitum:ita quòd illud uocetur prius notitia,ſuper quod fertur noſtra notitia,& cognitio priùs : ſecundo modo, poteſt intelligi prius notitia quaſi actiuè:quaſi dicatur prius notitia,quod facit maiorem notitiam ; non quia priùs cognoſcatur à nobis,ſed quia quando cognoſcitur , facit maiorem notitiam de re,quàm aliquid aliud. *Prius notitia dupliciter.* Primo modo accipiendo priùs notitia, accidens poteſt eſſe prius notitia ipſa ſubſtantia ; & quadã prioritate temporis:quia priùs tẽpore fertur noſtra notitia ſuper accidens,quàm ſuper ſubſtantiã. **D** Secundo modo accipiendo prius notitia,ſubſtantia eſt prior notitia ipſo accidente, quia ſi de eadem re cognoſcitur ſubſtantia rei,& accidẽs rei; maiorem notitiam habemus de ipſa re per ipſam ſubſtantiã,quam per accidens: ita quòd prius notitia,non eſt prius notitia in tempore, ſed prius , hoc eſt,dignius uel nobilius notitia. Et iſto modo accipit hic Philoſophus,quia ipſe dicit, quòd ſi de eadẽ re cognoſcimus quid eſt , & quale eſt ; maiorem cognitionem habemus hic per ipſum quid eſt, quàm per ipſum quale eſt . Imaginatur .n.Philoſo.ꝙ vnũquodq; ſicut ſe habẽt ad eſſe,ſic ſe habet ad notitiam;illud ergo,quod eſt magis intrinſecum ipſi eſſe rei , magis intrinſecam notitiam faciet;& per conſequens maiorem, & priorem *2.Metaph. 4.*

rem:ipsum autem quid est, magis est intrinsecũ rei, quàm ipsum quale, uel quàm quodlibet accidens; & per consequens magis intrinsecam notitiam faciet, & priorem. Non enim est prætereũdum, quòd aliqua sunt, quæ priùs cognoscuntur à nobis, quæ tamen minimam notitiam faciũt de re; sicut confusa magis: cognoscere enim rem sub esse cõfuso, est habere notitiam de re minimam; sicut cognoscere hominem inquantùm animal, est modica cognitio de homine: & similiter accidens priùs à nobis cognoscitur, cum minimã notitiam & extrinsecam faciat de re. Quædam autẽ sunt, quę posteriùs à nobis cognoscuntur, & tamẽ intrinsecam, & magnam notitiam faciunt de re; sicut minùs cõfusa, & distincta: cognoscere enim rem sub esse distincto & particulato, est maxima cognitio de ipsa re: & similiter ista quidditas rei, licèt à nobis posteriùs cognoscatur; tamen quando cognoscitur, maximam notitiam de re facit; quam maximitatem Philosophus dicit prioritatẽ; cum dixit, quod est priùs notitia. Ad argumentum patet, quia æquè uocatur priùs notitia.

Cognoscibilia duplicia

Videtur autem substantia inexistere manifestissimè quidem corporibus. Vnde animalia, & plãtas; & eorum partes substantias esse dicimus, & naturalia corpora, ut ignem, aquam, & terram, & taliũ singula; & quæcũque, aut partes eorum, aut ex his sunt, aut partibus, aut omnibus; ut cælum, & partes eius, ut astra, & luna, & sol.

Quia dictum est, quòd principalis intentio in hoc libro est de substantia; ideo hic principaliter incipit determinare de ista substantia. Et diuiditur in duas partes; quia primò determinat de ea secundùm opinionem aliorum; secundò secundũ opinionem propriam. Secũda ibi [Dicitur autem substantia] Prima in duas, quia primò recitat opiniones aliorum contra substantiam: secundò dicit, quòd de opinione istorum inquirendum est, quid benè dictum sit, & quid non, scilicet circa substantiam. Secunda ibi [De his igitur quid dicitur benè] Prima in duas, quia primò ostendit, quę sunt illa entia, quæ sunt manifestè substantia: secundò ponit opiniones aliorum circa substantiã ibi, [Videtur quibusdam] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd sensibilia naturalia sunt substãtiæ; secundò excusat se à quadam quęstione, quæ posset moueri [Vtrũ uerò hæ.] Dicit ergo, quòd substantia manifestissimè uidetur existere in corporibus; ita quòd corpora uidentur esse substantia: & exemplificat de multis; eo modo quo dicimus, ꝙ uniuersalia corpora, sicut ignis, & aqua, & terra; & singula de numero talium elementorum, sicut aer, uel uapor, secundùm opinionẽ aliquorum sunt substantiæ; eo modo quo dicimus, quòd partes elementorum, uel etiam corporum, quæ sunt composita ex elementis, uel ex quibusdam partibus eorum elementorum, sunt substantiæ: & composita ex elementis uocat totam sphæram actiuorum & passiuorum, quæ componũtur ex quatuor elementis: composita autem ex parti- E bus elemẽtorum uocat corpora mixta, in quibus non sunt elementa secundùm suum totum, sed secũdùm suas partes; eo etiam modo quo dicimus, quòd cœlum, & partes eius, sicut sunt astra, luna, & sol, substantiæ sunt. Deinde cum dicit.

Naturalia oia sensibilia sustãtia sunt.

Vtrum uerò hæ solæ substantiæ sunt, aut & aliæ, aut horum quidem nullum, alteræ autem quædam, perscrutandum.

Excusat se à quadam quęstione, quę posset moueri: posset enim aliquis dicere: ita dictum est, ꝙ sensibilia sunt manifestissimè substantiæ; sed tamen quęstio est, Vtrùm sint aliquæ substantiæ separatæ à sensibilibus, aut solæ substantię sensibiles sint? Ad hanc quæstionem se excusans Philosophus, dicit; quòd utrum hæ solæ substantiæ sensi- F biles sint substantiæ, aut sint substantiæ aliæ separatę prǽter istas; uel etiam utrum nullum sensibilium sit substantia, aut alteræ sint, scilicet quædã substantiæ ab istis, perscrutandum est posteriùs, & non hic, scilicet in Duodecimo huius. Deinde cum dicit.

An dentur alia substãtia à sensibilibus, differt usq; ad Duodecimum.

Videtur quibusdam corporis termini, ut superficies & linea, & punctus et unitas esse substantias, magis quàm corpus & solidum.

Recitat opiniones antiquorum, quæ fuerunt circa substantiam. Et diuiditur in quatuor partes secundùm quatuor modos, qui ponebantur circa substantias. Secunda ibi, [Ampliùs præter sensibilia] Tertia ibi [Sed Leucippus] Quarta ibi [Quidã uerò species, & numeros] Dicit ergo primò, G quòd quibusdam uisum est, quòd termini corporis, sicut superficies, linea, punctus, & unitas; sint magis substantia quàm corpus, & solidum: ita ꝙ superficies, linea, & punctus sunt substantiæ corporis: & unitas etiam est substantia rerum. Deinde cum dicit.

Opiniones multiplices antiquorũ circa substãtiam.

Ampliùs præter sensibilia hi quidem non opinantur aliquid esse talium, illi uerò plura, & magis entia sempiterna: ut Plato species ipsas, & mathematica duas substantias; tertiam uerò sensibilium corporum substantiam.

Ponit secundum modum circa substãtias, qui fuit modus Platonicus, dicens; quòd licèt sint aliqui, sicut Pythagorici; qui nihil opinarentur esse solùm præter sensibilia; ita quòd non aliquid de H numero talium, sicut est superficies, linea, & punctus, esset separatum à sensibilibus: Alii tamen sicut Platonici, posuerunt plura entia sempiterna, & magis entia, quàm sensibilia: quia sẽsibilia corruptibilia sunt, & mobilia; hęc autem sempiterna sunt immobilia, & incorruptibilia: & posuerunt ista esse plura, & esse rerum principia: quia ipse Plato posuit duas substantias separatas, & sempiternas, scilicet ipsas species, & mathematica: tertiam uerò substantiam posuit res sensibiles. Ipse enim Plato posuit tantùm unum ordinem substãtiarum sensibilium, duplicem autem ordinẽ substantiarum separatarum, quia posuit ideas, & mathematica. Deinde cum dicit.

Platonicorum opi.

Sed Leucippus plures substantias ab uno inchoãs, & prin-

& principia substantiæ, aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinum, deinde animæ: & hoc modo protendit substantias.

Ponit tertium modum, dicens: ita dictum est, ꝙ Plato posuit duplicem ordinem substātiarum separatarū: sed Leucippus posuit plures ordines; in unoquoq; tamē ordine inchoauit ab uno, quia unum ponebat principium cuiuslibet substantię, sed tamen aliud unum ponebat substantiam numerorum; aliud āt unum substantiam magnitudinum; aliud autem unum substantiam animæ: & deinde post substantias animę, substantias sensibiles: & sic protendebat substantias usque ad substantias sensibiles. Iste enim uidebatur ponere ordines multos subiectorum, in primo ordine ponebat species: in secundo numeros: & in isto ordine ponebat unum esse substantiam numerorū: in tertio ordine ponebat magnitudines, & hic ēt ponebat, ꝙ unum erat substantia magnitudinū: in quarto ordine ponebat animam: in quinto substantias sensibiles.

Leucipi Opinio.

Quidam uerò species, & numeros eandem habere dicunt naturam: alia uerò habita. s. lineas, & superficies usque ad primam cœli substantiā, et sensibilia.

Ponit quartum modum, dicens: ita dictū est, ꝙ Antiqui, sicut Plato, & Leucip. sub alio ordine ponebant species, & sub alio mathematica: ita dictum est etiam, ꝙ Leucip. duplicem ordinem ponebat in mathematicis, ordinem numerorum, & ordinem magnitudinum; & primum ordinem. s. numerorum, ponebat alium ab ordine sperum: ita ꝙ aliam naturam ponebat sperum, & numerorum. Quidam tamen numeros, & spēs eandē naturam dicunt hr̄e, & sub eodem ordine esse: post istum āt ordinem consequitur ordo magnitudinum. s. linearum & superficierum: ita ꝙ istæ substantiæ sunt habitæ. i. consequenter se hn̄tes ad alias, post quas substantias fit processus usque ad primam cœli substantiam, & usque ad sensibilia, quæ sunt in primo ordine susistantiarum: ponunt ergo isti sub isto ordine species, & numeros: post hunc consequenter lineam, & magnitudinem, & superficiem; post hunc cœlum, deinde sensibilia.

Prosequitur opi. Leucip pi.

Notandum est, ꝙ primi, qui ponebant, ꝙ termini corporis sunt magis substantia, quā corpus; ex hoc uidebatur moueri, ꝙ linea, superficies, & termini hn̄t quendam modum prioritatis respectu corporis: nam certum est, ꝙ de conceptu corporis est linea, & superficies; non tamen ē conuerso. Videbatur ergo eis, ꝙ priora in conceptu sint, priora in substantia; & ꝙ priora sunt substantiæ, posteriorum: uidebatur ēt eis, ꝙ separata in conceptu essent separata in esse; & quia termini possunt separari à corpore in conceptu, & non ē conuerso; ideo possunt separari à corpore in esse, & non ē conuerso. Hi autem non benē mouebantur, quia non sequitur ꝙ priora in conceptu sint priora in substantia: & secundùm perfectionem naturæ non sequitur, ꝙ illa, quæ separantur in conceptu, separentur in esse: ꝙ autem priora in

Motiuū sic opinantium.

Error antiquorum.

A conceptu sint posteriora perfectione, patet: quia multotiēs cōceptus posteriores sunt maioris perfectionis, quàm prioris; sicut conceptus speciei, quàm generis; ut hominis quàm animalis: ꝙ etiā separata in conceptu, non sint separata in esse, ita patet: quia multa sunt coniuncta in esse, quæ intellectus diuidit; ut ens, & uerum. Commen. tamen ponit causam, ex qua isti mouebantur, ꝙ lineæ, & superficies sint priores substantię, quàm corpus: quia quidam eorum ponebant tres dimēsiones esse formas substantiales corporis; ita ꝙ corpus est quid cōpositum ex materia, & tribus dimensionibus: sicut ergo forma est prior composito; ita istæ dimēsiones sunt corpore priores: quidam autem eorum ponebant corpus esse compo-

Auer. declaratio.

B situ ex superficiebus: sicut igitur partes componētes sunt priores toto; ita superficies est prior corpore; certum est autem ꝙ primus modus non est uerus, quia tres dimensiones sunt quantitas, quātitas autem non potest esse forma substantialis, quæ est substantia. Secūdum etiam motiuum est falsum, quia corpus non componitur ex superficiebus. Notandum ēt, ꝙ qui ponebant duplicem ordinem in separatis. s. sperum, & mathematicorum uidebantur moueri pp duplicem abstractionem; est. n. una abstractio, qua abstrahitur uniuersale à particulari; sicut homo ab hoc homine; & huic respondet species, sicut homo separatus: est alia abstractio formæ à materia, sicut quantitas mathematica ab ista materia; & huic respondet

Abstractio duplex.

C secunda substantia separata. s. mathematica. Et sic non benè mouebātur, quia non oportet, quòd quæ sunt abstracta in conceptu, ꝙ hēant aliquid abstractum in esse, & sic respondeatur. Notandum est de tertio modo, quem posuit Leucippus, quem Commen. uocat tertium; ꝙ Commen. dicit, ꝙ iste ponit plures substantias diuersas. V. g. unam substantiam numerum, alia magnitudinē, aliam animam, & quia substantiæ erant diuersæ, ideo principia substantiarum erant diuersa; principium enim numeri, quod est unum, est aliud à principio magnitudinum, & à principio Animę; ita ꝙ substantiæ diuersificantur propter diuersas causas, & diuersa principia; & posuit quòd numeri essent priores in substantia, & quia ita erat; ideo unum, quod est principium numeri, ponebat esse prius principiis aliarum substantiarum.

Cōsideratio circa opinionē Leucippi.

D De quarto autem modo notandum est, quod dicit idem Commenta. quòd iste fuit modus ponendi; ponebant enim quòd numeri, & species essent eiusdem naturæ; & ꝙ ista natura esset causa superficierum, & linearum; lineæ autem, & superficies principia essent cœli, & aliorum sensibilium. Deinde cum dicit.

Auer. consideratio circa quartū modum.

De his igitur quid dicitur benè, & quid non benè; & quæ sunt substantiæ; & utrum sint aliqua, aut non sint; & iste quomodo sunt; & utrum est aliqua separabilis substantia, & quare, & quomodo: aut nulla præter sensibiles, perscrutandum: cum descripserimus primò substantiam, quid est. TEX. 6.

Remittit ſe ad ſequentia.

Dicit quòd inquirendum eſt, quid benè dictum eſt ab iſtis, & quid non benè; & quæ ſunt ſubſtantiæ, & quæ non, utrum ſcilicet Mathematica, uel ſpecies; & utrum ſint aliquæ ſubſtantiæ præter ſubſtantias ſenſibiles, & ſi iſtæ ſunt, quomodo ſunt; & utrum ſit aliqua ſubſtantia ſeparabilis; & quare eſt, & quomodo eſt; aut utrum nulla ſit præter ſenſibiles, perſcrutandum eſt poſteriùs, ſcilicet in Duodecimo, & ſequentibus Libris; ſed tamen uidendum eſt in præſenti tractatu, quid eſt ſubſtantia in ſe.

TEX. 7.

Dicitur autem ſubſtantia & ſi non multiplicius, de quatuor maximè. Etenim quod quid erat eſſe, et uniuerſale, & genus uidetur ſubſtantia cuiuſque eſſe: & quartum horum ſubiectum.

F Hic (ſicut dicebatur ſuperiùs) Philoſophus determinat de ſubſtantia ſecundùm opinionem propriam. Et diuiditur in duas partes, quia primò diuidit ſubſtantiam: ſecundò exequitur de membris diuiſionis. Secunda ibi [Subiectum uerò eſt.] Dicit ergo primò, quòd ſubſtantia dicitur multis modis, & ſi non dicitur multipliciùs, ad minùs dicitur quatuor modis: hoc autem dicit, quia ſecundùm opinionem aliorum multi alii modi erant, quibus dicitur ſubſtãtia, quàm ſint iſti, quos poſuit. Primus autem modus inter iſtos quatuor eſt, quo quidditas rei, & quod quid erat eſſe dicitur ſubſtantia rei: ſecundus modus eſt ſecundùm opinionem Platonicorum magis, quàm ſuam, qui ponebant uniuerſale eſſe ſubſtantiam rei, ideam, & ſpeciem: tertius modus, quo genus, puta unum, & ens, ponitur ſubſtantia rerum: quartus modus eſt, quo ſubiectum, ideſt prima ſubſtantia dicitur ſubſtantia. Notandum eſt, quòd primum modum, ſcilicet de quidditate, uocat Commentator de ſubſtantia, quia omne prædicabile in quid, ſubſtantia eſt; ita quòd ſecundùm hunc modum quidditas & ſubſtantia iſto modo eſſet in aliis prædicamentis à prædicamento ſubſtantiæ: ſecundum autem modum, & tertium, ſcilicet uniuerſalis, & generis, uidetur ipſe Commentator ſic diuerſificare: quia alii exiſtimabant uniuerſale magis commune eſſe magis ſubſtantiam, quàm propinquum, quod uocat Ariſto. genus: quomodocunque autem ſit, ſequitur quòd iuxta primam diuiſionem, & primum modum diſtinguẽdi ſecũdùm Cõm. diuidatur totus Liber.

Subſtantia quadrupliciter dicitur.

Doctr. Commentat.

H ***Subiectum uerò eſt, de quo alia dicuntur, & illud ipſum non adhuc de alio. Propter quod primum de hoc determinandum eſt. Maximè namque uidetur eſſe ſubſtantia ſubiectum primum.***

Exequitur de membris diuiſionis prædictæ: & primo de ultimo, quomodo, ſcilicet ſubiectũ ſubſtantia eſt: ſecundò de ipſo quod quid eſt: tertiò de ipſo uniuerſali, utrum uniuerſale ſit ſubſtantia: quartò de ipſo uno & ente, ſcilicet utrum ſit ſubſtantia rerum. Secunda ibi [Quoniam autem in principio diuiſimus] Tertia ibi circa medium huius [Quoniam uerò de ſubſtantia eſt] Vltima circa finem huius, ibi [Quoniam uerò unum dicitur ſicut & ens] Prima in duas partes, ĩ prima parte diffinit ſubſtantiam quarto modo dictam: ſecũdò eam diuidit. Secunda ibi [Tale uerò mõ quodam] Dicit ergo primò, ꝙ ſubiectum, quod fuit ſubſtantia quarto modo eſt illud, de quo aliquid dicitur, & ipſum de nullo alio dicitur: & ideo de eo primò perſcrutandum eſt: quia tale ſubiectũ uidetur prima ſubſtantia, & maximè. Notandum eſt, ꝙ ſubiectum hic idem eſt, ꝙ primum: de cuius ratione eſt, quòd ſit fundamentum omnis entis prædicamentalis: uidemus enim, quòd ſecunda ſubſtantia fundatur in prima; & etiam omnia nouem entia prædicamentalia in prima ſubſtantia fundantur, & iſta ſuper nullo ente fundatur: & quia omnia entia prædicabilia ſuper ipſam fundantur, benè dixit Philoſophus, ꝙ omnia alia entia de ipſa prædicantur: & quia ipſa ſuper nullo fundatur, ideo benè dixit, quòd iſta de nullo prædicatur: & quia ſic eſt fundamentum omnium entium prædicabilium, ſicut ſecundarum ſubſtantiarum, & omnium accidentium; ideo benè dixit Philoſophus, quòd eſt maximè ſubſtantia. Eſt.n. diligenter notandum, quòd de ratione ſubſtãtiæ eſt, quòd ſit ens in ſe: aliqua enim ſubſtantia eſt, ſicut ſubſtantia ſecunda, quæ ſecundùm rem eſt ens in ſe, tamen quantùm ad modum ſignificandi dicit inclinationem ad aliud; & ideo dicit quale, uel quid per modum qualis: ſicut animal, uel homo, quæ ſecundùm rem dicunt quid, & ſubſtãtiam, tamen ſecundùm modum ſignificandi dicunt quale, uidelicet prædicamentales, quia dicũt modum primæ ſubſtantiæ: & ideo Philoſoph. ibi tales ſubſtantias appellauit quale quid ſignificare. Et alia ſubſtantia, quæ ſecundùm rem dicit eſſe in ſe, & etiam ſecundũ modum: & iſta eſt prima ſubſtantia, cum realitas in ſe ſit, & non in alio: de cuius modo ſignificandi non eſt, ꝙ dicat rem in alio, nec inclinationem ad aliud: & ideo & quò ad rem, & quò ad modum ſubſtantia eſt: ideo Philoſophus hanc uocat hoc aliquid, ideſt aliquid ſubſiſtens in ſe, & quò ad rem, & quò ad modũ: ideo principaliter, & maximè dicitur.

Subſtantia duplex.

G

Tale uerò modo quodam materia dicitur, & alio modo forma; tertio modo quod ex his. Dico autem materia quidem æs; forma autem figuram ſpeciei; quod autem ex his ſtatuam totam.

Diuidit ipſam ſubſtantiam. Et diuidit in tres partes, quia primò ponit ſubſtantiæ diuiſionem & manifeſtõnem eius per exempla: ſecundò cõparat membra diuiſionis inter ſe: tertiò oſtendit, quod illorum eſt prætermittendũ, & de quo proſequendum, ibi [Quare ſi ſpẽs materia eſt prior] Tertia ibi [Attamen eam, quæ nunc ex ambobus ſubſtantiam] Sic ergo dicit circa primum, quòd talis ſubſtantia jam dicta, uno modo dicitur de materia: ſecundo mò dr̃ de forma: tertio de cõpoſito ex his: ſcd̃ò manifeſtat hoc per exempla in artificialibus, dicens; uoco ãt materiam ſicut æs, formam ãt ſicut figuram ſpeciei, hoc eſt dans aliquam ſpẽm æri; compoſitum uerò ex iis, ſicut ſtatua,

Subdiuiſio ſubſtantiæ, quarto modo dictæ.

A tua, quæ componitur ex ære, & figura. Notandū est, φ materia in artificialibus in actu est ens, sicut æs, uel lignum: in naturalibus autem est ens in potentia: & quia notitia ex actualitate oritur, quia quidquid cognoscitur, cognoscitur secundùm quòd est in actu; ideo materia in artificialibus est nobis notior, quàm in naturalibus. Et iō Philosophus benè materiam in naturalibus dedit nobis intelligere, dicens; φ sicut in artificialibus est aliquid ad modum materiæ, quod actuatur per aliquam formam artificialem, ut æs per figuram; & aliquid compositum est utrisque: ita similiter in naturalibus est aliqua natura materiæ, quæ actuatur per formam materialem, & aliquid ex utrisque componitur.

Ari. exēpla plerūq; pro portione, et nō identitatē importat: unde formæ artificiales nō sunt substantiæ, sed accidentia.

B *Quare si species materia est prior, & magis ens; et ipso, quod ex utrisque, prior erit propter eandem rationem.*

Comparat membra diuisionis inter se. Et diuiditur in tres partes, quia in primâ parte ostendit, quòd forma est maximè substantia: in secunda quòd materia: in tertia ostendit, quòd hoc nō est uerum, scilicet quòd materia sit maximè substantia, sed quòd forma. Secunda ibi [Ampliùs & materia] Tertia ibi [Sed impossibile.] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd forma est maximè substantia: secundò excusat se à quadam quæstione, quę posset sibi proponi, ibi [Nunc quidem igitur typo.] Primò ergo ostendit, quòd forma est maximè substantia, & facit talem rationem: quod est magis substantia, quàm materia, & cōpositum, est maximè substantia: forma est huiusmodi, quod patet, forma enim est magis ens, quàm materia, quia forma est ens in actu, materia autem in potentia solùm; ergo forma est priùs ens, & magis substantia, quàm materia; & si ens prius quàm materia, est etiam composito prior: cuius ratio est, quia in composito est materia & forma: si ergo materia habet rationem posterioritatis respectu formæ, ergo ipsum compositum ratione materiæ, in se clausæ, habebit rationem posterioritatis respectu formæ. Et posset fieri talis ratio: actus est prior potentia, ergo quidquid est potentia, uel claudit potentiam in se, posteriùs est ipso actu: sed materia est ens in potentia, compositum autem claudit potentiam in se, quia materiam; forma autem est ipse actus; ergo forma est quid prius utroque: ita quòd illud idem, quod dat sibi prioritatem respectu materiæ, dat sibi etiam respectu compositi: quia quòd materia sit posterior, hoc est propter potentiam clausam in se. Deinde cum dicit.

TEX. 8. *Nunc quidem igitur typo, idest figuraliter dictū est, quod sit substantia, quia quòd nō de subiecto; sed de quo alia. Oportet autem non solùm ita: non. n. sufficiens. Ipsum enim hoc manifestum.*

Excusat se à quadam quæstione isto modo: posset quærere aliquis ab eo, quare non meliùs declarauit substantiam, quàm isto modo: substantia est, de qua alia dicuntur, & ipsa de nullo? excusat se, dicens; quòd maior declaratio huius ad alium locum reseruatur, dicens: de substantia quid sit, nunc typo, & figuraliter dictum est: quoniam dictum est, φ oīa de ipsa, & ipsa de nullo prædicatur: oportet enim ipsam non solùm isto modo manifestari; quia ista manifestatio non est sufficiens: ipsum enim diffinitum est immanifestum, nisi alio modo manifestetur. Notandum est, quòd omnis manifestatio est, & omnis resolutio rei ad principia sua: si ergo substantia hic diffinita deberet manifestari benè, deberet manifestari per principia sua, quid sit in se, & quomodo ex his fiunt sola composita, quod fiet in Octauo huius, manifestabitur. n. materia & forma quomō sunt principia substantiæ sensibiles; ubi etiam manifestabitur, quomodo ex his fit unum: & quia hoc non facit notificatio data hic, ideo benè dixit Philosophus, quòd substantia non est manifesta hic, nisi sub quodam typo, & in quodam uniuersali.

Fuit. n. rō logica; sumpta penes modū prædicandi.

Notificatio rei perfecta quæ.

Ad euidentiam dictorum quæreret aliquis primò. Quæ diuisio sit substantiæ in materiam, & formam? Respondeo, hic debent tria uideri: primò quòd non est diuisio uniuoci: cuius ratio est, quia secundùm aliam, & aliam rationem forma dicitur substantia, & materia, & compositum: forma enim dicitur substantia, non quia sit illud, quod est per se; sed quia est ratio essendi aliquid per se; materia autem dicitur substātia, quia est in potentia ad formam substantialem, & suscipit eam: compositum autem dicitur substantia, quia est illud, quod per se est, licèt sit per aliud, sicut per formam. Ita quòd imaginabimur, quòd esse per se, quod est proprium, à tribus sumitur; sed sub diuersis rationibus: quia à composito sicut ab illo, quod est per se: à forma sicut ab illo, quod est ratio essendi: à materia sicut ab illo, quod est in potentia ad compositum, quod quidē est ens per se. patet ergo primum. Secūdùm, quod dēt uideri, est φ non est diuisio æquiuoci in sua significata: significata. n. nominis æquiuoci non habent attributionem inter se; secundùm autem prædicta, materia habet attributionem ad compositum, & ad formam, sicut ad illa, ad quæ est in potentia; compositum autem habet attributionem ad formam, sicut ad illud, quod est ratio essendi: significata autem æquiuocè non aspiciunt unum, & idem; dictum est autem, quòd materia, forma, & compositum aspiciunt unum, & idem, licèt sub diuersis rationibus; patet igitur secundum, scilicet quòd non est diuisio æquiuoci. Restat quòd sit diuisio analogi; de ratione enim analogi est, quòd unum & idem aspiciatur sub diuersis rationibus; eandem enim sanitatem aspiciunt animal, medicina, & urina, sed tamen sub diuersis modis; animal quidem aspicit, quia eam suscipit; medicina quia eam efficit; urina autem quia eam significat; à simili dico hic, quòd esse per se aspicitur à tribus istis, sed tamen differenter, ut dictum est supra.

Quæstio.

Diuisio substātiæ in materiā, formā & cōpositū quæ diuisio est.

C

D

De rōne analogi quid.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum ista diuisio possit esse [illegible] cut generis in spe. Dicendum est, quod non, [illegible] rũ est, quia de essentia substantiæ secundũ quod est genus, est quod sit quoddam, [illegible] species [illegible] in quas diuiditur substãtia, [illegible] genus, [illegible] sunt [illegible] materia & forma [illegible] species [illegible] in [illegible] [illegible] impossibile, ergo non potest esse diuisio generis in species. Debemus [illegible] quod materia & forma non sunt species, sed partes speciei [illegible] non sunt species, ideo substantia [illegible] non diuiditur sicut genus in suas species, & quia sunt partes speciei [illegible] principia eius, ideo habent analogiam ad ipsam speciem: & diuisio substantiæ in species [illegible] compositum, & materiam, et formam non est diuisio vniuoci in species suas, nec generis; sed est diuisio cuiusdam analogi [illegible] materia, & forma propter attributionem, quam habent ad speciem in genere sunt. Ad cuius [illegible] notandum est, quòd illud est in genere substantiæ, quod est [illegible] ergo per se est in tali genere; quod per se [illegible] est ipsa species, & ipsum compositum [illegible] materia & forma non sunt per se in genere, sed per reductionem, & propter [illegible], quem habent [illegible] ipsa specie, [illegible] sunt principia speciei, & nõ sunt ipsa species.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum materia sit substantia? [illegible]

Materia quõ est substantia. [illegible]

Esse in potẽtia duplici-ter. [illegible] in potentia obiectiua, vel in potentia subiectiua [illegible] substantia, & deducere ipsum de potentia substantiæ [illegible] est in potentia obiectiua [illegible] potentia subiectiua [illegible]

Purũ possibile nõ põt eẽ subiectũ transmutationis. [illegible] potentia [illegible] aliquam entitatem, quia purum possibile non potest esse subiectum transmutationis. Ad argumentum dicendum, quòd materia non est illi substantia, ad quam est in potentia; quia non est in potentia

ad substantiam suam, sed ad substantiam formæ, vel compositi; & materia non est aliquid istorum.

Quæreret quis. Vtrum hæc entitas, quam damus materiæ, possit dici entitas prædicamentalis? *Quæstio.* Respond. hic sunt duo declaranda: primò quod non est entitas prædicamentalis, propterea cuius ratio est, quia oẽ prædicamentum à formalitate sumitur, & à forma; cum ergo ista entitas materiæ non sit entitas formalis, quia de se, nec est quid, nec quantum, nec est quale, nec aliquod aliud ens prædicamẽtale; ideo non erit entitas prædicamentalis; unde magis est essentia trahibilis ad prædicamenta, quàm sit talis essentia; & hoc quia trahibilis est ad omnem formam prædicamentalem, quæ potest deduci de potentia materiæ. Secundum, quod declarandum est, est quod, licet non dicat entitatem prædicamentalem, quia dicit essentiam diuisam contra formam, quæ forma dicit prædicamentũ; tamen quia trahibilis est, & perfectibilis per formam, & est in potentia ad illã; ideo per quandam analogiam est in genere, in quo est forma, vel compositum; quia ens in potentia, & ens in actu ad idem genus reducuntur; ista ergo entitas materiæ, per se considerata, non videtur dicere substãtiam prædicamentum, sed solum quid in potentia ad hanc substantiam; ita tamen, quod licet ista essentia materiæ sit trahibilis ad oẽ prædicamentum, tamen quia suus aspectus primò est ad formam substantialem, secundò vero ad accidens, ideo magis ponitur per reductionem in prædicamento substantiæ, quàm accidentis.

Vltimò quæreret quis. Vtrum forma sit magis substantia, quàm compositum? *Quæstio.* Videtur quòd sic per dictum Philosophi. Ad oppositum, forma non est ens, nisi quia entis, s. compositi; compositum autem est ens per se, ergo compositum magis substantia est. Respon. duo sunt hic videnda, *Primus Articulus.* primum est, quod sub a est; secundum, utrum sit prior, quàm compositum. Ad euidentiam primi notandum est, quod sicut materia substantificatur per posse; ita formæ substantificantur per essentiare, vel actuare aliud formaliter; unde essentia formæ est, quod sit actus materiæ; ex hoc autem, quod actus est, non potest h[illegible] substantia sit; forma [illegible] actualis quidã actus est, non est substantia. Dicimus ergo, quod actus est in duplici dr̃ia; quidam est n. actus, qui actuat *Actus duplex.* puram potentiam; quidam autem actus est, qui actuat aliquo modo actuandi ipsum ens in actu; ille aũt actus, qui actuat puram potentiam, oportet quod trahat ipsam ad esse simpliciter, cuius rõ est, quia pura potentia trahitur primò ad primum esse, primum autem esse est esse simpliciter; quod n. pura *Primum esse quid.* potentia trahatur primò ad esse secundum quid, est impossibile; quia esse secundum quid, non potest esse prima perfectio rei; prius potentis: quia [illegible] esse primũ supponit esse simpliciter. Esse simpliciter, & esse primum conuertuntur; esse autem primum esse est substantiæ, quia non põt esse esse accidentis, eo quòd esse accidentis [illegible]
supponit

ſupponit aliud eſſe: cum ergo forma ſubſtantialis ſit actus, qui actuat puram potentiã; oportet quòd det eſſe ſimpliciter; eo ipſo autem quòd dat eſſe ſimpliciter, dat eſſe primum; eo ipſo quòd dat eſſe primum, dat eſſe ſubſtantiæ; eo ipſo quòd dat eſſe ſubſtantiæ, eſt ratio eſſendi ſubſtãtiæ; & quia eſt ratio eſſendi ſubſtantiam, ſubſtantia eſt. Vnde forma ſubſtantialis eſt actus; tamen non omnis actus, ſed eſt actus primus; & eo ipſo quòd eſt actus primus; dat intelligere primũ ens; & eo ipſo quòd dat eſſe primũ, dat eſſe ſimpliciter, & eſſe ſubſtantiæ, & ſic ſubſtantia eſt: forma aũt accidentalis actus eſt, ſed non qui perficiat primam potẽtiam: quia prima potentia priùs eſt perfecta per aliud, quàm ꝙ perficiatur per naturam accidentis: & iõ accidens non eſt primus actus, quia non dat primum eſſe; cum ſp præſupponat aliud eſſe: & ſic non dat eſſe ſimpliciter, ſed ſecundùm quid: & ideo non ſequitur, ꝙ ſit ſuba; ſed ꝙ magis ſupponat ſubſtantiam; ſicut ſcd̃m quid ſupponit ſimpliciter: & ſic patet primus articulus.

Secundus Artic.

Ad euidentiam ãt ſecundi notandum eſt, ꝙ forma aliquam prioritatem habet reſpũ compoſiti; quia eſt ratio eſſendi, non quia ſit illud, quod eſt; ſed quia eſt rõ eſſendi ſubſtantiam, non quia propriè ſit ſubſtantia: ſi ergo conſideretur illud, quod eſt per ſe, uel ſubſtantia; ſic compoſitum magis ẽ ſubſtantia, quàm ſit ipſa materia, uel forma, quæ non ſunt niſi in compoſito: ſed tñ quia iſta rõ eſſendi eſt à forma; ideo (cãliter loquendo) forma habet reſpũ compoſiti rõnem prioritatis. Notandum tamen ꝙ non ſequitur: hoc eſt rõ illius, ergo eſt illud, eo modo quo eſt id: cuius eſt ratio: non .n. ſequitur forma eſt ratio agendi, ergo agit: albedo eſt ratio eſſendi albi, ergo eſt alba: & ſic nõ ſequitur, forma eſt ratio eſſendi ſubſtantiam, ergo forma eſt ſubſtantia, eo modo quo compoſitum; quod propriè compoſitum ſubſtantia eſt.

Forma quo prior compoſito.

Quod tamen dicit Philoſop. ſ. ꝙ forma eſt prius ens, quàm ſit compoſitum: hoc eſt intelligendũ eſſe dictum, ꝙ forma eſt ratio eſſendi: ita ꝙ eſſe & eſt in forma, & eſt in compoſito: in forma autem quaſi cauſaliter, ſicut in eo quod eſt rõ eſſendi: in compoſito uerò ſubiectiuè, & formaliter, ſicut in eo quod eſt: & ſicut ratio eſſendi, & illud, quo eſt aliquid cauſaliter, modum prioritatis habet reſpectu illius, quod eſt ab iſta cauſa, & ab iſta ratione eſſendi: ita forma, quæ eſt ratio eſſendi, habet modum prioritatis reſpectu compoſiti: & ideo dixit Philoſophus, quòd ens eſt prius cõpoſito ſub aliquo modo prioritatis, eſt etiam ens prius reſpectu utriuſque, ſcilicet etiam materiæ; quia entitas materiæ compoſiti eſt. Ad argumentum patet ſolutio, quòd forma exiſtit per accidens, non quia ſit ratio eſſendi per accidens, immo per ſe; ſed quia non exiſtit niſi per compoſitum, quod propriè eſt.

Et adhuc materia ſubſtantia ſit. Si enim non ipſa, quæ eſt alia diffugit. Aliis enim ablatis, nil apparet remanens. Nam alia quidem ſunt corporum paſ- A *ſiones, & factiones, & potentiæ. Longitudo uerò, latitudo, & profunditas quantitates quædam ſunt, ſed non ſubſtantiæ. Quantitas .n. non ſubſtantia, ſed magis cui inſunt hæc ipſa primùm, illud eſt ſubſtantia. At uerò ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil uidemus remanens, niſi ſiquid eſt determinatum ab his. Quare materiam neceſſe eſt uideri ſolam ſubſtantiam ſic intendentibus.*

Oſtendit, quòd materia ſit ſubſtantia, immo quaſi tota eſſentia rei. Et diuiditur in duas partes, quia primò probat hoc per rationẽ Antiquorum: ſecundò quia iſti errabant in natura materiæ, oſtendit quid eſt materia. Secunda ibi [Dico autem materiam, quæ ſecundùm ſe.] Dicit ergo, quòd materia uidetur eſſe ſubſtantia rei, ſi enim ipſa non ponatur ſic, diffugit à nobis, quid ſit ſubſtantia rei: ſublatis enim aliis à materia, nihil remanet niſi materia: nam alia, quæ ſunt in materia, non ſunt ſubſtantiæ, ſed ſunt uel paſſiones corporum, uel actiones, uel potentiæ, uel quãtitates, ſicut longitudo, & latitudo: longitudo autem, & latitudo, & profunditas ſunt quantitates, & non ſubſtantiæ; quantitas autem ſubſtantia nõ, ſed magis illud, cui primò ineſt quantitas, eſt ſubſtantia: remota autem longitudine, & latitudine, & profunditate, in natura rei nihil remanet, niſi materia, determinatè diſtincta ab his quantitatibus. Ex quo concluditur, quòd ſic intendentibus & argumentantibus, neceſſe eſt ponere ſolam materiam eſſe ſubſtantiam rei; ex quo enim in re non ſunt niſi iſta & materia; & iſta non ſunt ſubſtantia, reſtat quòd materia ſit ſubſtantia. Poteſt autem ad hoc ratio ſic formari ex omnibus his dictis: id, quo ablato, auſertur tota natura rei; & quòd non remouetur per remotionem aliorum, illud eſt ſubſtantia rei: materia eſt huiuſmodi, ergo & cætera. Poteſt etiam ſic formari iſta ratio ſecundùm Commentatorem: neceſſe eſt, ut indiuiduum ſubſtantiæ ſit ſubſtantia, per aliquid, exiſtens in eo; ſi non eſt ſubſtantia per omnes partes ſuas; ſed indiuiduum ſubſtantiæ eſt compoſitum ex materia, & paſſionibus, ſiue accidentibus, & non eſt ſubſtantia per paſſiones & accidentia: ergo eſt ſubſtantia per materiam, ergo materia eſt tota ſubſtantia rei. Hæc ãt rõ, quæ probat ꝙ materia eſt tota ſubſtantia rei, fundatur ſuper duas propõnes Antiquorũ, quæ tñ in rei ueritate ſunt falſæ: primò quia ponit, ꝙ totum indiuiduum eſt compoſitum ex materia, & paſſionibus, & ex his cõſtat: ita ꝙ ommittit formam ſubſtantialem; eſt .n. indiuiduum compoſitum ex materia, & forma, quas ſequuntur paſſiones, exiſtentes in indiuiduo: & iõ qñ dr̃, remotis paſſionibus, remanet tantùm materia, falſum eſt: quia remanet materia cum forma. Secunda propoſitio, ſuper quam fundatur, eſt iſta: ꝙ materia ſit corpus; cum .n. dr̃, ꝙ indiuiduum eſt ſubſtantia in actu per materiam, hoc non poſſet eſſe, ſi materia eſſet pura potentia: oportet ergo ipſis ponere, ꝙ materia ſit ens in actu; ita quòd remotis

Antiquorũ ſententia de materia.

Sententia Comentat.

Antiquorũ lapſus.

omnibus passionibus remanet, quoddam ens. Quòd autem materia de se sine forma sit ens in actu,& quòd sit corpus,hoc est impossibile:quia de ratione materiæ est, quòd sit in potentia ad actum; potentia dico passiua, & receptiua: quod autem est in potentia ad aliud, de se nō est illud: ergo cum materia de se sit in potentia ad actum, de se non est in actu. Præterea omne recipiens est denudatum à natura recepti;cum ergo materia recipiat actum,de se non habet actum: immo de se est nuda ab actu.

3. de Ani. 4

Dico autem materiā, quæ secundùm se,nec quid, nec quantitas,nec aliud aliquid eorum dicitur, quibus est ens determinatum.

Quia sic dicendo errabatur circa naturam materiæ; ideo Philosophus hic ostendit, qualis est natura materiæ;eo modo quo potest diffiniri: secundò probat quod dixerat.Secunda ibi (Est.n. quoddam,de quo prædicatur.) Dicit ergo primò sic:isti appellauerunt materiam: dico autem, & uoco materiam, quæ de se nec est quid, hoc est substantia,nec quantitas,nec aliquod aliud aliorum prædicamentorum; quibus prædicamentis ens est distinctum,& determinatum.Hæc autem descriptio materiæ super duas propositiones fundatur:prima est, quòd natura materiæ est in potentia ad totum ens prædicamentale: unde Commen.materia est quid substans omnibus decem prædicamentis: secunda propositio est, quòd illud,quod est in potentia ad aliqua,non est illa de se:si igitur materia est in potentia ad decem prædicamenta,ergo de se non est aliquod decem prędicamentorum:benè ergo dictum est à Philosopho,quòd materia de se nec est quid, nec est quale,& sic de aliis. Ad cuius maiorem euidentiam notandum est, quòd esse prædicamenti est esse formale;materia autem de se non habet esse formale: aliquid enim habet materia de se; & aliquid accipit per uim agentis: de se habet, quòd sit ens in potentia; per uim autem agentis habet esse formale:& ideo benè dictum est, quòd de se nec est quid,nec est aliquod esse formale. Deinde cum dicit.

Materia quid.

Materia nō habet ex se formale esse.

Est enim quoddam, de quo prædicatur horum quodlibet,cui est esse alterum, & categoriarum unicuique. Alia namque de substantia prædicantur; hæc uerò de materia. Quare quod est ultimum secūdùm se,neque quid,neque quantitas,neque aliud aliquid est. Neque utique negationes. Etenim erunt hæ secundùm accidens. Ex his ergo speculantibus accidit substantiam esse materiam.

Probat quod dixerat,dicens: ita dictum est, ꝙ materia non est quid,nec quantum,& sic de aliis: cuius ratio est,quia materia est quoddam,de quo prædicatur quodlibet horum prædicamentorum: cuius materiæ alterum est esse,ab esse cuiuslibet; modus autem, quo prædicamenta dicuntur, & prædicantur;est iste, quia alia prædicamenta prædicantur de substantia; substantia uerò prædicatur de materia;& materia est quoddam ultimum

E subiectum omnibus istis;quod quidem ultimum secundùm se,nec est quid,nec quantum,nec aliquod aliud de numero prædicamentorum, nec est priuatio alicuius esse prædicamētalis, seu prædicamentorum;immo quodlibet esse prædicamētale accidit materiæ,& non solùm esse,immo priuationes & negationes esse prædicamentalis accidunt materiæ. Est ergo ratio Philosophi in hoc; esse cuiuslibet prædicamenti,& priuatio illius esse,de materia dicitur;non tāquam aliquid, quod sit de essentia materiæ, sed tanquā aliquid, quod aliquo modo accidit ipsi materiæ:& si sic,ergo materia secundùm se, nec est quid, nec est quantum,nec priuationes istorum.

F Quæreret quis. Quomodo hæc ratio concludit,si prædicatur de materia esse prædicamentale,ergo est aliquod istorum? Respond.dupliciter uia hoc uenari possumus. Prima talis est,quando aliquod prædicamentum prædicatur de aliquo subiecto;ita quòd ipsum prædicamentum est de essentia subiecti;possumus dicere,quòd illud subiectum de se est illud prædicatum: ut quia animal de homine prędicatur, possumus dicere, ꝙ homo de se est animal:quod enim est de essentia alicuius,est de perseitate illius:si ergo forma, uel esse formale esset de essentia materiæ; possemus dicere,quòd materia esset de se quid, uel quantum,& sic esset aliquid formale:sic autem nō est, si enim in materia esset aliqua forma essentialis (sicut dicit Commentator) materia non esset in potentia ad omnes formas;nihil enim est in potētia ad illud,quod est de essentia sua: natura enim

Quæstio.

Materia nō hēt esse formale.

G hominis non est in potentia ad naturam animalis; quod enim est in potentia passiua ad aliud, de se non est illud; si ergo homo esset in potentia ad animal;homo de se non esset animal, & sic de se esset animal,& non esset animal;ergo nihil est in potentia passiua ad illud, quod est de essentia sua; si ergo aliqua forma esset essentialiter in materia, non esset in potentia ad omnes formas, quia non esset in potentia ad istā, quæ est de essētia sua;ergo nulla forma est de essentia materiæ. Si igitur ita est,quòd formæ prædicantur de materia,non prædicantur tanquam aliqua, quæ sint de essentia materiæ, quoniam aliqua prædicātur de aliquo,& non sunt de essentia illius potest dici,

H quòd illa res de se non est aliquod illorum. Et super hoc fisitit consequentia Philosophi;dicit enim primò,quòd esse prædicamentale prædicatur de materia; ita tamen quod esse prædicamentale, & esse materiæ est aliud,& aliud esse;ex hoc concludit,ergo materia de se nec est quid,nec est quantum. q.d. Philoso. hæc ita prædicantur de materia, ꝙ non sunt de essentia sua. ergo materia de se non est illa;hæc est ergo prima uia.

Secunda uia est ista; aliqua sunt, quæ insunt materiæ per materiam;aliqua sunt,quę insunt materię per agens;materiæ per naturam materię insunt essentialia,& hoc est esse ens in potentia; sicut enim color per naturam coloris est color, & sicut

Materia unde habet, quod sit in potentia, & quod sit sub actu formali.

sicut forma est actus per naturam formæ, sic prima materia per naturam suam est in potentia ad oēm formam generabilem & corruptibilem. Aliqua sunt, quæ insunt materię per uim agentis, & hoc est esse formale: quòd.n. materia sit sub actu, hoc non est per se, & de se hoc non habet, nec per naturam sui: materia.n.ut materia nō habet nisi rationem moti; si ergo per naturam sui haberet hoc, ꝙ esset sub forma; idem haberet rationem moti & motoris secundùm idem. Aliqua sunt, quæ insunt materiæ per naturam materię; sicut esse in potentia; sicut esse ultimū, ad quod stat tota resolutio naturæ: & de talibus potest dici, ꝙ materia est illa de se: & ideo benè dixit Philosophus, ꝙ materia de se est quoddā ultimum. Aliqua sunt, quæ dicuntur, & prædicantur de materia per uim agentis & motoris, sicut esse prædicamentale: & de talibus potest dici, quòd materia de se non est illa, sed per aliud, & ideo quasi per accidens; sicut dixit Philosophus. Imaginabimur ergo differentiam inter ista duo prædicata, sicut inter ista duo: color ē color, & color est: ꝙ enim color sit color, habet per naturam suam, non per agens: quòd autem color sit in esse, hoc habet per uim agentis: sic quòd materia sit ens in potentia, & quoddam ultimum habet de se: ꝙ autem sit quid, uel aliud ens prædicamentale habet per uim agentis; qui trahit eam ad hoc.

Ad materiā stat tota resolutio naturæ.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum priuationes accidāt materiæ, nec sint de essentia illius? Respondeo dicendum est, quòd sic: quia quando aliquid est de essentia alicuius, illud non est in potentia ad oppositum illius: sicut quia aīal est de essentia hominis, homo non est in potentia ad non animal: si ergo priuatio esset de essentia materię; cū priuatio non sit nisi negatio formę in materia; negatio formæ esset de essentia materiæ, si autem priuatio esset de essentia materiæ, materia non esset in potentia ad illam formam, quæ negatur: puta si negatio, siue priuatio aeris esset de essentia materię; non esset in potentia ad formam aeris: cum nihil possit esse de essentia illius, cuius oppositum est de essentia sua. Secundò posset hoc idem sic patere: priuatio formæ destruitur in aduentu formæ; si ergo esset de essentia materiæ, non destrueretur in aduētu formæ, sed forma destrueretur: hoc est impossibile, ergo & primum: quia materia per formā perficitur, & non destruitur. Imaginabimur ergo quòd de ratione materiæ duo sunt; primum est, quòd ipsa est in potentia ad omnem formam generabilem & corruptibilem: & eo ipso quòd est in potentia ad omnem formam generabilem & corruptibilem; eo ipso potest perfici per omnē formam talem: priuationes talium formarum nō sunt de essentia sua: quia si essent de essentia sua, nunquam reciperet oppositum essentiæ suæ. Secundum est, quòd ipsa per formam perficitur: & eo ipso quòd potest perfici per formam, de essentia sua non est priuatio; quia oppositum non perficitur per oppositum; priuatio autem, & forma op-

Priuationē est de essentia materia.

De rōne materia duo sunt.

A ponuntur; & ideo priuatio nunquam perficitur per formam, sed magis destruitur in aduentu formę.

Quæstio.

Quæreret etiam aliquis, Vtrum uerū sit, quod dicit Philosophus, quòd esse substantiæ primò de materia dicitur: secundariò autem alia esse prædicamentalia? Respondeo dicendum est quòd sic, quod potest patere duplici uia: Prima uia est: esse secundùm quid supponit esse simpliciter; cum ergo esse accidentale sit esse secundùm quid, esse autem substantiæ sit esse simpliciter: primus aspectus materiæ erit ad esse substantiæ, secundarius uerò ad esse secundùm quid, siue accidentis. Videmus enim manifestè quòd ipsa materia nō est in potentia ad accidens, nisi mediante substantia; sicut aliquid non potest esse calidum nisi mediāte forma ignis: licèt enim accidentia in fieri præcedant formam substantialem; tamen in esse sequuntur eam; sicut esse secundùm quid sequitur esse simpliciter: & ideo benè dixit Philosophus quòd accidentia non dicūtur de materia, nisi primò dicatur substantia, hoc est non aspiciuns materiā, nisi mediante substantia. Secunda uia hæc est; ex eo quòd materia cum forma est causa omnium accidentium. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd materia cum forma est causa accidentium; non quòd sit causa efficiens; non.n.est necessarium, ꝙ forma efficiat suum accidens; sed quia agens non trahit materiā ad naturam accidentis, nisi priùs trahat eam ad naturā formæ: sicut nòn trahitur ad naturam motus sursum, uel deorsum; nisi priùs trahatur ad naturam grauis, uel leuis: pro tantò ergo causa est, quia esse accidentis præsupponit esse formæ: & dico benè esse, quia in fieri aliquando accidentia præcedunt. Vbi notandum est, quòd forma duplici modo præcedit accidens; primò quò ad intentionem agentis; primum enim quod est in intentione generantis, est forma substantialis; nunquam enim intentio eius fertur primò super esse secundùm quid, uel super accidens, sed super esse simpliciter, & substantiam; ita quòd licèt in fieri, & in esse forma accidentalis pręcedat; tamen in intentione forma substantialis est cā per modum finis. Secundo modo forma substantialis præcedit accidens quò ad esse terminatum; ubi notandum est, quòd forma substātialis, quæ disponit materiam ad formam substantialem eandem in essentia, habet duplex esse. s. interminatū, & terminatū: interminatū esse habet, dum est, in fieri; terminatum dum est in perfectio; quò ad primum esse potest præcedere formam substantialem, ad minus quò ad ultimum gradum sui; quò uerò ad secundum esse, sequitur subalē formā, quia sua terminatio sequitur formam substātialem, & est à forma substantiali; quòd enim caliditas sit in tali gradu, uel tali, in tali specie, uel tali (quod est: caliditatem habere terminatum gradum) hoc facit forma substantialis; aer enim calidus est, & ignis calidus est, sed quòd in alio & in alio gradu, hoc facit forma

Primus aspectus materia est ad substantiā.

B

Cā accidentium quæ.

C

Forma quō est cā accidentis.

Forma præcedit accidens dupliciter.

Forma substātialis duplex esse.

D

Quō forma substantialis præcedat & sit cā accidentis.

ma

ma aeris,& forma ignis. Et sicut dico de qualitate, ita dico de quantitate: quòd enim materia sit sub tanta quantitate, uel tanta; hoc est per formã: quia Secundo de Anima dicitur, quòd omnium natura constantium forma terminus est; & ideo magnitudinis,& augumenti; ita quòd licèt quantitas secundùm esse interminatum præcedat formam substantialem, ut dicunt aliqui;& Commẽtator in de Substantia orbis hoc uidetur admittere; tamẽ secundùm esse terminatum sequitur. Et sic esse formę substantialis præcedit esse formæ accidentalis terminatum: & hæc est causa illius nõ solùm per modum finis, sicut dicebat primus modus; sed aliquo modo per modum efficientis: quia esse formæ substantialis terminat ipsum accidens: nec ipsum accidens deducit materiam ad esse terminatum accidentis, nisi deducendo ad esse formæ substantialis. Cum ergo ita sit, quòd duobus modis pręcedat; duobus modis est causa: uno modo per modum finis: secundo modo per modum efficientis; ad minùs causa sine qua non; quia nunquam deducitur accidens ad esse terminatum, nisi mediante forma substantiali: & quia duobus modis est causa, ideo non aspicit accidẽs materiam, nisi mediante forma substantiali; quæ primò materiam aspicit, sicut dixit Philosophus. Dicemus ergo, quòd alia dicuntur de substantia, & substantia de materia; hoc est dicere, quòd alia non aspiciunt materiam, nisi mediante forma substantiali.

Forma est causa quantitatis materiæ.

Sed impossibile. Etenim separabile, & hoc aliquid in esse uidentur maximè substantiæ: quapropter species,& quod ex ambobus, substantia uidebitur esse magis, quàm materia.

In parte ista, quia probauit secundùm opinionem aliorum, quòd materia erat maximè substantia: hic ostendit, quòd hoc non est uerũ; sed quod compositum,& forma sunt magis substantia quã materia;& est ratio eius talis: de ratione substantiæ est, quòd sit separabilis,& quòd sit hoc aliquid, in se subsistens: sed hoc magis conuenit composito, & formæ, quã materiæ; ergo ipsa sunt magis substantia, quàm materia. Et hoc est, quod dicit litera Philosophi, quę sic continuetur: ita dictum est, quòd materia est magis substantia, quàm forma; sed hoc est impossibile: esse enim inseparabile,& esse hoc aliquid maximè uidetur in esse substantiæ: ex quo sequitur, quòd forma & compositum ex ambabus sunt magis substantia, quàm sit ipsa materia. Vnde Commentator intentiones separabiles intellectu, scilicet quæ non intelliguntur respectu aliquorum, sed quæ intelliguntur per se; sunt magis substantiæ. Intelligendum est ergo, quòd licèt forma non separetur à materia, nec materia à forma in rebus habentibus utrunque; tamen in maiori dependentia est materia, quàm forma; quia potentia magis dependet ab actu, quàm è conuersò: ubi autem maior est dependentia, minor separatio est;& ideo minùs separatur, quia magis dependet:& quia potentia magis dependet, ideo minùs separatur:& huius signũ est, quia non est de ratione actus, ut actus est, quòd sit in materia, & in potentia; cum reperiatur ens aliquod purum in actu, sine materialitate, & potentia: nunquam autem reperitur pura potentia, siue materia, quæ non sit sub aliquo actu; nec ens aliquod in pura potentia: ergo per omnem modum actus, ut actus, non dependet à potentia; materia autem, ut materia,& potentia, dependet ab actu: quòd autem aliquis actus dependeat, hoc est, inquantùm habet rationem deficientis, sicut actus immersus materiæ. Deinde cum dicit.

Inuehitur in antiquos, quòd materia non est maximè substantia.

Verba Commentatoris.

Actus, uel forma pis dari sine potentia, uel materia; sed nõ econuersò.

Actus unde habet, quòd dependeat.

Attamen eam, quæ nunc ex ambobus substantiã (dico autem eam, quæ ex materia & forma) dimittendum. Posterior enim,& aperta. Manifesta autẽ aliqualiter & materia. De tertia autem perscrutandum. Hæc namque maximè dubitabilis. TEX. 9.

Postquam diuisit substantiam in tria membra; ostendit quæ membra relinquenda sunt, & de quo est prosequendum: continuemus ergo sic: ita dictum est, quòd substantia dicitur tribus modis; tamen eam substantiam, quę est composita ex materia & forma, nunc dimittamus: tum quia posterior est; tum aperta & manifesta est: dimittenda est etiam materia, quia aliqualiter manifestata est: de illa autem, quę est forma, prosequendum est; circa quã incidũt multæ dubitatiões. Circa ipsam ãt formã sic procedemus, quia primò dicemus, scilicet de forma substantiæ sensibilis, eo quòd ista est concessa ab omnibus; omnes enim considerant substantias sensibilium: & ideo de his primò quærendum est, ut per istas deueniamus ad substantias intelligibiles in Duodecimo. Notandum est, quòd super illo uerbo Philosophi [materia est aliqualiter manifesta] dicit Commentator quòd notabiliter dixit aliqualiter, quia materia fuit manifestata antiquitus secundùm genus; sed non fuit manifestata secundùm species; concessum est enim ab omnibus antiquis, materiam esse substantiam: sed in materia diuersificantur. quidam enim ponunt materiam partes indiuisibiles; quidam corpora similium partium: quidam corpus in actu, sicut aerem,& ignem: quia ergo conueniunt in concedendo materiam,& diuersificantur in ponendo, hoc esse materiam, uel illud; signũ quòd fuit aliqualiter ignota, diuersitas enim positionum procedit ab ignorantia. Vel fortè dixit, aliqualiter, secundùm eum; quia materia est substantia diminuta; cum non sit substantia nisi in potentia ad substantiam.

Prosequitur principaliter de forma.

Ponderatio Commentator. quomodo materia aliqualiter manifesta est.

Diuersitas positionum oritur ab ignorantia.

Quoniam autem in principio diuisimus, quot modis determinauimus substantiam, & horum unum uidetur esse quod quid erat esse, speculandum est de ipso. TEX. 10.

Postquam determinauit de substantia, secundùm quòd dicitur de subiecto; incipit determinare de quòd quid est. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit intentum suum; secundò dat causam intenti; tertiò determinat de eo, quòd intendit, scilicet de quòd quid est. Secunda ibi [Pręopere

Explicat, quid intendat, et quare.

opere enim] Tertia ibi, [Ex primò diceremus] Dicit ergo primò, ponendo intentum suum: in primo diuisimus, quot modis dicitur substantia, & de numero quorum fuit unum quod quid est; & ideo de ipso quod quid est, speculandum est: & speculandum est de ipso quod quid est substantiæ sensibilis: est ergo intentio determinare de quidditate substantiæ sensibilis. Deinde cum dicit,

Pro opere enim transsumptum ad illud, quod notius est. *Disciplina enim sit ita fit omnibus per minùs nota naturæ ad nota magis. Et hoc opus est, quemadmodum in actibus facere, ex unicuique bonis totaliter bona, & unicuique bona: sic ex ipsis notioribus, quæ naturæ quidem nota ipsi nota. Quæ autem singulis nota & prima multotiens debiliter nota, & parum, aut nihil entis habent. At tamen ex male quidem noscibilibus, ipsi autem noscibilibus, quæ omnino noscibilia noscere tentandum, procedentes sicut dictum est, per hæc ipsa.*

Deinde ostendit huius intentionis, quia, etiam causa intendit ordo doctrinæ huius, & forma libri: diceret enim aliquis, quare speculandum est hic de quidditate substantiarum sensibilium, & non intelligibilium? & primò reddit causam huius, quia hoc opus est, & necessarium, ut transeamus ad illud, quod est notius secundùm naturam suam, id est, ad substantias intelligibiles, per ea quæ sunt nota nobis, scilicet per sensibilia. Disciplina enim & doctrina ita fit, ut per ea, quæ sunt magis nota nobis, & minùs nota naturæ, deueniamus ad ea, quæ sunt minùs nota nobis, & magis nota naturæ. Et hoc opus necessarium est, quod patet in scientiis actiuis, in quibus scientiis ex ipsis, quæ sunt bona uniuersaliter, quæ bona uniuersaliter, sunt bona etiam unicuique, quasi dicat, ex particularibus accipitur uniuersale; particularia autem sunt magis nota quò ad nos, ex quibus deuenitur ad uniuersale bonum: sicut ex hac uictoria, uel illa habetur uniuersale bonum uictoriæ. Patet etiam in scientiis speculatiuis, quia ex his, quæ sunt notiora nobis, habentur illa, quæ sunt nota naturæ; quæ priùs nota naturæ, postea sunt nota nobis: ista autem, quæ sunt singularia, sunt nota huic, uel illi, & etiam quò ad nos; non oportet esse magis nota in natura, quia illa, quæ sunt prima quò ad nos, multotiens debiliter sunt nota quò ad naturam; quia parum uel nihil habent naturam entis: tamen in uia discendi ex his, quæ sunt noscibilia parum in natura, nota autem ipsi addiscenti, tentandum est cognoscere illa, quæ sunt multum nota in natura, procedendo per ipsa nota quò ad nos ad nota quò ad naturam. Est ergo tota ratio Philosophi & causa in hoc: hæc scientia processu suo debet imitari modum aliarum scientiarum, scilicet actiuarum & speculatiuarum; sed in omnibus talibus scientiis est processus per illa, quæ sunt minùs nota naturæ, ergo & ista: cùm ergo quidditates rerum sensibilium, & substantiæ earum sint magis notæ discenti, & nobis, quàm quidditates rerum intelligibilium: ergo per sensibiles pro-

cipuè est deuenire ad intelligibiles. Notandum est quòd magnum artificium est, quo hic Philosophus utitur: postquam enim dixit, quod de materia & de composito non ampliùs est tractandum, sed de tertio, scilicet de forma, & de quod quid est, statim incipit tractare de ipsa quidditate; ac si quidditas, & forma sint idem, & tractare de uno, sit tractare de alio. Notandum est, quòd notiora [illegible] quæ fortiùs attinguntur à natura, illa autem fortiùs attinguntur à natura, quæ magis subintrant totum ambitum entis. Debemus enim imaginari totum ambitum entis [illegible] ipsum esse [illegible], quæ appropinquant ad ipsum [illegible] se; sicut est materia; quæ quidem est medium inter esse, & non esse [illegible] entis, & modicum attingitur à natura; & quia natura rei est cognoscibilitas rei, [illegible] etiam habet modicum cognoscibilitatem. Quædam autem [illegible] dunt à non esse, & multum accedunt ad primum quod est ipsum esse, sicut sunt substantiæ separatæ: & ista multum attingunt naturam entis, quia multum subintrant ambitum entis: & talia dicuntur notissima quò ad naturam: quia [illegible] natura rei sit cognoscibilitas eius, quantò magis consequitur de natura entis; tantò magis consequitur de natura cognoscibilitatis: & semper recedendo à non esse, & accedendo ad esse primum, semper crescit in gradu naturæ, & entis; & crescente natura, crescit cognoscibilitas. Hæc ergo uocantur nota quò ad naturam, quæ per gradum [illegible] multum habent de gradu entis, & per consequens de gradu cognoscibilitatis: illa autem uocantur notiora quò ad nos, super quæ priùs cadit intellectus noster, sic sensibilia sunt notiora quò ad nos, quàm intelligibilia; quia intellectus noster fortur priùs super sensibilia, quàm super intelligibilia: possibile autem est, quòd illa, quæ priùs attinguntur ab intellectu nostro, posteriùs attingantur à natura. Verbi gratia, intellectus noster priùs apprehendit sensibilia, posteriùs intelligibilia: è conuerso natura: quia secundùm modum loquendi maior cura uidetur fuisse naturæ de intelligibilibus, quàm de sensibilibus; eo quòd illis dedit maiorem gradum entis, sensibilibus autem minorem. Et hoc est quod dixit Philosophus in litera, quòd alia priora quò ad nos, hoc est, quæ priùs attinguntur ab intellectu nostro, parum uel nihil habent de natura entis, hoc est, modicè attinguntur à gradu entis, & à gradu naturæ. Notandum est etiam, quòd intellectus omnis debet consequi scientiam secundùm modum sui, non secundùm modum recepti, quia receptum est in recipiente per modum recipientis: si ergo debet consequi scibile per modum sui, ergo debet consequi scibile per illa, quæ sunt priora quò ad ipsum, non quò ad scibile, quæ tamen sunt posteriora aliquando quò ad intellectum scientem. Et quia ita est, ideo hoc dixit Philosophus, quòd processus doctrinæ

Doctrina & disciplina quo fit.

Quidditas, & forma idem.

Materia est medium inter esse, & non esse.

2. Meta. 4.

Quæ notiora quò ad nos, & quæ quò ad naturam.

Intellectus quo debet consequi scientiam.

1. Poster. cõ. 12. et 1. Phy. com. 3.

doctrinę est à notioribus nobis. Contingit tamen aliquando sicut dicit Commentator, quòd notiora quò ad nos sunt notiora quò ad naturam, sicut est in Mathematicis: quando sic est, tunc doctrina potest incipere à notioribus quò ad naturam: quòd tamen à talibus incipiat, hoc est, quia sunt nobis notiora, & sic est per accidés: dictum est enim, quòd hoc est per se, quòd intellectus consequitur scibile per modum sui, non p modum sciti; consequi autem per modum sui, est consequi per notiora quò ad ipsum. Deinde cum dicit.

TEX. 11.

Et primò dicemus quædam de eo logicè. Quod est quod quid erat esse, unumquodque quod dicitur secũdùm se.

Quod quid est, quid.

Incipit tractare de quod quid est. Et diuiditur in quinque partes: primò ostendit, quorum est ipsum quòd quid est: secundò quærit, utrum quòd quid est, & cuius est, sint unum: tertiò inuestigat, quomodo se habet quòd quid est ad naturam generationis: quartò inuestigat, quomodo se habet quòd quid est ad partes suas: quintò quærit, quomodo partes ipsius quòd quid est possunt facere unum. Secunda ibi [Vtrum autem idem est.] Tertia ibi [Eorũ autem, quæ fiunt] Quarta ibi [Quoniam uerò diffinitio] Quinta ibi [Nunc autem dicamus] Prima in duas partes, quia primò ostendit quid sit illud, & ad quid spectat: secundò dicit quorum sit ipsum quòd quid est. Secunda ibi [Quoniam uerò sunt & secũdùm alias categorias] Prima in duas, quia primò ponit quid sit ipsum quòd quid est: secundò excludit quędam extranea ab ipso. Secunda ibi, [Non est enim tibi esse, musicum] Dicit ergo primò: dicemus de ipso quod quid est; illa ãt, quæ de ipso dicemus, logicè dicentur: dicendum est autem de ipso, quòd illud est quod quid est uniuscuiusque, quod secundùm se prædicatur in primo modo.

Auer. cõsiderationes.

Logica, & Metaphysi. maximopere affines sunt: Non igitur mirũ si altera alterius habitum interdũ induit.

Notat autem hic Commẽtator duo: primum est, quòd substantia rei, & quidditas notificantur à Metaphysico per propositiones logicas: & hoc est, quòd dicit Philosophus, ꝙ dicemus aliquid de eo logicè: quòd autem notificentur per propositiones logicas, scilicet declaratas in logica; patet: quia superiùs dictum est, quòd substantia rei, & quòd quid est rei est illud, quod respondetur ad quæstionem factam per quid, non per quale, nec per quantùm: & hæc propositio est declarata in Logica: & sic hic dicitur, ꝙ ipsum quod quid est est illud, quod prædicatur de re, cuius est, per se & primo modo; quod quidem est declaratum in Logica. Secundum, quod notat Commentator est: quòd illud, quod dicit Philosophus hic, quòd ipsum quod quid est prædicatur secundùm se; est idem dicere, quòd ipsum quod quid est compræhendit tria prædicata substantialia, scilicet genus, differentiam; & diffinitionem: imaginatur enim Commentator quòd eandem formalitatem dicit genus, differentia, & diffinitio, & per cõsequens eandem quidditatem; quia

Genus, differentia, & diffĩ dicũt eandem formalitatem.

E formalitas rei est quidditas rei; sed genus dicit illam ut confusam; differentia autem per modum qualis specificantis: diffinitio autem dicit naturã specificabilem, ipsam actualiter specificando per differẽtiam. Vnde Commentator: prędicata substantialia adunantur inter se, & cum tertio; hoc est, non solùm sunt unum in tertio, sed inter se: quod nõ est in prædicatis accidẽtalibus: ita enim adunantur in tertio, quòd non adunantur inter se: musicum enim & album possunt esse unum in subiecto; sed nunquam sunt unum inter se: prædicata substantialia, sicut genus, & differentia sunt unum in tertio, & unum inter se: quia dicunt unam realitaté, uariatam pœnes cõceptum. Deinde cum dicit.

Discrimẽ inter prædicata substãtialia, & accidentalia.

F *Non enim est tibi esse, musicum esse. Non enim secundùm te ipsum es musicus. Quid ergo dicitur secũdùm te ipsum. Neque etiam hoc omne, nõ enim quod ita secundùm se, ut superficiei album, quia non est superficiei esse, album esse. At uerò neque quod est ex utrisque, ut superficiei albæ esse: Quare? quia adest ei hoc.*

Excludit quædã ab ipso quod quid est. Et tria excludit, & primum quod excludit, est prędicatũ per accidens, dicens: ita dictũ est, quòd esse quidditatiuum rei est, quod inest rei per se primo modo: & ideo musicum, & similia accidentia excluduntur ab ipso quod quid est, & ab ipso esse quidditatiuo: non enim esse musicũ est tibi esse quidditatiuum; quia non es musicus secundùm teipsum: illud autem solùm est tibi esse quidditatiuũ, quod secundùm te ipsum contingit tibi; hoc est dicere, illud est esse quidditatiuum, quod est natura rei, & conuenit rei secundùm se in primo modo, cuiusmodi non est esse musicum, & similia accidentia. Secũdò excludit ab ipso quod quid est, accidens, quod est per se in secundo modo, dicẽs: ita dictum est, quòd ipsum quod quid est, est illud, quod inest rei secundùm se; non tamen esse secundùm se sufficit ad esse quidditatiuum: esse enim album inest secundùm se superficiei, & tamen esse album non est quod quid est quidditatiuum superficiei: si enim esse album esset quidditatiuum esse superficiei, superficiem esse superficiẽ, esset ipsam esse albam: sicut quòd animal rationale est esse quidditatiuũ hominis, hoĩem esse hoĩem est ipsum eẽ animal rationale. Tertiò excludit ab ipso quod quid est, compositum ex accidente & subiecto; & duo facit, quia primò hoc dicit; secundò manifestat quædam, quæ dixerat ibi [In qua igitur non inerit] Dicit ergo primò; dictum est, ꝙ accidens per se in secundo modo non dicit esse quidditatiuum rei, sic nec compositum ex subiecto, & accidente per se dicit esse quidditatiuum rei; ita quòd nec esse superficiei albæ est esse quidditatiuum superficiei; cuius ratio est, quia esse superficiei albę adest superficiei. Vbi notãdũ est, ꝙ esse quidditatiuũ rei idẽ est, ꝙ ipsa res, & non adest ipsi rei; non .n. debemus imaginari, ꝙ ipsa res, & esse quidditatiuum eius sint duo, quorum unũ

Quæ debent eẽ aliena ab ipso qđ quid est.

G

H

Esse quidditatiuum rei quid.

adsit

adsit alteri; sed una res, una realitas, & una natura: quia ergo superficies alba adest superficiei, tanquam quoddã extrinsecum; ideo nõ est esse quidditatiuum. Notandum tamen, quòd esse superficiei albæ adest ipsi superficiei, non propter superficiem, sed propter album; ita φ totum istud cõpositum, superficies alba, prohibetur ab eẽ quidditatiuo superficiei per alteram partẽ. s. propter albedinem, quia totum dicit esse accidentale per alteram partem tantùm.

In qua igitur non inerit ratione ipsum dicentem ipsum, hæc ratio eius quòd quid erat esse singulis; Quare si superficiei albæ esse, est superficiei esse, semper albo, & leni esse, idem erit & unum.

propria passio non est quidditas substantialis. Manifestat quędam, quæ dixerat: dixerat enim quòd propria passio non est quidditas subiecti; hoc ergo manifestat dupliciter: prima manifestatio est; quia subiectum accipitur in diffinitione propriarum passionum, & non ẽ cõuerso. Et hoc est, quod dicit; quòd illa est uera ratio, & uera diffinitio ostensiua eius, quod quid erat esse singulis diffinitis, in qua ratione dicẽte, idest manifestante ipsum diffinitum nõ inerit ipsum subiectum: sicut in diffinitione animalis non inest homo. Secunda probatio ad manifestandum, quòd propria passio non est esse quidditatiuum subiecti, est; quia contingit plures passiones de eodem subiecto prędicari; qua ergo ratione una passio esset eẽ quidditatiuũ subiecti eadẽ & altera: si sic sequitur φ sint eadẽ cum tertio; quia dicunt esse quidditatiuũ eiusdẽ, ergo sunt eadẽ inter se, quia quæcũq; uni & eidem sunt eadem, & inter se sunt eadem; quòd autem duæ passiones sint eadem inter se,

Duas passiones esse eadẽ inter se, est impossibile. impossibile est. Et hoc est, quod dicit litera Philosophi, quòd si superficiei albæ esse est esse quidditatiuum superficiei; cum contingat eandem superficiem esse lenem; sequitur quòd esse quidditatiuũ superficiei erit esse lene, quod est esse quidditatiuum eiusdem; igitur sunt unum, & idem inter se. Notandum est, quòd hanc consequentiam

Auer. declaratio. ultimam Philosophi sic declarat Commentator: si accidentia declarant naturam subiecti, & esse quidditatiuum eius; cum idem subiectum possit disponi per multa accidẽtia, sequitur φ ista accidẽtia declarãtia istã nãm, sint eiusdẽ naturæ; quia erũt differentiæ sub͠ales; qđ est impossibile, quia accidentia non sunt substantialia prędicata, quę propriè uocantur sub͠alia: fundatur ergo declarõ Commẽtatoris primò super hoc, quòd ratio, una: quare res habet unum esse quidditatiuum, est φ unius rei unicum est esse. Si ergo hoc est uerum, quæcunque dicunt esse quidditatiuum rei, oportet quòd sint unum & idẽ realiter inter se: si enim res haberet duo esse quidditatiua, possibile esset, quòd essent duo diuersa, declarantia illa esse quidditatiua; nec sequeretur quòd illa essent eadem inter se; quia non declararent unũ & idem, sed declararẽt idem secundùm quòd diuersum, siue diuersitatem unius: quia tamen unius secundùm quòd unum, est tantùm unum esse quidditatiuum,

A tiuum, sequitur, φ illa, quæ declarant istud unum secundùm quòd unum, sint idem, & unum inter se: Hoc ergo sequitur, si accidentia declarant esse quidditatiuum subiecti; cum esse quidditatiuum sit unum; qua ratione declarabitur ab uno accidente, declarabitur à reliquo, sequitur quòd plura accidentia declarant unum & idem esse quidditatiuum: si enim declarant unum esse quidditatiuum, oportet quòd sint unum inter se, quod est impossibile; quia duo accidentia diuersa specie, dicũt duo esse quidditatiua. Dicamus ergo, quòd accidentia non declarant esse quidditatiuum subiecti, sed declarant potiùs de subiecto aliquam quidditatem extrinsecam; & hoc quia esse, quod declarat esse quidditatiuum, est uniuersale declaratum in Posterioribus; uel est uniuersale essentiale, & substantiale substantię. *Duo accidẽtia specie diuersa, dicũt duo eẽ quidditatiua.*

B Dicamus ergo quòd duo accidentia, specie differentia, sicut lene & album non declarant esse quidditatiuum subiecti, sed magis de subiecto declarãt duas quidditates extrinsecas; quia alia est quidditas superficiei secundùm φ lenis, & alia secundùm φ alba: quidditas tamen superficiei secundùm quòd superficies, una & eadẽ est. Secundò fundatur super hoc Commẽtator: quòd illud, quod indicat esse quidditatiuum alicuius, est differentia substantialis eius: & quod indicat esse unum quidditatiuum, est una differentia: si ergo lene, & album, & quęcunque duo accidentia: significant esse quidditatiuum subiecti, sequitur quòd sint duæ substantiales differentiæ; & cum indicent unum & idem esse quidditatiuum, sequitur quòd sit una differentia; una autem differentia est una natura, ergo lene & album sunt una natura specificata, quod est impossibile; ergo & primum. Tertiò fundat se Commentator super hoc, quòd illa, quæ indicãt esse quidditatiuum alicuius, sunt prædicata substantialia respectu illius: si ergo lene & album indicant esse quidditatiuum superficiei, sunt prædicata respectu eius substantialia; prędicata autem substantialia adunantur in tertio, & adunantur inter se, ergo lene & album inter se adunata, sunt eiusdem naturæ, (hoc enim appellat Commentator eiusdẽ naturæ esse, & inter se adunari) Quæremus enim ab aduersario, utrum lene & album indicent esse quidditatiuum ad modum differentiarum specificarum, uel unum ad mod um differentiæ, & aliud ad modum generis? si primo modo, cum unius esse quidditatiui sit una differentia specifica, & lene & album indicent unum esse quidditatiuum; sequitur quòd sint una specifica differentia, & per consequens cum una differentia specifica sit una natura, sequitur φ lene & album sint una natura: & ita adunantur inter se, & cum tertio. Si autem unum se habet ad modum generis, & reliquum ad modum differẽtiæ: uel unum ad modũ differentiæ superioris (quod idem est) & aliud ad modum differentiæ inferioris: cum ergo differentia, siue differentia superior, siue inferior sint eiusdem naturę infra unum *Quid est illud, quod indicat esse quidditatiuum.*

C

D

esse

esse quidditatiuum (dico eiusdem naturæ uariatæ per conceptus) sequitur ꝙ lene & album sint eiusdem naturæ uariatæ per conceptus; Imaginatur.n.Cõment.ꝙ genus,& differentia,& prædicata substantialia non dicunt aliam quidditatẽ,& aliam naturam; quia simpliciter non adunarentur inter se: propriè.n.duæ quidditates sunt duæ species; sed genus,& differentia dicunt eandem naturam,uariatam penes confusum, & distinctum: non.n.imaginamur differentiam inter animal,& hominem; sicut inter hominem & asinum:homo enim & asinus dicunt duas quidditates pœnes duas differentias specificatas:homò uerò & animal non sic dicunt duas quidditates; quia genus propriè non habet quidditatem; sed dicunt unum esse quidditatiuum pœnes sub, & supra:lene autem & album uariãtur, & sunt duæ quidditates diuersę magis,quàm dicunt unum esse quidditatiuum eiusdem. Quartò fundatur Cõmentator super hoc, quòd quidditas rei est entitas rei:quidquid ergo non est entitas rei,sed magis est ens additum enti,non dicit esse quidditatiuum: talia autem sunt prædicata accidentalia: cum enim dico hominem esse animal, non dico ens additum enti; sed dico entitatem rei sub modo generis: cum dico postea hominẽ esse albũ, non dico entitatem hominis, sed dico ens additũ enti,& per consequens non dico esse quidditatiuum: & similiter est de aliis accidentibus. Hæc omnia inueniet aliquis, uel summã horum in dictis Commentatoris si diligenter aspexerit passum istum.

Genus, & differentia non dicunt aliam naturam, & quidditatẽ.

Quidditas rei est entitas rei.

TEX. 12. *Quoniam uerò sunt & secũdùm alias categorias composita. (est enim aliquid subiectum cuique, ut quantitati,& qualitati,et quãdo,& ubi,et motui.) Perscrutandum ergo,si est ratio eius quod quid erat esse cuiusque ipsorum, & inest his ipsum quod quid erat esse,ut albo homini quod quid erat albo homini:Sit namque nomen ipsi uestis,quod est uesti esse?*

Postquam ostendit Arist. quid debet uocari quod quid est, quia secundùm se in primo modo:hic uult ostendere,quorũ sit ipsum quod quid est; quia propriè non est nisi substantiarum. Et duo facit,quia primò ostendit,quòd ens per accidens non habet quod quid est:secundò ostendit, quod ipsum ens per accidens habet aliquo modo quod quid est,nõ propriè,sed solùm largo modo: & uocatur hic ens per accidens, totum compositum ex subiecto,& accidẽte:accidens autem uocatur ipsa natura accidentis. Secunda ibi [Aut & diffinitio sicut & ꝙ quid est.] Prima in tres: quia primò quærit,utrum compositum ex subiecto & accidente,quod uocatur ens per accidens, habeat diffinitionem? secundò ostendit quòd nõ: tertiò remouet quoddam dubium. Secunda ibi [At uerò secundùm se dictorum] Tertia ibi [Diffinitio uerò est] Dicit ergo primò quòd cum ita sit, quòd in aliis Categoriis à prædicamento substantiæ, sint aliqua composita, eo modo quo uocamus compositum ex subiecto & accidente; quia

[illegible], quorum est quod quid est.

E unicuique est aliquod subiectum, sicut qualitati, & quantitati,& quando,& ubi: ex quo subiecto & accidente est aliquod compositum,quærendũ est, Vtrum ipsorum compositorum sit aliquod quod quid erat esse,& aliqua ratio declarãs istud quod quid erat esse? hoc est,Vtrum albo homini inest quod quid erat esse, quod quæritur? quod quidem quod quid erat esse uocetur esse albi hominis? Et quia posset dicere aliquis, albus homo non dicit unũ nomen,ideo non habet quod quid erat esse:hoc excludens Philosophus, dicit: albo homini imponatur nomen uestis: sicut ergo fuit quæstio, utrum quod quid erat esse inesse albo homini: ita quæstio est hic, quid est quod quid erat esse ipsius uestis? & quid est esse quidditatiuum uestis?

Vnicuique accidẽti est aliquod subiectum.

F Quæreret aliquis, Quare dixit Philosophus, albo homini imponatur unum nomen? Respondeo dicendum est, quòd hoc soluit Commentator dicens: quòd nomina sunt æqualia diffinitionibus: quod sic est intelligendum, quòd significata nominum sunt æqualia significatis diffinitionum: hoc est, quod subdit ipse Commentator; ꝙ illa, quæ significant nomina congregatim, diffinitiones significant distinctè: ita quòd nomina, & diffinitiones sibiinuicem correspondent: ita quòd illud idem significatum, quod cadit sub nomine cadit sub diffĩõne: & sicut unũ nomẽ arguit & habet unũ significatũ, ita una diffinitio arguit, & hẽt unũ nomen,& è conuersò: Posset ergo aliquis hic dicere, ideo albus hõ, non habet unũ diffinitionem, quia non habet unum nomen: huic obuians Philosophus dicit, quòd imponatur nomen isti composito, albo homini, & uocetur uestis: ita quòd secundùm unitatem nominis quæratur unitas diffinitionis. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Dictum Cõmen. et eius explicatio.

G *At uerò secundũ se dictorũ nec homo. Aut ipsum non secundùm se dicitur dupliciter. Et huius est aliquod quidem ex additione, illud uerò non. Hoc quidem enim ex eo dicitur quod diffinitur, quòd ipsum alii additur. Vt si albo esse diffiniens, dicat albi hominis rationem. Hoc autem eo quòd aliud ipsi. Vt si significat uestis album hominem, diffiniat uestem, ut album.*

H Probat per rõnes, quòd ens per accidens non habet quod quid est: Et diuiditur in duas partes, secundùm duas rationes. Secunda ibi [Albus itaque homo.] Prima ratio talis est: quòd quid est, & diffinitio est entis per se: sed ens per accidens non dicit ens per se, sed magis ens additum enti, dicit.n.duo entia.s.subiectum,& accidens; quorum unum.s.accidens est ens ex additione; reliquum autem.s.subiectum non est ens ex additione; ergo ens per accidens non habet diffinitionem, neque quod quid est: Et de ista ratione nõ ponit nisi minorem.s.ꝙ ens per accidens nõ est de numero entium dictorum secundùm se: tale aũt non secundùm se.s.ens per accidens dicitur dupliciter; hoc est capit duo entia in se,& de numero horum entium hoc quæritur.s.accidens est ens

Ens per accidens non diffinitur.

Ens per accidens duplex.

ens ex additione; illud uerò, scilicet subiectum non: quia subiectum additur in diffinitione accidentis, & non è conuersò. Et hoc est, quod dicit hic: quòd scilicet subiectum est tale, quòd ipsum est additum in diffinitione eius, quod diffinitur, scilicet accidentis: ut si aliquis est diffiniẽs album, oportet quòd addat in diffinitione eius, uel hominem, uel rationale, ut albus homo: sic ergo subiectum additur: hoc autem, scilicet accidens, eò est ens, quòd aliud ens additur ipsi, scilicet subiectum, & ideo est ens ex additione. Ex quo patet, quòd ens per accidẽs p duo entia diffinitur, si debet diffiniri: nam si uestis significat album hominem, ut dictum est supra; si aliquis diffiniat uestem, eam diffiniet ut album hominem: & si albus homo non diffinitur, nec uestis.

Ens per accidens duo includit.

Notandum est autem, quòd ratio Philosophi super duas rationes fundatur: prima est, quòd omnis diffinitio est alicuius entitatis, quia oĩs quidditas aliqua entitas est: secunda propositio, super quam fundatur est, quòd ens per accidens, ut esse musicum, sit aliquid ens: uerùm non dicit entitatem propriè: licet enim musica dicat aliquam entitatem, & esse hominem musicum sit aliquod ens: tamen hominem esse musicum non dicit propriè entitatem, sed magis dicit duas entitates; quarum una est ex additione, scilicet accidentis, quia accidens non est ens nisi quia entis: & alia non est ens ex additione, quia entitas subiecti, est ens fixum in se & absolutum. Primam propositionem dedit intelligere Philosophus cum dixit, quòd ipsum accidens non est ens secundùm se; quasi dicat, ens, quod habet quod quid est, habet entitatem per se, quia diffinitio est indicatiua quidditatis: secundam propositionem dedit intelligere, cum dixit; quòd ens per accidens dupliciter dicitur, hoc est, quòd duo entia capit in se, scilicet ens cum additione, & sine additione. Notandum est, quòd cum ens per accidens capiat duas entitates, & cum entitas sit quidditas; magis debet dici, quòd habeat duas quidditates, quàm quòd habet quod quid est, & quidditatem: & super hoc stat intentio Philosophi, quòd ipsa quidditas rei est in omni natura rei; & ubi non est una natura, non est una quidditas. Deinde cum dicit.

Accidẽs nõ est ens secundum se.

Ens p accidens habet duas quidditates.

Albus itaque homo est quid album, non tamen quod quid erat esse albo esse, sed uesti esse.

Probat idem per secundam rationem. Et duo facit, quia primò probat, ꝙ ens per accidens non diffinitur: secundò concludit, ꝙ ipsum ꝙ quid est propriè, & solùm est substantiarum, ibi [Siquidẽ esse hoc substantiis solùm] Ratio autem, qua probat, ꝙ ens per accidens non habet quod quid ẽ, talis est: esse quid, est aliquid, idem quod aliquid; ergo quod non est aliquid, non est quid, nec habet quid: sed ens per accidens non est aliquid, ergo non est quid. Circa istam rõnem sic procedit: quia primò ostendit, ꝙ si debeat dari quid enti per accidens, cui debeat dari: secundò ponit rõnem prædictam ibi [Ergo est quod quid erat esse aliquid] Primò ergo dicit, quòd albus, homo participiat albedinem, & est albus, non tamen dicit quod quid erat esse albo esse, sed debet asignari albo homini, scilicet uesti, quia (ut dictum est) cuilibet diffinitioni respondet unum nomen: quasi dicat, si quod quid est posset asignari albo homini, siue enti per accidens, asignaretur uesti, quod fuit unum nomen simpliciter impositum isti cõposito ex homine & albo. Deinde cum dicit

Scda ratio.

A

Ergo est quod quid erat esse aliquid, aut totaliter, aut non. Quod quidem est quod quid erat esse; est aliquid aut totaliter, aut non. Quod quid erat esse, est id, quod aliquid erat esse. Quando uerò aliud de alio dicitur non est quod quidem aliquid hoc aliquid: ut albus homo non est quòd uerè hoc aliquid.

B

Ponit rationem prædictam & primò ponit maiorem, quæ fuit; quòd cuius est quod quid est, est aliquid, quare idem est quid & aliquid, dicens sic: eius rei est quod quid erat esse, quod est aliquid unum: aut enim totaliter & omnino id, quod est quid est aliquid: aut si nõ est aliquid, non est quid; quia idem est quod quid erat esse, & id quod est aliquid esse. Deinde ponit minorem, quæ fuit; ꝙ ens per accidens non est aliquid unum, dicens: quando uerò aliud, scilicet ipsum accidens dicitur de alio, hoc est de subiecto, totum compositũ ex ambobus non est hoc aliquid; ut albus homo non uerè hoc aliquid. Deinde cum dicit.

Explicat rationem positam.

Si quidem esse hoc substantiis solùm inest. Quare quod quid erat esse est quorumcunque ratio est diffinitio.

C

Concludit, quòd ipsum quod quid est, propriè inest substantiis: quæ pars sequitur ex præcedentibus: nam dictum est, ꝙ eorum propriè est quid, quæ sunt aliquid: esse autem aliquid propriè inest substantiis, quare & ipsum quid propriè inest substantiis: ipsum enim quid erat esse est illud, quod propriè declaratur per diffinitionem: & cuius diffinitio est ratio declaratiua; quæ quidem diffinitio, & quod quid est, substantiis propriè inest.

Quod quid ẽ, solùm substantiæ proprio est.

Quęreret aliquis, Vtrum aliquid esse, & quid erat esse, sint idem? Respondeo, dicendum est ꝙ sic in re; tamen differunt in ratione: aliquid enim esse, & quid esse, dicunt eandem realitatem; eadẽ enim realitas, sicut humanitas, & est aliquid, & est quid; sed tamen differenti modo; ut enim ipsa humanitas est aliqua entitas, attingens aliquem gradum entis, & non omnem gradum entis, uocatur aliquid (aliquid enim uidetur diuidi contra omnem) illud ergo est aliquid, quod habet entitatẽ, sed non omnem; illa autem humanitas eadem, inquantùm est declaratiua hominis, uocatur quid, uel quidditas; sumit.n. suuum nomẽ à natura quęstionis; illud enim uocatur quidditas rei, quod certificat ipsum quid; illud uocatur qualitas rei, quod certificat ipsum quale; albedo enim qualitas est inquantùm certificat ipsum quale, & quid est aliquo modo, inquantùm certificat quid: ideo (ut dictũ est) idem est quid, & aliquid. Notandũ est, ꝙ

Quæstio.

D

Quidditas rei & qualitas rei quid.

declaratio Philoſophi fundatur ſuper duas propoſitiones: Prima propoſitio eſt, ꝙ idem eſt quid, & aliquid, quæ iam declarata eſt: Secunda propoſitio eſt, ꝙ ipſum ens per accidẽs non eſt aliquid, quæ propoſitio patet ſic: illud.n. eſt propriè aliquid, quod eſt ens, illud eſt ens, quod ens eſt unum, quia ens & unum conuertuntur: idem eſt enim (ut dictum eſt in Quarto huius) homo ens, homo, & unus homo: cum ergo ens per accidens non ſit unum, quia ex accidente & ſubiecto non fit aliqua una natura, ſequitur ꝙ nõ ſit ens; ex quo ẽt ſequitur, ꝙ non eſt aliquid: ex hoc ẽt ſequitur, ꝙ non habet quid; quia quid nunquã eſt niſi eius, quod eſt aliquid: ens.n. per accidens magis debet dici entia, quàm ens: magis una, quàm unum: magis aliqua, quàm aliquid; & per conſequens magis quæ, quàm quid.

Tex.com.3.

Queſtio. Quæreret quis. Quõ ex præmiſsis ſequitur hęc concluſio, ꝙ ſolùm ſubſtantiis inſit ipſum quid? Reſpon. ꝙ hoc ſequitur per iſtum modum: præmiſſum fuerat, ꝙ ſolùm eius eſt quid, quod eſt aliquid; quod ſi eſt uerũ, ſolis ſubſtantiis ineſt quid, quia ipſa ſola ſubſtãtia propriè eſt aliquid, quod poteſt duplici uia haberi. Prima uia eſt talis; illud propriè eſt aliquid, quod dicit unam naturam, quia aliquid conuertitur, ſicut & ens; ſola autem ſubſtantia dicit unam naturam, omne autem accidens dat intelligere duas naturas; nam (ut dictum eſt) accidens eſt ens in additione ad naturam, quia in natura accidentis ſemper intelligitur ſubſtantia; unde multotiens Comm. naturam accidẽtis uocat naturam in copulatione. ſ. ad ſubſtantiam; & quia quodlibet accidens dat intelligere aliquid aliud; ideo dicit ſemper duo aliqua; & non unum aliquid ens; ſubſtantia autem unã naturam dicit ſine additione ad aliquid extraneum; & ideo uerè poteſt dici unum; & ſicut unum, ita aliquid; & ſicut aliquid, ita quid. Secunda eſt propter diminutum eſſe accidentis; ipſum .n. accidens propter ſuum diminutum eſſe magis debet dici alicuius, quàm aliquid; quia (ut iam dictum eſt) entitas accidentis non eſt entitas ſibi, ſed alii; & ideo dicitur entitas, & non ens; ſubſtantia autem per ſuum fixum eſſe, & independens, eſt ens rediẽs ad ſeipſum; & ideo propriè eſt ens, & per conſequens aliquid eſt; ex quo ſequitur, quòd propriè ei reſpondet quid. Deinde cum dicit.

Subſtantia proprie eſt aliquid.

Accidẽs, & ſubſtantia qualia entia.

Accidẽs magis dici debet alicuius quam aliquid; & magis entitas, quam ens.

TEX.13. *Diffinitio uerò eſt non ſi nomen rationi idem ſignificet. omnes enim eſſent rationes termini. Erit enim nomen quod cuilibet rationi idem. Quare & Ilias diffinitio erit.*

Deſtruit dubium circa iam dicta. Hic Ariſt. remouet quoddam dubium. Et duo facit, quia primò remouet illud dubium: ſecundò oſtendit, quæ eſt conditio illius, cuius eſt illud quod quid eſt, ibi [Sed ſi primi alicuius fuerit.] Remouet ergo quoddam dubium; dictum eſt.n. ꝙ ipſum ens per accidens non habet quod quid eſt, nec diffinitionem; diceret aliquis, hoc eſſe falſum; quia inueniuntur aliquæ rationes, notificantes ipſum ens per accidens, quę ſignificant idem quòd natura eius; hoc excludens Philoſophus, dicit; quòd non ſequitur, quòd omnis ratio, quæ ſignificat idem, quod nomẽ, ſit diffinitio; licèt poſſit uocari notificatio; ſi enim hoc eſſet uerum, ꝙ omnis ratio ſignificans idem, quod nomen, eſſet diffinitio, ſic omnes rationes eſſent termini, & diffinitiones; poteſt enim poni nomen cuilibet rationi, ſicut poteſt poni huic rationi, ꝙ eſt homo ambulans, & homo ſcribens; non tamen propter hoc ſequitur, quòd iſta ratio ſit diffinitio; ſecundùm.n. hoc ſequeretur ꝙ Ilias, ideſt poema, factũ de bello Troiano, eſſet diffinitio, quæ eſt una ratio exponens illud bellum. Deinde cum dicit.

E

F

TEX.14. *Sed ſi primi alicuius fuerit. Talia uerò ſunt quæcunque dicuntur, non eo quod aliud de alio dicatur. Non erit igitur non generis ſpecierum exiſtẽs quod quid erat eſſe, ſed his ſolùm. Hæc namque uidetur non ſecundùm participationem dici, & paſsionem, nec ut accidens. Sed ratio quidem erit cuiuslibet, et aliorum quid ſignificat, ſi eſt nomen, quia hoc huic ineſt; aut pro ſermone ſimplici certior. Diffinitio uerò non erit, nec quod quid erat eſſe.*

Conditiones habentis ueram diffinitionem. Quia dixit, quòd non omnis diffinitio eſt ratio; oſtendit, quæ ſunt conditiones illius, quod habet ueram diffinitionem, & uerum quod quid eſt; & eſt prima conditio; quòd uerum quod quid eſt, eſt; ſi fuerit primi alicuius; talia uerò prima uocantur, quæcunque prædicantur, uel dicuntur per ſe, & non eo quòd aliud de alio dicatur, qualia ſunt prædicata accidentalia; exponit Commentator, & inquit; prædicata ſubſtantialia ſunt talia, quę dicuntur de re prima ſignificatione; quod intelligendum eſt, quia non prædicant de re aliquid extrinſecum; prædicata autem accidẽtalia dicuntur de re ſecundaria ſignificatione, & prædicant aliquid extrinſecum. Vult ergo dicere Philoſophus, quòd tũc eſt uerum quod quid eſt, ſi fuerit primi alicuius, hoc eſt ſi ſignificauerit eſſentiam rei, & aliquid quod ſit de primo intellectu rei; ſi autem ſignificauerit de re aliquid extrinſecum; ita quòd aliud de alio dicatur, & non idem de ſe ipſo; tunc ſignificat diſpoſitionem ſecundariam, & non primam, & tunc non ſpectat ad quod quid eſt; hæc ergo eſt prima conditio ipſius quod quid eſt, quòd ſit primi alicuius, & non aliud de alio. Secunda conditio eſt, quòd ipſum quod quid eſt, ſit aliqua ſpecierum; ipſum enim quod quid erat eſſe nulli naturæ ineſt, quæ non ſit de numero ſpecierum alicuius generis, ſed ipſum quòd quid erat eſſe ineſt ſpeciebus ipſorum generum, quæ ſpecies non dicuntur, nec denominantur ab eſſentia ſua ſecundùm participationem, uel ſecundùm paſsionem, neque per modum accidentis: iis ergo ſpeciebus ineſt diffinitio, & quod quid erat eſſe; in aliis autem, quæ non diffiniuntur, ſi eis ineſt nomen poſitum, poteſt eſſe aliqua ratio, declarans quod quid eſt illud nomẽ. Quod poteſt contingere duobus modis;

G

H

Solius ſpeciei eſt diffinitio.

Declarare significatū nominis, du pliciter. modis:uno modo, ꝙ minùs notum notificetur ꝑ magis notum, ut si philosophia notificetur per hoc nomen sapientia;ita ꝙ.s. magis notum insit huic.s. minùs noto, sicut sapientia inest philosophiæ, quia unum prædicatur de alio: alio modo potest esse, quòd per sermonem simplicem accipiatur oratio certior,quæ alio modo uocatur aliqua expositio,ut si dicatur, ꝙ Philosophus est amator sapientiæ,quæ quidem ratio expositio est, nec diffinitio,nec ꝙ quid erat esse:sic ergo secunda conditio quod quid erat esse,est spērum, quæ sunt sub aliquo genere, quæ species non dicuntur secundùm participationem, neque secūdùm passionem,neque ut accidens. Notandum est,ꝙ Philosoph.dicit,ꝙ debet esse de numero specierum,quæ sunt sub aliquo genere:per quod potest excludi ipsum ens per accidens.i.compositum ex subiecto,& accidente;quia compositum ex subiecto,& accidente nullam speciem dicit in uno genere, sed magis naturam specierum in pluribus generibus: licèt enim musica dicat unam spēm, & homo unam speciem; tamen istud aggregatū, homo musicus, nullam speciem uidetur dicere: & ideo ipsius entis per accidens non est diffinitio,neque quod quid est;quia non est spēs alicuius generis.Aliter Comm.dicit, ꝙ per hoc excluduntur accidentia,quia licèt sint spēs, tamen carent genere:unde Comm. diffinitiones, quæ significant quidditates rerum,nō sunt alicuius formarum,carentium generum,quarum formarum subiectum est eis genus: quoniam subiecta accidentium sunt aliud à naturis eorum, & simpliciter non habent ueras quidditates.Est ergo intentio Comm.ista,ꝙ ista accidentia diffiniuntur per substantiam, substantia autem non hēt naturam ueri generis,quia uerum genus in re non est alterum à natura diffiniti,nec in altero prædicamento:licèt ergo accidentia hēant genus in prædicamento proprio, tamen quia hoc non sufficit ad diffiniendum illa,nisi addatur subiectum,ideo dicuntur de numero formarum carentium generum,non quia non hēant genus,sed quia genus nō sufficit ad diffiniendum,nisi addatur subiectum: quia non hēt naturam ueri generis. Q.d.ergo Philosoph.ipsum quod quid est,est spērum,quę sunt sub aliquo genere,per quod genus possunt uerè diffiniri,& quod genus non est alterum à naturis earum,& hæc sunt spēs substantię solùm:spērum āt,quæ carent genere,per quod possunt uerè diffiniri,non est quod quid est,quales sunt spēs accidentium:sic ergo tales spēs substantiæ solæ diffiniuntur,& ipsarum est quod quid est: de quibus dicit Philoso. ꝙ non dicuntur secundùm participationem.Ad euidentiam huius,quod dixit;ꝙ tales spēs, quorum propriè est diffinitio, non sunt secundùm participationem:notandum est, ꝙ id, quod dicit[secundùm participationem] potest intelligi duobus modis:uno mō scd̄m Comm. sic; ubi.n.nos hēmus[scd̄m participōnem] Comm. hēt[scd̄m cōicationem] scd̄m.n. ipsum quædam

Compositū ex subiecto & accidēte non est eius unius generis.

Sententia Commentatoris.

Species substantiæ quæ nō dicuntur secūdū participationē.

A sunt spēs aliquorum prædicamentorum,sicut accidentium,quæ cōicant naturę alterius prædicamēti;ita ꝙ sunt entia per addōnem:& tales spēs dr̄r scd̄m participōnem,quia participant aliis,& nō possunt diffiniri sine illis:& tale ens non hēt diffō nem,& qd̄quid est propriè:aliæ sunt spēs,quæ nō dr̄r scd̄m participōnē,nec cōicationē,sicut spēs substantiæ,quæ in suis diffōnibus non cōicāt aliis prædicamentis, & talium propriè est quod quid est. Alio mō pōt intelligi,ꝙ oīs spēs uerè diffinibilis,hēt aliquam essentiam non scd̄m participōnem,sed scd̄m subām suam: aliter.n. ferrum est ignitum,& aliter hō est aīal; quia hō est aīal per essētiam:ferrum āt est ignitum per participōnē. Q.ergo d.Philoso.scd̄m hoc, spēs diffinibilis est

B sub aliquo genere,quod quidem genus dr̄ de ea secundùm essentiam, non secundùm participationem,nec ut accidens,uel passio.

Species prædicamētorū duplices.

Altera litera interpretatio.

Quæreret quis.Vtrum ens per accidens possit diffiniri? Vr̄ ꝙ sic:cuius.n.est scīa, eius est diffō: sed entis per accidens est scīa:est.n.scīa de corpore mobili;corpus āt mobile est ens per accidens, ergo &c. Ad oppositum est Philoso. in lrā.Rn̄. ꝙ entis per accidens non est propriè diffō,quod duplici uia uenari possumus.Prima uia est ex parte generis,quæ uia patet sic:oē diffinibile finibile est,& terminabile; unde & diffō terminus dr̄: ista āt terminō est certa clausio supra certas formas,& certum genus:unde oē diffinibile est concludibile infra certum genus,& certam d. iam:si

C ergo hoc est uerum; sequitur ꝙ illud, quod non est in certo genere, uel in certa drīa, diffinibile non est:tale āt est ens per accidens:ens.n. per accidens dicit quid congregatum ex duobus generibus.s.ex genere substantiæ,& accidentis: & licèt unumquodq; illorum dicat certum genus, tamen compositum ex utroq;certum genus non dicit.Licèt.n.possumus dicere, ꝙ compositum ex materia & forma sit in uno genere tantū,sicut in genere substantiæ; non tamen possumus dicere de cōposito ex accidente & subiecto:& hoc quia in tali natura tertia fit ex composito,& accidente,& subiecto:unde magis cōcernit duo genera, quàm unum genus;& duas diffōnes,quàm unam; & sic patet prima uia. Secunda uia ad hoc est ex

D actu diffinitionis,quòd est indicare, & exprimere: exprimit enim unitatem naturæ, non unitatem quocunque modo,sed unitatem per se: illud ergo est expresibile per diffinitionem, quod unum est per se: quod autem est unum per quandam aggregationem entium,non est exprimibile,nec diffinibile; tale autem est ens per accidens; tale enim non dicit ens propriè, sed ens additum enti, & per consequens non dicit unum: & sic eius non est diffinitio, quia diffinitio est indicatiua unius naturæ simpliciter. Ad argumentum in oppositum dicendum est, quòd compositum ex accidēte propriè non diffinitur; tamen ratione alterius partis aliquo modo eius potest esse diffinitio, super qua diffinitione fun-

Quæstio.

1.Topic. cap.4.

Secūda uia

datur scientia:& sic est in proposito, quia corpus mobile ratione mobilis diffinitur,sicut & motus, sup quam diffinitionem fundatur scīa naturalis.

TEX. 14. *Aut & diffinitio sicut & quod quid est multipliciter dicitur. Etenim quòd quid est. uno modo significat substantiam,& hoc aliquid. Alio uerò modo quodcunque prædicamentorum quantitatem, & qualitatem,& alia quæcunque talia.*

Quia in præcedentibus statim dictum est, quòd species,quæ est accidens, non habet quod quid est,uel diffinitionem:quia aliquis posset credere,ꝙ ipsum quod quid est, nullum reperiretur

Qd quid est multiplex. in accidentibus; ideo uult ostendere, quomodo reperitur, & quomodo non: quia quod quid est, simpliciter non est in accidentibus, sed secundùm quid,& largo modo. Et diuiditur in duas partes,quia primò ostēdit, qūo est ipsum ꝙ quid est,in accidentibus: secūdò circa hoc mouet duas dubitationes, ibi [Habet autem dubitationem,] Prima in quatuor, quia primò ostendit, ꝙ ipsum quod quid est,est in accidentibus:secundò dicit, ꝙ est ibi simpliciter:tertiò ostendit, ꝙ ipsum qđ quid est modo analogo est in substantia & accidentibus:quartò concludit,ꝙ digniùs aliquo modo in accidentibus,sed tamen non primò. Secunda ibi,[Sed non simpliciter] Tertia ibi [Oportet quidem igitur intendere] Quarta ibi [Illud ēt palàm] Prima in duas, quia primò ponit conclusionem.s.ipsum quod quid est, est in accidentibus, & in substantia:secūdò probat eam, ibi [Sicut.n. ens existit] Dicit ergo primò,ita dictum est,ꝙqđ quid est, non est in accidentibus: uel dicendum est,ꝙ ipsum quod quid est,dicitur multis modis: & uno modo significat substantiam, & est in prædicamento substantiæ:alio modo significat quantitatem,& qualitatem,& sic de aliis prædicamentis;& hoc modo est in prędicamento accidentis; suppleatur,cum primum sit imposibile. s. quòd quod quid est,nullo modo sit accidentis; restat secundùm uerum esse.s.ꝙ quid est, est in accidentibus. Deinde cum dicit.

Sicut.n.ens existit in omnibus, sed non similiter; sed hoc primum,illud uerò consequenter;ita et quod quid est,simpliciter quidem substantiæ:alio uerò modo aliis.

Probat quod dixerat per rōnes.s. ipsum quod

Entitas, & quidditas cōuertuntur. quid est,esse in accidentibus.Et diuiditur in duas partes,secundùm duas rōnes,quas ponit, ibi,[Et .n.qualitatem dicimus.] Primò ergo ponit talem rōnem:entitas & quidditas conuertuntur:similiter ens & quod quid est conuertuntur;sed ipsum ens est in omnibus prædicamentis, licèt non eodem modo,sed primo modo in substantia, secun-

Qd quid est circuit oē genus. dariò in aliis prædicamentis, ergo quod quid est est in omnibus prædicamentis, licèt non eodem modo. Et de hac rōne non ponit nisi minorē,dicens sic;ꝙ licèt ipsum ens sit in omnibus prędicamentis,non tamen similiter & ęqualiter;sed huic .i.substantiæ primò, & secundariò aliis prædicamentis.Notandum est,ꝙ rō Philosophi fundatur

E super duas propositiones;quarum una est, ꝙ ens & quod quid est,conuertuntur:secūda est, quòd ipsum ens est in omnibus prædicamentis. Prima

Essentia, et quidditas sūt abstracta: ens,& quod quid est sūt concreta. propositio patet sic;idem est essentia, & quidditas;ita idem est ens, & quod quid est; quidditas enim est quoddam abstractū respectu quod quid est; & essentia est quoddam abstractum respectu entis: sicut ergo abstractum est idem abstracto, ita concretum concreto:essentia autem & quidditas sunt idem: illud enim idem, quod uocatur essentia, inquantùm est principium formale entis;uocatur quidditas,inquantùm est declaratiuū suiipsius apud intellectum, uel certificatiuum dubitanti de natura rei: eadem enim humanitas & essentia est,& quidditas est.Similiter animalitas,

F uel rōnalitas & essentia,& quidditas est: sed pro tantò uocatur essentia,inquantùm est principium huius entis,quod est animal,uel quod est homo: pro tantò autem quidditas est, inquantùm certificat illum,qui dubitat de natura animalis,uel hominis:ille enim qui dubitat, quęrit quid est hoc? cui quæstioni respondetur essentia rei, & quia respondetur ad quęstione factam per quid,iō uocatur quidditas: unde istud nomen ideo sibi imponitur,quia certificat talem quęstionem.

Essentia, et quidditas sunt idem. Essentia ergo,& quidditas est idē;ergo ens, & quod quid est;quia ens est quoddam sumptum à forma, prout est essentia:& ipsum qđ quid est,est quoddam sumptum à forma, prout est quidditas:cum ergo illa forma,à qua sumitur utrunque,sit eadem;er-

G go & assumpta erūt eadem, scilicet ens, & quod quid est:patet ergo prima propositio fundamentalis,quę fuit maior rationis.Secunda propositio minor, scilcet quòd ens est in omnibus prædicamentis,patet ex natura analogiæ propria enti:di-

Qūo ens,qđ est analogū decē prædicamentis sit in ipsis. ctum est enim in principio huius Septimi, quòd ens est analogum decem prædicamntis;non quia recipiatur in uno formaliter,& in alio non; sicut est de sanitate in animali, quæ in unó est causaliter,& in alio formaliter;sed quia in omnibus prędicamentis reperitur formaliter: licèt in uno sit secundùm diminutum esse; in alio secundùm cōpletum. Deinde cum dicit.

Etenim qualitatem dicimus utique quid est. Quare & qualitas eorum, quæ quid est.

H Ponit secundā rationē,quę talis est: omne illud habet quid, quod respondet ad interrogationem factā p quid;sed in omni prædicamēto est aliqua natura, per quā respondetur ad interrogationē factā per quid;ergo in omni prædicamēto est quid. Et de ista ratione non ponit nisi minorem, scilicet quòd natura accidentis respondetur ad quæstionem factam per quid; exemplificans autem de natura accidentis, solùm exemplificat de qualitate,dicens;quòd quærenti quid est utique aliquod accidens? respondebimus qualitatem;ergo qualitas est de numero eorum,quæ habent quid: & idem argumentum posset fieri in omni accidēte. Notandum est,quòd ratio Philosophi super duas propositiones fundatur:prima est quidquid respon-

respondetur ad quod quid est, est quid: secunda propositio est, quòd omnis natura accidentis potest responderi per interrogationem factam per quid: cuius ratio est: in omni prædicamento est genus & d ia, sicut dicendo, albedo est color disgregatiuus; & per consequens sic quodlibet genus speciei, & quælibet species est quid indiuidui; sicut in quolibet prædicamento est genus, & species.

A

Quæstio. Quæreret quis: Cum in omni prędicamento sit quid, quare magis exemplificauit de qualitate, quàm de aliis prædicamentis? Respond. ad hoc respondet Comm. quòd hoc est propter affinitatem, quam habet quale, quod est denominatiuũ qualitatis, cum ipso quid: quale enim existimatur significare substantiam, & quid: substantiam quando interrogatur in speciebus; qualitatem autem quando interrogatur in indiuiduis: hæc est ergo affinitas (secundùm eum) quoniam quale existimatur substantiam significare. Ad cuius euidentiam est notandum, quòd quale reperitur in prædicamento substantiæ: aliquando enim ad interrogationem factam per quale, respondetur per substantiam rei: si enim interrogaretur, qualis est homo? respondetur rationalis. Et hoc est, quod dixit Commentator; quòd ad interrogatum in speciebus respondetur substantia: & hoc ideo est quia qualitas speciei est differentia substantialis; & quia omnis differentia specificata est quoddã quid speciei, ideo ad ipsum quale respondetur quoddam quid: magnam ergo affinitatem habet quale cum quid: & ideo magis exemplificauit de tali prædicamento, quàm de aliis. Quod autem dicit Commenta. scilicet quòd interrogatum de indiuiduis significat qualitatem; hoc pro tanto dictum est, quia duplex est qualitas, scilicet substantialis, & accidentalis: qualitas substantialis primò est in specie, secundariò est in indiuiduis: & ideo interrogatum quando interrogat quale substantiale, realiter est quoddam quid, & propriè interrogatur in speciebus: qualitas autem accidentalis primò inest in indiuiduis, secundariò in speciebus; & illud quale interrogatum in indiuiduis, ut in pluribus interrogat qualitatem accidentalem.

Quale habet affinitatem cũ ipso quid, ex doctrina Commen.

B

C

Qualitas duplex.

Sed non simpliciter. Sed sicut de non ente, logicè dicunt quidam non ens esse, non simpliciter, sed non ens, sic & qualitatem.

D

Postquam probauit, quòd ipsum quod quid est, reperitur in accidentibus: hic ostendit, quòd in eis non reperitur simpliciter, dicens: ita dictũ est, quòd ipsum quòd quid est in accidentibus est, sed non simpliciter: sicut enim accidentia nõ sunt entia simpliciter; ita nec habent quid simpliciter: & sicut quidam loquentes logicè de nõ ente, quod est priuatio, dicunt, quòd non est non ens simpliciter, sed non ens huius; sic & qualitatem, & alia prædicamenta nõ uocamus entia simpliciter, sed entia hęc, scilicet quæ sunt quãtitas, uel qualitas.

In accidentibus nõ reperitur simpliciter quid.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum accidentia sint entia simpliciter? Respõdeo: dicendum est, quòd simpliciter esse aliquid, est duobus modis: uno enim modo illud dicitur esse simpliciter aliquid, quod sine adiunctione est illud: unde simpliciter dico (dicit Philosophus) quòd nullo addito dico; eo modo quo uocamus simpliciter album; qui sine additione potest dici album: secundùm quid album autem, quod non potest dici album sine additamento, ut albus in pede. Secundò modo dicitur esse aliquid simpliciter, quod totaliter est illud; eo modo quo dicimus simpliciter albũ, quod secundùm omnem partem sui est album: & iste modus nõ est idem cum primo; qui possibile est, quòd aliquis sit partialiter albus, & tamen dicetur simpliciter albus sine additamento; & tamen non dicetur simpliciter, idest totaliter: ita quòd partialiter esse opponitur secundo modo; tamen non opponitur primo. His ergo uisis, dicendum est ad quæstionem: quòd ipsum accidens non potest dici ens simpliciter primo modo: quod patet duplici uia. Prima uia talis est: illud est simpliciter ens, quod est simpliciter quid; nullibi autem reperitur simpliciter quid nisi in prædicamento substantiæ: cum enim quid, & quale opponantur, illud est simpliciter quid, quod ita est quid, quod non est quale (& loquor de qualitate accidentali) illud autem quid, quod ita est quid, quod est quale, non debet dici sine additamẽto quid; tale autẽ quid est in prædicamento qualitatis: uideo enim quod eadem qualitas, sicut ẽ albedo, est quoddã quid in re, & tamen est qualitas subiecto, quod facit album; quod non potest dici in substãtia, quia substantia propter suum esse fixum tantum quid est: & sicut dixi de qualitate ita dico de aliis accidentibus. Secunda uia est: quia quando aliquid cõe dicitur analogicè de aliquibus, simpliciter, & sine additione prolatum, intelligitur semper de eo, quod est præcipuum in tota analogia; cum ergo ens dicatur de decem prędicamentis secundùm priùs & posteriùs, si sine additione proferatur, semper intelligitur de substantia; cum additamento autem de aliis prædicamentis: Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd qualitas est ens, sed nõ est ens simpliciter, & sine additione, sed ens, quod est qualitas. Si uerò quæratur secundo modo, utrum, scilicet ipsa accidentia sint entia simpliciter, hoc est totaliter? dico quòd nec prædicamentum substantiæ, nec aliquod aliud ens est ens totaliter; illud enim uocatur ens totaliter, quod capit omnem modum: cum ergo prædicamenta sint discreta per entitates, & una entitas, quæ reseruatur in uno prædicamẽto, nõ capitur in alio: substantia enim ita habet unum modum entis, quòd non habet omnem modum entis: aliàs unum prędicamentum nõ esset distinctum ab alio. Et sicut dico de substantia, ita dico de aliis prædicamentis, quia quodlibet prædicamento habet suũ modum distinctum ab alio. Notandum quòd priuatio est non ens in subiecto, & quia ita est, licèt pri

Quæstio.

Simpliciter esse aliquid duplicater.

Simpliciter quid, tantũ in substantia reperitur.

Nullũ prædicamentũ est ens totaliter.

Prædicamẽta sunt impermixta.

uatio, quæ est non ens in subiecto, posʃit dici nõ ens simpliciter, & sine additione, tamen priuatio dicitur non ens huiusmodi, & cum additione. Et hoc est, quod dixit Philosoph. quòd priuatio non debet dici ens sine additamento. Deinde d.

A. l. negatio.

TEX. 15. *Oportet quidem igitur intendere, & quomodo oportet dicere circa unumquòdque, non tamen magis quàm quomodo habet. Quapropter & nunc quoniam quod dicitur manifestum, & quod quid erat esse similiter inerit; primũ quidẽ et simpliciter substãtiæ, deinde aliis; quemadmodũ quid est; non simpliciter quid erat esse, sed qualitati; aut quantitati quid erat esse.*

Postquam ostẽdit, quòd ipsum quod quid est, aliquo modo est in omnibus prædicamentis; & quòd non est in omnibus simpliciter: hic ostendit, quòd ibi est modo analogo. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponit quoddam necessarium ad iutentum suum: secundò probat intentum suum: tertiò exẽplificat de inteuto. Secunda ibi [Oportet enim aut ęquiuocè] Tertia ibi [Sed quemadmodum medicinale] Ponit ergo primò quoddam prçuium, necessarium ad probandum intentum suum, & est tale: quòd uolentes uidere, quomodo quod quid est, est in prædicamentis; oportet uidere diligenter, quomodo circa unum quodque ens est quod quid est; ita quòd non debetur magis alicui prædicamento, quàm sit de natura sui: manifestum est enim ex nunc dictis, & ex præcedẽtibus, quòd ipsum quod quid est, simpliciter, & primo modo inest substantiæ; secundariò inest aliis; ita quòd ipsum quod quid est erat esse, simpliciter & sine additamento non debet dici de qualitate, & quantitate; sed quod quid est qualitatis, & quantitatis. Deinde cum dicit.

In accidentibus ĩ quod modo analogo.

Oportet enim aut æquiuocè hoc dicere esse entia, aut addentes, aut auferentes: quemadmodũ et quod non scibile, scibile. Quoniam hoc quidem rectum est, neque æquiuocè dicere, neque eodem modo.

Postquam posuit quoddã præuiũ necessarium ad probandũ intentum suũ, illud manifestat, s. ꝙ ens, & quod quid est dicitur de prędicamentis ꝑ quandam analogiam, dicens sic: oportet uel uocare oĩa prædicamenta entia æquiuocè; aut uocare ea entia secundùm additionem, & diminutionem, hoc est, secundùm magis & minus: sicut enim dicimus, non scibile esse scibile secundùm magis & minùs, ita & prędicamenta esse entia: quia non est rectum, quòd ens dicatur æquiuocè de prædicamentis, nec uniuocè eodem modo: restat ergo, ꝙ analogicè, & scd'm magis & minùs.

Colligitur, quod analogia ẽtis põt argui cõtra uniuocationẽ; licit nõ cogat.

Sed quemadmodum medicinale, eo quòd ad idem quidem & unum, non idem autem & unum. Non tamen æquiuocè. Nihil enim medicatiuum corpus, & uas dicitur; nec æquiuocè; nec secundùm unum, sed ad unum. Hoc quidem igitur quocunque modo quis uelit dicere, differt nihil.

Ponit exemplum de hac analogia, dicens: quẽadmodum medicinale dicitur de multis in respectu ad aliquod unum, non tamen quia unum & idem sit in illis; nec etiam quia dicatur æquiuocè: non enim est aliqua ratio communis, secundùm quam dicatur medicinale uas, & operatio, & corpus; non etiam hæc dicuntur medicinalia æquiuocè, sed in respectu ad aliquod unum, sicut differenter entia dicuntur entia in respectu ad substantiam: quomodocunque autem quis uelit dicere, uel quòd prædicamenta non habeant quod quid est simpliciter; uel quòd habeant secundùm quid, nihil differt. Notandum est autem, quòd primò posuit Philosophus quoddam præuium necessarium ad intentum suum, ex quo concludebat intẽtum; fuit autem illud pro tantò necessarium, quia dicebat, quòd non debet plus dari de natura entis prædicamentis, quàm sit de ratione eorum; sic ergo non debet omnino natura entis auferri à prædicamentis, nec debet dari eis secundùm ęqualem gradum: restat ergo quòd secundùm magis & minùs, prius & posterius; & sic analogicè, quod fuit intentum principale: benè ergo ex illo proposito, necessario ad intentum, concluditur intentum Philosophi. Notãdum etiam est, quòd declaratio Philosophi, ꝙ ens dicatur analogicè, fundatur super duas propositiones: prima est, quòd nõ dicitur æquiuocè: secunda est, quòd non dicitur secundùm unum, & uniuocè: ex quibus declaratis poterit concludi, quod dicitur in respectu ad unum, & analogicè. Prima propositio patet; nam illud dicitur æquiuocè, quod significat diuersas res, & diuersas rationes; ita quòd illæ rationes non habent attributionem ad seinuicem, nec ad aliquod tertium: quod non est in prędicamentis, quia licèt prædicamenta dicant diuersas rationes; tamen illæ rationes concernunt aliquòd unum, scilicet realitatem substãtiæ, nouem enim accidentia sunt nouem dispositiones unius rei, s. substãtiæ. Quòd autem non dicantur secũdùm unum, & uniuocè, quæ fuit secunda propositio, patet: quia si diceretur secundùm unam rationẽ ens de omnibus prædicamentis, sic decem prædicamenta essent reducta ad unam rationem communem, quæ ratio communis non esset in aliquo prædicamento; quod est imposʃibile: quia omnis ratio, & omnis conceptus in aliquo prędicamento est: quòd autem nõ esset in aliquo prædicamẽto patet: quia qua ratione poneretur in uno, eadẽ ratione & in alio; ex quo communis est ad omnia: sequeretur etiam, si diceretur uniuocè, & secundùm unam rationem, inconueniens istud, ꝙ decem prædicamenta non erunt decem rationes primæ, & quòd ipsis prædicamentis est aliqua ratio prior. Declaratis ergo his duabus propositionibus, sequitur quòd ens non dicatur de decem prædicamentis secundùm diuersas rationes oĩno; quia sic diceretur ęquiuocè: nec scd'm easdem rões omnino, quia sic diceretur uniuocè: restat ergo ꝙ dicatur secundũ rões prædicamẽtorum: quæ pro tantò tamen sunt eædem, inquantùm habent communem attributionem ad unũ; quia ratio cuiuslibet prędicamenti aliquo modo

Exemplo ostenditur intentum.

Non debet, plus tribui, nec auferri à prædicamentis, quã sit de ratione eorum.

In æquiuocis non ẽ ordo attributionis.

Prædicamẽta accidentium sũt dispositiones substantiæ.

Ens non dicitur uniuocè de prædicamentis.

Ens quõ dicitur de decem prædicamentis.

do concernit unum & idem, scilicet rationem substantiæ: nam si detur ratio quantitatis, dicetur quòd est mensura substantiæ: si detur ratio qualitatis, dicetur quòd est dispositio substantiæ: si detur ratio relationis, dicetur ꝙ est habitudo substantiæ ad substantiam: & sic de aliis prædicamentis, & ita secundùm additionem & diminutionem, & sicut dixit Philosophus, secundùm magis & minùs: & sicut ens non scibile dicitur scibile, tamen diminuto modo, quia hoc solùm scitur de ipso, quòd nõ scitur; & scibile dicitur scibile modo completo: sic ens completo modo saluatur in substantia, diminuto autem modo in accidentibus; quia accidentia sunt dispositiones substantiæ. Deinde cum dicit.

TEX. 16. *Illud autem palàm, quia quæ primò & simpliciter diffinitio, & quòd quid erat esse, substantiarum est. Et non solùm, sed aliorum similiter est; uerumtamen non primò: non enim est necesse, si hoc ponimus, huius diffinitionem esse, quod utique ratione idem significet, sed cuidam rationi. Hoc autem si unius fuerit, non eo quòd continuum sicut Ilias, aut quacunque colligatione, sed si quotiens dicitur unum. Vnum uerò dicitur sicut ens. Ens autem hoc quidẽ hoc aliquid, aliud uerò quantitatem, aliud qualitatem significat. Quapropter erit albi hominis ratio & diffinitio. Alio uerò modo albi, & substantię.*

Postquam posuit, quòd quod quid est, est in omnibus accidentibus, simpliciter autem solùm in prædicamento substantiæ, & quòd secundùm quandam analogiam saluatur in aliis prædicamẽtis: nunc subiungit, quòd diffinitio primò est in substantia, secundariò in aliis, dicens; ita dictum est, tamen illud manifestum est, quia primò & simpliciter diffinitio est in substantia; primò autẽ non est in accidentibus: non enim omne, quod est idem rationi significatæ per nomen, potest uocari diffinitio perfecta. Et hoc est, quod dicit: non enim necesse est, si hoc significat idem rationi dictæ per nomen, quòd hæc sit diffinitio, quod significat idem cuidam rationi, scilicet rationi substantiæ, & rationi ueræ: diffinitio enim tunc est uera, si fuerit significatiua unius, non unius ꝑ modum continui, nec unius per modum colligationis; sed unius, hoc est, unius naturæ simplicis; quod quidem unum totiens dicitur, quotiens dicitur ens: ens autem dicitur de decem prædicamentis; aliquando enim dicit quid, aliquãdo quantum, aliquando quale, & sic de aliis: & ideo diffinitio est, quæ est significatiua unius in omnibus prædicamentis: est enim aliqua diffinitio hominis, & aliqua albi hominis; sed tamen aliter substantiæ, & aliter accidentis; quia substantiæ primò, secundariò accidentis. Notandum est, quòd ratio Philosophi, quòd diffinitio primò sit substãtiæ; fundatur super duas propositiones. Prima est, quòd diffinitio, quæ quæritur, est illa; quæ est idem, quòd ratio significata per nomen; ratio autem significata per nomen diminuto modo est in accidente, completo autem modo in substantia, igitur & diffinitio. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd illa est prima diffinitio, quæ est idem cuidam rationi, scilicet rationi significatæ per nomen substantiæ. Secunda propositio est, ꝙ diffinitio est indicatiua unius naturæ; & quia unum est commune ad decem prædicamenta, iõ & diffinitio: tamen quia unum primò & principaliter est in subiecto, secundariò in accidentibus, ideo & similiter diffinitio.

(Margin: Diffinitio primò est in substantia; secundò in accidentibus.)

(Margin: Ratio significata per nomen, quo in substantia, & in accidente.)

TEX. 17. *Habet autem dubitationem, si quis non dicat diffinitionem etiam ex additione rationem, cuius natura diffinitio ipsorum nõ simplicium, sed copulatorũ.*

Postquam ostendit Philosophus, quòd accidẽtium aliquo modo est diffinitio, & quod quid est: in parte ista mouet quasdam dubitationes circa hoc. Et diuiditur in duas partes secundùm duas dubitationes, quas mouet. Secunda ibi [Est autem & alia dubitatio] Prima dubitatio sic ostenditur: de diffinitione accidentium secundùm antiquos fuit duplex opinio: una, quæ posuit, quòd ipsorum accidentium nullo modo est quod quid est, & diffinitio; alia, quæ posuit, quòd omnino & simpliciter ipsorum accidentium erat quod quid est, & diffinitio; primi nimis tollebant à natura accidentium; secundi nimis dabant. Inter has ergo duas opiniones Philosophus tenuit mediam uiam; uolens, scilicet quòd ipsorum aliquo modo esset diffinitio, & quod quid est; ipsorum enim quod quid est, est modo diminuto; ipsorum etiã est diffinitio per additionem; si ergo aliquis dicat quòd nulla est diffinitio ex additione, sequitur ꝙ accidentium nullo modo est diffinitio. Hoc est ergo, quod uult ostendere Philosophus in ista dubitatione, scilicet ꝙ aliquorum est diffinitio ex additione; quæ quidem diffinitio si non ponatur, sequitur ꝙ talia non diffiniuntur. In hac autem dubitatione, sic procedit, quia primò ponit impossibile, quod sequitur, si nulla diffinitio ponatur ex additione: secundò probat quoddam, qđ dixerat: tertiò concludit propositum suum. Secũda ibi [Ex additione enim necesse est.] Tertia ibi [Quia horum ꝙ quid erat esse] Dicit ergo, quòd si aliquis dicat rationem ex additione non esse diffinitionem, hoc habet magnam dubitationem & magnam difficultatem; si enim hoc ponatur, quòd ratio ex additione non est diffinitio, contingit ꝙ accidentium non simplicium, sed copulatorum non est diffinitio aliquo modo; hoc autem est impossibile, ergo &c. Notandum est, quòd hæc est differentia inter accidentia communia, & propria; accidentia enim communia non dant intelligere aliquod subiectum proprium; non.n. albedo plus dat intelligere hominem, quàm lignum, uel lapidem: accidentia autem propria, & propriæ passiones statim dant intelligere suum subiectum; sicut risibile hominem, & habere tres triangulum. Et quia ita est, ideo accidentia propria uocantur accidentia in copulatione, siue copulata, quia eorum conceptus est in copulatione ad subiectum proprium; accidentia autem communia

(Margin: Dubitationes, circa diffinitionẽ accidẽtium incidentes.)

(Margin: Differentia inter accidẽtia cõia, & propria.)

(Margin: Accidentia propria uocantur copulata, quare.)

munia uocantur accidentia simplicia, quia eorũ conceptus non consistit in copulatione ad hoc subiectum determinatum, uel illud; puta lignum, uel lapidem. Sciendum tamen, quòd licèt ista accidentia communia respectu huius subiecti, uel illius non dicantur accidentia in copulatione & dependentia, sed simplicia; respectu tamen alicuius subiecti communis, sibi correspondentis, possunt dici accidentia in copulatione, & in dependentia; licèt enim albedo non concernat in sui intellectu hominem, uel lignum, & sic de aliis subiectis specialibus; concernit tamen sibi aliquod subiectum commune, puta aliquam complexionem: cum enim omne accidens dicat inclinationem ad subiectum, & det intelligere subiectum, oportet quòd hæc accidentia communia subiectum aliquod dent intelligere: & licèt dicantur communia, quia non dant intelligere aliquod subiectum speciale, puta hoc, uel illud; tamen respectu alicuius subiecti communis sunt propria: unde licèt albedo dicatur accidens commune, respectu alicuius, puta lapidis, uel hominis; tamen aliquo modo potest dici proprium respectu subiecti habentis complexionem, ad quam sequitur albedo. Notandum est, quòd optimè dixit Philosophus, quòd accidentia copulata, cum additione diffiniuntur; esse enim in copulatione est esse in respectu; accidentia ergo, quorum esse est in copulatione ad subiectum, habent esse in respectu: ergo quorum esse est in copulatione ad subiectum proprium, respectum habent ad subiectum: ita quòd intellectus eorum, & conceptus haberi non potest sine conceptu subiecti: accidentia autem simplicia dicuntur accidentia communia; quia simpliciter dico, quod nullo addito dico: quia enim ista dicuntur sine additamento huius subiecti, uel illius; ideo simpliciter dicuntur: ita quòd simpliciter dici est idem, quòd sine additamento dici: completè autem, & compositè dici est idem, quòd dici cum additamento. Deinde cum dicit.

Accidentia tota quo possunt dici in copulatione & in dependentia.

Accidēs cōe quo pōt dici proprium.

Esse ī copulatione quid.

Simpliciter dici quid.

Cōpletè, & compositè dici quid.

Ex additione enim necesse facere. Dico autem ut est nasus, & concauitas, & simitas ex duobus dictum, eo quòd hoc in hoc est, & non secundùm accidens: nec concauitas, nec simitas passio nasi, sed secundùm se: nec ut album Calliæ, aut homini, quia Callias albus, cui accidit hominem esse; sed ut masculinum animali, & quantitati æquale, & omnia quæcunque secundùm se dicuntur existere. Hæc autem sunt in quibuscunque existit aut ratio aut nomen, cuius hæc passio, & non contingit ostendere separatim; sicut album sine homine contingit, sed non fœmininum sine animali.

Probat quoddam, quod dixerat: dixit enim, quòd accidentium existentium in copulatione est diffinitio per additionem: ita quòd si isto modo non diffiniuntur, nullo modo diffiniuntur: hic ergo probat, scilicèt quòd talium est diffinitio per additionem, dicens, quòd necesse est talia accidentia manifesta facere per additionem subiecti; eo

Accidentia copulata diffiniūtur ex additiōe.

E modo quo dicimus, quòd nasus, & concauitas diffiniunt simitatem; ita quòd ipsa simitas est quoddam dictum & declaratum à duobus, scilicet à naso, & concauitate; quia simitas est concauitas in naso: ratio autẽ quare tale accidens diffinitur per additionem subiecti, est; quia hoc accidens est in hoc subiecto per se, sicut propria passio, & non est in eo secundùm accidens, sed secundùm se: neque simitas est in naso, sicut albedo inest Calliæ, uel homini: quia Callias est albus secundùm accidens, & cui Calliæ inquantùm albus accidit, quòd sit homo: sed inest sibi sicut masculinum & fœmininum animali, & sicut æquale & inæquale quantitati, & sicut omnia alia accidētia, quæ secundùm se insunt subiecto: hæc autem accidentia sunt, F in quorum diffinitione existit aut nomen, aut diffinitio subiecti; hæc accidētia sunt passiones; hæc autem accidentia sunt, quæ nõ possunt diffiniri & ostendi separatim sine subiecto; immo subiectum accidit in diffinitionibus eorũ: album enim potest diffiniri sine homine, sed non fœmininum sine animali; & similia accidentia non diffiniuntur sine subiecto.

Quare horum quòd quid erat esse & diffinitio, aut non est alicuius, aut si est, alicuius est, quemadmodum diximus.

Concludit propositum suũ, dicens; quòd quid erat esse accidentium, & diffinitio aut nullius est diffinitio; aut si est alicuius, aliter se habet, quàm diffinitio substãtiarum: quia diffinitio horum est per additamentum, diffinitio autem substantiæ G non. Notandum est, quòd declaratio Philosophi est ad ostendendum, quòd diffinitio ex additione est aliquo modo diffinitio: quæ quidem declaratio fundatur super duas propositiones: prima est, quòd accidentia propria & essentialia diffiniuntur: secunda est, quòd si diffiniuntur, diffiniuntur per additionem: ex quibus concludit, quòd uel dicendum est, quòd accidentia essentialia nullo modo diffiniuntur, quod est impossibile: uel dicendum est, quòd diffinitio ex additione est aliquo modo diffinitio. Prima propositio, scilicet quòd accidentia essentialia diffiniuntur, patet sic per Commentatorem: hæc est differentia (secundùm eum) inter accidentia essentialia, & accidentia per accidens; quia accidentia essentialia dicunt res H terminatas; sed accidentia per accidens quodam modo infinita sunt: cum ergo diffinitio cadat super rem terminatam, & non super rem non terminatam; diffinitio cadit super accidentia essentialia, non super accidentia per accidens. Debemus enim sic imaginasi ex uerbis Commentat. quòd omne terminatum, & habens naturam terminati claudi potest infra aliquos terminos; ex hoc enim est terminatum, quia clausum est; quod autem clausum est infra aliquos terminos essentiales, diffiniri potest; quia diffinitio non aliud est, nisi clausio & terminatio rei infra terminos essentiæ suæ: accidentia autem essentialia terminata sunt per subiecta sua, sicut statim patebit: & ideo

Diffinitio ex additione, quoddā modo diffō dicenda est.

Doctrina Auerrois.

Diffō cadit super rem terminatā.

Diffō quid.

eo ipso quòd terminata sunt, hęc terminatio eorum explicari potest, quæ scilicet explicatio est ostẽsio terminationis eorum, & diffinitio: ex quibus patet prima propositio, scilicet quòd accidẽtia essentialia diffiniuntur. Secunda propositio fuit, quòd diffiniũtur per subiecta: quod quidem patet ex præcedentis propositionis declaratione: hoc modo dictum est in declaratione præcedentis propositionis, quòd accidentia eo ipso quòd terminata, diffiniri possunt: cum ergo terminatio ista oriatur ex natura subiecti, oportet quòd eorum diffinitio oriatur similiter ex natura subiecti: sicut enim quidditas & essentia accidentium & conceptus eorũ est ex dependentia ad subiectum; ita similiter terminatio eorum: sicut ergo terminatio accidentium est ex concernentia subiecti terminati, ita similiter diffinitio est explicatio terminationis istius. Debemus enim imaginari, quòd accidentia per accidens non concernũt sibi terminatum subiectum: albedo enim (ut dictum est) non concernit sibi magis lignum, quã hominem: & ideo natura eorum aliquo modo interminata est: & ideo non diffiniuntur: accidentia aũt per se, & essentialia concernunt sibi determinatum subiectũ, pp cuius terminationem diffiniri possunt. Unde Commentator: accidentium duo sunt modi: unus enim modus est accidentalis; eo mõ quo albedo est in homine: alius modus est essẽtialis: eo mõ quo simitas est in naso: qui ergo aspexerunt ad primum modum accidentium, scilicet accidentalium; negauerunt accidẽtia omnino habere diffinitionem; quia diffinitio significat res terminatas in diffinito: qui autem aspexerunt ad secundum modum, scilicet accidentium essentialium, affirmauerũt accidentia habere diffinitionem propter terminationem talium accidentium: Attẽdendum tamen est, quòd licèt accidentia per accidens sint interminata respectu subiecti, quod aspiciunt per accidens; tamen si reducantur ad subiectum per se, sortiuntur aliquã terminationem respectu illius subiecti: dictum est enim superiùs, quòd aliqua accidentia possunt uocari communia respectu aliorum subiectorum, quæ tamen reducta ad aliquod subiectũ, possunt uocari propria: & à simili illa accidentia, quæ sunt per accidens respectu unius subiecti, possunt esse per se respectu alicuius alterius, quia omne per accidens super aliquo per se fundatur. Notandum est de hoc, quod dicit Philosophus; quòd Calliæ accidit esse hominem: quòd illa litera põt sic legi, quòd illud, [cui] referatur non ad hominem, sed ad album; ita quòd sit sensus: Callias est albus per accidens, cui albedini accidit, quòd sit homo: hæc est enim differentia inter accidentia per se, & per accidens: quòd accidenti per accidens, accidit esse in hoc subiecto, uel in illo; accidit enim albedini, quòd sit in ligno, uel in homine: accidenti uerò per se, essentiale est ꝙ sit in hoc subiecto terminato; sicut habere tres ꝙ sit in triangulo. Quasi ergo dicat Philosophus se-

Verba Commentatoris.

Differentia inter accidẽtia p se, & p accidens.

A cundùm hunc modum legendi: accidentia per se ex sua essentialitate concernunt sibi terminatum subiectum, & ideo diffiniri possunt per illud subiectum: accidentia autem per accidens non concernunt sibi tale subiectum, imo eis accidit, ꝙ sint in hoc subiecto, uel in illo: & ideo interminata sunt, nec diffiniuntur. Alio modo potest legi sic, quòd referatur ly cui, ad Calliam album; ita quòd sit sensus, Callias est albus per accidens, cui Calliæ albo accidit quòd sit homo. Ad cuius maiorem euidentiam.

Quæreret aliquis, Vtrum Calliæ albo accidat esse hominem? Et uidetur, quòd non: quia licèt superioribus accidant inferiora; inferioribus tamen non accidunt superiora: licèt enim homini B accidat, quòd sit Sortes, tamen Sorti non accidit quòd sit homo; quia essentiale est sibi; cum ergo Callias sit inferius ad hominem, sibi non accidet quòd sit homo. Dicendum est, quòd aliqua accidunt alicui sub uno respectu, quæ sub alio respectu sunt sibi essentialia: licèt enim Sorti inquantùm Sortes, accidat quòd sit coloratus; tamen sorti inquantùm album non accidit, quòd sit coloratus: essentialia enim uocantur, quæ in conceptu inseparabilia sunt: impossibile est autem concipere sortem inquantùm albus, quin concipiatur, quòd sit coloratus: & ideo esse coloratum est essentiale sorti inquantùm albus: & sic aliquid accidit alicui sub uno respectu; quod tamen est sibi essentiale sub alio: & ecõuersò aliquid ẽ essentiale C alicui sub uno respectu, quod tamẽ accidit sibi sub alio: licèt enim Calliæ sit essentiale quòd sit homo, quia Callias est indiuiduum hominis; & impossibile est concipere indiuiduum hominis, quin concipiatur homo; tamen Calliæ inquantũ albus sub ista reduplicatione accidit quòd sit homo: si enim Callię inquantùm albus esset, essentia le, ꝙ sit homo; esse album esset homo: quia quod contingit alicui inquantùm tale, conuenit omni tali. Imaginabimur ergo, quòd superioribus accidũt inferiora: accidit enim homini, quòd sit Sortes, quia tota essentia hominis potest saluari extra Sortem; si autem homini non accidat esse Sortem, omnis homo esset Sors: inferioribus autem non accidunt superiora; sicut Sorti, & Calliæ non D accidit quòd sit homo; quia Sors, & Callias non est nisi homo, sic significatus per modum indiuiduationis: ipsis tamen inferioribus sumptis cum aliqua implicatione accidentali possunt accidere superiora, non quidem propter naturam inferioris, sed propter naturam implicationis: sicut Calliæ accidit, quòd sit homo; non quia Callias, sed quia albus. Ex quo patet, quòd hæc expositio reducitur ad superiorẽ: ubi enim propter duo unũ, utrobique unum tantùm; sed quòd Calliæ albo accidat esse hominem propter album: idem est dicere, quòd Calliæ albo accidat esse hominem: quod dicebatur in secunda expositione; & quòd albo accidat esse hominem; sicut dicebatur in prima, ergo &c. Ex prædictis soluitur argumentum.

Quæstio.

Ex hoc igitur rectè dicitur, hanc propõnẽ esse p accidens, hõ ẽ animal. Sors est hõ. &c.

Essentialia quæ.

Regula.

Superioraquõ possunt accidere inferioribus.

Est autem

TEX. 18. *Eſt autem & alia dubitatio de eis. Si enim idem eſt naſus ſimus, & cõcauus naſus, idem erit ſimum, & concauum.*

Mouet ſecundam dubitationem: dictum eſt enim, quòd accidentia copulata diffiniuntur per additionem; ſicut ſimum diffinitur per naſum: ſi enim debet diffiniri naſus ſimus, dicemus quòd naſus ſimus eſt naſus concauus: quia ergo omne diffinitum eſt idem quod diffinitio, quęritur Vtrũ in talibus diffinitis idem ſit diffinitum & diffinitio? Hoc autem quærendo, non quærit quæſtionẽ in genere, ſed ſolùm in uno exemplo, an ſcilicet naſus ſimus, quod eſt diffinitum, ſit idem quod naſus concauus, quod eſt diffinitio? dans intelligere, quòd illud idem, quòd quæritur in hoc exẽplo, poteſt quęri in omnibus ſimilibus. Diuiditur autem hæc pars in quatuor partes, quia primò ponit quæſtionem, & argumenta ad utrãque partẽ: ſecundò ex una parte concludit, quòd diffinitio talium accidentium non eſt uera diffinitio: tertiò oſtendit per quem modum talia habent diffinitionem, & per quem modum non: quartò concludit totum præcedens capitulum de diffinitione accidentium & ſubſtantiarum. Secunda ibi [Propter ꝙ inconueniens] Tertia ibi [Sed latet quia nõ] Quarta ibi [Quòd quidem igitur diffinitio.] Prima pars in duas, quia primò ponit dubitationem, & arguit ad unam partem: ſecundò arguit ad partem oppoſitam ibi [Si uerò non] Dicit ergo primò, quòd alia dubitatio eſt à pręcedenti, Vtrũ idẽ ſit naſus ſimus, & cauus? ſi enim dicatur quòd idem eſt naſus ſimus, & naſus cauus; idem erit ſimum & concauum. Eſt ergo ratio Philoſophi in hoc: ſi idem eſt naſus ſimus & naſus concauus, idem erit ſimum & concauum, ſed à deſtructione conſequentis, ſimum non eſt idem cum concauo; ergo non eſt idem naſus ſimus, & naſus concauus. Deinde cum dicit.

Dubitatio ſecunda.

Si uerò non, quia impoſsibile eſt dicere ſimum ſine re, cuius eſt paſsio ſecundùm ſe, & eſt ſimum concauitas in naſo, naſum ſimum dicere aut non eſt, aut bis idem dictum, naſus naſus concauus. Naſus autẽ ſimus naſus concauus erit.

Arguit ad partem oppoſitam: diceret enim aliquis, naſus ſimus non eſt idem, quòd naſus concauus; quia ſimum non dat intelligere naſum concauum: cõtra hoc arguit Philoſophus; quia ſi hoc ponatur ita ad probandum, quòd non ſunt idem, ſequitur, quòd quandocunque naſus exponitur per ſimum, quod idem repetatur bis, & quod idẽ nugationem dicat: ſi enim ſimum dat ſemper intelligere naſum, cum dicitur naſus ſimus, ſi pro ſimo ponatur ſuus intellectus, ſcilicet naſus concauus, ſequitur quòd dicere naſum ſimum, idem eſt, quòd dicere naſum concauũ. Et hoc eſt, quod dicit litera Philoſophi: ita dictum eſt, quòd ſi ponatur idem; ſequitur quòd ſimum & concauum ſunt idem: ſi uerò non; ſupple ponatur idem propter iſtam rationem, quia impoſsibile eſt dicere ſimum ſine ſubiecto, cuius eſt paſsio, ſcilicet ſine naſo, quia ſimum idem eſt quòd concauitas in naſo: ſi ita dicatur, ſequitur quod ait, non contingit dicere naſum ſimum, aut ſi dicatur, idem erit bis dictum & repetitum, ſcilicet naſus: ſi enim ſimus reſoluatur in concauitatem, & naſum, quæ dat intelligere; dicere naſum ſimum, idem erit, quòd dicere naſum naſum cõcauum, quia naſus ſemel ponitur expreſsè, & alia uice ponitur propter diffinitionem ſimi, in quã reſoluitur ipſum ſimum.

Quæreret aliquis, Per quam uiam poteſt declarari iſta conſequentia, ſi naſus ſimus eſt idẽ quod naſus concauus, ergo ſimum eſt idem quòd concauum? Reſpondeo dicendum eſt, quòd duplici motiuo poteſt aliquis moueri ad credendum, ꝙ conſequentia bona eſt: primum motiuum eſt ex habitudine, quæ eſt inter totum & partes: ſecundũ eſt ex habitudine, quæ eſt inter diffinitum & diffinitionem. Primum motiuum ſic patet: habitudo inter totum & partes, talis eſt: quòd ſi duo tota eadem ſunt, & pars unius totius eſt eadem cum parte alterius, ergo uidetur, quòd pars altera, quæ relinquitur, ſit altera cum altera parte alterius totius: puta ſi duo tota ſic ſe habeant, quòd utrunque componatur ex duabus partibus; & prima pars primi totius, eſt eadem cum prima parte alterius, & primum totum cum ſecundo toto: ſequitur quòd ſecunda pars primi totius ſit eadẽ cum ſecunda parte alterius. Quæremus enim ab aduerſariò, aut ſecunda pars eſt eadem, aut non: ſi eadem, habemus propoſitum: ſi autem diuerſa ergo totum non fuit idem toti, quia totum non eſt niſi partes ſimul ſumptæ: ſi ergo pars unius totius eſt diuerſa à parte alterius totius, ergo partes huius totius non ſunt eędem cum partibus alterius: nec ergo totum toti: cuius contrarium ſupponebatur priùs: ſic autem eſt in propoſito: nam naſus concauus eſt quoddam totum, compoſitum ex duabus partibus: naſus autem ſimus eſt quoddam etiam totum: in his autem totis prima pars primi, eſt eadem cum prima parte ſecundi, quia utrobique naſus repetitur; & ſecundùm rem primum totum eſt idem cum ſecundo toto: ſequitur ergo quòd ſecunda pars, ſcilicet concauum, ſit eadem cum ſecunda parte alterius totius, ſcilicet ſimo: & hoc fuit intentum probandũ. Secũdum motiuũ patet ſic; quando enim Philoſophus quærit, utrum idem ſit naſus ſimus & naſus concauus? nõ quærit de quacunque identitate, ſed de idemptitate, quæ eſt inter diffinitum & diffinitionem: ex habitudine ergo hac poſſumus uenari cõſequentiam fuiſſe bonam; habitudo enim inter diffinitionem & diffinitum talis eſt, quòd vltima differentia in diffinitione eadem eſt cum diffinito quò ad conuertentiam; idem enim eſt dicere hominem, & rationalem; & tãti ambitus eſt unũ, quanti eſt aliud; unde benè ſequitur, idem eſt homo, & animal rationale, ſicut diffinitio & diffinitum, ergo conuertuntur rationale, & homo, & idẽ eſt dicere hominem & rationalem. Ad oppoſitũ ergo; ſi idem eſt ſimus, & naſus concauus, ſicut diffinitio

Quæſtio.

Habitudo inter totũ, & partes.

Totum nõ ẽ niſi partes ſimul ſũptæ.

Habitudo inter diffinitionem, & diffinitum.

Vltima differentia in diff.ne, eſt eadem cum diffinito.

diffinitio & diffinitum; ita quòd nasus concauus est uera diffinitio simi; sequitur quòd nasus sit genus, quia ponitur primò, & concauus sit differentia, quia ultimo ponitur: & cum ultima differentia sit idem, quod diffinitum; sequitur quòd idem sit concauum & simum, sicut diffinitum & ultima differentia diffiniti; & hoc fuit intentum probandum. Hæc ergo sunt duo motiua, sed quòd hęc duo motiua in proposito non debeant mouere, patebit inferiùs.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum idem sit concauitas, & simitas? Videtur ꝙ non, quia concauitas inest alicui, cui non inest simitas; sicut cruri; cum ergo duo sunt idem omnino, cui inest unum, inest reliquum; sed hoc non reperitur in simitate & concauitate, sequitur quòd non sint idem. Ad oppositum: simum diffinitur per concauum, ergo uidetur quòd simum sit cum eo idem. Respondeo dicendum est, quòd duplici uia possumus uenari, quòd simum & concauum non sunt omnino idē.

Concauum et simum non sunt omnino idem.

Prima est ex natura accidentis: nam de essentia accidentis est, quòd dicat habitudinem ad subiectum: ubi ergo reperitur alia, & alia habitudo in accidentibus, inter illa accidentia reperitur alietas: sic autem se habet simitas respectu concauitatis, quia simitas dicit habitudinem ad nasum, concauitas autem non dicit hoc de se: si enim cauitas de se diceret habitudinem ad nasum, omnis cauitas esset in naso; quod est impossibile. Imaginabimur ergo sic, quòd cauitas dicit habitudinē ad subiectū indeterminatum; simitas ātad subiectū determinatū, s. ad nasum: & cū hæc habitudo non sit illa per omnem modum, sequitur etiam quòd simitas non est idem quod cauitas: quia tamen simitas est quædam concauitas, uel (ut meliùs dicatur,) cauitas nasus, non est dicendum, ꝙ sint simpliciter, & omnino diuersa, sed partim eadem: & partim diuersa: sunt enim idem sicut determinatum, & indeterminatum: quod enim indeterminatē dicit cauitas, hoc determinatē dicit simitas: & quia ita est, oportet quòd habeant aliqualem diuersitatem; quia cauitas propter sui indeterminationem in pluribus potest reperiri, in quibus non reperitur simitas, non ergo omnino sunt diuersa: sed nec omnino eadem, sed eadem sicut terminatum, & interminatum: ex quo sequitur diuersitas in eis, quia cauitas potest reperiri in aliquo subiecto, in quo nō reperitur simitas.

De essentia accidentis quid.

Simū & cōcauū se habēt sicut determinatū, & indeterminatum.

Secūda uia ad hoc uenandum est ex natura diffinitionum accidentium: accidentia enim quando diffiniuntur, sic diffiniuntur, quòd in diffinitionibus eorum subiectum se habet loco differētiæ: illud uerò quod est accidens in diffinitione se habet loco generis (licèt in talibus diffinitionibus non sit propriè nec genus, nec differentia, sicut nec est propria diffinitio) si enim dicatur sic: simus est nasus cauus, nasus se habet ad modum differentię, quia differentia uocatur illa, quæ dat ultimam specificationem diffinito, hoc autem non potest facere cauitas uel concauitas, quia si

Accidentia quō diffiniuntur.

A concauitas esset ultima differentia simi, omne cōcauum esset simum, quod est impossibile; quia secundùm hoc concauum in crure esset simum: concauitas ergo se habet ad modum generis: genus enim vocatur, in quo conuenit diffinitum cum aliquo alio; sicut animal est genus hominis, quia in eo conuenit homo cum asino: nasus autē & subiectum se habēt ad modū differentiæ: quia differentia illa nocatur: quæ contrahit naturā generis ad propriam specificationem diffiniti: sic autem facit subiectum in diffinitione accidentium, nasus enim contrahit naturam concaui ad propriam specificationem simi, quia simitas non est omnis concauitas, sed concauitas nasi. Si ergo ista sunt uera, patet quòd non est idem dicere simum, & concauum: licèt enim sit idem dicere

B diffinitum & differentiam ultimam propter conuertentiam utriusque, tamen non est idem dicere genus, & diffinitum; sicut enim non est idem dicere hominem & animal; quicūque enim dicit animal, non oportet quòd dicat hominem: à simili licèt sit idem dicere simitatem & concauitatem propter specificationem, quam facit nasus, tamē non est idem dicere concauitatem, & simitatem, propter communitatem ipsius concauitatis, quia tenet locum generis, & communis. Ad argumentum in oppositum dicendum est, quòd licèt simū diffiniatur per concauum, non tamen oportet, ꝙ sit idem dicere unum, & reliquum; sicut licèt homo diffiniatur per animal, tamen non est idem dicere hominem, & dicere animal, sicut non est

Idem est dicere diffinitum, & differentiam ultimam.

Ad argumentum.

C idem dicere conceptum determinatum, & indeterminatum; multa sunt enim idem realiter, quorum tamen non est idem unum, & reliquum dicere propter determinationē conceptus in uno, & indeterminationem in alio; sicut dictum est sę pe de genere, & specie.

Quæstio.

Quereret aliquis, Vtrum sit idem nasus simus, & nasus cauus? Videtur quod non, quia si idem sunt, idem erit simum & concauum (ut ait Philosophus) licèt hoc non est uerum, ut ostensū est in quæstione præcedenti: ergo &c. Ad oppositum est Philosophus primo Elenchorū. Respondeo dicendum est, quod idem est simitas, & concauitas nasi, & per consequens idem est nasus simus & nasus concauus: immo simum nihil aliud

Circa sin.

D est nisi concauitas in naso, quod patet sic: Quòd enim simum non esset concauum, hoc erat propter indeterminationem ipsius concaui; propter enim talem indeterminationē aliquod subiectū pōt esse concauum, quod non erat simum: sicut propter indeterminationem animalis aliquod est animal, quod est impossibile esse hominem; inde terminatio ergo est tota causa diuersitatis: si igitur tollatur ista indeterminatio ab ipso concauo, ita quòd ipsum determinetur eadem determinatione, qua determinatur simū; idem erit simum, & concauum: licèt enim non sit idem dicere hominem, & dicere animal propter indeterminationem animalis; tamen idem est dicere hominem & ani-

Indeterminatio cā est diuersitatis

& animal sic determinatum, puta per rationale: sic idem est concauum, quod simum, si determinetur, puta per nasum; idem ergo est dicere nasus simus, & nasus concauus. Ad argumentum in oppositum dicendum est, quòd consequentia nulla est: non enim sequitur, quòd si idem est dicere rationale animal, & homo; quòd idem sit dicere animal, & hominem. Vbi notandum est, quòd cõcauum adiunctum naso, dicit habitudinem determinatam, per se autem sumptum dicit habitudinem indeterminatam: ergo cum dicitur nasus cõcauus, accipitur concauus sub habitudine determinata: per se autem sumptum accipitur cum habitudine interminata: sicut ergo non sequitur, idem est simum & concauum cum habitudine determinata, ergo idem est simpliciter simum & concauum sine habitudine determinata: ita non sequitur, si idem est simum & concauum in naso; siue nasus simus, & nasus concauus; quòd idem sit simpliciter simum & concauum; si autem sic dicimus, obuiant motiua, quæ probant consequentiam huius argumenti fuisse bonã in prima Quæstione huius lectionis: soluenda sunt ergo illa motiua. Primum motiuum fuit, quòd si totum est idẽ toti, & prima pars primæ parti, ꝙ secunda unius totius erit idem secunda secundi: stat ergo argumentum super hoc, quòd concauum, quod fuit secunda pars primi totius unius, est idem quòd simum, quod fuit secunda pars totius secundi. Ad quod dicendum est, quòd secunda pars primi totius debet esse idem secundæ parti secũdi totius, si accipiatur ut pars; si enim aliter accipiatur, quàm ut pars, accidit quòd sit eadem: quòd enim idẽtitas totius cũ alio toto idẽtificet identitatem partis cum alia parte; hoc non facit nisi inquantũ accipiatur ut pars: sic autem est in proposito, concauum enim acceptum per se, non est pars talis totius, sed concauum determinatè acceptum: benè igitur sequitur, idem est nasus simus & nasus concauus; ergo est idem simum & cõcauum: sed tamen non sequitur, quòd sit idem quòd cõcauum simpliciter: quia concauum simpliciter nõ plus concernit nasum, quàm crus; nec plus concernit compositum ex naso & simo, quàm compositum ex crure. Ad secundum motiuum dicendum est, quòd si concauum esset in ista diffinitione, sicut differentia, benè sequeretur consequentia, quia (sicut dictum est superiùs,) idem est quòd ad consequentiam, dicere diffinitum, & ultimam differentiam diffiniti; sed quia concauum se habet in diffinitione simi ad modũ cõmunis, & generis specificati per subiectum, quemadmodum differentiæ; ideo non sequitur, quod si idem est dicere simum & cõcauum nasi, quod idem sit dicere simpliciter simum & concauum: sicut pluries ferè dictum est: Sic ergo patet, quòd illa duo motiua nullum debent mouere, & maximè secundum; quia diffinitio talium est diffinitio accidentium, in quorum diffinitione illud, quod est accidens, habet modum communis & subiectum ha-

Ad argum.

Responsio ad motiua.

E bet modum contracti; communne enim & contractum non habent omnimodam idemptitatem cum diffinito, non obstante quòd tota diffinitio eadem sit cum illo; tale autem est concauum ipsum; non enim est concauum per nasum.

Quæreret etiam aliquis, Vtrum ex hoc quòd simum dicit habitudinem determinatam ad nasum cauum, ex hoc dicatur idem bis, & fiat nugatio, cum dico nasus simus? Videtur quòd sic, quia si simus resoluatur in suum cõceptum, & in suam diffinitionem; resoluitur in nasum; ita ꝙ simus idem erit, quòd nasus habens cõcauitatem, cum ergo semel ponatur nasus ex præsè, & semel per resolutionem simi in suam diffinitionẽ: ergo bis idem repetitur. Ad oppositum simum est passio

F nasi, ergo cum quælibet passio possit prædicari de proprio subiecto sine aliquo incõuenienti, simum poterit dici de naso sine aliqua nugatione sequente. Respondeo hic sunt duo uidenda; primum est, quòd significatum nominis (secundùm Commẽtatorem) est in duplici differentia: secũdum est, quòd ex hoc declarato concludendum est, quòd nulla nugatio consurgit ex hoc, quòd dicitur nasus simus, ne propter differentiam quidem, quæ est inter concauum, & simum. Ad euidentiam primi notandum est, quòd secundùm Commentatorem, quoddam significatum nominis est, quod significatur in potentia; quoddam est, quod significatur in actu; ita quòd simitas significat nasum in potentia, non in actu: ex hoc ac

G cidit, quòd non est nugatio, cum dicitur nasus simus. Declaremus ergo istud duplex significatũ: rem esse in actu est rem esse simpliciter; rem esse in potentia est rem esse secundùm quid, & modo determinato: à simili rem significari in actu, est rem significari simpliciter: rem significari in potentia, est rem significari secundùm quid. Illa ergo significantur in actu, quæ sunt simpliciter de intellectu rei, & sic differentia est de intellectu speciei, unde species significat genus, & differentiam in actu; illa autem significantur secundùm quid, & in potentia, quę non sunt simpliciter, nec primò de intellectu rei, sed solùm per quandam additionem: & isto modo nasus est de intellectu simi, & subiectum de intellectu accidẽtis: Certũ

H est enim, quòd prima intellectualitas, & actualitas accidentis non est nisi accidens, quia substantia non est de actualitate essentię accidentis; per quãdam autem additionem, & secundùm quid quasi de secundario intellectu subiectum, & substantia possunt esse de intellectu accidentis: sic ergo patet primum declarandum, ubi ostenditur duplex significatum nominis, positum à Commẽtatore.

Doctr. Commenta.

Ex quo patet secundum, scilicet quòd non est nugatio, cũ dicitur, nasus simus; si enim nasus esset de actuali significato simi, bis poneretur in actu nasus, cum diceretur, nasus simus, scilicet semel in se, & semel etiam in accidente simi, scilicet in actualitate essentiæ; & sic bis repeteretur: sed cum ipse nasus significetur à simo tantùm in potentia,

potentia,& secundùm quid, non faciet nugationem,si expressè iungatur simum cum naso. Debemus.n.imaginari, q actus numeratur contra actum;duo.n.actus faciunt numerum ad inuicē: potentia āt non numeratur contra actum,immo illud idem,quod primò erat in potentia, postea est in actu;bis ergo repetitur,& fit nugatio, si actus & actus ponitur; & ēt si potētia diuideretur contra actum: quia tamen potentia non diuiditur contra actum,immo unum & idem,quod primò fuit in potētia, postea est in actu; iō nō faciūt duo significata,sed unum:& ideo non accidit nugatio: sic autem est de simitate:simitas.n.de principali suo significato,& actuali non significat nisi naturam accidentis:quia tamen ista natura accidentis habitudinem habet ad subiectum,contingit quod istum subiectum sit extremum istius habitudinis; & aliquo modo significetur & importetur ab ipso accidente, quod est in habitudine & cum modo diminuto, significatur, sed non primò;etiam quando nominatur expressè ipsum subiectum,ut cum dicitur nasus simus: ideo qđ significatur modo diminuto,non fit aliud significatum; immo illud idem, quod sub modo diminuto & potentiali erat; fit, & exprimitur sub modo actuali:& ideo non fit repetitio eiusdem; sed illud idem, quod erat importatum & significatum sub uno modo,fit sub alio. Et hoc est,quod dicit Commentator:si profunditas esset substantia in naso, tunc hoc nomen simitas significaret nasum in actu:quasi dicat,duo essent de actualitate simitatis,scilicet profunditas,& nasus; & sic accideret semper repetitio: quia tamen simitas est accidens in naso, non significat nasum nisi in potentia:& ideo cum dicitur in actu, non sequitur nugatio, quia non repetitur idem bis.

Duo actus faciunt numerum; sed potentia & actus non.

Al. extraneum.

Regula.

Vbi notandum est, quòd quando aliquid est de actuali significato alicuius, siue opponatur, siue nō,semper in eo intelligitur;cuius ratio est,quia per nullius additionem potest separari à sua actuali essentia:& hic est,quia animal est de actuali essentia,& significato hominis,siue addatur animal homini, siue non, semper in eo intelligitur; & bis repetitur animal, dicendo homo animal, scilicet semel in se, & semel in homine; de cuius actuali significato est: quando autem aliquid est de possibili significato alicuius,si addatur,non amplius bis intelligitur;quia propter additionē istius determinata est illa potentia, & reducta est ad actum:unde cum dicitur simitas, sine aliquo,datur intelligi natura accidentis actualiter,& natura subiecti secundùm quid,& modo potentiali: cum autem dicitur, nasus simus, quia exprimitur subiectum, scilicet nasum à simo, similiter datur intelligi natura accidentis, & euacuatur ille modus possibilis propter actualem expressionem subiecti. Et sic patet, quod quærebatur,scilicet quòd propter differentiam inter simum,& concauum non accidit nugatio:si enim simum sic differt à concauo, quod actu signifi-

Regula.

A caret et importaret nasum; ex tali differentia benè accideret nugatio, dicendo nasus simus: sed quia ista differentia solùm consurgit ex significato potentiali, ideo non consurgit ex ipsa nugatio. Ad argumentum,soluimus, quia simum quando iungitur naso, non dat intelligere nisi illud,quod est de principali significato & actuali,ut iam dictum est;& ideo non accidit nugatio,ut resoluitur ad nasum.

Ad argum.

Propter quod inconueniens est in esse talibus quod quid erat esse. si autem non,in infinitum sunt; naso namque nasi simum, adhuc aliud inerit.

Ex altera parte lectionis proximæ præcedentis concludit, quòd diffinitio, & quod quid est non est propriè accidentium. Et duo facit,quia B primò concludit,quòd non est propriè accidentium: secundò concludit, quòd est propriè substantiarum,ibi [Palàm itaque quia solins substantiæ] Dicit ergo primò:ita dictum est,quòd si simus addatur naso,uidetur accidere nugatio: propter quod inconueniens uidetur, quòd ipsum qđ quid est propriè insit accidentibus:nā si habet proprium quod quid est, & propriam diffinitionem,idem dicetur bis, & repetitiones eiusdem ibunt in infinitum:nam naso inerit nasus, & adhuc illi naso alius,& sic in infinitum.

Quæstio.

Quæreret quis. Vnde sequitur hæc consequentia.s. q accidentia non habent quod quid est? Dicēdum est idem, quod dictum fuit supra; q si simum addatur naso,accidit repetitio, & nugatio; C ex quo concludit, quòd accidentia non habent quod quid est:quasi dicat,uidetur accidere nugatio, quæ quidem uitari non potest, si accidentia propriè diffiniantur;cum ergo hoc sit inconueniens, q nugatio hic non uitetur,cum dicitur nasus simus;ergo accidentia propriè non diffiniuntur. Declaretur ergo,quòd si accidentia propriè diffiniuntur,non potest uitari nugatio: illud diffinitum est propriè diffinitum, quando utraque pars diffinitionis est de essentia diffiniti, & de actualitate eius:secundùm enim Philosoph. propriè species diffinitur, quæ quidem species composita est ex utraque parte diffinitionis, scilicet ex genere, & differentia: si ergo accidens propriè diffiniretur; cum in diffinitione accidentis D cadat subiectum, oporteret quòd ipsum subiectum esset de natura accidentis actualiter,de primo intellectu, atque de essentia eius: si autem hoc esset, quando accidens coniungeretur cum subiecto,non posset uitari nugatio: ex quo.n.subiectum esset de actualitate accidentis, semper intelligeretur in eo;si autem sic esset,bis repeteretur. Imaginabimur ergo,quòd omne propriè diffinitum, est quid compositum ex genere, & differentia,quorum utrunq; est de essentia eius; si ergo simum est propriè diffinitū,cum diffiniatur per nasum,& concauum,simum erit quędam spēs composita ex naso & concauo, quorum unū se habet ut genus, & reliquum ut dĩa: si autem sic est,nugatio uitari non potest, quando dr̄ nasus simus;

Accidentia quare non propriè diffiniuntur.

ſimus; cum.n.ſecundùm hanc ſuppoſitionem ſimum ſit quoddam compoſitum ex naſo, & concauo,& quodlibet compoſitum poſſit reſolui in partes ſuas,ſimum poterit reſolui in naſum & cõcauum: dicere ergo naſum ſimum, idem erit,ꝙ dicere naſum concauum;ſic igitur nugatio uitari non poterit. Conſequentia ergo Philoſo. breuiter ſtat in hoc;accidens non propriè diffinitur, quia ſi propriè diffiniretur, cum diffiniatur per ſubiectum,eſſet de actuali intellectu eius: ſi autem ſic eſſet, nugatio uitari non poſſet, dicendo naſum ſimum. Quod (ut clariùs uideatur) notandum eſt,ꝙ illud eſt propriè diffinitum, & certificatum, quod certificatum & diffinitum eſt per ea,quæ ſunt de eſſentia eius: illud autem eſt impropriè diffinitum,quod diffinitum eſt per eſſentiam,& per additionem cum eſſentia; tale autem eſt accidens, quod diffinitur per naturam accidentis,& per naturam ſubiecti;licèt.n.accidens, quod ponitur in diffinitione eius, poſſit eſſe eſſentiale ei;tamen ſubiectum nunquam eſt de eſſentia,ſed eſt additum eſſentiæ;&quia ſubiectum eſt additum eſſentiæ,& non eſt eſſentia; ideo nõ eſt de actuali intellectu accidentis;&quia ſic eſt, ideo non eſt nugatio ſi actu coniungatur ſubiectum cum accidente,dicendo naſus ſimus. Deinde cum dicit.

Propriè, uel impropriè diffinitum quid.

TEX. 19. *Palàm itaque quia ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio uam & ſi aliarum categoriarum, neceſſe eſt ex additione eſſe;ut æqualis & imparis non eſt ſine numero,neque quæ eſt fœminini ſine animali. Ex additione uerò dico, in quibus accidit idem bis dicere,ſicut in his: ſi uerò hoc uerum, non copulatorum erit,ut numeri imparis.*

Poſtquam concluſum eſt,ꝙ accidẽtia propria non hñt quod quid eſt, & diffõnem; hic concludit,ꝙ ſolius ſubſtantiæ eſt diffõ: ex quo.n. omne ens uel eſt ſubſtantia,uel accidens; ex quo accidentia non hñt propriè quod quid eſt; manifeſtum eſt,ꝙ ſolius ſubſtãtiæ eſt propriè diffinitio; alia enim prædicamenta non propriè diffiniuntur;cuius eſt ratio,quia diffinitio eorum eſt ex additione; ſicut diffinitio æqualitatis ex additione quantitatis,& diffinitio imparis ex additione numeri;non enim contingit diffiniri ipſum impar ſine numero:diffinitio ergo ex additione uocabitur illa,quæ ſi eſſet propria diffinitio, contingeret bis dicere idem;ſi ergo accidentia diffiniuntur ex additione, & hoc eſt impropriè diffiniri, relinquitur quòd accidẽtium copulatorum cum ſubiecto propriè non eſt diffinitio, ſicut numeri imparis. Notandum eſt, quòd conſequentia Philoſophi, ſcilicet; quòd ſubſtantia propriè diffiniatur, fundatur ſuper duas propoſitiones; prima eſt, ꝙ illud eſt propriè diffinitum, quod eſt diffinitum ſine additione: ſecunda propoſitio eſt,ꝙ ſola ſubſtantia talis eſt; ex quibus concludit,ꝙ ſola ſubſtantia diffinitur propriè. Prima propoſitio patet;quia diffinire rem,eſt eſſentiam rei declarare,& naturam rei terminare, & finire

Solius ſubſtantiæ eſt diffõ.

Diffinire rẽ quid.

E per eſſentialia eius;illud ergo propriè diffinitur, & declaratur,cuius eſſentia explicatur per eſſentialia eius;ſi autẽ contingat, ꝙ explicetur per aliquid additum eſſentiæ eius,explicatur per eſſentiam & additum eſſentiæ:& cũ additum eſſentiæ uideatur alienum ab eſſentia, explicatur quodã mõ alieno,& improprio,& ſic mõ improprio diffinitur: patet ergo prima propoſitio. Secunda propoſitio eſt,quòd ſola ſubſtantia diffinitur ſine additione,quæ ſic patet: ſola enim ſubſtantia eſt ens indepenpens ab alio ente; & ideo poteſt diffiniri ſine additione alicuius entis:ita quòd eſſentia ſubſtantiæ eſt eſſentia non addita eſſentiæ; & ideo explicari & diffiniri poterit per ea, quæ ſunt generis ſui; accidens autem propter ſui de-

Sola ſubſtãtia eſt independens.

F pendentiam, eſt ens in complicatione ad aliud ens.ſ.ad ens fixum;ſed quia modus diffiniendi ſequitur modum eſſendi, ſicut eſt ens in complicatione ad ens, ita debet diffiniri cum additione entis.

Modus diffiniendi ſequitur modum eſſendi 2. Meta. 4.

Sed latet,quia non certè dicuntur rationes. ſi uerò ſunt & horum termini,aut alio modo ſunt, aut (quemadmodum dictum eſt) multipliciter oportet dicere eſſe diffinitionem, & quod quid erat eſſe. quare ſiquidem nullius erit diffinitio, nec quod quid erat eſſe alicui merit niſi ſubſtantiis;ſic autem erit.

Quia ſuperiùs ſtatim dixit, ꝙ ſubſtantiæ eſt propriè diffinitio; crederet aliquis, quòd nullo modo eſſet diffinitio accidentis; & quia hoc non eſt ſimpliciter uerum,oſtendit hoc Philoſophus,

G quomodo diffinitio eſt ipſius accidentis,& quomodo non. Dicit ergo, quòd hunc ſic dicentem latet quòd diffinitiones non dicuntur certitudinè,nec uniuocè, ut dictum eſt ſupra: ita ꝙ ſi horum accidentium ſunt termini, & diffinitiones, uel oportet quòd illi non ſint ueri termini,& neræ diffinitiones;& ita oportet,quòd diffinitio dicatur ſecundùm priùs & poſteriùs;ita quòd ſecũdùm prius eſt diffinitio ſubſtantiæ, ſecundùm poſteriùs eſt accidentium: quia ſi propriè & per priùs,nullius erit diffinitio niſi ſubſtantiæ;ſimiliter nec quod quid erat eſſe ſimpliciter erit, niſi in ſubſtantiis:ſimiliter autem, hoc eſt ſecundùm quid,poteſt eſſe accidentium. Stat ergo declaratio,& conſequentia Philoſophi in hoc;quòd illũ, qui dicit,quòd accidens nullo modo diffinitur,

Solutio propoſiti dubij.

H latet natura diffinitionum;natura.n.diffõnumnõ eſt de numero eorum,quæ dñr uniuocè, nec de numero eorum, quæ dicuntur æquiuocè, ſed de numero eorum, quæ dicuntur ſecundùm priùs & poſteriùs;itaꝙ ſecundùm priùs eſt ſubſtantiæ, ſecundùm poſteriùs eſt accidentium. Notandum eſt,ꝙ uno modo dici,eſt dici ſecundùm unam rõnem,quod ãt ſecundùm unam rõnem dr, quodã modo contracto dr; ſed quia tutior erit intellectus circa aliud & aliud, quàm circa ſimplex & unum; & illud,quod uno modo eſt, quodam modo ſimplici eſt;& quia ita eſt,ideo benè dixit Philoſo.ꝙ diffinitiones non dicuntur certitudinaliter,ſed alio & alio modo.

Diffinitio analogicè dicitur.

Quod

Quòd quidem igitur diffinitio, quæ quidem est ipsius quid erat esse ratio, & quod quid erat esse, aut solùm substantiarum est, aut maximè, & primum, & simpliciter, palàm.

Epilogus. Concludit totum illud, quod dixit in hoc Capitulo, dicens: quòd diffinitio sit ratio declarans quidditatem, & quod quid erat esse rei: & similiter quomodo quod quid erat esse, & diffinitio, aut solùm & propriè est substantiarum; aut si aliorum est à substantiis. s. & accidentium, maximè, tamen propriè, & primùm & simpliciter est substantiarum, hoc totum palàm est, & manifestum ex prædictis.

TEX. 10. *Vtrum autem idem est, aut alterum quòd quid erat esse, & unumquodque perscrutandum est: est. n. aliquod præopere ad de substantia perscrutationem.*

Excitat quæstionem. Postquam Philoso. quæsiuit, quorum est quod quid erat esse; & ostendit, q̃ propriè subæ est: hic quærit, Vtrum qđ quid erat esse sit idem cum eo, cuius est? Et diuiditur in tres partes, quia primò quærit qõnem: secũdò eam soluit: tertiò ex solutione soluit quoddam argum. elenchum, & sophisticũ, consuetũ fieri in hac materia, Scđa ibi [Singulum. n. non aliud uidetur] Tertia ibi [Sophistici autem elenchi] Quærit ergo primò qõnem, dicens: ita dictũ est supra, q̃ quid est, est propriè substantiæ; vtrum ãt unumquodq; quod habet qđ quid erat esse, & suum quod quid erat esse, sint idem; perscrutandum est; hoc. n. multùm facit ad qõnem de substantia rei. Notandum est, q̃ quidditas rei idem est, quod essentia, & substantia rei: sicut ergo quærere de quidditate rei, est quærere de eius substantia, & de eius formalitate; ita manifestando, an ipsum quod quid est sit idem cum eo, cuius est, multùm confert ad substantiam: benè ergo dixit Philoso. q̃ qõ de quidditate multũ facit ad qõnem de substantia, & cognitio quidditatis ad cognitionem substantiæ rei.

Singulum enim non aliud uidetur esse à suimet substantia, & quòd quid erat esse dicitur singuli substantia.

Ponit solutionem quæstionis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit solutionem, ostendens in quibus est idem, & in quibus non; secundò redit super solutionem, eam manifestando. Secunda ibi [In dictis uerò secundùm se.] Prima in duas, quia in primis dicit, in quibus uideatur idẽ quod quid erat esse cum eo, cuius est: secundò in quibus non. Secunda ibi [Itaque secundùm accidens] Dicit ergo; ita quæsitum est, utrum qđ quid erat esse sit idem cum eo, cuius est: uidetur autẽ statim q̃ sic: singulum enim idem est cum sui substantia: quod quid erat esse autem idem est, q̃ substantia rei; ergo idem est unumquodq; cum suo quod quid erat esse. Est ergo rõ Philoso. in hoc: quidditas est idem cùm substantia rei, & qđ quid erat esse eius; sed unaquæq; res idem est cum sua substantia; ergo idem est cum suo qđ quid erat esse. Notandum est, ut supra habitum est: q̃ substãtia, uel essentia rei, & ipsum quid, unum & idem

Decisio quæstio.

A sunt in re; differunt solummodo rõe: illud. n. idẽ; qđ dr̃ essentia, inquantũ principium formale entis; uocatur quid, uel quidditas, inquantũ est certificatiuum de natura rei: si ergo sunt idem substantia, essentia, & quidditas; si res non differt à sui essentia, ergo non differt à sui quidditate.

In dictis quidem itaque secundùm accidens uidebitur utique diuersum esse, ut albus homo, alterum & albo homini esse.

Ostendit, in quibus quod quid erat esse non uidetur idem cum eo, cuius est. Et duo facit, quia primò ponit conclusionem suam: secundò eam probat, ibi [Si. n. idem est homini esse.] Dicit ergo primò: ita dictum est, q̃ res non differt à sua substantia, & à suo quod quid erat esse; in dictis

B tamen secundùm accidens, uidebatur esse diuersum quod quid erat esse ab eo, cuius est; sicut alterum est, homo albus, aut habens albedinem, & esse albo homini, idest esse quidditatiuum albi hominis. Deinde cum dicit.

Si. n. idem homini esse, & albo homini idem: idẽ enim homo, & albus.

Probat quod dixit; ostendens, q̃ impossibile est in his, quæ sunt per accidens; quod idẽ sit qđ quid est, & cuius est. Et duo facit, quia primò ponit probationem suam: secundò respondet cuidam motiuo, quo posset aliquis moueri ad ponendum oppositum ueritatis, ibi [Idem enim homo, & albus homo, ut dicunt.] Ponit ergo probationem, dicens: ita dictum est, quòd quod quid erat

In his, quæ sunt p accidẽs, qđ quid est non est idem cũ eo, cuius est.

C esse hominis albi, & homo alterum est: si. n. esset idem, idem esset quidditatiuum esse hominis, & esse quidditatiuum albi hominis, hoc est impossibile, ergo & primum.

Quæreret quis. Quomodo sequitur consequẽtia; si idem est esse quidditatiuum hominis albi, & homo albus; ergo idem est esse quidditatiuum hominis, & hominis albi? Respon. quòd duplici uia possumus uenari hoc. Prima uia est ex intento Philosophi: intendit enim quærere Aristo. non de omni unitate, & omni idemptitate: non enim intendit quærere, Vtrum esse hominis albi sit idẽ cum homine omnino; sed utrum sit idem per mo

Quæstio.

D dum quod quid erat esse. Sic ergo hæc est intentio Aristo. an esse quidditatiuum hominis albi sit idem cum homine, non omni modo, sed per modum quod quid erat esse: si autem sic esset, esse quidditatiuum hominis albi, esset esse quidditatiuum hominis: & si esset idem cum eo, cuius est, non differret esse quidditatiuum hominis albi, & ipse homo. Scđa uia põt esse ex habitudine, quæ est inter qđ quid est, & illud cuius est. Ad cuius euidentiã notandum est, q̃ qđ quid est, & illud, cuius est; non differunt pęnes qđ quid est; ita q̃ possit dici, q̃ ipsum qđ, cuius est; hẽat unum qđ quid est; & ipsum qđ quid est hẽat aliud: quia ipsius qđ quid est est dare aliud quod quid ẽ; alias esset abire in infinitum: neç conueniunt in tertio qđ quid est; ita q̃ possimus dicere, q̃ ipsũ qđ quid est, & ipsum cuius est; sint idẽ; quia i uno

Qđ quid est, & illud cuius est; pænes quid differunt.

tertio conueniunt, quod dicitur quod quid est: si enim ideo essent idem, quia sunt unum in aliquo tertio, quod est quod quid est; sequitur quod ipsum quod quid est, haberet quod quid est: & hoc quod quid est, idem haberet, & sic esset abire in infinitum in causis formalibus: quod improbatum est in Sēdo huius. Hæc habitudo ergo inter hæc duo non est, ꝙ sic sint diuersa, nec ꝙ sic sint eadem, sicut dictum est: sed est talis, ꝙ.s. sint eadem, non quia conueniant in aliquo tertio qđ quid est; sed sunt eadem sicut qđ quid est ex una parte, & cuius est, ex altera: ita ꝙ esse idem alicui per modum quod quid est, est idem ꝙ esse quod quid est eius: dicere.n. ꝙ aial rōnale sit idē homini per modum quod quid est, est idem dicere ꝙ aial rōnale est quod quid est hominis. Si ergo hæc sunt uera, patet consequētia Philosophi: si.n. esse quidditatiuum hominis albi esset idem per modum quod quid est; sequitur ꝙ sit quod quid est hoīs; & si sic est, non differt quod quid ē hoīs, & ꝙ quid est hoīs albi: unde unum, & idē qđ quid est, quod est quod quid est hominis albi, est quod quid est hominis: hoc autem est impossibile, quòd ratio quidditatiua accidentis sit totius compositi, absolutè sumpti; nec est idem cum eo omnino.

Text. 6. & deinceps.

Idem.n. homo & albus homo (ut dicunt) quare & albo homini & homini. Aut non necesse est quæcunque secundùm accidens esse eadem. Non.n. simpliciter extremitates fiunt eadem. Sed forsitan illud uidetur accidere, extremitates fieri easdem secundū accidens, ut albo esse & musico. Videtur aūt non,

Proponit quoddā motiuum, et soluit.

Concludit quoddam motiuum, qđ aliquē posset mouere ad credendum, ꝙ idem sit quod quid erat esse accidentis, & subiecti: & primò ponit motiuum secundùm eos, dicens: idem est hō, & albus homo: quare uī sequi, qđ idem sit albo homini, & homini qđ quid erat esse. Deinde excludit istud motiuum, dicens: ꝙ non est necesse, ꝙ quæcunq; sunt eadem sēdm accidens, ꝙ sint eadem simpliciter: licèt ergo idem sit homo, & homo albus secundùm accidens; tamen non sunt eadem simpliciter, & per modum quidditatiuū: si enim subiectū cum accidente esset idem simpliciter cum suo subiecto, & per modum quod quid erat esse; sequeretur quòd extrema accidentia, quæ respiciunt siue prædicantur de eodem subiecto; essent idem quidditatiuè inter se; hoc autem falsum est: non enim extremitates, hoc est, extrema accidentia sunt eadem inter se simpliciter; sed fortè uidetur accidere, extremitates, hoc est extrema accidentia, quæ prædicantur de eodem subiecto; esse easdem secundùm accidens, nō autem uidetur, quòd sint eadem per se & simpliciter. Ad maiorem euidentiam omnium prædictorum duo sunt uidenda: primò uidendum est, super quo fundatur conclusio Philosophi: secundò declaratis illis fundamentis, uidendum est, quomodo sunt ueræ conclusiones Philosophi, quæ sunt positæ in litera. Quantum ad primum nō

E tandum est, uel sciendum est, quòd conclusio Philosophi est, quòd in ente secundùm se idem est quod quid est cum eo, cuius est; non autem in ente accidentali: quæ quidem conclusio fundatur super tres propositiones: prima est, quòd in omni prædicamento reperitur quid: secunda ꝙ quid repertum in quolibet prædicamento, est aliquo modo primæ substantiæ; quia omnis quidditas siue substantialis, siue accidentalis in prima substantia fundatur: ita quòd illud, cuius est istud quid, siue accidentale, siue substantiale, est in prima substantia: hoc autem quid, quod est huiusmodi; est uel substantiale, uel accidentale: tertia propositio est, quòd est aliter quid substantiale substantiæ, & aliter quid accidentale: quia quid substantiale est primæ substantiæ per modum substātiæ, & per modum quid absolutè: sed quid accidentale non est per modum quid absolutè, sed ꝑ modum quid, quod est uel quantum, uel quale, uel aliquid aliud accidentium. Prima propositio patet ex præcedentibus, quia probatum est supra, quòd omnis entitas fundatur in entitate substantiæ, & per consequens omnis quidditas.

In ente secūdū se idē est quod quid ē cū eo, cuius est.

Omnis quidditas in prima substantia fundatur.

F Ex his duabus propositionibus potest formari quæstio Philosophi: ex quo enim per primā propositionem, quodlibet prædicamentum habet quid; ex quo per secundam, esse quid, est primæ substantiæ: questio formatur, Vtrum omne quid, siue quid substantiale, siue quid accidentale sit idem cum eo, cuius est quid, scilicet cum prima substantia, uel cū substantia? G Formata igitur quæstione ex duabus propositionibus; ex tertia propositione habetur solutio quæstionis; & habetur etiam conclusio Philosophi: tertia enim propositio fuit, ꝙ licèt omne quid sit substantiæ, tamen differenter; quia quid substantiale est primæ substantiæ, & per modum quid; alia autem non sunt per modum quid: Et ex hoc habetur tota solutio quæstionis, quòd prædicata substantialia, quæ sunt aliqua quid primæ substantię, sunt eadem cum illa substantia, cuius sunt per modum quid; hoc est indicando quidditatem eius: & sic quidditas est idem cum eo, cuius est quidditas; & ita sunt idem per se in primo modo: prædicata autē accidentalia, quæ sunt quædam quid; sunt idem cum prima substantia, cuius sunt, sed non ꝑ modum quid, H qđ est quantum, uel est quale, & sic de aliis modis prædicamentalibus: est & idem hoc modo.s. ut quale est esse idem per modum qualis: sicut.n. quid in quali non est nisi quale; ita esse idem per modum quid, quod est quale, est esse idem per modum qualis: & sicut dico de quali, ita dico de quanto, & uniuersaliter de omnibus quid accidentalibus; & ipsum quid quantum, est idem cum subiecto, non per modum quid, quia non indicat quid eius, sed per modū quanti, quia indicat quantum eius: quia ergo quantum, & quale, & alia prædicamenta accidentalia sunt eadem cum substātia.s. per accidens; iō ista quid, sunt eadem cum eo, cuius sunt; nō ꝑ modū quid, sed ꝑ modum

Resolutio quæstionis.

dum

dum quanti,uel qualis,uel alterius accidentis. Quòd autem hæc sit intentio Philosophi, patet p Commentatorem, qui dicit sic: quòd prædicatum & subiectum in prædicamentis accidentalibus sunt eadem per accidens,& ideo non sunt eadem cum quidditatibus subiectorum:hoc est dicere,non sunt eadem cum subiecto per modum quid. Quòd hæc sit intentio Philosophi,etiam patet,quia non negat,quin ipsa accidentia, quæ sunt aliquo modo quædam quid, non sint aliquo modo eadem cum subiectis,quia ipse dicit,quòd sunt eadem per accidens:sed solùm negat, quòd non sunt eadem per se:appello autem hic per se, in primo modo;esse autem in primo modo,& esse per modum quid,idem est:patet ergo primum declarandum, scilicet quòd intentio Philosophi est,quòd prædicata substantialia, & accidentalia sunt duo quid diuersa, quæ fundantur super eodem,cuius sunt; sed prædicata substantialia sunt eadem per se & per modum quid, non per accidens. Ex his declaratis sic, patent quæ dicit Philosophus:quòd si homo habens albedinem,& quidditas albedinis essent idem,quòd idem esset quod quid est albi hominis,uel albedinis, & hominis absolutè sumpti: si enim essent idem per modum quæsiti,essent eadem per modum quid; ita quòd unum esset quod quid est alterius; uel de quod quid est alterius; esse enim,quod est idē alteri per modum quod quid est, siue per modū quidditatis;uel est diffinitio,uel est genus,uel est differentia:si est diffinitio,sic est tota quidditas, siue indicatiuum quod quid est eius:si autem est genus,uel differentia, sic est pars quidditatis, & de quod quid est eius: si ergo quod quid est hominis albi, uel albedinis esset idem homini per modū quid;uel esset quod quid est eius; uel pars ipsius; & sic esset uel eius diffinitio, uel genus, uel differentia:quod est impossibile, quia intentio accidentalitatis omnino est ex quidditate substantiæ; & sic non potest esse idem per modum quod quid est:patet ergo primum dictum, cōclusum à Philosopho. Ex quo patet secūdum,quod fuit, quòd non sequitur: quòd si idem est homo & homo albus (ut dicunt) quòd propter hoc sit idem per se quod quid est hominis albi, & hominis:quòd non sequatur, quia si idem est per accidens homo,& homo albus; quòd propter hoc unum sit idem cum alio per modum absoluti: benè enim sequitur,si unum est idem alteri per modum quid,quòd illud sit totum quid,uel pars eius quid:sicut diffinitio est idem diffinitiuè per modum quid,& est totum quid:genus autem, & differētia per modum quid etiam sunt partes ipsius quid; non tamen sequitur, quòd si hoc est idem alteri per modum accidentis & passionis, quòd propter hoc sit quod quid est eius, uel pars ipsius quid: immo sequitur oppositum, quia declaratū est in præcedenti Capitulo,quòd accidens est extra naturam quidditatis;patet ergo secundum. Ex quo patet tertium,quod fuit:quòd si extrema

Doctri. Commenta.

Intētio accidentalitatis oino est ex quidditate substantiæ.

Diffinitio totum quid.

A accidentia essent eadem in subiecto,quòd oporteret eadem esse inter se, quòd sic patet: subiectum,de quo prædicantur duo accidentia,uocari potest medium inter illa:duo autem illa accidentia,non sequitur,quòd si sunt eadem illi tertio p accidens,quòd propter hoc sint eadem inter se; benè autem sequitur, quòd si sint eadem illi tertio per se, & per modum quid, quòd sint eadem inter se:cuius ratio est,quia tunc prædicatum est idem subiecto per modum quid, quando dicit quidditatem subiecti: si enim unum idem sit subiecto per modum quid, ergo dicit quidditatem subiecti eodem modo:si albus est idem eidē subiecto per modum quid,dicit quidditatem subiecti eiusdem: cum unius & eiusdem subiecti sit tantùm una quidditas, sequitur, quòd albus & musicus habent eandem quidditatem: si autem sic est,ergo sunt eadem inter se.

B Obuiabit statim aliquis huic consequentiæ dicens; genus est idem illi,cuius est per modum quid, sicut animal homini, differentia etiam est eadem ei per modum quid, licèt habeat modum qualis, sicut rationale homini: ergo secundùm tuam consequētiam sequitur,quòd genus & differentia sunt idem secundùm quid,& dicunt idem quid.

Ad hoc dicendum, quod obuiatio nulla est: prima enim consequentia est bona,scilicet quòd genus & differentia dicunt idem quid: cum enim unius rei sit unum quid;impossibile est imaginari, quòd genus & differentia unam quidditatem dicant de eadem re, & tamen dicant duo quid, quia ergo genus dicit quid,scilicet de specie dicit quidditatem speciei, tamen confusè; & cum differentia dicat quid de eadem specie; non est imaginandum, quòd dicat aliud quid; sed idem quid, licèt sub alio modo: unde quando genus transit ad differentiam non est additio quidditatis ad quidditatem, sed eadem quidditas de uno modo trāsit ad alium modum,quia specificatur: bona ergo consequētia est,genus dicitur de specie per modum quid, & differentia similiter de eodem per modum quid,ergo dicunt idē quid, & sunt eadem realiter inter se, licèt differant secundùm modum. Et hoc est,quòd dixit Commentator superiùs statim: quòd prædicata substātialia eoipso quòd adunantur in tertio, adunātur inter se; hoc autem sequitur ex modo adunationis: quia quæcunque sunt adunata in tertio per modum quid, eodem modo adunantur inter se; prædicata autem accidentalia non adunantur secundùm quid inter se: ergo sequitur quòd eodē modo adunationis adunantur in tertio per accidens;& ideo non sequitur,quòd adunentur inter se nisi per accidens; si autem adunarentur inter se per modum quid,dicerent unum quid, & sic essentvnum quid simpliciter:hæc ergo dicta sunt ad euidentiam dicti Philosophi.

C D

Quæreret aliquis, Vtrum quid est accidentale aliquo modo sit idem alicui per modum quid. Respond. Dicendum est, quòd sic:quid est enim acci-

Prædicata tū quando est idē subiecto.

Dubitatio.

Genus & differentia dicunt unum quid.

Quæ sūt eadē uni tertio sunt eadem inter se.

Quæstio.

Quid, accidentale habet duplicē aspectum.

accidentale duplicem aspectum habet: habet.n. aspectum ad aliquid sui generis, & habet aspectum ad aliquid, quod ex extra suum genus: uidemus enim manifestè, quòd color aspicit albedinem tanquam illud, quod est infra illud, sicut species sub genere; & color aspicit coloratum, tanquam aliquid, quod est extra suum genus; color ergo est quoddam quid: illud autem, cuius est illud quid, duplex est, scilicet aliquid infra genus suum, utpotè albedo; & aliquid extra genus suū, utpotè coloratum: color ergo est idem albedini per modum quid, quia est pars quidditatis albedinis, sed tamen non est colorato, siue rei coloratæ per modum quid, sed per modum qualis & passionis: & hoc est, quia est extra quidditatem colorati: omne autem, quod est idem alicui per modum quid, uel est quidditas, uel pars quidditatis, ut supra dictum est. Et hoc est, quod quidam dixerunt in isto Capitulo: & quod uidetur dicere Philosophus infra: quòd quid est hominis albi, si comparetur ad passionem, quæ est albedo, idem est illi per modum quid; non autem si comparetur ad subiectum, utpotè hominem: si enim diffiniamus hominem album, inquantùm album; diffiniemus ipsum per coloratum: coloratum autem ad album inquantùm album comparatur benè secundùm quid, & ita cōparatum ad passionem est idem per modū quid; si tamen comparetur ad subiectum suscipiens, scilicet passionem, non est idem per modū quid; sed per modum passionis, & per modum qualis: & sicut quid est hominis albi, sub hac reduplicatione inquantùm albus, est idem quòd albus per modum quid, sic esse album est idem homini per accidens. Et ita dicemus de albedine respectu huius albedinis, sicut dixi de albedine respectu coloris: si enim quæratur, utrum albedo respectu huius albedinis sit eadem per modum quid? in hac albedine duo includuntur, scilicet natura passionis, & natura subiecti indiuiduantis passionem, & facientis eam hanc: albedo ergo respectu passionis est eadem huic albedini per modū quid, tamen respectu subiecti est eadem per modum qualis.

H *In dictis uerò secundùm se, semper necesse idem esse: ut si quæ sunt substantiæ, quibus alteræ nō sunt substantiæ, nec alteræ naturæ priores, quales dicunt ideas esse quidam.*

Comprobat quæsiti solutiones.

Posita solutione quæstionis, quæ consistit in hoc; quòd in ente secundùm se idem est quid cū eo, cuius est quid; non autem in ente secundùm accidens: in parte ista redit super ipsam solutionem, manifestando eam. Et tria facit, quia primò manifestat hanc solutionem in dictis secundùm se, ostendens quòd in ipsis est idem quod quid est, & cuius est: secundò manifestat eam in dictis secundùm accidens: tertiò ostendit, quòd in dictis secundùm se est absurdum dicere contrariū huius solutionis, scilicet quòd alterum sit quod quid est ab eo, cuius est. Secunda ibi [Secundùm

E accidens uerò] Tertia ibi [Absurdum uerò apparebit.] Prima in tres, quia primò ponit conclusionem probandam: secundò probat eam: tertiò concludit eam probatam. Secunda ibi [Si enim erit alterum ipsum bonum.] Tertia ibi [Ex his itaque rationibus.] Ponit ergo conclusionem probandam, dicens: quòd in dictis secundùm se, hoc est, in his, quæ prædicantur secundùm se de subiecto in primo modo, necesse est esse quidditates easdem cum his, quorum sunt quidditates: & dico hoc esse necesse, si sunt aliquæ substantiæ primæ, à quibus non sunt alteræ substantiæ, nec naturæ priores, scilicet quales ponebant Platonici. Notandum est, quòd Plato ponebat (sicut imponit sibi Philosophus) quòd formalitates

F rerum, & quidditates sunt separatæ ab iis, quorum sunt formalitates, & quidditates: ita quòd secundùm opinionem Platonis sequitur, quòd quædam sunt substantia secundùm participationem, & quædam per essentiam; & illam, quæ est per participationem, uocabat illud, cuius est quidditas & formalitas: illam autem, quæ est per essentiam, uocat formalitatem & quidditatem: ponebat autem, quòd hæc formalitas & hæc essentia separata est ab eo, cuius est essentia & formalitas: Et sic secundùm hunc in prędicatis per se qđ quid est, esset diuersum ab eo, cuius est; sicut humanitas ab eo, cuius est: sequeretur etiam, quòd aliquæ essent substantię priores prima substantia, scilicet illæ, à quibus prima substantia esset talis per participationem. Positio autem Philo-

Formalitas rei, & quidditas eius nō ē separata à re.

G sophi ponit, quòd formalitas rei, & quidditas eius non est separata à re; immo idem est, quòd ipsa formalitas rei, & realitas: & quia omnis formalitas, & quidditas fundatur in prima substantia, scilicet particulari, & hac non est alia subā prior, quæ existat per se præter hanc. Et hoc est, quod dixit in litera: quòd si nō sint aliæ substantiæ priores præter hanc substantiam particularem, si ipsa sit prima, in qua fundatur omnis substātia, & omnis quidditas, necesse est quòd ipsa formalitas & quidditas non sit alterius, & diuersa ab eo, cuius est quidditas, sed oportet quòd sit illi eadem. Deinde cum dicit.

Si enim erit alterum ipsum bonum, & quod bono esse; & animal & quod animali esse: et ens, & quod enti; erunt aliquæ substantiæ & naturæ & ideæ præter prædictas, et priores substantiæ illis: si quod quid erat esse, substantia est. Et siquidem absolutè abinuicem, harum quidem non erit scientia, hæc autem nō erunt entia. Dicitur autem absolui, si nec bono ipsi, existit esse boni, nec huic esse bonum.

Probat cōclusionem suā per rationem. Et diuiditur in quatuor partes, secundùm quatuor rationes, quas ponit. Secunda ibi [Quare si nec bono esse] Tertia ibi [Amplius aut nō inest bono] Quarta ibi [Simulque palam.] Intendit autem Philosophus in tota ista parte probare, quòd quidditas, & formalitas rei non est separata abeo, cuius est; eo modo quo ponebat Plato, & est prima ratio talis;

Inuehitur I Platonem.

lis;si quidditas, & formalitas rei est separata ab eo, cuius est quidditas rei, sequitur quòd res, cuius est quidditas, sciri non potest, hoc autem est falsum & impossibile, ergo & primum. Circa hãc rationem sic procedit, quia primò ponit hanc cõsequentiam; si quidditas rei est separata in re, ergo de re non est scientia, nec ipsa separata est; secundò probat eam secundùm unam partem, ibi, [Scientiam enim cuiuslibet;] Dicit ergo primò, quòd si alterum est ipsum bonum, & quid ditas boni: siue esse quidditatiuū boni; & animal, & esse quidditatiuum animalis; si ita est, erunt aliæ substantiæ & naturæ; & sic erunt præter dictas substantias, & priores substantiæ, quàm istæ: & hoc dico, si istæ quidditates fuerint quidditates; si igitur istę substantiæ erunt aliæ, absolutę & separatæ ab istis, sequetur quòd harum substantiarum sensibilium non est scientia; & substantiæ separatæ non sunt entia: uoco autẽ, & dico quidditatem absolui & separari ab eo, cuius est quid ditas; si ipsi bono non existit quidditas boni, nec huic bono esse quidditatiuum boni. Deinde cum dicit.

Scientia enim cuiuslibet per hoc, quòd quid erat esse illi, & in bono, & in aliis similiter se habet.

Probat alteram partem consequentiæ, habebat enim illa consequentia duas partes: prima erat, quòd si quidditates erant separatæ, res nesciuntur. secunda erat, ꝙ quidditates non erunt entia. Probat ergo primam, scilicet quòd rerum non est scientia, dicens: scientia cuiuslibet rei est ex hoc, quòd scitur quod quid est eius; sicut scientia boni est ex hoc, quòd scitur quod quid est boni, & sicut est de bono, ita est similiter in aliis: quod quid est autem si est separatum, si scitur, nõ propter hoc scitur res, cuius est illud quod quid est. Notandum est ad euidentiam rationis, quòd ex hoc res scitur, quòd intellectus percipit realitatem & quidditatem eius, non ex hoc quòd participat aliquid extrinsecum, aut aliquid separatū; si enim quod participatur ab intellectu, esset separatum ab ipsa re; scire illud non est scire aliquid ipsius rei, nec scire ipsam rem: si ergo ita esset, ꝙ ipsa quidditas rei esset separata à re, scire quidditatem rei nihil esset scire ipsius rei: cum res non sciatur nisi per quidditatem, cum per quidditatẽ non possit sciri: benè ergo dictum est à Philosopho, quòd si quidditates separatæ sunt, res nesciũtur. Notandum est, quòd secundùm Commentatorem hæc quidditas est quædam essentia in se, quæ tamen essentia non habet quòd sit nisi in eo, cuius est: quidditas ergo est nexus, & habitudo inter quidditatẽ, & illud, cuius est quidditas: quia ipsa quidditas non habet esse nisi in eo, cuius est quidditas; & illud, cuius est quidditas, non habet sciri nisi per quidditatem: si ergo quidditas ponatur separata ab eo, cuius est quidditas, idem sequitur ex parte quidditatis, scilicet quòd non scietur: quia scire rem est scire aliquid intrinsecum rei, non aliquid separatum ab ea. Et hoc duplex inconueniens tetigit Philosophus, dicẽs: quòd si quidditates ponuntur separatæ, harũ quidem non erit scientia, hæc autem non erunt entia. Deinde cum dicit.

Prosequitur contra Platonem. (margin)

Res modo sciuntur. (margin)

Auer. positio. (margin)

Quare si nec bono esse bonum, nec quod enti ens, nec quod uni unum. Similiter autem omnia sunt, aut nullum quod quid erat esse. Quare si nec quod enti ens, nec aliorum nullum.

Ponit secundam rationem, dicẽs: quòd si quidditas boni est separata à bono, nec est idem quòd ipsum bonum; eodem modo quidditas entis est separata ab ente, nec est idem quòd ipsum ens; & eodẽ modo quidditas unius est separata ab uno, nec est idem quòd ipsum unum: eadem enim est, ratio de ipso uno, & de omnibus: omnia enim similiter se habent quantùm ad hoc: quia uel omnia sunt idem cum suo quod quid est, uel nullum est idem: si autem quidditas entis est separata ab ipso ente, nec est idem cum ipso; similiter nullũ aliquorum erit idem quòd sua quidditas. Est ergo ratio Philosophi in hoc, si quidditas boni est separata à bono, ut ponebãt Platonici, ergo quid ditas entis est separata ab ente; ergo quidditas cuiuslibet est separata à quolibet, quod est impossibile. Notandum est propter rationem Philosophi, quòd quælibet quidditas est aliqua entitas, unde sicut quidditas entis, eo modo quo habet quidditatem, uocatur entitas; ita quidditas cuiuslibet entis est aliqua entitas specialis: proportio ergò est inter ens & entitatem, inter hoc ens & hanc entitatem: ponere ergo quòd possit esse ens sine entitate coniuncta, est ponere quodlibet ens quòd possit esse ens sine sua entitate. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd si ens non est sua entitas, ergo nullum ens est sua entitas. Deinde cum dicit.

Secunda ratio contra Platonem. (margin)

Omnis quidditas ẽ entitas. (margin)

Amplius cui non inest bono esse, non bonum. Necesse est igitur uno & unum esse; benignum, & benigno esse; & bono, & bonum esse, quæcunque non secundum aliud dicuntur, sed primo & secundum se. Etenim hoc sufficiens, si extiterit, quamquam non sint species. Magis autem forsan & si sint species.

Ponit tertiam rationem. Et duo facit, quia primò ponit rationem dicẽs, sicut illud est bonũ, cui inest quidditas boni; ita illud est nõ bonũ, à quo est separata quidditas boni: si ergo bono nõ inest esse boni, ita quidditas boni, sequitur quòd bonum sit non bonum. Ex hoc concludit intentum principale, dicens; positis his rationibus necesse est, idem esse & unum benignum & esse benigno, idest quidditas benigni; & boni & esse bono, idest quidditas boni: & breuiter in omnibus idem est quod quid est, & cuius est, quęcunque non dicuntur secundùm aliud, sed sunt prima, & dicta secundùm se. Nec oportet ponere quidditatem separatam, sufficiens est enim quidditas existens in re: & si non ponantur species separatę, magis forsan sufficiens est quidditas, qua species. Notandum est, quòd substantiæ habent esse per suas quidditates secundùm opinionem Philosophi:

Tertia ratio contra Platonem. (margin)

Substantia habent esse p suas quidditates. (margin)

sophi: si autem ponerentur sine sua formalitate, essent, & non essent, sicut si poneretur album sine albedine, esset album, & non album. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd si quidditas boni esset separata à bono, esset bonum, & non bonũ. Notandum est secundò, quòd si ponerentur quidditates separatæ à rebus, cum quęlibet res habeat esse per suam quidditatem formaliter, quælibet res haberet esse formale per aliud, & non haberet esse formale secundùm se; cum ergo hoc sit impossibile, oportet ponere quòd cum quælibet res habeat esse secundùm se, quòd quidditas rei est in re, & idem est: quòd res. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd in omni re, quæcunque non habet esse secundùm aliud, sed secundùm se; idem est quid est, cum eo, cuius est. Notandum est tertiò, quòd Platonici ponebant quidditatem separatam propter scientiam; ac si quidditas existens in materia & in re, non esset sufficiens ad scietiam: hoc excludens Philosophus, dicit: quòd quidditates existentes in materia, sufficiẽtes sunt ad scientiam, & magis quàm species separatæ: cuius ratio potest esse, quia scire rem est scire naturam rei, & quidditatem eius; hoc autem non potest esse, nisi natura ponatur coniuncta cum re: si enim poneretur separata, scire ipsam nihil est scire esse rei: ponere ergo naturam in se, multùm facit ad scientiam habendam de re; ponere autem separatam nihil facit. Deinde cum dicit.

Quidditates separata nihil ad scientiam conferunt.

TEX. 21. *Simulque palàm, quia si sunt ideæ, quales quidã dicunt; non erit substantia subiectum. Has enim species esse est necesse non de subiecto. Erunt enim secundùm participationem.*

Ponit quartam rationem, dicens: quòd si ideæ sunt eo modo, quò ponebat Plato; subiectum, id est substantia sensibilis non erit substantia: cuius ratio est, quia has substantias, quas uocabat ideas; necesse est nõ dici de subiecto, idest de substantia sensibili; si enim dicerentur, essent substantię secundùm participationem. Hæc ergo ratio Philosophi est in hoc: substantiæ sensibiles non sunt substantię nisi per formas & quidditates; per formas autem non possunt esse quidditates, nisi formæ & quidditates sint in eis, & dicantur de eis: de eis dici nõ possunt, nec esse in eis, nisi sint entia per essentiam; ergo ipsæ formæ, cum nõ sint in sensibilibus, sensibilia non sunt. Deinde cum dicit.

Quarta ratio contra Platonem.

Ex his itaque rationibus patet; unum & idem, non secundùm accidens esse ipsum unumquodque, & quod quid erat esse. Et, quod scire unumquodque hoc rum est, quod quid erat esse scire. Quare secundùm expositionem necesse est, unum esse aliquod ambo.

Concludit suum propositum probatum, dicẽs: quòd manifestũ est ex his rationibus, quod quid erat esse est unum & idem; non secundùm accidens; sed per se, & per modum quid: manifestum est etiam, quòd scire unumquodque est scire suũ quod quid erat esse, quia secundùm istam expositionem necesse est ambo, scilicet quod quid erat esse, & cuius est, esse unum & idem; quia aliàs nõ haberetur scientia de re per suũ quod quid erat esse. Deinde cum dicit.

Infert conclusionem 1 tentam.

Secundùm accidens uerò dictum, ut musicum, aut album, propter dupliciter significare, non est uerum dicere, quia idem quod quid erat esse & ipsum. Etenim cui accidit album, & accidens. Quare est quidem ut idem, est autem ut non idem quod quid erat esse & ipsum. Nam homini, & albo homini nõ idem passioni, autem idem.

Postquam Philosophus manifestauit solutionẽ prædictam etiam in dictis secundum se; hic manifestat eam in dictis secundùm accidens, dicens sic: dictum est in dictis secundùm se: quæ autem dicuntur secundùm accidens, sicut musicum & album non est uerum dicere, ꝙ ipsum quod quid erat esse, & cuius est, sint unum & idem: & hoc est propter duplex significatum, & propter duplicem naturam ipsius quod quid erat eẽ, & eius, cuius est; quia aliam naturam dicit subiectum, cui accidit ipsum accidens, & aliam ipsum accidens sicut album, uel musicum possumus dicere, ꝙ ipsum subiectum, & ipsum quod quid erat esse accidentis quodam modo est idem, & quodam modo non idem; quia homo, & esse hominis albi non est idem, supple ad modum qđ quid est: idem est autem passioni; hoc est, est idem ad modum passionis & accidentis. Est ergo intẽtio Philosophi in tota ista litera, ꝙ in dictis secundũ se, prædicatum, quod est quoddam quid, est unũ cum subiecto per se in primo modo: & hoc est, quia non dicit aliam naturam prædicatũ a subiecto; licet fortè dicat sub alio modo: in prædicatis autem per accidens ipsum prædicatum, quod aliquo modo est quoddam quid, est aliquo modo idem cum subiecto, & aliquo mõ non idem: quia ad modũ passionis & accidentis est idẽ; nõ idẽ ꝑ modũ quid, & per se: & hoc est propter duplex significare prędicati, & subiecti, quia aliam intentionem dicit prædicatum, & subiectum: omne autem, quod est idem per modum quid, uel est intentio essentialis subiecti, uel est de intentione subiecti. Vnde Commentator: hoc subiectum, cui accidit albedo, est aliud ab albedine, & accidens secundùm quod potest prædicari de suo subiecto, quod est eius passio, est idem; secundùm autem quòd natura prædicati non est natura subiecti, non sunt idem: secundũ ergo quòd sunt passiones subiectorum idẽ sunt; secundùm autem quòd habent aliam & aliam naturam, non sunt idem. Notandum est autem, secundum Commentatorem: prædicata substantialia secundùm se, ideo sunt idem cum subiectis per modum quid, quia prędicantur nomine, & etiam diffinitione; prædicata autem accidentalia non sunt idem secundùm utrunque modum, quia prædicantur nomine tantùm. Imaginatur ergo Commentator, quòd prædicata substantialia denominant subiectum; & ideo prædicantur nomine; prædicata autem substantialia uel sunt diffi-

Verba Comment.

diffinitio ipsa subiecti, uel sunt de diffinitione subiecti; & ideo prædicantur diffinitione: prædicata autem accidentalia ita denominant subiectum, quòd nec sunt diffinitio subiecti, nec de diffinitione; quia intentio unius est extra intentionem alterius: quia ergo sic est, ideo prædicata essentialia sunt idem cum subiectis per modum quid, & simpliciter eadem. Et hoc est, quod dicit Arist. ꝙ in prædicatis secũdùm se idem est quid est, cum eo, cuius est: prædicata uerò accidẽtalia, quia prædicantur nomine, & non diffinitione, sunt eadem secundùm quid; quia nomine tantùm & per modum passionis; non tamen sunt eadem simpliciter, scilicet per modum diffinitionis & quidditatis. Deinde cum dicit.

Absurdum uerò apparebit, & si quis unicuique nomen imposuerit ipsorum quod quid erat esse. Erit enim & prater illud aliud ei & quod quid erat esse, ut equo ipsi quod quid erat esse equo alterum. Et quid prohibet nunc esse statim quod quid erat esse, si quidem substantia est quod quid erat esse?

Redit ad probãdũ cõclusionẽ prĩmã de quidditatibus separatis.

Postquam ostendit, quod quidditates in his, quæ secundùm se sunt, non sunt separatæ nec ab his, quorum sunt: ostendit quòd ponere contrarium, absurdum est, scilicet ponere quidditates separatas: & hoc ostendit per tres rationes. Secũda ibi [At uerò non solùm] Tertia ibi [Ampliùs si aliud erit.] Prima ratio talis est: ita dictum est supra, quòd non sunt quidditates separatæ, nec aliæ ab his, quorum sunt: ponere enim ꝙ sunt aliæ, uel separatæ, absurdum apparebit: si quis quidditati separatæ, & ipsi quod quid est imposuerit nomen: si enim ista quidditas separata habeat nomen, & cũ hoc erit aliud esse ei, quod erat quid; & aliud illius, cuius est: sicut alterum est esse ipsi equo, & illi, quod erat quid est equi; si sic ponatur, sequetur ꝙ quidditas habet aliud eẽ & aliud nomen ab eo, cuius est quidditas: quod non est uerum, quia nihil prohibet, immo necessariũ est quædam quod quid erat esse statim eadem esse cum eo, cuius sunt: & hoc dico esse necessarium, si ipsum quod quid erat esse, est substantia illorũ. Est ergo ratio Philosophi in hoc, statim apparebit absurdum, ꝙ quidditas rei habeat aliud nomen, & aliud eẽ ab eo, cuius est quidditas: cuius absurditatis ratio est, quia quod quid erat esse est substantia rei; substantia autem rei nõ potest esse alterius nominis, & alterius naturæ ab eo, cuius est substantia. Notandum est, ꝙ non est absurdum, ꝙ aliquo nomine nominetur quidditas, & illud, cuius est quidditas: ut ꝙ alio nomine dicatur animal rationale: & alio nomine dicatur homo: sed ꝙ cum alietate nominis iungatur alietas naturæ, hoc est impossibile: Et hoc est, quod dixit Philosophus, ꝙ si quis quidditati imposuerit nomen, & cum hoc alterum esse inerit quidditati, & ei, cuius est quidditas; sicut equo & quidditati equi, sequitur absurdum; quia sequetur, ꝙ substantia rei sit alia ab eo, cuius sit substantia. Notandum est, ꝙ Philosophus dixit, ꝙ nihil pro-

Substantia rei non põt esse alterius nominis & naturæ ab eo, cuius ẽ.

A hibet quædam quod quid erat, statim esse eadem cum eo, cuius sunt: dixit autem, quædam, præseruans se à quidditate accidentali; de qua dictum est supra: Et hoc est, quod subdit, ꝙ ipsum quod quid erat esse idem est, si fuerit substantia. Deinde cum dicit.

At uerò non solùm unum, sed est ratio eadem ipsorum, sicut palàm est ex dictis. Non enim secundũ accidens unum, quod uni esse, & unum.

Ponit secundam rationem, quæ talis est: quæ sunt unum secundùm rationem, & non solùm secundùm accidens, non possunt habere aliquam diuersitatem; tale uerò est quod quid erat esse, & illud, cuius est: Et de ista ratione nõ ponit nisi minorem, dicens: non solùm est unũ quod quid erat esse, & cuius est omni modo: sed quia ratio eorum est eadem, sicut manifestum est ex dictis, unum enim & esse unius quidditatiuum nõ sunt unum secundùm accidens, sed quia ratio eorum eadem est. *Scd*a *ratio.*

B

Quæreret aliquis, Vtrum sit uerum, quod dictum est, scilicet quòd illa, quorum ratio est eadem, non possunt esse diuersa? Videtur ꝙ non: quia duo indiuidua conueniunt in una ratione specifica, & tamẽ diuersa sunt adinuicem; & duæ species conueniunt in una ratione generis, & tamen differunt ad inuicem. Respond. dicendum est, quòd esse idem in ratione, potest esse duobus modis: uno modo quia aliqua duo conueniunt in una ratione tertia; sicut duo indiuidua in ratione speciei, & duæ species in ratione generis: & talis unitas communis compatitur secum diuersitatem realem, de qua diuersitate loquitur hic: secũdo modo quia aliqua dicuntur unum ratione, nõ quia conueniant in una ratione tertia; sed quia unum est ratio alterius; & isto modo quod quid est, idẽ est & unum in ratione cum eo, cuius est: & talis unitas rationis non admittit diuersitatem, quia non sunt duę res; sed una est res, & reliquum est ratio rei. Et hoc est, quod dixit Philosoph. quòd ipsum quod quid est, & illud, cuius est, sunt unũ in ratione; supple, quia unum est ratio alterius. Ad argumentum patet responsio: æquè accipitur unitas rationis hic & ibi. *Quæstio.* *Esse idem in ratione, dupliciter.* *Ad argum.*

C

Ampliùs si aliud erit, in infinitum sunt, hoc quidem quòd quid erat esse uni, illud uerò unum. Quare & in illis erit eadem ratio. Quod quidem igitur in primis & secundùm se dictis, unicuique esse, & unũ quodque idem & unum, palàm.

D

Ponit tertiam rationem, dicens: quòd si aliud erit quidditas ab eo, cuius est quidditas; erit abire in infinitum: hæc enim erit quidditas unius, aliud erit, cuius est quidditas: & quia in illa quidditate eadem ratio erit, scilicet quòd habebit aliam quidditatem; & sic erit abire in infinitum; & cum hoc sit impossibile, manifestum est, quòd in primis, & secundùm se dictis, unumquodque idẽ & unum est cum suo esse quidditatiuo. Notandum est, quòd ex ista ratione elicere possumus duo impossibilia, quæ sequuntur ad positionem *Tertia ratio.*

quòd

quòd alterum sit quidditas,& cuius est: & primũ est,quòd quidditas non erit quidditas:secundum est,quòd in quidditatibus erit abire in infinitũ. Primnm imposbile patet sic: omnes res habent quidditatem,& omne subsistens; quia omne, qđ est, per quidditatem est; si ergo quidditas rei ponatur alia res ab eo,cuius est; oportet quòd habeat quidditatem,quòd propter hoc ipsa quidditas habeat quidditatem: secundùm enim Philosophum,quidditas non est res,sed est ratio rei;sicut ergo per se ipsius non est ratio,ita nec quidditatis quidditas, secundùm antem positionem istorum quidditas est quædam res, & non solùm ratio: & ita oportet quòd habeat quidditatem: Secundum imposibile patet,quia si quidditas habet quidditatem,aut hæc quidditas est idem cum sua quidditate,aut diuersum:si idem, æqua ratione in primo, & sic qđ quid erat esse idē erit cum eo, cuius est:si autem aliud, quæretur de illo, & sic erit abire in infinitũ; aut erit status in primo: cum ergo processus in infinitum sit imposibilis, sicut patet in Secundo huius,ubi probatur,quòd non est procedere in infinitum in causis formalibus,quidditas autem est quid formale,ergo &c. Deinde cum dicit.

Omne quod è,est p quid ditatem.

Quidditas nō è res,sed rõ rei.

Tex. 6. & inde.

Sophistici autem elenchi ad opinionem hanc palàm, quòd eadem resoluuntur solutione & si idem Socrates, et Socratem esse. Nihil enim differt,neque ex quibus interrogabit utiq; aliquis, nec ex quibus soluens fuerit. Quomodo quidem igitur quod quid erat esse idem, & quomodo non idem unicuique, dictum est.

Postquã posuit solutionem qõnis,ex hac solutione soluit quoddã argumentũ sophisticum & elenchum, qui fiebat in ista materia, dicens: sophystici elenchi, qui fiunt ad hanc positionem, manifestum est, quòd soluuntur eadem solutione,qua soluitur prædicta quæstio.

Excludit sophisticas cauillationes.

Querebat enim sophisticè: si idem est Sors,& Sortis eēe? idest quod quid est Sortis? si diceretur quòd idem,arguebat:sors habet quidditatem, ergo quidditas habet quidditatem:cuius solutio aparet ex præcedentibus,quia quidditatis non est quid ditas. Ea autem,quæ dicta sunt interrogãdo & disputando, possunt applicari ad solutionem istius sophistici elenchi: quia illa,ex quibus aliquis interrogabit, eadem sunt cum illis, ex quibus fuit solutio: quasi d. illa eadem,quæ fuerunt principia in interrogatione & disputatione, possunt esse principia ad soluendum sophisticũ elenchum: cõcludit ergo,diceus: qũo quod quid erat eē,est idem unicuique,& quomodo nõ idem, dictum est. Notandnm est,quòd iste sophisticus elēchus potest fieri multis modis: uno modo(sicut dictum est)si idem est Sors,& quidditas eius; sed Sors habet quidditatem, ergo sua quidditas habet quidditatem,& sic est abire in infinitum:apparentia autem huius elenchi est, quòd quando duo sunt eadem,quidquid conuenit uni, conuenit alteri:si ergo sors,& sua quidditas sunt idem;

Sophisticus elēchus multipliciter.

E si Sorti conuenit quidditas,ergo quidditati conuenit quidditas: nõ existentia autem,siue falsitas huius elenchi ex præcedentibus est manifesta, quia quidditas Sortis & Sortes sunt idē, sicut ratio & res,& non sicut res & res:non sequitur autem,quòd si res habeat rationem, quòd propter hoc habeat aliam rationem:sicut non sequitur,ꝗ si albedo & album sunt idem,sicut res alba, & ratio albedinis; quòd si res alba habet albedinem, quòd propter hoc albedo habet albedinē:in omni ergo modo unitatis & idemptitatis non sequitur,quod quidquid conuenit uni, conueniat alteri. Alio modo potest fieri elenchus sic: querebat enim sophisticè, Vtrum homo sit unum cum sua quidditate? & si dicatur,& respõdeatur, qnòd sit

F unum cum suo quod quid est, cum ipsum quod quid est prædicetur de eo,cuius est;sicut cum dicitur,homo est rationalis,& omnis prædicatio dicat dinersitatem aliquam subiecti,& prædicati:sequetur qnòd erit unum,& non unum: cuius solutio apparet,quia sunt unum in re, differentia tamen in modo:illud enim quòd dicit homo, non explicando principia, sed quasi implicitè; illud idē dicit animal rationale,explicando principia.

Omnis prædicatio dicit diuersitatē prædicati et subiecti.

Quæreret quis, Vtrum idem sit quod quid est cum eo,cuius est:si illud,cuius est, sit indiuiduũ; puta si idem est Sors, & animal rationale? Videtur quòd non;quia animal rationale potest reperiri extra sortem. Sors autem non potest reperiri extra seipsum. Ad oppositum est Commentator:

Quæstio.

G qui dicit, quod Sors nihil aliud est nisi animalitas & rationalitas, quæ sunt quidditates eius. Respondeo duplici uia possumus uenari, quòd non omnino sunt idem Sors,& animal rationale, suũ indiuidunm, & suum quod quid est. Prima uia est,quando duo omnino sunt idem, quidquid cõcernit unum,concernit & reliquum: si enim aliquid esset de intellectu unius, quod non esset de intellectu alterins,oporteret qđ aliqua diuersitas eēt inter illa;quia si omnino essent idem; imposibile esset aliquid concerni ab uno,quod non concerneretur ab alio:si ergo hęc sunt uera, indiuiduũ, sicut Sors,& quod quid est, nõ omnino sunt nnum & idem; quia indiuiduum concernit principia indiuiduantia, quę uon concernunt ipsum

Prima uia.

H quod quid est: ut potè animal rationale mortale non magis concernit indiuiduationem Sortis, quàm Petri;& quia principia indiuiduantia accidunt ipsi essentiæ, ideo ipsum indiuiduũ aliquid per accidens concernit, quod non cõcernit essentia; accidens dico ita accidit essentiæ & quidditati,quòd non accidit indiuiduo: si enim purè ipsũ indiuiduum concerneret essentiã,& non aliquid aliud,idē enim esset indiuiduum & essentia: sed quia concernit essentiam, & aliquid aliud accidens essentiæ,sicut principia indiuiduantia: ideo non est omnino idem. Possumus tamen dicere; quòd hoc non est contra doctrinam Arist. quia in ipsis,quæ sunt per accidens, non est idem ipsum quod quid est cum eo, cuius est; sic intelligendo uerbum

Principia indiuiduantia accidūt essentiæ.

uerbum Philosophi; in his, quæ sunt per accidẽs, hoc est, in his, quæ concernunt aliquod accidens præter essentiam & præter quidditatem, non est idem quod quid est, & cuius est; quæ quidẽ iden titas impeditur pp illud p accidẽs, qđ cõcernit.

Secũda uia. Secunda uia est ad hoc declarandum ex uerbis Commentatoris: qui uidetur dicere, quòd quod quid est, & illud, cuius est, sicut indiuiduum; sunt unum in actu, & duo in potentia: quæ autem sic se habent, quòd sunt unum in actu, & duo in potentia; non sunt omnino idem. *Auer. opin. & eius explicatio.* Explicetur uerbũ Commentatoris: quòd quidem uerbũ potest duobus modis intelligi: uno modo sic, quòd sunt unũ in actu; quia illam actualitatem & essentiam, quã dicit animal rationale, dicit Sors: quia (ut ostensum est in Quinto) *Tota essentia uniuersalis saluatur in parti culari.* tota essentia & natura uniuersalis saluatur tota in quolibet particulari: tota ergo essentia animalis rationalis est in Sorte; & sic sunt unum in actu; quia dicũt unũ actũ essentiæ; tñ sunt duo in potentia, hoc est, sunt duo p p potẽtiam ipsius quod quid est: de natura. n. ipsius qđ quid est, puta animalis rationalis, est, quòd possit esse extra Sortem, & extra hoc indiuiduum, & illud; quę quidem potentia non saluatur in hoc indiuiduo, uel in illo. Dicemus ergo, quòd ipsum quod quid est, & illud, cuius est; si accipiatur, cuius est, pro indiuiduo, dicunt unum actum essentię; cum hæc essentia, ut est in ipso quod quid est, non concernat hoc, uel illud: & ita non repugnat sibi, quòd possit esse extra illud, uel illud: hæc eadem ratio, quam nos uocamus actũ, ut est in indiuiduo, concernit hæc indiuiduantia principia, uel illa; propter quam concernentiam sibi repugnat, quòd non possit esse extra hoc, uel illud, scilicet Sortem, uel Petrum: natura uerò actus in utroque eadem est; sed natura potentiæ diuersa, & ideo non sunt omnino idẽ. Secundus modus intelligendi uerbum Commentatoris est, scilicet quòd sint unum in actu, & duo in potentia, hoc est, quòd ipsum indiuiduum aliquid possibile cõcernit, quod non concernit quòd quid est: in uia enim præcedenti quod quid est concernebat aliquam potentiam, quam non concernebat indiuiduum; hic autem ẽ conuersò, indiuiduum concernit aliquid possibile, quod non concernit ipsum quod quid est. Et secundùm hunc modum similiter imaginabimur, quòd ipsum indiuiduum est quid compositum ex actuali, & potentiali: uoco autem actuale, ipsam essentiam, & ipsum quod quid est: inter ipsum ergo quod quid est, & illud, cuius est; non potest esse differentia pœnes actũ essentiæ; quia unam essentiam dicit utrunque: ergo oportet, quòd sit pœnes potentiale; quia indiuiduum componitur ex actu, & potentia; quod non est in essentia speciei: uoco autem hic potentiale illud, quod est materiale respectu essentię: ita quòd componi ex potentia & actu, est componi ex materiali & formali. Et sic accipiendo potentiam & actum pœnes secundùm modum exponendi, incidit hęc secunda uia in idem cum prima; quia illa ponebat, quòd indiuiduum concernit aliquid materiale; & ista ponit, quòd concernit aliquid potentiale: pro eodem autem accipitur potentiale & materiale, ut dictum est. Ad argumentum patet solutio: *Ad argum.* quia idem Commentator non uult, quòd sint omnino idem: sed quòd sint unum in actu, & duo in potentia.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum quod quid est sit idẽ cum eo, cuius est, si illud, cuius est, sit species, puta homo: an scilicet animal rationale sit idem cũ eo? Respondeo, dicendum est quòd sic; ad cuius euidentiam notandum est, quòd Sors, homo, & animal rationale, sic se habent, quòd Sors aliquid includit, quod non includit homo, uel animal rationale: includit enim principia indiuiduantia huius hominis, quæ principia non includit animal rationale, uel homo: si enim includeret in suo intellectu homo, uel animal rationale principia huius tantùm, impossibile esset reperire hominem uel animal rationale extra hoc; & quia ita est (ut ostensum est in præcedenti Quæstione) ergo ipsum quod quid est non potest esse simpliciter idẽ cum ipso indiuiduo: *Quod quid est, non est simpliciter idem cũ indiuiduo.* quia aliquid concernitur ab uno, quod non concernitur ab alio. Sic autem nõ est de ipso quod quid est, respectu speciei: tantũ enim concernit ipsum quod quid est, quantùm & ipsa species; & econuersò: quia ergo sic est, quòd ipsa species, ut puta homo, in sui intellectu eadẽ cõcernit, quæ concernit ipsum quod quid est, scilicet animal rationale; oportet dicere, quòd eadẽ sint. *Spẽs, & qđ quid est, idẽ sunt.* Dicemus ergo, ꝙ ipsum quod quid est propriè nõ est indiuidui; eo autẽ modo quo est eius, non est omnino idem cum illo, ut ostensum est in præcedenti Quæstione: propriè autem est ipsius speciei, ut autem est eius, est idem cum illo, quia nihil concernit ipsa species, quod non concernat ipsum quod quid est: nihil enim concernit homo, quod non concernat animal rationale.

Quæstio. Consequenter quęreret aliquis, Vtrum supposito quòd quod quid est, sit idem, quòd ipsa species, de qua prædicatur, uel cuius est; utrum quidditas sit idem, quòd ipsa species? Videtur quòd non: quia illud, quod idem est cum aliquo, potest prædicari de ipso; sed quidditas non potest prædicari de specie; ergo non est idem cum ea: quòd autem non prædicetur, patet; quia non est benè dictum, quòd homo est humanitas. Respondeo dicendum est, quòd ipsum quod quid est non est omnino idem, ꝙ ipsa quidditas: uidemus enim quòd ipsum quod quid est, prædicatur de specie, sicut animal rationale de homine; & tamen quidditas, scilicet animalitas, rationalitas, siue ipsa humanitas de homine non prędicatur; ergo nõ sunt idem p omnẽ modum; & quia non sunt idem omnino, ideo habito quòd ipsum quod quid est, sit idem cum eo, cuius est; nõ propter hoc sequitur, quòd ipsa quidditas sit eadem cum eo, cuius est. Duo ergo sunt uidenda: primò differentia inter quod quid est, & quidditatem: secundò ex hoc ostendere quomodo quidditas est idem cum eo, cuius

cuius est,& quomodo non. Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ sicut nos imaginamur genus & principium generis, speciem & principiũ speciei, differentiam & principium differentiæ; ita imaginari debemus quod quid est,& principium ipsius quod quid est: dicimus animal esse genus; non autem dicimus animalitatẽ esse genus; sed est principium formale generis animalitas: est enim formalitas, à qua animal est animal: animalitas solùm concernit principium formale generis; animal autem eandem formalitatem concernit; sed cum hoc dat intelligere aliquid materiale; nam animal idem est quòd habens animalitatem. Verum istud materiale, quòd dat intelligere, nõ est hoc indiuiduum, uel illud: aliàs ipsum genus ita concerneret principia indiuiduantia, sicut ipsum indiuiduum: quod falsum est:& sicut dictum est, quòd principium generis non est genus; ita nec principium speciei est species: humanitas enim est principium formale hominis, sed tamen non est species: cuius ratio est, quia Sors includit principia indiuiduantia, humanitas autem & principium formale excludit illa, quia solùm dicit formalitatem speciei: homo autem nec includit hæc principia, nec excludit: cum ergo humanitas excludat: homo autem de se nõ excludat: homo.n.idem est quòd habens humanitatem, aliquam concernentiam habet homo maiorem, quàm habeat humanitas; & per cõsequens non sunt omnino idem. Et sicut dictum est; quòd principium speciei non est species; ita dicendum est, quòd principium formale differentiæ non est differentia: rationale enim differentia est; rõnalitas autem ita est principium formale differentiæ; quòd non est differentia. Et sicut dictum est, quòd principium formale generis, speciei,& differentiæ differt à genere, specie, & differentia, sicut principium à principiato: ita dicendum est in proposito, quòd ipsa quidditas est principium ipsius quod quid est; quod quid est autẽ est quoddam principiatum ab isto principio formali: sicut enim imaginamur ex parte speciei, cuius est ipsum quod quid est; aliquam formalitatẽ: sicut ipsam humanitatem;& aliquid cuius est formalitas, puta hominem; ita quòd homo est quasi quid cõpositum ex isto formali,& ex aliquo materiali; quod concernitur, uel ad minùs non excluditur: ita imaginabimur ex parte ipsius qđ quid est, quod est ipsius speciei; aliquam formalitatẽ; & hanc uocabimus quidditatem,& aliquid sumptum ab ista formalitate; eo modo quo dicimus, ꝙ animalitas rationalis quidditas est hominis; animal autem rationale quod quid est hominis; quod est sumptum à quidditate: ut sicut ens est sumptum ab entitate quadam; ita quid à quidditate: patet ergo primum declarandum. Ex isto etiã patet secũdum quomodo est, scilicet idem quid ditas & species,& quomodo non: ad cuius euidẽtiã notãdũ est, quòd Cõm. dicit, ꝙ humanitas est quædã quidditas & est idẽ ꝙ homo: si homo accipiatur pro forma: non est ãt idẽ si accipiatur pro composito ex materia & forma: explanemus hoc dictum Commẽtatoris: ad cuius explanationem notandum est, quòd quãdo duo sunt eadem omnino (ut dictum est superiùs) oportet quòd quid quid est de concernentia unius, sit de concernentia alterius: cum ergo quidditas concernat formalitatem rei, puta humanitatem, species autem, sicut homo concernat eandem formalitatem; & cum hoc dat intelligere aliquod materiale, sicut habentem humanitatem; istud materiale, quod datur intelligi ab ipsa specie, ut ab homine; impedit quòd homo & humanitas non sunt unum & idem: si enim essent omnino idem, homo non daret intelligere illud materiale, sicut nec humanitas: si ergo homo daret intelligere formalitatem solam, idem esset homo & humanitas; sed quia dat intelligere formale,& materiale; humanitas autem solùm formale; ideo humanitas nõ est homo. Hoc est ergo, quod dixit Commentator, ꝙ idem est humanitas & homo: si modo teneatur pro forma, idest pro formalitate rei: si autem accipiatur homo pro composito ex materia & forma, idest secundùm quòd dat intelligere materiale cum formali, diuersa sunt. Sicut dixi de homine respectu humanitatis; ita dico de quod quid est respectu quidditatis: sicut enim humanitas,& homo differunt propter materiale, intellectum in homine;& propter illud, quod est per accidens ipsi formali; ita quod quid est,& quidditas differunt propter aliquid materiale, uel per accidens, cointellectum in ipso quod quid est, quod non intelligitur in quidditate. Et à simili, quando quæritur, utrum quidditas sit idem cum eo, cuius est quidditas; dicendum est, quòd cum quidditas dicat formalitatem rei, si illud, cuius est quidditas, sit pura forma; ita quòd nullum materiale, uel per accidens concernatur in eo; certum est, ꝙ sunt idem: & hoc solùm est uerum in primo, qui est forma pura: ita quòd eadem formalitas, quæ concernitur in eo, cuius est; concernitur in quidditate: nec plus concernitur in uno, quàm in alio: (si tamen primum habet quidditatem) si uerò aliquid materiale, uel per accidens ipsi formæ datur intelligi ab eo, cuius est quidditas, quod non datur intelligi à quidditate; quia ipsa non dat intelligere nisi puram formam; tunc quidditas nõ est idem cum eo, cuius est quidditas: sicut non est idẽ humanitas & homo. Possumus tamen dicere per aliam uiam, quòd humanitas & homo, quidditas & cuius est quidditas, sunt unũ in actu,& duo in potentia: unum quidẽ in actu, quia eũdem actum essendi dicit quidditas, & cuius est quidditas: humanitas.n.dicit essentiam hominis, & homo dicit eandẽ, & non aliam essentiã; & ita dicunt unũ in actu: & ideo sunt unum in actu, hoc est sunt unum per eundem actum significatum ab utroque; tamen sunt duo in potẽtia, hoc est, sunt duo propter potẽtiam,& materiam, quæ significatur per unum, ita ꝙ non per aliud: & iõ si contingat, nihil

Marginalia (left): Discrimen inter quidditatem, & qđ quid est. — Quidditas principium ipsius quod quid est. — Quòd quid est, ipsius speciei. — Doctrina Commenta.

Marginalia (right): Quidditas an idem cũ eo, cuius est quidditas. — Quidditas puram formam denotat.

Marginal letters: E, F, G, H

nihil possibile materiale significari ab aliquo isto rum, sed solùm puram formam, tunc non differt quidditas, & cuius est quidditas. Et secundú hæc uerba possumus exponere totum textum Philoso phi in hac lectione: dicit. n. ꝙ in his, quæ sunt per se, idem est quidditas cum eo, cuius est quiddi- tas: potest ergo sic intelligi, ꝙ in his, quæ sunt p se; hoc est, quando illud, cuius est quidditas, non dicit nisi perseitatem & formalitatem rei, tunc idem sunt: cum. n. quidditas dicat perseitatem & formalitatem rei; oportet ꝙ si debet esse idem cú eo, cuius est quidditas; ꝙ illud, cuius est, non di- cat nisi illam perseitatem, & non plus: si ãt dicat illam, & aliquid plus (quod plus uoco per acci- dens) tunc non sunt idem. Et hoc est, quod etiam dixit Philoso. ꝙ in his, quæ sunt per accidens, hoc est in his, quæ dant intelligere aliquid materiale, & accidentale quidditati, non est idem qđ quid est, & cuius est. Aduertendum tamen, ꝙ quando dictum est, ꝙ materia & potentia impedit iden- titatem inter quidditatem, & ꝙ quid est, siue il- lius, cuius est; accipio hic materiale & potentiale omne illud, quod est extra principalem & essen- tialem intellectum rei, & pro omni eo, quod ac- cidit formalitati rei: siue hoc sit subiectum, siue materia indiuiduans, siue quodcunq; aliud, quod cunq; sit illud: nec pp hoc ego intendo exclude- re materiam omnino à quidditate, & formalitate rei. Ad argumentú patet sólóquia idemptitas rei non sufficit ad prædicationem: unde licèt quiddi tas, & quid dicant idem in actu, & eo modo quo dictum est: tamen pp diuersum modum signifi- candi impeditur prædicatio: quidditas. n. signifi- cat rem suam per modum partis, quia solam for- malitatem dicit: illud autem, cuius est quidditas, dicit rem suam per modum totius; quia dicit il- lam eandem formalitatem, & cum hoc dat intel ligere aliquid aliud (ut iam dictum est) quod uo- camus per accidens: & ideo sicut pars non prædi- catur de toto, ita nec quidditas de eo, cuius est quidditas in his, quæ dant intelligere aliquid per accidens.

Ad argumentum.

Quidditas quo significat rem suá

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum in prædicatis per acci- dens quidditas cum eo, cuius est, sit idem? Resp. ꝙ in talibus prædicatis possumus dicere, ꝙ ali- quo modo est idem ipsa quidditas cum eo, cuius est; aliquo uerò mõ non; quod si uolumus intelli- gere, explanemus illud uerbum, quod posuit Phi loso. in litera. s. ꝙ in talibus quidditas est idem passioni, non autem subiecto per alium modú, quàm dictum sit superiùs; quo explanato, patebit propositum. Ad huius ergo dicti euidentiam no tandum est, ꝙ quidditas rei uocatur formalitas, & essentia eius; breuiter in omni re sua perseitas, & suus principalis intellectus est sua quidditas, & sua essentia; in accidentibus ergo sicut album, uel musicum, sua quidditas est albedo, uel musi- ca; quia totus intellectus principalis albi est albe do, & musici musica; quærere ergo, utrum albus differat à sua quidditate, uel sit idem; est quære-

Quidditas rei quid.

A re, utrum albus idem sit quod albedo, & musicus quod musica? Ad hoc autem respondet Philoso. ꝙ est idem passioni, tamen non est idem subie- cto. q. d. albedo dicit puram formalitatem; si er- go debeat esse idem ꝙ album, non est idem nisi secundùm ꝙ album dat intelligere solam passio nem. q. d. si album diceret puram passionem, nõ differrent album, & sua quidditas; sed quia albú dat intelligere subiectum, ideo differunt. Et hoc est, ꝙ dixit Philoso. ꝙ quidditas non est idem su biecto, hoc est idemptitas quidditatis, & eius, cu ius est, prohibetur pp subiectum; itaq; in hoc qđ dico, non est idem subiecto, subiectum tenetur causaliter. Et hoc est, quod dicit in eadem litera, ꝙ prohibetur pp dupliciter significare; quia ens

Quidditas é idé passio n no auté subiecto.

B prædicatum per accidens, quodam modo dat in- telligere duo, & sua formalitas solùm unum; iõ prohibetur idemptitas unius & alterius, propter duplex significare ipsorum.

Quæreret quis. Vtrũ quidditatis sit quidditas? Videtur ꝙ non, quia quidditas est terminus co- gnitionis; ibi autem. s. ad terminum cognitionis stat ultima resolutio cognitionis; si ergo quiddi- tas est terminus cognitionis, ampliùs non resolui tur in illam quidditatem; si autem quidditatis es set quidditas, una resolueretur in aliam. Ad oppo situm quidditas hominis resoluitur ad quiddita- tem animalis, & omnis quidditas speciei ad quid ditatẽ generis; ergo quidditatis potest esse quid- ditas. Respon. duo sunt hic uidenda: primò sunt

Quæstio.

C declarandę tres rationes, quas adducimus ad pro bandum, ꝙ quidditatis non sit quidditas: secun- dò uidendum est, utrum aliquo modo possit con cedi ꝙ quidditatis sit quidditas?

Primus articulus.

Ad euidétiá primi sciendú est, ꝙ illa lra, quæ sic incipit [Absurdú ãt apparebit] potest aliter legi, quàm prius: ita quòd sic diuidatur contra præce- dentia: quia primò ostendit, ꝙ ipsum quòd quid est, in his, quæ sunt per se, idem est cum eo, cu- ius est: hic autem ostendit, ꝙ quidditatis non est quidditas; & hoc per tres rationes, quas possu- mus declarare. Prima ratio est ista, ꝙ absurdum apparebit, si quia imponat nomen ipsi quiddita- ti; ita quòd istud nomen possit declarari per aliã quidditatem: sequetur enim quòd id, cuius est

Prima rõ.

D quidditas, habebit quidditatem; & etiam ipsa quidditas habebit quidditatem, & hæc quiddi- tas aliam quidditatem. Et hoc est, quod subdit Philosophus: quòd si ista positio ponatur, alte- rum erit quod quid erat esse, quod assignabitur quidditati equi. Est ergo ratio Philosophi in hoc, quòd si quidditas habeat nomen, & habeat quidditatem, sequetur quòd alterum erit quod quid erat esse ipsius, cuius est quidditas, & alte- rum ipsius quidditatis: & hoc habet Philosophus pro inconuenienti. Ad cuius euidentiam di- ligenter notandum est, quòd cum quidditas rei sit natura rei; sicut bona consequentia est; hæc sunt diuersa in natura, ergo sunt diuersa sim- pliciter: ita bona conuenientia uidetur, horum

Quæ sũt diuersa natura, sunt diuersa simpliciter.

est diuersa quidditas, ergo sunt diuersa simpliciter: si ergo res, & sua quidditas habent diuersas quidditates simpliciter, sequitur quòd ꝙ sint diuersa simpliciter, quod est impossibile: quia cum quidditas rei sit essentia rei, sicut res nõ est diuersa à sua essentia, ita non est diuersa à sua quidditate. Stat ergo imaginatio Philosophi sup hoc; ꝙ sicut essentia est ratio entis, ita quidditas est rõ ipsius quid: & sicut entis est essentia, tamẽ essentiæ nõ est essentia; ita ipsius quid, est quidditas, tñ quidditatis non est quidditas. Declarata ẽ ergo rõ Philoso. prima, & lr̃a sua; declaretur rõ secunda, quæ incipit in illa litera [& quid prohibet nunc esse quædam statim] Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ secundùm mentem Philosophi hæc videtur dĩa inter quidditates substantiales, & quidditates accidentium; quia quidditas accidentis est resolubilis ad aliam quidditatem. s. ad quidditatem substantiæ: dictum. n. est supra, ꝙ ipsum accidens dicit ens additum enti, & quidditatem additam quidditati; quidditas ãt sub̃arum si esset resolubilis ad aliud ens, substantia non esset primum ens: licèt ergo in accidentibus, & in ente, quod est per accidens possit dici, ꝙ quidditatis sit quidditas, quia quidditas accidentis resolubilis est ad quidditatem substantiæ: tñ hoc non potest dici uniuersaliter, quia quidditas substantiæ irresolubilis. Est ergo intẽtio Philoso. in hoc, ꝙ uniuersaliter nõ est uerũ, ꝙ quidditatis sit quidditas; quia quædam quidditates statim sic sunt in seipsis; nec resoluuntur ad alias, sicut sunt quidditates substãtiarum: & hoc est, quia ista quidditas, & illud, cuius est quidditas, non sunt unum sicut accidens in subiecto cum subiecto, sed sunt unũ oĩno. Et hoc est, quod dicit lr̃a Philoso. nihil prohibet quædam quod quid erat esse, statim subsistere in seipsis, & non resolui: & hoc dico, si illud quod quid erat esse, substãtia ẽ; in talibus. n. quod quid est, & cuius est (ut manifestum est ex sæpe dictis) sunt unum secundùm rem, & non secundùm accidens: sicut unum & uni esse est unum secundùm rõnem, & non secundùm accidens. q. d. si illa quidditas sit unum per modum accidentis cum eo, cuius est; sicut accidens resoluitur ad subiectum, & quidditas accidentis ad quidditatem subiecti: sed quia ista quidditas est eadem cũ eo, cuius est, secundùm rõnem, dẽmus dicere, ꝙ res, cuius est quidditas ista, resoluitur ad hanc rõnẽ, quæ dr̃ quidditas: sicut rõnis non est ratio per se, aliàs esset abire in infinitum; ita istius quidditatis nõ est alia quidditas: declarata est ergo secunda ratio Philosophi & litera sua. Tertia ratio est ibi, [Ampliùs si aliud erit, in infinitum] quæ quidem rõ stat in hoc: si quidditatis est quidditas est abire in infinitum in quidditatibus: hoc est impossibile, ergo & primum. Ad cuius euidentiã est notandum, ꝙ qñ aliquid cõuenit alicui simpliciter, & sine reduplicatione, non oportet ꝙ omni conueniat: si ãt aliquod prædicatum conuenit alicui simpliciter & cum reduplicatione, oportet ꝙ oĩ

Secunda rõ · *Differẽtia inter quidditates substantiæ, & quidditates accidentiũ.* · *Tertia rõ Philosophi.* · *Regula.*

E tali conueniat: ut si triangulus hẽt tres inquantũ triangulus, ergo oĩs triangulus habet tres: si ergo quidditas hẽt quidditatem, non ꝑ hoc sequitur, ꝙ omnis quidditas hẽat quidditatem: si tñ quidditas hr̃et quidditatem inquãtùm quidditas, sequeretur ꝙ oĩs quidditas hr̃et quidditatem: nõ ergo .v dicere Philoso. ꝙ illud, ꝙ est quidditas, possit hr̃e quidditatem: uidemus. n. ꝙ humanitas resoluitur ad aĩalitatem: similiter vĩ Philosop. dicere, ꝙ quidditas inquantùm quidditas non hẽt quidditatem: si. n. quidditas inquantũ quidditas haberet quidditatem, tunc oĩs quidditas hẽret quidditatem, & sic esset procedere in infinitum. Est ergo imaginatio Philoso. in hoc (ut vr̃) ꝙ si contingat aliquam quidditatem hẽre quidditatem, hoc non F est inquantũ quidditas, sed per aliquid additum; puta humanitas si hẽt quidditatẽ, hoc non est inquantũ quidditas, sed inquantũ quidditas cõposita: sic ergo consequentia ultima Philosoph. s. abire in infinitum, non tenet nisi in dicendo, ꝙ quidditas inquantùm quidditas habeat quidditatem: sic ergo patet primus articulus quæstionis.

Secundus artic. est, qũo quidditas aliquo mõ põt hẽre quidditatem. Ad cuius euidentiã est notandum, ꝙ duobus modis possumus uenari, ꝙ aliqualiter quidditatis est quidditas: & primo mõ si pensemus duas ultimas rões prædictas: prima. n. rõ probauit, ꝙ quidditas substantiæ inquantũ talis, non est resolubilis ad aliquam quidditatẽ; quia si sic, substantia non esset primum ens; sed quidditas accidentis resolubilis est ad aliã quidditatẽ: & G sic aliquo mõ quidditatis est quidditas, ut in accidentibus; & aliquo mõ non, ut in substãtiis. Hoc idem patet per secundã rõnem: possumus. n. dicere, si pensemus secundã rõem, ꝙ rõe materiæ aliqua quidditas põt hr̃e quidditatem, rõne aũt formæ non: quod. n. conuenit rõne materiæ alicui, non oportet ꝙ cõueniat oĩ: ꝙ ãt conuenit alicui rõne formæ, omni cõuenit. Imaginabimur ergo, ꝙ in qualibet quidditate duo sunt. s. quidditas, & hanc uoco formam; & quidditas in tali natura, puta composita, uel simplici; & hanc uoco materiã; rõne ergo materiæ põt sibi conuenire, ꝙ habeat quidditatem; si. n. quidditas sit in natura composita, hẽbit simplicem quidditatem, ad quam resoluitur: non. n. conuenit sibi rõne formæ; si. n. quid- H ditati compositæ conueniret hr̃e quidditatem, inquantùm quidditas; tunc conueniret omni quidditati: aliquo ergo mõ quidditas hẽt quidditatẽ, s. rõne materiæ, aliquo mõ non. s. rõne formæ: & iste est unus modus saluandi. Alius modus ẽ hoc ostendendi, ꝙ quidditatis non est quidditas completa; ita ꝙ quidditas non est resolubilis ad quidditatem completam; potest tamẽ quidditatis esse quidditas incompleta. Notandum est, ꝙ quidditas nõ est propriè nisi speciei specialissimæ: quidditas enim propriè est sub esse distincto speciei, & specificato: cum ergo esse diminutum & specificatum nõ sit nisi in spẽ specialissima, sola spẽs spãlissima hẽt quidditatẽ secũdũ esse cõpletũ: sub esse

Secundus articulus. · *Regula.* · *Quidditas cuius ẽ propriè.*

esse autem in completo, & diminuto potest esse aliqua quidditas generis; quia ergo ita est, quòd quidditas completa solùm est speciei: sicut una species non est resolubilis ad aliam, ita una quidditas completa ad aliam quidditatem completã; & per hanc modum, quidditatis non est quidditas: & contra hunc modum fuit articulus Philosophi supra tactus; si enim aliqua duo habent diuersas quidditates completas, oportet quòd sint diuersa inter se. Alio modo potest intelligi, quòd quidditatis completæ sit quidditas incompleta, & isto modo quidditas speciei est resolubilis ad quidditatem generis. Sciendum tamen, quòd non propriè debent dari duæ quidditates; immo (ut dictũ est supra) illa eadem quidditas, quæ importatur à genere, & datur intelligi sub esse cõfuso & incõpleto, datur intelligi à specie sub modo completo & distincto; & ita est eadem quidditas uariata pœnes modum: & contra hoc non ualet processus primi articuli Arist. quia non sequitur ꝙ talia diuersa quid, arguãt diuersitatem rei: immo una & eadem res est sub quidditate speciei, & generis: patet ergo quomodo quidditatis est quidditas. *Ad argumentum.* Ad argumentum dicendum, quòd quidditas substantiæ dicitur terminus cognitionis respectu accidentium, quia primò cognoscuntur accidentia, secundariò ipsa substantia; non autem dicitur terminus cognitionis, ꝙ illa cognitio possit resolui ad principia. Vel potest dici, ꝙ quidditas illa, quæ est terminus cognitionis, est quidditas specificata, quia intellectus non quiescit, donec cognoscat rem sub esse specificato; ipsam autem esse terminum cognitionis, nõ arguit quin possit resolui ad quidditatem generis, sed benè arguit, ꝙ non potest resolui ad quidditates inferiores, & hoc est uerum, ꝙ species specialissima non diuiditur in formas, nec in quidditates. Ad argumentum etiam pro alia parte patet responsio per iam dicta.

TEX. 21. ***Eorum autem, quæ fiunt; hæc quidem natura fiũt, hæc autem arte, alia autem automato.***

Postquam ostendit Philoso. qũo se habet quod quid est, & quidditas ad illud, cuius est; hic uult ostendere, qũo se hẽt quod quid est, & ipsa quidditas ad generõnem & corruptionem. *Priora diuisio.* Videbatur n. Plato ponere, ꝙ quidditates separatæ, quas uocabat ideas, erant causæ sciæ, & generõnis: ꝙ nõ sint causæ sciæ, dictum est in præcedenti Capi. in hoc ãt dicendum est, ꝙ non sunt causæ generõnis; ita ꝙ Philosõ. sumpta occasione ex positione Platonis, ponentis ꝙ quidditates separatæ sunt cã generõnis, totum istud capitulum facit de generõne formarum, & quidditatum. Et diuiditur totum istud capitulum in tres partes, quia primò dicit, ꝙ per se formæ & quidditates nõ generantur: scd̃ò ostendit, ꝙ non sunt causæ generõnis; nec requiruntur formæ separatæ pp generõnẽ; tertiò mouet quædam dubia contra generõnes formarum. Scd̃a ibi [Verum igitur est uè quædam] Tertia ibi [Dubitabit ãt quis] Prima in tres, quia primò manifestat quædam circa generõnes formarum; scd̃ò ex illis ostendit propositum suum ostẽsum. s. ꝙ quidditas non generatur; tertiò concludit conclusionem principaliter intentam. Secunda ibi [Quoniam uerò ab aliquo fit, ꝙ fit] Tertia ibi [Palàm igitur ex dictis] Prima in duas, quia primò adducit duplicẽ diuisionẽ circa ea, quæ generãtur, & fiũt: scd̃ò manifestat primã diuisionẽ, ibi [Et generõnes naturales] Prima in duas, scd̃m ꝙ duplicem diuisionem adducit, ibi [Oĩa uerò, quæ fiunt.] Prima diuisio est pœnes ea, quæ generantur, & pœnes modum generõnis; ꝙ eorum, quæ fiunt, quædam fiũt à natura, quædam ab arte, quædam à casu; inter has ãt cãs generõnis ars, & natura est cã per se; casus ãt est causa per accidens. *Prima diuisio.*

B ***Omnia uerò, quæ fiunt, ab aliquo fiunt, & ex aliquo, & aliquid. Hoc autem aliquid dico secundùm quamlibet categoriam; aut. n. hoc, aut quantum, aut quale, aut quando.***

Ponit secundam diuisionem, quæ accipitur pœnes ea, quæ requiruntur ad naturam generati; & est ista: oĩa, quæ fiunt, ab aliquo agente fiunt; & fiunt ex aliquo principio materiali, & fiũt aliquid; q. d. ad omne generatum requiruntur cã efficiẽs, principium materiale, & principium formale; principiũ efficiens datur intelligi, cum dr̃, ab aliquo; principiũ materiale, cũ dicitur, ex aliquo; formale, cum dr̃, & fiunt aliquid; quod quidem aliquid est terminus generõnis; hoc ãt aliquid, quod est terminus generationis, uel est quale, uel quando, uel aliquid aliud secundùm quamlibet categoriam: hoc. n. quod fit, uel significat hoc. i. substantiam, uel quantum, uel aliquod aliud prædicamentorũ. Notandum est, ꝙ omne, quod fit, est actus entis in potentia, secundùm quòd in potentia; secũdò omne fieri est quædam uia ad factum esse; tertiò fieri & motus est instr̃m agentis inferioris: licèt. n. agens primum possit agere sine motu, & mutatione; tamen agentia naturalia non. De ratione ergo motus sunt tria. s. ꝙ sit actus entis in potentia, secundò ꝙ sit uia ad factum esse, tertiò ꝙ sit instrumẽtum agentis per motum. Propter primũ dixit Philosoph. ꝙ omne, quod fit, ex aliquo fit: si enim motus & fieri est actus entis in potentia; sicut actus arguit illud, cuius est; ita motus arguit potentiam: & quia potentia fundatur super materiam ideo motus, & fieri arguit materiam: de qua dicitur, quidquid fit, ex aliquo fit. Propter secundum motus arguit aliquid, quod fit, quia est uia, & omnis uia ad terminum est (quia aliàs esset ociosa) oportet quòd omnis motus, & omne fieri sit ad aliquid. Propter tertium, scilicet quòd est instrumentum, dixit Philosophus, quòd quidquid fit, fit ab aliquo: in agentibus enim per mutationem & motum, motus & fieri cadit medium inter agens, & factum; sicut ergo medium arguit primum, ita ipse motus & fieri arguit agens. Notandum est etiam diligenter, quòd Philosophus hic accipit, fieri, largo mõ: ad fieri simpliciter, & ad fieri secundùm quid; ad fieri p se, &

Secunda diuisio.

Ad omne generatum tria requiruntur.

De ratione motus tria sunt.

Potentia fundatur super materiam.

Motus, & fieri est medium inter agens, et factum.

per accidens, quod patet ex hoc; quia fieri istud, de quo hic loquitur, est in omni prædicamento: probatum est autẽ in Lib. de Generatione, ꝙ sola substantia fit simpliciter; alia autem fiunt secundùm quid: probatur autem in Quinto Physi. ꝙ fieri non terminatur ad rationem per se, sed per accidens: hoc autem dicit, quia illud, quod fit, & fieri est in omni prædicamento: oportet ergo ꝙ accipiatur largo mõ illud, quod fit; secundũ quod se extendit ad illud, quod fit per se, & per accidens. Deinde cum dicit.

Lib. I. tex. cõ. 13. et 18. et 1. Physi. 62.

Tex. cõ. 7. et li. 8. tex. com. 46.

Et generationes naturales quidem hæ sunt, quorum generatio ex natura est.

Quæ dicuntur generationes naturales.

Manifestat primam diuisionem. Et diuiditur in quatuor partes, quia primò manifestat generõnem naturalem: secundò manifestat, quõ fiunt illa, quæ fiunt ab arte: tertiò manifestat illa, quæ fiunt à casu: quartò manifestat, ꝙ in omni facto est materia & forma, quod fuit propositum in prima diuisione. Secunda ibi [Generationes uerò aliæ] Tertia ibi [Si uerò à casu] Quarta ibi [Quare sicut dicitur.] Prima in tres, secundùm ꝙ tria manifestat circa generationem naturalem: primum est, unde dicitur generatio naturalis: secundum est, quòd in omni generatione naturali requiruntur illa tria, quæ posita sunt in secunda diuisione: tertium est, quomodo illa, quæ requiruntur in generatione naturali, se habent ad naturã. Secunda ibi [Hoc autem, ex quo fit aliquid] Tertia ibi [Vniuersaliter uerò & ex quo] Dicit ergo primò, ꝙ generationes naturales sunt illę, quę terminantur ad generata, quorum generatio est ex natura. q. d. ꝙ motus & generatio denominãtur aliquando à generatione & à mouente; aliquando à termino generationis: hic accipimus denominationem à principio, & dicimus, quòd motus ille est naturalis, qui non est ab arte, uel casu; sed est per uim mouentis naturalis. Deinde cum d.

Motus et generatio unde denominantur.

Hoc ãt, ex quo fit, quam dicimus materiam. Hoc ãt à quo eorum, quæ natura aliquid sunt. Hoc ãt aliquid ut homo, uel planta, aut aliquid aliud talium, quæ maximè dicimus substantias esse.

Exponit diuisiones præmissas.

Manifestat secundum, quod fuit; in omni generõne naturali requirũtur tria, quæ posita sũt in secunda diuisione. Et diuiditur in duas partes, secũdùm ꝙ primò hoc manifestat: scdò quia unum illorum trium fuit materia, ostendit, ꝙ in quolibet fieri requiritur materia, ibi [Oĩa uerò; quæ fiunt] Dicit ergo primò: ita dictum est, quõ fit generatio naturalis; in hac autem generatione tria sunt: est enim ibi ex quo fit, quod dicimus materiam; & illud à quo fit, quod dicimus agens: & etiam illud quod fit in tali generatione, est aliqua natura, & est aliquid de se; & hoc est tertium, quod requiritur. s. ꝙ illud, quod fit, sit aliquid; quod quidem aliquid uel est homo, uel planta, uel aliquid de numero talium: inter quæ talia maximè dicimus esse substantiam: licèt enim accidens, & substantia fiant; tamen substantia magis, & priùs fit, quàm accidens: quia fieri substantiæ, est fieri simpliciter: accidentis autem secundùm quid.

Fieri simpliciter substãtiæ est.

E

Deinde cum dicit.

Omnia uerò, quæ fiunt à natura, aut arte habent materiam Possibile enim esse, & non esse eorũ quod libet. Hæc autem est, quæ in unoquoque materia.

Probat, quòd in omni, quod fit, materia est, dicens: ita dictum est, quòd materia est in omni eo, quod fit à natura: non solùm est autem materia in omni, quod fit à natura, sed in omni, quod fit: omnia enim, quæ fiunt, siue à natura, siue ab arte habent materiam; cuius ratio est, quia omne, quod fit, potest esse, & non esse: illud autem, per quod aliquid potest esse, & non esse, materia est in unoquoque; ergo in omni, quod fit, materia est. Notandum est, quòd ratio Philosophi super duas propositiones fundatur: prima est, quòd omne, quod fit, potest esse & non esse: secunda est, quòd illud, per quod aliquid potest esse & non esse, materia est. Prima patet, quia omne quod fit, de se non est: si enim de se esset, non fieret; ergo quod fit, non habet esse; si autem fit, oportet quòd per fieri, & motum acquirat esse; cum ergo de natura sua non sit, & per uim agentis trahatur ad gradum essendi; ideo oportet quòd omne, quod fit, aspiciat esse, & non esse; non esse, scilicet quod de se habet; esse uerò, quod ab aliquo accipit: patet ergo prima propositio. Patet etiam secunda, quæ fuit, quòd illud, per quod potest res esse & non esse, materia est; cuius ratio est, quia in omni eo, quòd fit, est materia & forma; forma autem est ratio essendi tantùm; si ergo res illa potest nõ esse, cum forma sit tantùm ratio essendi, oportet dare aliud principium, per quod possit res non esse; & hoc principium non potest esse nisi materia; quia in composito non est nisi materia & forma. Imaginabimur ergo, quòd materia inquantũ aspicit formam aspicit esse, inquantùm uerò aspicit priuationem, aspicit non esse, & sic potest esse sub utraque.

F

Omne, quod fit, habet materiam.

Materia est, qua res potest esse, & non esse.

G

Quæreret aliquis. Vtrum illud, per quod illud, quod fit, potest esse & non esse, sit materia? Et uidetur quòd non, quia quælibet essentia creata, ut sit à principio primo, oportet quòd de se non sit, & ab aliquo alio accipiat esse, ergo potest esse & non esse; si ergo materia est principium in omni, quod potest esse & non esse; cum quælibet essentia creata possit esse & non esse; ergo in omni tali essentia erit materia; hoc est impossibile, ergo & primum. Respondeo. In ista quæstione duo sunt declaranda; primum est, quòd posse esse, & non esse est secundùm duas intentiones, & secundùm duos modos; secundum est, quòd ab alio oritur primus modus, ab alio secundus. Ad euidentiam primi notandum est, quòd aliquid possit esse, & non esse; uel est quòd subiectum ipsius fieri & motus aliquando est sub esse, aliquando sub non esse; & illo modo dicimus, ꝙ materia est illud, per quod aliquid potest esse & non esse; quia aliquando est sub forma, aliqñ sub priuatione: secundo mõ dicimus aliquid posse esse, uel nõ esse, eo

Quæstio.

H

Aliquid posse esse, et non esse dupliciter sum.

eo modo quo dicimus, quòd obiectum ipsius fie ri potest esse, & non esse: quia quando album fit, illud idem album obiectum, quod prius fuit sub non esse, modo est sub esse. Sciendum tamen, quòd aliquando isti duo modi coniunguntur: nam aliquando ita est, quòd obiectum ideo potest esse, & non esse, sicut obiectum albificationis, quia est aliquod subiectum, quod potest recipere, & non recipere istud obiectum; ita quòd ista sic coniuncta semper simul concurrunt, & nunquam separantur a formis, quæ educuntur de potentia materiæ, & per uim naturæ: quòd enim forma educibilis de potentia materiæ, uel ipsum compositum aliquando sit, & aliquando non sit; hoc est, quia materia potest esse sub tali forma, & potest non esse: sic igitur in istis hæc duo coniunguntur. Aliquando autem contingit, quòd obiectum posse esse & non esse non coniungitur cum hoc, quod aliquod subiectum possit esse sub illo obiecto, & non esse; & hoc est in omnibus formis per se subsistentibus, non receptis in materia (supposito quòd aliqua forma sit talis, quæ sit recepta in materia) si enim essentia talium formarum ab alio sit, oportet quòd essentia sua habeat hoc, q. s. non sit de se, & tamen accipiat ab alio esse; ergo oportet quòd possit esse & non esse, & cum non habeant materiam (ut suppositum est) oportet quòd oriatur hoc, ita ab obiecto ipsius fieri, quòd non oriatur ex subiecto: obiectum ergo potest separari a subiecto in ratione essendi, & non essendi in talibus formis: patet ergo primus artic.

Secundus articulus. Declaretur ergo secundus, scilicet quòd ab alio oriatur primus modus posse esse & non esse, & ab alio ipse secundus. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd primus modus est ex distinctione, quæ est inter materiam & formam: si. n. esset indistans à forma indistantia formali, oporteret uel quòd materia esset forma, uel quòd forma esset de essentia materiæ; si autem sic esset, materia ita aspiceret formam, quòd nunquam aspiceret priuationem formæ; si nunquam aspiceret priuationem formæ, non posset esse sub non esse, quod esset eam destrui. Secundus autem modus oritur ex distinctione, quæ est inter habere

Esse duplex esse non prohibitum, & habere esse in actu: si. n. ita esset, quòd res habens esse non prohibitum, necessariò haberet esse in actu; ita quòd res non esset sine esse, tunc esse non prohibitum esset in distans ab esse in actu: & tunc ita esset, quòd non posset non esse: talis autem in distantia est in primo principio, quia suum esse est esse non prohibitum (alias esset impossibile) & esse & non esse in ipso semper necessariò est coniunctum actui essendi: in aliis autem à primo principio esse non prohibitum est distans ab ipso esse in actu necessariò, eo modo quo natura Angeli antequam fieret, non in actu erat, tamen sibi non repugnabat esse, nec habebat esse prohibitum, quia nunquam fuisset deductus ad esse: ergo habebat esse non prohibitum, distans ab esse in actu: sic potentia

Esse primi principij, et aliorum ab eo, quale.

A distat ab actu: potentia (dico) obiectiua nō subiectiua, quia omnis potentia subiectiua in materia fundatur: sic ergo ex distinctione, quæ est inter esse non prohibitum, & esse in actu causatur secundus modus. Quidam tamen ponunt, quòd iste secundus modus causatur ex distinctione, quæ est inter esse, & essentiam: quod quidem sic declarant, dicentes: quòd quoddam fieri est subiectiuum, hoc est, quòd supponit subiectum, & tale fieri est generatio: tale autem fieri oritur ex hoc, quòd materia distat à forma, sicut prædictū est: quoddam autem fieri est obiectiuum, in quo tota res fit, non supposito aliquo subiecto: & tale fieri causatio est; tale autem fieri obiectiuum oritur ex hoc, quòd essentia distat ab esse; si. n.

Aliorū opinio.

B essentia esset ipsum esse, essentia esset purus actus, quia esse actus est: si autē esset purus actus, nón haberet rationem possibilis, & si non haberet rationem possibilis, non posset fieri, quia omne fieri, possibile supponit: si ergo essentia est in distans ab esse, impossibile est ibi quòd sit fieri; oritur ergo istud fieri ex distantia, quæ est inter essentiam & esse; sicut primum ex distinctione materiæ & formæ; Vtrum autem ista distantia, quæ est inter essentiam, & esse, sit secundùm rationem, uel secundùm rem, patebit in sequenti: quantùm ergo spectat ad præsentem quæstionē; patet illud, quod quærebatur, quòd posse esse, & non esse non semper oritur ex materia, sed solùm posse esse & non esse subiectiuum: & de tali

Oē fieri supponit possibile.

C loquitur hic Philosophus. Verum est tamen, quòd Philosophus hic dixit, quòd omne posse esse, & non esse causatur ex materia: quia fortè secundùm expositionem suam, omnis substantia separata à materia est quoddam necesse esse: posse autem esse, & non esse obiectiuum, secundùm ueritatem non oritur ex materia, sed ex distinctione, quæ est inter esse non prohibitum, & actum essendi; sicut dicit primus modus: uel inter essentiam & esse, sicut ponit secundus modus: & propter hoc patet etiam solutio ad argumenta vtriusque partis.

Saluatur dictum Philosophi.

Vlteriùs quæreret quis. Vtrum fieri obiectiuum, quod uocamus creationem, requirat distinctionem inter essentiam, & esse secundùm rem, uel secundùm rationem tantùm? Respondeo, circa hāc quæstionem sunt duo modi dicendi: unus

Quæstio.

D modus dicendi est, quòd impossibile est istum modum fiendi saluari, nisi essentia realiter differat ab esse; hoc autem sic probatur: Sicut fieri subiectiuum, quod uocatur generatio, requirit necessariò materiam & formam, & distinctionem utriusque; ita fieri obiectiuum, quod uocatur creatio, requirit essentiam & distinctionem utriusque: sicut autem est, quòd si forma & materia non differrent realiter, non posset saluari generatio, & fieri subiectiuum: ergo à simili si essentia & esse non differunt realiter, non poterit saluari creatio. Præterea, in omni fieri aliquid imprimitur acto & passo: imaginabimur enim, quòd agens

Aliorum responsio ad quæsitum.

agendo uel imprimit se ipsum passo, uel aliquid aliud; seipsum imprimere non potest, ergo imprimit aliquid aliud: in omni autem fieri illud, quod imprimitur, est differens ab eo, cui imprimitur; ita quòd si esset idem, non saluaretur fieri, & impressio: sicut enim generatio saluatur ex eo quòd in materia imprimitur forma, & per hoc, quod sibi imprimitur, differt forma realiter à materia; ita creatio fit ex hoc, quòd essentiæ imprimitur ipsum esse: & ex hoc necessariò differunt realiter esse & essentia, quia si non differrent, non posset saluari tale fieri: hic est ergo unus modus dicendi. *Aliorū opinio.* Alii sunt, qui ponunt, & credūt & quidē meliùs, quòd non obstante, quòd essentia & esse non differant realiter, potest saluari hoc tale fieri; hi sic imaginantur: fieri, de quo hic loquitur, est fieri purè obiectiuum, eo ipso quòd purè obiectiuum, eo ipso nihil supponit; eo ipso quòd nihil supponit, non oportet imaginari illud fieri ex hoc, quòd ipsum imprimatur alicui, puta ipsi essentiæ; si enim ita esset, cum illud, cui imprimitur res, præcedat & non fiat, per illud fieri tota res non fieret, & sic non esset fieri purè obiectiuum, quia fieri purè obiectiuum super totam rem cadit. *Opinio propria.* Imaginabimur ergo sic aliter, scilicet quòd tota natura rei primò fuit tota sub natura potentiali, & tota postea fuit in actu, non quòd nos imaginemur, ꝙ tota res præcesserit & fuerit sub natura potētiali, quæ postea suscipiat actū; sed ꝙ tota res, quæ præcessit, & fuit sub natura potentiali, modo tota est sub actu: istam āt rem, ut præcedit, uocant aliqui, & benè, esse non prohibitum; hoc est esse possibile, cui non repugnat esse in actu: hoc autem ens non prohibitum, & esse in actu nō sunt duo entia, sed unum & idem, sub alio & alio modo: qui tamen alius & alius modus nō est alia & alia res: & pōt saluari istud fieri; *Esse nō prohibitum, & esse in actu, idem.* quia ad istud fieri non plus requiritur, nisi quòd eadem realitas tota primò sit sub natura possibilis (quod uocamus ens non prohibitum) & tota postea fiat in actu: Quidam autem istam ratione, ut præcedit, uocant essentiam; ut autem ipsa eadem est terminus actionis diuinę, uocāt esse: imaginabimur. n. sic, quòd illa realitas, existens sub natura possibilis, adhuc non est ens in actu; sed quædam similitudo Diuini intellectus, & ex hoc essentia potest dici; illa autem essentia eadem, quæ priùs fuit similitudo, postea fuit terminus actionis diuinæ, & ex hoc uocatur esse. Non ergo imaginabimur, ꝙ istud fieri habeat esse ex hoc, quòd esse recipiat esse tanquam quoddam diuersum re; sed ex hoc quòd illa eadem realitas, quæ primò cecidit sub conceptu faciendi, sit terminus eiusdem actionis faciendi & obiectum: & ex hoc quòd priùs potuit esse, & postea est terminus actionis, potest dici fieri. *Quō saluatur creatio.* Ex quo patet, siue ponatur isto modo, siue secundo, quòd meliùs saluatur creatio, quàm primò modo: quia secundùm primum modum essentia uidebatur præsupponere, & recipere quendam actum; secundùm autem hunc modum ipsa

E essentia realiter est ipse actus & ipsum esse, quia creationi nihil supponitur: ideo iste modus meliùs saluat creationem, quàm qui ponunt, quòd differant essentia, & esse; & quòd ex hoc potest saluari creatio. *Ad argumentum.* Ad argumentum primum illius positionis dicendum est: quòd non est simile de generatione & creatione; quia generatio eo ipso quòd est fieri subiectiuum, oportet quòd præsupponat aliquod subiectū diuersum à tertio: & ita materia, quæ præsupponitur, realiter differt à forma: creatio autem eo ipso quòd est fieri obiectiuum tantùm, non oportet quòd præsupponat aliquid, quod differat ab ipso tertio realiter; sed tota ipsa realitas, quæ primò fuit sub potentia obiectiua, postea fit terminus actionis. Ad secundum F dicendum est, quòd in isto fieri, quod est creatio; nec agens imprimit seipsum, nec imprimit actū alicui passo, quasi præexistenti; sed facit ipsum actum, quia actus est ipsa essentia rei; quæ ideo potest fieri; quia, quòd sit actus, habet per participationem alterius; si enim esset purus actus per essentiam & non per participationem alterius, non posset fieri, eo quòd sic esset necesse esse; quia autem est actus per participationem, ideo potest fieri: cum autem dico, ꝙ est actus per participationem, non imaginor sicut isti, scilicet quòd una res, sit quæ participat, sicut essentia; & alia quæ participatur, sicut esse: sed quia una & eadem realitas est realitas modo participato, & per uim alterius, sicut per uim agentis: ista enim realitas de G se non esset nisi sub modo possibili; quòd autem sit, & possit uocari actus hoc habet per uim agentis; & hoc mō esse actum, est mō participato, scilicet hoc habere per uim alterius. Deinde cum d.

Vniuersaliter uerò, & ex quo natura & secundùm quod natura. Factum enim habet naturam, ut planta, aut animal. Et à quo quæ secundùm speciem dicta natura, quæ eiusdem speciei. Hæc aūt in alio: Homo namque hominem generat. Sic quidem igitur fiunt, quæ fiunt propter naturam.

Manifestat tertium circa generationem naturalem: quod tertium fuit, quomodo illa tria requisita ad generationem naturalem se habeant ad naturam? Est ergo intētio Philosophi in hoc, quòd ista tria posita in generatione naturali, scilicet materia, forma, & agens; sic se habent ad naturā, H quòd unumquodque potest dici natura. *Materia, forma, & agens sunt natura.* Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd uniuersaliter illud, ex quo fit aliquid, hoc est, ipsa materia potest dici natura: secundò illud, quod fit aliquid, idest terminus generationis potest dici natura: omne enim factum per naturam, sicut est plāta, uel animal, naturam habet: quæ natura est terminus generationis: tertiò illud; à quo fit aliquid, idest ipsum agens potest dici natura, quia natura agentis & natura facti sunt eiusdem speciei in uniuocis: quasi dicat, agens, & actum assimilantur in specie, & assimilantur in natura: & sic eādē naturā, quam habet actum, habet agens: & sicut illud potest dici natura, ita & istud: & hoc est quia sunt eiusdem

eiusdem speciei, & eiusdem naturæ: licèt illa natura, & illa species in alio & in alio sit indiuidualiter: homo enim generat hominem, ita quòd homo generans & homo genitus conueniunt in specie: ita tamen quòd differunt in materia indiuidualiter. Deinde concludit, quòd sic quidem fiût illa, quæ fiunt per naturam, & naturaliter. Deinde cum dicit.

TEX. 23. *Generationes uerò aliæ dicuntur factiones. Omnes autem factiones sunt, aut ab arte, aut à potestate, aut à mente. Horum aût quædam fiunt & à casu & à fortuna similiter, ut in factis à natura. Quædã & illi eadem, & ex spermate fiunt, & sine spermate. De his quidem igitur posteriùs perscrutandum.*

Postquam manifestauit generationem naturalem; hic manifestat generationem accidentalem: & primùm, quod manifestat, est: quòd ista generatio accidentalis potest diuidi ab aliis generationibus: secundò manifestat, quæ sunt illa, quæ fiunt per artem & per generationem artificialẽ: tertiò manifestat modum, per quem fiunt. Secunda ibi [Ab arte uerò fiunt] Tertia ibi [Fit itaque sanitas.] Dicit ergo primò: ita dictum est suprà de generatione naturali: generationes autem aliæ à naturalibus factiones possunt dici: quasi dicat: licèt nomine factionis utamur in naturalibus; eo modo quo dicimus, quòd calidum facit calidum: tamen propriè loquendo, natura factionis est in his, quæ fiunt ab intellectu: omnes autem istæ factiones sic diuisæ à generatione, uel fiût ab arte, uel fiunt à potestate, uel fiunt à mente: de numero etiam harum, quæ fiunt ab arte, quædam possunt fieri à casu, & à fortuna: sicut enim in factis à natura eadem fiunt cum spermate, & sine spermate: ita in factis ab arte, quædam fiunt eadem ab arte, & à casu: de his autem, scilicet quomodo aliqua fiunt ab arte & à casu, erit perscrutandum infra in eodem Capitulo. Notandum est, quòd tria nomina sunt, generatio, actio, & factio: nomine generationis propriè utimur in his, quæ fiunt per naturam; nomine autem actionis & factionis utimur in his, quæ respiciunt intellectum, secundùm quòd intellectus dupliciter agit: est enim quædam actio intellectus, quæ nihil constituit extra, & hęc est actio speculatiua, & etiam practica; quæ respicit habitus morales, & actiuos; sicut est prudentia, uel fortitudo; & talis actio simpliciter uocatur actio: quædam uerò est actio, quæ respicit aliquòd operatum extra, & quæ respicit habitum factiuum, sicut artem; & hæc uocatur factio, de qua dicit hic Philosophus. Notandum est etiam, quòd in fiendis per intellectum uel per industriam alicuius, quædam ita se habent, quòd solù ibi requiritur uiolẽtia agentis; nec ibi requiritur magna ars, nec magna industria agentis: sicut est in corporibus trahendis & proiiciendis: & talia à Philosopho dicuntur fieri à potestate: ut sic sumatur potestas pro uiolentia agentis. Quædam alia sunt, quæ ad sui factionem requirunt habitum factiuum, & industriam agentis; sicut est syllogismus, & hæc dicuntur à Philosopho fieri à mente, & ab arte: quia ad factionem horum concurrunt duo, potentia intellectiua, quæ uocatur mens, & habitus factiuus, qui uocatur ars. Sciendum tamen quòd aliquando ista fiunt imperfectè & inartificialiter, eo modo quo idiotæ aliquando syllogizant, & talia dicuntur fieri à mente solùm: aliquando dicuntur fieri artificialiter & per modum artis, & tunc dicuntur fieri à mente, & ab arte.

In quo differt generatio naturalis ab artificiali.

Nomine generationis, factionis, et actionis in quibus utimur.

Intellectus dupliciter agit.

Actio duplex.

Quæ fiunt per intellectum, dupliciter.

Quæreret aliquis. Vtrum eadem animalia possint fieri cum semine & sine semine? Videtur quòd non, quia proprius actus est in propria materia; ubi ergo deficiet propria materia, deficiet proprius actus: & ubi non est idemptitas materiæ, non est idemptitas actus: semen autem, & nõ semen non sunt eædem materiæ, ergo nec animalia generata ex semine, & non semine erunt eadem in specie, sed diuersa. Præterea proprius actus respicit proprium agens; ergo ubi non est uniuocatio agentis, non est uniuocatio acti, sperma autem, & non sperma non uniuocantur in agendo (supposito quòd sperma, & semen habeat uim agendi sicut dicitur secundo Physic.) ergo animalia generata ex spermate, & sine spermate non uniuocantur. Ad oppositum est Aristo. in textu. Respondeo, dicendum est, quòd opinio Auerr. fuit, & uidetur fuisse Octauo Physicor. quòd impossibile est, quòd animalia eadem in spẽ fiant ex spermate, & sine spermate: ita quòd (secundùm eum) generata ex putrefactione, & ex spermate, sunt diuersa in specie. Auicenna autem uidetur sentire aliter, quòd omne animal, quod generatur ex spermate, generari potest ex putrefactione. Via modernorum media est, ponentium quòd animalia perfecta ita generãtur ex semine, quòd non possunt generari ex putrefactione, nec sine semine; aliqua tamen animalia imperfecta utroque modo possunt fieri. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd animalia perfecta propter sui perfectionem requirunt determinata agentia, determinatum modum agendi, determinatum locum suæ generationis: eo modo quo dicimus, quòd homo requirit determinata agentia, sicut solem in orbe decliuo, & hominem, siue sperma decisum ab homine: requirit etiam determinatum locum, sicut matricem: Aliqua autem animalia imperfecta propter sui imperfectionem non requirunt tantam determinationem in agẽtibus, immo illa eadem, quæ possunt fieri ex semine, & per uim spermatis, & corporis cœlestis; possunt produci per uim corporis cœlestia solùm, uel per uim caloris putrefacientis materiam: Ita quòd prima animalia perfecta propter sui perfectionem semper requirunt plura agentia: animalia autem imperfecta propter sui imperfectionem, aliquando possunt solùm per uim agentis fieri. Et hoc uidetur dicere Philosophus in litera; sicut enim in factis ab arte, quædam ita fiũt ab arte, quòd non possunt fieri à casu, ut domus quędam

Quæstio.

Text. 3. & 81. & 1. Phys. 62.

8. Phys. cõ. 46. contra Auicennã.

Auicenna in Codicillo de Diluuio.

Modernorum opinio.

Animalia perfecta, & imperfecta, quæ requirunt ad sui generationem.

tellectum: ſecundo modo ipſum quòd quid eſt habet eſſe intellectuale, intẽtionale atq; formale apud intellectũ, & iſto mõ accipitur hic. Tertiũ quod dicit Philoſo. de iſto conceptu eſt, quòd eſt prima ſubſtantia reſpectu rei artificialis: cuius ratio eſt quia omne quod eſt in intellectu noſtro reſpectu rei naturalis ſecundarium eſt, quia intellectus noſter eſt quid menſuratum à rebus; illud autẽ, quod eſt in re artificiata facta à nobis, eſt quid ſecundarium reſpectu noſtri intellectus; quia forma rei artificialis deriuatur à forma, quæ eſt in mente noſtra. Quartum, quod de iſto cõceptu dicit, eſt quòd nõ ſolùm eſt ratio cognoſcendi proprium cognoſcibile, ſed etiam ſuum oppoſitum; cuius rationẽ redit Commentator: quia aliter habent res eſſe in materia, & aliter in intellectu: in materia enim habent eſſe reale, & quia habent eſſe reale conſequenter, ita dant eſſe proprium, quòd nunquam dant eſſe oppoſiti: oppoſita enim realiter accepta, habent oppoſitas cauſas, & non compatiuntur ſe ſimul realiter in eodem: apud autem intellectum habent eſſe intelligibile, & ſunt idem per modum intellectus & non per modum rei: intellectus autem per rationem unius poteſt uenari rationẽ alterius, ſicut per rationem ſanitatis iam habitam poteſt uenari rationem infirmitatis, & deuenire in cognitionem illius. Deinde cum dicit.

Intellectus noſter menſuratur à rebus.

Forma rei artificialis unde deriuatur.

Illa ſunt oppoſita, quorum cãa ſunt oppoſita.

Fit itaque ſanitas intelligentia ita, quoniam hęc ſanitas, neceſſe eſt, ſi ſanitas erit hoc exiſtere, puta regularitatem. Sed ſi hoc, calorem. Et ita ſemper intelligit, donec utique adducat in hoc, quod ipſe ualet ultimum facere. Deinde iam ab hoc motus factio uocatur ad ſanandum.

Poſtquam manifeſtauit, quæ fiunt ab arte, manifeſtat modum, per quem fiunt: Et diuiditur in duas partes, quia primò manifeſtat modum; per quem fiunt; quod principaliter intenditur ab arte, ſcilicet ultimum ipſum: ſecundò manifeſtat per quem modum fiunt ſecundaria, quæ intendũtur ab arte, ſcilicet media, per quę deuenitur in ipſum ultimum, ibi [Similiter autem eſt in aliis intermediis] Prima in duas, quia primò manifeſtat primum: ſecundò manifeſtat quòd motio facta ab arte poteſt uocari duplici nomine, ibi [Generationum uerò & motuum] Prima in duas, quia primò dat modum, per quem fiunt artificiata: ſecundò concludit concluſionem principalẽ, quo modo artificiata fiant ab arte, ibi [Quare accidit modo quodam.] Dicit ergo primò, ita dictũ eſt, quæ ſunt ab arte, modus autem faciendi eſt iſte: quia iſta ſanitas iſto modo fit ab intelligente, hoc eſt per intellectum, quia neceſſe eſt, quòd ſit ſanitas, quæ debet fieri priùs exiſtente aliquo alio, puta regularitate humorum, & ſi hoc erit, ſcilicet regularitas humorum, oportet eſſe calorem, per quem reducatur iſta regularitas ad actum, & ita ſemper intelligere conſequenter unum poſt aliud, donec ueniat ad illud ultimũ, qđ ualet primo facere: & motus, qui icipit ab hoc, uocatur ad

Modus, quo fiunt artificialia.

A ſanandum factio. Notandum eſt quòd ſententia Philoſophi in hoc eſt; quòd in quolibet artificiato eſt unum ultimum intentum, ſicut in re ſanabili ſanitas; multa autem ſunt, quæ ordinantur ad illud ultimum; ſicut ad ſanitatem, regularitas ordinatur humorum; iſte ergo erit factionis modus, ab ipſo intellectu primò intelligetur illud, quod eſt ultimum intentum, ſicut ſanitas: ſecundò intelligetur illud, quod eſt magis propinquum iſti: ultimo intelligetur illud, quod eſt remotiſsimũ; ab iſto ſic ultimo intellecto incipiet artifex artificiatũ facere; & iſta motio, quæ incipit ab iſto, uocatur factio; ita quòd ultimum cognitionis erit primum operationis; ſicut ſi calor eſt illud, quod ultimo intelligitur, à calore incipiet ſanatio; ita quòd medicus inducit primò debitum calorem, & ex B calore ſequitur regularitas, & ultimò ſanitas ex regularitate; ſanitas ergo fuit primò in intellectu & ultimò factum. Quaſi dicat Philoſoph. in omnibus uerbis, quæ hic ponit: artifex in ſuo artificio procedit modo reſolutorio, quòd primò intelligit finem, ſecundariò intelligit illa, quæ ſunt ad finem; & ſemper reſoluit unum ad aliud de his quæ ſunt ad finem, donec deueniat ad illud, quod eſt ultimò intellectum, & ab eo incipit operationem. Deinde cum dicit

In omni artificiato eſt unũ ultimũ intentum.

Proceſſus reſolutiuus.

Quare accidit modo quodam ex ſanitate ſanitatem fieri, & domum ex domo ſine materia materiã habentem. Medicinalis enim eſt, & ædificatoria ſpecies ſanitatis & domus. Dico autem ſubſtantiam ſine materia quod quid erat eſſe.

C Concludit concluſionem principalem, dicens; quòd ſi iſte modus factionis eſt uerior, accidit ꝙ ſanitas fiat ex ſanitate, & domus ex domo; quia domus in materia ex domo ſine materia, quę domus ſine materia uocatur cõceptus in anima domus, & ſanitas, quę eſt in materia à ſanitate, quæ in anima; ars enim medicinalis exiſtens in anima, eſt ſpecies ſanitatis fiendæ in materia, & ab iſta fit illa; ſimiliter ars ædificatoria exiſtens in anima, eſt ſpecies artis in materia, & ex iſta fit illa; & ſic à forma ſine materia fit forma in materia; quam formam & ſubſtantiã ſine materia uoco, quod quid erat eſſe. Deinde cum dicit.

Generationum uerò, & motuum hæc quidem intelligentia uocatur, illa uerò factio. Quæ quidem à D *principio, & à ſpecie intelligentia, quæ uerò ab ultimo intelligentiæ factio.*

Oſtendit, quòd actio eſt duplex in generatione artificiali. Ad cuius euidentiam notãdum eſt, quòd (ut patet per ſupra dicta) iſte fuit proceſſus in artibus; quòd primo intellectus intelligebat ipſum artificiatũ; ultimò autem intelligebat ea, quæ ordinantur ad ipſum: in faciendo autem eſt è cõuerſò, quia primò ferebatur ſuper illud, quod ordinabatur ad artificiatum, ſecũdariò ad ipſum artificiatum: & ſicut eſt duplex hic, ſcilicet actio intellectus, quę uocatur intelligentia, quæ primò fertur ſuper artificiatum; & actio potentiæ motiuæ, quę (ſecundùm Philoſophum) uocatur factio: quæ

Duplex actio in generatione artificiali.

quæ econuersò se habet primæ. Hoc uiso, patet litera Philosophi, quæ dicit: ꝙ generationum & motuum, idest de numero generationum & motuum, quæ sunt in artificialibus, hæc quidem motio & actio uocatur intelligentia: illa uerò uocatur factio: & statim manifestat, quod dixit: illa quidem motio, quæ est à specie, & ab intellectu tanquam à principio, est illa, quę uocatur intelligẽtia, hoc est, actio intellectus: illa uerò actio uel motio, quæ incipit ab ultimo intelligentiæ, hoc est, ab illo, quod ultimò intelligebatur, factio uocatur: hoc est, illa, quæ est à potentia motiua, quæ potentia primò fertur super ultimò intellectum; uocatur factio. Deinde cum dicit.

Similiter autem & in aliis intermediis unũquod que fit. Dico autem ut si conualescit, oportet adæquari. Quid igitur est adæquari hoc? Hoc autẽ erit si calefactum fuerit. Hoc uerò quid est hoc? Existit autem hoc potestate, hoc autem iam in ipso. Faciens itaque, & unde incboat motus sanandi, si quidem ab arte, species est, quæ in anima.

Quæ ordinãtur ad ultimum, quõ fiunt.

Postquam ostendit, quis sit modus deueniendi in ultimum in ipsis artificialibus: ostendit hic, quis est modus faciendi illa, quæ ordinantur ad illud ultimum, ostendens: quòd idem modus est hic & ibi: sicut enim ibi ultimò intellectum fuit primò factum; & primò factũ, fuit ultimò intellectum; ita & hic: & sicut ibi oportebat cognoscere ununquodque, quod fit per speciem in anima, & quòd factio incipiat ab illa specie; ita & hic. Et hoc est, quod dicit: quòd sicut est in ipso fine, ita est inter mediis, quæ ordinantur ad finem: unumquodque ita fit hic, sicut ibi. Verbi gratia: si conualescit, & sanatur, oportet adæquari; ita quòd adæquari est intermedium, quod ordinatur ad conualescere: si igitur oportet fieri adæquatio, oportet uidere per intellectum, quid est ipsum adæquari; hoc autem adęquari fiet in corpore, si aliquid aliud fiet in ipso; sicut si corpus fieret calefactum: uidendum est ergo de calore, quid est; quòd si idẽ calor nil aliud præsupponat, ab ipso statim poterit actio incipere, sicut dictũ est supra: ita quòd iste calor in alio existit in potentia, puta medici, iam enim in ipso est, quomodo incipiat actionem ab isto; ita quòd per ipsum deueniatur ad oĩa alia. Concludit ergo ꝙ principium unde inchoat motus sanabilium, si quidem illa sanitas fuit ab arte, est species, quæ est in anima. Deinde cum dicit.

Si uerò à casu, ab hoc quod quidem faciendi est principium facienti ab arte. Vt quod in mederi forsan calefactione principium, hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars est sanitatis, aut sequitur eum aliquid tale, quod est pars sanitatis, aut per plura. Hoc autem ultimum faciens, & quod est ita pars est sanitatis, ut domus, & lapides, & aliorum alia.

Quõ fit generatio casualis.

Manifestat, quomodo in artificialibus est generatio à casu. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd eadem res artificiata potest fieri ab ar-
E te, & à casu, sicut sanitas; sed tamen differenti modo: si enim ad istam sanationem concurrat intelligentia, & species, quæ est in anima; ita quòd tota motio incipiat ab ista; tũc factio illa erit ab arte, & non à casu: quia quæ à casu sunt, præter intelligentiam sunt; ita quòd in factis ab arte duo concurrũt, scilicet actio intelligentiæ, & ipsa factio; quæ incipit ab ultimò intellecto. Si autem contingat, ꝙ ista factio incipiat ab isto ultimò præter actum intelligẽtiæ & propositum, à casu erit. Verbi gratia: si calor sit illud ultimum, à quo incipit factio; si ab isto calore incipiat per intelligẽtiam medici; sanitas, quę sequitur istum calorem, erit ab arte: si autem contingat, quod iste calor incipiat in corpore non per intelligentiam medici, sed per aliquod non intentum, sicut per fricationem; tunc sanitas consequens est à casu. Et hoc est, quod dicit Philosophus: ita dictum est, quòd quando sanitas est ab arte, incipit à specie, quæ est in anima: si uerò fit à casu, non incipit ab illa; sed incipit ab hoc, quod faciendi ab arte fuit principium faciendi: hoc est dicere, non incipit ab intelligẽtia, nec ab illo, quod fuit principium cognitionis; sed ab illo, quod fuit principium factionis: ita tamen quòd ab isto incipit præter intellectum: ut si medendi principium factionis est à calefactione, ab ista etiam incipit casus; sed tamen differenter; quia medicina facit illam calefactionem appropriatè: à casu autem fit per confricationem, & præter propositum confricantis: & hic calor sic factus à confricatione in corpore, uel per medicinã, aut est pars sanitatis, quando, scilicet, calor sufficit ad sanitatem inducendam; aut ad ipsum calorem sequitur aliquid, quod est pars sanitatis, quãdo scilicet, ipse nõ sufficit ad inducendam sanitatem, sed aliquid aliud sequitur ad ipsum, quod ad sanitatem sufficit: aut hoc fit propter plura alia, quæ sequuntur ad ipsum calorem, quę plura deducunt ad unum ultimum; ad quod ultimum sequitur ipsa sanitas, uel est ipsa sanitas: ita quòd faciens illud ultimum, est pars sanitatis: sicut parietes, & lapides sunt partes domus: sicut enim ille, qui habet lapides iam habet aliquid domus; ita qui habet ultimum, iam habet aliquid ipsius sanitatis. Deinde cum dicit.

In factis ab arte duo cõcurrunt.

F G H

TEX. 24. *Quare sicut dicitur, impossibile factum esse, si nihil præexistit. Quod quidem igitur pars ex necessitate existit, palam: Materia namque pars: inest enim & fit hoc. Sic igitur & eorum, quæ in ratione. Vtroque autem modo dicimus æreos circulos quid sunt, & materiam dicentes; quia æs; & speciẽ, quia figura talis. Et hoc est genus, in quo primum ponitur. Aereus itaque circulus habet in ratione materiam.*

Postquam manifestauit triplicem factionem; nunc manifestat, quòd in qualibet factione requiritur materia, & forma; quod fuit dictum in secunda diuisione. Et duo facit, quia primò facit quod dictum est: secundò mouet quoddam dubium. Secunda ibi [Ex quo uerò ut materia] Prima

Ex his pate rs poterit materiā esse partē quodditatis. Et .n. partes duplices sunt: formales. s. & materiales: primæ sūt, quæ pertinent ad specificā quodditatē, quarū una materia est: secunda respiciunt indiuidua: ut semicirculus ē pars materiales, & nō formalis circuli.

ma in duas, quia primò manifestat materiam esse in generato, dicens: quòd sicut dicitur, & benè dicitur, impossibile est aliquid esse factum & generatum, si materia non præexistit; quod quidem preexistens de necessitate est pars generati, & ipsa materia fit ipsum generatum, & ipsum compositum. secundò manifestat, quòd etiam in quolibet generato est forma, dicens: quòd forma, quæ est de numero eorum, quæ sunt in ratione, est in generato: ꝙ autem utrunque sit ibi, patet: quòd utroque, scilicet per materiam, & per formam nos notificamus quid ærei circuli; notificantes materiam circuli, & dicētes, ꝙ est æs; notificantes etiam speciem, dicentes, quòd est talis figura sine angulo, hæc autem figura est primum, in quo primùm ponitur circulus: quòd autem æreo circulo nos notificemus materiam & formam, huius causa est; quia æreus circulus habet rationem in materia; licèt enim circulus ut circulus non concernat materiam; tamen æreus circulus concernit sibi materiam, scilicet æs. Deinde cum dicit.

Ex quo uerò ut materia fit, quædm dicuntur quando fiunt, non illud sed illius modi Vt statua non lapis, sed lapidea. Homo autem conualescens, non dicitur illud ex quo.

Excitat dubium.

Mouet quoddam dubiū. Et diuiditur in duas partes; quia primò illud mouet: secundò illud soluit, ibi [Causa uerò, quia fit ex priuatione] Ad euidentiam primi notandum est, quòd aliquādo illud, ex quo fit ipsum generatum, prædicatur de ipso generato non in abstracto, sed per quandam denominationem; uidemus enim quòd statua fit ex lapide, & tamen lapis non prædicatur de statua in abstracto siue in recto; sed per quandam denominationem: non enim dicimus, quòd statua fit lapis sed lapidea. Aliquando autem illud, ex quo fit ipsum generatum, nullo modo prędicatur de generato: non enim dicimus per aliquem modum, quòd sanum fit infirmum; & tamē sanum fit ex infirmo: Causam huius diuersitatis quærit Philosophus, dicens: quòd illud, ex quo fit aliquid, ut ex materia; nō dicitur de illis, quæ fiūt ex illo: ita quòd illud dicatur esse illud, sed illius modi; hoc est nō dicuntur esse illud in abstracto, sed per quādam denominationem. Verbi gratia; statua, quæ fit ex lapide, non dicitur lapis, sed lapidea: in talibus ergo illud, ex quo fit aliquid, sicut est lapis; prædicatur de illo, ex quo fit per quādam denominationem, dicendo esse lapideum, & non lapis. Aliquando autem illud, ex quo fit aliquid, nullo modo prædicatur de illo, quòd fit ex illo. Et hoc est, quod subdit; quòd homo conualescens non dicitur esse illud, ex quo fit; hoc est dicere: si homo conualescens fiat ex infirmo, non possumus dicere, quòd homo cōualescens sit etiā infirmus. Deinde cum dicit.

Prædicata multiplicia.

TEX. 25. *Causa uerò quia fit ex priuatione, & subiecto; quod dicimus materiam: ut & homo, & laborans fit sanus. Magis tamen dicimus fieri ex priuatione,* A *et ex laborante sanus, quàm ex homine. Propter quod laborans quidem, qui sanus non dicitur, sed homo, & homo sanus.*

Redit rationem istorum duorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò reddit rationem secūdi: secundò reddit rationem primi. Secunda ibi [Quoniam uerò priuatio non manifesta] Dicit ergo primò, quòd causa ultimi, scilicet illud, ex quo fit aliquid, nullo modo dicitur de eo, quod ex ipso fit: quia illud, ex quo fit aliquid, est duobus modis, scilicet priuatio, & subiectum: dicimus enim quòd aliquid fit ex priuatione & subiecto: quod subiectum uocamus materiam; exemplum de subiecto est, cum dicitur, homo sanus fit: exemplū de priuatione est, laborās fit sanus. Licèt āt dicatur aliquid fieri ex priuōne, & ex subiecto; magis tū propriè dr̄ fieri ex priuōne quàm ex subiecto; hoc enim est proprius, ex laborante fit sanus, quā hoc, ex homine fit sanus: & quia ista est propria, ex priuatione, & ex laborante fit sanus; hoc autē est minùs propriè, ex homine fit sanus: ideo istud, ex quo fit, sicut ex priuatione; nō poterit prædicari de eo, quod fit: non enim benè dicitur, laborās est sanus: quia autem impropriè dicitur, quòd ex quo fiat aliquid, puta ꝙ ex homine fiat sanus; iō illud ex quo, poterit prædicari de eo, quod fit: benè enim dicitur, quòd homo est sanus. Notandū est, quòd declaratio Philosophi fundatur super duas propositiones; quibus declaratis, patebit cōclusio sua manifestè. Prima propositio est, quòd illud, ex quo fit aliquid, aliquando est priuatio, aliquando est subiectum: sc̄da propositio est, quòd fieri hoc ex hoc, priùs dicitur de priuatione, quā de subiecto: ex quibus cōcludit propositum suū. Prima propositio patet ex primo Physicorum. Nam aliquando dicimus, quòd ex non albo fit album: aliquando dicimus, quòd ex potentia albo, quod est materia, fit album. Secunda propositio patet sic, & potest sic declarari: hæc propositio, ex, uidetur notare quendam ordinem & quendā transitum: quando enim dicimus, quòd ex hoc fit hoc, sensus uidetur esse; quòd hoc corrupto, fiat hoc: quia in generatione materia manet sub forma generata, & priuatio formæ generatæ corrūpitur; ergo propriùs dicitur quòd ex hoc fit hoc, de priuatione, quàm de materia. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hoc fieri hoc propriùs dicitur de materia, quàm de forma, & priuatione: hæc enim magis propria, possibile album fit album, quàm hoc non album fit album: cuius ratio est; quia hoc fieri hoc, idem est quòd hoc perfici per hoc, uel hoc accipere perfectionem huius: cum ergo potentia & materia perficiātur, non autem priuatio, propriùs dicitur aliquid fieri de materia, & de ente in potentia, quàm de priuatione. Debemus enim imaginari, quòd eius est fieri subiectiuè, quod habetur, & perficitur per fieri: cum ergo esse compositi, & esse formæ non sit esse & perfectio priuationis, sed potiùs materiæ, magis propriè dicitur, hoc fieri hoc, de materia

Aliquid fieri ex aliquo dupliciter.

Tex. cō. 58. & circa.

Ex, dicit ordinē, et transitum quendam.

Hoc fit hoc, et ex hoc fit hoc, quibus magis cōueniunt.

ria

ria & potentia,quã dicatur de priuatione: Quòd autem hoc fiat ex hoc, magis dicatur de priuatione quàm de materia, est, quia materia manet in facto,priuatio uerò non manet.Sciendum tamẽ quòd licèt hoc fieri hoc,dicatur propriè de materia, & potentia; tamen per accidens potest dici de priuatione: inquantùm ipsa priuatio importat potentiam,& habilitatem,& materiam: dicimus enim quòd non album fit album,non per se,sed inquantùm possibile albũ coniungitur cum isto, non albũ fit album.Similiter per se,& propriè ex priuatione fit hoc,inquantùm hæc propositio,ex, notat transitum:per accidens tamen possumus dicere,quòd ex materia,& potentia fit aliquid, inquantùm ipsa materia habet annexam ipsam priuationem:licèt enim materia cũ potẽtia maneat, tamen ipsa cum priuatione transit, quia non manet sub priuatione.Declaratæ sunt ergo duę propositiones, super quas Philosophus fundat dictũ suum:ex quibus maximè patet intentum eius; & maximè ex secunda propositione;nam ideo magis dicitur propriè,ex,de priuatione,quia transit; ergo ex hoc habetur, quòd priuatio transit in aduentu formæ, & illius,quod fit; ex quo sequitur quòd non potest prædicari de eo quod fit: illud enim,quod prædicatur affirmatiuè de aliquo, simul est cũ eo.Et hoc est,quod dixit Philosophus, quòd propriè dicitur,ex laborante fit sanus,sicut ex priuatione; ideo hæc est falsa, laborans fit sanus:quasi dicat,ideo est propria,quia priuatio trãsit;si transit non stat sub illo; & si non stat sub illo, non prædicatur de illo: in subiecto autem est impropria cũ hac propositione,ex:& hoc ẽ, quia subiectum manet sub esse illius,quod fit; & quia manet sub illo,quod fit;ideo illud,ex quo fit,potest prædicari de eo,quod fit; eo modo quo dicimus,quòd homo prædicatur de sano. Deinde cum dicit.

Cur ly ex, magis dicitur de priuatione.

Quoniam uerò priuatio non manifesta & innominabilis,ut in ære figura cuiuslibet,aut in lateribus, & lignis domus,ex his uidetur fieri ut illic ex laborante. Propter quod sicut nec ibi ex quo hoc,illud non dicitur:nec hic statua lignum: sed prædicatur lignea,non lignum, & ærea non æs,lapidea non lapis:ut domus lateritia,sed non lateres.

TEX. 26. *Quoniam neque quod ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus,si quis ualde inspexerit, non utique simpliciter dicet. Quia oportet permutationem fieri ex quo,sed non permanente. Propter hoc quidẽ igitur ita dicitur.*

Declarat secundum,quod fuit;quòd illud, ex quo fit aliquid,non prædicatur nisi per quandam denominationem:quia non dicimus,quòd statua est lapis,sed lapidea:reddit causam huius.Ad cuius euidentiam notandum est: quòd aliquando priuatio,ex qua fit aliquid,& ipsum subiectũ habent distincta nomina; ita quòd nec subiectum de se includit priuationem,nec econuersò; sicut patet de laborante,& homine respectu sani:quia nec infirmum includit sanum hominem,nec ho-

Priuatio,et subiectũ habẽt distincta nomina.

E mo includit infirmum. Aliquando autem ita est, quòd ipsa priuatio est innominata,nec habet manifestam distinctionem à subiecto, uel materia; sed quicunque dicit materiam,dicit simul priuationem, Verbi gratia, æs est materia respectu figuræ,& non figuratum est priuatio respectu eiusdem figuræ; quæ quidem non figuratio non habet nomen nisi per negationem; & talis priuatio includitur in materia:quia qui dicit ęs,dicit quid non figuratum de se:& similiter lapis includit priuationem respectu statuæ, uel idoli fiendi: & sic de huiusmodi talibus: ergo in quibus materia includit priuationem,uidetur quòd propter subiectum & materiam possit prędicari unum de alio; propter priuationem autem quòd non possit:unde

Qui dicit materiã, dicit et simul priuationẽ.

F ergo prohibet,& aliud non prohibet; non ergo simpliciter refugit prædicationem illud, ex quo fit respectu illius, quod fit:nec simpliciter habet eam;& ideo eligitur uia media,scilicet ut nõ prędicetur de illo directè & in abstracto,sed prędicetur per quãdam denominationem.Et hoc est, quod dicit:quòd in illis,quæ fiunt,quorum priuatio non est manifesta,& est innominabilis,& inclusa in subiecto: sicut in ære includitur priuatio cuiuslibet figuræ,& sicut in lateribus & lignis includitur priuatio domus: in talibus propter priuationem inclusam propriè dicitur quòd ex his fit aliquid;sicut propriè dicebatur quòd ex laborante fit sanum:propter quod sicut nec ibi hoc in priuatione propriè non dicitur, quòd hoc eit illud,scilicet laborans sanum,& econuersò:ita nec

Materia prædicatur denominatiue de materiato.

G hic propriè dicitur,quòd hoc est illud puta,quòd statua est lignum,sed à ligno producitur,& deriuatur lignea, & dicimus quòd est lignea & non lignum:& ænea non æs; & lapidea non lapis, & domus laterea non lateres. Quòd autem illud,ex quo,puta lignum,uel lapis non dicitur de eo,quod fit ex ipso,ut nõ dicatur esse lignum,sed ligneũ, patet:quia tale,scilicet lignum, & quodlibet simile non manet sub eo,sub quo fit, scilicet statua, uel simile;nisi facta permutatione inclusæ priuationis in tali subiecto.Et hoc est,quod subdit Philosophus,quòd si quis subtiliter etiam inspexerit, inueniet quòd non similiter,& omni modo fit ex ligno statua,aut ex lateribus domus; sed oportet

Illud, ex quo aliquid fit ut ex priuatione, nõ prædicatur de eo nec in abstracto, nec in cõcreto: sed ex quo fit ut de subiecto, prædicatur in concreto et non in abstracto ab ipso 3. quia materia est pars in existens rei.

H quòd permutatio hæc ex priuatione inclusa & nõ permanente in ipsa priuatione,hęc fiat statua,uel domus,uel huiusmodi: propter cuius permutationem prędicatur sic,& non alio modo. Notandũ est,quòd declaratio Philosophi super duobus fundatur:primum est,quòd priuatio impedit prædicationem: quam propositionem accipit à præcedenti declarato:secundũ est, quòd in tali subiecto, & in tali materia includitur priuatio. Quod declaratur duobus modis; primus modus est, quòd in tali subiecto propriè dicitur, quòd ex hoc fit hoc, sicut ex ære fit statua. Et hoc est, quod dixit; quòd sicut illic ex laborante fit sanum, ita hic ex ære fit statua. Secundus modus est declarandi, quòd in talibus quando

ex hoc fit hoc, puta ex ligno statua; ita fit ex hoc sicut ex permutato, & non permanente; sed non permanentia est propter priuationem, ergo includit de se priuationem. Ex his duobus habetur intentum: ex quo enim per secundum priuatio includitur in tali subiectũ, & per primum priuatio impedit; ergo tale subiectũ per priuationem inclusam prædicari non poterit, nisi fortè per quandam denominationem: quando ergo subiectum est omnino distinctum à priuatione, sicut homo à laborante; utique poterit prædicari de aliquo: sicut dicimus, homo est sanus, & èconuersò licèt non possit prædicari de priuatione distincta à tali subiecto: quando autem priuatio simul includitur cum subiecto, tunc propter priuationem annexam impediretur prædicatio; & propter materiam manentem dabitur aliquis modus prædicandi, qui modus erit per quandam denominationem.

Quæ priuatio impedit prædicationem.

Quoniam uerò ab aliquo fit, quod fit. Hoc autem dico, unde principium generationis est. Et ex aliquo, fit autem non priuatio hoc, sed materia. Iam enim diffinitum est, quando hoc dicimus, & quomodo fit. Hoc autem sphera, atu circulus, aut quodcunque euenit aliorum. Quemadmodum nec subiectum facit æs, sic nec spheram, nisi secundùm accidens, quia ærea sphæra est, & illam facit. Nam hoc aliquid facere, ex totaliter subiecto hoc facere est. Dico autem, quia æs rotundum facere, est non rotundum, aut spheram facere, sed alterum aliquid, aut speciem hanc in alio.

Postquam manifestauit multa de modo generationis; hic ostendit, quòd ipsa quidditas non fit, quod fuit unum de propositis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quòd cõpositum fit: secundò concludit, quòd forma non fit, nec ipsum quod quid est. Secunda ibi [Palàm ergo quòd nec species.] Prima in duas, quia primò repetit quædam dicta in præcedentibus: secundò ostendit, quòd compositum fit, & non forma, nec materia. Secunda ibi, [Nam si facit.] Dicit ergo: ita dictum est, quòd omne, quod fit, ab aliquo fit, quod est primum efficiens generationis; & ex aliquo, quod quidem est materia, non priuatio: & illud, quod fit, est aliquid: quia ergo ita est, ideo istud aliquid sicut non facit æs; ita nec facit formam, scilicet spheram, nisi fortè secundùm accidens: quia illud, quod fit, est ærea sphera, & istud compositum facit: ita quod componere, facere, & generare est ex ipso subiecto & materia facere totaliter, hoc est, uniuersaliter hoc aliquid, idest compositum. Verbi gratia, ille, qui facit æs rotundum, non facit rotundũ tantùm, quia formam, aut spheram tantùm; sed alterum aliquid, hoc est compositum: facit enim hanc formam in hac materia. Deinde cum dicit.

Quidditas non fit.

Nam si facit, ex aliquo facit alio. Hoc enim subiiciebatur, ut facere aream spheram. Hoc autem ita, quia ex hoc quod est æs, hoc facit quod est sphera. Si igitur & hoc facit ipsum; palàm quia similiter faciet, & ibunt generationes in infinitum.

A

Probat, quod dixit, scilicet quòd nec materia fit per se, nec forma, dicens: ita dictum est supra, quòd forma non fit, nec materia; quia si aliquis facit formam, ex aliquo facit; hoc autem, ex quo facit, est illud, quod subiicitur generationi isti: uel sicut hoc subiiciebatur, hoc est, hoc supra põnebatur, quòd quidquid fit, ex aliquo fit. Benè dico, quòd si facit, ex aliquo facit: facere enim ęream spheram, est facere ex hoc, quòd est æs, ipsam spheram: si ergo forma fit, ex aliquo fit: composita est ex aliquo, & aliquo: quia ex aliquo, quod est suppositum generationi, ex qua fit: & ex aliquo, qđ accipitur per generationem: quęro ergo de illo aliquo, quod est pars istius; aut fit, aut non fit: si non fit, ergo forma non fit: si autem hoc fit, ipsum, palàm est, idest manifestum fit, quia similiter illud faciet, idest ex aliquo faciet: si autem ex aliquo faciet, illud erit compositum ex aliquo, & aliquo: si ita est, ibunt generationes in infinitum. Notandum est diligenter, quòd ratio Philosophi fundatur super duas propositiones: prima est, omne, quod fit, ex aliquo fit: & hanc accipit Philosophus per præcedentia: non enim præmisit omnia præcedentia, nisi ut concluderet hanc conclusionem, quòd solùm compositum fit: secũda propositio est, quòd illud, ex quo fit, quod fit, est pars rei factæ: cuius ratio est, quia omne, quod fit, & quod factum est, potest fieri: ita quòd de essentia cuiuslibet facti & generati est, quòd per aliquid fui possit fieri, & esse, & per aliquid fit: illud autem, propter quod potest fieri & esse, est illud, ex quo fit: ergo illud, ex quo fit, est de essentia rei generatæ, & hoc est materia. Declaratis duabus propositionibus, patet conclusio Philosophi: si enim forma fit, per primam propositionem ex aliquo fit; per secundam illud, ex quo fit, est pars istius, quod fit: ergo forma erit composita ex aliquo, & aliquo; ex aliquo, per quod est; & ex aliquo, per quod potest esse: uel ex aliquo fit: si autem ita est, erit abire in infinitum in generationibus: quia si forma est composita ex aliquo, & aliquo, quæro de illo aliquo, per quod est; aut fit, aut non fit; si non fit, ergo ista forma non fit; & eodem modo nec prima: si autem fit, adhuc erit composita ex aliquo; & ita erit abire in infinitum.

Ostenditur formam ipso nõ generari

B

C

De essentia cuiuslibet facti quid.

D

Palàm ergo, quòd nec species fiat, nec quodcunque oportet uocare in sensibili formam. Nec eius est generatio, nec quod quid erat esse huic. Hoc enim est quod in alio fit, aut ab arte, aut à natura, aut à potestate. Aeream uerò spheram esse facit. Facit enim ex ære, & sphera. Nam in hoc banc speciem facit, & est hoc sphera area. Hoc autem sphera esse. Eius uerò quod est sphe- TEX. 27.

ra eſſe omnino, ſi eſt generatio, ex aliquo aliquid erit.

Infert propoſitum.

Ex iſtis concludit, quòd quidditas non fit. Et duo facit, quia primò facit concluſionem: ſecundò probat eam, ibi [Oportebit enim diuiſibile eſſe.] Dicit ergo, quòd manifeſtum eſt ex præcedentibus, φ nec ſpecies, nec forma cuiuslibet rei ſenſibilis fit, nec eius generatio: & ſimiliter manifeſtum eſt, quòd ipſum quod quid eſt huius rei non fit: quod enim fit ſiue ab arte, ſiue à natura, ſiue à quacunque poteſtate non eſt quidditas in ſe, ſed eſt quidditas in alio, & quoddam compoſitū ex aliquo, & quidditate: nam faciens æream ſpheram, facit eam ex ære, & ſphera, ideſt quod facit hoc in hoc, ideſt hanc quidditatem, ſcilicet ſpheram in hac materia, ſcilicet ære, eſſe quidditatem ſpheræ, omnino non fit; quia ſi eſſet eius generatio, ex aliquo eſſet, quod eſſet pars ſui, ſicut dictum eſt de forma. Deinde cum dicit.

Oportebit enim diuiſibile eſſe ſemper, quod fit & eſſe hoc quidem hoc, & hoc hoc. Dico autem quòd hoc quidem materia, illud verò ſpeciem. Si igitur eſt ſphera ex medio figura æqualis, huius hoc quidem eſt, in quo erit quod facit; hoc autem in illo, hoc autem omne, quod factum eſt, ut ærea ſphera.

Probat, quod dixit, dicens: benè dico, quòd ipſa quidditas non fit; quia omne, quod fit, diuiditur in duo: ita quòd eius hoc quidem eſt hoc, hoc autem eſt illud, ideſt hoc eſt materia, illud autem forma: ſi ergo ſubſtantia & quidditas formæ fit, oportet quòd quidditas ſpheræ diuiſibilis ſit: ſi enim quidditas ſpheræ eſt figura, à cuius medio lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt æquales, & iſta quidditas eſt facta; oportet quòd iſtius facti hoc quidem ſit materia, in qua ſit forma, quæ fit; hoc autem ſit forma, quæ eſt in illo; & ſic quidditas erit quid compoſitum: omne enim, quod habet quid, & quid; eſt ipſum compoſitum, quod eſt factum; ſicut ærea ſphera, & non quidditas ſpheræ tantùm. Deinde cum dicit.

Palàm igitur ex dictis, quia quod quidem ut ſpecies, aut ut ſubſtantia dicitur, non fit. Synolon autem ſecundùm hanc dicta fit. Et quod in omni generato materia ineſt, & eſt hoc quidem hoc; & hoc & hoc.

Conclucludit concluſionem principaliter intentam, diuiſam contra totum præcedens: poſtquam enim præmiſit quoddam de natura generationis: poſtquam probauit, quòd compoſitum fit; & ex hoc probauit quòd quidditas non fit; hic concludit concluſionem iſtam, quæ fuit principalis ex prædictis; ita quòd iſte ſit ordo; ex primis habemus, quòd quidquid eſt, ex aliquo fit; ex ſecundo habemus, quòd quidquid fit, compoſitum eſt; ex quo concludit, quòd illud, quod fit, quidditas non eſt. Dicit ergo,

E quòd manifeſtum eſt ex prædictis, quòd ipſum quod quid eſt, ut ſpecies, uel ſubſtantia rei, non fit; ſynolon autem, ideſt ſimul totum, quod dicitur ſecundùm hanc quidditatem, fit: manifeſtum eſt etiam, φ in omni generato eſt materia, & φ in omni generato hoc quidem eſt hoc; hoc autem illud, ideſt hæc eſt forma. Deinde cum dicit.

Totum vel perſe, vel p accidens eſt primum terminus generationis.

Vtrum igitur eſt nè quædam ſphera præter has, aut domus præter lateres? TEX. 28.

Aduerſus Platonem, quòd nō detur quidditas ſeparata, quæ ſit cauſa generationis.

Poſtquam manifeſtauit, quòd quidditas non aſpicit generationem tanquam illud, quod generetur; ita quòd fiat; hic uult uniuerſaliter oſtendere, quòd non debet poni aliqua quidditas ſeparata iſto modo, quo ponebat Plato, quæ ſit cauſa F generationis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit qnæſtionem unam, Vtrum ſcilicet ſit aliqua quidditas ſeparata? ſecundò ſoluit eam. Secunda ibi [Aut nunquam facta eſt.] Ponit ergo quæſtionem, dicens; quidditas non generatur, utrum autem eſt aliqua quidditas ſeparata præter quidditates ſenſibiles? ut aliqua domus ſeparata præter has domos, quæ ſunt in lateribus? circa hoc hoc debet dici. Deinde cum dicit.

Quidditas non generatur.

Aut nunquam facta eſt? Si ſic, non erat hoc aliquid. Sed quia domus tale ſignificat. Hoc autem & terminatum non eſt; ſed facit & generat ex hoc tale hoc. Et quando generatum eſt, eſt hoc tale. Hoc autem eſt omne hoc. Callias autem & Socrates eſt quemadmodum ſphera ærea hoc. Homo uerò & animal quemadmodum ſphera ærea totaliter.

G

Oſtendit, φ quidditas ſeparata non eſt neceſſaria generationi, tanquam generans. Et diuiditur in tres partes, quia in prima parte oſtendit propoſitum; ſecundò ipſum oſtenſum concludit; tertiò manifeſtat quoddam, quod dixit. Secunda ibi [Manifeſtum eſt igitur] Tertia ibi [In quibuſdam uerò palàm] Prima ratio talis eſt: omne generans eſt hoc aliquid, diuerſum in numero à genito; tamen ſimile ei in forma; ita φ ipſum generans ex hac materia facit hoc compoſitum; & ſi generans eſt compoſitum ex materia & forma, etiam ſimiliter genitum; ſeparatum autem à materia nec eſt in materia, nec eſt ſimile in forma rei, ſcilicet exiſtenti in materia. Et hoc eſt, quod dicit ipſe H Philoſophus, quòd nunquam eſt aliqua ſubſtantia, ſi generans ſic non erat hoc aliquid; quod tamen hoc aliquid ſignificat tale, quale eſt ipſum genitum, hoc eſt ſimile ei in forma, & etiam in qualitate ſubſtantiali; hoc autem ſupple, quod generatur, non eſt determinatum, hoc eſt non eſt ipſa quidditas determinatę rationis, ſed eſt ipsū compoſitum, quod facit, & generat ex hoc, hoc eſt, ex hac materia tale. i. ſimile ſibi in forma; & illud, φ eſt generatum, qn̄ eſt generatum, eſt hoc tale, ideſt ſimile generanti in forma; & eſt hoc omne, ideſt quoddam compoſitum particulare; ſicut Callias, aut Sors: & ſicut hæc ærea ſphera uniuerſaliter.

Proſequitur ad idē.

Generans & genitum ſunt ſimila in forma.

Quod generatur non ē quidditas determinata rationis.

uersaliter. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duas propositiones: prima est, ꝙ generans & genitum sunt diuersa in numero, & materia, & sunt unum in forma: secunda est, ꝙ ipsum genitum est ipsum compositum ex materia & forma, non ipsum uniuersale, sicut animal & homo. Prima patet, quia generans intendit largiri passo similitudinem suam: sciendum est enim, quòd omnis natura appetit esse diuinum, & esse perpetuum, ut habet ostendi Secundo de Anima. aliqua sunt, quæ habent esse perpetuum in seipsis, & in unitate numerali: ita quòd unumquodque numero perpetuum est, & talia sunt incorruptibilia: aliqua sunt, quorum species perpetua est; tamen indiuiduum non est perpetuum: & hæc sunt corruptibilia, sicut est homo, & asinus: quòd autem hæc species perpetuetur, hoc est per continuam generationem. Ex hoc ergo habemus, quòd generans generando intendit perpetuare speciem suam; non autem potest perpetuare speciem suam, nisi trahendo passum ad similitudinem sui: si autem passum trahitur ad similitudinem generantis, oportet necessariò ꝙ conueniat cum generāte in similitudine speciei, & quòd differat, ex hoc quòd ista similitudo speciei in alio & in alio recepta est: quod quidem aliud & aliud uoco materiale. Ex quo patet prima propositio, scilicet quòd generatum & generans conueniunt in forma, & differunt in materia. Secunda etiam patet, quia actiones sunt suppositorum. Ex his propositionibus patet propositū Philosophi sic: puta si generans & genitum cōueniunt in forma, & differunt in materia; impossibile, quòd quidditas, quæ ponitur separata sit generans: quia separatum & non separatum nullo modo possunt conuenire in eadem forma: tum etiam quia non possunt differre in materia separatum, & non separatum: separatum enim non habet materiam, quia quæ tantùm differunt in materia, solo numero differūt: separatum autem & non separatum differunt (ut dicitur Decimo huius) secundùm genus naturale ad minùs. Hæc est ergo uia, quam tetigit Philosophus, quando dixit; quòd generans est hoc aliquid tale, quale est ipsum genitum; hoc est simile in forma. Ex secunda propositione similiter patet, quia Platonici, qui ponebant istas quidditates; ponebant ipsas quędam uniuersalia separata: uniuersalium autem non sunt actiones, sed solummodo suppositorum. Et hanc tetigit Philosophus, quòd generans uel genitum est quoddam omne, hoc est quoddam totum compositum. Deinde cum dicit.

Omnis natura appetit esse diuinū.
2. de Anima.34.
2. de Anima.33.
Separatū et non separatū non possunt conuenire ī eadē forma nec ī materia differre.
Tex.cō.26.
Vniuersalium nō sūt actiones.

Manifestum ergo quia specierum causa, sicut cō sueti sunt dicere quidam species, si sunt præter singularia, ad generationes & substantias nihil utiles, neque erunt utique præter hoc substantiæ secundùm se.

Cōcludit propositum ostensum, dicens: quòd

A manifestum est ex istis, quòd species, quas quidam posuerunt, & si sint quædam substantiæ existentes per se, & secundùm se.

In quibusdam uerò palàm, quid generans tale quidem est, quale generatum. Nec tamen idem, nec unū numero, sed unum specie: ut in Physicis. Homo namque hominē generat, nisi quid præter naturam fiat; ut equus mulum. Et hoc quoque simile. Commune enim super equum & asinum non est nominatum proximum genus. Sunt autem ambo forsan uelut mulus.

Manifestat quoddam, quod dixerat; dixit enim quòd generans & genitum sunt similia in forma, hoc ergo manifestat. Et duo facit, quia primò hoc manifestat: secundò ex hoc concludit ad

B huc principale propositum, scilicet quòd non est dare species, & ideas separatas per ipsam generationem, ibi [Quare palàm] Dicit ergo primò; ita dictum est, quòd gignens & genitū similia sunt: in quibusdam enim statim hoc est manifestum, scilicet quòd generans est tale, quale est genitū, non tamen tale, quòd sit unum in numero cum eo, sed quòd sit unum specie: hoc enim statim est manifestum in Physicis, hoc est in naturalibus generationibus: in talibus enim simile generat sibi simile, sicut homo hominem: nisi aliquid fiat præter naturam, sicut equus generat mulum: & tamen in talibus adhuc saluatur aliqua ratio similitudinis; est enim quoddam commune equo & asino, quod est proximum genus non nominatū; & sub illo etiam continetur mulus: itaque ambo

C hoc est, equus & asinus in illo sunt uelut mulus, hoc est sibi similia: ut si diceremus, quòd commune est iumentum, dicimus quòd equus & mulus sunt uelut mulus, quia iumenta sunt. Notandum est, quòd de natura cuiuslibet agentis naturalis est, quòd formalitatē suæ actiuitatis inducat in passum: cuius ratio est, quia ad hoc agit, ut suā actiuitatem, & suam formalitatem multiplicet; ut quod non potest saluari in uno indiuiduo, ad minùs saluetur in specie: quia ita est, quando cunque agens non potest inducere suam similitudinem propter indispositionē passi, oportet quòd hoc sit præter naturam eius: sic autem est in proposito, sperma enim equi, quod infunditur, inducit similitudinem eius, à quo decisum est; & hoc

D quia instrumentum eius: si autem contingat, ꝙ non possit inducere, quia materia non est apta nata suscipere, hoc erit præter naturam: quod ergo equus inducat formam muli, hoc est præter intentionem agentis. Imaginabimur tamen, ꝙ aliquid est sub primaria intentione agentis; & aliquid sub secundaria: sub prima intentione agētis est, quòd inducat sui similitudinem: sub secundaria autem intentione est, quòd si non potest inducere omnino simile sibi, ad minùs inducat propinquum similitudinis suæ: sic autem est in proposito, quia species muli est propinqua equo & asino. Notandum est, quòd secundùm

In generatione naturali simile sibi simile generat.
Generatio muli ē præter naturā.
Quō generetur tertia species.
Duplex agētis intentio.

Hic in Septimo com. 28. vide Ariſt. in lib. 8 Animalib. & de Generat. animalium cap. 6. contra Democr. & Empedoclem.

Commentatorem: ſperma equi calidum eſt, & ſperma aſinæ frigidum eſt, & temperatur à permixtione;& ex hoc fit quædam natura media inter aſinum & equum, ſcilicet. natura muli, quæ communis eſt cum aſino & equo: & ſub hoc intentio Commentatoris eſt, quòd in generatione muli etiam ſimilitudo eſt;quia mulus aſſimilatur equo & aſino; ſicut medium aſſimilatur extremis: quod quidem medium Philoſophus uocat commune,quando dixit, quòd mulus eſt quoddam commune ſuper equum & aſinum,& quoddam proximum utrique in generatione; ex hoc ambo,ſcilicet equus & aſinus quodam modo ſiunt uelut mulus;eo modo quo dicimus, quòd extrema ſunt uelut media, hoc eſt, quia aliquo modo aſſimilantur medio in natura.

Quare palàm, quia non oportet quaſi exemplũ ſpeciem probare. Maximè enim in his exquirerentur. Nam ſubſtantiæ maximè hæ. Sed ſufficiens, eſt generans facere, & ſpeciei cauſam eſſe in materia: omnis uerò talis ſpecies in his carnibus & oſſibus Callias, & Socrates. Et diuerſa quidem propter materiam. Diuerſa namque. Idem uerò ſpecie. Indiuidua enim ſpecies.

A. Lexemplaria.

Adhuc concludit principale propoſitum, dicens; quòd manifeſtum eſt ex dictis, quòd non oportet exquirere ſpecies & ideas,ut ſint extrema generatorum;nam ſi requirerentur ideæ propter generata,maximè requirerentur propter iſta generata,quæ eſſent ſubſtantiæ,nec tamen requiruntur,ſed ad generationẽ iſtorum ſufficit ponere formam in materia,quæ eſt cauſa rei generatæ;omnis enim ſpecies rei generatæ eſt in materia,puta in his carnibus & his oſſibus, ſicut eſt Callias uel Sortes;quæ quidem ſpecies rei generatæ diuerſa eſt à ſpecie rei generantis propter materiam;eadem eſt autem cũ ea in forma, quia forma generantis ingeniti eſt indiuidua & indiuiſibilis formaliter;licèt materia ſit diuiſibilis;ad cuius diuiſionem diuiditur forma per accidens. Notandum eſt,quòd ſi ſpecies requiruntur propter aliqua generata,maximè uiderentur requiri propter generata in generatione ſubſtantiæ: quia quantò generatum eſt poſteris,tantò plura requiruntur ad eius generationem; cum ergo non requirantur propter generata in genere ſubſtantiæ, nõ requiruntur propter aliqua alia. Et hoc eſt,quod dicit Philoſophus, quòd non oportet dare ſpecies & exemplaria, quia ſi darentur maximè darentur in his,quæ ſunt ſubſtantiæ; nõn autem in his dantur, quia ad generationem iſtorum ſufficit ſpecies numeri; ergo nec in aliquo alio debet dari.

Quæſtio.

Quæreret aliquis. Vtrum ſpecies requiratur propter generationem? Videtur quòd ſic; quia omnis generatio fit à ſimili; multa autem ſunt, quæ ſiunt,quæ poſſunt fieri à ſimili in natura; ergo oportet, quòd habeant aliquam ſimilitudinẽ in aliquo ſeparato, & talia ſunt generata per pu-

E trefactionem. Ad oppoſitum eſt Philoſophus.

Reſpond. in iſta quæſtione ſunt tria declaranda: primum eſt,quæ ſunt illa,quæ poſſent mouere aliquem ad credendum,quòd ideæ ſunt neceſſariæ propter generationem: ſecundum eſt,quòd generatio arguit aliquod ſubiectum ſeparatum,uel ſubſtantiam ſeparatam: tertium eſt oſtendere, quòd iſta ſubſtantia ſeparata, quam arguit generatio: non eſt illa,quam uocauit Plato quidditatem ſeparatam.

Artic. primum.

Circa primum notandum eſt, quòd quatuor poſſunt eſſe, quæ mouerent aliquem ad credendum,quòd ideę requiruntur propter generationem;Primum eſt, quia ſecundùm Philoſophum, formæ accidentales ſunt formæ actiuę;formæ autem ſubſtantiales non ſunt formę actiuæ. Debemus enim imaginari,quòd in igne caliditas agit, ſed non igneitas;& hoc quia omnis forma actiua in naturalibus in ſphera actiuorum habet contrarium; ſi autem ita eſt, quòd omnis forma actiua agat ad multiplicationem ſpeciei,& non agat ultra ſpeciem ſuam; & cum ſola forma accidentalis ſit forma actiua; per formam accidentalem non educetur niſi accidens;per calidum enim nũquam induceretur niſi calidum; ſi enim per calidũ induceretur ignis, uel aliqua forma ſubſtantialis;iam calidum ageret ultra ſpeciem ſuam; cum ergo forma ſubſtantialis inducatur in materia, quæro à quo inducitur? non à forma ſubſtantiali exiſtente in natura;quia ſuppoſitum eſt,quòd talis non eſt actiua; nec à forma accidentali, quia ſic iſta forma ageret ultra ſuam ſpeciem;à nulla ergo forma exiſtente in natura inducitur, ergo à forma exiſtente ſeparata.

Primũ motiuum.

F

G

Secundum motiuum.

Secundum motiuum eſt propter generata ex putrefactione, quod eſt tactum in argumento; ſuppoſito enim quòd omne, quod fit, fit à ſibi ſimili: ſi generatio ex putrefactione fit, oportet dare aliquam ſimilitudinem inter gignens & genitum;cum ergo uideamus,quòd nullum tale eſt infra materiam,quod aſſimiliter tali genito,oportet dare aliquod ſeparatum, quod quidem agat ad generationem iſtorum;ita quòd omnes proportiones,quæ ſunt in materia,ex quibus poſſunt educi iſtæ formæ generatæ ex putrefactione,modo ſublimiori ſunt in illa forma ſeparata;itaquòd in materia ſunt per modum paſſiui & per modũ naturæ; in forma autem ſeparata ſunt per modũ actiui & per modum artis.

H

Tertiũ motiuum.

Tertium motiuum eſt in ſpermate deciſo:uideo enim quòd per ſpermatis deciſi educitur aliquid in materia paſſi formaliter,quod formaliter non eſt in ipſo ſpermate:ſi autem formaliter non eſt in eo illud, quod eſt formaliter in paſſo;ergo ſimile non fit ex ſibi ſimili in natura:oportet ergo recipere aliud aliquid ſeparatum à materia, in quo ſimilitudo huius reducti reperiatur. Quartum motiuum eſt, quod uidetur poni in litera, quòd agens naturale debet habere exemplar ſeparatum, ad quod

aſpi-

aspiciendo, regulatè, & debitè agat; quod quidem separatum, Plato uocauit ideam tantū: hæc ergo de primo articulo.

Secundus articulus. Quantùm ad secundùm est notandum, quòd triplici uia possumus uenari, quòd generatio arguit aliquam formam separatam: prima uia est ex habitudine, quæ est inter materiam & artem: secunda est ex habitudine, quæ est inter motum ad formam, & motum ad locum: tertia est ex habitudine, quæ est inter permanentiam completā & diminutam, inter participationem, quæ est per participationem, & per essentiam. Prima uia patet sic: natura tenet medium inter artem diuinā & artem nostram; sicut tenet medium inter intellectum diuinum & nostrū: licèt enim res naturales habeant rationem mouentis respectu intellectus nostri, quia intellectus noster mouetur à rebus; tamen respectu intellectus diuini habēt rationem moti: & hoc, quia omnes naturales res reducuntur in intellectum diuinum, & in artem diuinā. Debemus imaginari, ꝙ opus naturæ est opus intelligentiæ: certū est enim ꝙ natura producendo suos effectus, ad certum finem tendit ꝑ certa media: illum autem finem, uel illa media non cognoscit: oportet ergo, ꝙ tendat ad debitum finē per debita media, sibi impressa ab alio, & acta. s. ab intelligentia: ut sicut nos suo modo dicimus; ꝙ graue habet à generante, ꝙ tendat ad certum & debitum locum: ita possumus dicere, ꝙ natura habet ab intelligentia, ꝙ tendat ad debitum finem per debita media: Habitudo ergo inter naturam & artem est, ꝙ natura arguit semper aliquem intellectum & aliquam artem, à qua agatur, & à qua sic imprimatur; ita ꝙ illud, quod exprimitur in natura ꝑ effectus naturales, suo modo sit expressio illius intelligētię, suo modo se explicantis mediante natura: sicut ergo acta arguunt agentia, & secunda arguunt prima: ita natura arguit intelligentiā; & generatio, quę est opus naturæ, arguit opus intelligentię: & possumus dicere suo modo, ꝙ natura agendo semper aspiciat exemplar separatum. Et si sic intellexit Plato, sicut fortè intellexit, non malè posuit: nec ualet, quod ponit Philosophus, ꝙ sufficit habere exemplar coniunctum; quia exemplar coniunctum est imago quædam exemplaris separati, sicut natura est imago intelligentiæ: sicut ergo non sufficit natura sine intellectione; ita non sufficit exemplar coniunctum sine separato: natura ergo in agendo se intendit assimilare exemplari coniuncto; sed non nisi quatenus exemplar coniunctum est imago quędam exemplaris separati: patet ergo prima uia. Secūda uia est ex nexu & habitudine, quę est inter motum ad formā, & motum ad locum, quæ est uia Arist. in multis locis: certum est. n. secundùm Arist. ꝙ generatio, quę est mutatio ad formam supponit motum circularem: est enim imaginatio Philosophi, ꝙ omne alterās alteratum reducitur ad alterans nō alteratum: alterans alteratum uoco omne motum uel mutatum secundùm formam: alterans non alteratum uoco illud, quod ita mouet ad formam & alterat, quòd ipsum non mouetur secundùm formam, nec alteratur secundùm formam: hoc autem est ipsum cœlum: cœlum enim mouet ista inferiora, ita tamen quòd non mouetur; sed nō mouetur eo motu, quo mouet: mouet. n. ad formam, sed non mouetur secūdùm formam: generō ergo, quæ est motus formalis, arguit aliquem motum, non formalem, sed localem tantùm: & iste est motus localis, qui quidem motus localis arguit aliquē motorem, qui nullo motu mouetur: quia si moueretur aliquo motu, moueretur uel motu ad formā, uel motu ad locum: non motu ad formā, quia sic esset indignius moto, s. cœlo, qđ non mouetur secundùm formam, sicut prædictū est: nec motu ad locum; quia sicut cœlū non mouetur eo motu, quo mouet; ita nec motor debet moueri eo motu, quo mouet; nullo ergo motu mouetur, si nullo motu mouetur, non est in materia. Arguamus ergo sic; generatio arguit localem motum; motus localis arguit motorem, qui est separatus, ergo arguit generatio aliquid separatū; ita quòd generans in generando aliquo modo illud aspicit; patet ergo secunda uia. Tertia uia est ex habitudine, quæ est inter permanentiam completam, & diminutam, quæ supra aliquo modo tacta est in Tertio huius. Debemus enim imaginari, qòd sicut ens per participationem arguit ens per essentiam; ita permanentia diminuta arguit permanentiam completam; dictum est autē in præcedentibus, quòd generatio ideo data est rebus, ut saluetur esse permanens, saltem diminuto modo; quia nō saluatur nisi in spē, & non in indiuiduo. Imaginabimur ergo quòd permanentia in specie est permanentia diminuta, & per quandam participōnē; permanentia āt in uno in numero; ita ꝙ idē in numero sit ſp perpetuū, est permanētia cōpleta, ergo sicut diminutum arguit completum, ita hæc permanentia arguit illam; ergo est dare aliquod unum, quod permanet sempiternum, & æternum, & unum in numero; quod non potest esse nisi separatum à materia; quia materia est causa corruptionis; generatio ergo arguit aliquid separatum à materia: ita quòd generans in generando intendit perpetuare speciem; non autem hoc intendit, nisi inquantùm est quædā imago illius perpetuationis completæ; ergo generās in generando semper aspicit illud suo modo. Et si sic itellexit Plato, ꝙ est dare aliquod separatū, cui intēdit natura se assimilare in agēdo, nō malè intellexit: patet ergo secundus articulus.

Tertius articulus. Tertium declarandum patet: licèt enim generatio arguat aliquod exemplar separatum (ut declarauit secundus articulus præcedens) & etiam aliquam artem, quæ sit regula naturæ; non tamē oportet, quòd illud exemplar sit per illum modum, per quem posuit Plato: ponimus enim, ꝙ ista exemplaria sunt quædam ideę in mente, diuina, quas ideas unaquæque res naturalis in suo gra du

Marginal notes (left column): *Natura te net medium inter artē diuinā, & artē nostrā.* — *Opus naturæ est opus intelligētiæ.* — *Defenditur Plato circa ideas.* — *Secūda uia* — *In Physicis præcipuè.*

Marginal notes (right column): *Generatio arguit motum localē, non formalem.* — *Tertia uia.* — *Generatio est data rebus.* — *Materia est causa corruptionis.* — *Defenditur Plato.* — *Exēplaria sunt ideæ in mente diuina.*

du imitatur. Si ſic Plato intellexit, benè dixit: & hoc modo multi dicunt eum intellixiſſe: ſi autem poſuit aliquas ideas non in mente diuina: ſed per ſe ſubſiſtentes quæ eſſent quidditates rerum ſenſibilium, ſicut illi imponit Ariſt. hoc modo falſum eſt, tales ideas ponere: quòd enim ſint quidditates, & ſint ſeparatæ à rebus, hoc eſt impoſsibile, quia quidditas rei ſẽper eſt in illo, cuius eſt quidditas. Et hoc modo improbat eum Philoſophus dicens, quòd quidditas rei, inquantùm aſsimilantur generans & genitum, ſufficiens eſt ſine quidditate ſeparata.

Def. uditur Plato.

Quidditas rei eſt in illo cuius ẽ quidditas.

Ad argumenta.

Ad primum motiuum dicẽdum eſt, quòd propter hoc non oportet ponere aliquid ſeparatum,: cuius ratio eſt; quia ſuppoſito quòd hoc ſit uerũ, ſcilicet quòd ſola forma accidentalis agat; tamẽ inducetur forma ſubſtantialis per naturam: formæ enim accidentales agunt nõ quocunque modo, ſed ut ſunt inſtrumenta formarum ſubſtantialium; & ſicut inſtrumẽta inducent formas ſubſtantiales. Verbi gratia, calor non inducit niſi calorem; inquantùm tamen agit in uirtute formæ ſubſtantialis, inducet igneitatem. Aliqui tamen ſunt, qui ponunt, quòd forma ſubſtãtialis poteſt agere: ex quo enim forma accidentalis agit, & in uirtute illius; oportet quòd illa principaliùs agat ad inducendum propriam diſpoſitionem formæ ſubſtantialis: forma autem ſubſtantialis aget in materiam diſpoſitam. Sciendum tamẽ eſt, quòd iſtud argumẽtum magis eſt pro opinione Auicẽnæ, quàm pro opinione Platonis: licèt enim fortè hoc argumentum arguat, quòd eſt ponere aliquã formam ſeparatam, quæ daret iſtam formã ſubſtantialem; tamen iſta forma ſeparata non deberet dici quidditas rei, ſicut dicebat Plato; ſed magis deberet dici intelligentia datrix formarum, ſicut dicebat Auicenna. Ad ſecundum motiuũ, quod fuit de generatis ex putrefactione, dicendum eſt: quòd ſufficit, quòd agens habeat in uirtute illud, quod formaliter eſt in paſſo: non enim ſemper inter gignens & genitum eſt omnimoda uniuocatio: non ergo oportet reducere iſta ad aliquam ſubſtantiam ſeparatam, niſi fortè (ſicut dictum eſt in ſecundo articulo;) ſed ſolùm ſufficit, quòd hæc generata ex putrefactione ſint uirtualiter in agente. Ad tertium motiuum dicẽdum eſt; quòd ſperma eſt agens inſtrumentale, agens in uirtute principalis agentis; à quo ſperma deciditur: licèt ergo inter iſtud inſtrumentũ, & genitum non ſit uniuocatio; tamen inter principale agens & genitum uniuocatio eſt. Debemus enim imaginari, quòd quidquid formaliter eſt in genito, uirtualiter eſt in ſpermate, uniuocè in principali agente; & hoc quia ſperma eſt ſuperfluitas tertiæ digeſtionis & ita quaſi aſsimilatur omnibus mẽbris, & defert ſecum uirtutem omnium mẽbrorum ut poſsit membra ſimilia educere de materia paſsi; ita quòd illud idẽ, quod in forma eſt, uel efficitur in paſſo; uirtualiter eſt in ſpermate. Ad ultimum motiuum dicendum eſt,

Omnis generatio eſt uniuoca uel formaliter uel uirtualiter, omnia.n. aliquomõ ſiũt ab uniuoco, quia agens, uel hẽt formã quã producit in ſe formaliter, uel hẽt illã formã in uirtute: quare fit quòd ẽt ĩ putrefactis ẽ aliquomõ generatio uniuoca.

E quòd benè uerum eſt, quòd aliquod exemplare paratum requiritur ſicut in ſecundo articulo patuit, non tamen tale, quale ponebat Plato.

Quæreret etiam aliquis, Vtrum ideæ requirantur propter ſcientiam? Videtur quòd ſic; quia ſcientia eſt de neceſſariis & immobilibus; quod autem eſt in ſenſibilibus, contingens & mobile eſt, ergo oportet dare aliquod ſeparatum, quod ſit neceſſarium & immobile; ſi debet haberi ſciẽtia. Ad oppoſitum eſt Philoſophus. Reſpondeo dicendum eſt ad iſtam quæſtionem, quòd non ſolùm Plato; ſed etiam aliqui moderni ponunt aliquod ſeparatum propter ſcientiam: ponũt enim quòd cauſa ueritatis haberi non poteſt, niſi intellectus aſpiciat ad aliquod exemplar ſeparatum:
F ita quòd ipſi ponunt ad naturam ſcientiæ acquirẽdã duplex exẽplar; exẽplar acquiſitũ à rebus, & exemplar ſeparatum: & quòd primum non ſufficit ſine ſecundo. Quod autem primum non ſufficiat per ſe, probatur triplici uia: prima uia accipitur à parte rei, à qua ſumitur iſtud exemplar: ſecũda ſumitur ex parte intellectus, in quo huiuſmodi exemplar ſuſcipitur: tertia uia ex parte exemplaris in ſe, quod à re ſuſceptum eſt. Prima uia talis eſt: tale exemplar eo ipſo quòd ſuſceptũ eſt à re tranſmutabili, eo ipſo trãſmutabile eſt: quod ſi hoc eſt, non poteſt facere perfectam certitudinem, quam ſcientia requirit. Secunda uia talis eſt: anima, ſiue intellectus humanus de ſe uariabilis eſt & obliquabilis per errores; & ideo hmõi
G exemplar à rebus acquiſitum nõ ſolùm de ſe habet uariabilitatem, ſed etiam ex parte ſubiecti: ſi autem hoc eſt, per ipſum non poteſt haberi firma, & certa ueritas. Tertia uia: quia huiuſmodi exemplar acceptum eſt à phantaſmate, per uiam autem phantaſmatum & ſenſuum non poteſt quis deuenire ad ſinceram ueritatem rei; cuius ratio eſt, quia ueritas intelligibilis eſt in alio genere cognitionis, quàm ſit ipſe ſenſus, uel phãtaſma; & ideo per ſenſum & phantaſma nunquã deueniemus ad talegenus cognitionis; quia nulla res agit ultra ſuam ſpeciem. Ponunt ergo iſti aliquod exemplar ſeparatum, ad quod intellectus aſpiciendo percipit de re ſinceram ueritatem; quæ ſincera ueritas eſt imago illius exemplaris.
H Et hi ſic dicentes, uidentur ſequi uiam beati Auguſtini, quaſi ubique in ſuis libris: qui uidetur ponere, quòd nunquam ſincera ueritas uidetur, niſi in regulis æternis. Imaginantur ergo iſti, qui ſunt huius poſitionis, tria, ſcilicet illud, quod intelligitur, ſiue quod percipitur, ſiue quod iudicatur; & intellectum iudicantem, ſiue percipientem; & regulas æternas, ſiue exemplaria; per quæ iudicat; iſtud autem, per quod iudicamus, eſt lux incorporea, ſiue æterna lux; & eſt exemplum Auguſtini in multis locis, quòd unum & idem ſcitur, ſiue iudicatur à duobus, ſiue percipitur per legem æternam, & per corpoream, irradicantes unicuique. Non autem intelligendum, quòd ſiue Auguſtinus, ſiue iſti intendant dicere, quòd iſta exemplaria

Quæſtio.

Prima uia.

Secũda uia.

Tertia uia.

Op. Auguſtini de ſynceris ueritatibus.

plaria sint eodem modo, quo ponebat Plato, scilicet quòd sint aliquæ ideæ separatæ, per se existētes; sed quòd solùm sunt ideæ in mente diuina: ita quòd intellectus noster nunquam perfectè intelligit aliquam rem, nisi ex hoc, quòd spiritualem illuminationem habet, & illustrationem ab istis ideis. Sic ergo isti ponunt, & dicunt; etiam hanc fuisse intētionē Plat. ponētis regulas æternas, uel exemplaria, non extra mentem diuinam, sed in mēte diuina. Alius modus dicēdi est, qui uidetur fuisse Philosophi, quòd intellectus noster potest attingere aliquā ueritatem, ex hoc quòd habuerit aliquam similitudinem, uel aliquam speciem ab ipsa re: nec oportet quòd semper sit illustratio specialis ab exemplari separato; cuius ratio est, quia unaquæque res perfecta in suo esse habet perfecta instrumenta, per quæ potest exire in suum opus: ergo intellectus noster infra sui perfectionem habebit, unde possit exire in opus suum, sine speciali illustratione alicuius separati: ex hoc tamen non excluditur ab intellectu generalis influentia primi principii; eo modo quo dicimus, quòd prima causa agit in actione causæ secundæ. Imaginabimur ergo, secūdùm istum modum dicēdi, quòd intellectus noster habet, & est sibi natum, unde possit omnia fieri: & unde possit omnia facere; unde omnia fieri, est intellectus possibilis, & unde omnia facere, intellectus est agens, siue lux intellectus agentis; quæ est apta nata irradiare super omne intelligibile, sine speciali illustratione alicuius lucis separatę. Primi enim de prima imaginatione uidebantur imaginari ipsum obiectum, & ipsam potentiam intellectiuā, & ipsam lucem extrinsecam, quæ irradiabat super omne obiectum, ad hoc quòd sincera ueritas haberetur de eo. Illi autem, qui sunt de secunda positione, uidentur imaginari ipsum obiectum, & ipsam potentiam intellectiuam; quæ est ipse intellectus possibilis, qui potest fieri obiectum omne; & lucem intellectus agentis, non separatam, sed coniunctam nobis: quæ quidem lux primò est apta nata illustrare super principia; secundariò super conclusiones. Imaginantur ergo isti, quòd in principiis est quædam immobilitas, & quædā necessitas; secundariò ex immobilitate principiorū est immobilitas in conclusione; quæ quidē immobilitas siue in conclusionibus, siue in principiis à nobis perpenditur ex illustratione lucis intellectus agentis; & ex hoc per lucem innatam possemus habere aliquam scientiam; quia scientia non est aliud nisi perpendere principia, & per principia conclusiones. Tamen intelligendum est, quòd lux ista est deriuatio quædam primæ lucis; ita quòd facit in se istud, ut quod uidetur in ista luce, quodā modo uideatur in illa: debemus enim imaginari, quòd lux intellectus agentis est quædam deriuatio lucis primæ, siue primi exemplaris: & ideo quidquid uidetur in ista luce, quodammodo uidetur in illa: si enim proponatur alicui quid magis amandum? non poterit uidere ni

A. l. spālem (margin, beside "ligit aliquam rem")
Opi. Aristo. ad idem. (margin, beside "mēte diuina. Alius modus")
3. de Anima 30. & 39. (margin, beside "in suum opus")
3. de anima 18. (margin, beside "unde omnia fieri")

A si in aliqua luce; hæc autem lux, in qua uidet, est lux innata sibi; quæ tamen est imago quædam lucis primæ; & ideo uidendo in hac, quodammodo uidet in illa. Et hoc fortè uoluit dicere Plato, ꝙ intellectus semper aspicit ad aliquod exemplare paratum; quia intellectus quidquid uidet, in aliqua luce uidet; quæ quidem lux est imago lucis separatæ, & exemplaris. Hoc etiam uoluit dicere August. quando dixit, quòd quidquid uidetur, uidetur in regulis æternis, & in aliquo, quod est supra animas nostras; quia uidetur in aliqua luce nostri generis; quia in luce intellectus agentis; quæ quidem lux est imago regularum æternarum.

Idea Platonicaque possunt saluari. (margin)

Si quis uoluerit tenere hunc secundum modum, potest respondere ad argumenta, quæ sunt in oppositum B pro alia opinione, & primò ad primum; cum enim dicitur, quòd quid est in re mutabili, est mutabile, & omne exemplar acceptum ab ea mutabile est: dicendum est, quòd in omni re mutabili possunt considerari aliquæ habitudines immutabiles: sicut in homine aliquid est immutabile, scilicet quòd sit animal; quæ quidem habitudines immutabiles, à nobis perceptæ per lucem nostri generis, aliquam scientiam faciunt in nobis: licèt enim illud, quod est in re, mutabile sit, quantùm ad esse existentiæ; tamen aliquid de re conceptum præter esse existentiæ secundùm habitudinem essentiæ ad essentiam, aliquam immutabilitatem habet, sicut immutabile est, quòd infra essentiā hominis clauditur essentia animalis; & tale C immutabile est illud, quod à nobis scitur per lucem nostri generis.

Ad argumenta. (margin)

Ad secundum motiuum, quando dicitur, ꝙ anima nostra mutabilis est: & ideo quidquid in ipsa recipitur, mutabiliter recipitur; hoc nihil facit ad propositum; benè enim concedo, ꝙ anima nostra, & intellectus noster mutabilis est, quia aliquando percipit per rem, aliquando non; itaquòd exemplar & similitudo rei mutabiliter in eo recipitur: sed tamen licèt mutabiliter in eo recipiatur, tamen ita recipitur, quòd per illam similitudinem receptam potest percipi aliqua habitudo necessaria & immobilis de re; siue hoc sit in principiis, siue in conclusione; ex cuius perceptione de re habetur scientia: argumentum autem non D plus probat, nisi quòd exemplar & similitudo ita mutabiliter recipitur in intellectu, ꝙ ammitti potest, & quòd non facit scientiam firmam; quæ non possit in hac uita ammitti: sed hoc non probat, quòd per exemplar rei receptum aliquando non habeatur scientia de re. Ad tertium motiuum dicendum est, ꝙ illud, quod habetur per sensum & phantasmata, ut sistit infra cognitionē sensibilem, non potest facere scientiam: sed ut sēsus & phantasma illustratur per intellectum agētem, & sic transit ad gradum intelligibilem, & sic potest facere scientiam: sicut enim color non mouet uisum nisi in uirtute lucis, ita ꝙ quasi priùs informatur à luce (licèt non sit ibi propriè informatio, quæ moueat uisum) ita suo modo obiectum

ctum acceptum per sensum, non mouet intellectum possibilem, nisi per uirtutem lucis, nobis innatæ ad actum. Quartum in oppositum patet, quia in re mutabili (ut iam dictum est) possunt accipi aliquæ habitudines immutabiles, de quibus est scientia.

TEX. 29. *Dubitabit autem aliquis, quare alia fiunt ab arte, & à casu, ut sanitas, alia non, ut domus.*

Postquam manifestauit multa de natura generationis; hic mouet quoddam dnbium. Et diuiditur in tres partes, quia primò mouet dubium, & soluit: secundò concludit quandam conclusionem ex præcedentibus: tertiò respondet cuidam tacitæ quæstioni. *Excitat dubium ex superius dictis* Secunda ibi [Palàm uerò ex dictis [Tertia ibi [Nó solùm autem de substantia] Prima in duas: quia primò mouet quæstionem: secundò soluit eam. Secunda ibi [Causa uerò est] Hæc dubitatio habet ortum ex præcedentibus: dictum est enim supra, quòd aliqua forma fit ab arte, & à casu, sicut sanitas: certum est etiam, quòd quædam est, quæ nunquam fit nisi ab arte, sicut domus; causam huius diuersitatis quærit, dicens: quòd aliquis dubitabit, quare aliqua forma fit ab arte, quæ potest fieri à casu, sicut sanitas; alia uerò non nisi ab arte, sicut domus? Notandum est, *Auer. expō.* quòd secundùm Commentatorem, hæc quæstio sic mouetur: qnare quædam generantur ab arte & à natura simul; quædam autem ab arte tantū? uidetur hic accipere pro eodem casum & naturam, quia illud, quod uocat ista translatio casum, illa uocat naturam. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd sanitas, quæ generatur à casu, licèt sit casualis respectu unius; est tamen naturalis respectu alterius: ponamns exemplum Philosophi: ex confricatione generatur calor in corpore sanabili, ad quem quidem calorem sequitur sanitas per uim regitiuam corporis: sic ergo ista sanitas comparata ad confricationem, accidentis est, & casualis: comparata tamē ad uim regitiuam corporis, naturalis est, & non casualis; ista ergo translatio aspexit ad casum; Commentator autem aspexit ad uim illam naturalem, ex qua fit sanitas. Deinde cum d.

Quod est casuale respectu unius, est naturale respectu alterius.

Causa uerò est, quia horum quidem est materia, principiū generationis in facere & fieri aliquid eorum, quæ ab arte, in qua existit aliqua rei pars. Hæc quidem talis est, qualis moueri ab ea, illa uerò non.

Ponit solutionem. Et diuiditur in duas partes, *Solutio.* quia primò dat quandam distinctionem: secundò distinctionem applicat ad solutionem. Secunda ibi [Quorum igitur talis est materia.] Prima in duas, secundùm quòd ponit duas distinctiones. Secunda ibi [Et huius hæc quidem si potens] Ad euidentiam primæ distinctionis notandum est, quòd materia est principium generationis; in qua quidem materia est aptitudo ad formam; quæ quidem aptitudo quodammodo est pars formæ: hæc ergo aptitudo aliquando ita se habet, quòd potest deduci ad actum per uim naturæ, sicut aptitudo ad sanitatem: aliquando ita se

Materia ē principium generationis

E habet ista aptitudo, quòd non potest deduci ad actum, nisi tantùm per uim artis, sicut aptitudo in lapide ad idolum; est ergo ista aptitudo duobus modis; uel quia potest deduci ab arte, & à natura; uel quia ab arte tantùm. Et hoc est, quod dicit Philosophus. causa huius diuersitatis est, quia materia horum, quæ est principium generationis in facere & in fieri, idest secundùm quam generationem contingit facere & fieri, hæc dico materia: aliquando est materia respectu eorum, quæ sunt ab arte, & hæc materia est dupliciter: quia aliqua materia est, in qua est aliqua pars rei, idest aliqua aptitudo ad rem; & hæc aptitudo aliquando talis est, quòd potest moueri ab illa, scilicet à ui naturæ existente in re: illa uerò materia, in qua

Aptitudo materiæ ad formā qualis.

F est talis aptitudo, est talis, quòd non potest moueri illo modo à ui naturæ, sed ab arte. Notandum est, quòd aptitudo ad rem non potest dici tota res; tamen aliquo modo potest dici pars rei. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd impossibilitas ad rem omnino fugit aspectum rei; possibilitas autem ad rem, multùm accedit ad esse rei; quia quātū fugit ab impossibili, tantùm subintrat, & accedit ad esse rei: possibilitas ergo ad rem non dicit rem sub esse completo; sed dicit rem sub esse diminuto: & ideo dicitur non res, sed pars rei; quia sicut habita parte, non habetur tota res; sed solùm habetur aliquid rei: ita habita aptitudine & potentia ad rem, non habetur tota res; sed aliquid rei. Non est autem

Aptitudo ad rem nō ē tota res, sed pars rei.

G imaginandum (sicut quidam imaginantur) quòd forma pro parte siue partialiter præcedat, & pro parte fiat: ita quòd quando forma fit, partim lateat, & inde partim fiat, iste enim intellectus est impossibilis; quia sic tota res nō fieret; sed est imaginandum, quòd tota forma præcedit snb esse potentiali, & tota fit sub esse actuali: & quia esse potētiale est esse diminutum & incompletum, ideo uocatur à Philosopho esse partiale; non quia pars formæ præcedat, sed quia tota forma precedit sub esse diminuto; uel quia habito esse potentiali, aliquo modo habetur res plus, quàm si esset impossibilis; quia ens in potentia est aliquo modo ens, sed non tantùm, quantùm si esset in actu: & propter talem diminutionem non uocatur res, sed pars rei. Deinde cum dicit.

Error aliquorum.

Tota forma præcedit, & tota fit.

H *Et huius hæc quidem si potens hæc autem impotens. Multa nanque possunt ab ipsis moueri, sed non sic puta saltare.*

Ponit secundā diuisionem. Ad cuius euidentiā notandum est, quòd in generabilibus à natura est duplex gradus: quædam enim eorū, quæ fiunt à natura, se habent ita, ut quòd mutatur ad formam istam, potest mutari aliquando absque eo, quòd aliquis naturam adiuuet usque ad terminum suæ generationis: sicut aliqua sanitas aliquando potest perfectè introduci sine iuuamento artis: aliquando autem non potest perfectè induci, nisi ars iuuet naturam: & est exemplum in artibus: quædam enim ars est, quæ non potest facere

Secunda diuisio.

In generabilibus à natura duplex gradus.

cere suas actiones, nisi alia ars iuuet, sicut ars saltandi non inducit perfectè actionē suā, nisi iuuetur à musica. Et hoc est, quod dicit Philosophus quòd hæc naturalis uirtus aliquando est potens deducere perfectè effectū suū sine arte; aliquādo ē impotēs, quia licèt fortè induceret aliquo modo; tamen non ita perfectè sicut cum arte. Et est exemplum in artibus: multum enim, hoc est, multa, quæ fiunt ab arte, possunt moueri ab ipsis artibus; sed non sic, hoc est, non ita perfectè, sicut si inuaretur ab alia arte: sicut saltare est ab arte saltandi, sed non ita perfectè sicut si alia ars iuuet, idest Musica. Notandum est, quòd prima diuisio est in hoc: quia aliqua forma est ab arte tātū, aliqua uerò à natura: secunda diuisio est in hoc, quòd earum, quæ sunt à natura; aliqua forma est, quæ perfectè potest induci à natura; aliqua est, quæ non potest induci à natura perfectè, nisi iuuetur ab arte. Deinde cum dicit.

Quorū igitur talis est materia ut lapides, impossibile sic moueri; nisi ab alio. Sic tamen & utique ignis. Propter hoc hæc quidem non erunt sine habēte artem, hæc autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habentibus artem, ut ex parte,

Applicat dicta dictis. Applicat diuisionem ad propositum, dicens; quando aptitudo in materia talis est, quòd non potest deduci nisi per artem; tunc forma non fit nisi ab arte: sicut aptitudo in lapidibus ad domū, ita se habet, quòd impossibile est ipsam moueri; nisi ab alio, sicut à principio extra, quod est ars: sic aliquo modo se habet ignis: ignis enim respectu alicuius non potest inducere formam eius, nisi per artē; & sic ignis perulm artis generat cultellum: aliquando autem ipse ignis generat aliquā formam per uim naturæ, sicut quando generat ignem. Ex quo concluditur, quòd aliquæ formæ non educuntur ad esse sine arte, sicut domus: aliquæ etiam formę possunt fieri sine arte: ipsę enim formæ moueri poterunt ab his agentibus non habentibus artem: quod potest contingere duobus modis: uno (inquā) mō nō moueri poterūt ab aliquibus principiis, quæ propriè non habent artē: sicut potest aliquis plantare arborem, qui tamen non habet artem plantandi: alio uerò modo mouetur ex parte, idest ab aliquo principio intrinseco naturaliter: sicut sanitas à ui regitiua corporis. Quasi dicat aliquæ sunt formæ, quæ fiunt ab arte tantùm, sicut domus: aliquæ sunt, quæ non sunt ab arte: & hoc potest esse, uel quia fiunt à natura: qd̄ uocat Philosophus fieri ab arte; uel quia fiunt ab aliqua potentia extrinseca, quæ non potest dici ars; sicut est potentia plantandi, quæ etiā non habet artem: & ista ultima principia uocat Philosophus, potentia moueri non habentia artē. *Formas moueri à non habentibus artem, dupliciter.*

Forma duplices. Notandum est, quòd secundùm quòd uult hic Commentator, quòd aliquæ formæ sunt, quæ nō aspiciunt nisi principium extra: & istæ sunt formæ, quæ non habent principium naturale in materia, per quod possunt educi: & istæ fiunt ab artificio tantùm: aliquæ sunt formæ, quæ habēt principium naturale in materia, quo principio naturali ars potest uti, sicut sibi subseruiente: sicut ars medicinæ utitur ui regitiua corporis; & in talibus forma potest educi & à natura, & ab arte. Notandum est etiam, quòd pars rei in materia, quā posuit Philosophus, potest intelligi duobus modis: uno modo ut pro parte rei, intelligatur naturale principium in re, subseruiens arti: & secundùm hoc dictum habetur solutio Quæstionis: quā do enim quæritur, quare aliqua forma potest fieri ab arte quæ pōt fieri à casu; alia uerò nō nisi ab arte? cō est, quia in re aliqua est aliquod naturale principium, quod naturaliter educit formā suā; aliquando non nisi adiutum ab arte; & in talibus forma fit ab arte & à natura: aliquando autē nullum tale principium naturale est in re, quod possit educere per uim naturæ usque ad perfectum, & in talibus solùm forma fit ab arte. Hoc autem principium naturale uocatur à Philosopho pars rei; quia partialitèr se habet ad rem in agendo; ad rem dico generatam: & hoc quia ad rem generatam concurrit principium naturale, & iuuamē tum artis. Alio mō pars rei, quā ponit in materia; uocatur aptitudo ad formam: & secundùm hoc etiam habetur solutio Quæstionis: quia aliquādo ista aptitudo potest reduci ad actum per uim artis tantùm; aliquando per uim naturę tantùm; aliquando per uim naturæ adiutæ ab arte; ita quòd aliquando natura potest educere, non tamen ita perfectè sicut si iuuaretur ab arte, sicut dictū fuit in secunda diuisione. *Pars rei in materia dupliciter.* *Solutio q̄onis.* *Altera q̄onis resolutio.*

Quæstio. Quæreret aliquis, Quare Philosophus dubitauit in hoc? Dicendum est, quòd secundùm Commentatorem generans, & genitum assimilantur: si autem ita est, impossibile uidetur, quòd aliquid idem fiat ab artifice, & à natura: cum enim forma naturalis, & forma artificialis sint duæ formæ, secundùm hoc sequitur, quòd aliquid assimiletur duobus formis, artificiali, scilicet & naturali. Si ergo quærat aliquis, quomodo potest hoc solui? dicendum est, quòd non est imaginandum, quòd aliquando forma est ab arte & à natura, quòd omnino fit à duabus formis; sed quòd est ab una forma, adiuta per aliam, & ab una uirtute adiutam per aliam; sicut à ui regitiua corporis, adiuta per artem: ita quòd similitudo non est inter duas formas generantes, & unum genitum; sed est inter unam generantem, quę tamen adiuta est per aliā, & ipsum genitum: sicut similitudo est inter uim regitiuam corporis, & sanitatem introductā in corpore: quia in ista est sanitas formaliter, quæ tamen uirtus non potest educere actum suum, nisi iuuetur ab extrinseco: ita quòd intrinsecum, & extrinsecum faciunt quasi unum agens; siue (ut melius dicatur) fit quòd intrinsecum habeat perfectam rationem agendi; quod non poterat sine extrinseco, & ideo non sunt propriè duo agētia, sed unum agens adiutum. Deinde cum dicit. *Quod est ab arte et à natura nō est omnino à duabus formis.*

Palàm uerò ex dictis, quia modo quodam omnia fiunt ex uniuoco, quemadmodum naturalia: aut ex parte TEX. 30.

parte uniuoco, ut domus ex domo: aut ab intellectu: ars enim species. Aut ex parte, aut ex habente aliquam partem, nisi secundùm accidens fiat.

Elicit ex dictis quādam conclusionem.

Ex dictis concludit quandam conclusionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit cō clusionem: secundò eam manifestat, ibi[Causa námque] Est autē conclusio ista: omnia, quę fiunt, fiunt à totaliter uniuoco, sicut naturalia: uel fiunt ex eo, quod est partim uniuocum, sicut domus ex domo, domus, s. in materia ex domo in mente; & uniuersaliter oīa illa, quæ fiunt ab intellectu & ab arte, fiunt ex parte uniuoco: quòd autem sit ibi uniuocatio, hoc patet; quia ars in mente artificis est sicut species extra, & sibi assimilatur. Hæc autem, quæ fiunt ab arte, duobus modis fiunt: quia uel fiunt ex parte, quando tantùm fiunt ex arte: uel fiunt ex parte habente partem, quando fiunt ab arte & à natura: & in omnibus istis est similitudo, quia generans & genitum assimilantur, nisi sint secundùm accidens.

Triplex gradus uniuoca generā.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum naturalia fiant à totaliter uniuoco? Videtur quòd non, quia mulier ex uiro generatur, uir autem & mulier non omnino uniuocantur. Præterea, ignis ex motu generatur; ignis autem & motus non omnino uniuocantur. Præterea generata per putrefactionē naturaliter generantur, & tamen ista non habēt generans uniuocum. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo, duo sunt hic uidēda: primum, quid uocetur totaliter uniuocum: secundum est, quomodo inueniatur in naturalibus.

Artic. primus.

G

Ad euidentiā primi notandum est, q̄ oīs uniuocatio est in forma: unde illa, quę non habent unā formam, nullo modo uniuoca sunt: & ideo non est perfecta uniuocatio in genere: quia genus uidetur dicere conceptum fractum per formas: si ergo uniuocatio est in forma, oportet si aliqua sunt perfectè uniuoca, quòd in aliqua una forma conueniant. Quòd autem in aliqua una forma conueniant, hoc potest esse duobus modis: uno modo, quia conueniunt in formā, & in esse formæ: secundo modo, quia conueniunt tantùm in forma, sed non in esse formæ. Illa conueniunt in forma, & in esse formæ, quæ unitatem formæ participant sub unico modo essendi: ut si in uno habet esse in materia, & in alio; & si in uno non est in materia, nec in alio. Illa autem conueniunt in forma tantùm, & nó in esse formæ, quę, scilicet participant unitatem formæ, sed non sub eodem modo essendi, quia in uno est in materia, in alio non. Prima uocantur totaliter uniuoca: secunda uocatur ex parte uniuoca, siue partim. Debemus enim imaginari, quòd forma, & esse formæ est quoddam totum ad formam tantùm; & ipsa forma est quasi sicut pars: illa ergo, quæ conueniunt in forma & in esse formæ, totaliter conueniunt: quę autem conueniunt in forma, & non in esse formæ, quasi partialiter cóueniunt. Et prima conuenientia uocatur totaliter conuenientia, & totaliter uniuocatio: secūda āt uocatur partialis cō-

Vniuocatio ubi.

In una forma conuenire, dupliciter.

Quæ totaliter, & quæ ex parte uniuoca.

H

E

uenientia, & uniuocatio ex parte: & sic patet primum declarandum.

Secundus Artic.

Ad euidētiā secundi declarādi notandū est, q̄ generatū ex natura uno mō pōt diuidi contra generatū ex arte: secundò unū generatū ex natura pōt diuidi contra aliud generatū ex natura: si primo mō fiat diuisio, sic gn̄ata ex arte, & artificialia fiunt ex parte uniuoco, quia artificiatū & ars conueniunt in forma; sed non conueniunt in esse formæ: quia forma in arrificiato habet esse in materia, in mente uerò artificis habet esse sine materia: naturalia autem inquantùm diuiduntur cōtra artificialia, fiunt ex totaliter uniuoco: quia quando effectus est formaliter in generāte & genito (& hoc naturaliter) generās & genitum conueniunt in forma, & in esse formæ; quia in utroque forma habet esse in materia: non uolo tamen dicere, quòd omnia hæc habeant; sed uolo dicere, quòd si totaliter & perfecta uniuocatio reperitur, non reperitur in arte, sed in natura. Secundo modo potest diuidi unum generatum ex natura contra aliud generatum ex natura: & sic diuidendo, non omne generatum ex natura, est ex totaliter uniuoco; quia aliqua generatio est æquiuoca. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd aliquando ipse effectus siue genitum est in generante uirtualiter & formaliter; & tunc est generatio uniuoca: aliquando est uirtualiter tantùm, & tunc est æquiuoca. Nō uult ergo dicere Philoso. quòd totaliter uniuocatio, quæ attenditur quò ad formam, & quò ad esse formæ reperiatur in omnibus naturalibus: sed uult dicere quòd talis uniuocatio non reperitur in arte, quia ista semper est ex parte: sed si reperitur, hoc est in natura solùm; licèt non in omni natura. Ad argumentum in oppositum dicendum est ad primum, quòd homo particularis generet mulierem, hoc est, quasi per accidens: quia hoc est præter naturam & intētionem naturæ particularis, licèt hoc cadat sub intentione naturæ uniuersalis: in his autem, quæ sunt per accidens; ut uult hic Philosophus; nō requiritur uniuocatio. Vel dicendum, sicut dicetur in Decimo huius, quòd uir & mulier non differunt differentia substantiali, sed solùm materialiter, non autem quæritur hæc uniuocatio quò ad omnia materialia & accidentalia, sed solū quò ad essentialia & substantialia. Ad secundum & tertium patet respōsio per ea, quæ dicta sunt in quæstione; quia (ut dictum est) in naturalibus potest esse aliqua generatio æquiuoca; talis autem est, quando ignis est à motu, uel quando generatur aliquid per putrefationem.

F

Quæ fiūt ex parte uniuoco, et quæ ex totaliter uniuoco.

Vniuocatio pfecta ē in natura, & non ī arte.

Ad argumēta.

Quæstio.

Quæreret etiam aliquis, Quid uult dicere Philosophus, quando dicit, quòd in artificialibus siue genitum fit ex parte, siue ex parte habente partem, fit ex sibi simili? Respondeo dicendum est, quòd quæstio hæc quæritur propter hoc, quod dictum est, ex parte habēte partem: & ideo ad eius euidentiam notandum est, quòd (secundùm Cōmētatorem hic) aliqua ars agit in subiectum per ali-

Ars dupliciter agit.

aliquam partem existentem in subiecto; & ista actio quasi composita est ex natura & arte: aliqua aût ars est, quæ non agit suum artificiatum per aliquid, siue per aliquam partem existentem in subiecto; hoc est dicere, aliqua ars est, quæ in agẽdo iuuat naturã & uim naturalem existentem in subiecto: aliqua autem nõ. Prima actio est ex parte habente partem, hoc est, ex ipsa arte; quæ (ut dictum est superiùs) partim est uniuoca, & non totaliter: & ꝓpea uocatur ex parte, quæ quidẽ pars ars iuuat uim nãlem existentem in subiecto, quæ quidem uis naturalis uocatur hic pars, quia partialiter se habet ad actionem: quãdo enim uirtus naturæ potest elicere totam actionem absque eo quòd iuuetur ab arte; tunc ista uirtus non debet dici pars, sed toum respectu illius actionis: quando autem non potest educere absque eo quòd iuuetur ab arte, tunc partialiter se habet respectu talis actionis; & tunc uocatur pars: & quia ars in talibus non potest elicere effectum sine natura; ideo ars etiam uocatur pars; & sic cum eliciatur ex arte iuuante naturam; elicitur ex parte habente partem. Vult ergo dicere Philosophus: quòd siue generatio sit ex natura, siue ex arte tantùm, quod est esse ex parte, siue sit ex arte iuuante naturam, quòd est esse ex parte habente partem; est ibi uniuocatio.

Actio ex parte, habẽte partem, quæ.

Quæstio.

Quæreret aliquis consequenter, Vtrum sit uerũ, quod dicit Philosophus, quòd in talibus, quæ fiunt per artem & naturam, pars rei fiendæ sit in subiecto? Videtur quòd non, quia si pars præcedit in subiecto, tota res non fit. Ad oppositũ est Philosophus. Respondeo: dicendum, quòd secũdùm opinionem Antiquorum, quantumcunque res naturaliter fit, oportet quòd pars rei fiẽdæ sit in re; quam quidem partem uocant inchoationem formæ; quam inchoationem dicunt esse uirtutẽ actiuam, quæ quidem uirtus actiua cooperatur exteriori agenti. Imaginãtur enim, quòd hæc est differentia inter mobile uiolenter, & mobile naturaliter: quia mobile uiolenter nullam uim confert exteriori agenti: mobile autem naturaliter aliquã uim confert exteriori agenti: ita ꝙ prima actio, scilicet uiolentia totaliter est ab extra: hæc autẽ, scilicet naturaliter aliqualiter est ab intra præter uim actiuam, quam confert mobile & passum ipsi agenti; & hoc (secundùm eos) uocat Philosophus, partem habentem partem: hoc est, partem, idest uim actiuã, habitã ab exteriori agẽte. Hęc positio deficit duobus modis: primò quia ponit, quòd aliqua res agat ad eductionem sui de potẽtia materię, quod est impossibile. Debemus enim imaginari, ꝙ omne agens agit secundùm quod est in actu: & omne illud, quod educitur, est in potentia, & sicut impossibile est unum & idem esse in potentia & in actu: ita impossibile est, quòd idem agat ad eductionem sui. Quæremus enim de ista parte, quæ ponitur in materia, aut agit ad eductionem sui de potentia ad actum; aut ad eductionem alterius partis? si ad

Antiquorũ opinio.

Differẽtia inter mobile uiolenter, & naturaliter.

Error antiquorum.

A eductionem sui; ergo ipsa educitur; omne autem quod educitur, est in potentia; si est in potentia, ergo non est uis actiua. Præterea, si educit, est uis actiua; si educitur non est uis actiua, ergo erit uis actiua, & non actiua. Si autem agit ad eductionem alterius partis; quæritur, utrum ista pars sit in materia, uel non? si est ibi, scilicet in materia, ergo non educitur, scilicet si est ibi in actu: si autem est in potentia, ita quòd educitur ad actũ per aliam partem rei, quam partem uocas inchoationem formæ; ergo pars formæ educitur actiuè, & pars educitur passiuè; & sic non tota educitur; ergo non tota forma generatur; cum autem sit hoc impossibile, ergo & primum. Secundũ inconueniens, quod sequitur istos, est: quia hoc ponere B est ponere latitationem formæ, quia idem est ponere, quòd tota lateat; & quòd pars, & idem incõueniens sequitur ad utrosque. Quæremus enim ab isto, qui ponit inchoationem formæ, utrũ forma secundùm suum esse inchoatum sit in potentia actiua, uel passiua? si in potentia passiua, ergo non cooperatur exteriori agẽti: quia omne, quod cooperatur aliquo modo operatur; passiuum autem, ut passiuum nihil potest operari: si autem est in potentia actiua, ergo est in actu; quia nihil agit nisi secundùm quòd est in actu: si autẽ est in actu ergo aliquid actuale formæ latet in materia, quod est impossibile; quia formam fieri, est totum actũ formæ fieri: si autem totus actus formæ fit, ergo, ut sic, priùs non fuit. Debemus enim imaginari C formas ponere esse in materia secundùm potentiam passiuam, hoc non est inconueniens, immo necessariũ; quia omne, quod fit, possibile est fieri; si autem possibile est fieri, ergo primò fuit in potentia: omnes ergo formæ, quæ fiunt, priùs latent in potentia materiæ: ponere ergo ꝙ fiant, & tamen quòd actu lateant, hoc est implicatio contradictionis: fieri enim terminatur in actũ; terminus autẽ fieri & motus ita habetur per ipsum fieri, quòd nullo modo supponitur ipsum fieri; iste ergo modus intelligendi partem rei impossibilis est. Dicemus ergo quòd ista pars rei; quam ponit Philosophus, non debet intelligi pars rei fiendæ, nec inchoatio eius, sed debet intelligi aliqua uis actiua, quę est in re, quæ non fit ipsa res D fienda, sed per quam res fit. Ad cuius euidentiam notandum est, quia (sicut dicit hic Cõmentator) motus localis aliqualiter assimilatur motui ad formam: in motu enim locali sic uidemus, quòd aliqua mouentur à principio intra; ut animata uiuentia, in quibus est ratio moti & motoris siue mouentis: similiter est in motu ad formam; namque aliquando ipsa forma non potest educi nisi ab extra, sicut aliquando sanitas non potest educi nisi ab arte; & sic forma ignis in materia educitur à generante, quod est extra genitum: aliquã do potest educi ab aliquo principio, quod in re est, non in re, quæ educit, sed in subiecto, ex quo, uel in quo educitur: sicut in homine est aliqua uis naturalis in corde, uel in aliquo alio membro, quã possu-

Primũ incõueniens.

Secundũ inconueniẽs.

Omnes cooperans aliquomõ operatur.

Passiuũ ut passiuũ nõ potoperari.

Formã fieri quid.

Fieri terminatur ad actum.

Quo motus localis assimilatur motui ad formam.

possumus uocare uim sanatiuam, per quam educitur sanitas in aliqua parte corporis informati. Illi ergo, qui sunt de prima opinione, imaginantur, quòd quando sanitas fit, quòd præcedit sanitas ipsa secũdùm esse inchoatiuum, quod falsum est. Nos autem imaginamur, quòd sanitas fienda non præcedit nisi in potentia, quam potentiá si uolunt uocare esse inchoatiuum, non litigemus de nominibus: hæc autem sanitas in potentia præcedit partem rei, hoc est per uim actiuam, quæ est ipsa res in uirtute actiua, & est in re, ut dictum est. Quando autem dicitur, quòd mobile cooperatur agenti; non est intelligendum, quòd sibi cooperatur sub ministrãdo ei uirtutem actiuam: cuius ratio est, quia mobile ut mobile non debet cooperari nisi per modum mobilis; cooperari autem subministrãdo uirtutem actiuam, est cooperari non per modum mobilis, sed per modum actiui: cooperatur ergo sibi in hoc, quòd sibi subministrat, unde possit moueri naturaliter, non unde possit mouere: in actione enim naturali agens aliquid subministrat, & passum similiter; sed differenter, quia agens subministrat rationem actiui, unde possit mouere naturaliter; passum autem rationem passiui, unde possit moueri naturaliter. Ad hoc ergo quòd motus sit naturalis, sufficit ꝙ hoc moueatur per modum naturalem, puta cum transmutatione materiæ per cursum alligatum materiæ: ita quòd motus naturalis est, quãdo hoc agit modo, & lege naturæ; & hoc patitur modo, & lege naturæ. Ad argumentum patet, quia non præcedit pars rei fiendæ in actu, sed sicut dictum est.

Error aliter opinantium.

Opinio propria.

Cooperari in naturalibus, quid, et quomodo.

Ad argum.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum uerum sit, quod dicit Philosophus, ꝙ in his, quæ sunt per accidens, non oportet attendere similitudinem? Respõdeo dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ intentio & aspectus agentis super passum semper fundatur super formam agentis; ita quòd quidquid agenti assimilatur, oportet ꝙ cadat sub aspectu formæ; illa autem dicuntur fieri per se, quæ cadunt sub aspectu agentis, & per consequens sub aspectu formæ; & quia sic est, ideo effectus per se assimilatur agenti suo in forma; effectus autem per accidens ideo dicitur per accidens, quia exit aspectum agentis, & aspectũ formę; & quia sic est, ideo non consequitur similitudinẽ, quam intendebat mouere agens in passum; & quia sic est, ideo non assimilatur talis effectus suo agenti secundùm omnem modum, maximè formalem.

Quæ dicuntur fieri per se.

Effectus per accidẽs cur.

Causa namque faciendi prima secundùm se pars. Calor enim in motu, calorem in corpore facit: is uerò est aut sanitas, aut pars, aut sequitur eum pars aliqua sanitatis, aut sanitas ipsa. Propter quod dicitur facere, quia illud facit sanitatem, cui consequitur, & accidit calor.

Manifestat quædam, quæ dixerat. Et diuiditur in tres partes, secundùm quòd tria, quæ dixerat manifestat. Secunda ibi [Quare quemadmodum

E in syllogismis] Tertia ibi [Quæcunque autem à casu.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd (sicut statim dictum fuit superiùs) aliquando res fit à parte habente partem, hoc est aliquando fit ab ipsa arte iuuante naturam; ita quòd partim fiunt ab arte, partim à natura: & hoc uult hic declarare, dicens; & in tali generatione ars est prima causa. Verbi gratia, medicus habet quidditatem caloris in mente sua, per quam accipit, ꝙ per calorem potest induci sanitas in corpore sanabili: primò ergo concipit calorem: secundò facit, ꝙ corpus sanabile moueatur; ex cuius motu sequitur calor: qui quidem calor uel est sanitas, uel est pars sanitatis; uel ad illum sequitur sanitas, uel pars eius; in hoc ergo processu apparet, quòd calor conceptus primò est: secundò autem est calor excitatus in corpore. Et hoc est, quod dicit

Notificatio supius dictorum.

F Philosophus in litera, quæ sic continuetur: ita dictum est, quòd res aliquando fit à parte habente partem; hoc est, ab arte iuuãte naturam: quæ quidem pars est prima causa faciendi: quod patet ꝑ exemplum. Calor enim supple conceptus in mẽte artificis, scilicet medici in motu, facit calorem in corpore; qui quidem calor factus, uel est ipsa sanitas, quę queritur; uel est pars sanitatis, quando scilicet eo habito, non habetur tota sanitas, sed aliquid eius, aut ipsum sequitur sanitas, aut eum sequitur non tota sanitas, sed aliqua pars sanitatis: & ideo calor in mente dicitur facere sanitatem primò, quia facit illud, cui accidit calor in corpore, ad quem calorem sequitur sanitas: facit

G enim motum, ad quem motum sequitur calor debitus, & debita sanitas. Notandum est, quòd iste calor factus à motu sub quadruplici modo põt intelligi à nobis: primus modus est, quòd ipse calor sit tota sanitas: ita quòd ipsum corpus esse debitè calidum & in debita proportione caloris, sit ipsum esse sanum: secundo modo potest intelligi quòd sit pars sanitatis: ita quòd habere debitum calorem, non est habere totam sanitatem, sed aliquid eius; quia fortè habito calore, adhuc non habetur tota proportio, quæ requiritur ad sanitatem: tertiò modo potest intelligi, quòd ipse calor non sit ipsa sanitas, sed solùm dispositio, ad quam sequitur sanitas: ita quòd corpus debitè calidum, est debitè dispositum ad sanitatem: quar-

Calor sumitur à motu, quadrupliciter.

H to modo, quòd calor in corpore sit dispositio nõ ad totam sanitatem, sed ad partem eius; hoc est ad aliquam proportionem, quæ non est ipsa sanitas, sed pars eius. Hos quatuor modos dedit Philosophus intelligere in litera, uolens quòd quicquid horum modorum ponatur, uerum est, quòd semper in talibus generationibus, quæ fiunt ab arte & à natura, ars est prima causa excitas naturam. Deinde cum dicit.

Quare quemadmodum in syllogismis omnium principium est substantia: nam ex quod quid est, syllogismi sunt & hic generationes. Similiter itaque his, & quę sunt natura constituta se habent. Nam sperma facit, sicut quæ ab arte. Habet TEX. 31.

enim potestate speciem, & à quo sperma est aliqualiter uniuocum. non enim omnia oportet quærere, ut ex homine homo: & enim fœmina ex uiro. Vnde mulus non ex mulo, sed si non orbatio fuerit.

Manifestat secundum, quod dixerat: dixerat enim quòd in naturalibus est uniuocatio, & hoc manifestat. Vbi notandum est, quòd aliquando in natura non uidetur esse uniuocatio; sicut quando ex spermate generatur homo, uel quando ex masculo fœmina; ostendit ergo Philosophus, quòd in istis est uniuocatio, sed non secundùm omnem modum, dicens: quòd quemadmodum in syllogismis factiuis, omnium factorum principium est substantia, idest quidditas rei in mente artificis; quia ex quidditate procedūt syllogismi factiui, ex quibus syllogismis procedunt generationes artificiales: ita quòd similitudo est inter quidditatem in mente artificis, & quidditatem facti: sicut est in istis, ita suo modo est in naturalibus: sicut enim artifex habens quidditatem artificiati, habet in potestate speciem artificiati: ita in naturalibus sperma habet in potestate speciem fiendam ex ipso: & sicut est ibi uniocatio, ita & hic; licèt enim sperma non assimiletur illi, quod fit ex ipso; tamen illud, à quo est sperma, aliqualiter est uniuocum cum illo. Et unde dico aliqualiter? quia inter gignens & genitum non oportet requirere uniuocationem in omnibus; ita quòd omnia uniuocentur, sicut homo cum homine; uidemus enim, quòd fœmina fit ex uiro: inter fœminam autem, & uirum non est omnimoda uniuocatio: similiter mulus non fit ex mulo, sed ex asino, & ex equa; & ibi non est omnimoda uniuocatio: quando dicitur, quòd inter gignens & genitum est uniuocatio; uerum est, nisi sit orbatio: Vocatur autem orbatio defectus naturalis in agente, per quem deuiat à suo effectu; ita quòd non omnino assimiletur sibi: sic ex defectu seminis aliquando contingit, quòd effectus non assimilatur illi, ex quo est semen. Notandum est ad euidentiam literæ, quòd ad factionem artificiati duo concurrunt, scilicet quidditas rei artificiati in mente artificis, & syllogismus practicus, fundatus super istam quidditatem: primò enim artifex uolendo facere domum, præconcipit quidditatem domus: secundò syllogizat, quòd si domus debet fieri, oportet quòd fundamentum sit inferiùs, & tectum superiùs; quia hoc requirit quidditas domus præconcepta: & ab istis duobus proceditur ad opus; ita q̀ quidditas, super quam fundatur syllogismus; est principium totius processus, quia est principium syllogismi; & postea syllogismus est principium factionis; & ideo res artificiata assimilatur illi quidditati. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera, quòd in syllogismis practicis quidditas est principium: cui, scilicet quidditati assimilatur res extra. Notandum est etiam diligenter, quòd natura in spermate aliqualiter assimilatur arti; sicut enim reperitur similitudo inter artem, & rem artificiatam; & sicut ars in uirtute continet rem artificiatam: ita reperitur similitudo inter sperma, ad minùs quantùm ad illud, à quo est; & illud, quod est à spermate: & sicut ars potestate continet artificiatum; ita ipsum sperma continet in uirtute speciem fiendam: & istas duas similitudines tangit Philosophus in litera.

Propositio in naturalibus, & artificialibus.

Inter uirū, & fœminam nō est omnimoda uniuocatio.

Orbatio quid.

Ex his habetur expresse, mediū in demonstrationis esse qd quid est subiecti.

Natura in semine quō assimilatur arti.

A

Quæreret aliquis. Vtrum sperma possit assimilari arti? Respondeo, dicendum est, quòd sperma potest assimilari artifici, sicut ipsi carpentario; & etiam instrumento. Primò assimilari potest instrumento: nam instrumentum consideratum per se, nunquam inducit formam artis; serra enim per se considerata; nisi reguletur ab arte, nunquam inducit formam arcæ; sic sperma de se non inducit formam generati, nisi reguletur ab agente; & sicut instrumentum in uirtute artis inducit formam in artificiato; sic sperma in uirtute animæ patris inducit rem genitam: Secunda assimilatio est, quia sicut forma artificiata est formaliter in artifice, uirtualiter autem in instrumento, & non formaliter; ita anima geniti, puta asini, est principaliter in generante & formaliter; uirtualiter tamen in spermate; sic ergo assimilatur organo duobus modis. Assimilatur etiam arti; primùm quidem, quia ars intelligibiliter agit; uidetur autem, quòd sperma agat per modum intellectus, & ideo Commentator in hoc Septimo loquens de uirtute generatiua in semine, dicit quòd sunt uirtutes diuinæ generantes sibi similia, secundùm quòd artes generant sua artificiata; & allegat ad hoc authoritatem Philosophi in libro de Animalibus dicentis, quòd tales uirtutes sunt similes intellectui, quia agunt sicut agit intellectus; sic ergo (secundùm Commentatorem, & secundùm Philosophum) ideo agunt ad modum artis, quia agunt per modum intellectus. Hoc potest declarari multis uiis. Prima uia est, quia hæc est differentia inter intellectum, & naturam; quòd natura ex una materia unum effectum efficit; intellectus autem, & ars ex una materia, aliquando inducit unum effectum, sicut ex ligno, aliquando inducit unum effectum, sicut scannum; aliquando autem alium sicut archam; sic uirtus formatiua in semine in una materia inducit diuersa membra. Secunda uia, quòd agat per modum intellectus patet sic: quia intellectus per debita media peruenit ad debitum finem; ut dictum est superiùs; & ideo quòd sic agit, scilicet per debita media ad debitum finem, uidetur quasi intelligibiliter agere; & quia hoc habet ipsa uirtus in semine, ideo ista actio assimilatur intellectui, non quia sit ibi intellectus, sed quia suo modo sequitur modum intellectus, & modum artis; & ideo uirtus in semine multotiens appellatur quid diuinum à Philosopho, quia non potest esse, quòd sic uadat per debita

Quæstio.

Semen assimilatur artifici, & instrumento.

B

Auer. sentētia. 7. Metaph. com. 31. Vide Arist. 2. de Gener. animal. c. 3.

C

Quæ agunt ad modum artis, agunt per modum intellectus.

Differētia inter intellectum, & naturam.

D

Virtus ī semine cur appellatur qd diuinum.

media ad debitum finem, niſi quia eſt opus intelligentię & opus Dei. Tertia uia, quia licèt inſtrumentum poſſit agere ultra formam ſuam, inquantùm agit in uirtute principalis agentis; tamen nunquam poteſt agere ultra formam principalis agentis: licèt enim ſerra poſſit aliquid agere ultra formam ſuam, nũquã tñ agit ultra uirtutem artis; cum nihil poſſit agere ultra formam artis. Videmus enim, quòd uirtus in ſemine in una materia inducit diuerſitatem membrorum, quod quidem non poteſt habere à ſeipſa, in quantùm eſt organum, nec uidetur quò ad uirtutem in patre, qui eſt agens principale, quia multùm occultum uidetur, quòd ex uirtute patris tot membra poſſint generari: licèt enim uirtus iſta ſufficiat ad nutriendum membra, tamen non uidetur ſufficere ad hoc, ut generet membra in alia materia: & ideo adhuc uidetur ſpecialiter cócurrere uirtus intelligentię, & uirtus diuina. Deinde cum dicit.

Quæcunque autem à caſu, ſicut ibi fit; quorumcunque materia poteſt à ſeipſa moueri hoc motu, quo ſperma mouet. Quorumcunque uerò non, ea impoſſibile ſunt fieri aliter, quàm ex ipſis.

Manifeſtat tertium: dictum eſt enim ſuperiùs, quòd idem generatur à natura, & ab arte, quando ſcilicet poteſt moueri ab aliquo, quod eſt in ipſa, & ab arte: ita ſimiliter poteſt eſſe, quòd aliquid generetur à natura per ſperma, & ſine ſpermate à caſu; quando ſcilicet materia poteſt moueri duobus modis, ſcilicet à ſpermate, & à ſeipſa. Et hoc eſt, quod dicit, quòd quæcunque poſſunt moueri à caſu, ſicut mouebãtur a natura ſpermatis: & quorumcunque materia poteſt moueri à ſeipſa, hoc eſt ab aliqua uirtute exiſtente in ipſa, eo modo quo ſperma mouet; iſta, ſupple, poſſunt fieri utroque modo: quorum cunque uerò materia non poteſt moueri niſi uno modo, ſcilicet per uim ſpermatis, non poſſunt fieri utroque modo. Notandum eſt, quòd in hoc eſt ſimilitudo: quòd ſicut aliqua fiebant à natura, & ab arte, quando ſcilicet materia poterat moueri utroque modo: aliqua ab arte tantùm: ita ſimiliter aliquæ formæ ſunt, quæ non poſſunt educi niſi per uim ſpermatis; aliquæ ſunt, quæ poſſunt educi per aliquam uirtutem ſimilem uirtuti, quæ eſt in ſpermate; & etiam per uim ſpermatis; ita quòd ſicut quando aliquid educitur per naturam & per artem, principium in natura aſſimilatur arti; ita quòd quando aliquid educitur per uim ſpermatis, & ſine ſpermate, puta per putrefactionem; iſta uirtus, quæ eſt in putrefacto ad educendum iſtud, eſt ſimilis uirtuti exiſtenti in ſpermate; & ſicut quando nulla uirtus eſt in materia, quæ aſſimiletur arti, uel res non educitur niſi uno modo tantùm; ita ſimiliter quando nulla uirtus eſt, quæ aſſimiletur ſpermati, res non poteſt educi niſi per uim ſpermatis. Notandum eſt etiam diligenter, quòd iſta ge-

E nerata per putrefactionem uocat generata à caſu: non eſt enim inconueniens, quòd aliquid comparatum ad unam cauſam non ſit caſuale, quod tamen comparatum ad aliam eſt caſuale: ſi enim comparetur ad uirtutem cœleſtem, de cuius appetitu eſt omnem ſpeciem, quæ eſt in potentia, educere in actum; ſic non eſt caſuale: ſi uerò comparetur ad calorem putrefacientem, qui non intendit generationem huius animalis, uel illius, per accidens eſt. Ita quòd ſicut ſupra idem erat à caſu, & ab arte; & natura, & caſus in idem concurrebant: ita ſimiliter idem eſt à ſpermate, & ſine ſpermate.

Generata p putrefactio quo dicuntur generata à caſu.

Appetitus uirtutis cœleſtis, qui.

TEX. 32.

F *Non ſolùm autem de ſubſtantia oſtendit ratio non fieri ſpeciem, ſed de omnibus ſimiliter primis communis ratio, ut quãtitate, & qualitate, et alijs categorijs. Erit enim uelut ærea ſphera, ſed nõ ſphera, nec æs, ſed in ære ſi fit. Semper enim oportet præexiſtere materiam & ſpeciem, & in quid, & in qualitate, & in quantitate, & in aliis ſimiliter categoriis. non enim fit quale, ſed quale lignum; nec quantum, ſed quantum lignum, aut animal.*

Reſpondet cuidam quæſtioni, poſſibili fieri: probatum eſt enim ſupra, quòd compoſitum generatur, & non forma; poſſet ergo aliquis quærere, Vtrum hoc concludat in omni prædicamento? & uult hic oſtendere, quòd ſic. Et duo facit, quia primò ponit conuenientiam inter prædicamenta quantùm ad hoc, quòd compoſitum generatur: ſecundò ponit differentiam inter prædicamentum ſubſtantiæ, & alia prædicamenta. Secunda ibi [Sed proprium ſubſtantię]

Dubium reſoluit.

G Dicit ergo, quòd ratio oſtendens, quòd forma non fit, ſed compoſitum; non ſolùm oſtendit hoc de ſubſtantia, ſed eſt communis ratio in omnibus prædicamentis, in quantitate, qualitate, & aliis categoriis: fit enim ærea ſphera, ſed non ſphera: nec etiam æs fit, hoc eſt materia; etiam ſi forma talis puta ſphera fit in ære. ratio autem, quare compoſitum fit in omni prædicamento, eſt; quia in omni, quod fit, oportet præexiſtere materiam, & etiam ſpeciem; hoc eſt, omne, quod fit, habet materiam, & formam; ita benè in ſubſtantia, ſicut in qualitate, & in aliis prædicamentis: non enim fit quale, ſed quale lignum; nec quantum, ſed quantùm lignum. Deinde cum

H dicit.

Sed proprium ſubſtantiæ ex his accipere eſt, quia neceſſe præexiſtere ſemper alteram ſubſtantiam actu exiſtentem, quæ facit ut animal, ſi fit animal. Quale uerò, & quantum, non neceſſarium, ſed poteſtate ſolum.

Ponit differentiam inter ſubſtantiam, & alia prædicamenta, dicens: quòd differentia eſt inter ſubſtantiam & accidentia: quia quando ſubſtantia generatur, ſemper præexiſtit altera ſubſtantia actu: ita quòd ſemper ſubſtantiam in potentia præcedit ſubſtantia in actu; & hoc dico in generatis ex ſemine: in accidentibus autem non eſt neceſſarium, quòd præcedat actus in potentia

Diſcrimen inter generationẽ ſubſtantiæ, et accidentis.

tentia materiæ; scilicet quòd præcedat aliquod accidens generans: quale enim uel quantùm si generetur, non est necessarium, quòd præcedat quale, uel quantum actu, sed solùm in potentia materiæ; quasi dicat principium actiuum substantiæ semper est substantia; accidentium autem nō oportet, quòd sit accidens, sed substantia est aliquando.

TEX. 33. *Quoniam uerò diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, ut autem ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei similiter se habet.*

Postquam enim ostendit, cuius est quod quid est; & quod ipsum quod quid est, est idem cum eo, cuius est; & quòd ipsum non generatur: in parte ista ostendit, quomodo se habet quod quid est, ad partes suas; quæ, scilicet partes concurrunt ad quod quid est. Et diuiditur in tres partes, quia in prima parte quoddam supponit, ex quo oritur quæstio: in secunda parte mouet quæstionem illam: in tertia parte soluit eam. Secunda ibi [Dubitatur iam, an] Tertia ibi [Aut multipliciter dicitur pars.] Dicit ergo, quòd omnis diffinitio ratio est, & omnis ratio habet partes; ita quòd sicut se habet tota ratio ad totam rem; ita se habent partes rationis ad partes rei: dicens ergo primò, quod diffinitio est ratio, & ex hoc quòd ratio habet partes, concluditur quòd diffinitio habet partes: Secundum, quod ponit, est; quòd sicut tota ratio se habet ad totam rem, ita se habent partes diffinitionis ad partes rei.

Omnis diff. e ro, & habet partes.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum diffinitio habeat partes? Videtur quòd non, quia diffinitio fit per actum simplicem; sed ista, quæ intelliguntur in intellectu simplici, non habent partes ergo.

Ad oppositum est Philosophus. Respond. multiplici uia possumus uenari, quòd diffinitio habet partes. Prima uia est uia Philosophi, quia scilicet diffinitio est ratio; ita quòd sic formatur consequentia; ratio habet partes, diffinitio est ratio, ergo diffinitio habet partes. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ratio non accipitur hic pro potentia intellectiua, uel potentia ratiocinatiua; quia si sic acciperetur, diffinitio non esset ratio: sicut enim diffinitio non est intellectus, ita non est ratio isto modo: ratio autem hic accipitur illud, per quod nos ratiocinamur de re: & hoc modo diffinitio est ratio, quia per diffinitionem ratiocinamur de diffinito; & isto modo tenet consequentia Philosophi, ratio habet partes, ergo diffinitio: quòd autē ratio habeat partes, patet, quia ratio est illud, per quod ratiocinamur de re; sed de re ratiocinamur resoluendo causam ad sua principia; quia ista ratiocinatio non est, nisi ut deueniamus in naturam rei; quod nō pōt esse nisi per principia sua: si ergo ita est, oportet quòd ista ratio, per quam ratiocinamur, comprehendat principia rei: si autem comprehendit principia rei, partes habet, scilicet ipsa principia. Secunda uia ad hoc declarandum est ex natura ipsius diffinibilis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd illud est propriè diffinibile, quod potest terminare cognitionem nostram: nam cum diffinitio sit terminus; illud uocatur propriè diffinibile, quòd terminatum est: & ideo accidentia non propriè diffiniuntur, quia sua natura non est propriè terminabilis per se, sed resolubilis ad substantiã: ideo etiam genus nō est propriè diffinibile, quia nostra cognitio nunquam figitur in genere, sed semper quærit descendere usque ad speciem; in qua quidem specie specialissima status est; nunquam enim nostra cognitio figitur in aliquo prædicamento, donec sit in specie specialissima, quæ dicit naturam unam; habito enim ipso genere ab ipso intellectu, non quiescit, sed semper quærit determinationem aliam: habita autem specie specialissima, non requiritur alia determinatio; quia ultra speciem specialissimam nulla forma est, sed solùm requiritur designatio formæ per materiam; secūdùm hoc ergo illud, quod est propriè diffinibile, est species specialissima in prædicamento substantiæ: omnis autem species habet partes rationis, scilicet genus, & differentiam; & per cōsequens propriè diffinibile partes habet, & per consequens ipsa diffinitio; quia diffinitio non est nisi expressio diffinibilis. Tertia uia est ex natura nostri intellectus: intellectus enim noster uenatur diffinitionem per uiam compositionis & diuisionis; ut dicitur Secundo Posteriorum: ubi autem compositio & diuisio, ibi est pars extra partem; ita quòd res, quæ debet diffiniri, non oportet quòd semper habeat partes reales, sed semper habet partes rationis, quas uenatur ipse intellectus, quando uult diffinire ipsam rem: primò enim uenatur conceptus rei, secundùm quem conceptum res diffinibilis conuenit cum alia re; & ab isto conceptu accipitur genus: secūdò uenatur conceptum rei, secundùm quem res diffinibilis differt à quolibet alio conceptu, & ab isto conceptu accipitur conceptus differentiæ; & quia intellectus noster primò se ponit super conceptum conuenientiæ: immo (ut uerius dicatur) primò occurrit res intellectui sub conuenientia, quàm sub differentia; ideo intellectus noster intelligendo concipit conceptum, & sicut concipitur, ita diffinit; & per consequens diffinitio habet conceptum extra conceptum.

Diffĩo quomodo habet partes. *Secunda uia* *Propriè diffinibile qd.* *Accidētia et genus cur nō propriè diffiniuntur* *Intellectus quō habeat uenari diffinitionem.*

Ad argum. Ad argumentum dicendum est, quòd ideo actus diffinitiuus est simplicium intelligentia, quia per talem actum res non affirmatur esse, uel non esse. Vel ideo quia intelligitur natura simpliciter, quæ non habet necessariò partes reales, sed solū partes rationis. Vel ideo dicitur actus simplex, quia diffinitio non est unius naturæ per aggregationem, sed unius simpliciter; licèt infra illud unum intellectus concipiat aliquam dualitatem. Debemus enim imaginari, quòd in uenando diffinitionem concurrit compositio & diuisio, & sic est actus compositiuus & diuisiuus: in fine autem istius uenationis illud, quod intelligitur, est natura simplex, quæ habet omnes istos conceptus,

Quō actus diffinitiuus est simplicius intelligētia.

inuenti ſecundùm iſtam uenationem,& ideo iſte actus finalis non eſt, niſi ſimplicium intelligentia. Deinde cum dicit.

Dubitabitur iam, an oportet partium rationem eſſe in totius ratione, an non? In quibuſdam enim uidentur eſſe, in quibuſdam non. Nam circuli ratio non habet eam, quæ inciſionum; & tamen diuiditur circulus in inciſiones, ut ſyllaba in elementa.

Mouet quaſdam dubitationes. Et diuiditur in duas partes, quia primò mouet dubitatiões duas: ſecundò ſoluit eas. Secunda ibi [Aut multipliciter dicitur pars.] Prima in duas, quia primò mouet dubitationes, dicens; quòd dubium eſt, utrũ partes, uel diffinitio partium accipiantur in diffinitione totius, uel non? ſecundò reddit rationẽ iſtius dubitationis, dicens; benè de hoc dubitatur, ſupple, quia in diffinitione quorũdam totorum accipitur diffinitio partium, ſiue accipiuntur partes iu diffinitione, quorundam autem nõ. Exemplum, quia diffinitio circuli non habet eã diffinitionem, quæ eſt inciſionum: hoc eſt dicere, partes circuli, quæ uocantur inciſiones circuli, non accipiuntur in diffinitione eius. Exemplum aliud: diffinitio ſyllabæ habet eam diffinitionem, quæ eſt elementorum; hoc eſt dicere, elementa; hoc eſt, litera uocalis & conſonans ſunt partes ſyllabæ, & accipiuntur in diffinitione ſyllabæ, ergo partes accipiuntur in diffinitione totius: ſic ergo in diffinitione circuli non accipiuntur partes totius, in diffinitione autẽ ſyllabæ ſic: & tamen ſimile uidetur de uno & de alio: quia ſicut circulus diuiditur in partes ſuas; quæ uocantur inciſiones; ita ſyllaba in ſuas, quæ uocãtur elementa. Deinde cum dicit.

An partes, uel earum diffinit o- nes ingrediã tur defini- tionẽ totius

Amplius autem, ſi priores partes ſunt toto, & recti acutus eſt pars, & digitus hominis; prior erit actus recto, & digitus homine. Videntur autem illa eſſe priora. Secundùm rationem namque dicuntur ex illis, & in eſſe ſi non inuicem priora.

Quærit ſecundam quæſtionem, & primò ponit quæſtionem, dicens: quòd quæſtio eſt, Vtrum partes ſint priores toto, uel totum ſit prius partibus? Secundò arguit pro una parte, ſcilicet qnòd ſint priores toto, dicens: quòd acutus angulus eſt pars recti, & digitus eſt pars hominis: ſuppleatur, ſed inuia generationis pars uidetur prior ſuo toto: Tertiò arguit pro alia parte, ſcilicet quòd totum eſt prius partibus; & hoc duobus modis: quia totum diffinit partes, & non è conuerſo. & hoc eſt, quod dicit; quòd tota uidentur priora partibus; quia ſecundùm diffinitionem & rationem partes dicuntur ex totis, & non è conuerſò: acutus enim angulus diffinitur per rectum; quia acutus angulus eſt minor recto: ſecũdò modo totum eſt prius parte; quia tota poſſunt eſſe ſine partibus, & non è conuerſò: ſicut homo poteſt eſſe ſine digito & non è conuerſò; quia digitus ſeparatus eſt digitus æquiuocè. Et hoc eſt,

An pars ſit prior toto, uel econtra.

E quod dicit Philoſophus: quòd tota ſunt priora ſi non inuicem, hoc eſt, quia poſſunt eſſe ſine aliis. Notandum eſt, quòd optimè ſecunda quæſtio mouetur poſt primam: cuius ratio eſt, quia omne, quod diffinit aliud, habet prioritatem reſpectu illius: ſi ergo partes diffinirent totum, oporteret quòd haberent aliquam prioritatem reſpectu totius: quia ergo in ipſa quæſtione quæſitum eſt, utrum partes diffiniant totum, & omne diffiniẽs prius eſt diffinito, ideo ſtatim poſt primam ponit ſecundam. Notandum eſt, quòd eſſe prius alio ſecundùm Commen. eſt duobus modis: quia aliquid eſt prius alio in uia generationis: aliquid autem eſt prius alio complemento: ſecundũ hoc ergo partes quantitatiuæ ſunt priores ſuo toto in

Cur hæc quæſtio mouetur poſt primam.

Doctrina Commen.

F uia generationis: quia generatio procedit de imperfecto ad perfectum, de parte ad totum; in uia autem complementi totum eſt prius. Sic ergo prima ratio de prioritate locũ habet in uia gñoi ſecunda autem in uia complementi. Deinde cum dicit.

Totũ prius partibus, & econuerſo a quo.

Aut multipliciter dicitur pars, quorum unus quidem modus eſt, qui menſurat ſecundùm quantitatem: ſed hic quidem prætermittatur. Ex quibus uerò ſubſtantia eſt ut partibus, perſcrutandum eſt. Si igitur eſt hoc quidem materia, illud uerò ſpecies, aliud ex his, & ſubſtantia eſt materia, & ſpecies, & quod ex his eſt. TEX. 34.

Soluit propoſitas quæſtiones. Et diuiditur in tres partes, quia primò ſoluit primam quæſtionem: ſecundò ſecundam: tertiò mouet quoddam
G dubium; ex cuius manifeſtatione declaratur utraque quæſtio. Secunda ibi [Dictum eſt igitur & nunc.] Tertia ibi [Dubitatur autem & meritò.] Prima in tres, quia primò ſoluit primam quæſtionem: ſecundò ſolutionem applicat ad exempla, quæ fuerunt poſita in quæſtione: tertiò remouet quandam cauillationem. Secunda ibi [Quapropter circuli ratio] Tertia ibi [Etenim linea] Prima in tres, quia primò ponit multiplicem acceptionem partis: ſecundò ex hoc dat ſolutionem intentam: tertiò manifeſtat quoddam, quod dixerat. Secunda ibi [Eſt quidem ut materia dicitur pars] Tertia ibi [Dicendum enim ſpeciem.] Dicit ergo, quòd pars multis modis dicitur: uno
H enim modo dicitur pars ſecundùm quidditatem: & iſta eſt pars, quæ menſurat ſuum totum: & ſic binarius aliquoties replicatus menſurat quaternarium: ſed iſte modus partis prętermittatur ad præſens. Alio modo dicuntur partes, ex quibus conſtat ſubſtantia rei: & de talibus eſt intẽtum: talis autem pars aliquando eſt materia, aliquando ſpecies: nam in compoſito hoc quidem materia eſt, hoc autem forma; illud uerò eſt compoſitum ex his: & dictum eſt in pręcedẽtibus, quòd ſubſtantia eſt materia, forma, & compoſitum ex his. Notandum eſt, quòd quædam ſunt partes quantitatiuæ, quæ aſpiciunt rem ſecundùm ſuã quantitatem; quia ergo non eſt quæſtio de quantitate rei, ſed de eſſentia; ideo benè dictum eſt à Phi-

Pars multis plicuer.

Philoſopho, quòd hæc pars prætermittenda eſt: quædam autem ſunt partes eſſentiales, hoc eſt, quæ integrant eſſentiam alicuius; eo modo quo dicimus, quòd materia & forma ſunt partes rei; & quia hic eſt quæſtio de eſſe rei, ideo benè dictum eſt à Philoſopho, quòd de talibus partibus perſcrutandum eſt: ita quòd quæſtio Philoſophi ſuper hoc videtur fundari, Vtrum materia ſit pars rei diffinibilis?

Eſt quidem ut materia dicitur pars alicuius, eſt autem ut non: ſed ex quibus ſpeciei ratio. Vt concauitatis non eſt pars caro. Hæc namque materia in qua fit. Simitatis uerò pars aliqua eſt. Et totius quidem ſtatuæ pars eſt æs, eius autem quod ſpecies dicitur ſtatua, non.

Solutio quæſtionis. B Ponit ſolutionem, dicens: ita ſupra diſtinctum eſt de partibus; materia ergo reſpectu alicuius poteſt eſſe pars, quia aliquid reperitur, cuius diffinitioni præconcipitur ipſa, ſcilicet ratio ſpeciei & formæ ſimul, & aliquid nõ præconcipit materiã. Exemplum de utroque; caro eſt materia, & caro non eſt pars concauitatis, quia concauitas poteſt diffiniri ſine carne; eſt enim caro materia, in qua fit concauitas, & non quæ diffiniat concauitatẽ: caro uerò eſt pars reſpectu ſimitatis, quia ſimitas non diffinitur ſine naſo. Aliud exemplum, æs eſt materia, & æs reſpectu compoſiti ex ære, & formæ, ſcilicet ſtatuæ, eſt pars: reſpectu autem illius, quod eſt ſpecies & forma ſolùm, hoc eſt reſpectu figuræ ſtatuæ tantùm, non eſt pars. Notandum eſt, quòd ſolutio Philoſophi fundatur ſuper duas propoſitiones: prima eſt, quòd illud eſt pars in diffinitione alicuius, ſine quo illa res non poteſt concipi: ſecunda propoſitio eſt, quod aliquid de materia eſt intra conceptum illius, ſi accipiatur per alium modum. Prima propoſitio patet: quia diffinitio rei eſt expreſſio conceptus rei: ad hoc enim fit diffinitio, ut rei conceptus exprimatur: & ideo à Commentato. aliquando diffinitio uocatur inſtrumentum intellectus, quia per diffinitionem tanquam per inſtrumentum deuenitur in conceptum rei; ſi ergo diffinitio eſt expreſſio conceptus; illud, ſine quo conceptus non poteſt exprimi, aliquo modo eſt pars diffinitionis: illud autem, ſine quo poteſt exprimi, non erit pars diffinitionis, & ſic patet prima propoſitio. Secunda patet ſic: uidemus enim quòd albedo non eſt pars diffinitiua reſpectu hominis, quia totus conceptus hominis haberi poteſt ſine conceptu albedinis; & tamen eſt pars diffinitiua reſpectu hominis albi, quia impoſſibile eſt concipere hominem album ſine albedine. Ex his habetur ſolutio Philoſophi: quia enim totus conceptus concauitatis poteſt haberi ſine carne; ideo ipſa caro non eſt pars diffinitiua reſpectu concauitatis: ſed è cõtra, quia conceptus ſimitatis non poteſt haberi ſine naſo & carne; ideo aliquo modo eſt pars diffinitiua reſpectu illius: & eodem modo quia conceptus compoſiti & ipſius totius ex ære & figura non poteſt haberi ſine ære, ideo æs eſt pars diffinitiua reſpectu illius; ſed conceptus figuræ poteſt totus haberi ſine ære: ideo non eſt pars diffinitiua reſpectu illius.

Pars in diffinitione alicuius quid.

Sententia Comment. multis in Poſterioribus.

C, D

Dicendum enim ſpeciem, & inquantùm habet ſpeciem unumquodq; eſt: ſed materiale nunquam ſecũdùm ſe eſt dicendum.

Manifeſtat quoddam, quod dixerat: dixit. n. quòd reſpectu totius materia eſt pars; reſpectu autem ſpeciei non; & huius reddit rationem, dicens: quòd illud reſpicit formam, & ſpeciem, quod unicuique conuenit ſecundùm rationem formæ ſuæ, & per ſe: materiale nunquam per ſe, & ſecundùm ſe conuenit ſpeciei; & ideo materiale non pertinet ad diffinitionem ſpeciei: quaſi dicat, illud contingit ſpeciei & formæ, quod cõtingit ſibi inquantum tale, & per ſe. Et hoc eſt, quod dicit litera, quòd ſpecies in unoquoque eſt, quod contingit unicuique inquantùm unumquodque habet talem realitatem; materiale autem & materia non contingit rei ſecundùm ſe, & inquantùm tale.

Redit ratio eius cuiuſdam dicti ſuperioribus.

Quæreret quis, Vtrum in diffinitione ſpeciei materia ſit pars diffinitiua? Reſpond. dicendum eſt, quòd ſpecies accipitur hic pro forma; qualis forma eſt concauitas, uel figura ſtatuæ: & ſic accipiendo ſpeciem, ſic dictum eſt, quòd materia nõ eſt pars diffinitiua reſpectu illius: cuius ratio eſt, quam tangit Philoſophus. Quæ quidem ratio fundatur ſuper duas propoſitiones: prima eſt, quòd illud eſt diffinitiuum reſpectu alicuius, quòd conuenit ſibi inquantùm tale: & hoc eſt, quod dixit; illud, quod pertinet ad ipſum quod quid eſt, & inquantùm habet ſpeciem & formalitatem: ſecũda propoſitio eſt, ſuper quam fundatur: quòd materiale & materia non conuenit tali formæ inquã tùm talis: ſi enim caro conueniret concauitati in quantùm concauitas, omnis concauitas eſſet carnea: & ſi æs conueniret figuræ ſtatuæ, inquantùm talis figura, nulla talis figura poſſet reperiri niſi in ære.

Quæſtio.

Quæreret aliquis. Cum hæc dicta ualeant in forma & in ſpecie, quæ in ſui diffinitione non cõcernit materiam, ſicut eſt forma mathematica, ut figura, uel concauitas. Vtrum ualeant in ſpecie naturali, ſicut eſt homo? Reſpond. dicendum eſt, quòd ſic. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd differentia eſt inter materiam, & materiale: materia enim poteſt eſſe de eſſentia ſpeciei: illud autem, quod eſt materiale reſpectu ſpeciei, nunquam eſt de eſſentia illius ſpeciei: uocamus enim illud materiale reſpectu ſpeciei, quod accidit ſpeciei: ita quòd tota ſpecies poteſt ſaluari ſine illo; licèt ergo ſpecies hominis, & ſpecies naturalis concernat in ſua eſſentia materiam; tamẽ non concernunt illud, quod eſt materiale, quod non concernit ſibi inquantùm tale. In formis ergo mathematicis imaginabimur, quòd materia eſt extra quidditates illarum, quia accidit talibus formis, quòd ſint in tali materia, ſicut concauitati quòd ſit in ligno: & in talibus materia accidit

Quæſtio.

Differentia inter materiam, et materiale.

In formis mathematicis materia eſt extra quidditatẽ illarum.

formæ;& est de essentia simul sumpti. In speciebus autem naturalibus,sicut est homo, imaginabor materiam in se, & materiam significatam: materia in se est de essentia speciei; materia autem signata accidit speciei: sicut enim signatio accidit materiæ; ita materia signata accidit speciei,& rei habenti materiam: & sicut signatio est quid materiale respectu speciei,ita materia signata:itaquòd materia signata uel eius signatio,quia accidit speciei,dicitur materiale respectu illius: & quia sic est,ideo non conuenit sibi inquantùm tale:& quia non conuenit sibi inquantum tale,iô non est de essentia illius:& sic regula Aristot. est uniuersalis,& in istis,& in aliis: quia illud, quod non conuenit alicui secundùm se,quod etiam uocatur materiale,non est de essentia rei.

Materia duplex.

Quæstio.

Quæreret consequenter quis. Vtrum possimus dicere, quòd illud materiale sit de essentia simul sumpti,sicut dicebamus de materia, quàm uis non sit de essentia speciei? Respond. dicendum est,quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd indiuiduum respectu speciej est quoddam simul sumptum: species enim non dat intelligere nisi principia speciei;indiuiduum autem dat intelligere principia speciei & signationem eorundem;itaquòd indiuiduum dicit totam essentiam speciei cum signatione;& ita dicit duo respectu illius:licèt ergò signatio non sit de essentia speciei, quæ species uocatur forma;tamen est de essentia indiuidui, eo modo quo habet essentiam. Imaginamur ergo duplex simul sumptum: quoddam simul sumptum, quod est compositum ex materia & forma, cuius simul sumpti forma est pars,sicut ærea sphera est quoddam simul sumptum,sphera autem est pars eius:quoddam simul sumptum est,quòd secundùm modum intelligendi est compositum ex specie & signatione spéi: primum ergo simul sumptum dicetur compositum ex materia & forma; secundum autem magis ex materiali & formali, ut formale accipiatur ipsa species, materiale autem signatio. Deinde cum dicit.

Differentia inter indiuiduũ et spẽm

Quapropter circuli ratio non habet eam,quæ est incisionum;sed quæ syllabæ eam, quæ est elementorum. Nam elementa rationis partes sunt sicut speciei,& non materia. Incisiones uerò huiusmodi,sicut partes ut materia in quibus fiunt, propinquiores tamen speciei, quam quando in ære fit rotunditas.

Applicat solutionem hanc ad exempla, posita in quæstione. Et diuiditur in duas partes,quia primò hoc facit: secundò remouet quoddam dubium.Secunda ibi [Est autem ut neque elementa]Dicit ergo primò; propter ea,quæ dicta sunt, manifestum est, quòd ratio circuli non habet eã, quę est incisionum,hoc est circulus non capit incisiones in sui diffinitione; ratio autem syllabæ capit in sui diffinitione elementa,idest literas; dictum est enim in præcedẽtibus,quòd partes,quæ pertinent ad speciem cadunt in diffinitione speciei,non autem partes, quæ pertinent ad materiam;elementa autem respectu syllabæ sunt partes speciei,& non ut materia: incisiones uerò circuli sunt partes,quæ pertinent ad materiam, non ad speciem. Verum est tamen,quod materia respectu circuli est in duplici differentia, una est magis propinqua, sicut sunt incisiones circuli,in quibus fit circulus;quædam autem magis remota sicut æs, si contingat quòd rotunditas circularis fiat in ære:ita quòd incisiones circuli,& æs sũt materia respectu circuli formæ;sed tamen incisiones circuli propinquiori aspectu accedunt ad formam circuli,quàm æs.

Solutio dubiorum.

E

Materia respectu circuli duplici est.

Est autem ut neque elementa omnia syllabæ in ratione insunt, ut hæc cerea, aut quæ sunt in aere. Iam enim & hæc pars syllabæ quasi materia sensibilis.

F

Remouet quoddam dubium:dictum est. n. q partes syllabæ, scilicet uocalis, & consonans ad speciem,& non ad materiam pertinent:crederet ergo aliquis,quòd omnis litera, hoc est omnes literæ pertinerent ad diffinitionem syllabæ,uel ad species: litera enim cerea,uel quæ est in aere,nõ pertinent ad diffinitionem syllabæ, nec ad spẽm eius: talis enim litera est pars syllabę,sicut materia sensibilis;& hoc dicere magis pertinet ad materiam,quàm ad speciem. Ad euidentiam totius literæ notandum est primò, quòd pars pertinens ad speciem uocatur illa,sine qua species non potest concipi:pars autem materialis uocatur illa, sine qua species potest concipi. Hæc autem est in duplici differentia,pars enim materialis,sine qua res potest concipi, potest appellari ipsa materia, sine quã forma potest concipi, sicut patet in formis mathematicis: & isto modo possemus dicere,quòd æs est materiale respectu figuræ, uel respectu concauitatis: Secũdo modo pars materialis uocatur pars signata, uel pars quantitatiua: & isto modo dictum est,quòd semicirculus uel incisio circuli ẽ pars materialis respectu circuli; quia incisio circuli sequitur circulum signatum & nõ circulum ut huiusmodi. Supponamus enim,q circulus sit in ære, inueniemus hic triplicem partem,scilicet partem formalem,sicut genus & differentia circuli;si enim dicatur sic,quòd circulus est figura plana, unica linea contenta; & figura plana tanquam genus, & unica linea contenta, ta,tanquam differentia pertinent ad speciem circuli;& sic sunt partes speciei & formæ;licèt differentia dicat magis formam, quàm dicat genus. Reperiemus enim duplicem partem materialẽ; uoco enim materialem partem quidquid accidit speciei; illud autem, quod accidit speciei & formæ,potest esse ipsa materia; sicut accidit figuræ, quòd sit in ęre;& ideo est pars materialis: Secundo modo pars materialis potest dici pars quantitatiua,quæ sequitur signationem rei: & isto modo incisio circuli est pars materialis. Hẽmus ergo triplicẽ partẽ.s.formalẽ siue spéi,partem materialẽ,quæ est ipsa materia: & partem materialem.s. illam

G

Pars spẽi, et pars materialis quæ, & quotuplex:

H

Pars materialis duplex

illam partem, quę sequitur signationem materię, quam uoco partem quantitatiuam. Benè ergo dixit Philosophus, quòd partes syllabæ sunt partes speciei, quia sine literis non potest concipi syllaba, sicut sine uocali & consonante; partes autem circuli, sicut incisiones accidunt speciei, & hoc quia sequuntur circulum signatum: sicut ergo signatio circuli accidit spēi, ita similiter tales ptes.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum sit uerum, quod dixit Philosophus, scilicet quòd incisiones circuli propinquiùs se habent ad speciem circuli, quàm ipsū æs? Respondeo dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quod nunquam potest reperiri in re circulus, nisi in circulo signato; omnis.n. circulus realis existit cū circulo signato; potest.n. reperire circulus, qui nō sit in ære, licèt ergo utrunq; pertineat ad materiā, hoc est, ad partem materialem; tamen quia potest reperiri forma circuli absque eo quòd reperiatur in ære, puta sicut in ligno: non tamen potest reperiri, quin reperiatur in circulo signato: propinquiùs ergo se habebit signatio circuli, uel circulus signatus, quàm æs. Imaginabimur ergo triplicem partem, scilicet partes rationis, & istæ sequuntur totam speciem, siue sint sub esse intellectiuo, siue sub esse reali; sicut partes rationis hominis sunt genus & differentia, uel materia & forma non signatæ; & istæ partes sequuntur hominem, siue homo intelligatur, siue homo sit in re. Secundo modo intelligemus partes quantitatiuas, quæ sequuntur rem ut signatam: & indiuiduatam; & sine talibus partibus non potest concipi species ut est in re: in re.n. nunquam est species nisi secūdùm esse signatum: sicut circulus nunquam est nisi in circulo signato. Tertio modo imaginabimur partem materialem, sine qua species potest esse, etiam in esse reali: sicut forma circuli secundùm esse reale & secundùm esse intelligibile potest esse præter æs. Et si sic est, cum ista partes, quæ sunt in secundo gradu, aspiciant speciem necessariò, ad minùs quò ad esse reale, si non quò ad esse intelligibile: tertiæ autem partes, quæ sunt in tertio gradu nec isto modo, nec illo aspiciant, patet quia propinquiùs, & minùs per accidens aspiciunt illæ de secundo gradu, quàm illæ de tertio. Notandum est, quòd non est impossibile, quòd aliquid sub uno modo acceptum sit de essentia alicuius; & tamen sub alio modo acceptum non est de essentia illius: sicut materia est de essentia alicuius, puta hominis; & tamen ut signata non est de essentia illius sub isto modo. Similiter ad propositū, litera uocalis & consonans sunt de essentia syllabæ, & tamen sub tali ratione in aere, & cera accidunt syllabæ; pertinēt enim magis ad materiam sensibilem syllabæ, quàm ad essentiam suam; ad syllabam enim requiritur litera; sed q sit in tali, uel in tali materia hoc accidit. Deinde cum di.

Circulus nō reperitur in re, nisi i circulo signato.

Pars triplex.

Aliquid potest esse, de essentia alicuius uno modo, quod non erit de essentia alio modo.

Etenim linea non si in dimidia corrumpitur, aut homo in ossa, aut neruos, & carnes; propter hoc & sunt ex his, sicut entibus substantiæ partibus. Sed ut ex materia. Etenim quidem quod simul totum partes, speciei uerò & cuius ratio, non adhuc. Quapropter nec in rationibus.

Remouet quandam cauillationem: diceret enim aliquis: illud est de essentia alicuius, quo remoto, illud corrumpitur: sed linea, uel circulus corrūpitur in partes suas: pūta circulus diuisus in incisiones, linea in suas partes; & sic uidetur, q incisiones sint de essentia circuli, uel partes lineę, de essentia lineæ. Hoc ergo remouet, ostendens, quòd propter hoc non sequitur, quòd sint partes nisi materiales, non partes speciei. Et duo facit, quia primò hoc ostendit: secundò quia facit mentionem de corruptione speciei, ostendit quomodo aliter corrumpitur compositum, & aliter species. Secunda ibi [Quæcūque quidem igitur sumpta] Prima in duas, quia primò ostendit, quod dictum est: secundò concludit quoddam corollarium, ibi [Horum quidem igitur.] Dicit ergo, q linea non corrumpitur, nisi diuisa in dimidia; & homo corrumpitur in ossa & carnes: sed propter hoc non sequitur, quòd species sit ex his partibus, in quas fit corruptio, sicut ex partibus, quæ sunt partes substantiæ, hoc est, speciei; sed magis, sicut ex partibus, quæ sunt ut materia, hoc est, partes materiales: & ideo istę, in quas fit corruptio, sunt partes illius, quod est simul totum; hoc est, indiuidui signati: speciei uerò, & illius, cuius est propriè diffinitio, non sunt partes, nisi fortè sicut materia: & ideo tales partes, quæ non sunt formales non accipiuntur in rationibus, hoc est in diffinitionibus rei, quia nō sunt partes speciei. Notandum est, quòd omnis actus, & omnis corruptio propriè respiciunt signatum & indiuiduatum; & non ipsam speciem, quæ abstrahit à signatione; ideo partes, in quas fit corruptio, sunt partes entis signati, & nō partes speciei. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd nō obstante, quòd corruptio rei fiat in tales partes, non sunt nisi sicut materia: immo argumentum est ad contrarium: quia eo ipso quòd fit corruptio in tales partes, ideo sunt partes entis signati; signatio autem accidit speciei, & ideo tales partes speciei accidunt; partes enim, in quas fit corruptio, sunt, hęc ossa, & hæc caro; quę accidunt speciei hominis. Deinde cum dicit.

Cauillationem diluit.

Partes quæ non sūt formales, non accipiuntur in rationibus.

Horum quidem igitur inerit talium partium, ratio, horum uerò non oportet in esse, si non fuerint simul sumpta. Nam propter hoc quidem quædam ex his ut principiis sunt, in quæ corrumpūtur, quędam uerò non sunt.

Ex his concludit quoddam corollarium: dictū est, quòd tales partes materiales pertinent ad simul sumptum, & non pertinent ad speciem: & ideo ratio talium partium erit in ratione simul sumptorum, scilicet indiuiduorum, non tamen in ratione specierum. Et hoc est, quod dicit: quòd ideo ratio illorum non erit, scilicet specierum: unde in ratione nullius erunt, quòd nō fuerit simul sumptum: ex quo ostendit, quòd quædam entia, scilicet

Entia simul sumpta duplicia.

ſcilicet ſimul ſumpta, ſũt ex his principiis, i quæ corrumpuntur: quædam autem non ſunt ex his principiis, ſicut ſpecies & formæ. Notandum eſt, quòd (ſicut dictum eſt ſupra) ſimul ſumptum poteſt accipi duobus modis: uno modo accipitur ſimul ſumptum compoſitum ex materia & forma: ſicut ſimul ſumptum eſt æs ſignatum, cuius ſimul ſumpti pars eſt ipſa forma, ſcilicet figura. Secundo modo ſumitur ſimul ſumptum ipſum indiuiduum, cuius pars eſt ſpẽs, & quidditas: & ſiue primo mõ, ſiue ſcd'o mõ ſumatur, illud, qđ ꝑ ſe corrũpitur, eſt ipſum ſimul ſumptũ; per accidens autẽ ipſa forma, uel ipſa ſpecies, uel ipſa forma reſpectu compoſiti, uel ipſa ſpecies reſpectu indiuidui: & ſic ipſum cõpoſitum, quod propriè corrũpitur, propriè reſoluitur in principia, in quæ fit corruptio, ſcilicet materia & forma: forma autẽ, quæ per ſe non corrumpitur, nõ habet talia principia. Et hoc eſt, quòd dixit Philoſophus, ꝙ quædam ſunt ex his principiis, in quæ corrũpũtur, ſicut compoſita: quędam autem non, ſicut forma: ſimiliter indiuiduum, quod propriè corrumpitur componitur ex principiis ſignatis in quæ ſit corruptio, ſicut indiuidua: quædam autem non, ſicut ſpecies. Deinde cum dicit.

Cõpoſitũ reſoluuntur in principia, i quæ fit corruptio.

Quæcunque quidem igitur ſumpta ſpecies & materia ſunt, ut ſimum, & æreus circulus, hæc quidem corrumpuntur in hoc, & pars ipſorum materia. Quęcunque uerò non concipiuntur cum materia, ſed ſine materia, ut rationes ſpeciei ſolùm, hæc non corrumpuntur, aut omnino, aut taliter non.

Quia fecit mentionem de corruptione rei, & de principiis corruptionis, ideo in parte iſta uult oſtendere, quæ corrumpuntur per ſe, & quæ non. Et duo facit, quia primò oſtendit, quòd compoſitum, & ſimul ſumptum corrũpitur: ſecundò oſtẽdit, quòd materia & pars materialis eſt pars illius, quod per ſe corrumpitur, non autem illius, quod per accidens, ſcilicet formæ ibi [Quare illorum quidem principia] Dicit ergo primò, quòd ſimul ſumpta ſunt illa, quæ concernunt ſpeciem & materiam, ſicut ſimum, quod concernit concauitatem & naſum: & ſimiliter ſicut æreus circulus, qui concernit figuram, & æs; & hęc per ſe corrumpuntur in hoc, ſcilicet materiam & formam, & pars iſtorum materia eſt: quæcunque uerò nõ concipiuntur cum materia, ſicut ſunt formæ, & quorum partes non ſunt partes materiales, ſed partes ſpeciei, ſicut formæ; iſta uel omnino non corrumpuntur, uel non corrumpuntur totaliter, ſcilicet per ſe, ſed per accidens. Deinde cum d.

Simul ſumpta quæ.

Quare illorum quidem principia & partes, quæ ſunt ſub ipſis, ſpeciei uerò nec partes, nec principia hæc. Et ideo corrumpitur lutea ſtatua in lutum, & ſphera in æs, & Callias in carnem, & oſſa. Amplius autem circulus in inciſiones. eſt .n. aliquis, qui concipitur cum materia. Aequiuocè namque dicitur circulus; qui ſimpliciter dicitur: & ſinguli, quia non eſt proprium nomen ſingulorum.

Oſtendit, ꝙ materia eſt pars compoſiti, quod

E propriè corrumpitur; ſed non eſt pars formę, dicens: quia ita eſt, quòd compoſita propriè corrũpuntur; ideo partes materiales, in quas fit corruptio, ſunt propriè partes huius cõpoſiti: ſpẽrum uerò, quæ per ſe non corrumpuntur, non ſunt partes, nec principia: corrumpitur enim ſtatua lutea in lutum, quod quidem lutum ita eſt pars iſtius compoſiti, quod non eſt pars ſtatuæ, hoc ẽ, figuræ: & ſphera ærea corrumpitur in æs, quod quidem ita eſt pars compoſiti, quod non eſt pars ſpheræ: & Callias corrumpitur in carnem, & oſſa; quæ ſunt partes compoſiti, & non formę: ſimiliter circulus materialis corrumpitur in inciſiones, quæ ſunt partes quantitatiuæ, non formales: eſt enim aliquis circulus materialis, & concipi-

Materia ẽ pars cõpoſiti, & nõ formæ.

F tur cum materia: & iſte dicitur æquiuocè circulus cum illo, qui non concernit materiam circuli: concernentes materiam non habent propria nomina, tamen nomine communicamus eis circulos; licèt hic circulus, & circulus ſimpliciter æquiuocè dicitur circulus. Notandum eſt, quòd hoc, quod dictum eſt de ultimo, multum facit pro parte præcedenti: quia enim forma corrumpitur in materiam, uideretur fortè alicui, quòd materia eſſet pars formæ, quia ſpecies non corrumpitur, niſi in partes quantitatiuas & ſignatas; fortè uideretur alicui, quòd tales partes eſſent partes ſpeciei: hoc autem excludit Philoſo. per dicta hic: quia licèt materia per ſe ſit pars compoſiti, quod per ſe corrumpitur; tamen non oportet, quòd ſit pars ſpeciei, & quidditatis, quæ per

Sigularia, quæ ponuntur ſub ſpẽ, habent nomina propria, alia a nomine ſpeciei: interdũ cõtingit ut nominentur nomine ſpeciei, quando ſcilicet carent nomine.

G accidens corrumpuntur: & ſic ad formam non ꝑtinent, niſi partes formales; ad compoſitum etiã partes materiales: ſimiliter ad indiuiduum pertinent partes quantitatiuæ, nõ autem ad ipſam ſpeciem, & quidditatem rei.

Quæreret quis. Vtrum hic circulus, & circulus ſimpliciter dicatur æquiuocè? Videtur quòd non: ſi enim dicatur ſic, Sors eſt homo, & homo, eſt homo; non ęquiuocatur natura hominis: ergo à ſimili ſi dicatur, hic circulus eſt circulus, non æquiuocatur natura circuli. Ad oppoſitum eſt Philoſophus. Reſpond. dicendum eſt, quòd hoc nomen circulus poteſt imponi huic circulo duobus modis: uno modo ſecundùm quòd in hoc circulo ſaluatur circulus & forma circuli: ita quòd

Quæſtio.

H hoc nomen non conueniat ſibi inquantùm hoc, ſed inquantùm circulus: cum una formalitas ſit in circulo, & in hoc circulo inquantùm circulus eſt; ideo una formalitas prædicatur de utroque. Idem nomen alio modo poteſt imponi huic circulo, inquantùm hoc; ita quòd ſit proprium nomen illius, & ſignificet illum circulum, ut ſignatum: & ſic accipiendo ſignificat æquiuocè ſpẽm circuli, & hunc circulum. Secundùm autem primum modum, quando dicitur, hic circulus; & circulus eſt circulus: natura ſpẽi, & formæ prædicatur de utroque: ſecundùm autem ſecundũm modum, cum dicitur, circulus eſt circulus hic; per iſtud nomen ſignat ſignationem ſiue materiam

Circulus, huic circulo impoſitus, dupliciter.

in

in signato: & ita secundùm primum modum nomen semper significat unum; secundùm autem modum secundum signat naturam, & naturam si gnatam, sine signationem. Ad argumentum patet, quia eodem modo dicendum est de homine, & distinguendum, sicut de circulo; si hoc nomen homo imponatur homini, & huic homini.

Ad argum.

TEX. 35. *Dictum est igitur & nunc ipsum uerum, & causam amplius manifestius dicemus repetentes. Nã quæcunque sunt rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ sunt priores, aut omnes, aut quædam.*

Soluta prima quæstione, hic soluit secundam, quæ est, utrum partes sint priores toto, uel posteriores? Et diuiditur in duas partes, quia primò soluit quæstionem: secundò docet respondere ad quandam interrogationem, possibilem fieri in hac materia, ibi [Interrogationi uerò obuiare necesse.] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd partes rationis, idest formales sunt priores toto; secundò ostendit, cuius dicuntur partes, partes rationis ibi [Sed rationis speciei partes] Prima in duas, quia primò dicit, quòd partes formales sũt priores toto: secundò ostendit hoc per exempla, ibi [Quoniam uerò animalium.] Prima in tres, quia primò dicit, quòd partes formales sunt priores: secundò ex hoc concludit propositum suũ, scilicet quòd partes formales sunt priores, materiales posteriores. Secunda ibi [Recti uerò ratio] Tertia ibi [Quare quæcunque sunt partes ut materia.] Dicit ergo primò, quòd dictum est in quæstione præcedenti, & nunc ipsum uerum: tamen amplius repetimus, in qua repetitione manifestius fiet, quod dictum est. Notandum est, quòd quæstio ista de prioritate partium est multùm annexa præcedenti: si enim partes sunt priores toto, accipiuntur in diffinitione totius: si autem posteriores è conuersò erit, scilicet quòd totum accipietur in diffinitione partium: ideo benè dixit Philosophus, quòd in solutione istius quæstionis manifestabitur præcedens: quę quidem solutio est, quòd partes rationis & formales, in quas diuiditur diffinitio totius, sunt priores toto, aut omnes, aut quædam.

Solutio secunda quæstionis.

Partes rõnis siue formales sunt priores toto

Quæreret quis. Quare dixit, aut omnes, aut quædam? cum uideatur simpliciter, quòd omnes partes formales sint priores. Respondeo. dicendũ est, quòd tribus uiis possumus hoc saluare.

Quæstio.

Prima uia talis est, quædam sunt principia formalia, quæ sequuntur essentiam rei pro toto suo ambitu; quædam sunt principia formalia, quæ non sequuntur essentiam rei, nisi sub aliquo gradu tertio: uidemus enim quòd de essentia animalis est, quòd habeat sensum; ita quòd sensus est principium formale animalis; non enim potest saluari animal sine sensu, ad minùs sine sensu tactus: nõ tamen oportet, quòd omnes sensus sequantur omne animal; sed solùm sequatur animal in tertio gradu; quia animalia perfecta habent omnes sensus. Dicemus ergo, quòd licèt sensus sit principium formale animalis; non tamen oportet, quòd omnes sensus sint priores ipso animali ĩ toto suo ambitu: sed solùm aliquis sensus, sicut sensus tactus; ita quòd licèt non omnis sensus sit prior; tamen aliquis sensus est prior. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd omnes partes formales sunt priores, uel quædam: quia non semper omnes sunt priores, sed aliquando quædam tantũ.

Prima uia

Principia formalia tu tripici se rie.

Animal nõ est animal sine sensu tactus.

Secunda uia ad hoc probandum est ex habitudine, quæ est inter genus & differentiam: genus. n. & differentia sunt partes rationis cum diffinitione: genus enim dicit rem in potentia: differentia autem dicit eandem rem, ut est in actu: licèt ergo uideretur alicui, quòd genus propter sui potentialitatem non esset plus ipso toto, quod diffinitur: tamen nulli debet uideri, quin differẽtia præter actum, quem dicit, sit prior. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd uel omnes partes rationis sunt priores; uel si aliquis dubitaret de omnibus propter genus, ad minùs quędam sunt priores, sicut differentia. Tertia uia est uia Commentato. unlt enim Commentator, quòd aliqua entia sunt, quæ dicunt puram formam; & in talibus partes rationis sunt partes formales tantùm; ita quòd nullę sunt partes materiales: aliqua entia sunt, quæ concernunt materiam; & in talibus aliquę partes sunt formales, aliquæ materiales. In primis ergo entibus (secundùm eum) quia omnes partes sunt formales, omnes partes sunt priores: in secundis uerò entibus aliquæ partes sunt priores, sicut formales; & aliquæ posteriores, sicut materiales. Et hoc est, quod dixit Philosoph. secundùm expositionem suam, quia uel omnes partes rei sunt priores, quando scilicet in re non est nisi pars formalis: uel quædã partes sunt priores, quædam posteriores, quando in re est pars formalis & materialis.

Secũda uia.

Tertia uia iuxta auer. opinio.

Pars materialis & quãtitatiua est posterior. toto.

Recti uerò ratio non diuiditur in acuti rationem, sed quæ est acuti in quę est recti. Vtitur autem diffiniens acutum recto: minor enim recto acutus. Similiter autem & circulus, & semicirculus se habent. Semicirculus enim diffinitur circulo. Et digitus toto: talis enim hominis pars digitus.

Postquam ostendit, quòd partes formales sunt priores; hic ostendit, quòd partes materiales & quantitatiuæ sunt posteriores: cuius ratio est, quia pars quantitatiua non diffinit suum totum, sed diffinitur per suum totum: non enim diffinitio recti diuiditur in diffinitionem acuti; sed econuersò diffinitio acuti præaccipit diffinitionem recti; quia totum ponitur in diffinitione acuti: diffiniẽs enim acutum, utitur recto: acutus enim angulus est angulus minor recto: & sicut se habet acutus, & rectus; ita se habent semicirculus & circulus: quia semicirculus diffinitur circulo: est enim semicirculus dimidia pars circuli: & sic digitus diffinitur per hominem; est enim digitus talis pars hominis. Deinde cum dicit.

Quare quęcunque sunt partes ut materia, & in quæ diuiditur ut materiam, sunt posteriora. Quæcunque uerò ut rationis & substantiæ secundùm rationem

nem priora, aut omnia, aut quædam.

Concludit conclusionem principalem de parte materiali & formali, dicens: quòd quæcunque sunt partes ut materia, & in quorum diffinitione diuiditur ipsum totum ut in materiam, sunt posteriores ipso toto, aut omnes, aut quędam; sicut præexpositum est. Deinde cum dicit.

Quoniã uerò aĩalium anima est forma ipsorum (hæc enim substantia est animati, quæ secundùm rationem substantia est) & species, & quod quid erat esse tali corpori uniuscuiusque. Pars enim si diffiniatur benè, non sine opere diffinietur, quod non existet sine sensu. Quare huiusmodi partes priores, aut omnes, aut quadam simul toto animali. Et secundùm unumquodq; ita similiter. Corpus uerò, & huiusmodi partes, posteriores sunt hac substantia. Et quod diuiditur in hæc ut in materiam, non substantia, sed simul totum.

Exemplo dicta illustrat.

Manifestat per exemplum, quòd pars formales est prior: & tria facit, quia primò ostendit, quomodo forma est prior materia; & per consequens composito, siue simul toto: secundò ostendit, ꝙ partes quantitatiuæ sunt priores toto aliquo modo, & aliquo modo non: tertiò quia fecit mentionem de simul toto, nequis crederet, ꝙ ipsum uniuersale nullo modo posit dici simul totum ostendit, qũo uniuersale potest dici simul totum: Secunda ibi, [Eo quidem igitur, quod simul totum.] Tertia ibi, [Homo autẽ, & equus.] Dicit ergo primò, ita dictum est, ꝙ pars formalis prior est; anima enim est pars formalis, quia substantia rei animatæ est ab ipsa anima, & species; & ideo est pars secundùm rationem, quia per animam quod quid erat esse, & quidditas inest corpori; corpus enim animatum, & unaquęque pars eius non potest benè diffiniri sine anima; quod patet ex hoc, ꝙ pars corporis non põt benè diffiniri sine corpore; corpus autem nõ potest benè diffiniri sine substantia: & ideo sequitur ꝙ sensus cadit in diffinitione corporis, & partium corporis: & quia sic est, ipsa anima, quæ est pars sensitiua, prior est; & omnes partes formales, uel quædam ad minùs sunt priores ipso animali, & secũdùm unam quamque partem animalis, similiter est, quòd ipsa forma est prior ea: corpus uerò & partes materiales posteriores sũt hac substantia formali, & in hanc substantiam, quæ est compositum, & in hanc partem materialem diuiditur, non ipsa substantia, quæ est forma, sed simul totum, idest ipsum compositum. Notandũ est, quòd quælibet pars corporis, & ipsum corpus est organum animæ & instrumentum: cum enim anima sit respectu corporis & forma, & etiam motrix, oportet ꝙ corpus, & quælibet pars eius habeat rationem moti, & rationem materiæ; sicut ergo nun contingit cognoscere materiam sine forma, ita non contingit benè diffinire corpus & partem corporis sine anima; & anima est prior sicut forma, & sicut substantia diffiniens; prior (dico) corpore, & parte corporis: quia ue-

Substantia rei animata ẽ ab ipsa anima.

Quælibet pars corpis, & corpus ẽ organum animæ.

E rò ipsum corpus, & partes corporis est organum; & ratio organi cognoscitur ex opere; quia secundùm diuersitatem operum iudicamus diuersitatem organorum specificam; ideo ratio partium corporis ex opere est. iudicamus enim manum esse diuersam à pede propter diuersitatem operis: ratio autem operis non potest perfectè sciri sine forma, quæ est ratio operandi; & ideo partes corporis non possunt sciri sine anima, quæ est forma, sicut dicit Philosophus. Deinde cum d.

Rõ organi et ĩstrumẽti cognoscitur ex opere.

Forma ẽ rõ operandi.

Eoquidem igitur, quod simul totum, priora hæc, est ut sic, est autem ut non: neque enim possunt esse separata: neque enim quocunque modo se habens digitus animalis, sed æquiuocus qui mortuus: Quædam uerò simul, quæcunque principalia, & in quo
F *ratio & substantia. Puta si hoc cor, aut cerebrum. nihil enim differt utrum tale.*

Comparat ad inuicem partes quantitatiuas, & suum totum, dicens; partes quãtitatiuas esse priores suo toto, est quidem ut uerum, & quidem ut non uerum: quòd enim non sunt priores, patet: quia ipsum totum potest esse sine aliqua talium partium; partes autem non possunt esse sine toto: digitus enim, qui est pars animalis, quocunque modo acceptus, nõ debet uocari digitus; digitus enim separatus à neruis, & iuncturis non est digitus, nisi æquiuocè: licèt autem sine talibus partibus, sicut est digitus, posit esse totum: quædam tamen sunt partes in animali, sicut principales, sine quibus homo non potest saluari: hæc autem
G sunt partes, in quibus saluatur principalis ratio totius, puta animalis sicut est cerebrum, uel cor, sine quibus non saluatur animal: An autem cor sit principalis pars, aut non; in quo saluatur ratio animalis; aut cerebrum, hic nihil ad propositum: hoc tamẽ sufficit, quòd quædam sunt partes principales, sine quibus non potest saluari totum: & quædam sunt, sine quibus potest saluari totum.

Partes quãtitatiuæ, quomodo sut priores, posteriores. ue toto.

Notandum est, quòd partes quantitatiuæ sunt priores toto, sicut simplex composito, quia tamẽ non possunt habere existentiam, nisi in composito, posteriores sunt: & ideo benè dixit Philosoph. quòd aliquo modo sunt priores, & aliquo modo posteriores. Notandũ est etiam, ꝙ (sicut dictum est) ratio manus, & ratio digiti, & talium partiũ organicarum, quia habent, quòd non possunt de
H se esse organa; non sunt tales partes, nisi quantitatiuæ: quia ergo organa non sunt nisi mota à forma, & uiuificata à forma; si hoc perdant, perdunt rationem organi, & per consequens nõ sunt partes, nisi æquiuocè. Et hoc est, quod dicit Philoso. ꝙ digitus mortuus nõ est digitus nisi æquiuocè.

Dictum hoc Philosophi hic intelligi de partibus materialibus, quæ cõpetunt cõposito secundum esse indiuiduale, et cõtractum ad existentia.

Homo autem, & equus, & quæ ita in singularibus, uniuersaliter autem non sunt substantia, sed simul totum quoddam ex materia hac, & hac ratione, & uniuersaliter. Singulare uerò ex ultima materia Socrat. iam est. Et in aliis similiter. Pars igitur quidem est et speciei, speciem autem dico quod quid erat esse, & simul totius eius, quod ex specie et materia ipsa. Sed rõnis partes, quę speciei solùm sunt.

Osten-

Ostendit simul totum esse in uniuersalibus, dicens: quòd homo, & equus, quæ sunt in singularibus, tamẽ per intellectum accepta uniuersaliter, non sunt substantia, idest tantùm forma, sed sunt quoddam simul totum compositum ex hac forma, & materia, tñ uniuersaliter acceptis; singulare autem componitur ex materia & forma; sed ex materia ultima, & signata: forma enim & materia signata iam est Sortes, uel aliquod aliud indiuiduum: & secundùm hoc materia uniuersaliter accepta potest esse de essentia speciei alicuius, & de quidditate eius: speciem enim hic uoco non formam, quæ est altera pars compositi; sed ipsum quod quid erat esse rei, quod est quoddam simul totum, compositum ex specie & ipsa materia. Notandum est, quòd si hic loqueretur Philosophus de specie, quæ est altera pars cõpositi, non dixisset quòd materia est de essentia eius; sed quia loquitur de specie, quod idem est quod ipsum quod quid erat esse rei, comprahẽdit omnia principia rei, quę quidem sunt materia & forma, ideo dixit ꝙ materia est de essentia speciei, quæ quidẽ species est ipsum quod quid erat esse, & quod quid rei eius totum.

Quo materia potest de essentia speciei.

Dubitatur, Vtrum sit uerum, quòd materia sit de essentia rei, siue de quidditate? Videtur quòd non; quia (secundùm Philosophum superiùs) partes materiales accidunt quidditati, sed materia est pars materialis, ergo &c. Ad oppositum est dictum Philosophi hic. Respondeo, hic sunt duo declaranda: primum est, quòd materia est de essentia aliquorum, sicut rerum naturalium: secundum erit, Vtrum quia est de essentia, possit dici & de quidditate? Primum patet duplici uia: prima uia est ex differentia, quæ est inter res naturales, & mathematicas; quæ differentia posita est in Sexto huius: dictum est enim in Sexto, quòd res mathematicæ non concernunt materiam nec quò ad esse, nec quò ad diffinitionem: mathematicæ autẽ concernunt quò ad esse, sed non quò ad diffiniri; res autem naturales concernunt utroque modo: imaginabimur ergo, quòd tota essentia rei mathematicæ potest diffiniri præter materiam, sed non potest esse sine materia: essentia autem rei naturalis nec esse, nec diffiniri potest præter materiam: ex hoc ergo quòd iste gradus rerum naturalium sic est diuisus contra gradum mathematicarum rerum, patet quòd materia est de essentia earum.

Quæstio. *Materia de essentia rerum naturalium.* *Differentia inter naturalẽ, & mathematicũ. 6. Metaph. tex. com. 2.*

Secunda uia est ex hoc, quòd substantiæ non diffiniũtur per additionem, quæ uia primam fortificat: posset enim aliquis dicere, quòd licèt materia cadat in diffinitione rerum naturalium, tamen non est de essentia, immo est magis aliquid additum essentiæ: uidemus enim quòd accidentia diffiniuntur per subiectum, & tamen subiectũ magis debet dici additum essentiæ, quàm debeat dici de essentia: quædam ergo sunt, quæ cadunt in diffinitione aliquorum, sicut de essentia eorũ, & quædam autem sunt, quę cadunt magis sicut additamenta essentiæ; diceret ergo aliquis aduersarius, quòd materia cadit in diffinitione rei, non sicut de essentia, sed sicut additamentum essentiæ; Ad hoc ergo excludendũ adducta est secũda uia, quòd substantia nõ diffinitur per additionem; ergo nec substantia materialis; illud ergo, quod cadit in diffinitione substantiarum naturalium, ita erit de essentia, quod non erit additum essentiæ: cum ergo materia cadat in diffinitione rerum naturalium, ut probatum est in Sexto; oportet ꝙ ita sit de essentia, quod non sit additum essentiæ; forma ergo si diffinitur per materiam, diffinietur per additum, quia forma non est ens nisi quia entis in alio; si autem ipsa substantia per se subsistens diffinitur, cum ipsa sit substãtia per se stans, oportet ꝙ sua essentia non sit essentia addita essentiæ, & quod unumquodq; sicut se habet ad esse, ita se hẽt ad diffiniri, nec diffinitio sua erit per additum; & sic patet primum, ꝙ materia est de essentia rerum naturalium.

Secũda uia *Tex. com. 2.* *2. Metaph. 4.*

Quantùm ad secundum notandum, quod est Vtrum, scilicet sit de quidditate? dicendum est, quod secundùm aliquos sola forma est de quidditate; hæc est enim differentia (ut dicũt) inter essentiam & quidditatem, quia essentia comprahendit omnia principia rei: ita quòd secundùm hoc, quidditas est pars essentiæ, sicut & ipsa forma est pars compositi: quòd autem ipsa forma sola dicatur quidditas, hoc ipsi probant sic: solùm potest dici quidditas à quo aliquid potest dici quid; à sola autem forma aliquid potest dici quid: materia enim secundùm Philosophũ in hoc Septimo nec est quid, nec quale, nec quantum; & ita non habet aliquem modum prædicabilem, ut uidetur; & sic sola quidditas est; materia autem non: immo materia habet quidditatem per formam. Pro hac opinione uidetur Commentator esse superiùs in hoc Septimo, qui dicit quòd quidditas hominis est homo uno modo, & nõ est homo alio modo: si enim accipiatur homo pro forma, idem est homo, & sua quidditas: si autem accipiatur homo pro composito ex materia & forma, non est idẽ homo, quòd sua quidditas: quasi dicat Commentator: materia hominis nõ est quidditas hominis, sed sola forma. Sic ergo iste est unus modus dicendi, quòd, scilicet essentia rei compositæ comprahendit materiam & formam: quidditas enim dicit solam formam. Et pro isto modo dicendi multùm sonant uerba Philosophi in multis locis; ubi dicit, quòd in forma idem est quidditas cum eo, cuius est quidditas; sicut statim dicit, ꝙ anima & esse animæ idem sunt: in compositis autem ex materia & forma non sunt idem propter materiam. Alius modus dicendi est, ꝙ quidditas sicut essentia comprahendit materiam & formam non tamen sub modo signato: & isti q sic dicũt, imaginantur quòd differentia inter quidditatem & formam in rebus compositis est, sicut inter totum & partem: quia quidditas cõprahendit materiam & formam; & ita forma est pars eius, & sic non est differentia quantùm ad istum modum inter

An materia sit de quidditate. *Aliorum opinio.* *Tex. cõ. 8.* *Auer. opinio superius com. 21.*

ter

ter essentiam & quidditatem, nisi secundùm rationem: si enim quæratur, quid est essentia hominis? dicetur humanitas: si quæratur, quæ est quidditas? dicetur quòd humanitas; humanitas enim comprehendit omnia principia hominis, scilicet materiam & formā: & sic forma est pars quidditatis. Deinde cum dicit.

Sed rationis partes, quæ speciei solùm sunt.

Partes rationis cuius partes sunt. Quia fecit mentionem de partibus rationis; hic ostendit, cuius sunt partes. Et duo facit, quia primò dicit, quòd sunt partes speciei, & non individui: secundò hoc probat, ibi [Ratio uerò.] Dicit ergo primò: ita dictum est de partibus rationis & diffinitionis, quę quidem sunt partes solius speciei, & non indiuidui. Deinde cum dicit.

Ratio uerò ipsius uniuersalis; circulo enim esse, & circulus, & animæ esse, & anima idem. Simul autē puta circuli huius, & singularium alicuius, aut sensibilis, aut intellectualis, (intellectuales autem dico ut mathematicos; & sensibiles, ut æreos, et ligneos) horum autem non est diffinitio, sed cum intelligentiā aut sensu cognoscuntur, hoc est cum actu uidentur. Abeuntes uerò ex actu, non palàm utrum quidem sunt, aut non sunt: sed semper dicuntur & cognoscuntur uniuersalis ratione. Materia quidem ignota secundùm se. Materia uerò alia sensibilis, alia intellectualis. Sensibilis quidem ut æs & lignum, & qualibet mobilis materia. Intellectualis uerò quæ in sensibilibus existit, non inquantùm sensibilia, ut mathematica.

Probat hoc, quod dixit; & est ratio talis: partes diffinitionis & rationis sunt partes illius, quod diffinitur; sed solùm uniuersale, & species diffini-*Vniuersalis & species ē diffinitio.* tur, & non indiuiduum: ergo sunt speciei partes, & uniuersalis. Et hoc est, quod dicit, sic continuādo: ita dictum est, quòd partes rationis sunt partes speciei & formæ: & hoc est, quia ratio, & diffinitio ipsius uniuersalis & speciei: circulus enim & essentia circuli sunt idem, & anima, & essentia animæ sunt idem; simul autem sumpti & indiuidui, & alicuius singularium, siue singulare sit sensibile, siue intelligibile, hoc est, mathematicū: circulum sensibilem (dico) sicut hunc circulū ęreū, uel ligneum; horum non est diffinitio: cuius ratio *Quorū nō ē diffinitio.* est, quia intelligentia, hoc est imaginatione & sensu cognoscuntur: & quando recedunt ab actuali inspectione sensuum, nescitur utrum sint, uel non sint: in sua enim absentia nō cognoscuntur, nisi reducantur ad uniuersale: sicut cognoscimus hunc hominem, inquātùm reducimus ad hominem; quod āt non cognoscuntur, hoc est propter materiam & signationem materiæ, quæ quidem materia secundùm se ignota est: sensibilis autem materia uocatur materia naturalis, quę *Materia sensibilis & intelligibilis quæ.* subiicitur motui, sicut æs, uel lignum; intelligibilis autem uocatur mathematica, sicut cōtinuum; quod licèt sit in sensibilibus; tamen mathematica abstrahit per intellectum ab ipsis sensibilibus; eo modo quo concipimus materiā continui præter naturam sensibilem, ut puta æris, uel ligni.

E *Quomodo igitur se habet de toto & parte, et priore, & posteriore, dictum est.* TEX. 36.

Concludit, quod dixit supra, dicens: quòd dictum est, quomodo se habet de prioritate, & posterioritate partium. Notandum est, quòd Philosophus dicit, quòd ratio est speciei & formæ; & uidetur super hoc tangere triplicem rationem. *Ratio ē speciei & formæ.* Vna ratio est: quia illius est propriè diffinitio, qd̄ *Prima rō.* idem est cum sua essentia, hoc autem est homo; species, & non indiuiduum: quia enim indiuiduū *Indiuiduū addit supra essentiam.* addit supra essentiam signationem; ideo propter talem signationem non est omnino uerum dicere, quod idem sit indiuiduū, & natura rei: si enim diffinitio est indicatiua essentiæ, illius est propriè ratio & diffinitio, quod est ipsa essentia. Hāc rationem tetigit Philosophus, quando dixit, quòd F circulus, & essentia circuli sunt idem: quasi dicat essentia circuli, & ipse circulus idem sunt: & ideo circuli est propriè diffinitio, & ratio, & pars formalis: essentia circuli non est idem, quòd circulus æreus, uel ligneus propter concernentiam materiæ: & ideo hæc non est diffinitio propriè, nec ratio huius est tantùm pars formalis, sed etiam materialis: ita quòd alicuius est pars formalis tantùm, scilicet formæ speciei, ut circuli; & animæ: alicuius ē pars formalis & materialis, sicut huius circuli ęrei. Secunda ratio est: quòd illius est propriè diffinitio & formalitas, quod potest capi ab intellectu; & de cuius natura potest certificari in *Secūda rō.* intellectus, etiam si sensus non cadat super illud talis autem est essentia rei non signata: cum G enim diffinitio sit designatiua formalitatis, propriè formalitas rei est, quæ diffinitur: & hæc est; quæ capitur in intellectu: de formalitate autem signata, puta Sortis non possumus certificari, nisi *Certificatio diffinitiua.* quando est præsens sensui: certificatio enim diffinitiua est de quadam re fixa & immobili, de qua semper uerum est dicere, quod sic est; sicut quòd homo est animal; quæ quidem certificatio non cadit super indiuiduum, nisi inquantùm reducitur ad uniuersale: certificatio enim indiuidui non est fixa: aliquando enim est uerum dicere, quòd Sortes est sub homine, aliquando ꝙ non est: & ideo eius certificatio indefinita est & contingēs: & ita non cadit sub modo diffinitiuo. Hanc rationem tetigit Philosophus, quando dixit: quòd de istis H nescimus, utrum sint, uel non sint; nisi quādo sunt actualiter sub sensu. Tertia ratio est, quia materia *Tertia rō.* designata est ignota nobis, & hæc ratio est quasi eadem cum secunda, quam rationem tetigit Philosophus, cum dixit: quòd materia de se ignota est, siue sit sensibilis, siue intelligibilis.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum singulare sit diffinibile? Respondeo, dicendum est, quòd duplici uia possumus uenari, ipsum singulare non esse diffinibile. Prima uia est ex hoc, quòd diffinitio est solius formæ; siue forma sit pars rei, siue sit consequēs totum: imaginabimur ergo scd̄m hāc uiā: ꝙ illud, quod dicit formalitatē aliquā, diffinibile & certificabile est: quod aūt non dicit formalitatem certifi-

certificabile est; quod aut nō dicit formalitatem certificabilem, nec diffinibile est: cum enim diffinitio sit idem, quod certificatio; illud, quod propriè habet certificationem, habet diffinitionem: illud autem, quod propriè habet certificationem, forma est: certificare enim rem non est, nisi scire formalitatem rei & essentiam eius. Et ideo duo prohibentur à diffinitione uera, scilicet genus, & indiuiduū: genus enim propriè non dicit formalitatem, sed aliquid in potentia ad formalitatem: magis enim propriè dicitur, quòd genus sit quid formabile per diuersas formalitates, quàm quòd sit aliqua formalitas; genus enim est quod continet potestate plures differentias: plures autē differentiæ sunt plures formalitates. Prohibetur etiam à uera diffōne ipsum indiuiduū; indiuiduū .n. supra speciē non addit formas, nec formalitates; sed solùm signationē formæ: & quia non addit formalitatem; & sola formalitas est illa, quæ propriè certificatur & diffinitur: ideo nō propriè indiuiduū certificatur: intelligimus enim in indiuiduo formalitatem speciei, & signationem eiusdem, ipsa formalitas potest diffiniri, & indiuiduū quantum ad ipsam formalitatem; sed hoc diffinire non est diffinire ipsum indiuiduum, nisi inquātum est reductum in ipsam speciem & formalitatem: & sic patet prima uia, quòd indiuiduum nō diffinitur. Secunda uia est ex differentia, quæ est inter uiam diffinitiuam, demonstratiuam, & designatiuam: aliquod enim est, quod scitur per diffinitionem, sicut quidditas & essentia rei: & ita ut sic nescitur per demonstrationem; sicut diffinitio non est demonstratio, nec econuersò: si enim quæratur quid est homo? benè potest responderi sua diffinitio; sed nunquam demonstratio: ita q̄ quidditas hominis potest sciri per uiam diffinitionis, sed non per uiam demonstrationis. Similiter aliquid est, quod scitur per demonstrationem, ut complexū; puta quòd triangulus habet tres, sed tamen nescitur pet diffinitionem; quia diffinitio nō est complexorum. Ita credo, quòd sit aliquid, quod ita sciatur per designationem, quod non sciatur per diffinitionem, nel per demonstrationem; sicut quidditas speciei signatæ in indiuiduo: s.n. intellectus non cadit super indiuiduo nisi in præsentia uisus, uel alterius sensus, de eo nihil potest sciri, utrum sit, uel quid sit: quia ista quidditas indiuidui non erit nisi quidditas speciei, eo quòd non addit supra ipsam nec quidditatem, nec formalitatem; de ratione enim formalitatis ut forma lītas est, est (ut credo) quòd sit semper diuisibilis uel per species, sicut est formalitas generis (eo modo quo potest dici genus habere formalitatē) uel per idiuidua, sicut est formalitas speciei: si ergo indiuiduum habet formalitatem propriam, illa uel inesset alteri, uel posset inesse, quia esset diuisibilis; omnis autem intentio, quæ inest alteri, uel pōt inesse, nō est intentio indiuidualis. Et hęc est ratio Auicen. Quinto Metaph. ostēdens, quòd indiuiduum non diffinitur; quia illud, quod diffi-

Duo propriè diffiniri nō possunt Genus, et indiuiduum.

Sola forma propriè diffinibilis est, quæ propriè diffinibilis est.

Sententia Auicennæ.

A nitur, formalitatem habet; quæ quidem formalitas, uel inest alteri, uel potest in esse: si enim quæratur, quid est Sortes? & dicatur, quòd Sortes est filius talis hominis iustus: dico quòd hæ duæ formalitates, scilicet esse filium, & esse iustum possunt inesse alteri, & etiam coniunctio horū duorum: & si dicatur, quòd Sor. est filius talis hominis iustus, interfectus tali tempore, & in tali loco; adhuc non est impossibile, hoc inesse alteri: & semper quot quot formalitates addas, non est impossibile inesse alteri: sic ergo indiuiduum potiùs scitur designatiuè, quam diffinitiuè. Deinde cum dicit.

B *Interrogationi uerò obuiare est necesse, quando quis interrogat, utrum rectus, & circulus, & animal priora; aut in quas diuiduntur, & ex quibus sunt partes, quia non simpliciter.*

Ostendit, quomodo respondendum est interrogationi, quæ posset fieri in ista materia. Et duo facit, quia primò ponit interrogationem ipsam, ostendens, quòd non est respondendum, nisi sub distinctione: Secundo exemplificat de distinctione respōsionis ibi [Si quidem enim est anima animal] Dicit ergo, quòd quando aliquis interrogat, utrum circulus sit prior, quàm partes suæ, uel rectus, uel animal, in quas partes diuiditur, & ex quibus componitur; necesse est interrogationi obuiare per distinctionem, & non est respondendū simpliciter & uno modo. Deinde cum dicit.

Quō respondendū huic interrogationi.

C *Si quidem enim est anima animal, aut animatum, aut unū quodque, quod unicuique; & circulus, quòd circulo esse, & rectus, quòd recto esse, & substantia recti; quid quidem, & quomodo dicendum est posteriùs; puta his quæ in ratione, & quæ recto uniuersali. Etenim hic quidem est materia, qui æreus rectus, & qui in lineis singularibus. Hic autem sine materia, his, quæ in ratione, posterior. Eis uerò, quæ in singularibus partibus, prior. Simpliciter autem non dicendum. Si uerò altera, & non est anima animal, et si hoc quidem dicendum, hoc autem non dicendum, sicut dictum est.*

Exemplificat, quomodo est distinguendum, dicens: quòd supposito quòd animal animatum, & ipsa anima sint idem; & quòd circulus & essentia circuli sint idem, & quòd rectus & essentia recti sint idem, & quòd breuiter unumquodque & D sua essentia sint idem: hoc supposito, si quæretur, Vtrum rectus sit prior, quàm sint partes, uel econuersò? non est respondendum simpliciter; sed per distinctionem de recto, & de partibus suis, qui, scilicet sit ille rectus, qui est prior uel posterior; & quæ sunt illæ partes. Rectus enim est in duplici differentia; est enim rectus in materia, & in lineis singularibus, ut æreus: & rectus intellectus sine materia, sicut rectus intellectus præter æs & lignum. Similiter partes sunt in duplici differentia, scilicet partes materiales, & partes rationis: & sic rectus est posterior partibus rationis, & tamen est prior partibus materialibus, quæ sunt in singularibus; & sic distinguendo de partibus,

Exemplificatio ad idem.

Pars dupl.

bus, non dicendum est, neque respondendũ uno modo: si uerò dicatur, ꝙ rectus non est essentia recti, nec animal est essentia sua, puta aĩa: si.n. aĩa est essentia, uidendum est, de quo toto dr̃, & de quo non; quia aliquis rectus est idem, quod essentia sua, sicut rectus in uniuersali; & aliquis non, sicut rectus in particulari. Notandum est, ꝙ supposito ꝙ essentia rei sit idem cum ipsa re, puta cum recto; posset aliquis credere, ꝙ haberet unitatem in re secundùm omnem modum acceptũ; quod quidem est falsum; non.n. rectus secundùm oẽm modum acceptus, est idẽ cum essentia recti, quia æreus rectus non idẽ est, quod essentia recti; aliàs essentia recti semper esset in ære; & ideo si fiat ista suppositio ab aliquo, non est facienda sine distinctione, dicendo ꝙ rectus uniuersaliter acceptus, est idem, quod essentia recti: non autem rectus singularis. Et hoc est, quod dixit Philosoph. quòd facta illa suppositione, distinguendũ est de recto, & de partibus recti; ut possit uideri, quis rectus est idem cum essentia sua; & ut possit uideri, quę sint istæ partes, quæ sunt priores isto recto, qui est idem cum essentia sua. Notandũ est, ꝙ si aliquis uellet dicere, ꝙ essentia rei non est idem ꝙ res, non esset dicẽdum sine distinctione; quia res sub uno modo accepta est idem; sub alio modo. Et hoc est, quod dixit Philoso. ꝙ si ab aliquo supponatur alteram esse essentiam, & rem, distinguendum est. Notandum ãt hic, ꝙ Philoso. quãdo dixit, ꝙ si aĩa, & aĩal poneretur ab aliquo esse idem: hoc dicit, non quia sit uerum, ꝙ anima sit tota essentia animalis; sed hoc dicit secundùm opinionem illorum, qui dicunt, quòd forma est tota essentia rei.

TEX. 37. *Dubitatur autem meritò, quæ speciei sunt partes, & quæ non, sed simul sumpti? Hoc.n. manifesto existente, non est diffinire unumquodque. Vniuersalis enim & speciei est diffinitio.*

Postquam prolixè dixit de partibus speciei, & partibus materialibus; ut hæc magis pateant, adhuc mouet dubitationem circa ista. Et tria facit, quia primò mouet dubitationem, quam tractat prolixè: secundò ostendit, quòd præter ista restat dicendum: tertiò epilogat ea, quæ dicta sunt in præcedentibus. Secunda ibi [Vtrum autem etiã præter materiam] Tertia ibi [Quòd quidem igitur est ꝙ quid erat esse, & quomodo.] Prima in duas, quia primò mouet dubitationem: secundò pertractat eam, ibi [Quæcunque igitur sunt partium.] Dicit ergo primò: prolixè dictum est de partibus formæ, & rõnis: meritò ergo dubitatur, quæ sunt partes speciei, & quæ nõ, sed simul sumpti? si.n. hoc non sit manifestum, non poterit manifestari diffinitio rei: diffinitio.n. non est nisi uniuersalis & speciei, cuius sunt partes rationis, & non partes materiales: nisi ergo cognoscatur differentia inter partes materiales, & partes rationis, ratio rei non erit manifesta. Notandum est, ꝙ partes rationis uocantur, sine quibus quidditas rei concipi non potest: partes autem materiales uocantur, in quibus quidditas rei concipitur secundùm esse: quia ergo diffinitio rei sequitur esse in conceptu, & non esse in essentia; ideo partes rationis, quæ non possunt separari à conceptu, accipiuntur in diffinitione: partes autem materiales, quæ & si non possunt separari ab essentia, tamen separantur à conceptu, non accipiuntur in diffinitione: Cum ergo hæ accipiantur, & illę non; oportet uidere, quæ sint hæ, & quæ non; & quæ sit differentia inter illas, sicut dixit Philosophus. Deinde cum dicit.

Altera dubitatio.

Quæ sunt partes speciei.

Partes duplices.

Quæcunque igitur sunt partium ut materia, & quæ non, si non fuerint manifestæ, nec ratio erit manifesta, quæ rei. Quæcunque quidem igitur uidentur facta in diuersis specie, ut circulus in ære, & lapide, & ligno: hæc quidem manifesta esse uidentur; quia nihil circuli substantiæ æs, neque lapis propter separari ab ipsis.

Pertractat istam quæstionem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd si sola forma esset de essentia rei, omnes partes diffinitionis essent formales; & nihil intraret diffinitionem, quod se haberet ad modum materiæ; immo quidquid materia, uel ad modum materiæ esset, extraneè se haberet diffinitioni: & statim quando distingueretur pars materialis, & pars formalis, statim sciretur, quòd partes formales essent de essentia rei: quia tamen materia est de essentia rei in aliquibus, & in aliquibus non; ideo tota perscrutatio quæstionis est circa hoc, Vtrum materia sit de essentia rei. Circa autem hanc quæstionem tria facit, quia primò ostendit, quòd nec in rebus naturalibus, nec in rebus mathematicis, materia uidetur esse de essentia rei: secundò hoc specialiter ostendit in rebus mathematicis, recitãs opinionem Platonis, qui posuit, quòd materia non est de essentia rei: tertiò ostendit, quòd fatuum est auferre materiam à quolibet esse rei naturalis. Secunda ibi [Quoniam autem hoc uidetur contingere.] Tertia ibi [Quare omnia reducere.] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd statim in rebus mathematicis apparet, quòd materia non est de essentia rei: secundò ostendit, ꝙ non obstante differentia, quam aliqui ponunt inter res naturales, & res mathematicas; hoc etiam debet poni in naturalibus. Secunda ibi [Quæ uerò non uidentur] Dicit ergo, quòd in formis mathematicis, quę possunt fieri in diuersis materiis, sicut circulus in lapide, ære, & ligno; statim manifestum est, quòd materia non est de essentia rei; de substantia enim circuli non est æs, neque lapis: & hoc quia contingit unum separari ab alio: contingit enim separari forma circuli præter æs, & præter lapidem. Notandum est diligenter, quòd ratio Philosophi fundatur super duas propositiones: prima est, quòd ea, quæ separantur in esse, separantur à conceptu, licèt non ẽ conuersò: secunda est, quòd illa, quæ separantur in conceptu ab alio, non sunt de essentia illius. Ex quo prima propositione habemus, ꝙ materia separatur

Nunquid materia sit de essentia rei.

Dicit ergo quòd.

Propositiones.

separatur in cõceptu à forma mathematica, quia separatur in esse: contingit enim reperiri circulum in esse existentiæ præter lignum, & præter æs: si autem separatur in esse, multò magis in cõceptu. Ex secunda propositione habemus, quòd ex ista materia separatur in conceptu à talibus formis, quod non est de essentia earum. Deinde cum dicit.

Quæ verò non uidentur separari, nihil prohibet similiter his se habere; ut si circuli omnes uideantur ærei. nihil enim utique minus erat æs speciei. Hoc autem auferre mente est difficile, ut hominis species semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus partibus. Vtrum igitur & sunt partes huius speciei & rationis, aut non. sed materia? sed quia non, & in aliis fiunt, non possumus sapere.

Ostendit, quòd non obstante differentia, quæ apparet inter naturalia & mathematica; non propter hoc debet poni, quòd materia non sit de essentia rerum naturalium. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd formæ mathematicæ & naturales uidentur in hoc differre, quia formæ mathematicæ reperiri possunt in diuersis materiis, nec determinant sibi materiam aliquam certã: sicut circulus reperitur in ære, & ligno: formæ autem naturales reperiuntur in una materia; sicut forma humana reperitur in carnibus, & ossibus tantùm: crederet ergo aliquis, quòd quia formæ mathematicæ reperiuntur in diuersis materiis; ideo nulla materia debet poni de essentia earum; qnia qua ratione una poneretur, & omnes: formę autem naturales, quia reperiuntur semper in vna materia, à qua non possunt separari; ideo materia est de essentia earum. Hoc excludens Philosophus dicit, quòd propter talem separationem, uel inseparationem nullus debet moueri: non obstãte enim tali separatione, adhuc simile uidetur de formis istis, & de illis. Et hoc est, quod dicit, quòd in formis, quæ separantur à materia nõ ita se habet, sicut in aliis, quæ separantur, scilicet ꝙ materia non est de essentia earum: si enim omnes circuli essent ærei, ita quòd circulus non posset reperiri extra æs, non propter hoc tamen æs esser de essentia circuli: quia licèt æs non posset separari à specie circuli in esse, tamen separaretur in conceptu: ita quòd æs non esset de conceptu speciei, quæ est circulus; essentia autem rei sequitur esse in conceptu, non esse rei in effectu: quia ergo ea, quę sunt cõiuncta in esse, est difficile auferre mente, apparet quòd tale esset de essentia: quod tamen non est uerum: sicut dictum est de specie circuli, ita uidetur de specie hominis; quia species hominis apparet semper in esse, quòd sit in carnibus & ossibus; & ideo uidetur, quòd talia sint de essentia illius: quæ tamen apparentia nullum debet mouere, ut dictum est de circulo respectu æris. Ex his ergo motiuis concluditur, quòd dubium est, utrum tales partes sint partes rationis, uel non: sed solùm sit materia, in qua recipiatur quidditas: in quibusdam tamen formis,

Forma mathematicæ, & naturales differunt.

Determinatio quæsiti.

A quia non fiunt nisi in una materia; nec possumus separare unum ab alio, faciliter uidetur, quod materia sit de quidditate: quod tamen ostensum est non esse sufficiens motiuum. Notandum est, ꝙ non obstãte ꝙ iungãtur in esse, dummodo separentur in conceptu, unum non est de essentia alterius: non obstante ergo, ꝙ quilibet circulus esset ligneus: quia tñ tota essentia circuli põt intelligi præter lignum; iõ lignum non esset de essentia sua: lignum ergo ita erit pars materialis, in qua reciperetur essentia circuli, ꝙ non erit pars eius formalis: ita fortè uideretur alicui; ꝙ non obstante ꝙ homo non reperiatur præter carnem, & ossa; tamen carnes & ossa non sunt de essentia hominis: sed tamen non est simile, quia licèt homo B possit intelligi præter hanc carnem, & hæc ossa; tamen non potest intelligi præter carnem & ossa in uniuersali: & carnes sunt partes rõnis respectu hominis; & hæc caro & hæc ossa magis sunt partes materiales & quantitatiuæ, in quibus reperitur ipsa quidditas.

Regula.

Quoniã aũt hoc uidetur contingere, immanifestũ ãt quando. Dubitant quidam in circulo & in trigono, quasi non sit competens, lineis diffiniri & continuo, sed omnia hæc similiter dici, ac si sint carnes et ossa hominis: & æs, & lapis circuli: & referunt oĩa ad numeros, & lineæ rõnem eam, quę duorum esse dicunt. Et ideas dicentium, hi quidem ipsammet lineam dualitatem, hi autem speciem lineæ. Quidam speciem eandem, & cuius species ut dualitatem, & C & speciem dualitatis: in linea uerò non adhuc. TEX. 38.

Postquam ostendit, quòd materia non uidetur esse de quidditate rerum naturalium, nec mathematicarum: hoc ostendit in speciali, quòd materia non uidetur esse de quidditate rerum mathematicarum. Et tria facit, quia super hoc recitat opinionem Platonis: secundò eam improbat: tertiò concludit prædictam dubitationem. Secunda ibi [Accidit itaque] Tertia ibi [Quod quidem igitur habent ad dubitationem] Dicit ergo ꝙ ista, quæ dicta sunt, uidentur contingere; at nõ est benè manifestum, utrum materia sensibilis sit de essentia rei. Etiam aliqui dubitant in formis mathematicis, sicut in circulo, & in triangulo, utrum scilicet materia intelligibilis sit continuũ, uel linea sit de essentia talium? uidetur enim, ꝙ D non sit conueniens, quòd trigonus, uel circulus diffiniatur per lineam, uel per continuum, ita ꝙ hæc sint de essentia sua: uidetur enim similiter se habere continuum & linea ad istas formas, sicut se habent carnes & ossa ad formam hominis; & sicut se habet æs & lapis ad circulum: & sicut circulus non diffinitur per ęs & lignum; ita non uidetur, quòd diffiniatur per continuum & lineã: & si ita est, sic huiusmodi formæ mathematicæ diffiniuntur per numeros, itaꝙ ratio lineæ est rõ duorum; & ratio trianguli est ratio trium; & rõ circuli est rõ unius, quia habet unicam lineam. Quòd autem sic diffiniatur per numeros, patet: quia ponẽtiũ ideas posuẽt, ꝙ linea idẽ est, qđ ipsa

Materia nõ ẽ de quidditate rerum mathematicarum.

Varietas Platonicorum de Mathematicis.

dualitas; alii autem ponunt, quòd dualitas non est ipsa linea, sed species lineæ: quia isti sic ponentes ponunt, quòd in dualitate idem est species, & cuius est species, sed in linea nõ est ita: linea, quæcunque autem sit, siue primo non, siue secundo, semper dualitas uel est idem ꝙ linea, uel est spẽs lineæ: & si eadem est, eam diffiniet, ex quo est essentia eius; & si non est eadem, non ipsam diffiniet, ex quo est species & forma eius. Notãdum est, ꝙ formæ mathematicæ & habent materiam sensibilem, & habent materiam intelligibilẽ: materia sensibilis est sicut æs & lignum; materia intelligibilis est sicut continuum & linea respectu formæ intelligibilis: & de sensibili materia probatum est in præcedenti rõne, ꝙ non est de essentia formarum mathematicarum: hic aũt in ista rõne probatur de materia intelligibili: ponentes. n. species & ideas, ponebant, ꝙ ipsa formalitas rei esset ipsa species & idea: quia ergo in mathematicis sicut in linea duo intelligimus. s. ipsum continuum, & ipsam dualitatem in continuo, quia linea est dualitas punctorum, credebant, ꝙ continuum esset materia in linea, & non de rõne sua; tota autem formalitas esset dualitas: & similiter quia circulus est quædam unitas in cõtinuo, quia est unica linea; credebant ꝙ forma & idea circuli esset unitas; ita ꝙ tota essentia circuli unitas ẽ: continuum autem præter essentiam, & quasi additum essentiæ. Notandum est, ꝙ inter ponentes ideas & spẽs, quidam ponebant tres gradus entium: ponebant. n. res sensibiles, & res intelligibiles, & quoddam medium huius. s. lineam sensibilem, & lineam mathematicam, & ipsam dualitatem spẽm huius lineæ: & hi dicerent, ꝙ spẽs lineę non esset ipsa linea, quia linea esset medium: dualitas autem esset medii istius spẽs: in dualitate ãt quia non est medium, idem est species, & cuius est spẽs. Alii ãt posuerunt tantum duos gradus entium. s. ipsam rem sensibilem & ipsam spẽm separatam; nec posuerunt gradum medium: & hi dixissent, ꝙ ipsa linea separata, quæ est species lineæ sensibilis, idem est, ꝙ ipsa dualitas; nec differt linea separata à sua specie.

Duplex materia in mathematicis.

Platonici bifidi circa gradus entium.

Accidit itaque unam multorum esse speciẽ, quorum species uidetur esse altera. Quod & Pythagoricis accidit.

Improbat dictam positionẽ. s. ꝙ numeri sunt species & essentię rerum; & hoc per duas rationes, ibi [Et contingit omnium unam facere] Prima ratio talis est: si numerus est substantia rerũ, quæcunque conueniunt in una spẽ, & in una substantia, sunt unum; quod est impossibile; quia secundùm hoc, multa, quæ sunt diuersa spẽ, essent unum in spẽ: uidemus. n. ꝙ triangulus, & corpus conueniunt in ternario, quia ibi trinitas angulorum, & hic trinitas dimensionum; & sic triangulus, & corpus essent eiusdem spẽi; & ita secundũ istam positionem accidit, multa, quę differũt spẽ, esse unum; sicut etiam accidebat Pythagoricis, qui ponebant numeros esse substantias.

Improbã dictorum.

E *Et contingit omnium unam facere per se speciẽ, alia uerò non species. Quamuis sic unum omnia erunt.*

Ponit secundam rõnem; & est rõ talis: ꝙ secũdùm istam positionem contingeret, ꝙ numerus, qui non est forma rerum, sit forma omnium; & ꝙ alia, quæ ponuntur formæ, non sint formæ; quod est absurdius: & contingeret ẽt, ꝙ oĩa sint unum, quę conueniunt in aliquo numero, sicut dictum est in præcedenti ratione: unus. n. & idem numerus potest reperiri in multis entibus: & sic secundùm istam positionem illa erunt oĩno unum. Scda ratio.

Quod quidem igitur hẽnt dubĩnem quandã, quæ sunt circa diffinitiones, & propter cãm dictum est. TEX. 39.

F Epilogat prædicta, dicens; quod iam est dictũ, ꝙ ea, quæ sunt circa diffinitiones, habeant dubitationem; & dictum est propter quam causam.

Quare omnia reducere ita, et auferre materiam superfluum est. Quædam. n. forsan hoc in hoc sunt, aut sic hæc habentia. Et parabola de animali, quam consueuit Socrates Iunior dicere, non benè se habet. Abducit enim à ueritate, & facit suspicari, quasi contingens sit hominem esse sine partibus; sicut sine ære circulum.

Quia isti ponebant, ꝙ simile erat de forma materiali respectu suę materię; sicut est de forma circuli respectu æris, uel ligni; ita ꝙ remouebant materiam à quidditate omnium; ostendit, ꝙ hoc falsum est. Et tria facit, quia primò hoc ostendit: secundò quęrit quandam quæstionem circa Mathematica: tertiò concludit quandam conclusionem ex præcedentibus habitam. Secunda ibi, [Circa Mathematica] Tertia ibi [Palàm autem, ꝙ & anima] Prima in duas, quia primò ostendit, ꝙ fatuũ est auferre materiam ab omnibus: secũdò ostendit, ꝙ non est simile de formis mathematicis respectu materię sensibilis, & de formis naturalibus, ibi, [Sed hoc non simile] Dicit ergo primò, ꝙ quidditas omnium reducatur ad numerum, fatuum est, & superfluum: quidditates. n. rerum naturalium sunt in hoc. i. formæ in materia, & sunt habentes materiam. Et ideo parabola, & sermo, quem dixit Socrates minor. i. Plato, discipulus Socratis de animali. i. de quidditate animalis, nõ benè se habet; deuiat namque à ueritate: uolebat. n. ꝙ quidditas aĩalis eẽt separata à materia; quia ponebat quidditates separatas: credebat. n. ꝙ quidditas hominum, ita se haberet ad materiam, sicut se habet forma circuli ad æs; ut sicut æs nõ est de essentia circuli; ita nec materia de essentia hominis, & rei naturalis. Improbat adhuc.

G

H

Sed hoc non simile. Sensibile namque forsan aliquid animal. & sine motu non est diffinire. Quare nec sine partibus se habentibus qualitercunq; non .n. omni modo hominis est pars manus, sed potens opus perficere. Quare animata existens pars, non animata uerò non pars.

Ostendit, quòd non est simile de formis naturalibus, & mathematicis: nam hi remouebãt materiam sensibilem ab essentia uniuscuiusque: sed

non

non est simile de forma mathematica, puta circuli,respectu æris;& de animali respectu suæ materiæ;quia animal in sui essentia concernit materiam : non enim contingit diffinire animal sine motu, nec sine partibus aptis ad motum, sicut est manus,uel pes : non enim partes quocunque modo acceptæ sunt partes animalis, sed sub speciali dispositione,inquantùm scilicet possunt esse organa,& instrumenta motus & sensus: manus enim non est pars hominis quocunque modo acceptà,sed inquantùm est potens perficere hominis opus;non autem potest perficere nisi animata;animata ergo est pars, non animata autem nô est pars : quia ergo animal concernit sensum & motum , & hæc non sunt sine materia sensibili, ideo materia sensibilis est de essentia animalis.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum sit simile de forma naturali,& de forma mathematica? Respondeo, dicendum est,quòd aliquo modo est simile,& aliquo modo non:si enim comparetur utraq; forma ad materiam sensibilẽ,sic non est simile: quia forma mathematica tota potest concipi præter quamlibet materiam concernentem sensibilitatem:est enim circulus quædam quantitas in qualitate,in quarta scilicet specie qualitatis ; & tam ex parte quantitatis, quàm ex parte qualitatis potest concipi præter materiam sensibilem,sicut est lignum,& æs:forma autem naturalis, ut naturalis est,non potest concipi præter sensum & motum;sicut posuit Philosophus exemplum de animali.Si autem comparetur forma mathematica ad materiam intelligibilem, & naturalis ad sensibilem,sic est simile:sicut enim non contingit intelligi formam naturalem sine materia sensibili ; sic non contingit intelligi formam mathematicam,sicut est triangulus,& circulus:sine materia intelligili,quæ est ipsum continuum.

Forma mathematica concipitur sine mat. r. a sensibili.

Forma naturalis non pôt cõcipi sine sensu & motu.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum sit uerum,quod dictũ est, scilicet quòd materia intelligibilis, sicut est ipsum continuum, sit de essentia istarum formarum mathematicarum ? Respondeo, dicendum est,quòd sic:quòd potest patere triplici uia.

Prima uia est , quòd tales formæ , quales hic quærimus,sunt in quarta specie qualitatis: quarta autem species qualitatis est qualitas in quantitate; non autem imaginandum, quòd qualitas sit tota essentia ; non enim tota essentia circuli est præter lineam,uel præter continuum; sed continuum sic,uel sic dispositum est ipsa essentia circuli:ita quòd ipsum continuum tenet locum materiæ intelligibilis in tali specie; ipsa autem dispositio tenet locum formæ : & ita suo modo , sicut homo est species composita ex materia sensibili & forma;ita circulus ex continuo & illa dispositione:non tamen uolo dicere,quòd hæc sint duo secundùm rem , sed ad minùs secundùm rationem. Secunda uia est ex hoc , quòd tales formæ non sunt formæ in re indiuisibili:punctus. n. nec est circulus,nec triangulus ; sed semper sunt in aliquo continuo & diuisibili ; licèt aliquando

Materia intelligibilis è de essentia formarum mathem.

A non possint diuidi actu , sicut forma circularis in cœlo:quia ergo habere partem extra partem , & esse diuisibile per se conuenit quantitati,ut dicitur in Quinto ; oportet quòd de ratione istarum formarum sit quantitas ; quantitatem autem uoco materiam intelligibilem:& sic de ratione formarum mathematicarum est materia intelligibilis. Notandum est, quòd de ratione quantitatis continuæ est,quòd recipiat qualitatem:inter omnia.n.prædicamenta quantitas maximè habet rationem subiecti.Ex quo duo sequuntur,primum est,quòd quantitas assimilatur materiæ ; quia.n. recipere est proprietas materiæ , quidquid recipit , materiæ assimilatur : & ideo quantitas propter appropinquationem ad materiam , materia uocatur : secundum,quod sequitur, est, ꝙ prius potest abstrahi à posteriori;& quia quantitas habet rationem prioris respectu qualitatis sensibilis;ideo quantitas potest abstrahi à qualitate sensibili : sic ergo abstracta non potest uocari materia sensibilis , uocatur ergo materia intelligibilis. Tertia uia est uia Philosophi in litera, dicens : quòd si de ratione istarum formarum non esset materia intelligibilis , puta continuum, sed solùm numerus,ut ponebat Plato;sequitur quòd numerus est substantia rerum;quod est impossibile,ut probauit Philosophus. Ad cuius euidentiam notandum est,quòd si esset uera positio Platonis,sequeretur, quòd una forma mathematica haberet duplicem diffinitionem,quod est impossibile:quia unius rei unica est quidditas:uidemus enim,quòd sicut in triangulo est trinitas angulorum,ita est ibi unitas superficiei : si ergo numerus esset essentia rei,qua ratione trinitas esset essentia trianguli, eadem ratione unitas esset essentia eius:& ita sequitur,quòd eadẽ essentia sit trinitas & unitas,quod est impossibile. Deinde cum dicit.

Cap. de Quã to. Tex cõ. 18. Vide pag. 132.

Inter omnia prædica ment a quan titas maximè habet rationẽ subiecti.

Prius potest abstrahi à posteriori.

Vnius rei una quidditas.

Circa mathematica autem quare non sunt partes rationes rationum,ut circuli hemicycla ? Non enim sunt sensibilia.

Quærit quandam quæstionem. Et duo facit, quia primò ponit quæstionem cum motiuo eiusdem:secundò soluit eam,ibi,[Horum autem nihil differt]Est ergo quęstio hęc,quare diffinitiones partium circuli,scilicet semicirculi non sunt partes diffinitionis circuli? Motiuum autem huius quæstionis est, quia semicirculi non sequuntur materiam sensibilem,sed intelligibilem,scilicet continuum;& materia intelligibilis non impedit(ut uidetur)ꝙ semicirculi sint partes diffinitionis circuli.

Quæstionem excitat.

Horum autem nihil differt. Erit enim materia quorundam & non sensibilium. Et omnis quod non est quod quid erat esse,& species eadem secundùm se, sed hoc aliquid. Circuli quidem igitur non erit eius,qui uniuersalis; singularum uerò erũt partes, sicut dictum est prius.Est enim materia hæc quidem sensibilis,hæc autem intellectualis.

Soluit quæstionem. Et quia quæstio supra soluta

Soluit.

luta est in se: hic solùm soluit motiuum eius: motiuum autem fuit, quòd semicirculus non habet materiam sensibilem: soluit ergo, dicens: quòd nihil horum differt, quia licèt non habeat materiã sensibilem, habet tamen intelligibilem: est enim quorundam non sensibilium materia; & breuiter omnis eius, quod non est ipsum quod quid est, & sua species; hoc est in omni eo, in quo differt quidditas, & cuius est quidditas, scilicet hoc ipsum, & hoc aliquid, in omni tali est materia: propter talem ergo materiam, quæ est in isto hoc aliquid, semicirculus est pars circuli singularis, non autem est pars circuli uniuersalis; sed solùm semicirculi sunt partes circulorum singularium, sicut dictum est priùs: qui quidem circuli particulares habent materiam intelligibilem: est enim quædã materia sensibilis, quædam intelligibilis.

Circulus nõ est pura forma. Notandum est, quòd si circulus esset pura forma, non concernens aliquam materiam, neque sensibilem, neque intelligibilem; non essent ibi partes materiales, quæ acciderẽt formæ & quidditati; ex quo non esset ibi nisi forma, & quidditas; ita quòd omnes partes essent partes rationis: sed quia circulus concernit materiam intelligibilem, sicut continuum: possunt esse aliquæ partes materiales, quæ accidunt circulo uniuersali, & quidditati circuli, scilicet partes, quæ respiciunt continuum signatum, sicut semicirculus. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd non obstante, quòd circulus non concernat materiam sensibilem, ex quo concernit materiam intelligibilem, possunt esse aliquæ partes, quæ respiciunt circulum signatum, & non respiciunt circulum uniuersalem. Notandum est, quòd Philosoph. imaginatur, quòd si quidditas esset tantùm quidditas, non recepta in aliqua materia, quidditas eẽt per se subsistens; nec differret quidditas ab eo, cuius est quidditas: sed quia cuius est quidditas, *Cuius ẽ quidditas, materiale est.* & materiale est, & non; in eo, quod materiã non habet, non differt quidditas ab eo, cuius ẽ quidditas. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd in omni eo, in quo differt quidditas, & cuius est quidditas, materia est; siue sit materia sensibilis, *Corollariũ.* siue intelligibilis. Ex quo uidetur sequi (secundùm eum) quod in eo, in quo est idem quidditas, & cuius est quidditas, omnes partes, quę sunt partes quidditatis, sunt partes eius, cuius ẽ quidditas, ex quo idem sunt: partes autem rationis sunt formales, & partes quidditatis; ergo partes eius, cuius est quidditas, erunt partes formales, & rationis: & sic in tali, nulla pars erit materialis, quæ accidit quidditati: quòd enim partes sunt materiales alicui quidditati, hinc est; quia ita sunt partes eius, cuius est quidditas, quòd non sunt partes quidditatis. Facta autem hac suppositione, non possunt esse partes unius, quin sint partes alterius: si ergo debent esse partes formales in aliquo, & in aliquo partes materiales, oportet quòd differãt quidditas, & cuius est quidditas: ita quòd partes formales sint quidditatis, partes materiales

E les sint illius, cuius est quidditas: & tamen secundùm Philosophum, hæc differentia, scilicet inter quidditatem, & cuius est quidditas, non fit nisi p materiam sensibilem, siue intelligibilem. Benè dixit ergo Philosophus, quòd aliquæ partes accidunt quidditati circuli propter materiam, quæ ẽ continuum. *Differentia inter quidditatem, & cuius ẽ quidditas, unde.* Vbi notandum est, quòd si formalitas circuli non esset recepta in aliqua materia, nec in continuo, nec in aliquo alio, non esset dare hunc circulum, & alium circulum: quòd enim sit hic circulus, & alius circulus non est nisi propter aliud & aliud continuum, in quo recipitur: si autem formalitas circuli non est formalitas recepta, erit per se subsistens: si autem sic est, non differt circulus, & hic circulus, ex quo non est

F ibi formalitas in alio recepta: si sic est, omnes partes, quæ sunt partes circuli, & ita omnis pars est formalis, & nulla materialis, & nulla accidit quidditati circuli. Et ideo Philosophus uolens ostendere, quòd aliqua pars est huius circuli, ita quòd non circuli; utatur hoc per materiam, quæ est cõtinuum, scilicet per materiam intelligibilem. Vtrum autem sit hoc uerum, quòd in separatis à materia nullo modo possit esse pars materialis, uideri poterit inferiùs.

Palam autem, quòd & anima quidem substantia, corpus autẽ materia, homo autem animal, quod est ex utrisque, ut uniuersaliter. Socrates autem, & Coriscus ut singulariter. si quidem anima dupliciter dicitur, alii namque ut animam, alii uerò ut to-

G *tum. Si uerò simpliciter anima hoc, & corpus hoc, ut quidem uniuersale, & singulare.*

Repetit, quandam conclusionem, superiùs dictam, dicens: quòd manifestum est ex præcedentibus, quòd in diffinitione hominis, anima ẽ substantia prima, quæ dat esse primum; corpus uerò sicut materia, homo uerò, uel animal, quod est compositum ex utrisque; & istud compositum accipitur duobus modis, scilicet uel uniuersaliter, dicendo homo, uel animal; uel particulariter dicendo Sortes, uel Coriscus. Verum est tamen, quòd de anima est duplex opinio, & de qualibet forma; una est, quòd anima est pars rei tantùm; alii autem ponunt, quòd anima est ipsum totum, & quòd forma est tota natura rei; quidquid de *Duplex opinio, de anima, et qualibet forma.*

H hoc dicatur, sicut anima, dupliciter dicitur; ita & corpus dupliciter dicitur; quia anima simpliciter respicit corpus simpliciter, & anima hæc corpus hoc; & sicut anima reperitur ut uniuersalis, & singularis. s. & hæc anima; ita & corpus. s. corpus, & hoc corpus.

Vtrum autem etiam præter materiam talium aliqua substantiarum alia, & oportet quærere substantiam ipsorum alteram quandam, ut numeros, aut aliquid tale, perscrutandum est posteriùs. Huius enim gratia & de substantiis sensibilibus tentabimus diffinire.

Quoniam modò quodam physicæ & secundæ philosophiæ opus, circa sensibiles substantias speculatio. non enim solùm de materia oportet scire physicum, TEX. 40.

sicum sed & de ea, quæ secundùm rationem, & magis. Indiffinitionibus uerò quomodo partes, quæ in ratione, & quare una ratio diffinitio. Palàm enim, quia res una. Res uerò quomodo una partes habens, speculandum est posteriùs.

Postquam hoc dixit; hic ostendit, quid restat dicendum; quod continuetur sic; iam dictum est, quòd anima est forma corporis, & materiæ. Vtrum præter materiam talium substantiarum, & præter tales formas substantiales oportet ponere aliquam formam separatam, sicut aliqui ponunt numeros esse formas rerum; perscrutādum est inferiùs; quidquid enim dictum est de formis sensibilibus, totum dictum est, ut deueniamus ad formam separatam & immaterialem; quia de his formis sensibilibus propriè speculatur Physicus. Secunda enim philosophia, quæ physica est, circa substantias sensibiles est; speculatio enim physica non solùm circa materiam est, sed etiam circa formam, & maximè circa hanc formam, quæ, scilicet forma est substantia secundùm rationē; sic ergo de istis formis separatis dicendum est posteriùs. Similiter dicendum est posteriùs, quomodo se habent partes diffinitionis in diffinitione, & quomodo diffinitio habens partes, potest dici una; patebit enim, quòd diffinitio est una, quia res, cuius est diffinitio, est una; quomodo autem res sit una, & tamen habet multas partes, speculandum est posteriùs. Notandum est, quòd Physicus considerat de forma sensibili, inquantū talis forma: unde non considerat de eis inquantùm substantia, sed inquantùm tales substantiæ sunt, scilicet naturales. Metaphysicus autem considerat de eis inquantùm substantiæ, non inquantùm tales substantiæ, sed inquantùm possumus deuenire ad substantias immateriales; de quibus substantiis immaterialibus considerat, non solū inquantùm substantiæ, sed inquantùm tales. Et hoc est, quod benè dixit Philosophus in litera; dicit enim, quòd metaphysicus considerat de substantiis sensibilibus, inquantùm ducunt ad substantiam immaterialem, & statim reddit causam huius additionis, inquantùm ducunt; quia considerare sensibilem formam, est absolutè physici. Deinde cum dicit.

Quæ dicitur secūda Philosophia: et circa quid.

Physicus, et Metaphysi. quō considerant de substantia ambo.

Quod quidem igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum secundùm se de omni: dictum est. Et quare horum quidem ratio, quę eius quod quid erat esse, habet partes diffiniti, horum autē non. Et quòd in substantiæ quidem ratione, quæ sic partes ut materia, non inerunt: neque enim sunt illius partes substātiæ sed totius. Huius autem est aliqualiter ratio, & non est: nam cum materia, non est. Indeterminatum enim est. Secundùm autem primam substantiā, est ut hominis quæ animæ ratio. Substantia namque est species, quæ inest, ex qua & materia, tota dicitur substantia: ut concauitas. Nam ex hac & naso, simus nasus, & simitas est. Bis enim & bis inerit nasus.

TEX. 41.

In tota uerò substantia aut naso simo, aut Callia,

A *inest & materia: & quod quid erat esse, & unumquodque, in quibusdam idem, ut in primis substātiis: ut curuitas, & curuitati esse, si prima est. Dico autē primam, quæ non dicitur per aliud in alio esse, ut in subiecto, uel materia. Quæcunque uerò ut materia, aut concepta cum materia, non idem neque secundū accides unum, ut Socrates & musicum. Hæc enim eadem secundùm accidens.*

Recapitulat ea, quę determinata sūt superiùs, dicens: quòd manifestū est ex superioribus, quid est ipsum quod quid erat esse; quia ipsum quod quid erat esse, est ipsum quod dicitur per se in primo modo, & quòd dicitur de omni. Etiam dictū est, quare ratio indicatiua ipsius quòd quid erat esse, quæ est diffinitio in aliquibus, continet aliquas partes, sicut diffinitio syllabæ continet literam: in aliquibus autem pars non continetur in diffinitione totius, sicut semicirculus in diffinitione circuli. Ex dictum etiam est, quòd partes, quæ sunt ut materia, non sunt in diffinitione substantiæ, & formæ; sed in diffinitione totius, & simul sumpti; quod quidem simul sumptum aliqualiter habet diffinitionem, aliqualiter non; nam si sumatur cum materia indiuiduata & signata, nō habet diffinitionem; quia licèt species sit quid determinatum; tamen indiuidua signata non sunt determinata: sicut enim res per formā est in specie, ita per materiam, uel per illud, quòd recipit formam, uidetur signari, & indiuiduari: homo .n. ꝑ propriā substantiam, quæ est ipsa forma, est in specie; ex qua forma & materia fit ipsum totum, sicut concauitas forma est, nasus autem materia: ex concauitate autem, & naso fit simum, quod est ipsum compositum. Ita tamē quòd ipsa materia, sicut nasus, non est de essentia formæ, scilicet cōcauitatis, uel curuitatis: si enim nasus esset de essentia, tunc quando diceretur nasus cauus, idem nasus bis diceretur, semel, scilicet per se, & semel in diffinitione caui: licèt autem materia non sit de essentia formæ, quando est de essentia simul totius, sicut Calliæ, Callias enim est quid compositum ex materia indiuiduali, & forma specifica. Dictum est etiam, quòd in quibusdam quod quid erat esse, & cuius est, sunt idem, sicut in prima substantia: uoco autem primam substantiā, quod nō est aliud in alio, idest quidditas in alio recepta: in tali enim quidditas non differt ab eo, cuius est quidditas; ut si curuitas esset prima substantia, idem esset curuitas, & curuitatis esse: in tali enim substantia, quæ non habet aliud in alio, idem est quidditas, & cuius est quidditas: in formis autem, quæ sunt aliud in alio, idest formæ receptæ in materia, differt quidditas, & cuius est quidditas. Dictum est etiam, quòd in ente secundùm accidēs quidditas, & cuius est quidditas non sunt idem; sicut non est idem Sortes, & musicum, nisi secundùm accidens; hic autem loquitur de idemptitate per se. Notādum est, quòd Philosophus hic uocat quidditatem formalitatē rei; sicut formalitas hominis est humanitas: quando

Epilogus.

Homo quō ē in specie.

Quidditas, & cuius est quidditas ꝗ quo sūt idē, & ꝗ quo nō.

Quidditas rei dicitur formalitas rei.

B C D

do autem ita est, quòd formalitas est per se subsistens, non recepta in alio, non differt quidditas, & cuius est quidditas: sed totum est quidditas: ex hoc enim differt quidditas, & cuius est quidditas; quia aliud est humanitas & aliud illud, cuius est humanitas: si autem humanitas esset per se subsistens, non recepta in alio, ex hoc sequeretur, quod non differrent quidditas, & cuius est quidditas; quia totum esset humanitas. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd ubi non est aliud in alio, non differt quidditas, & cuius est quidditas: quasi dicat, si formalitas non est recepta, nō est nisi formalitas, & per consequens nō est nisi quidditas: quando autem formalitas est recepta in materia, sicut differt receptum & recipiēs, ita differt quidditas, & cuius est quidditas. Notandum est, quòd formalitatem accidentis, quam uocat hic Philosophus quidditatem, esse eandem cum suo subiecto secundùm accidens, non est inconueniens; esse autem eandem secundùm se est inconueniēs: & hoc est, quod dixit Philosophus, quòd in ente per accidens idem est formalitas, & cuius est: nō tamen in ente per se.

Formalitates eē easdē cum suo subiecto cōuenit, et nō cōuenit.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum in separatis à materia sit idem quidditas, & cuius est quidditas? Videtur quòd sic, quia secundùm Philosophum in hoc loco, in illis, in quibus non est materia, idem est quidditas, & cuius est: in ijs ergo, quę sunt separata à materia idem est. Ad oppositum: illud, cuius est quidditas, est suppositum, sed in separatis à materia, sicut in Angelis non est idem quidditas, & suppositum; quia quidditas potest reperiri in pluribus suppositis; unum autem suppositum non potest reperiri in pluribus suppositis, ergo &c. Respondeo si quæratur de separato à materia, s. de ipso primo, utrū in eo sit idē quidditas, & cuius est quidditas? patet quòd sic: quia nulla compositio est in eo: si autem quæratur de aliis substantiis separatis, supposito quòd aliquæ sint; dico quòd non: quod duplici uia possumus uenari: prima uia est comparando per se ad per accidens; secunda est comparando per accidens ad suppositum. Prima, quæ est ex comparatione per se & per accidens patet sic: quidditas rei non est nisi perseitas rei; quidditas. n. ut quidditas non cōcludit, nisi quod est de perseitate rei; & quia quidditas includit principia rei non omnia, sed principia formalia, & rationis: cum enim dico humanitatem, dico formalitatem hominis; dicendo autem humanitatem dico perseitatem hominis, ita quòd idem est dicere perseitatem rei, & ipsam quidditatem, & econuersò: si ergo ita est, quòd quidditas non includit, nisi quod est de perseitate rei: oportet quòd quādo illud, cuius est quidditas est idem cum quidditate, quòd nihil includat nisi perseitatem rei: quando enim aliqua duo sunt idem, oportet quòd tantùm includat unum, quantùm aliud: si ergo quidditas non includit nisi perseitatem (ut iam dictū est,) oportet si illud, cuius est quidditas, est idem cum quidditate, quòd non includat nisi perseitatem: quandocunque ergo illud, cuius est quidditas, includit aliquod per accidēs, non est idem quidditas, & cuius est quidditas: quia quidditas non includit nisi per se; cuius autem est quidditas iam duo includit, scilicet per se, & per accidēs: ideo enim homo non est humanitas, quia humanitas non includit nisi perseitatem hominis; homo autem includit hanc, & aliquid accidentale. Quia ergo in substantiis separatis possunt includi multa per accidens, quæ non includuntur in quidditate: ideo in talibus non est idē quidditas, & cuius est quidditas. Debemus enim intelligere, quod prima substātia separata, scilicet Deus, est suum esse; & quia est suum esse, ideo est ipsum esse, & habet omnē plenitudinem essendi, nihilque potest sibi accidere de rationibus entis: & ideo nullum accidens includit, quod accidat suæ naturæ, & suæ quidditati: & ideo quidquid est in tali, est per se; nullū .n. est ibi per accidēs: & quia sic est in Deo, ideo in eo non differt quidditas, & cuius est quidditas; siue essentia, & cuius est: quia totum est essentia. In aliis autem à primo, est esse & essentia limitata; & ideo nō habent plenitudinem entis, nec ens sub omni ratione: & hinc est, quòd multa possunt talibus accidere de rationibus entis: ita quòd in talibus potest reperiri aliquid, quod est de perseitate eorum, quod uoco quidditatem, & aliquid aliud, quod accidit tali quidditati, & talI perseitati: & quia sic est, ideo in talibus aliis à primò non est idem quidditas, & cuius est quidditas: quia illud, cuius est quidditas, includit aliquod per accidens, quod non est idem cum eo, quod est per se: sic ergo patet prima uia, quæ est ex comparatione per se ad per accidens. Secunda uia est ex comparatione quidditatis ad suppositum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd si aliquis poneret, quòd quidditas in substantiis separatis non posset reperiri nisi in uno supposito, ita quòd ubicunque est talis quidditas, est hoc suppositum; fortè talis diceret, quòd quidditas, & cuius est quidditas non differunt; si enim quidditas non reperitur extra hoc suppositum, tanti ambitus uidetur quidditas, quanti suppositum, & econuersò: & ita uidetur, quòd quidditas nō differat à supposito: Si autem aliquis poneret, quòd illa quidditas potest reperiri extra hoc suppositum; talis diceret, quòd quidditas non est supposi tum; quia quidditas potest reperiri extra hoc suppositum: supponit autem, quod non potest reperiri extra seipsam. Verbi gratia si homo non posset reperiri extra Petrum, magnam apparentiam haberet, quòd homo non differret à Petro: immo statim appareret, quòd idem esset esse hominē, & esse Petrum; si autem homo potest reperiri extra Petrum, statim apparet quòd non est idem esse hominem, & esse Petrum; quia maioris ambitus est esse unum, quàm aliud. Aliqui ergo ponunt, quòd omnes substantiæ separatæ differūt specie, ita quòd non possunt reperiri plura supposita sub eadem

In substantiis separatis posūt includi multa per accidēs.

In aliis à Deo, est esse & essētia limitata, nō autē plena.

Prima uia.

Quidditas res quod, & quæ principia icludit.

Secūda uia.

Opinio quorundam.

eadem specie; immo quælibet species habet terminum suppositum, nec potest habere plura: ponût ergo quòd quælibet species est in hoc supposito, ita quòd non potest esse extra illud; & per consequens isti habent aliquam apparentiam ad dicendum, quòd in illis non differt quidditas, & suppositum; & per consequens quidditas, & cuius est quidditas: quia illud, cuius est quidditas, est suppositum. Illi autem, qui dicunt (quos credo uerum dicere) quòd quidditas substantiarum separatarum potest reperiri in multis suppositis, & potest multiplicari per potentiam primi principii, dicerent quòd quidditas cuiuslibet illarum substantiarum separatarum potest reperiri extra suppositum signatum; & per consequens non est idem esse hoc, & esse illud: ex quo potest reperiri extra illud. Si enim species specialissima angelica potest reperiri in. A, B, C, differentibus numerali ter solùm, non est idem esse angelicum, & esse hûc angelum. s. A, quia si esset idem, sicut esse. A, non reperitur in angelo. B; ita esse angeli non reperitur in B: cuius contrariũ suppositũ est: supposi tum est. n. q esse angeli reperitur in A, B, &. C.

Opinio aliorum, & propria.

Quòd autẽ species substãtiarũ separatarũ possint reperiri in multis indiuiduis, potest patere dupli ci medio. Primum medium est ex conceptu speciei, qui est conceptus partibilis; sicut enim conceptus cuiuslibet generis est conceptus partibilis per formas, ita cõceptus speciei est cõceptus partibilis per supposita; & sicut non repugnat generi, quod diuidatur per formam; ita non repugnat speciei, quod diuidatur per indiuidua; omnis enim conceptus partibilis potest diuidi; possibili autẽ posito in esse, nullum sequitur impossibile; si ergo iste conceptus specificus ponatur in Angelis partitus per supposita, & indiuidua; nullum sequitur impossibile: cum enim sit partibilis, naturæ suæ non repugnat, q diuidatur p supposita; si ergo ponatur diuisum non implicat cõ tradictionem, ex quo naturæ suæ non repugnat; potentia enim diuina potest omne illud, quod non implicat contradictionem; potest ergo partiri in indiuidua sub eadem specie in substantiis separatis.

Substantiæ separatæ possunt multiplicari in eadẽ specie.

Secundũ medium, quia cuilibet potentiæ passiuæ respondet actiua: si enim potentiæ passiuæ non responderet actiua, potentia passiua esset otiosa; de ratione enim potentiæ passiuæ est, q sit trahibilis ad actum; de ratione autem potentiæ actiuæ est, q trahat eam: si ergo esset aliqua potentia passiua sine actiua, esset dare aliquam potentiam, quæ posset trahi ad actum, & tamen non esset dare actiuam, quæ istam traheret; & ita aliqua potentia passiua esset otiosa. Si ergo hæc sunt uera, patet q non repugnat speciebus substantiarum separatarum, q multiplicentur per multa indiuidua: de ratione enim speciei est (ut iam dictum est) multiplicabilitas, & partibilitas in supposita; si ergo esset multiplicabilitas & ista, partibilitas, & nõ esset aliqua poten tia actiua, quæ ista faceret multiplicare, uel parti

Secundum medium.

A ri, ista multiplicabilitas uel partibilitas esset otiosa; esset enim dare potentiam passiuam, sine actiua; si ergo est dare has species posse multiplicari per supposita; est ẽt dare aliquam potentiam actiuam, quæ eas potest multiplicare, sicut potentiã primi; quia ergo species, & quidditas substantiarum separatarum potest reperiri extra quodlibet suppositum; ideo differt quidditas, & suppositũ; & per consequens quidditas, & cuius est quid ditas: quia suppositũ est illud, cuius ẽ quidditas.

Ad argumentum Philosophi dicendum est, quòd non solùm diuersitas materiæ & formæ facit diuersitatem inter quidditatem, & cuius est quidditas; sed etiam diuersitas inter quidditatẽ, & suppositum: dicemus enim quòd Philosophus

Ad argumentum.

B hic appellat materiam omne, quod accidit quidditati; si autem est uerum, quod probatum est, scilicet quòd quidditas substantiarum separatarum potest reperiri in pluribus suppositis, quidditati accidit, quòd sit in tali supposito, uel in tali: & propter talem accidentalitatem differt quidditas, & cuius est quidditas: sicut enim homini accidit esse in hoc homine, & ita diffinitio, quidditas & suppositũ; ita similiter est in substantiis separatis.

Nũc autem dicamus primum inquãtùm in Analyticis de diffinitione non dictum est. In illis enim dubitatio dicta, præopere rationibus de substantia est. Dico autem hanc dubitationem propter quod quidẽ unum est, cuius rationem diffinitionem esse dicimus: ut hominis, animal bipes? Sit enim hæc ipsius ratio. TEX. 42.

C *Propter quod itaque hoc unum est: sed non multa animal, & bipes.*

Postquã ostendit, quomò se habet quod quid est ad partes suas; quia in quod quid est non intrant nisi partes rationis: in parte ista quærit quo modo partes diffinitionis faciunt unum. Et diuiditur in duas partes, quia primò quærit quæstionem: secundò adducit quandam solutionem, quę posset uideri sufficiens. Secunda ibi. [In hoc nam que homo, & album.] Dicit ergo primò quòd oportet ista dicere de diffinitione illud, quòd nõ est dictum de ea in Analyticis, hoc est in libro Posteriorum: est enim quædam quæstio, idest du bitatio de diffinitione, quæ est necessaria ad cognoscendum rationem substantiæ & unitatem t

Partes diffinitionis quomodo faciũt unũ.

D Est autem dubitatio, propter quid est unũ, & non multa illud, cuius est ratio, quam rationem uocamus diffinitionem? si enim diffinitio hominis sit animal bipes, quæstio est, propter quid homo, qđ est animal, & est bipes, est unum, & non multa? Notandum est, quòd quælibet diffinitio partes habet, & cum partibus diffinitionis respondeant partes diffiniti, fortè uideretur alicui, quòd sicut in diffinitione est multitudo, ita in diffinito: ita quòd propter istas partes & diffinitio & diffinitum magis debent dici multa, quã unum, & quia hoc est falsum; ideo dubitat Philosoph. quomodo, non obstante tali multitudine, diffinitio dicatur unum, & diffinitum unum? Deinde cum d.

Diffĩ quælibet habet partes.

In hoc namque homo & album multa quidem sunt,

fint, cum alterum non infit alteri: unum uerò quando inest, & patitur aliquid fubiectum homo: tunc. n. unum fit, & est albus homo, hic autem non participat alterum altero. Genus autem non uidetur participare differentias. fimul. n. contrariis idem participaret: nam differentiæ contrariæ funt, quibus differt genus.

Solutio proposita quæstionis. Ponit quandam folutionem, quæ alicui uideri posset uera & fufficiens. Et diuiditur in tres partes, quia primò dat hãc folutionem, & improbat eam: fecundò eãdem quæftionem, quam quęfiuit de genere & una differentia, quomodo poteft facere unũ; quærit de multis differentiis: tertiò dat uariam folutionem ad quæftionem. Secunda ibi [Si uerò participati eadẽ ratio] Tertia ibi [Oportet autem unum effe] Ad euidentiam primi notandum eft, quòd tota dubitatio eft propter partes diffinitionis, quæ uidentur facere multa, & non unum: & ideo tota intentio Philofophi eft fuper hoc, quomodo partes diffinitionis non faciũt multa, fed unum. Diceret enim aliquis, quòd ita eft de differentia & genere, ficut de homine & albo: quando enim albedo ineft homini, & nõ participat naturam albedinis, tunc funt multa, & non unum homo, & album: ita à fimili genus & differentia funt unum, quia differentia ineft generi, & genus participat differentiam. Hanc folutionem ponit Philofophus, & eam improbat, dicẽs: quòd in hoc homo & album multa funt, quando album ineft homini: tunc enim idem eft homo & albus, quando homo, quod eft fubiectum, participat hanc pafsionem, quæ eft albedo: & à fimili fi ponatur, genus & differentia funt unum, quia genus participat differentiam. Hoc ergo excludens Philofophus, fubdit: quia hoc alterum non participat alterum; genus enim non uidetur participare differentias. Si enim differentias participaret, fimul participaret contraria; nam differentiæ, in quibus diuiditur genus, funt cõtrariæ: qua autem ratione participaret unam, participaret & aliam. Notandum eft, quòd non eft fimile de fubiecto refpectu accidentis, & de genere refpectu differentiarum: primò quia realitas accidentis eft realitas quædam accidẽtalis ipfi fubiecto, & quæ ineft illi tanquam aliud in alio: unde fubiectum participare accidens, eft aliud participare aliud: & ideo ex fubiecto & accidente non fit unum, nifi per accidens: genus autem & differentia nõ fe habent ficut aliud & aliud, fed ficut forma uniuerfalis accepta fub effe determinato; & ideo ex genere & differentia poteft fieri unũ per fe, quia non eft ibi aliud & aliud. Secundò eft differẽtia, quia conceptus generis eft conceptus rationis, qui totus fubintrat utranque differentiam: non enim debemus imaginari, quòd pars conceptus animalis fit pars fub homine, & pars fub afino; fed totus eft in qualibet fpecie, & totus defcendit in quamlibet fpeciem per differentiã: & ideo non dicitur participare differentiam, ficut fubiectum participat accidens: fubiectũ enim eft quæ- *Ex genere & differentia cur fit unũ per fe.*

E dam realitas, quæ exiftens fub uno accidente, effe non poteft fub alio: genus autem eft quidam conceptus rationis, qui totus eft in qualibet fpecie totalitate effentiæ, non totalitate ambitus: nã effentia animalitatis tota defcẽdit in hominem, & tota in afinum; & fic non poteft effe eadẽ participatio hic, ficut ibi: quia fimul & femel idem reale participar contraria, hoc autem eft folùm idem rationis. Deinde cum dicit. *Cõceptus generis quõ ẽ totus ĩ quaslibet fpecies.*

Si uerò & participat, eadem ratio fi funt differentiæ plures: ut grefsiuum bipes, non alatum. Quare namque hoc unum, fed non multa? Non enim quia infunt: namque fic ex omnibus erit unum.

Sicut quæfiuit de genere & differentia, quomodo poffunt facere unum: fic quærit de pluribus differentiis, dicens: ita dictum eft, quòd genus nõ
F participat differentiam; & ita illa folutio nihil ualebit: Si autem ponatur, quòd genus participaret inquãtum contrahatur per differentias, & ita fiat unum ex genere & differentia; adhuc hoc pofito, nõ habetur folutio totius quæftionis; quia adhuc reftat quæftio, Quomodo plures differentiæ pof funt facere unum, fi plures differentiæ ponuntur in diffinitione? fi enim in diffinitione alicuius ponatur bipes, grefsiuum, & non alatum, tanquam differẽtiæ tres, Queftio eft, quare iftæ differentię faciunt unum, & non multa? non enim poteft dici, quòd iftæ differentiæ fint unum, quia funt in uno; ficut ex omnibus entibus prædicamentalibus, quæ omnia entia prædicamentalia funt in uno, fcilicet in fubftantia. Deinde cum dicit. *Quõ plures differentiæ faciunt unũ.*

G *Oportet autem unum effe quæcunque in diffinitione: diffinitio enim ratio quædam eft una, & fubftãtia una. Quare unius alicuius oportet ipfam effe rõnem: Etenim fubftantia unum quidem, & hoc aliquid fignificat, ut diximus.*

Dat folutionem ueram. Et duo facit, quia primò dat folutionem illam: fecũdò manifeftat eã. Secunda ibi [Oportet autem intẽdere.] Ad euidẽtiam primæ partis notãdum eft, quòd ideo partes diffinitionis, & diffinitio eft unum, non quia fint in uno, fed quia eft indicatiua unius fubftantiæ, & unius naturæ: ita quòd ficut natura, quæ indicatur, eft una; ita partes diffinitionis indicantis illã, funt unum. Et hoc eft, quod dicit Philofoph. quòd oportet, quæcunque funt in diffinitione, ef
H fe unum: & hoc quia diffinitio eft quædam una rõ: & ãt fit una rõ, cã eft, quia fuba, quę indicatur p eam, eft una; quare ficut fubftantia, quæ indicatur, eft una: ita oportet diffinitionem effe quandã rationem indicatiuam unius alicuius: illud enim, quod fignificatur per diffinitionẽ, eft unũ quid, ficut fubftantia rei; & unum, quod quidem eft hoc aliquid: non appellat autẽ hoc aliquid, quodlibet indiuiduum, fed hoc aliquid quod eft in prædicamento fubftantię; licèt enim diffinitio indicet effentiam cuiuslibet prædicamenti, tamen propriè in prædicamento fubftantiæ; ut oftenfum eft in principio huius Septimi. Notandum eft, quòd ratio Philofophi confiftit in hoc, quòd diffinitio eft una *Solutio propria.* *Diffõ cur ẽ una ratio.* *Hoc aliquid quid fignificat.* *Tex. cõm. 2.*

una

una ratio;ideo autem est una ratio,quia est indicatiua unius substantiæ,& naturæ: Fūdatur ergo ratio Philosophi super duas propositiones: una est, quòd una diffinitio est una ratio; cum enim diffinitio essentialiter sit ratio, & sit ostensio diffiniti; essentialiter una diffinitio est una ostensio,& una ratio. Secunda propositio,super quā fundatur,est:quòd ideo nna ratio est, & una ostēsio;quia indicat unam naturam: quæ quidem propositio patet ex hoc, quòd ostensio per diffinitionem,& diffinitio proportionantur:ubicunque ergo erunt duę naturæ ostensæ, ibi erunt duę ostēsiones,& duæ diffinitiones: ubi autem unica natura ostensa,oportet quòd diffinitio sit una. Notandum est, quòd,si genus ostenderet unam naturam,& differentia aliam, nunquam ex genere & differentia fieret unum,nec una diffinitio,nec nna ratio:sed quia genus,& differentia ostendūt unam naturam,ideo genus, & differentia faciūt unum: illam enim eandem formalitatem, quam dicit genus sub quadam cōmunitate, & sub quadam minori certificatione; dicit differentia sub maiori certificatione. Ad cuius euidentiam sciēdum est, quòd certificatio rei propriè est in specie specialissima,& in differentia cōstituente ipsam; quia per naturam generis nulla certificatio propriè habetur de re:cum enim dico colorē, mihi non certificatur,utrum sit albedo,uel nigredo:dicendo ergo colorem, adhuc expectatur certificatio;expectās autem certificationem, ipsum genus nō expectat nec aliā materiā,sed expectat certificationem solùm & modificationem eiusdē naturæ:& ita genus, & differentia dicunt eandē naturam sub modo certificato, & non certificato;& quia dicunt eandē naturam, ideo possūnt facere unum;sicut ostendit hic Philosophus. Deinde cum didicit.

Prima propositio. *Secūda propositio.* *Certificatio rei ubi propriè.*

TEX. 43. *Oportet autem intendere primum de his, quæ secundùm diuisiones,diffinitionibus. Nihil enim aliud est in diffinitione, quàm primum dictum genus, & differentiæ. Alia uerò genera sunt primum,& cum hoc comprahensæ differentiæ; ut primum animal, alatum uerò animal bipes, & iterum animal bipes non alatum. Similiter autem & si per plura dicantur. Omnino uerò nihil differt per plura,aut per pauca dici. Quare nec per pauca,aut per duo. Duorum ergo,hoc quidem differentia,illud uerò genus. Vt eius quod animal bipes,animal quidem genus: differentia autem alterum.*

Manifestat prędictam solutionem: fuit autem solutio in hoc, quòd partes diffinitionis faciunt unum,quia indicant unum,& unā naturam: uult igitur manifestare,quòd indicant unum, & unā naturam: quia in qualibet diffinitione una est differentia specifica,& non plures; & secundùm unam differentiam specificam est tantùm una natura,quæ indicatur. Et hoc uult ostendere, quòd in qualibet diffinitione est una differentia specifica. Vt autem uenetur,tria facit; quia primò dat modum deueniendi ad istam differentiam specificam:secundò ex isto modo concludit, quòd necesse est uenire ad illam:tertiò ostendit, quòd illa habita,habetur substantia rei;quod fuit principale propositum. Secunda ibi [Et sic semper uult procedere] Tertia ibi [Si itaque hæc sic se habēt] Prima in duas,quia primò uenatur,quòd in omni diffinitione est genus & differentia: secundò ostendit,quomodo in diffinitionibus differentia diuiditur in differentias. Secunda ibi [At uerò & oportet diuidi,] Prima in duas, quia primò ostendit,quomodo in qualibet diffinitione est genus & differentia:secundò ostendit,quomodo genus non est omnino aliud à differentiis & à speciebus. Secunda ibi [Si ergo genus.] Dicit ergo, ꝙ si uolumus uidere propositum de natura diffinitionum,oportet priùs intendere, quòd per diuisiones deueniamus ad diffinitiones; ita quòd primò uideatur, quid est genus diffiniti; & postea quid differentia: in uera enim diffinitione non est aliud genus,quàm primum genus,& differentia:& cum indiffinitionibus sint alia genera intermedia,tamen ista genera non sunt aliud, nisi primum genus, & comprehensæ differentiæ determinantes idem genus: si enim in diffinitione hominis ponatur animal, certū est quòd animal non est aliquid,nisi substantia cum determinatis differentiis:est.n.animal substantia animata sensibilis. Et similiter si intelligamus, quòd genus positum in diffinitione non est animal simpliciter, sed animal consequenter se habens ad animal simpliciter, idest animal concretum, puta bipes animal,uel animal non alatum;patet adhuc quòd in diffinitione non est nisi primum genus,nel per se,nel contractum per differentiam:ita quòd omnis diffinitio resoluitur in genus primum,& in differentias:nihil enim differt,utrum diffiuitio resoluatur in plura,uel in pauca:& si in pauca,utrū in tria,uel in duo: dum tamen semper hoc habeamus,quòd unum illorum, quod est in diffinitione, est genus;& alterum differentia:ut si diffinitio est animal bipes; aīal sicut genus est, bipes sicut differentia. Notandum est,ꝙ per istam deductionem Philosophus uult habere,quòd in diffinitione non est nisi genus & differentia; quia in diffinitione uel sunt duo tantùm,uel plura sunt: si duo tantùm, unum se habet ad modum generis,& reliquum ad modum dIfferentiæ: si autem sint plura,illud,quod est ultimum,uocatur differentia:omnia autem alia idem sunt, quòd ipsum genus certificatum per multa:cū enim dico substantiam sensibilem,non dico duo;sed solùm dico substantiam certificatam per talem modum, scilicet per sensibilitatem:similiter cum dico substantiam animatam sensibilem,dico substantiam certificatam per duos modos:si ergo dicatur, ꝙ homo est substantia animata, sensibilis, rationalis;non est hic nisi genus & differentia,scilicet ipsum rationale,& substantia,quod est genus certificatum per duo. Deinde cum dicit.

Declarat solutionē dictam. *In omni diffinitione est una differentia specifica.* *In diffinitione quod genus ponitur.* *In diffinitione non est nisi genus,et differentia.*

Si ergo genus simpliciter non est prater eas, quæ ut

ut generis species, aut si est quidem, ut materia est, (uox enim genus est, & materia) differentiæ autem species & elementa ex hac faciunt: palā quia diffinitio est ex differentiis ratio.

Ostendit, quòd idem genus, quod ponitur in diffinitione non est omnino aliud à speciebus & differentiis, dicens: quòd genus non est aliud ab ipsis speciebus, & ab ipsis differentiis: & ex hoc concludit, quomodo genus & differentiæ faciunt unum. Et hoc est, quòd dicit; quòd si genus non est simpliciter aliud præter species generis; quia si aliud est, non est ut genus, sed ut materia: genus.n. ut materia potest esse aliud à formis specificis; sed ut genus, non est aliud: uidemus.n. ꝙ uox est genus lrum, & materia lrarum; genus quidē, quia differentiæ additæ uoci, faciunt istā speciem uocis, quæ uocatur litera: quòd autem sit materia, patet quia ex uoce, tanquam ex principio materiali fiunt elementa, idest literæ; si ergo ita est, quòd genus non est aliud à speciebus, & differentiis; manifestum est, quòd diffinitio est quædam ratio una ex differentia & genere.

Hinc aliqui perperā negant pluralitatem formarum.

Notandum est, quòd ratio Philosophi est quædam consequentia, scilicet quòd si est ita, quòd genus non est aliud à speciebus & differentiis, tunc diffinitio est ratio una. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd si genus esset aliud à differentiis, diffinitio esset composita ex alio & alio; & per consequens non esset omnino rō una; sed quia genus non est aliud præter differentias, nel species; ideo unum & idem dicit genus & differentia; & ideo diffinitio non dicit nisi unum; licèt sub diuersis modis: & quia ita est, ideo benè concludit Philosophus, quòd diffinitio est ratio una.

Quæstio.

Quæreret quis. Quomodo genus ut materia est aliud, ut genus autem non est aliud? Respon. dicendum est, ꝙ hoc, quod quæritur, patet in exemplo; quòd uox secundùm Philosophum & est genus, & est materia; sed ut genus literæ non est aliud à litera, ut materia autem sic; uox enim secundùm quòd est genus, non est nisi ipsa litera aliter signata; dicendo enim literam esse uocem, & dicendo literam esse literam, semper dico literam realiter; sed dicendo literam esse uocem, dico ipsam sub ratione, uel sub forma communiori; dicendo autem literam esse literam, dico eam sub ratione uel forma particulari. Ita quòd uox secundùm quòd est genus, non expectat formationem literæ tanquam quandam aliam formam, sed includit eam infra seipsam; quia ipsa uox secundùm quòd est genus literæ, non est nisi ipsa litera sic significata; uox autem secundùm quòd est materia, non est ipsa litera, sed expectat formationem literæ; sicut materia non est forma; sed expectat formationem, sicut imperfectum expectat perfectionem. Ex hoc ostenditur, quòd materia dicit partem, & genus dicit totum; non enim debemus imaginari, quòd genus sit unum totum, & species aliud totum; sed illud idem to-

Materia dicit partem, genus dicit totum.

E tum, quod dicit species, dicit genus; licèt significatum per alium modum. Et ex hoc dicit Philosophus, quòd genus non est aliud præter species; materia autem dicit aliquid diuisum contra formam, non ipsam formam significatam per talem modum. Deinde cum dicit.

At uerò & oportet diuidi differentiæ differentiam, ut animalis differentia est pedalitas: item animalis habentis pedes, differentiam oportet scire, in quantùm habens pedes. Quare non est dicendum, habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum, si quidem benè dicit: sed propter non posse faciet hoc: Sed si aliud habens scissos, aliud non scissos pedes: sed hæ namque sunt differentiæ pedis: nam scissio pedis, pedalitas quædam est.

F Postquam ostendit, quòd genus & differentia non dicunt diuersas res; hic ostendit, quomodo in diffinitionibus differentia diuiditur in differentias, donec deueniatur ad ultimam differentiam, dicens: Quòd oportet, quòd habita differētia, ista differentia diuidatur per aliam differentiam, donec deueniamus ad ultimam; ut si animal sit genus, si diuidatur animal per pedalitatem; ita quòd pedalitas sit differentia, adhuc pedalitas diuidenda est non per omnes differētias, sed per differentias, quæ per se respiciunt pedalitatem. Non enim dicendum est, quòd animaliū habentium pedes, aliud est alatum, aliud est non alatum; si quis benè faciat diuisionem: alatum enim, & non alatum per se non aspiciunt pedalitatem, sed per aliud & per accidens; differentiæ autem per accidens non debent poni in diffinitione, habita per diuisionem: & si enim aliquando ponantur, hoc est quia non potest fieri aliud, eo quòd ignorantur differentiæ per se: sed si debet esse recta diuisio pedalitatis, debet sic dici: quòd animalium habentium pedes, aliud habet scissos, aliud non scissos, & ita est recta diuisio, & per se; quia scisio pedis per se aspicit pedalitatem; scissio enim pedis non est, nisi quædam pedalitas. Deinde cum dicit.

G

Ex hoc non habetur qd ista sit prædicatio per se primo modo: & qd inferior differentia superiorem includat differentiā: sed uult Philosoph. qd inferior p se dat diuidere superiorē i quā tu hmōi quā diuisionē innuit p hæc uerba, scissio, et pedalitas.

Et sic semper uult procedere, donec utique ueniat ad non differentia. Tunc āt erunt tot species pedis, quot differentiæ, & pedes habentia animalia aqualia differentiis.

H Ostendit, quòd per istum modum uenandi diffinitionem, deuenimus ad ultimam differentiā, in qua consistit unitas & substantia rei, qđ fuit propositum, dicens: quòd si habito genere & differentia, iterum diuidamus differentias, deueniemus sic procedendo ad ultimam differentiam, quæ ampliùs nō diuiditur per differētias: & tunc tot erunt species, quot erunt ultimæ differentiæ: quia numerus specierum accipitur pœnes numerum talium differentiarū; tot enim erunt species pedalitatum, quod erunt differentiæ ultimæ pedalitatis; & animalia habentia pedes erunt æqualia differentiis. Notandum est, quòd uia compositionis et diuisionis, est uia uenandi diffinitionem sicut habetur in Secundo Posterior. in diuisione autem

In diuisione quo procedendum. autem sic procedendum est, quia primò uidendũ est, in quo genere est ipsa spes, quæ debet diffiniri; postea qua differentia est certificatum illud genus: ꝙ si differentia fuerit ultima, non debet ampliùs diuidi: ꝙ si non fuerit ultima, debet diuidi in differentias, donec deueniamus ad ultimam. Ad hoc autem, quòd fiat recta diuisio differentiæ in differentias, duo sunt obseruanda. primò, quòd fiat per differentias immediatas; si enim debeam diuidere corpus, & dicam sic: corpus aliud sensibile, aliud insensibile, non fit recta diuisio propter duo; primò quia diuidentia non euacuant totum diuisum; corpus enim, quod diuiditur per sensibile & insensibile, est corpus animatum; & ita solùm euacuatur una differentia, diuidens corpus: corpus enim aliud animatum, aliud inanimatum: & ita per has differentias solùm euacuatur corpus animatum, & non corpus pro toto suo ambitu. Secundò non fit recta diuisio, quia nunquam superius debet diuidi diuisione inferiorum, nisi priùs sit certificatum certitudine inferiorum: esse enim corpus est aliqua certitudo: esse.n.animatum est alia certitudo; nunquam.n.corpus debet diuidi per differentias animati, nisi priùs trahatur ad certitudinem animati: sic igitur hoc est primum, quod est obseruandum. Secundũ, ꝙ differentiæ, quæ diuidunt aliquod diuisum, respiciant per se naturam diuisi: cuius rõ est, quia natura differentiæ diuidẽtis nõ est aliud, quàm natura diuisi magis certificata; si .n.homo diuidit animal per se, humanitas nõ est nisi quædam animalitas. Et hoc est, quod dicit Philoso. ꝙ sibipes diuidit per se pedalitatem, bipedalitas non erit nisi quædam pedalitas; & hoc est in omni diffinitione, quia ois posterior pars in diffinitione idem est, ꝙ prima pars magis certificata: si.n.dicatur sic, homo est substantia aĩata sensibilis rõnalis: sensibilitas non est nisi quædam substantia sic certificata; & similiter rationalitas non est nisi quædam sensibilitas modo specifico certificata; & ideo ex iis omnibus uerè potest fieri unum, quia non dicunt nisi eandem realitatem sub diuersis entibus. Si autem essent aliquæ differentiæ, quæ respicerent per accidens ipsum diuisum, nec esset ex illis bona diuisio, nec bona diffinitio: bona quidẽ diuisio non esset, quia ex quo per accidens aspicerent diuidentia diuisum, natura diuidentis non esset natura diuisi, ut certificata; immo esset alia natura illi accidens: si.n.bipes per accidens aspiceret pedalitatem, bipedalitas non esset quædam pedalitas sic certificata; sed esset quædam materia accidentalis; nec ẽt ex talibus posset fieri diffõ: quia (ut dictum est) in partibus diffõnis secunda debet esse prima sic certificata; quod autem sit accidens omnino respũ primæ, & ꝙ sit idem secundùm rem cum prima, nõ potest contingere. Deinde cum dicit.

Pars posterior in diffõ eadem est, quod prima.

Differentiæ p accidens nec diuisioni, nec diffinitioni aptæ sunt.

Si itaque hæc sic se habẽt, palàm quia finalis differentia rei substantia erit, & diffinitio.

Postquam ostendit, per quem modum dẽmus

A nos habere ad diuisionem, ut per eam deueniamus ad diffõnem, & ad differẽtiam ultimam: hic ostendit, ꝙ ex unitate istius ultimæ differẽtiæ habetur unitas diffinitionis & diffiniti; ita ꝙ non obstante multitudine differentiarum, dummodo sit differentia una ultima, diffinitio erit una, ostẽdens unum diffinitum. Et circa hoc duo facit, quia primò concludit ex præcedentibus principale propositum, scilicet quòd substantia rei est una, iuxta unam differentiam ultimam: secundò ponit quasdam conditiones necessarias ad hoc, quòd aliqua differentia faciat unum, ibi [Si non oportet multotiens eadem dicere.] Dicit ergo. primò; ita dictum est, quòd per diuisionem deueniemus ad differentiam ultimam; si autem ita ẽ,

B manifestum est, quòd ista differentia ultima & finalis erit substantia rei; & penes illam accipitur diuisio. Notandum est, quòd habita penultima differẽtia, uel quacunque alia ante ultimam, habetur res, quæ quæritur; sed tamen sub modo communiori, quàm sit res in se: habita autem ultima differentia, habetur res sub modo proprio, & sub modo certificato, & sub modo, quo quæritur: si.n.ponatur, ꝙ homo est substantia sensibilis, rationalis: habito sensibili, licẽt fortè habeatur realitas hominis, non tamen habetur propria certificatio hominis, quæ quęritur, quia sensibile, ut sensibile non plus certificat hominem, quàm asinum; habita autem rationalitate, habetur realitas propria, & sub modo certificato & proprio;

C & ita habetur substantia rei, sicut dicit Philosophus; quia substantia rei duo comprehendit; cõprehendit enim realitatem propriam, & certificationem realitatis: propriẽ enim & pœnes unitatem huius differentiæ habetur unitas diffiniti; cuius ratio est, quia unitas generis est maioris ambitus, quàm sit unitas eius, quod quęritur, scilicet diffiniti: & similiter unitas aliarum differentiarum præter ultimam: unitas autem ultimæ differentiæ est tanti ambitus, quanti unitas diffiniti. Deinde cum dicit.

Vnitas ultimæ differentiæ est tanti ãbitus, quãti est unitas diffiniti.

Si non oportet multotiens eadem dicere in terminis: superfluum enim accidit hoc dicentibus: nam quando dicit animal habens pedes, bipes: nil aliud dicit, quàm animal pedes habens, & duos pedes habens. Et si hoc diuidat propria diuisione, multotiens dicet & æqualiter differentiis. Si quidem igitur differentiæ differentia fiat, una erit, quæ finalis species & substantia.

D Ostendit in terminis, quot conditiones sunt, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ pœnes unitatem huius differentiæ accipiatur unitas diffiniti. Et diuiditur in tres partes secundùm tres conditiones. Secunda ibi [Si uerò secundùm accidens] Tertia ibi [Quare palàm, ꝙ diffõ ratio est.] Dicit ergo primò, ꝙ unitas diffiniti est pœnes unitatem ultimæ differentiæ; ita ꝙ licẽt diffinitio habeat multas partes, tamen diffinitum non habet, nec dicitur nisi semel; nisi fortè idem repetatur multotiens in diffinitionibus: si enim idem dicit una

differentia,& alia,ſcilicet penultima,& ultima; idem dicetur bis in diffinitione:ita quòd diffinitum bis repetetur;quia ſemel in una differentia, & ſemel in alia:& ſic accidit ſuperfluum, & nugatio:ſi enim dicatur, quòd homo eſt animal habens pedes bipes; ſi idem dicit prima differentia,& ſecunda,idem repetetur,ſcilicet pes: eſt enim ſenſus,quòd eſt habens pedes, duos pedes habens: ſi ergo ita idem repetatur,tunc idem dicetur bis. Si autem fiat diuiſio propria, quæ debet fieri, ita quòd non peccet in diuidendo, ſi multotiens dicatur ultima differentia, multotiens dicetur diffinitum,& non aliàs; quia ſemper diffinita ſunt æqualia differentiis ultimis: ſi enim diuidatur genus per differentias, & ipſa differentia per differentiam uſque ad ultimam, F una erit differentia ultima & finalis, ſecundùm quam accipitur ſubſtantia rei,& unitas eius. Notandum eſt diligenter;quòd per omnes partes diffinitionis non dicitur diffinitum, niſi ſemel:quòd autem diceretur bis,hoc poſſet eſſe, ſi idem daret intelligere penultima differentia & ultima,& hoc ſub eodem modo:ſi enim dicatur, quòd homo eſt animal rationale; ſi ſtatim habito animali, haberetur conceptus hominis; iterum habito rationali,haberetur conceptus hominis per eandem diffinitionem, idem conceptus haberetur bis: ſed quia ita eſt, quòd conceptus hominis non habetur,niſi habito rationali,& ultima differentia;ideo ita eſt,quòd differentia ultima non habetur niſi ſemel, & diffinitum non dicitur niſi ſemel per omnes partes. G Et hoc eſt, quod dixit Philoſophus,quòd habita unitate ultimæ differentiæ,habetur unitas diffiniti; niſi idem repetatur bis,hoc eſt,niſi iſdem conceptus bis dicatur diffinitione:hoc autem erit, ſi conceptus diffiniti datur intelligi per quamlibet partem;hoc autem falſum eſt: debemus enim imaginari,quòd homo eſt animal, ſed non omne animal,immo animal ſic certificatum; & quia certificatio, quæ certificat hominem reſpectu animalis,eſt una;ideo diffinitum eſt unum.

Cũ dicit Philoſophus, differentia ultima dicit totã eſſentiã rei: habet intelligi ultimæ & cõpletiue: alter genus eſſet ocioſum: & allucinãtur hi, qui ex his uerbis negant formarum pluralitatẽ.

Si uerò ſecundùm accidens;ut ſi diuidat, habentis pedes,alliud album,aliud nigrum, tot, quot utique ſectiones fuerint.

Secunda cõditio.

Ponit ſecundam conditionem, quæ ſequitur H ad hoc, quòd pœnes unitatem ultimæ differentiæ accipiatur unitas diffiniti: quæ quidem eſt, quòd differentiæ habitæ per diuiſionem, quæ ſunt ponendæ in diffinitione; ſunt differentiæ per ſe,& non per accidens. Ita dictum eſt ſupra,quòd ſi fiat diuiſio differentiarum per ſe, penes ultimam accipitur unitas diffiniti: ſi uerò fiat diuiſio per accidens,ut ſi dicatur: animalium habentium pedes,aliud album,aliud nigrum, ſic erit; ſed tot erunt diffinita, quot ſunt differentiæ; & tot erunt ſectiones & partitiones diffinitorum, quot ſunt ſectiones & diuiſiones differentiarum. Notandum eſt diligenter, quòd ratio Philoſophi fundatur ſuper duas propoſitio-

E nes: prima eſt,quòd illud idem, quòd accipitur per diuiſionem, ponitur in diffinitione: diuiſio enim deſeruit diffinitioni, & eſt inſtrumentum eius:ſi.n.uelim diffinire hominem, primò diuidã genus ſuum per differentias:ſecundò dfiam, quæ non eſt conſequens homini,abiicio:tertiò illam,quæ conuenit homini,compono cum genere iam habito;& ex illa compõne generis & differẽtiæ fit diffõ hominis:ita ꝙ primò eſt diuiſio: ſecundò compoſitio:tertiò diffinitio. Et ideo cõmuniter dr̃, ꝙ compoſitio & diuiſio deſeruiunt diffinitioni;ſunt.n.inſtrumenta diffõnis. Ex hac propoſitione ſequitur ſecunda:ſi.n.diuiſio deſeruit diffinitioni; quia illud idem,quod eſt habitũ per diuiſionem,ponitur in diffinitione; ſi diuiſio fiat per differentias accidentales, ſequitur quòd diffinitio fiat per accidentia;hoc autem dicit Philoſophus eſſe impoſſibile: ſic enim penes unitatem ultimæ differentiæ non eſſet unum diffinitũ;ſed quot ſectiones, & quot diuiſiones eſſent, tot eſſent diffinita. Ad cuius euidentiam notandum eſt,quòd ſi poſterior differentia non haberet per ſe habitudinem ad primam, ſed per accidens,omnino diceret aliud à prima: ita quòd per primam haberet unum quid, & per ſecundã aliud quid:& ſic haberemus duo quid: & ſic tot diffinita habemus,quot partes diffinitionis: ſed quia ita eſt,quòd poſterior non eſt niſi certificatio,quæ propriè & per ſe aſpicit primã,iõ per primam & ſecundam non habemus duo diffinita, ſed unum & idem;cuius unitas datur intelligi in ultima differentia:ſi.n.dicatur ſic, homo eſt animal pedes habens bipes; quia bipedalitas nõ eſt niſi quædam pedalitas, & quædam certificatio pedalitatis, ut dictum eſt ſupra; ideo ſecundum non dat aliud intelligere à primo, ſed ſecundum eſt idem,quod primũ, magis certificatum:& ſic penes certificationem ultimã poteſt accipi unitas diffiniti.Si ãt ſic dicatur,homo eſt animal bipes album;quia albedo non eſt quædam pedalitas,nec eſt certificatio eius;ſed oĩno eſt extra eã quædam natura;iõ aliam naturam intelligimus p primũ & ſcd̃m;& ſic aliud & aliud diffinitum. Notandum eſt,ꝙ alio mõ declarat Comm.iſtum paſſum,dicens;ꝙ ſi diuiſio fiat per accidentalia; diuiſio uadit in infinitum:cuius rõ eſt: quia licèt in cõceptibus formalibus,& in formis per ſe ordinatis non ſit proceſſus in infinitum;tamẽ in formis accidentaliter ordinatis poteſt eſſe infinitas: ſi ergo diuiſio fiat per formas in differentias accidentales,& diffinitio ſimiliter;ſectiones uadũt in infinitum. Ex quo ſequuntur duo inconueniẽtia: primum eſt, quia per diffinitionem nõ hẽtur ſcĩa ſecundum eſt,ꝙ in diffinitionibus nõ eſt dare ultimum,ex quo eſt ibi infinitas: ex quo ſequitur ꝙ unitas diffinitionis & diffiniti non erit ab aliquo ultimo,ſicut debet eſſe.Deindecum d.

Diuiſio, & compoſitio quo ſunt inſtrumẽta diffinitionis.

Auer. declaratio.

Quare palàm quòd diffinitio ratio eſt, quæ eſt ex differentiis. & harum ex finali ſcd̃m rectũ. Palàm ãt erit,ſi quis tranſponat tales diffõnes,ut eam,

quæ

quæ est hominis, dicens animal bipes, pedes habens: superfluum est habens pedes, dicto bipede. Sed ordo non est in substantia: quomodo namque oportet intelligere hoc quidem posterius, illud uerò prius. De diffinitionibus quidem igitur secundùm diuisiones, tot dicantur primum, quales quædam sunt.

Tertia cōditio. Ponit tertiam cōditionem: Vbi notādum est, quòd si penes ultimam differentiam debet accipi unitas diffiniti; oportet quòd sit processus ordinatus in accipiendo differentias, itaquòd semper communior primùm accipiatur; itaquòd genus primò certificetur per differentiam communiorem, & postea per minùs communem; donec deueniamus ad ultimam, penes quam est unitas rei: si autem aliquis trāsponat istum ordinem, bis idem dicetur, & non semel tantùm. Et hoc est, B quod dicit Philosophus, quòd diffinitio est ex differentiis: ita tamen quòd unitas diffiniti depēdet ex finali differentia: hoc autem est uerum, si modus differentiæ sit rectus; ita quòd magis commune præcedat minùs commune: manifestū est *Ex his aliqui negant pluralitatē formarum, sed decipiūtur, nō habentes illū textū & Arist.* quòd si quis transponat diffinitiones, idest differentias in diffinitionibus, accidit idem bis dici: si quis enim dicat, quòd diffinitio hominis est animal bipes, pedes habens, superfluum accidit: dicto enim bipede, datur intelligi habere pedes, & sic habere pedes bis dicitur, semel in bipede, & semel in pede: sic enim dicendo, non est rectus ordo in substantia, hoc est in conceptibus substātiæ diffinitæ: quomodo enim possumus intelligere sic dicendo, quòd hoc sit prius, hoc posterius? quasi dicat nullo modo; quia sic dicendo, illud, C quod est prius, ponitur posterius, & econuersò. Concludit ergo Philosophus, quòd diffinitiones quomodo habeantur per diuisionem, tot sint dicta. Notandum est, quòd habita differentia com- *Modus cognoscēdi nugationem.* muniori, adhuc restat quærere de minùs communi, quæ eam certificat: sicut habito, quòd animal habet pedes, adhuc restat quærere, quæ sit ista pedalitas, utrum sit bipedalitas, uel quadrupedalitas? & ita habito maius communi, non est superfluum accipere minùs commune, quia non repetitur idem, sed magis certificatur; habita autem minùs communi, datur intelligi magis commune: & ita si præcedit minùs commune, idem repetetur bis.

Quæstio. Quęreret quis. Vtrum magis commune detur intelligi à minùs commune? Videtur quòd non, quia secundùm hoc in qualibet diffinitione esset nugatio, quia semel erit dictum magis commune in se, & semel intellectum in minùs communi; & sic idem bis dicetur, semel in se, & semel in intellectu alterius. Ad oppositum est Philosophus, qui uult, quòd posito magis communi, non ponitur minus, sed èconuersò sic: ita quòd *Aliquid datur intelligi ab aliquo, dupliciter.* posita ultima differentia, ponitur penultima. Respondeo, dicendum est, quòd aliquid, ut detur intelligi ab aliquo, potest esse duobus modis; uel secundùm continentiam: uel secundùm conuenientiam: illud autem intelligitur in aliquo se

A cundùm continentiam, quod est de continentia conceptus illius: & hoc modo animal datur intelligi ab homine, & similiter rationale; conceptus enim hominis continet conceptum animalitatis, & rationalitatis: posito enim homine, ponitur animal, & ponitur rationale, tanquam illa, quæ sunt de continentia conceptus hominis. Secundo modo aliquid datur intelligi ab aliquo secundùm continentiam: uidemus enim, quòd posito rationali, ponitur animal; & posita differentia, ponitur genus: ita quòd genus datur intelligi aliquo modo à differentia: hoc autem non potest esse secundùm continentiam, quia secundùm hoc conceptus generis esset de continentia conceptus differentiæ; & sic conceptus differentiæ esset conceptus compositus, quod est imposibile. Dicemus enim, quòd posito conceptu generis, propter latitudinem conceptus, & propter conceptus communitatem adhuc intellectus expectat maiorem certificationem, & conceptum magis arctum, scilicet conceptum differentiæ: & sic habito isto conceptu, adhuc non habetur conceptus differentiæ, nec secundùm continentiam, uec secundùm conuenientiam: quia enim latitudo istius conceptus se extendit ad duas differentias, ideo habito isto conceptu, non plus habetur una differentia, quàm alia: habito autem conceptu unius differentiæ, statim habetur conceptus generis, non tanquam de continentia eius, sed magis tanquam de consequentia: quia enim iste conceptus diuidit latitudinem generis, ideo ipso posito, statim intellectus accipit illud, quod per ipsum diuiditur, scilicet genus. Ad propositum ergo dico, quòd in minùs communi differentia non intelligitur magis, tanquam de continentia illius (sic enim genus, uel differentis magis communis esset de conceptu differentiæ; & differentia esset conceptus compositus; & sic accideret nugatio: quia magis communis differentia semel diceretur in se, & semel repeteretur in minùs cōmuni) benè datur tamen intelligi aliquo modo secundùm consequentiam: quia si aliquid habet differentiam ultimam, habet alias, non tamen è conuersò. Et hæc est ratio Philosophi, quòd magis commune debet precedere; quia habito ma- *Habens differentiā ultimā, habet alias, nō ècontra.* D gis communi, non habetur adhuc minùs commune, propter sui indeterminationem; quia nō plus respicit unam differentiam, quàm aliam: habitò autem minùs communi, aliquo modo intellectus iam coucipit magis commune; sicut habita bipedalitate, habetur pedalitas: & sic ex quo datur intelligi, frustra repeteretur. Argumenta patent per dicta.

Quæstio. Quæritur, Vtrum genus, & differentia dicant totū, quod dicit species? Videtur ꝙ sic: aut.n. dicunt partes, aut totum: si totū, habetur propositū: si partes sequitur ergo ꝙ pars prædicetur de toto; quia genus & differentia prædicantur de specie; hoc est impossibile, ergo & primum. Respondeo, quòd genus, differentia, & species

ab aliquo imponūtur,& alicui imponuntur: si lo E quamur de illo, cui ista imponuntur; non est impossibile, quòd idem dicant omnia ista, & idem totum importent:quia unum & idem est,cui imponitur conceptus generis,& differentiæ, & speciei. Si autem loquamur de isto,à quo imponuntur ista tria, utrum sit idem conceptus? sic dubiū est:cum enim differentia dicat conceptum partialem speciei, & genus similiter; dubium est, quomodo pars possit prædicari de toto: sic ergo cum species dicat conceptum compositum; & genus,& differentia conceptus partiales; magnū dubium consurgit. Dicunt ergo aliqui, quòd idem totum dicunt omnia ista, & quòd prædicatio generis de specie,& differentiæ de specie est prædicatio totius de toto; ita quòd genus, prædicari de specie, idem est, quòd totum indeterminatum prædicari de toto terminato. Sed contra; secundùm hoc sequitur, quòd idem prædicetur de seipso;& quòd prædicatio generis de specie est prædicatio eiusdem de seipso. Præterea, hic non quæritur de toto, cui imponitur unum & reliquum;sed de partialibus conceptibus, à quibus imponitur; conceptus autem generis semper partialis est, respectu conceptus speciei; licèt sit una realitas. Præterea secundùm hoc non prædicatur forma, sed totum habens formam: est.n. sensus(secundùm istum modum dicendi) cum dicitur, homo est animal; quòd illud suppositum, quod habet humanitatem, est illud suppositum, quod habet animalitatem: ita quòd (secundùm hoc) prædicatio est uera ratione suppositi continentis utrunque conceptum, quod tamen nō est uerum. Quæro enim de supposito, quod implicatur in prædicato; utrum idem suppositum simul implicetur in prædicato cum forma, aut forma tātùm: non forma tantùm, ergo prædicatio reddetur uera ratione suppositi: si implicatur suppositum & forma; quæro quomodo forma illa prædicetur de illo supposito implicato; utrum ratione sui, uel ratione suppositi implicati: si rōne sui, ergo æquè de primo supposito: si rōne suppositi implicati, ergo est abire in infinitū in implicatione suppositorum: hic ergo est unus modus dicendi. Alius modus dicendi est, quòd genus, differentia,& species possunt dicere benè eādem realitatem, sed tamen genus, & differentia dicunt partiales conceptus respectu speciei in tali realitate: ita quòd genus importat partialem conceptum sub modo communiori, differentia autem sub modo magis certificato; & sicut partialis cōceptus est extra partialem conceptum; sic genus extra conceptum differentiæ, & ideo non prædicatur per se de differētia. Quando autem genus & differentia prædicantur de specie, non est prædicatio uera ratione suppositi, sed ratione partialis conceptus signati per nomen: prædicare enim animal de homine, non est nisi prædicare conceptum partialem de specie, & similiter prædicare differentiam. Intelligendum tamē, quòd iste partialis conceptus potest dupliciter signari: uel modo abstracto: uel modo concreto, & per modum denominantis aliud: idem enim dico, cum dico animalitas,& cum dico animal; sed primo modo signatur animalitas per modum abstracti,& non denominancis aliud: cum uerò dicitur animal, eadem animalitas signatur, per modum tamen denominantis aliud: & sicut dico de animali & animalitate, ita dico de rationali & rationalitate: rationalitas igitur & animalitas ut signata in abstracto, non prædicantur; signata autem per modum denominantiū, prædicātur. Si autem sic dicimus, consurgit quædam difficultas: sequitur enim ꝙ prædicatio generis de specie, uel differentiæ de specie sit prædicatio denominatiua: si enim ge- F nus & species dicunt partiales conceptus, qui signati per modum denominationis prædicantur; sequitur quòd ista prædicatio est denominatiua.

Alterū opi.

Impugnatio.

Vt ergo soluatur difficultas, dāda est duplex differentia inter prædicationem istam, & prædicationem denominatiuā. Prima differētia sumitur ex diffinitione denominatiuorum, data in Prædicamentis: sunt enim denominatiua quæcunque habent denominationem, differentia solo casu: sic ergo denominatiua sunt, quæ cadentiam habent,& denominationem. Imaginabimur ergo, quòd album,& albedo idem significent; & unam rem dicant; sed differunt pœnes modum significandi: quia album significat rem per modum cadentis ad aliud,& per modum rei inclinatæ: quæ G inclinatio uocatur cadentia: sic ergo denominatiua cadentiam dicunt, & inclinationem: & ista inclinatio & cadentia est ad subiectum alterius generis: sic ergo genus, prout prædicatur de specie, dicit rem suam per modum cadentis,& per modum inclinati;& similiter denominatiua: sed aliter,& aliter; quia denominatiua ad subiectū alterius naturæ & alterius gnis; hæc āt, quæ uocantur uniuoca à Philosopho, sicut genus; dīt cadētiam ad suppositum eiusdem naturæ: ita ꝙ propriè loquendo, denominatiua propriè accepta denominant subiectum, licèt quæ prædicantur uniuocè, denominent suppositum: hæc est ergo prima differentia. Secunda differentia est ex hoc, ꝙ denominatiua prædicantur nomine solùm; uniuoca ergo propriè denominant ipsum subiectum; & ideo H prædicantur nomine: album enim quia significat rem suam per modum concreti & denominantis aliud, ideo primò prædicatur nomine, sed non ratione; quia ratio signata per album, est extra rationem subiecti: tunc enim prædicatur aliquid ratione, quando ratio prædicati est ratio subiecti, uel de ratione subiecti. Imaginabimur ergo, ꝙ albedo non prædicatur nomine, nec ratione de subiecto: nomine quidem non prædicatur; quia nō signat rationem suam per modum denominantis, sed per modum abstrahentis à denominatione: nec prædicatur ratione, quia ratio prædicati non est ratio subiecti, nec de ratione subiecti: album autem, quod est denominatum, signat ratio nem

Opinio propria.

Prima differentia.

Albū & albedo quō differunt.

Vniuoca dicunt cadentiam ad suppositum.

Secūda differentia.

Quartū aliorū opin.

nem suam per modum denominatis; & ideo prædicatur nomine, sed non ratione, ut prædictū est. Denominatiua ergo propriè accepta prædicantur nomine & non ratione: uniuoca autem, quæ diuiduntur contra denominatiua, prędicantur nomine & ratione: nomine quidem, quia denominant suppositum, licèt non subiectum: ratione autē, quia subiecti ratio est de ratione prædicati.

Ad argumē tum. Ad argumentū in oppositum dicendum est, quod partialis conceptus siue pars denominatiua per modum denominantis totum, potest prædicari de toto.

TEX. 44. *Quoniam uerò de substantia perscrutatio est, iterum redeamus.*

Intentio, et continuatio. Postquam ostendit, quomodo subiectum substantia est: postquam etiam ostendit, quòd ipsum quod quid est, id est quidditas substantia est: hic quærit, & inuestigat, Vtrum scilicet uniuersale sit substantia rei? Et diuiditur in duas partes, quia primò continuat se ad precedentia: secūdò exequitur propositum suum, ibi [Dicitur autē sicut subiectum substantia esse.] Dicit ergo primò: intentio istius libri de substantia est, iterum redeamus ad propositum de substantia rei. Deinde cum dicit.

Dicitur autem sicut subiectum substantia esse, & quod quid erat esse, & quod ex his & uniuersale. De duobus quidem igitur dictū de quod quid erat esse, & de subiecto: quia dupliciter subiicitur aut hoc aliquid ens; ut animal passionibus, aut ut materia actui.

TEX. 45. *Videtur autem uniuersale causa quibusdam esse maximè, & esse principium uniuersale. Vnde de hoc tractemus.*

Exequitur intentum suum. Et duo facit, quia primò ostendit, quòd quærendum est, Vtrum uniuersale sit substantia rei: secundò ostendit per rationes, quòd nō est impossibile dicere, quòd uniuersale sit substantia rei. Secunda ibi [Videtur. n. impossibile esse.] Dicit ergo primò, quod dictū est in precedentibus, quòd substantia dicitur multis modis: primo modo dicitur substantia ipsum subiectum, quod recipit quidditatem & formalitatem rei: secundo dicitur substantia ipsum quod quid erat eē, & formalitas rei: tertio mō illud, qđ est compositum ex materia & forma, dicitur substantia: quarto modo (secundùm aliquos) ipsum uniuersale substantia dicitur. Priùs ergo dictum est supra de duobus modis accipiendi substantiam, scilicet de ipso quod quid est, & de ipso subiecto: quod quidem subiectum duobus modis subiicitur formæ: uno modo sicut aliquid ens in actu subiicitur accidentibus & passionibus: secūdo modo sicut materia subiicitur actui & formę. Postquam dictum est de istis duobus, dicendum est de quarto, scilicet de uniuersali; Vtrum, scilicet sit substantia rei? uidetur enim quibusdam ipsum uniuersale esse substantiam rei, & esse maximā cām eorum, sicut Platonicis: & ideo de hoc tractandum est. Notandum est, quòd ratio Philosophi in hoc consistit: ex hoc quòd substantia dicitur quatuor modis, ut patet per habita; tribus modis secundùm ueritatem, & uno modo secundùm opinionem aliorum: ex quo de tribus dictū est, de duobus quidem in se; de tertio autē quia tertium componitur ex duobus, si debet haberi tractatus sufficiens, oportet quòd dicatur aliquid de quarto. Notandum etiam est, quòd Philosophus imaginatur, quòd formalitas, & quidditas duplex est, scilicet substantialis, & accidetalis: & huic formalitati respondet aliquid, quod est in potentia ad istas formalitates; quod quidem aliquid uocatur ipsum subiectū: & ideo dicit, quòd subiectum dicitur dupliciter, uel quia est in potentia ad formam substantialem, uel quia ad accidentalem. Deinde cum dicit.

Hac diuisione redit in idē cū illa, quæ ponitur circa principium huius Septimi.

Formalitas duplex.

Subiectum dupliciter.

Videtur enim impossibile esse substantiam esse quodcunque uniuersaliter dictorum. Primum. n. substātia, quæ uniuscuiusque, propria uniuscuiusque, quæ non inest alii; uniuersale uerò commune. Hoc enim dicitur uniuersale, quod pluribus inesse natum est. Cuius ergo substantia hoc erit? aut enim omniū, aut nullius: omnium enim non est possibile; unius autem si erit, & omnia hæc erunt. Quorum enim una substantia est, & quod quid erat esse unum, & ipsa unum.

Exequitur propositum suum, probando, quòd impossibile est, quod uniuersale sit substantia. Et diuiditur in duas partes: quia enim isti, qui ponebant istud uniuersale esse substantiam, ponebant & illud esse ideam: ideo duo facit; quia primò probat, quòd ipsum uniuersale, quod prædicatur de pluribus non potest esse substantia illorum plurium: secundò probat, quòd ideæ non possunt esse substantiæ eorum. Secūda ibi [Manifestum autem ex his ipsis.] Prima in quinque, secundùm quod quinque rationes adducit ad probandum, quòd uniuersale, quod de pluribus prædicatur, non est substantia illorum. Secunda ibi. [Ampliùs substātia dicitur] Tertia ibi [Ampliùs autem & impossibile, & incōueniens] Quarta ibi [Ampliùs Socrati] Quinta ibi [Ampliùs est & ita manifestum] Dicit ergo primò, quòd impossibile uidetur, quòd aliquid de numero dictorum uniuersaliter sit substantia; cuius prima ratio est: quia substātia uniuscuiusque est propria tantùm unius, & non multorum: ita quòd tantùm substantia inest uni, & non alteri; uniuersale autem commune est; quia uniuersale est illud, quod est aptum natum esse in pluribus: cum enim uniuersale dicatur de pluribus, quatenus ab illo, qui ponit ipsum esse substantiam; cuius est substantia? aut enim est substātia omnium, de quibus dicitur; aut unius; aut nullius: omnium est impossibile, quia unum & idem non potest esse substantia multorum: unius non potest, quia si uniuersale est multorū, siue unius, quæcunque cōueniunt in uno uniuersaliter, erūt illud unum, quę non habent unam substantiam, & unam quidditatem, & ipsa erunt unum: cum ergo uniuersale non sit substantia, nec omnium,

Aduersus Platonem, quid uniuersale sit falsa nō sint substātiæ.

Vniuersale quid.

Fundamenta Philosophi.

nec unius: restat quòd nullius sit substantia. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duas propositiones: prima est, quòd substantia rei ita est propria uni, quod non est propria multis: quę quidem propositio patet, quia unaquęque res per substãtiam sui & per sui essentiam ab omni alia re distinguitur; nõ potest autem distingui aliquid ab aliquo, ni si per sui proprium; & ita substantia rei dicit aliquid proprium rei, & aliquid terminatum in re: uniuersale autem non dicit aliquid proprium rei, sed dicit aliquid commune: animal enim non plus dicit naturam hominis, quàm naturam asini: & homo non plus dicit naturam Sortis, quàm naturam Petri. Secunda propositio, super quã fundatur, est; quia si uniuersale substantia est, est substantia uel omnium, uel unius: omnium non potest esse, restat quòd unius; quod est impossibile: quia omnis substantia unius est una, & habet unitatem; quæcunque autem uni & eidẽ sunt eadem, & inter se sunt eadem. Arguetur ergo sic; si uniuersale est substantia unius, est substantia una; si est substantia una, quæcunque sunt unum in substantia, sunt unum inter se; sed omnia, de quibus prædicatur ipsum uniuersale, qđ ponitur una substantia, sunt unum in ipsa substantia; ergo sunt unum inter se. Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ quæ habent unum quod quid erat esse, sunt unum inter se: hoc autem est impossibile; quòd omnia, de quibus prædicatur ipsum uniuersale, sint unum inter se: ergo impossibile est, quòd uniuersale sit substantia.

Regula.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum uniuersale sit substãtia? Videtur quòd sic, quia unam rem dicit uniuersale; & particulare; sed particulare substantia est, ergo uniuersale. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo: dicendum est, quòd uniuersale substantia est, illud. scilicet quod est in prædicamento substantiæ. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd de ratione substantiæ duo sunt: unum, scilicet quòd dicat rem substantiæ, siue quòd dicat rem in prædicamento substantiæ: secundum quòd dicat eam per modum per se stantis; non per modum inclinati ad aliud: & quando ista duo concurrunt adinuicem, tunc uerè possumus dicere; quòd illud, in quo concurrũt ista duo, uera substantia est; tale autem est substantia particularis: cum enim dico hũc hominem, puta Petrum, duo dico, humanitatem, quod est realitas substantiæ; & dico humanitatem per modum fixi, scilicet in indiuiduo: & ideo particulare uerè substãtia est, & propter rem, & propter modum. Ipsum autem uniuersale in prædicamento substantiæ benè dicit rem substãtiæ; quia illam realitatem, quam dicit particulare, dicit uniuersale: sed nõ dicit eam per modum substantiæ fixæ, & per modum per se stantis, sed per modum inclinati ad suppositũ; & ideo dicit rem substantiæ; licèt non dicat eam per modum substantiæ. Notandum est enim: ꝙ eandem rem, quam dicit uniuersale, dicit particulare, sed differenter: quia particulare dicit illã

De ratione substantia duo sunt.

Particulare cur uerè substantia.

E rem per modum proprii & terminati, sed uniuersale dicit eandem per modum abstrahentis ab isto proprio, & ab ista terminatione: cum enim dico, hic homo, dico humanitatem ut signatam & propriam: cum autem dico hominem in specie, dico humanitatem ut abstrahentem ab isto proprio. Propter istam talem abstractionem duo sequuntur: primum est, quòd abstractum à proprio, licèt dicat rem substantiæ; tamen non dicit eam per modum substantiæ; eo quòd de ratione substantiæ est; quòd sit propriè unius: Et ideo argumentum Philosophi, quod per naturam proprii probat, quòd uniuersale non est substantia; non probat, quòd uniuersale non est substantia simpliciter, sed quòd non habet modum substantiæ. Secundum, quod sequitur, est; quòd abstractũ

Corollaria.

F ab omni proprio, & ab omni inferiori non plus se dicit esse substantiam unius, quàm alterius; ex quo abstrahit ab omni illo: si enim humanitas significetur ut contracta ad hoc indiuiduum, propter talem contractionem dicit se esse substantiam: si autem abstrahatur ab ista contractione, & significetur in specie, quia abstrahit ab omni materia contrahendi, non plus dicit se esse substantiam unius, quàm alterius: sed dicit, & prætẽdit se esse substantiam uniuersaliter omniũ: quia enim abstrahit ab omni modo contrahendi, abstrahit ab omni differentia: & quia abstrahit ab omni differentia, ideo ut sic abstracta significatur sub quadam indifferentia. Quando ergo quærit Philosophus, Vtrum uniuersale sit substantia om-

G nium, uel unius? dico quòd dicit substantiam, quę reperitur in omnibus, secundùm alium & alium modum contrahendi: impossibile enim est, quòd unum secundùm substantiam contractum sit substantia multorum; uniuersale autem dicit unitatem rationis abstrahentis ab omni contractione: & ideo dicit substantiam multorum, sub modo tamen abstrahendi à multis. Et quando dicitur, quòd quæcũque uni & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem: dicitur, quòd eodem modo sunt eadem inter se, quo sunt eadem in tertio: & sic patet quæstio, & argumentum. Deinde cum dicit.

Ad argumentum.

Ampliùs substantia dicitur, quæ non de subiecto aliquo dicitur semper. Sed an sic quidem non contingit, ut quod quid erat esse: in ipso autẽ existit ut ani-

H *mal in homine, & in equo.* TEX. 46.

Adducit tertiam rationem, quòd uniuersale substantia non est. Et diuiditur in duas partes; quia primò ostendit, quòd esse substantiam non conuenit uniuersali: secundò ostendit, quòd diffiniri conuenit ipsi uniuersali; & tamen hoc non dat sibi; quòd sit substantia. Secunda ibi [Ergo palàm quia est ipsius quædam ratio.] Dicit ergo primò: de ratione substantiæ est, quòd non dicatur de subiecto; uniuersale autem dicitur de subiecto; ergo uniuersale substantia non est; quòd autem uniuersale dicatur de subiecto, patet: quia sic quidem non conuenit ipsum uniuersale esse substantiam, supple sicut illud, quod non

Tertia rõ, qua probat uniuersale non esse substantiam.

non est de subiecto, sicut est particulare: sed ipsum uniuersale, & ipsum quod quid erat esse de alio est: & hoc quia existit in ipso particulari, sicut animal in homine, & equo. Deinde cum dicit.

Ergo palàm quia est quædam ipsius ratio. Differt autem nihil, nec si non omnium ratio est eorum, quæ sunt in substantia. Nihil enim minùs substantia erit hæc alicuius, ut homo hominis, in quo existit. Quare idem accidit. Iterum enim erit substantia in illius substantia, ut animal, in quo est species, proprium existit.

Ostendit, quod licèt ipsum uniuersale nõ sit subã; tamen ipsius est rõ.i. diffinitio: sed tamẽ hoc non obstante, adhuc stat ista ratio, quæ probat, quòd uniuersale non est substantia. Dicit ergo, quòd benè manifestum est, quòd ipsius uniuersalis est diffinitio quædam; sed hoc non dat sibi, quòd sit substantia; nihil enim minùs est substantia rei, etiam si non diffiniatur; & si non sit diffinitio eorum, quæ habent substantiam: si etiam ita dicatur, adhuc sequitur secunda ratio: si enim uniuersale, quod diffinitur: sit substantia: erit substantia alicuius; quia non est substantia per se stans, sicut homo si diffinitur: si fuerit substantia hominis, in quo existit: & sic sequitur sicut priùs, si uniuersale sit substantia, quòd sit substãtia, in quo est: erit enim uniuersale, quod ponitur substantia in substantia illius, hoc est, in substantia particularis; & sic erit substantia in substantia, scilicet animal in homine, in quo homine existit animal, sicut proprium genus in propria specie. Notandum est, quòd in hac secunda ratione probauit Philosophus, quòd uniuersale non est substãtia, quia substantia in se est, uniuersale autem in alio est: diceret ergo aliquis contra hanc rationem, quòd uniuersale substantia est, quia uniuersale diffinitur; illud autem, quod diffinitur de re, substantia est rei; quia diffinitio est indicatiua substantiæ rei. Huic ergo cauillationi obuiat Philosophus duobus modis: primo modo, quia & si uniuersale diffiniatur, tamen ipsum diffiniri non dat uniuersali, quòd sit substantia: diffinire enim est actus animę: siue ergo res, quæ est substantia, diffiniatur, siue non diffiniatur; semper tamen substantia rei est: Suo enim modo ita se habet res ad diffiniri, sicut ad uideri: quod ãt res uideatur, uel nõ uideatur, hoc non dat sibi, quod sit res; similiter quod diffiniatur, uel non, non dat sibi, quòd sit substantia. Vbi est notandum, quòd ipsum, quod diffinitur, est ipsa natura rei abstracta per intellectũ à particularibus: sicut ergo accidit sibi abstrahi per intellectũ ab extrinseco; ita sibi accidit diffiniri: siue enim uniuersale abstrahatur à natura rei, siue non; semper substantia est in se: & à simili siue diffiniatur, siue non, semper est substantia in se. Secundò obuiat Philosophus, quòd supposito, quòd uniuersale, quod diffinitur, sit substantia rei; adhuc stat argumentum contra hoc factum: quia si uniuersale, quod diffinitur, est substantia; non erit substan-

Diffinire est actus animæ.

Qđ diffinitur, quid.

Solutio Secunda.

A tia, præter quàm particularis, quæ de nullo alio dicitur, & in alio est: si igitur esset substantia ipsũ uniuersale, oportet quòd sit substãtia, quæ in alio est, quod est impossibile: quia si est substantia, in alio esset: in accidente non potest, ergo esset in substantia; si autem esset in substantia, substantia esset in substantia.

Quæreret aliquis, Vtrum sit bona ratio, qua probatur, uniuersale non esse substantiam, quia dicitur de subiecto? Videtur quòd non: quia ut habetur in Prædicamentis, non est contra rationem substantiæ dici de alio; substantiæ.n. secũdæ dicuntur de subiecto, ergo &c. Ad oppositũ est Philosophus. Dicendum est, quòd ratio Philosophi non plus probat, nisi quòd uniuersale in substantia non habet omnem modum, & rationem substantiæ, sed habet aliquem modum accidentis: imaginatur enim Philosoph. quòd omne ens uel est ens in alio, uel est ens non in alio: ens autem, quòd est accidens, est ens in alio; ens autem, quod est substantia, est ens non in alio receptũ: si enim substantia esset ens in alio, esset abire in infinitum: natura ergo accidentis est natura resolubilis ad aliud, scilicet ad substantiam; natura autem substantiæ est non resolubilis, quia in se fixa est: Particularis ergo substantia, secundũ istã imaginationem, est propriè, principaliter, & maximè substantia, sicut dicitur in Prædicamentis; quia dicit rem suam per modum resolutionis ad aliud, & per modum fixi; uniuersale autem dicit C rem suam per modum resolubilis ad suppositum, & ideo per modum entis in alio: & ita secundùm hoc habet aliquem modum accidentis: unde nõ dicit simpliciter quid; sed quale quid. Notandum tamen; quòd si diceret rem suam per modum entis in alio, ut in subiecto, esset naturæ accidentis; sed quia dicit rem suam per modum solùm entis in alio, ut in supposito; ideo substantia suppositi est, licèt signata per modum inclinati. Et si dicas, quòd secundùm istum modum substantię orit substãtia, sicut arguit Philosophus: dico quòd non est inconueniens, quòd substantia signata secundùm unum modum sit in substantia, signata per alium modum; sicut substantia signata p modum uniuersalem, in substantia est, signata p modum suppositalem. Ad argumentum patet re- D sponsio, quòd illud, quod dictum est in Prædicamentis, scilicet quòd secundæ substantiæ sint substantiæ; hoc dictum est, quia habent realitatẽ substantiæ: hoc autem, quod hic dicitur, dictum est, quòd non est substantia in actu per se, nec omnino signata per modum substantiæ. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Vniuersale habet modũ accidentis.

Ens dupliciter.

Particularis substantia quo dicit rem suam.

Vniuersale quo dicit rẽ suam.

Obiectio.

Ad argumen. principale.

Ampliùs autem & impossibile, & inconueniens hoc esse substantiam, si est ex aliquibus, non ex substantiis esse, nec ex eo quòd hoc aliquid, sed ex quali. Priùs enim erit non substantia, & quale substantia, ipso hoc, quod est impossibile: nec enim ratione, nec tempore, nec generatione passiones possibile est priores esse substantia. Erũt enim inseparabiles. TEX. 47.

Ponit

Tertia rō. Ponit tertiam rationem, dicens: diceret enim aliquis, quòd licet uniuersale non sit substantia stans per se, sicut particulare; tamen est de substātia ipsius particularis: imaginabimur enim, quòd ipsum uniuersale dicit quidditatem rei, particulare autem dicit quidditatem, & illud, cuius est quidditas: quia dicit quidditatem, & suppositum, cuius est quidditas. Hoc ergo excludit Philosophus per istam rationem, & sequentes, dicens: quod impossibile est, quòd substantia particularis componatur ex non substantiis; & quòd componatur ex eo, quod non est hoc aliquid, sed quale: si enim componentia sunt priùs composito, si componeretur substantia ex quali, sequeretur quòd non substantia sit priùs substantia, quod est impossibile: passiones enim non sunt priùs substantia nec ratione, nec tempore, nec generatione: si enim essent priores tempore, separabiles essent à substantia. Quasi dicat per hanc rationem: illud, quod est quale, non potest habere rationem substantiæ; sed uniuersale est quale, ergo non est de ratione substantiæ, nec habet rationem substantiæ: & sic non est substantia, ut per se existens, ut probant duæ rationes præcedentes; nec est substātia, quæ sit de compositione substantiæ per se existentis, ut probat ista: & hoc quia habet rationē qualitatis.

Passiones nullo modo sunt priores substantia. Vniuersale habet rōnē qualis.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum ratio Philosophi ualeat? Videtur quòd nō: quia duplex est qualitas, scilicet substantialis, & accidentalis: uniuersale autem non dicit qualitatem accidentalem, sed substantialem; talis autem potest esse in prædicamento substantiæ. Ad oppositum est Philoso. Respondeo, dicendum est, quòd duplici uia possumus uenari rationem Philosophi ualere.

Prima, & secunda intentio quō differunt. Prima uia est ex distinctione, quæ est inter primam intentionem, & secundam: quia prima intentio primò dicit substantiam, secundò dicit aliquid accidentale: secunda autem intentio dicit aliquid attributum primæ per naturam intellectus: Ipsum ergo uniuersale in prædicamēto substantiæ potest considerari duobus modis; primo modo quantùm ad realitatem, quæ uniuersalitati subiicitur, quam realitatem uoco primam intentionem: & quantùm ad istam realitatem substantia est, quia eadem realitas est uniuersalis, & particularis: secundo modo potest considerari quantùm ad intentionem uniuersalitatis, quam uoco secundam intentionem, quam intentionem attribuit intellectus realitati ipsius uniuersalis, puta quòd sit genus, uel differentia, uel species: & quātùm ad hanc intentionem habet modum accidentis, & qualitatis accidentalis; habeo ergo, quod uniuersale uno modo dicit substantiam, alio modo dicit accidens. Et hæc est solutio Commenta. super isto passu, ubi dicit; quòd diffinitiones, & eodem modo uniuersalia habent aliquam dispositionem substantiarum existentium extra animam; & habēt aliquam qualitatem accidentem eis: dispositionem existentem extra animam uoco realitatem ipsius uniuersalis: qualitatem uerò accidentem uoco intentionem, quam attribuit intellectus ipsi realitati; sic ergo patet prima uia.

Rationes philosophi procedunt ad hominē. s. ad Platonem; nō autē simpliciter. Doctrina Auerrois.

E Secunda uia ad hoc saluandum est ex modo ponendi uniuersale, quem ponit Plato. Vbi notandum est, quòd fortè Philosophus non intendit simpliciter uniuersale esse substantiam, quia secundùm ueritatem uniuersale substantiæ habet modum qualis in prædicamento substantiæ: sed intendit ostendere, quòd si esset uniuersale separatum ab ipso particulari, haberet modum qualis accidentalis; omne enim, quod dicitur de aliquo, & est extrinsecum ab illo, habet modum accidentis respectu illius; si ergo uniuersale diceret aliquam aliam naturam à natura particulari, F sequeretur quòd natura uniuersalis haberet naturam aduentitii respectu naturæ particularis, & per consequens naturæ accidentalis. Secundùm ergo Philosophiam Arist. uniuersale in prædicamento substantiæ dicit naturam qualis substantialis: secundùm autem quòd imponitur Platoni, dicit naturam extrinsecam. Vtrum autem hæc fuerit intentio Platonis ponere sic uniuersale, patebit inferiùs. Ad argumenta patet solutio per distinctionem datam.

Ad argum.

TEX. 48. *Amplius Socrati inerit substantiæ substātia, quare duorum erit substantia.*

Quarta rō. Ponit quartam rationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit eam: secundò concludit propositum suum, ibi [Ex his itaque speculationibus.] Prima in duas, quia primò probat per G rationem, quòd uniuersale non est substantia: secundò ex eodem probat, quòd nihil eorum, quæ ponuntur in diffinitione, potest esse substantia, ibi [Totaliter uerò accidit] Dicit ergo primò, quòd si uniuersale substantia est, accidit quòd in substantia erit substantia: cum enim uniuersale sit in particulari, si uniuersale est substantia, substantia erit in substantia: ita quòd in Socrate existente substantia, erit homo, & aliud uniuersale, quod est substantia: & ita Sortes erit duorum substantia. Apertiùs autem posset dici, scilicet quòd eiusdem erit duplex substantia; quia substantia uniuersalis, & particularis. Est ergo ratio Philosophi in hoc; unius rei una est substantia; si autem H uniuersale esset substantia, unius rei duplex esset substantia; scilicet particularis, & uniuersalis. Deinde cum dicit.

Vnius rei una est substantia.

Totaliter uerò accidit, si est substantia homo, & quæcunque ita dicuntur nihil eorum, quę in ratione, esse nullius substantiarum, neque sine ipsis existere, nec in alio. Dico autem non esse quoddam animal præter aliqua; nec aliud eorum, quæ in rationibus nullius.

Ex eadem ratione concludit, quòd nihil eorum, quæ ponuntur in diffinitione, substātia est: dictum est enim in prima ratione, quòd substantiæ non est substātia; nec eiusdem est duplex substantia: si autem illa, quæ sunt in diffinitione, essent substantiæ, contingeret quòd eiusdem esset multæ

Nihil eorum quæ in diffinitione ponuntur, substantia est.

multæ substantiæ, scilicet substantia diffiniti, & substantia eorum, quæ sunt partes diffinitionis. Et hoc est, quod dicit: quòd si est uerum, quod dictum est; uniuersaliter accidit, quòd si homo, quod est diffinitum, est substantia, & quæcunq; ita dicuntur uniuersaliter sicut homo; quòd nihil eorum, quæ sunt in diffinitione talis, potest esse substantia: quia non contingit talia, quæ sunt in diffinitionibus nec per se esse, nec in alio esse, quàm in diffinito: de ratione autem substantiæ est, posse per se esse; partes autem diffinitionis non possunt esse nisi in alio: non enim contingit dare animal præter hoc animal; nec aliquod eorum, quæ sunt in diffinitionibus, contingit dare præter illa, quorum sunt. Deinde cum dicit.

Deriuat sub stālia quid.

Ex his itaque speculationibus palam, quia nihil uniuersaliter existentium est substantia; & quia nullum prædicatorum significat hoc aliquid, sed tale: si autem tale, & alia quoque multa accidunt, & tertius homo.

Ratio ex præcedentibus.

Concludit propositum suum ex ista ratione, & præcedentibus, dicens: quòd manifestum est ex dictis, quòd nullum uniuersaliter existentiū, nec aliquod illorum, quæ prædicantur uniuersaliter, potest dici substantia: cuius ratio est, quia omnis substantia significat hoc aliquid; uniuersale autem non significat hoc aliquid, sed magis quale quid; hoc est, significat qualitatem substantialem huius hoc aliquid. Si autem uniuersale ponatur substantia, accidunt multa impossibilia, quæ iam dicta sunt: & accidit, quòd sit dare tertium hominem: quia si uniuersale est substantia, & est in substantia particulari, ex istis duabus substantiis resultabit alia tertia substantia. Et hoc est, quod hic dicit Commen. quòd ex homine intellecto, & homine sensibili fiet tertius homo; si est alia natura unius, & alterius.

Immo, cū homo uniuersalis, & particularis conueniant in nomine, et diffinitione, erit ab ire in infinitum.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum ratio Philosophi ualeat, scilicet quòd si uniuersale substantia est, substantia erit in substantia? Nam uidetur quidem, quòd hoc non sit impossibile, quia secunda substantia est in prima, ergo substantia est in substātia. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo, dicendum, quòd secundùm modum ponendi uniuersale, quem ponit Philosophus, nullum sequitur impossibile: secundùm autem modum, quem Philosophus imponit Platoni, sequitur impossibile; & hoc patet duplici uia.

Prima uia.

Prima uia est ex habitudine, quę est inter quidditatem, & cuius est quidditas: quidditas enim, & cuius est quidditas, non dicunt duas substantias, nec duas essentias: debemus enim imaginari, quòd sicut albedo, & album non dicunt duas essentias, sed unā & eandem: ita quidditas, & cuius ē quidditas, suppositum & essentia non sunt duæ essentiæ, sed tantùm est una essentia & una substantia suppositi: uniuersale autem (secundùm Philosophum) dicit quidditatem ipsius particularis; particulare autem est illud, cuius est ista quidditas: sic ergo quidditas, & cuius est quidditas non

A dicunt duas quidditates, & duas substantias; ita similiter particulare & uniuersale non dicunt duas quidditates, & duas essentias; & per consequens nec duas substantias: cum enim dico hominem, & hunc hominem; non dico duas substātias, & duas quidditates: sed cum dico hominem, dico ipsam quidditatem nomine absoluto: cum autem dico hunc, dico eandem quidditatem in eo, cuius est quidditas. Sic ergo secundùm Philosophum, uniuersale esse in particulari, non est aliam substantiam esse in alia substantia, sed solū quidditatem & substantiam esse in eo, cuius est quidditas & substantia: secundùm autem Platonem (ut imponit sibi Philosophus) quidditas est separata realiter ab eo, cuius est; & uniuersale à

Vniuersale et particulare nō dicūt duas quidditates.

Vniuersale esse in particulari quid.

B particulari: & ideo oportet, quòd quodlibet istorum sit aliqua substantia in se: & ita unum esse in alio, est substantiam esse in substantia, quod est impossibile. Secunda uia ad hoc ostendendum est ex hoc, quòd pars non facit proprie numerū contra totum; ipsa autem substantia, quam significat uniuersale, se habet ad modum partis ad ipsum particulare aliquo modo. Vnde Commenta. hic dicit: quòd uniuersale non signat substantiam, nisi substātiam, quam signabit pars; quia ipsum uniuersale dicit naturam communem, & non propriam; sic ergo ipsum uniuersale dicit naturam in se; sed ipsum particulare dicit naturā sub modo signato, & ita per modum totius: cum enim dico hunc hominem, dico humanitatem sub modo proprio & signato: cum autem dico hominē,

Secūda uia.

Doctrina Commen.

C dico humanitatem tantùm: sicut ergo pars non numeratur contra totum, ita nec uniuersale contra particulare; & maximè quando totum & pars non dicūt aliam & aliam realitatem: licèt autem pars non numeretur contra totum; tamen totum numetatur contra totum: & ideo si uniuersale poneretur quoddam totum per se subsistens, sicut ponebat Plato; uel non posset esse in ipso particulari; uel si esset, esset sicut aliud in alio, & sicut substantia in substantia. Deinde cum dicit.

Pars contra totum non numeratur; nec uniuersale contra particulare.

Amplius autem est, & ita manifestum: impossibile enim substantiam ex substantiis esse in existentibus sic ut actu; Duo namque sic actu, nunquā sunt unum actu; sed si potestate duo fuerint, erunt unum: ut quæ dupla ex duobus dimidiis potestate: actus enim separat. Quare si substantia unum, non erit ex substantiis inexistentibus.

TEX. 49.

D

Ponit quartam rationem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponit rationem; secundò manifestat eam per dictum Democriti; tertiò mouet quandam dubitationem. Secunda ibi [Et secūdùm hunc modum, quem dicit Democritus] Tertia ibi [Habet autem quòd accidit] Ponit ergo rationem, primò dicens; ampliùs impossibile est esse uniuersale substantiam, quia impossibile est unam substantiam esse ex substantiis, existentibus in ea actu: duo enim entia in actu nunquam faciunt unum; sed si fuerint in potentia poterunt facere unum; sicut linea continua potest compo-

Quarta ratio.

Verum est, quando sūt duo actu formales, et ultimati, & distincti.

ni

ni ex duobus dimidiis, in potentia exiſtentibus; ſi autem eſſet in actu, non poſſet componi ex eis; quia actus ſeparat, & diuidit: ſi ergo fit unum ex aliquibus ſubſtantiis, illæ nõ poſſunt eſſe in actu; ſi igitur uniuerſalia in actu ſunt ſubſtantiæ, ex his non poterit fieri alia ſubſtantia; & ita ex genere & differentia non poterit fieri ſpecies. Eſt ergo ratio Philoſophi in litera: ſi uniuerſalia eſſent ſubſtantiæ actu entes, ſicut ponebat Plato; ex duobus uniuerſalibus, ſicut ex genere & differentiis, non poſſet fieri unum; quia actus eſt qui ſeparat: qui.n. dicit duos actus, duas unitates dicit: qui ãt duas unitates dicit, dualitatẽ dicit: q verò dualitatẽ dicit, nõ dicit unũ; quia ita dicere. ſ. ꝙ ſint duo in actu, & quòd ſint unũ, eſt implicatio contradictionis in adiecto. Notandum eſt, quòd ſecundũ opinionem Philoſophi, uniuerſale & particulare ſunt unum in actu, & duo in potentia, ut declaratum eſt: ſunt unum quidem in actu, quia unam actualitatem eſſentiæ dicunt; duo autem in potentia, inquantùm potentia intellectiua diſcernit inter unum & aliud. Similiter ſecundùm opinionem eiuſdem, genus inquantũ dr̃ia ſunt unũ in actu, & duo in potentia; inquantùm genus dicit conceptum potentialem, inquantũ dr̃ia actualem & perficientem: ſicut ergo potentia non facit numerum contra actum; & ſicut ex potentia & actu poteſt fieri unum: ita igitur genus non facit numerum contra differentiam; & ideo ex genere & differentia poteſt fieri unum: ſi autem genus & differentia dicerent duo in actu ſeparata, impoſſibile eſſet ex eis fieri unum, niſi p. quandam aggregationem.

Actus ſeparat, et diſtinguit.

Vniuerſale & particulare ſunt unum i actu, & duo i potentia.

Et ſecundùm hunc modum quidem dicit Democritus rectè: impoſſibile enim (ait) ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. Magnitudines enim indiuiſibiles ſubſtantias faciunt. Similiter igitur manifeſtũ, quia & in numero habebit, ſi eſt numerus compoſitio unitatum, ſicut dicitur à quibuſdam. Aut enim non unum dualitas, aut non ineſt unitas in ipſo actu.

Confirmat, quod dixit, per dictum Democriti: dixit enim, quòd ex duobus in actu non fit unũ; ſed ex duobus in potentia: & hoc confirmat, dicens: quòd ſi hoc eſt uerum, benè dixit Democritus, dicens; quòd ex duobus in actu non poteſt fieri unum; nec ex uno poſſunt fieri duo. Poſuit enim Democritus, magnitudines indiuiſibiles eſſe ſubſtantias rerum; & cum ipſæ magnitudines ſint in actu, ex his non poteſt fieri unum; credebat enim Democritus negare naturam cõtinui; ut dicit Commentator: & hoc quia ex duobus diuiſibilibus in actu non poteſt fieri unum continuum: quòd enim ex duobus exiſtẽtibus in actu non poſſit fieri unum, manifeſtum eſt in numeris: ſi enim numerus compoſitus eſt ex unitatibus, ſicut dualitas ex duabus unitatibus; uel oportet dicere, quòd dualitas non ſit aliquid unũ; uel quòd unitates componentes non ſint in actu, ſed in potentia. Notandum eſt, quòd numerus non eſt aliquid propriè unum, niſi fortè per quãdam aggregationem; in qua quidem unitate partes poſſunt eſſe in actu: ſi autem eſſet vera unitas, hoc non poſſet eſſe unum, niſi illę unitates eſſent in potentia; ita quòd ex eis fieret quædam unitas tertia. Deinde cum dicit.

Quod dixit Democritus: autoritate comprobat.

TEX. 50. *Habet autem, quod accidit, dubitationem. Si enim neque ex uniuerſalibus poſſibile eſt eſſe nec unã ſubſtantiam propter tale aliquid, ſed non hoc aliquid ſignificare: nec ex ſubſtantiis contingit actu eſſe neque unam ſubſtantiam: incompoſita erit utique ſubſtantia omnis. Quare nec ratio utique erit neque unius ſubſtantiæ. At uerò uidetur omnibus (ut dictum eſt iamdudum) aut ſolùm ſubſtantiæ eſſe terminum, aut maximè. Nunc autem neque ſi hui. Nullius igitur erit diffinitio: aut modo quodam erit, modo autem quodam non. Manifeſtum autẽ erit quod dicitur ex poſterioribus magis.*

Ex prædictis mouet quandam dubitationem; dictum eſt enim, quòd ex uniuerſalibus non poteſt eſſe aliqua ſubſtantia; ita quòd ſecundũ hoc, ſubſtantia diffinibilis non eſt compoſita ex uniuerſalibus, puta ex genere & differentia: ſi autem eſt hoc ſequitur magnum dubium: ſequitur enim quòd ipſa ſubſtantia non ſit diffinibilis, quia omne diffinibile compoſitum eſt: ſi autem ſubſtantia non eſt diffinibilis, nec aliquod aliorum: quia (ut declaratum eſt ſuperiùs) uel ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio, uel maximè ipſius eſt diffinitio. Eſt ergo dubitatio fundata ſuper hoc, quòd ſubſtantia non poteſt componi ex ſubſtantiis; & ideo nõ poteſt diffiniri. Vt ergo ſoluatur hæc dubitatio, dicendum eſt; quòd ſubſtantia ex ſubſtãtiis quodam modo erit, & quodam modo non erit: non enim poteſt componi ſubſtantia diffinibilis ex ſubſtantiis in actu; ſed benè ex ſubſtantiis in potentia: quomodo autem hoc ſit, magis erit manifeſtum in Octauo.

Dubitatio.

Solutio.

TEX. 51. *Manifeſtũ autem ex his ipſis, quòd euenit ideas dicentibus ſubſtantias ſeparabiles eſſe, & ſimul ſpeciem ex genere facientibus, & differentiis.*

Poſtquam oſtendit, quòd uniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ: oſtendit modò, quòd iſta uniuerſalia non poſſunt dici ideæ ſeparatæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc oſtendit: ſecundò manifeſtat quoddam, quòd dixerat ſuperiùs ibi [Manifeſtum eſt autem, quòd ſubſtantiarum] Prima in duas, quia primò oſtendit, quòd unum uniuerſale non poteſt dici una idea ſeparata: ſecundò oſtendit, quòd iſta idea ſeparata, ſi eſt, non poteſt diffiniri ibi [Quoniam uerò ſubſtãtia altera] Prima in duas, quia primò probat, quòd non eſt dare ideam ſeparatam, deducendo ad multa impoſſibilia: ſecundò concludit ex hoc, quòd impoſſibile eſt dare ideam ſeparatam ſenſibilium ibi [Amplius autem in ſenſibilibus hæc accidunt] Prima in ſex, ſecundùm ſex rationes, quas adducit. Secunda ibi [Deinde ſi quidem participatione] Tertia ibi [Infinita ergo erũt] Quarta ibi [Amplius multa erunt] Quinta ibi [Et ampliùs ideæ] Sexta ibi [Ampliùs ex quo hoc.] Eſt autem prima ratio

Vniuerſalia non poſſunt eſſe ideæ ſeparatæ.

ratio talis: si est una idea respectu omnium indiuiduorum eiusdem speciei propter unam rationẽ, in qua conueniunt indiuidua; ergo erit una idea generis respectu multarum specierum propter unam rationem generis, in qua conueniunt omnes species: sed hoc est impossibile, ergo & primum. Circa istam rationem sic procedit, quia primò dicit, impossibile est ponere unam ideam speciei, & cum hoc ponere, quòd species sit composita ex genere & differẽtiis: secundò ostendit hanc impossibilitatem, quæ sequitur ꝙ erit dare ideam generis separatam, sicut ideã speciei; quod est impossibile ibi [Si enim species sunt] Dicit ergo primò, quòd accidens, & inconueniens, quod accidit sic demonstrantibus, scilicet quòd ideæ specierum sunt separatæ, & quòd etiam hæ species componantur ex genere & differentiis, est manifestum ex his, quæ dicẽtur. Notandum est, quòd si species habet ideam, & cum hæc sit composita ex genere, oportet quòd sicut est dare ideam separatam respondentem indiuiduis; ita sit dare unam ideam generis respondentem multis speciebus, ex quo genus est de compositione speciei, & ideo istud fuit inconueniẽs. Deinde cum dicit.

Si enim species sunt et animal in homine et equo, aut unum & idem numero est, aut alterum. Ratione namque palàm quia unum: eandem enim exhibebit rationem, dicens in utroque. Ergo si est aliquis homo, ipsum secundùm se hoc aliquid & separatum, ne cesse & ex quibus: ut animal bipes hoc aliquid significare, & separabilia, & substantias: quare & animal. Siquidem igitur & in equo, sicut tu in teipso, quomodo in separatim existentibus unum erit? Et quare non, & sine ipso erit animal hoc?

Ostendit hanc impossibilitatem, scilicet ideã esse speciei: quia si hoc est, est dare ideam generis, respondentem multis speciebus, quod est impossile. Et hoc est, quod dicit, quòd si sint aliquæ species, & est animal, quod est genus in duabus speciebus, puta in homine, & equo; istud animal aut erit unum, aut alterum: certum est, quòd non est omnino unũ; nec omnino diuersum; quia est unum secundùm rationem: quia si diffiniatur homo, & equus inquantùm animalia, eadem diffinitio dabitur in utroque: ex quo habeo, ꝙ duæ species conueniunt in una ratione generis; ergo si est aliquis homo separatus, & secundùm se stãs, & hoc aliquid propter unitatem rationis, in qua conueniunt particulares homines: eodem modo erit dare, quòd animal & bipes, ex quibus componitur homo, sunt substantiæ separatæ propter unitatem rationis ipsius generis, uel differentiæ; in qua conueniunt species: si igitur unum & idẽ animal secundùm rationem & secundùm substantiam est in homine & equo, sicut tu es in teipso secundùm substantiam, quia substantia tua in te est; quò nõ ostendit unum animal aliud à speciebus existentibus diuersis separatum propter hoc animal. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur per duo fundamẽta innititur; primum fundamẽtum est, quod ideo ponebatur idea separata respondens indiuiduis, quia in unitate rationis conueniunt indiuidua: hoc enim uidebatur esse fundamentum Platonis, quod isti rationi abstractæ aliquid respondet in re; ita quòd ista unitas rationis, in qua indiuidua conueniunt, sit ipsa idea indiuiduorum. Secundum fundamentum est, quòd si propter unitatem rationis respondentem indiuiduis multis, est dare unam ideam: ita similiter propter unitatem rationis in genere est similiter dare unam ideam generis, correspondentem multis speciebus; hoc est impossibile; ergo & primum. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera, quòd animal in homine & equo est unum in ratione, non diuersum omnino: si autem hoc est, non potest prohiberi, quin sit dare animal separatum secundùm fundamenta Platonis.

Quæreret aliquis, Quare Philosophus habet hoc pro impossibili, quòd esset una idea generis correspondens multis speciebus? Respondeo dicendum est, quòd duplici uia possumus hoc impossibile declarare. Prima uia est ex fundamentis Platonis: quia (ut imponit sibi Philosophus in primo Ethic.) Plato non posuit ideam in his, in quibus est prius & posterius; eo quòd duæ species unnquam sunt æquales gradus, ideo duabus speciebus (secundũ eum) non respõdet una idea: quia uerò in indiuiduis nõ est prius & posteriùs, cum sint eiusdem rationis omnino; ideo illis respondet una idea. Consequentia ergo Philosophi est in hoc; si indiuiduis respondet una idea speciei, ergo & speciebus una idea generis, quod tamen est contra fundamenta Platonis. Secunda uia est ex natura ideæ, quia idea est unum exẽplar, non autem uidetur impossibile, quòd omnibus indiuiduis existẽtibus sub una specie & una ratione, respondeat una ratio idealis: quòd autẽ pluribus speciebus, quæ dicunt plures rationes: respondeat una idea, uidetur impossibile. Ad hãc autem rationem Platonis respondet Eustratius super primo Ethic. dicẽs; quòd omnibus bonis, etiam specie differentibus, inquantùm conueniunt in una ratione boni, respondet una ratio, & una idea boni: inquantùm ergo dicunt bona, & inquantùm est in eis prius & posterius, non respõdet: sed inquantùm conueniunt in una ratione communi, respondet eis una idea: à simili duabus speciebus inquantùm conueniunt in una ratione generis, potest respondere una idea. Videtur ergo ille ponere, quòd alia sit idea generis ab idea speciei: si quis poneret, quòd idea generis non est alia ab idea speciei, nec potest esse; non ualeret solutio Commentatoris Eustratii. Deinde cum dicit.

Deindè siquidem participatione bipedis & multipedis, impossibile aliquid accidit: contraria namque simul inerunt ipsi uni, & huic enti. Si autem nõ, quis modus, cum dixerit utique aliquis animal esse bipes, aut gressibile? Sed forsan componitur, aut copulatur,

Marginalia: Prima rõ. — Ostenditur uniuersalia nõ esse substantias separatas. — Fundamẽta Philosophi. — Quæstio. — Prima uia. — 8. Metaph. 10. — Secũda uia. — Eustratius. — TEX. 52.

latur, aut miscetur? Verum omnia inconuenientia, sed si alterum in unoquoque.

Ponit secundam rationem, & est ratio talis: unum & idem non potest participare contraria, sed si ponatur unum genus separatum, quod ponatur idea, sequetur quòd unum & idem participaret contraria, ergo &c. Si enim natura generis ponatur quædam idea separata, una numero; unū & idem numero participabit duas differentias contrarias: quia quodlibet genus diuiditur per differentias; sed hoc est impossibile. Hoc est ergo, quod dicit in litera: quòd si natura animalis participatione bipedis fit una spēs, quę uocatur animal bipes; & animal participatione multipedis fit alia species, quæ uocatur animal multipes; & hoc animal, quod sic participat duas differentias, sit una idea numero, separata; impossibile aliquid sequetur: sequetur enim, quòd duo contraria sint in eodem numero. Et si aliquis diceret, quod species non fit per talem participationem differētiarum: non erit dare, nec reperiri poterit faciliter aliquis modus, per quem fiat unum ex genere & differentia; sicut animal bipes, uel animal gressibile: non enim potest dici, quòd sit modus cōpositionis, uel mixtionis: si enim esset talis modus, sequeretur multa inconueniētia: quia in omni tali non est unum & idem illud, quod componitur cum alio, uel miscetur; sed alterum in unoquoque: & sic substantia generis non esset una numero in omnibus: sicut alia natura est in hoc mixto, & alio: & similiter alia natura omnino esset natura generis, & differentiæ, sicut alia natura est partium completarum, uel mixtarum. Notandum est, quòd unitas rationis, siue illud, quòd est unum secundùm rationem, est diuersum secū dùm rem; & quod est diuersum secundùm rem non potest trahi ad diuersas contrarietates modo contrario. Et hoc est, quòd dixit Philosophus, quòd si natura generis esset natura separata unica numero, sequeretur quòd unum & idem in re, simul participaret contraria: quod est impossibile.

Secũa ratio.

Idē animal numero esse in pluribus spēbus, impossibile est

Questio. Quæritur, Vtrum unitas generis sit unitas numeralis? Dicendum est, quòd unitas generis magis debet dici unitas, quæ abstrahit à numero, quàm quæ concernat numerum; cōceptus enim generis est conceptus, intellectus præter conceptum numeralem specierum, & numeralem indiuiduorum: ita quòd licet semper numeretur in speciebus, & in indiuiduis; tamen ut sic intellectus abstrahit ab utroque numero. Vnitas ergo eius non debet dici unitas secundùm speciem, nec secundùm numerum: si enim esset unum secundùm speciem, nō reperiretur in diuersis speciebus; cum ergo natura generis reperiatur in diuersis speciebus, non potest esse unum secūdùm speciem: similiter si esset unum secundùm numerum, non posset reperiri in diuersis numero. Vnitas ergo eius est unitas cōceptus & rationis, quæ abstrahit ab unitate specifica, & unitate numerali; & ideo sibi non repugnat, quod reperiatur in utroque, & in diuersis secundùm speciem, & in diuersis secundùm numerum: si autem unitas eius esset unitas numeralis, non posset reperiri in diuersis secundùm numerum. Deinde cum dicit.

Vnitas generis quæ, et qualis.

Infinita ergo erunt ut est consequens dicere, quorum substantia animal. Non enim secundū accidens ex animali homo.

Ponit tertiam rationem; & est ratio talis: si ratio generis est una ratio numeri separata, contigit quòd unum & idem numero erit substantia infinitorum; quia genus est de substantia omniū specierum, quæ quasi sunt infinitæ. Et hoc est, quod dicit: quòd infinita erunt, quorum est substantia ipsum animal; quia homo, & qualibet alia species est ex animali secundùm se, & non per accidens: & sic unum & idem est de substantia infinitorum. *Tertia rō.*

Amplius multa erunt ipsum animal: substantia enim quod in unoquoque animal: non enim de alio dicitur. si autem non, ex illo erit homo, & genus ipsius illud.

Ponit quartam rationem, quæ est: quòd ipsum animal, id est substantia animalis una numero (sicut ponebant isti) simul & semel erit multa: quia ipsum animal est in unoquoque animali, & dicitur sicut de substantia eius: prædicatur enim animal de homine, & de qualibet alia specie sicut de substantia eius: si enim prædicatur animal de homine & aliis speciebus, non sicut alienum de alieno, sed sicut de substantia eius; poterit concludi, quòd homo erit ex animali sicut ex genere; & animal erit genus ipsius. Notandum est, quòd hæ duæ rationes habent unam uiam: supponit enim Philosophus, quòd genus est de substātia, & essentia speciei; si autem ita est, impossibile est, quòd idea separata habeat rationem generis: primò quidem, quia illud, quod est de substantia rei, non est separatum ab illa: secundò autem quia impossibile est, quòd unum & idem numero sit de substantia multorum. Debemus enim notare, quòd animal in homine non est nisi homo; & animal in asino non est nisi asinus; & sic de qualibet alia specie: quia superius in inferiori nō est, nisi inferius: si ergo unum & idem numero esset in pluribus speciebus, sequeretur quòd unum & idem sit unum, & multa simul; quod est impossibile. Deinde cum d. *Quarta rō.* *Superius in inferiori nō est, nisi inferius.*

Et amplius idea omnia, ex quibus hoc. Igitur nō alterius quidem erit idea, alterius uerò substantia: impossibile namque. Ipsum igitur animal erit unūquodque eorum, quæ in animalibus.

Ponit quintam rationem, & est ratio talis: si idea hominis esset separata ab homine, sequetur quòd ea, ex quibus est homo, scilicet genus, & differentia; sint ideæ: quod est impossibile: quia si ita est, unum & idem, quod est idea, erit substantia respectu alterius; hoc autē est impossibile. s. quod unum & idem sit idea, & sit substantia respectu *Quinta rō.*

respectu alicuius: sic ergo ipsum animal non erit quędam idea separata, sed erit ipsum animal; de substātia cuius animalis erit unumquodq; eorū, de quibus prędicatur. Notandum est, ꝙ Philoso. habet pro impossibili, ꝙ idē sit idea & subā rei: quia idea ut idea, separata à re est; substantia āt non est separata; quia (ut ostensum est in principio libri) substantia rei in substantialibus & inseparabilibus idem est cum eo, cuius est: si ergo genus est de substantia rei, impossibile est, quod sit separatum à substantia rei, quia hæc sunt incompossibilia. Deinde cum dicit.

Circa tex. 20. & deinceps.

Amplius ex quo hoc, & quō ex ipso animali? Aut quō possibile est esse animal, quod est substantia hoc ipsum, præter animal?

Sexta ratio Ponit sextam rōnem; & est rō talis: si ponatur aīal separatum, impossibile est, ꝙ homo componatur ex animali; siue quæcunque spēs ex suo genere: impossibile est ēt, ꝙ animal sit substantia hominis. Et hoc est, quod dicit litera, ꝙ facta hac positione, quō possibile est, ꝙ animal componatur ex animali? aut quō possibile est, ꝙ animal sit substantia hominis? q.d. nullo modo est possibile: & hoc quia ipsum animal, quod est substātia, non est præter aīal particulare, cuius est suga.

Quæritur, Vtrum sit dare ideam separatam? Dicendum est, ꝙ dare ideam separatam extra mētem primi intellectus; ita ꝙ sit dare per se hominem, qui sit extra hunc hominem particularem; hoc est impossibile: quia natura hominis habet, quòd sit existens in hoc homine. Si aūt intelligatur, ꝙ detur idea rerum in mente primi, hoc est necessarium: cuius rō est, quia omnia, quæ sunt infra naturam, & infra essentias creatas, procedunt à Deo; non āt procedunt per modum naturæ; restat ergo ꝙ procedant per modum artis: omne āt, quod procedit ab aliquo per modum artis, procedit per modum exemplati: omne autē, quod procedit à Deo per modū exēplati, habet exemplar in mente artificis: si ergo omnia procedunt à Deo per modum exemplatorum, omnia habēt exemplar in intellectu primi: & tale exemplar uoco ideam. Et has ideas secundùm rōnes exteriores in intellectu primi posuit Plato; non quędam subsistentia in intellectu primi; sicut imponit sibi Philoso. Vnde Comm. Eustratius super Primo Ethi. loquens de Platonicis, ait: ideas non ita ponunt. s. Platonici, sicut imponit Philoso. sed ideas dicunt rōnes epitithentas. i. superstantes omnino, & superectas & corporibus & numeris; & numerum quendam diuinum, per quem uelut per exemplum conditorem operari conuenit materialem factionem. Vbi iste Comm. tria dicit de ideis. Primum est, ꝙ sunt quædam rōnes, nō quidem extra intellectum primi, sed stantes sup totam naturam, sicut & ipsum primum. Secūdum, quod dicit, est; ꝙ iste rōnes sunt quasi factiuæ, & quasi practicæ; quia non solùm sunt rōnes cognoscendi, sed rōnes faciendi: & hoc est, quod dicit; ꝙ per eas uelut per exemplum conditor opera-

Quæstio.

Quomō ideæ possint concedi.

Quō Platonici posuerint ideas. ex sententia Eustratii.

A tur. Tertium, quod dicit de eis, est; ꝙ hēnt quendam numerum diuinum: numerum quidē, quia unicuiq; spēi rñdet sua idea: diuinum āt, quia illæ ideæ non differunt secundùm rem, sed secūdùm rōnem: quæ quidem rōnes sunt in intellectu diuino, & sunt idem, quod ipse Deus: ergo Deus est Labirynthus infinitus. Secundùm hanc opin. Platonis sic expositum ex uerbis Boethii in Li. de Trinitate, qui ponit, ꝙ omnis forma, quæ est in materia, est deducta à forma, quæ non est in materia, & hanc uoco ideam. Et hoc est, quod Eustratius dicit ibidem, loquens de Platonicis: dicebant isti Platonici, ista exemplaria, rationes, condōnes, & speculationes; nō ut qualitates quasdā, uel scientias superuenientes ab extra; sed principaliter entia, & subsistentia, & intelligibilia; & eorum, quæ materia archetypa, id est principalia; quæ rationes exteriores, quæ sunt in mente Dei, dicuntur habere principalitatem respectu forma rum in materia.

Boethii sententia.

B

Dubitatur, Vtrum ideæ, sic positæ à Platone, possint uocari uniuersalia separata? Ad hoc respondet Comm. super Primo Ethi. dicens, ꝙ sic; quia ista idea potest uocari uniuersale ante partes: imaginatur. n. ꝙ idea primi hēt esse p essentiam; forma āt in materia habet esse per quandā participationem: & quod prima habet uniuersaliter, & unitè; formæ in materia habent disparatè & partialiter: & ideo forma in materia uocatur sicut pars, ipsa āt idea uocatur sicut totū, totaliter

Quæstio.

Eustratii sententia.

C hñs, qđ reliquæ habent partialiter. Distinguit. n. Cōm. triplex totū; totū in partibus; hoc est totū, qđ hēt esse in suis partibus; ita ꝙ totum est in toto, & pars in parte, & tale totum non potest esse idea; quia idea nō est totum quantitatiuum, nec concernit quantitatem, sicut istud totum. Aliud est totum post partes, & ista est intentio uniuersalis, quam accipit intellectus à partibus; quando scilicet intelligit naturam generis, non intelligēdo species, uel intelligit species non intelligendo indiuidua, & tale totum est illud, de quo dicit Philosoph. Primò de Anima, quod aut nihil est, aut posterius: nihil quidem quia non est in rebus ut sic: posterius autem, quia intellectus accipit hoc à singularibus, & tale totum uniuersale non

Quale totū est idea.

Tex. 8.

D est ipsa idea. Tertio modo accipitur totum ante partes, illud, scilicet ad cuius exemplar fiunt partes: & hoc est exemplar, quod habet per quandā supereminentiam, quidquid partes habent modo partito, & modo diminuto: & tale totum idea est. Et de tali toto non est inconueniens, ꝙ sit unum nu mero (eo modo quo potest esse unū numero in diuinis) quia unum & idem exemplar potest sufficere omnibus indiuiduis unius speciei, & in omnibus: uidemus. n. ꝙ omnes artes fiūt ad unum exemplar, quod est in mēte artificis: Tale ēt exemplar non est de substantia partium, sed est illud, ad cuius imitationem fit tota substantia omnium partium, sicut omnes hoīes imitantur ideam hominis; & de aliis speciebus.

Amplius autem in sensibilibus hæc accidunt, et his absurdiora: si itaque impossibile sic se habere, palàm quia non est idea ipsorum; sicut quidam dicunt.

Concludit, ꝙ hæc inconuenientia, etiam sequuntur ad istos, qui ponũt ideas separatas à sensibilibus, dicens; ꝙ huiusmodi, quæ dicta sunt cõtra ponentes ideas, sequuntur etiam istos, qui ponunt ideas separatas à sensibilibus singularibus, & etiam absurdiora his. Si autem ita est, quòd huiusmodi inconuenientia sequantur; manifestum est, quòd non est dare ideas ipsorum sensibilium separatas, sicut quidam ponunt. Notandum est, ꝙ si aliquis ponit uniuersalia esse separata à singularibus, impossibile ponit: siue singularia sint sensibilia, siue non: quia omnis quidditas siue sensibilis, siue intelligibilis, semper est in singularibus; cum hoc inconueniens magis appareat in particularibus sensibilibus, quàm intelligibilibus; quia ea, quæ sunt in sensibilibus, minus habent rõnem separati, quàm ea, quæ sunt in intelligibilibus. Et hæc est sententia Philosophi hic; postquam.n.posuit, ꝙ impossibile est ponere, ꝙ ideæ sint quædam quidditates separatæ à singularibus; spãliter hoc dixit de singularibus sensibilibus, dicens: ꝙ hæc absurditas, quæ sequitur ponentes ideas separatas; magis apparet in quidditatibus sensibilibus, quàm in aliis: & hoc quia quidditas sensibilis semper est in materia.

Nõ dantur ideæ separatæ à sensibilibus.

TEX. 53. *Quoniam uerò substantia altera, & quod simul totum, & ratio. Dico autem quia hoc quidem sic est. substantia cum materia concepta ratio: illa uerò ratio totaliter.*

Hic ostendit, ꝙ si ideæ ponantur, non possunt diffiniri. Et duo facit, quia primò ostendit, ꝙ singulare generabile & corruptibile non potest diffiniri: secundò ostendit, ꝙ nec ipsa idea potest diffiniri, quæ.s. est singulare incorruptibile. Secũda ibi [Neque itaque idearum nullam] Prima in duas, secundùm duas rõnes, ibi [Non.n. sunt manifesta] Prima in duas, quia primò ponit rõnem: secundò concludit intentum ibi [Palàm quia nõ utique] Rõ prima talis est: oĩs sciã est necessariorum; sciã diffinitiua est sciã quædam: ergo est necessariorum; sed singularia existentia in materia non sunt necessaria, sed corruptibilia, ergo &c. Circa hanc rõem sic procedit, quia primò distinguit quidditatẽ à singulari: secũdò ostendit, ꝙ quidditas non generatur, nec corrumpitur, sed solùm singulare est: tertiò concludit, ꝙ singulariũ non est diffõ, nec demonstrõ. Secũa ibi [Quæcunque quidem igitur ita] Tertia ibi [Propter hoc aũt & subarum] Dicit ergo primò, ꝙ substantia dr̃ duobus modis: uno mõ substantia uocatur ipsum simul totum, quod cõprehendit ipsam rõem quidditatiuam, & illud, cuius est quidditas secũdm materiam: secũdo mõ dr̃ substantia ipsa rõ quidditatiua. Explanat ãt Philoso. seipsum dicens, ꝙ substantia primò est ipsa quidditas, concepta cũ materia; itaꝗ duo comprehendit. s. rõem quidditatiuam, & ipsam materiam, cuius est quidditas; alia uerò. s. tantùm quidditas; ita ꝙ non concernit nisi quidditatem: & iõ prima uocatur simul totũ, quia duo capit; alia uocatur simpliciter substãtia.

Singulariũ non est diffinitio.

Substantia duplex.

Quæcunque quidem igitur ita dicuntur, horum quidem est corruptio: etenim generatio. Rationis autem non est ita, ut corrumpantur: neque enim generatio non enim fit domui esse, sed quod huic domui. Verùm sine generatione & corruptione sunt, & non sunt. Ostensum est enim, quia nullus hæc generat, nec facit.

Postquam ãt posuit drĩam inter substantiam, quæ est quidditas, & inter substantiam, quæ est indiuiduum; ostendit ꝙ unius est generõ & corruptio, alterius uerò non, dicens: ꝙ quæcunque substantiæ ita dicuntur, ꝙ sunt simul totum, istorum est generatio & corruptio; ipsius aũt rõnis, quæ uocatur quidditas, non est generõ, neq; corruptio; non.n. corrumpitur quidditas, ideo non generatur; essentia enim domus non fit; sed illud quod fit, est essentia in hac domo; uel ꝙ essentiã domus fieri non est ipsam essentiam fieri, nisi in hoc; quidditates enim sunt, & non sunt, non per generationem & corruptionem sui, sed per generationem & corruptionem indiuiduorum: ostensum est enim supra, quòd nullus facit, uel generat ipsam quidditatem, nisi per accidens. Deinde cum dicit.

Cuius est generatio, & corruptio.

Propter hoc autem, & substantiarum sensibiliũ singularium nec diffinitio, nec demõstratio est, quia habent materiam: cuius natura talis est, ut contingat & esse, & non esse. Quapropter corruptibilia omnia singularia ipsorum. Ergo si demonstratio necessariorum, & diffĩ õ scientifica, & non contingit sicut nec sciam quandoq; scientiam, quandoq; ignorãtiam esse; sed opinio tale quid est: ita nec demonstrationem nec diffinitionem; sed opinio est contingẽtis aliter se habere. Palàm quia non utique erit ipsorũ nec diffinitio, nec demonstratio.

Concludit rõnem suam, quæ est; ꝙ quia ista generantur ut sensibilia, & ipsa diffinitio est incorruptibilium & necessariorum, non ipsorum sensibilium, ideo ipsorum non est diffinitio. Et hoc est, quod dicit, ꝙ pp hoc. s. quia corrumpuntur & generantur, substantiarum sensibilium singularium nec est diffõ, nec demõstratio: quia singularia, quæ corrumpuntur; hẽnt materiam, quã conuenit esse sub forma, & sub priuatione formæ: & ideo singularia talia sunt corruptibilia. Si ergo demonstratio & diffinitio scientifica est necessariorum; certè diffinitionem, & demonstrationem non conuenit esse taliũ: & maximè quia scientia non est quærere quandoque scientiam, quandoque ignorantiam; ideo debet esse semper necessariorum: si.n. esset contingentium, scientia aliquando esset ignorantia: quando.n. ipsũ contingẽs esset, esset sciẽtia: quando esset corruptũ, esset ignorantia ipsius: igitur contingẽtis potest esse opinio, quæ quidem est contingentis aliter se habere; sed non sciã, quæ est necessariorum.

Diffõ est incorruptibilium.

Diffõ, & demonstratio scientifica est necessariorum, & nõ contingentium.

Palàm

Palàm quia non utique erit ipsorum neque diffinitio, nec demonstratio.

Concludit propositum, dicens: ꝙ manifestum est ex precedentibus, ꝙ nec diffinitio, nec demõstratio erit ipsorum singularium.

Non enim sunt manifesta corrupta scientiam habentibus, & cum à sensu abscesserint, saluatis rationibus in anima eisdem; non erit nec diffinitio amplius, nec demonstratio. Propter quod oportet eorum ad terminum studentem, cum aliquis diffiniat aliquid singularium, non ignorare, quia semper auferre est: non enim contingit diffinire.

Secunda rõ

Ponit secundam rationem ad idem; & est ratio talis: illa, quorum est scientia, debent sic se habere ad intellectum, quòd si saluetur ratio ipsorum in intellectu, scientia ipsorum saluatur; ita ꝙ habere scientiam illorum, est habere rationem illorum: sed singularia corruptibilia non sunt huiusmodi; quia re corrupta, remanet eadem ratio apud intellectum, quæ tamen scientia priùs de re non habetur. Et hoc est, quod dicit; non est sciã corruptibilium singularium, quia non sunt manifesta, quando sunt corrupta, nec quando recedũt à sensu; & tamen eædem rationes remanẽt apud animam; & propter hoc ipsorum non est diffinitio scientifica, nec demonstratio: & propter hoc cum aliquis diffiniat rem, ut inueniat terminum rei, & diffinitionem, oportet ꝙ non ignoret; quia semper contingit auferre singulare, manente tamen ratione apud intellectum; quoniam ipse intellectus concipit singulare: & ideo ipsius singularis non est uera diffõ, quia sp uera diffõ remanet, manente rõne apud animam. Notandum est, ꝙ scientia per negationem apud aliquem potest esse duobus modis: uel quia deletur rõ rei scibilis apud animam: uel quia destruitur res in se; ꝙ. n. nesciam Petrum sedere, hoc potest contingere duobus modis, uel quia nullam rõnem & notitiam habeam de terminis, utpotè de Petro, & sessione; uel quia si fingo aliquam rõnem apud intellectum de hoc; tamen non est in re sicut fingo; eo quòd fortè Petrus stat. Si ergo notitia rei potest deficere istis duobus modis: uera ãt scientia non deficit nisi uno modo. s. pp defectum rõnis apud animam: non. n. potest deficere pp defectum obiecti, quia uera sciã de necessariis est; necessarium ãt deficere non potest: sciã, uel notitia, quę dr̃ opinio, potest deficere duobus modis, quia talis notitia contingentium potest esse; quæ quidem contingentia possunt deficere in se. Dicimus ergo, ꝙ ad rõnem ueræ sciæ requiritur solùm, ꝙ rõ rei scibilis sit apud aĩam; non ãt ꝙ res scibilis existat, uel non existat in esse existentiæ; quia scientia propriè non cadit super esse existẽtiæ, & quia non cadit super esse existentiæ, ideo non destruitur pp defectum esse existentiæ; notitia ãt, quæ cadit super singulare existens, quia cõcernit existentiam obiecti, non est uera sciã: cuius ratio est, quia uera notitia, & uera sciẽtia nũquam uertitur in ignorantiam, ut prędictum est:

Singulariũ quare non est nec sciã, nec diffõ.

Dicẽs Philosophus hic. Per singularis non est sciẽtia: intelligit de singulari cõtracto ad existentiam. qđ nihil addit ultra suam speciem. nec habet aliud qđ quid est, quã species, nec aliã diffinitionem, et cum definitio subiecti sit medium in demõstratione potissima, quã sciẽtia aggeneratur, merito eius non est scientia.

A hęc ãt notitia, quãdo res existit, est ignorãtia, & falsitas; rõ ãt & notitia, quæ hr̃ de re necessaria, uel de esse essentiæ non potest uerti in ignorantiam, uel falsitatem propter defectum obiecti.

Neque itaque idearum nullam est diffinire: singularium enim idea (ut dicunt) & separabilis est.

Ostendit, ꝙ idea, siue singulare incorruptibile non potest diffiniri. Et duo facit, quia primò ostendit, ꝙ singulare incorruptibile, qđ est idea; non potest diffiniri: secundò ostendit, ꝙ singulare, cuius tota spẽs saluatur in unico indiuiduo; sicut est Sol, & Luna; non potest diffiniri inquantùm singulare, ibi [Quemadmodum ergo dictũ est] Prima in duas, quia primò ponit conclusionem suam: secundò probat eam, ibi [Necessariũ B uerò ex omnibus.] Dicit ergo primò: ita dictum est, ꝙ singulare & corruptibile nõ diffinitur; nec etiam contingit diffinire illam ideam: idea. n. secundùm Platonicos separabilis est, & singularis est. Deinde cum dicit.

Necessarium uerò ex nominibus esse rationem. TEX. 54. *Nomen autem non facit diffiniens: ignotum enim erit. Posita autem communia omnibus. Ergo necesse inesse & alii hac: ut si quis diffiniat, animal, dicet gressibile, aut album, aut aliud aliquid, quod in alio sit.*

Probat hoc per unã rõnem. Et duo facit, quia primò ponit rõnem: secundò excludit quandam falsam responsionem, ibi [Siquis ãt dicat] Ponit ergo rõnem, quæ talis est. Vnum nomen non diffinit, quia diffinitio cõponitur ex pluribus nominibus: C si ergo singulare, quod est idea; debet diffiniri, ex pluribus nominibus diffinietur; ista plura sunt communia, & non propria; si ãt communia sunt, non conueniunt soli; si non conueniunt soli, non est diffinitio. Et hoc est, quod dicit Philoso. in litera: necessarium est esse diffinitionem in nominibus; unum. n. nomen non manifestat diffinitum; nomina ãt posita in diffõne communia sunt pluribus; si cõia, ergo ista nomina, quæ ponuntur in diffõne ideæ, seruiunt alteri, quàm ipsi ideæ. Quòd ãt sint communia, patet: si quis uellet te diffinire, diceret sic: tu es animal, albũ, gressibile, uel aliquid aliud: quod propter communitatem est, uel potest esse in alio, quàm in te ipso. Notandum est, quòd ratio Philosophi D fundatur super duas propositiones: prima est, quòd diffinitio non capit unum nomen solùm, sed plura nomina: secunda est, quòd ista nomina communia sunt, & non propria: & si sunt communia, non possunt diffinire aliquod singulare proprium, sed solùm diffiniunt commune. Prima propositio patet, quia diffinitio est expositio rei; non potest autem exprimi res, nisi exprimantur omnes conceptus rei: res ergo diffinibilis est expressibilis per conceptus: unum autem nomen non potest exprimere multos conceptus (aliàs nomen esset æquiuocum) si enim benè debet exprimi res diffinibilis, oportet ꝙ exprimatur per multa nomina, exprimẽtia multos

Vnum nomen nõ diffinit.

Fundamẽta Philosophi.

conceptus,& uarios. Secunda propositio patet, quia illud, quod cadit in diffinitione, uel forma est,uel conceptus formalis communicabilis; & potest reperiri in multis indiuiduis: licèt autem non reperiatur propter defectum materiæ:Si ergo ita est, nomina posita in diffinitione,indicant rem communicabilem, & non incommunicabilem; & per consequens possunt indicare speciem uel genus, nunquam autem indiuiduum:quia omnis forma,quæ communicabilis est,non plus concernit hoc indiuiduum, quã aliud:si autem non plus concernit, non plus diffinit unum indiuiduum,quàm aliud: possunt ergo diffiniri indiuidua,ut communicant in aliquo cõmuni;sed in se non possunt. Deinde cum dicit.

Forma cõicabilis qualis.

Si quis autem dicat,nihil prohibere separatim quidem omnia multis, simul uerò huic soli inesse.

Subiungit quandam falsam responsionem.

Et duo facit, quia primò ponit hanc responsionem:secundò improbat eam,ibi [Primùm quidẽ quia & ambobus] Primò ergo ponit responsionem,dicens:quòd unumquodque illorum nominum,positorum in diffinitione singularium, bonè est commune,& est in plus quam ipsum singulare: tamen omnia simul sumpta conuertuntur cum ipso singulari,& conueniunt uni soli; & sic diffinietur,non obstante communitate terminorum. Notandum est,quòd aliquid potest esse commune de se, tamen contractum efficitur proprium;sicut animal per se commune est, tamen contractum per rationale fit proprium hominis:ita dicerent illi,quòd unumquodque illorum nominum est commune de se, tamen iuncta simul,efficiuntur propria huic ideæ. Deinde cum dicit.

Euasio aliquorum.

Cõe quo efficitur proprium.

Primùm quidem quia & ambobus, ut animal bipes animali & bipedi. Et hoc in sempiternis quidem.

Excludit hanc responsionem. Et duo facit,secundùm quòd duas rationes adducit ad excludendum eam.Secunda ibi [Ampliùs de multis.] Prima in duas,quia primò ponit rationem suam:secundò manifestat quoddam, quòd dixerat, ibi, [Et necesse esse priora.] Primò ergo ponit primam rationem,dicens. Dicebatur enim in responsione, quòd ista nomina coniuncta conueniunt tantùm uni,scilicet ideæ,quod est impossibile: primò quidem, quia ista, quæ diffiniunt, scilicet genus & differentia insunt duobus:animal enim & bipes inest animali,& bipedi separato,& inest etiã ipsi homini separato:& sic hoc in supremis, idest in ideis accipitur, scilicet quòd ista diffinientia etiam simul iuncta insint duobus.Notandum est(quòd secundùm opinionem Philosophi)animal in homine non est nisi homo; & animalitatem inesse homini & animali,non est eam inesse duobus:& eodem modo dico de differentia: cũ enim dico rationale esse rationale, & hominem esse rationalem,non dico duas rationalitates,sed unam:si autem genus & differentia essent sepa-

Reiicit datam responsionem.

Animal in hõie nõ est nisi homo.

rata à specie, oporteret, quòd natura generis & differentiæ inesset duobus:quia igitur Plato posuit ideam generis & differentiæ esse separatam à specie,& ab isto separato; quod uocauit ideam hominis;oportebat quòd natura generis & differentiæ inesset duobus, scilicet animali & bipedi separato;& ideæ hominis,quæ diffinitur. Deinde cum dicit.

Et necesse esse priora existentia & partes compositi. Quinimmo & separabilia,si homo separabile. Aut enim nihil, aut ambo: siquidem igitur nihil: non erit genus præter species: si uerò erit, & differentia.

Manifestat quædam, quæ dixit:dixit enim,quòd accidit illam definitionem inesse duobus,scilicet ipsi generi,& ipsi speciei; sicut animal animali separato,& ipsi homini;& similiter bipes: posset ergo aliquis dicere,quòd licèt Plato posuerit speciem separatam,tamen non genus,nec differentiam:& ideò uult probare, quòd etiam ista sunt separata,sicut species separata est;& hoc probat tribus modis. Secundus modus probandi est, ibi [Deinde quia priora] Tertius ibi [Deinde autem si ex ideis.] Probat ergo primo modo,dicens:quòd necesse est genus & differentiam esse priora, quàm speciem; sicut partes priores sunt composito:& non solùm hoc est necesse,sed etiã necesse est genus & differentiam esse separatam, si homo est separatus: aut nihil de numero uniuersalium erit separatum,aut aliquid:si nihil,tunc certum est,quòd genus non est separatum. Deinde cum dicit.

Dilucidatio superiorum

Deinde quia priora ipso esse. Hoc uerò non consequenter auferunt.

Probat idem per alium modum; & est ratio sicut prius in hoc: genus & differentia sunt priora ipso esse speciei; quia remoto genere, aufertur species, & non èconuerso; prius autem est illud, a quo non conuertitur consequentia:si ergo est prius;& quod habet naturam prioris uidetur esse magis separatum,ergo genus uidetur magis esse separatum,quàm species. Notandum est,quòd huiusmodi ratio cum priori fundatur super eadem radice;quæ quidem radix est in hoc:quòd illud,quod est prius interuniuersalia,uidetur esse magis elongatum à materia: quod autem est magis elongatum, uidetur habere magis rationem separati: cum ergo genus sit prius,magis uidetur habere rationem separati,quàm species:quòd autem sit prius,probauit prima ratio,quia est pars speciei: quòd etiam sit prius probauit secunda ratio,quia ad remotionem illius, remouetur species; non èconuerso.

Probat adhuc.

Deinde autem si ex ideis, ideæ minùs composita ex quibus. TEX. 45.

Probat idem per tertiam rationem, & est ratio talis:quod est magis simplex & minùs compositum,uidetur habere magis rationem separati, quàm illud,quod est magis compositum:sed genus est huiusmodi respectu speciei, ergo &c.

Probat adhuc tertio.

Hoc

Hoc est,quod dicit:quòd si ex ideis generis fuerit idea speciei;minùs erit composita idea generis,quàm speciei;& per consequens magis separabilis. Notandum est (ut iam dictum est) ꝙ si genus non est separatum à specie, naturam generis inesse generi & speciei, non est ipsam inesse duobus,ut supra declaratum est: animal enim in homine non est nisi homo: si autem genus & differentia sunt separata, naturam generis inesse generi,& naturam differentiæ inesse differentiæ & easdem inesse speciei, est eas inesse duobus: cum ergo Philosophus uoluerit probare, quòd si idea diffinitur,diffinitio inest duobus,scilicet generi,& differentiæ,& idem speciei;oportuit probare quòd genus & differentia essent separata à specie. Deinde cum dicit.

Ampliùs de multis oportebit,& illa prædicari, ex quibus idea,ut animal,bipes. Sin autem,quomodo cognoscetur? Erit enim idea quædam, quam impossibile de pluribus prædicari,quàm de uno. Non uidetur autem,sed omnis idea est participabilis.

Reiicit denuò primò allatam responsionem.

Excludit prædictam cauillationem per aliam rationem:dicebat enim cauillatio illa, quòd illa simul iuncta participabantur ab uno: hoc ergo excludit Philosophus per talem rationem. De ratione enim ideæ est, quòd sit participabilis à multis: si ergo ab uno solo participatur, non est idea. Et hoc est,quod dicit litera;quòd oportet illa,ex quibus est idea hominis,sicut est animal, & bipes;quòd à multis participentur: nam si nó participarentur,non haberent rationem ideæ:in hoc enim cognoscitur idea,quòd à multis participatur: si enim ab uno solo participaretur, erit quædam idea,quæ non poterit prædicari de multis,nec participari; quod est contra rōnem ideæ: quia omnis idea participabilis est à multis.

Ideæ sunt pluribus cōicabiles,& à multis participabiles.

Notandum est,quòd de ratione exemplaris est, quòd possit participari à multis, quæ existunt in materia:sicut ad imitationem unius artis existentis in mente artificis, possunt fieri multæ artes: Ita ponebat Plato à simili,scilicet, ꝙ infiniti homines possunt imitari ideā hominis: Suo enim modo imaginabatur differentiam inter ideam, & illud,quod participat ideam;sicut inter domum in mente artificis,& domum in materia:sicuti ergo de ratione domus existentis in mente artificis, est,quòd possit à multis participari, existentibus in materia:ita de ratione ideæ est, quòd sit à multis participabilis; nam aliàs non haberet ratione ideæ:cum ergo isti ponerent,quòd idea hominis participatur ab uno solo,sicut ab homine separato; non habebat rationem ideæ. Deinde cum dicit.

Quemadmodum ergo dictum est,latet quòd impossibile diffinire in sempiternis: maximè uerò quæ cunque unica, ut Sol,& Luna.

Postquam ostendit, quòd indiuiduum corruptibile non est diffinibile: & ulteriùs quòd indiuiduum incorruptibile, sicut idea,non est etiam diffinibile:hic ostendit, quòd indiuiduum incor A ruptibile,quòd est unicum ī specie una, sicut sol non est diffinibile. Et duo facit, quia primò hoc ostendit: secundò concludit principale propositum,scilicet quòd idea diffiniri non potest. Secunda ibi [Quoniam propter quid nullus ipsorum.] Prima in duas,quia primò ostendit,quomodo in tali indiuiduo,in quo saluatur tota species,est quædam apparentia,quòd possit diffiniri:secundò ostendit,quomodo peccatum est diffiniendo tale indiuiduum. Secunda ibi [Non solùm enim peccant.] Dicit ergo primò,ꝙ istud, quod dictum est,scilicet quòd impossibile est ipsum indiuiduum diffiniri;latet in quibusdam indiuiduis,sicut est in supremis indiuiduis:quæcunque sunt unica sub una specie,sicut est sol, & luna.

Indiuiduū non diffinitur.

B Quasi dicat,licèt in aliis indiuiduis non uideatur dubium hoc, quod dictum est, scilicet ꝙ impossibile est,indiuiduum diffiniri: tamen quādo tota species saluatur in uno indiuiduo,hoc est multum dubium, scilicet quomodo talia indiuidua non possint diffiniri:quia in talibus est quædam apparentia,quòd possint diffiniri. Notandum est, quòd quando plura indiuidua sunt sub una specie, statim apparet, quòd species est alia ab unoquoque illorum indiuiduorum; & ideo in talibus nulla apparentia est,quòd si species diffinitur,quòd propter hoc indiuiduum diffiniatur: quando autem una species tota saluatur in uno indiuiduo, nec potest esse extra illud,quædam apparentia est;quòd natura speciei,quæ non potest C saluari extra hoc indiuiduum,sit idem cum indiuiduo; & ex hac apparentia fortè uideretur alicui,quòd si species potest diffiniri,quòd fortè & indiuiduum.

Non solùm enim peccat additione talium; quibus ablatis,adhuc erit Sol:puta terram girans; aut nocte absconditum. Si enim steterit, aut apparuerit,non adhuc erit sol: sed absurdum si non: sol enim quandam substantiam significat.

Ostendit,quomodo peccatum est in diffiniendo tale indiuiduum. Et diuiditur in duas partes, secundùm quòd hoc dupliciter ostendit. Secunda ibi[Ampliùs quæcunque in alio.] Dicit ergo primò, quòd quidam peccant in diffiniendo solem,& Lunam; quia diffiniunt per talia, quibus D remotis,non remouetur diffinitum;ut si quis diceret, quòd Sol est astrum girans terram: uel ꝙ est astrum nocte absconditum;hoc modo nō bene diffinitur:quia si istæ essent bonæ diffinitiões, illis remotis,remoueretur diffinitum; ergo si staret sol,aut appareret in nocte, iam non esset sol; quod tamen absurdum esset dicere; ergo nō fuerunt bonæ diffinitiones:sol enim significat substantiam quandam;girare autem terram, aut apparere, significat quædam accidentia; substantia autem non debet remoueri per remotionem accidentium; nec debet diffiniri per accidentia. Deinde cum dicit.

Errores,qui contingunt circa diffōnē indiuidui

Ampliùs quæcunque in alio contingunt,ut si aliter fiat talis;palàm quia sol erit. Communis ergo ratio,

tio, sed erat singularium Sol, ut Cleon, aut Socrates.

Secundus error. Ostendit, quomodo peccatur secundo modo in diffiniendo talia indiuidua, dicens: quòd sic diffinientes, non solùm peccant per modum iam dictum; sed etiam quia tales diffinitiones possunt contingere alii indiuiduo ab isto, scilicet si fiat alter talis, idest fiat alter Sol, Sol erit: si autem est Soli una ratio communis, erit ratio istius & illius solis: cum enim dicitur, quòd sol est girans terrã, uel absconditum in nocte; non hoc conuenit isti soli; sed etiam soli, qui posset fieri: & ita non diffinitur indiuiduum, sed ipsa species: sol autem, qui hic debet diffiniri; erit de numero singularium, sicut est Cleon, uel sicut Sortes. Notandum est, quòd in diffinitione talium indiuiduorum duplex peccatum potest esse: primum est ex hoc, quòd diffiniuntur per accidentia: cum enim omnis diffinitio indicet substantiam rei; omnis diffinitio, quæ datur per accidentia, peccat: Et potest esse ex hoc, quòd diffinitio non est propria, nec conuertibilis: & hoc quia conuenit alteri, quod est, uel quod potest esse: & tali peccato peccant omnes, qui uolunt diffinire indiuiduum: cum enim omnis diffinitio sit per formã, & forma posset esse in pluribus, omnis forma poterit esse in pluribus indiuiduis; & per consequẽs non erit conuertibilis cum uno: si enim daretur aliqua diffinitio de hoc sole; ista diffinitio esset per formam; & per consequens posset inesse alteri, quàm huic soli: si autem posset inesse alteri, non esset diffinitio huius indiuidui, sed speciei. Et super hoc fundat Philosophus intentionem rationis suæ: quòd si indiuiduum diffinitur, uel diffinitur per formam, uel diffinitur per illud, quod addit indiuiduum super formam: si per formam, tunc non est diffinitio indiuidui: quia ipsa forma species est: per formam ergo diffiniri nõ potest; quia forma ut forma non determinat plus sibi unum indiuiduum: quàm aliud: nec potest diffiniri per se, per illud, quod addit indiuiduum super formam: quia tale (secundùm Philosophum) est materiale, & indeterminatum: & sic nullo modo potest diffiniri.

Quoniam propter quid nullius ipsorum terminũ profert ideæ: Fiet enim utique manifestum tentantibus, quia uerum, quod modo dictum est.

Conclusio. Concludit principale intentum, scilicet quòd idea non diffinitur, dicens: quòd propter hoc nullus tentabit dare terminum & diffinitionem: & hoc si tentantibus fuerit manifestum, quod nunc dictum est: si enim uiderint ista, quæ diximus, nõ tentabunt diffinire.

TEX. 56. *Manifestum est autem, quòd substantiarum esse existimata, plurimæ potestate sunt; ut ipsæ partes animalium: nihil enim ipsorum separatum est. Quando autem separata fuerunt, tunc entia, ut materia omnia, terra, ignis, & aer: nihil enim ipsorum unum est, nisi ut cumulus antequàm digeratur, & fiat aliquid ex ipsis unum.*

Manifestat quoddam, quod dixerat; dixit. n. quòd substantia sensibilis non est separata, contra Platonem: & ideo hoc manifestat in quibusdã substantiis. Et duo facit, quia primò ostendit hoc: secundò remouet quandam falsam suppositionem super has substantias. Secunda ibi [Maximè utique aliquis] Dicit ergo primò, quòd plurimæ de numero substantiarum separatarum nõ sunt, nec habent actum separatum; sicut partes animalium separatæ nõ sunt à materia, nec à toto: nihil enim illorum existens in toto, habet actum separatum, nisi in potentia: & quando sunt separata ab ipso toto, non sunt entia entitate totius, nisi in potentia tantùm: sicut materia est in potentia ad aliquã formam: ita quòd quando sunt in potentia ad actum separatum: & quando sunt separata à toto, sunt in potentia ad actum totius. Et hoc patet in elementis, quę sunt partes mixti: ex eis. n. non fit unum, antequam congerantur, & frangantur, & fiat ex eis una forma mixtiõis: nisi fortè dicatur, quòd fiat unum ex eis per quandam aggregationẽ, sicut est cumulus lapidum. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duas propositiones: prima est, quòd illa substantia, quæ aliquando est ipsius totius, uel materiæ, quando est in actu; non est separata à materia: quia substantia separata à materia, non est aliquando in potentia materiæ, uel totius: Secunda propositio est, quòd multæ substantiæ sunt huiusmodi, quæ aliquando sunt in potentia, aliquando in actu: sicut patet in partibus animalium, & in elementis respectu mixti. Deinde cum dicit.

Regreditur ad solutionem dubii de cõpone substãtiarum. Fundamentum Philosophi.

Maximè autem utique aliquis animatorum partes suspicabitur & eas, quæ animæ propinque, ambas fieri entes, & actu fieri, & potẽtia, eo quod principia motus habeant ab aliquo in iuncturis. Propter quod quædam animalia diuisa uiuunt: sed tamen potentia omnia erunt: quando unum fuerit & continuum natura, sed non ui, aut copulatione: tale nam que est orbatio.

Suspicationem e medio tollit. Remouet quandam suspicationem: suspicaret enim aliquis, quòd partes animalis propter propinquitatem, quæ inest eis ex potentia ad actum, hoc est, quia animalium corpora aliqñ sunt corpora organica; quę corpora hñt partes distinctas; pp quã distinctionẽ vr̃, quòd corpora talia habeant potentiam propinquam actui: propter quam propinquitatem suspicaretur fortè aliquis, quòd haberent actum separatum, qđ tamẽ falsum est. Et hoc est, quòd dicit: quòd aliquis suspicabitur, partes animalium & animæ esse in actu: & hoc quia principia motus sunt in iuncturis membrorum; in quibus iuncturis una pars mouet aliam; ita quòd apparent quasi distinctè in actu: ex quo etiam cõtingit, quòd quædam animalia diuisa uiuunt, sicut animalia anulosa; est ergo ibi propinquitas potentiæ & actus; sed tamen non est ibi actus separatus; sed sunt tantùm in potentia: si enim ipsum animal fuerit unum continuum natura, nec ui, nec per copulationem aliquam, oportet quòd partes

partes animalis non habeant actum separatum à toto: si autem partes essent unum per uiolentiam, uel per copulationem possét habere duos actus; sed quia hoc est impossibile, quia talis unitas est quædam orbatio, ubi est aliquid contra naturam; ideo oportet, quòd sint unum, & quòd non habeant actus separatos. Notandum est, quòd in aliquibus animalibus propter imperfectionem sui partes animalis habent propinquitatem ad actũ separatum, quia possunt uiuere in toto, & possunt uiuere extra totum; sicut in animalibus anulosis: quia enim ista animalia in sui operatione non requirunt magnam diuersitatem in organis, ideo anima propter suum debile esse potest operari in qualibet parte totius: quædam autem sunt animalia, quæ propter sui perfectionem non habent potentiam propinquam actui; ita quòd partes separatę possunt uiuere extra totum, & habere actum suum extra totum: & ideo in talibus partes extra totum non uiuunt. Debemus enim imaginari, quòd forma perfectior requirit organum perfectius in sui operatione; & aliquod organum imperfectũ sufficeret ad operationem formæ imperfectæ: licèt ergo pars separata possit sufficere ad operationem animæ imperfectæ: tamen non sufficit ad operationem animæ pfectæ: Unde Comm. dicit, quòd in talibus animalibus partes sunt appropinquantes adinuicem in potentiis, & in actu: ita ꝙ quælibet pars recipit omnes potentias, & omnes uirtutes animæ; & apparẽt omnes uirtutes in qualibet parte: nec requirunt diuersitatem partium organorum: & hæc est causa quare diuisa uiuũt.

Animalia duplicia.

TEX. 57. *Quoniam uerò unum dicitur, sicut ens, & substantia unius una, & quorum una numero unum numero; palàm quia nec unum, nec ens contingit substantiam esse rerum; sicut neque elemento esse, aut principio. Sed quærimus quidem principium, ut ad notius reducamus.*

Postquam ostendit, quòd uniuersalia non dicunt substantiam rei: hic specialiter ostendit, ꝙ ista duo uniuersalia unum, & ens non sunt substãtiæ. Et diuiditur in duas partes; quia in prima hoc ostendit: secundò redit ad substantiam, & quidditatem rei; quia loquẽdo de uniuersalibus, fecerat quandam digressionẽ. Secunda ibi [Quid autem oportet dicere] Prima in tres, quia primò ostendit, quòd unum, & ens non sunt substantiæ: secundò ostendit, quid benè dixerunt Platonici, & quid non benè in ponendo ideas separatas: tertiò concludit, quòd nullũ uniuersale est substantia rei. Secunda ibi [Sed species dicentes] Tertia ibi [Quod quidẽ igitur neque uniuersaliter.] Prima in duas partes, quia primò ponit intentũ suũ: secundò probat illud ibi [Magis igitur horũ substantia est] Dicit ergo primò, quòd sicut dicitur ens, ita dicitur unum: quia unum & ens conuertũtur; & substãtia uniuscuiusque rei una est. & quorum substantia est una, illud est unũ numero: & si res est una per substantiam rei tantùm; manifestum est, quòd nec unum, nec ens contingit esse substantiam rerum: sicut nec elemento esse, aut principio contingit esse substantiam illius, cuius est elementum, aut principium; sed semper sicut principium & elementum reducitur ad aliquid notius, quod est substantia subiecta isti rationi, quod est esse principium, uel elementum: ita ens, & unum similiter reducitur ad substantiam subiectam entitati & unitati. Notandum est, quòd primò ponit Philosophus illud, per quod aliquis posset credere, ꝙ unũ & ens eẽnt sũba rei, & reduci ad sũbamrei: secundò ostendit, ꝙ hoc nõ dẽt mouere: primò enim ponit, ꝙ substantia rei est una per se: & ex hoc aliquis posset credere, quòd ens, & unum dicerent substantiam rei: secundò ostendit, quòd ens, & unum non dicunt substantiam rei, hoc non obstante. Ad cuius euidentiam notãdum est, quòd unaquæque res est una per substantiam suam; & est ens etiam per illam: unitas ergo rei non differt à re, nec etiam entitas: tamen unũ & ens uniuersaliter accepta, duo dicunt; ex una parte unitatem & entitatem; ex alia parte cõmunitatem & vniuersalitatem: ipsa ergo unitas & entitas pertinet ad substantiam rei; & ideo dicunt aliquid accidens entitati & unitati; accidit enim unitati, quòd intelligatur ut uniuersalis, & etiam entitati: & quantùm ad hoc non dicunt substantiam rei, sed aliquid accidens substantiæ. Notandum est, ꝙ sicut cũ dico hoĩem esse hoĩem, & hominẽ esse principium, duo dico: quia dicendo hominem esse hominem, dico substantiam rei: dicẽdo autem hominem esse principium, dico illi aliquam proprietatem; quia dico aliquam habitudinem hominis ad illud, quod est principaliter ab eo: & similiter cũ dico aerẽ esse aerẽ, & ipsum eẽ elementũ, duo dico: quia cum dico aerem esse aerem, dico substantiã eius: cũ dico ipsum esse principium, dico habitudinem & proprietatem. Ita similiter cum dico ens & unum, dico aliquid pertinens ad substantiam rei: cum autem dico ens & unum esse uniuersalia, dico aliquam proprietatẽ entis & unius, scilicet uniuersalitatem: & quantũ ad hoc non dico præcisè substantiam rei; sed dico substantiam cum aliqua proprietate. Et ideo Philosophus uolens ostendere, quòd unũ, & ens non dicunt substantiam rei; dedit exemplum de principio, & elemento; uolens quòd sicut rem esse principium, & esse elementum, est rem habere aliquam proprietatem accidentalem: ita rem esse uniuersalem, est rem habere aliquam proprietatem accidentalem. Notandum est, ꝙ littera præcedens potest aliter legi, & meliùs: ita quòd sit una ratio ad probandum, quòd ens, & unum non sunt substantiæ rerum: & secundũ hoc erunt tres rationes ad hoc probandum, scilicet ista cũ duabus sequentibus: & est ratio talis. Ens, & unũ conuertuntur; sed substantia rei est una numero, ergo substantia rei est una unitas numero: ita ꝙ sicut quælibet substantia rei est una unitas in numero; ita ens est unum in numero: si autem ita est; manifestum est; quòd ens, & unum ut communia

Diuisio de ente & uno.

Ens, & unũ conuertuntur.

Res est una per substantiam suam.

Unitas rei non differt à re.

Altera litteræ expositio

nia

nia sunt, non dicunt substantiam rei; sicut nec elementum, nec principium. Hæc autem ratio fundatur super duas propositiones: prima est, quòd substātia & entitas rei est una numero: cuius propositionis ratio est; quia omne, quòd est, ideo est, quia unum numero est: unde sicut principium, & elementum duo dicunt, substantiam, scilicet rei subiectam isti proprietati, quæ est esse principiū & elementum; & ipsam proprietatem: ita similiter unū, & ens, in uniuersali accepta, duo dicunt: scilicet entitatem & unitatem, & proprietatem uniuersalitatis: quæ proprietas nō spectat ad substantiam rei, sed ei accidit per intellectum: sicut enim accidit rei, quòd intelligatur: ita accidit rei, quòd sit uniuersalis. Deinde cum dicit.

Substantia rei est una numero, & quare.

Magis igitur horum substantia est ens et unum, quàm principium, & elementum, & causa. Sed nec ista sunt, si nec aliud commune nihil substantia sit. Nulli namque inest substantia, sed huic, & habenti ipsam, cuius est substantia.

Secundùm primum modum legendi hic probat intentum: secundùm uerò alium modum ponit aliam rationē: & est ratio talis. Ens & unū, quæ sunt communia, magis uidentur dicere substantiam rei, quàm alia communia; sed ista non dicunt substantiam rei, ergo nec alia: quòd autē ista communia non dicant substantiam rei, patet: quia substantia rei nulli inest, sed est per se subsistens; licèt ista communia & alia insint alicui, scilicet particularibus, scilicet quorum sunt substantia; ergo &c. Et hoc est, quod dicit litera; quòd magis uidetur esse substantia horum particulariū & sensibilium unū, & ens, quàm ista uniuersalia elemētum, & causa; sed ista, scilicet unum & ens non sunt substantia, ergo, nec aliquid commune erit substantia: cuius ratio est; quia substantia nulli inest, sed uniuersale inest huic, scilicet sensibili particulari habente ipsam substantiam. Notandum est, quòd (sicut dictum est supra) hæc ratio non plus probat, nisi quòd uniuersale non est substantia, quæ est hoc aliquid: de ratione enim substantiæ, quæ est hoc aliquid; est, quòd nulli insit; sed quòd sit substantia signata per modum qualis substantialis, hoc enim probat: uniuersale ergo licèt non sit substātia signata per modū quid, tamen potest esse substantia signata per modum qualis substantialis. Deinde cum dicit.

Altera rō ad idem.

Amplius quòd unum, apud multa nō utique erit simul; quod autem commune, simul apud multa existit. Quare palàm quia nullum uniuersalium existit præter singularia separatim.

Ponit alteram rationem, quæ secundùm primum modum legendi est tertia; sed secdm secdm est secunda, & est rō talis: Substantia rei nō est simul in multis, nec apud multa: uniuersale aūt, & commune simul est apud multa, ergo &c. Et hoc est, quod dicit; quòd illud, quod est unum, sicut substantia rei, nō erit simul apud multa; quod autem cōmune est, simul apud multa existit: ex quo concludit, quòd nullum uniuersalium existit una

Tertia ad idem ratio.

E substantia separata præter singularia. Notandum est, quòd uniuersale significat rem suam p modum cuiusdam indifferentis ad multa, ita q de se dicit rem suam non plus contractam ad unum, quàm ad aliud: sicut animal sub quadam in differentia aspicit omnes species, & habet omnia indiuidua; substantia autem rei non aspicit nisi illud, cuius est substantia; & ideo uniuersale nō potest esse substantia rei una numero. Deinde cum dicit.

Uniuersale qualē rem dicit.

Sed species dicentes, hic quidem dicunt rectè separantes eas, substantiæ sunt; illic autem non rectè; quia unam in multis speciem dicunt. TEX. 58.

Ostendit, in quo benè dixerunt Platonici, ponentes substantias separatas; & in quo malè.

Censura de Platonicis circa ideas.

F Et duo facit, quia primò ponit, in quo errauerūt: secundò ponit causam erroris, ibi [Causa uerò.] Dicit ergo primò, quòd ponentes species separatas & ideas, in hoc quidem rectè ponunt; quia ponunt aliquas substantias separatas; in hoc autem quòd ponunt speciem separatam esse ideam unā de multis, uel in multis, in hoc errant: quòd enim sint aliquæ substantiæ separatæ, hoc est uerum: quòd autem sint species sensibilium, quæ prædicentur de eis, sicut uniuersalia, hoc est falsum. Deinde cum dicit.

Causa uerò, quia non habent reddere, quæ tales substantiæ incorruptibiles præter singulares & sensibiles. Ergo faciunt easdem specie corruptibilibus. Has enim scimus, aut anthropon, idest ipsum hominem, & autippon, idest ipsum equum, addentes sensibilibus uerbum auto, idest ipsum, seu per se.

G Ponit causam erroris istorum. Et duo facit, quia primò ponit hanc causam: secundò ostendit, quod non fuit sufficiens. Secda ibi [Quamuis itaque.] Dicit ergo primò: quòd causa, quare ponebant istas substantias dici de sensibilibus, fuit: quia sciebant, quòd istæ substantiæ erant: quòd autem essent, non poterant dicere, quòd essent aliæ à sensibilibus & singularibus; & ideo ponebant eas esse easdem specie cum sensibilibus singularibus; nisi quòd in hoc differebant, quòd illud separatum uocabatur per se tale; sed ipsa sensibilia uocabantur talia cum additamento; sicut homo separatus uocatur homo, & equus similiter: sensibilia autem non, quia aliquid habent pręter humanitatem, & hinnibilitatem, scilicet principia indiuiduantia; unde hominem separatum uocabant auto hominem, idest per se hominem & equum similiter; ita quòd si uolebant designare istas substantias separatas, addebant sensibilibus hoc, quòd dico auto, idest per se. Notandum est, quòd in istum errorem ceciderunt Platonici, secundùm quòd apparet ex superficie literæ; ex ignorantia quidditatis, & substantiæ separatæ. Ad cuius euidentiam notandum est, q differt quæstio an est, & quid est; & differt quærere, an sit substantia separata, & quid sit; possum enim scire de re, quia est; & tamen nescire quid sit. Platonici ergo scientes quia est, substantiarū sepa-

Cā erroris Platonicorum, & eorum motiuū.

H

separatarum, quærebant quid est; & quia cognitio nostra non fertur nisi super sensibilia, non poterant dicere, quid sunt; nisi poneret eas easdem cum sensibilibus; ita quòd homo separatus, & homo sensibilis sunt idem in specie; quæ tamen positio impossibilis est: quia ea, quæ sunt eadem in specie, sunt eiusdem rationis; quòd autem separatum à materia, & existens in materia sint eiusdem rationis & speciei, hoc est impossibile.

Materiale, & immateriale nõ sunt eiusdem rationis.

Notandum est etiam, quòd ideam separatam uocabant Platonici naturam rei in se; naturam autem sensibilem, & in materia uocabant Platonici naturam rei cum additamento; & ideo dixit Philosophus, quòd ideam rei uocabant per se tale, hoc est sine admixtione extranei: ideatum autem uocabant tale cum additamento. Exempli gratia, diuisissent Platonici hominem in hominem sensibilem, & in hominem intelligibilem; hominem intelligibilem uocassent ideam omniũ hominum; hominem autem sensibilem uocassent ideatum; quia est quid deductum ad exemplar hominis intelligibilis: dixissent ergo, quòd homo intelligibilis est per se tale; quia nihil capit, nisi ea, quæ pertinent ad naturam speciei; & ideo uocabant ipsum autohominem, hoc est per se hominem; hominem autem sensibilem uocabant cũ addito tale; quia super naturam speciei addit principia indiuiduantia, ut dictum est supra. In hoc autem decipiebatur ipse Plato, quòd non oportet, quòd per se tale, & cum addito tale sint duæ differentiæ in re; sed unum & idem in re existens tale cum additamento, est per se tale in consideratione intellectus. Exempli gratia, albedo in cõsideratione intellectus non est nisi albedo, & tamen in materia concernit aliud, quod non est albedo. Verum est ergo, quòd homo intelligibilis nihil concernit nisi principia speciei; homo autẽ sensibilis concernit aliquid aliud: sed tamen non oportet propter hoc, quòd in re hæc sint duo diuersa; sed illud idem, quod in intellectu non concernit nisi principia speciei, in re concernit aliquid aliud.

Error Platonis.

Quamuis itaque, si non uidemus astra non minus existimo forent substãtiæ sempiternæ præter eas, quas nos uidemus. Quare & nunc si non habemus, quæ sunt, esse tamen quasdam forsan est necessariũ.

Ostendit, quòd causa, qua mouebatur ad hoc ponendum, non fuit sufficiens. Dictum est enim quòd ideo errabant, quia ponebant separata, & ista sensibilia esse eiusdem rationis: & hoc quia aliter non poterant deuenire in quod quid est substantiarum separatarum; quasi sic arguerent. Vel substantiæ separatæ non sunt: uel si sunt, sunt eiusdem rationis cum istis. Vel sic arguerent: si sunt, à nobis intelliguntur: à nobis intelligi non possunt sine his, ergo sunt idem cum his. Vel à nobis non intelliguntur, ergo non sunt: quod patet falsum: sicut enim esse abstracti nõ consistit in hoc, quod uideatur à nobis: similiter esse substantiæ separatæ non consistit in hoc, quòd à nobis intelli-

Reiicit motiuum Platonicorũ, ut insufficiens.

gatur. Et hoc est, quod dicit in litera: quòd quamuis si non uideamus astra, non propter hoc minùs astra essent quædam substantiæ sempiternæ; siue non propter hoc minùs est necessarium, quòd quædam sint.

Quod quidem igitur, neque uniuersaliter dictorum nihil substantia, nec est substantia, neque una ex substantiis, manifestum.

Concludit totum capitulum de uniuersali, dicens: quòd manifestum est, quòd nullum de numero dictorum uniuersale substantia est: manifestum etiam est, quòd nulla substantia est composita ex non substantiis; & ideo uniuersalia non sunt substantiæ, nec de compositione substantiæ.

Conclusio intenti principale.

Quid autem oportet dicere, & quale quid substãtiam, iterum aliud uelut principium facientes, dicamus. Forsan enim ex his erit palàm & de illa substantia, quæ est separata à sensibilibus substantiis.

TEX. 59.

Notandum est, quòd tota intentio huius fuit loqui de ipso quod quid est, ostendens primò, cuius est: secundò quærens, utrum sit idem cum eo, cuius est: tertiò ostendens, quòd non generatur: quartò ostendens, quæ sint partes ipsius quod quid est, & quę non: quintò ostendens, quod quod quid est potest esse unum, non obstante quod hẽat partes: sextò fecit quasi quandã digressionẽ, quærens utrum ipsum uniuersale sit substantia rei: septimò & ultimò hic uult redire ad propositum, & ostendere, quid est ipsum quod quid est; & quid est formalitas rei. Et duo facit, quia primò ponit intentum suum: secundò ostendit, quid est ipsum quòd quid est. Secunda ibi [Quoniam ergo substantia principium.] Dicit ergo primò: fecimus quandam digressionem; redeuntes ergo ad prima, & facientes quasi alia principia, & aliũ tractatum à primis, in quibus diximus de uniuersali; iterum oportet dicere quid est ipsum quod quid est, & quid est substantia rei: quando autem quæritur de substantia & de quidditate, non quæritur nisi de quidditate sensibilium: ex his igitur quidditatibus, & substantiis fortè deueniemus ad quidditates & substantias intelligibiles. Ita quod hic Liber, & sequens sunt de quidditate sensibilium; Duodecimus autẽ erit de subsiis separatis.

Intentio, & continuatio.

Quoniam ergo substantia principium, & causa quædam est; hinc est procedendum. Quæritur autem ipsum propter quid semper sic. Propter quid aliud aliquid alii alicui inest: nam quærere propter quid musicus homo, musicus homo est, aut est quod dictũ est quærere, propter quid homo musicus est, aut aliud: hoc quidem igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. Oportet enim ipsum quia, & ipsum esse, existere manifesta entia. Dico autem ut quia luna patitur eclipsim. Ipsius autem quia ipsum, una est ratio, & una causa in omnibus, propter quid homo, aut musicus, musicus. Nisi quis dicat, quia indiuisibile ad ipsum unumquodque: hoc autem erat unum esse: sed hoc commune, quia de omnibus, & quod breue.

Exequitur intentum suum. Et duo facit, quia primò

primò ostendit, quòd ipsum quod quid est, est quoddam principium; secundò ostendit, quòd ipsa quidditas & forma rei nec est elementum, nec est ex elementis. Ita quòd dupliciter notificatur formalitas rei: prima notificatio est magis generalis, scilicet quòd est principium: secūda notificatio est magis specialis, scilicet quòd tale principium nec est elementum, nec est ex elementis. Secunda ibi [Quoniam uerò ex aliquo compositū fit.] Prima in duas, quia primò dicit, quod formalitas rei est principium: secundò ostēdit, quòd in formalitate & in quæstione quod quid est, est aliquando error, & dubium. Secunda ibi [Latet autem maximè.] Circa primum notandū est, quòd Philosophus uult ostendere, quòd ipsum quod quid est, & formalitas rei, est illud, per quod respōdetur ad quæstionem factam propter quid: & quia propter quid quærit causam, ideo ipsum, per quod respondetur ad ipsum propter quid, & ad ipsum quare, est causa & principium; ipsum autem quid, est huiusmodi, ergo ipsum quid, est causa & principium. In ista autem ratione sic procedit Philosophus, quia primò ostendit, in quibus habet locum quæstio propter quid; secundò ostendit, quòd ista quæstio propter quid, quærit causam; quæ quidem causa est ipsum quid, ibi [Palā igitur quod quærit causam.] Prima in duas, quia primò ostēdit, quòd ista quæstio non habet locum, quando idem quæritur de seipso: secundò ostendit, quòd habet locum, quādo aliud quæritur de alio ibi [Quæreret autē aliquis, propter quid homo.] Circa primum duo facit, quia primò ponit conclusionem suam dicens: quòd manifestum est ex dictis, quod quid est, est causa, & principium. Deinde adducit, quòd dictū est: quòd quæstio propter quid, nō habet locum, quando idem quæritur de se ipso, dicens: quòd quærere, utrum homo est musicus? uel est quærere musicum de homine, uel aliquid aliud de ipso homine, quasi dicat, ista quæstio quærens de homine, semper quærit aliud ab homine, scilicet musicum, uel aliquid aliud: quia quęrere, propter quid ipsum est ipsum? & propter quid homo est homo? est nihil quęrere; cuius ratio est, quia in quæstione facta propter quid; ut propter quid hoc est hoc? ipsum hoc esse hoc, debet esse manifestum: propter quid autem hoc sit, debet quæri, quia ignoratur: ut si quæratur, propter quid luna eclipsatur? debet esse ignotum, quia aliàs non quæreretur: quando autē quæritur ipsū de ipso, utrunque est manifestum; & ideo nulla quæstio est; una enim causa & ratio est in omnibus manifesta; ideo frustra quęritur, propter quid homo est homo, ita de musico. Nisi fortè quis dicat, quòd ista causa, quæ quæritur in tali quæstione, est indiuisio rei à se ipsa; quæ quidem indiuisio idem est, quòd unitas rei; sed qui dicit sic, quia rem esse indiuisam à seipsa, & unam sibi ipsi; est commune quoddam omnibus rebus, & omnibus manifestum; & sicut quoddam principium breue

Executio in tētionis proposita.

In quibus pp quid, ista iter in ipso quod quid est.

Q pp quid, quo, et quare sit.

E in quantitate, & magnitudine, & uirtute quod est manifestum omnibus: & quia sic manifestum, ideo frustra quæritur; & quæstio sic quærens, nulla est; quia nullum ignotum & dubitabile supponit. Notandum est diligenter, quòd ratio Philosophi super duo fundamenta fundatur: primum est, quòd omnis quæstio propter quid aliquid supponit, & aliquid ignorat: supponit enim rem esse, & ignorat causam: secundum fundamētum est, quòd quando quæritur propter quid hoc est de seipso, utrunque est manifestū, scilicet quia est, & propter quid est: & ideo hoc quærere, nihil est quærere: quia omnis quæstio est uana, quæ nō supponit aliquam ignorantiam de eo, quod quæritur. Primum fundamentum potest patere dupli

F citer uia: prima uia est ex combinatione quæstionū, & habitudine earundem: uidetur enim eodē modo aspicere quid est, ipsum an est; sicut propter quid, aspicit ipsum quia est: ipsum autem an est, & quid est, sic se habent; quòd quando quæritur quid est res; oportet quòd quærēs sit certificatus, de ipso an est: ita quòd supponat rem, cuius quidditas quæritur, esse: quia non entis non est diffō, nec quidditas. Imaginabimur ergo drīam inter quid nominis, & quid rei; quia quid nominis potest esse entis, & non entis; quid autem rei tantùm est entis. Ex quo oritur secunda differentia; quia enim quid nominis est entis, & non entis, non oportet quòd quærens quid nominis, sit certificatus de esse rei, nec etiam certificatus de quęstione an est; quęrens quid nominis, potest dubitare de ipso an est; primò .n. quæritur quid dicatur per nomē uacui, postea quęritur an sit uacuū;

G quia qò quærens quid nominis, præcedit omnem quęstionem; nec oportet quòd supponat aliquam aliam; quid autem rei est tantùm entis; & ideo oportet, quòd quærens quid rei, supponat rem esse; non quidem inesse existentiæ, sed in esse non prohibito; si quæratur, quid est homo quidditate reali? debet supponere quærens, quòd natura hominis non est prohibita; & quòd rei non repugnat esse; aliàs fatuè quæreret quidditatem eius; unde de ente prohibito, sicut de uacuo, non potest quæri quid rei: sic ergo habitudo inter an est, & quid est, talis est; quòd quærens, de aliquo certificatus est, & aliquid ignorat; si enim quod quæ

H rit quærens, esset scitum; fatua esset quæstio. Similiter habitudo inter propter quid, & quia, debet esse talis; quòd quærēs, propter quid hoc est hoc? debet esse certificatus, quod hoc ē hoc; cuius rō est, quia propter quid quærit causā; omnis enim causa, alicuius entis est causa: oportet ergo quod priùs supponatur, quòd hoc est hoc; & postea quæratur causa; quia non entis non sunt causæ, neque principia; quærens ergo propter quid hoc est hoc? aliquid scit, & aliquid ignorat; quod fuit primū fundamentum: & ita declaratum est primum fundamentum una uia. Secunda uia ad hoc declarandum est ex natura quæstionis: quæstio enim non fundatur super omni ignorantia; sed super ignorantiam

Fundamēta Philosophi.

Primū fundamentum.

Habitudo inter, an est, & quid est.

1. Poste. 11

Differentiā inter quid nominis, & quid rei.

Habitudo inter quia est, & propter quid ē.

Non entis nō sunt causa, neque principia.

rãtiam dispositionis: qui enim simpliciter ignorat rem, nihil de ea quærit, nec scit; unde etiam quid nominis supponit aliqualem notitiam de re, uel per auditum illius, uel per aliquam apparentiam: quienim quærit, quid est uacuum; fortè audiuit nominare uacuum; & ex hoc forte motus, quęrit, quid dicatur per nomen. Sic ergo omnis quæstio aliquid supponit, & aliquid quærit: & ita secundũ primum fundamentum quæstio propter quid, supponit quia est; & quærit causam: & sic habemus declaratum primum fundamentum duplici uia.

Qõ sup quã ignorantia funditur.

Secundùm fundamẽtum patet de se: quia quã do quæritur propter quid ipsum? ut propter quid homo est homo? statim utrũque manifestum est: & ideo frustra quæritur, & fatua est quæstio: & sic patet ratio Philosophi. Deinde cum d.

Secundum fundamentum.

Quæreret autem aliquis, propter quid homo est animal tale? Hoc quidem igitur palàm, quia nõ quærit, quare qui est homo, homo est? Aliquid ergo de aliquo quærit, propter quid existit; quia uerò existit, oportet manifestum esse. Nam si non ita, nihil quærit: propter quid tonat? quia fit sonitus in nubibus. Aliud enim ita de aliquo est, quod quæritur: & propter quid hæc, puta lateres, uel lapides, domus sunt?

Postquam ostendit, quòd idem non quæritur de se ipso: hic ostendit, ꝙ quæstio propter quid, quærit aliud de alio; dicens: quia ergo non quæritur idem de seipso, sicut dictum est: sed tamen bene quæritur propter quid homo est tale animal? utpote risibile, uel album; manifectum est, quia existit: quia si non existeret, nulla quæstio esset; & enim propter quid quærit causam, & causa nõ est nisi rei existentis: ut si quæratur, propter quid tonat? & reddatur causa, quia sonus est in nubibus; oportet supponere quia est: in talibus enim quęstionibus supponitur illud de aliquo; & causa quæritur: ut si quæratur, propter quid lateres sunt domus? supponitur quòd lateres & lapides sunt sub forma domus; & quæritur causa, quare sunt sub forma domus quæ quidem causa uel est agens, uel finis. Deinde cum d.

Qõ pp quid non quærit idem de seipso: sed aliud de alio.

C

Palàm igitur quòd quærit causam. Hoc autem est quod quid erat esse; ut est dicere logicè: quod in quibusdam quidẽ ẽ cuius eã, ut fosan in domo, aut lecto; in quibusdam uerò quod mouit primum; nã causa & hoc. Sed talis quidem causa in fieri quæritur & corrumpi, altera uerò & in esse.

D

Postquam ostendit, in quibus quęritur propter quid: hic ostendit, quòd per ipsum quid respondetur ad propter quid; & quòd ipsum quid est causa. Et hoc intendit in tota lectione: intendit enim concludere istam conclusionem, quòd ipsum quid, est quædam causa satisfactiua ad propter quid: ita ꝙ si quæratur, quid est ipsum quid? dicetur, quòd est aliquid, quietans animum quærentis, propter quid hoc est? Et hoc est, quod dicit: quòd manifestum est, quòd quod quid est potest uocari causa; quia etiam causa aliquando est cuius causa, idest causa finalis: si enim quæratur propter quid materia est sub forma domus, uel

Quod quid est, cã satisfactiua est ipsius propter quid ẽ.

A lecti? dicetur quòd propter talem finem: aliquando ista causa est causa efficiens, unde mouetur ali quid primò; ita tamen quòd causa agens aspicit fieri rei, finalis autem aspicit esse rei. Notandum est, quòd (logicè loquendo) omne illud potest uocari quid, per quod respondetur ad interrogationem factam propter quid; & quia aliquando respondetur agens; aliquando finis; aliquando formalitas rei: ideo dixit Philosophus, quòd logicè loquendo, hæc omnia possunt dici quid: licet secundùm ueritatem ipsa forma rei propriè dicatur quid. Possumus tamen dicere, quòd quando forma rei est à proprio agente, & ad proprium finem, non potest perfectè cognosci ipsa forma rei sine agente, & sine fine: & cum forma rei sit ipsum quid; uel ab ea dicatur quid, non potest perfectè cognosci per ipsum, nisi quid cognoscatur in respectu à quo, & ad quod.

B

Notandum est secundo: quòd de natura agentis est, quòd transmutet materiam ad formam, deducendo illud, quod est in potentia, ad actum: deduci autem de potentia ad actum non potest nisi per ipsum fieri; & ideo ipsum agens respicit fieri: quia autem omne, ꝙ deducit aliquid de potentia ad actum, deducit propter aliquem finem, ideo oportet ꝙ finis etiam respiciat fieri: sed tamen quia res in esse etiam habet finem; sicut esse domus est, ut defendat à pluuiis & caumatibus: ideo causa finalis est causa in essendo. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd agens respicit fieri, & finis respicit esse. Deinde cum dicit.

De natura agentis qd.

Agens, et finis quomodo se habẽt.

Latet autem maximè quod quæritur, in his, quę non de aliis dicuntur, ut homo quid est quæritur, propter simpliciter dici: sed non diffinitè, quia hoc, aut hoc.

Hic ostendit, quomodo in dictis de quid est, potest cõsurgere quidam error. Et tria facit, quia primò ponit latentem errorem, & latentem dubitationem: secundò docet uitare hunc errorem: tertiò concludit quoddam corollarium ex prædictis. Secunda ibi. [Sed oportet corrigentes] Tertia ibi [Palàm igitur quoniã in simplicibus.] Circa primum notandum est, quòd in omnibus prædictis uidetur Philosophus dixisse, quòd quæstio quid est, non habet locum, nisi ubi habet locum quæstio propter quid: dictũ est enim, quòd ipsum quod quid est, est quoddam principium satisfaciens quærenti propter quid: hoc autem uidetur falsum: & hic uidetur latere aliquis error: quæstio enim quid, potest quæri de simplicibus, & de simplici natura rei: puta cum quæritur, quid est homo? & tamen ibi non habet locum quæstio propter quid: ex hoc ergo quòd credit aliquis, ꝙ aliquid respicit quid, quod non respicit propter quid, decipitur, & latenter errat. Et hoc est, quod dicit Philosophus: quòd illud, quod maximè latet in his, quæ dicuntur de aliis; hoc est in his, in quibus fit simplex quæstio ipsius quid: ut cum quæritur quid est homo (quæ quidem latentia potest dici simplex) hoc est, quia illud, quod quæritur,

Deteg. t errorẽ quidam.

Quæstio qd est, de quo quæritur.

est simplex natura rei,& nõ diffinitè quidem hoc de hoc,nec hoc in hoc:quasi dicat tota latētia est, quia quæritur simplex natura,& non quęritur ali quod compositum.Deinde cum dicit.

Sed oportet corrigentes quærere; si autem non commune eius quod nihil quærere,& eius quod quærere,aliquid fit.

Tex.60. *Quoniam uerò oportet habere,& existere ipsum esse,palàm itaque quia quærit materiam propter quid est; ut domus hæc propter quid? quia hæc existunt quod erat domui esse;& homo hic?aut corpus hoc tale habens? Quare causa quæritur materiæ;hoc autem est species,quia aliquid est;hæc autem substantia.*

Docet uitare latentem errorem prædictum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd in hoc erat error:quòd credebatur,quòd quæstio quid haberet locum in aliquibus, in quibus non habet locum quæstio propter quid;puta quando quæritur per ipsum quid, simplex natura rei:quod tamen est falsum;quia natura rei,& quidditas,quæ quæritur per ipsum quid,actu est quidditas:quando enim quæritur, quid est homo? ista natura alicuius entis est;quia non entis non est quidditas, nec natura: quærere enim per quid aliquid nullius sit,est nihil quærere. Quæstio ergo facta per quid, supponit aliquam compositionem ex quidditate,& ex eo,cuius est quidditas; siue ista compositio sit secundùm rem, siue sit secundùm rationem:in qua quidem cõpositione potest fundari quæstio propter quid: & sic quid,& propter quid concernunt,supple idem: cum enim quæritur quid est homo?quæritur quidditas; quæ quidem quidditas est à forma;forma autem est materiæ forma; similiter quidditas materiæ est quidditas:quærere ergo formam & quidditatē,est quærere aliquid, quod est causa materiæ.Et sic hęc quęstio quid,supponit compositionem ex materia & forma, siue ex materiali & formali; in qua quidē compositione potest fieri quæstio propter quid,sicut supra patuit:quoniam ergo dicebatur, quòd quæstio propter quid, nõ semper conuenit cum quæstione quid;ideo benè uisum est,quòd quidditas est semper compositorum. Vt ergo iste error uitetur,debet corrigi quæstio quid,& mutari in quæstionem propter quid: ut si dicatur, quid est homo?quia humanitas,quæ quæritur alicuius est humanitas,puta Sortis,uel ossis, & carnis;debet corrigi,& dici sic, propter quid Sors est homo?& propter quid ossa, & carnes sunt homo? primò enim quærebatur formalitas in se; secundò,quæritur eadem formalitas de eo, cuius est formalitas. Et hoc est,quod dicit Philosoph.quòd ut uitetur iste error, oportet corrigentes quærere propter quid,supple ubi quęrebatur quid:aliàs si propter quid non posset trāsmutari,ita propter quid erit commune ei,quod est aliquid quærere, & ei,quod nihil est quærere:si enim quæritur propter quid aliquid nullius sit, nihil quęritur: si autem alicuius est, potest transformari quæstio

E in propter quid;si autem non potest transformari;quæstio,quæ nihil quærit, & quæ aliquid quærit erit eadem. Oportet ergo, quando quæritur, quid est aliquid?supponere,& habere ipsū quia, tãquam suppositum, & an est; & ex utroque ipsum esse,cuius est quidditas: ita quòd manifestū est,quòd formalitas,quam quærit propter quid, est formalitas materiæ;ita quòd potest transformari in quæstionem propter quid. Adeo quòd idem est quęrere quid est hoc,& propter quid est hoc;ut idem est quærere,quid est domus; & propter quid lapides & ligna sunt domus?cum enim quæritur quid est domus?quæritur quidditas domus; similiter cum quæritur, propter quid lapides, & ligna sunt domus?potest responderi, quia

F lapides & ligna existunt quod quid erat esse domui,hoc est habent quidditatem domus. Similiter idem est quærere, quid est homo? & propter quid hoc est homo? puta corpus; quia in primo quæritur quidditas hominis; in secundo respondetur quidditas hominis: ideo enim corpus est homo,quia habet quidditatem hominis; & quæritur utrunque,idest in utraque quæstione quæritur formalitas,quæ est causa materiæ; quæ quidem formalitas est ipsa species, & substantia rei;quare aliquid determinatū est in re.

Palàm igitur quoniam in simplicibus non est quæstio,nec doctrina;sed alter modus quęstionis talium.

G Concludit ex præcedentibus quandam conclusionem;dictum est enim in præcedentibus;quòd quæstio quid:potest transformari in quæstionem propter quid;quod si est uerum,cum quęstio propter quid non sit nisi incompositis;oportet etiam quòd quæstio quid,non habeat locum nisi incompositis.Et hoc est,quod dicit;quòd in simplicibus nõ habet locum quæstio,uel doctrina ipsius quid, uel propter quid; sed alter modus quæstionis,& alter modus docendi ibi habet locum. Notandum est,quòd quæstio quid,semper entis est;quòd possumus intelligere duobus modis;primò quia quæstio quid,supponit illud,quod quæritur;habere aliquam essentiam; sed tamen dubitatur, quæ sit ista essentia in speciali: sicut cum quæritur,quid est homo?supponitur humanitatem esse essentiam;sed dubitatur esse in speciali, quæ sit ipsa essentia. Et secundùm istum modum quæstio

H quid,aliquid supponit, & aliquid quærit;si enim nihil supponeret, isto modo posset esse quæstio de eo, quod ullam essentiam habet; ita sicut de eo,quod essentiam habet: cum illud,quod nullā essentiam habet, sit nihil; & quod essentiam habet,sit aliquid;quò ergo quid, esset communis ei, quod est aliquid;& ei, quod est nihil: cum ergo hoc sit impossibile,oportet dicere,quòd quæstio quid,aliquid supponit; & aliquid quærit; ita quòd semper entis est. Secundo modo potest intelligi, quòd quæstio quid,sit alicuius entis:quia quidditas, quæ quæritur est alicuius suppositi & alicuius materiæ:& secundùm hoc quærere quidditatem, & propter quid, est quærere aliquid, quod est

Quæstio quid supponit compositionem.

Per simplicia intendit Philosoph. terminos incomplexos: de quibus non è quæstio determinabilis per demonstrationem,& doctrinam syllogisticam: Ex quo patet error eorum asserentium: simplicia intelligere substantias simplices, nõ compositas ex materia & forma.

est causa formalis materiæ,uel suppositi:ita quòd idem est quærere hoc modo quidditatem, & causam materiæ,uel suppositi. Et secundùm hoc quæstio quid,potest transformari in quæstionem propter quid:quia idem est quærere quidditatē, quæ quæritur per quid,& quęrere causam formalē materiæ;quæ quidē quæritur per ipsū propter quid: sicut idem est quærere,quid est domus, & quærere propter quid lapides & ligna sunt domus:si autem ita esset, quòd quidditas, quæ quæritur per quid,esset nō entis: duo inconuenientia sequerētur:primum esset,quòd quæstio quid non posset transformari in quæstionem propter quid: secundum esset,quòd enti,& non enti esset una communis quæstio: quod est impossibile. Notandum est etiam, quòd quid, de quo loquitur hic Arist. est formalitas,quæ est causa materiæ:ubicūque ergo non est cōpositio ex forma & materia, non habet locum quæstio quid: & ideo dicit Philosophus,ꝙ in simplicibus nō habet locū quæstio quid. Debemus enim imaginari, ꝙ omnino simplex non habet quidditatem:differt enim dicere, est quidditas,& habet quidditatem:omnino simplex benè est ipsa formalitas, & ipsa quidditas; sed quòd sit simplex,& habeat quidditatem, hoc non potest esse:quia in omni habente quidditatē, differt quidditas,& cuius est quidditas: ita quòd quidditas est causa formalis eius,cuius est quidditas. Et hoc est, qđ dicit Philosophus, ꝙ quidditas est causa formalis materiæ,quā materiā uoco,cuius est quidditas; quia illud, cuius est quidditas; uel est materia;uel tenet locum materiæ:in omnino ergo simplici quia non differt forma,siue quidditas, & cuius est quidditas; non est quæstio per quid; quia non est aliquid ibi, de quo quæratur quid;ex quo non differt cuius est quid, & ipsum quid. Ponit ergo ibi alios modos docendi, puta per effectum;quia per effectus deuenimus in causas; & per effectus compositos deuenimus in simplicia. Deinde cum d.

Quę per quid non pōt esse non entis.

Quę quid ubi nō habet locum.

Omnino simplex nō habet quidditatem.

Cuius ē quidditas materia est, uel tenet locum materiæ.

Quoniam uerò ex aliquo compositum fit, ut unum sit omne; sed non ut cumulus, sed ut syllaba.

Postquam ostendit, quòd ipsa forma est principium,& causa;hic ostendit,quòd nec est elemētum,nec ex elementis. Vbi notandū est,ꝙ Philosophus supponit,quòd illud,quod fit, ex elemento fit;quod elemētum uoco causam materialem; unlt ergo probare,quòd in omni facto est aliquid aliud præter hoc elementum;quod quidem aliud uocat formale, seu formam:ita quòd secundùm hoc, forma magis debet dici causa, & quidditas elementi;quàm debeat dici elemētum. In hac ergo parte duo facit; primò ꝙ omne factū est factū ex aliquo,& est unum;quæ unitas uel est per formam,uel est ipsa forma:secundò ostendit, quòd ipsa forma,secundū quam est talis unitas,non est elementum. Secunda ibi [Syllaba autem non est elemēta.] Dicit ergo primò,ꝙ illud componitur, quod fit ex aliquo;ita tamen quòd licèt sit compo

Quod fit, ex aliquo fit, & unū est.

A situm,est tamen unum, unum dico per commune,idest per formā,quæ est cōmunis,consequens totum: nec est unum solùm per aggregationem sicut cumulus,sed est unum sicut syllaba, scilicet per formam,quæ quidem forma dat unitatem; licèt elementa, hoc est, principia materialia sint multa. Deinde cum dicit.

Syllaba autem non est elementa; nec idem. A. & B. & C. ex eo ignis, & terra: dissolutis enim hæc quidem non adhuc sunt: ut caro, & similia: elementa uerò sunt, & ignis, & terra. Est igitur aliquid syllaba non solùm elementa uocalis, & consonans, sed & alterum aliquid. Et caro non solùm ignis & terra, aut calidum, aut frigidum, sed alterum aliquid.

B Duplici ratione utitur, scilicet ostensiua, & deducente ad impossibile. Et secundùm hoc ista pars habet tres partes: quia probat hoc primò ratione ostensiua: secundò deducente ad impossibile:tertiò quia ipsa forma non potest dici elementum, ostendit quomodo,& quid debet dici. Secunda ibi [Si igitur necesse] Tertia ibi [Videbitur autem utique.] Ratio prima ostensiua est talis. Si forma esset elementum, uel elementa; stantibus elementis, staret forma, & natura rei; sed hoc est impossibile, ergo & primum; quia dissolutis elementis à mixto, adhuc elementa sunt; & tamen forma rei non est. Et hoc est, quod dicit; quòd syllaba, hoc est, formalitas, & natura syllabæ non est ipsa elementa tantùm,puta B, & A; nec natura carnis est ipsa elementa tantùm,puta ignis, & terra; cuius ratio est, quia C dissolutis elementis, & disiunctis adinuicem,iam caro, & similia non sunt; & tamen elementa eorum sunt; puta ignis & terra quātùm ad carnē,& A,&. B,quantùm ad syllabam: nō igitur est solū elementa;puta litera consonans,& uocalis,sed aliquid aliud præter elementa; & caro non solū est ignis & terra,uel calidum & frigidū; sed aliquid alterum ab istis; quod alterum uocat naturam & formam carnis. Notandum est,quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta; primū est,ꝙ quando aliqua sunt omnino eadem, stante uno,stat reliquū:ex quo fundamento habetur, ꝙ si elemēta rei,& ipsa res essent omnino eadē; quā docunq; elementa haberēt esse,& res hrent esse. Secundum fundamentum est; quia uidemus, ꝙ elementa possunt habere esse,& tamen res nō habent esse: ex hoc concludit, quòd quælibet forma mixti & communis est aliquid præter elemēta. Deinde cum dicit.

Rō ostēsiua circa intentum.

Fundamēta Philosophi.

Si igitur necesse & illud aut elementum, aut ex elementis esse:si quidem elementum, iterum eadem erit ratio: ex hoc enim & igne & terra erit caro, & adhuc ex alio. Quare in infinitum ibit.

D Probat hanc materiam ratione deducente ad impossibile; & est ratio talis: si natura rei, uel forma est elementum, erit abire in infinitum: similiter si est ex elementis,erit abire in infinitum: primò ergo probatur primum; secundò

Rō ducens ad impossibile.

secundùm ibi[Si uerò ex elemento palàm]Dicit ergo, quòd necesse est illud aliud, quod ponimus naturam rei; non esse elementum, uel ex elementis: cuius eadem ratio erit, quòd præter hoc elementum erit aliquid aliud; quia elementa ut elementa non faciunt rem, sed requiritur aliud aliquid ad faciendum eam: eadē ratione illud aliud, quod ponitur esse elementum, non sufficit ad faciendum rem, sed aliud requiritur; & sic uel est dare aliud, quod non est elementum; uel est abire in infinitum. Verbi gratia: si caro est ex igne, & terra, tanquam ex elementis, & ex alio aliquo: uel est elementum, uel non: si nō, habetur propositum: si est elementum; cum elementum requirat aliud, quia per se non sufficit ad faciēdum rē; illud aliud elementum ad huc requireret aliquid aliud: & sic abibitur in infinitum. Deinde cum d,

Elementa, ut elementa non faciunt rem.

Si uerò ex elemento, palàm quia non uno, sed pluribus; aut illud ipsum erit. Quare rursum in hoc eandem dicimus rationem, & in carne, uel syllaba.

Deducit secundam partem rationis, dicens: quòd si dicatur, quòd istud, quod quæritur; est factum ex elemento: manifestum est, quòd non potest esse factum ex uno: ex uno enim elemēto nihil fit, hoc est non fit aliqua forma communis, & mixti: illud enim, quod poneretur esse factum ex uno elemento, non posset esse illud unum elementū: quia unum elementum ut unum, semper manet in se ipso: nec potest facere formam secundam, quæ uocatur forma communis, & mixti: sic ergo illud elementum unum illud ipsum erit, & remanebit in se ipso: illud ergo factum, quod quærimus; non potest esse ex uno: ergo erit ex pluribus: Eadem ratio restat, quę est in carne, & syllaba: de isto enim quæreretur, utrum sit elementum, uel non: nam si aliquid aliud, habemus propositum; si autem est elementum, habemus duo inconuenientia: primum est, quia sequetur opinio dicta: dicebatur enim primò, quòd non erat elementum, sed aliquid factum ab elementis: & sic erit elementum, & non elementum: secundò sequetur, quòd sit abire in infinitum, sicut priùs: quia si est elementum, adhuc requiritur aliquid aliud; & de illo aliud, & sic erit in infinitum. Deinde cum dicit.

Ex uno elemento, quòd re nihil fit.

Videbitur autem utique esse aliquid hoc, & elementum, & causa essendi: hoc quidem carnem, hoc uerò syllabam: similiter & in aliis. Substantia autē uniuscuiusque, hoc elementum & cā prima essendi.

Postquam ostendit, quòd istud non potest uocari elementum: hic ostendit quid potest uocari. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostēdit, quòd potest uocari elementum cum ista additione, & est causa essendi: secundò ostendit quod meliùs potest dici principium. Secunda ibi[Quoniā uerò quædam]Dicit ergo primò: ita dictum est supra, quòd non est elementum, sed est aliquid præter elementum: uidebitur tamē hoc esse aliquid, quod est elementum & causa essendi: ita quòd in hoc est causa essendi carnem; in isto est causa es-

Forma, cū nō dicatur elemētum, quid dicitur.

sendi syllabā, & sic de aliis: istud enim quòd quæritur, est substantia & causa uniuscuiusque rei; quæ quidem est principium & causa essendi in omni re. Notandum est, quòd elementum propriè dicitur de causa materiali: quia ergo materia ut materia non sufficit ad rem: sicut in omni re oportet, quòd sit aliquid aliud præter materiā: ita oportet quòd sit aliquid aliud præter elementum: ita quòd dicere quòd istud, quod quæritur in re, non est elementum, sed aliquid præter elementum; idem est quòd in omni re materiali est aliquid præter materiam; quod quidem aliquid nos uocamus formam, & quid; & quod non potest dici elementum, nisi cum ista additione, elementum quod est causa: ita quòd ipsa materia est elementum tantùm, sed forma si debet dici elementum, debet dici elementum, quod est cā essendi rei. Deinde cum dicit.

Elemētū propriè dicitur de materia.

Quoniam uerò quædam non substātiæ rerum, sed quæcunque substantiæ secundùm naturam, & natura constitutæ sunt; manifestabitur utique quibusdā hæc natura substantia, quæ est non elementum, sed principium. Elementum uerò est, in quod diuiditur inexistens ut materiam; puta syllabæ, quæ A, & B.

Dat secundum modū, quo potest uocari istud, quod quæritur: uolens quòd potest meliùs uocari principium, quàm elementum; quia elementum dicitur propriè de materia; idem autē quod quæritur est forma rei naturalis. Et hoc est, quod dicit, quòd quædam de numero rerum non sunt substantia, ut res artificiales; sed quæcunque sunt substantiæ secundùm naturam, & à natura constitutæ; in quibus substantiis manifestum est, quòd est quædam natura, quæ non est elementum, sed principium; quia elementum propriè dicitur de causa materiali: elementum enim est illud, in quod diuiduntur res materiales, & quod est existens in re: sicut elemēta syllabæ sunt A, & B. uel litera uocalis & consonans.

Res artificiales non sunt substātia.

Elementum quid.

Quæreret quis, Vtrum forma sit elementum? Videtur quòd sic, quia elementa rei sunt in re, & intrinseca essentiæ rei; ita quòd elementum dicitur de causis intrinsecis; cum ergo forma sit de essentia rei, & sit causa intrinseca; uidetur quòd possit dici de essentia rei; & sic elementum.

Quæstio.

Ad oppositum est Philosophus. Respondeo, duo sunt hic uidenda; primò uidendum est, quomodo Philosoph. diffiniat ipsum quid, siue ipsam quidditatem in hoc libro Septimo. Secundò uidendū est, quomodo ista quidditas non debet dici elementum. Ad euidentiam primi notandum, quòd quatuor modis Arist. diffinit ipsum quid, in isto lib. Primò diffiniuit, quòd ipsum quid, est illud, quod indicatum est per diffōnem: ita quòd imaginabimur, quòd ipsum quid non est nisi indicatum per diffinitionem: etiam ipsa quidditas est principiū ipsius quid, quod est indicatum per diffōnem: & de isto quid sic diffinito, processit in tota prima parte istius Lib. ostēdēs quō istud quid indicatur per

Primus articulus.

Quatuor modis diffinitū est ab Arist. quid.

per diffinitionem, & quomodo est idem cum eo, cuius est quid, & quomodo non; & quomodo generatur, & quomodo non; & quas partes habet, & quas non; & quomodo partes eius faciunt unum, & quomodo non.

Secundo modo diffinit ipsum quid, prout est quoddam principium, satisfaciens ad quæstionem factam propter quid: ita quòd omne responsum ad propter quid, potest uocari quid, isto modo accipiendi quid: & isto modo largè accipit Philosophus quid: quia ad quæstionem factam propter quid, aliquando respondetur agens, aliquando finis, aliquando forma; sicut patet per textum Philosophi. Quid autem propriè acceptum, non est nisi forma, uel à forma: & isto modo diffinitum est quid in isto ultimo Capitulo; & B mò isto dicitur quid, quod est causa materiæ: & isto modo quid non dicit nisi solam formam ipsam: imaginatur enim Philosophus, quòd quando forma existit per seipsam, sicut est in substantiis separatis à materia, forma est reflexa ad seipsam; & in talibus non differt forma, & cuius est forma: quando autem forma est in materia, & non subsistit per seipsam, tunc differt forma, & cuius est forma; & per consequens quid, & cuius est quid: ita quòd forma sicut est forma alterius, ita est quid alterius, scilicet materiæ; & per consequens uocatur causa eius: sicut perfectio est causa perfectibilis, non sicut causa efficiens, sed sicut formalis, & isto modo diffinit Philosophus formam, siue quid. Quarto modo diffinitur forma, siue quid, quod non est elementum, sed aliquid præter elementum: & ideo sequitur secundus articulus, scilicet declarare, quod non est elementum.

Secundus articulus. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ex materia & forma fit unum, non quidem sicut cumulus, nec per aggregationem; sed uerè unum ex duobus, quæ non possunt fieri uerè unum, si uterque est in potentia tantùm, nec si uterque est in actu: actus enim diuidit, sicut dictum est supra: ubicunque ergo sunt duo actus, ibi uerè sunt duo, & non unum. *Ex materia, & forma fit unū.* Si ergo duo faciunt uerè unum, oportet quòd unum illorum sit in actu, & reliquum in potentia: impossibile namque est, quòd ex duobus, quorum utrunque se habet ad D modum materiæ, fiat unum: quia cum materia dicat potentiam, sic ex duobus existentibus in potentia fieret iam unum: similiter impossibile est, quòd ex duobus, quæ se habent ad modum formę fiat unum, quia sic ex duobus existentibus in actu, fieret unum: unde si duæ formæ sint in eodem (sicut quidam ponunt) oportet quòd una sit in potentia respectu alterius, & reliqua in actu: si autem ita est, impossibile est, quòd ex duobus, quæ sint elementa, fiat unum: elementum enim, ut elementum propriè dicitur de materia, sicut

Tex. 4. patet in Quinto huius: Sicut ergo ex duobus, quę se habeant ad modum materiæ, non potest fieri unum; ita nec ex duobus, quæ se habent ad mo-

A dum elementi: quando enim unum fit ex duobus, oportet quòd unum sit elementum, & reliquum non: Sicut ergo benè dictum est, quòd forma non est materia, nec potentia, sed aliquid perficiens potentiam: ita benè dictum est hic à Philosopho, quòd forma non est elementum, sed aliquid perficiens elementum, uel additum elemento: sic ergo in quolibet composito est aliquid, quod est elementum; & aliquid quod non est elementum, scilicet forma. Vbi notandum est, quòd Philosophus sic uidetur specialiter loqui de forma mixtionis: imaginatur enim, quòd in quolibet mixto sint ipsa elementa, & aliquid aliud præter elementa, scilicet forma mixtionis; itaquòd ipsa forma mixtionis non potest dici elementa, sed aliquid præter elementa: adeo quòd elementa tenent locum materiæ, & ipsa forma mixtionis tenet locum formæ. Sicut autem est in forma mixtionis, ita est in forma simplici: quia sicut forma mixtionis est aliquid præter elementa, quæ sunt in mixto: ita similiter quælibet forma simplex est aliquid præter materiam, quæ uocatur elementum. *Forma mixtionis, & forma simplex, quæ.* Ad argumentum dicendum est, quòd elementum dupliciter potest sumi, scilicet largo modo, & propriè; largo modo quælibet causa intrinseca potest uocari elementum; & sic potest dici forma elementum: strictè autem accipiendo, sola materia potest dici elementum; forma autem magis dicitur causa elementi, & principium, quàm elementum; sicut dicit Philosophus. *Ad argumentum.*

C Quęritur consequenter. Vtrum respondens ad propter quid, de quo loquitur hic Philoso. sit quid passionis, uel quid subiecti? Videtur, quod sit quid passionis; quia medium in demonstratione secundùm Philoso. Secundo Poste. est diffinitio maioris extremitatis; sed maior extremitas est passio, ergo &c. Contrarium uidetur dici Quarto Physic. ubi ponitur, quod diffinitio subiecti est causa omnium, quæ insunt subiecto. Respon. Ad hanc quæstionem dicendum est, quòd non est impossibile, quòd diffinitio subiecti sit medium in demonstratione. Ad cuius euidentiam duo sunt declaranda: primum est, quòd diffinitio subiecti est medium in aliqua demonstratione: secundò inducendæ sunt difficultates, quæ sunt contra hoc, & soluendę. *Quæstio.* *De medio demons.* *Cap. de loco, & loquitur de diffō ue loco.*

Primum patet multiplici uia; prima est ex habitudine, quæ est inter magis & minùs, & maximum. Vbi notandum est, quod ubicunq; est magis & minùs, ibi est dare maximum; magis. n. & minùs sunt quidam gradus fundati supra formam respectu ad summum gradum formæ; magis. n. dicitur aliquid in accessu ad summum gradum, & minùs dicitur in recessu ab eodem: sicut ergo non est dare accessum & recessum, nisi detur illud, ad quod acceditur, & à quo receditur: ita non est dare magis & minùs, nisi detur maximum; ad quod accedit magis, & à quo recedit minùs: sicut ergo accessus & recessus *Articulus primus.* *Magis, & minus ubi, & quid.*

arguit aliquid aliud, ad quod fit accessus, & à quo fit recessus; ita magis & minùs arguunt maximū, ad quod accedit magis, & à quo recedit minùs. Et hoc est, quod dicit Philosophus Quarto huius; quòd si est dare magis & minùs uerum, est dare maximè uerum. Cum ergo ita sit, quòd in mediis demonstrationis quantò magis medium accedit ad diffinitionem subiecti, magis demonstrat, & magis sit ratio demonstrandi: oportet quòd ratio subiecti sit maximè ratio demonstrandi; in passionibus enim per se ordinatis secundùm priùs & posteriùs, prima passio demonstrat posteriorem; & semper quantò prior est, tantò est maior ratio demonstrandi; & quantò posterior, tantò minùs saluatur in ea ratio demonstrandi; quòd autem saluetur magis in priori, hoc est, quia magis accedit ad maximum, scilicet ad diffinitionem subiecti; quòd autem posterior passio sit minor ratio demonstrandi; hoc est, quia magis recedit ab ipso, quod est maximè ratio demonstrandi. Sicut ergo bona consequentia est, quòd si non est dare maximum in formis, non est dare magis & minùs; ita bona consequētia est; quòd si diffinitio subiecti non est ratio demonstrandi, nulla passio est ratio demonstrandi, nec una demonstrat aliam: omnis enim passio quantò magis appropinquat ad diffinitionem subiecti, tantò est magis ratio demonstrandi; ergo ipsa diffinitio subiecti est maximè ratio demonstrandi; sic ergo patet prima uia.

Tex. cō. 18. — *Passio per passionē demonstratur*

Secunda uia patet ex natura demonstrationis. Vbi notandum est, quòd hæc est differentia inter syllogismum dialecticum, & syllogismum demonstratiuum; quòd syllogismus dialecticus concludit per medium probabile; syllogismus autem demonstratiuus per medium necessarium causatiuum; quod quidem medium uocatur propter quid; ita quòd quærere demonstrationem, est quærere, propter quid passiones insunt subiecto. Ex quo sequitur, quòd omnis propositio, quæ non habet propter quid, non est demonstrabilis; secundùm autem Philosophum in isto ultimo Capitulo huius Septimi; in propositionibus, in quibus prædicatur aliud de alio, contingit quærere propter quid, & reddere causam prædicati de subiecto; in propositionibus autem, in quibus prædicatur idem de seipso, non contingit quærere propter quid; nec contingit reddere causam prædicati de subiecto; tales autem sunt propositiones, in quibus prædicatur diffinitio de diffinito. Si ergo ita se habent, oportet quòd propositio, in qua prædicatur aliud de subiecto, demonstrabilis sit; in alia autem, in qua prædicatur diffinitio de diffinito, sit indemonstrabilis: quando enim prædicatur passio de subiecto, prædicatur aliud de alio, & per consequens contingit ibi quærere propter quid: quando autem idem prædicatur de se ipso, non contingit ibi quærere propter quid. Imaginabimur ergo, quòd si plures passiones, puta tres

Secunda uia. — *Tex. 59.*

E oriantur à natura subiecti; tertia reducitur ad secundam tanquam ad propter quid, & per illam demonstratur; prima autem non est omnino indemonstrabilis (sicut multi uolunt) sed reducitur ad naturam subiecti, & per illam demonstratur: natura autem subiecti est omnino indemonstrabilis de subiecto, quia idem prædicaretur de se ipso. Sic ergo erunt duo genera propositionum: quædam enim est propositio resolubilis ad priorem, & hæc est omnis propositio, in qua prædicatur passio de subiecto: quædam est propositio irresolubilis, in qua prædicatur diffinitio de diffinito: & sicut propositiones irresolubiles sunt radix & fundamentum propositionum resolubilium: ita demonstratio, in qua prædica-

F tur diffinitio de diffinito: & quæ demonstrat primam passionem, est radix & fundamentum omnium demonstrationum consequentium: & sic patet secunda uia.

Tertia uia est declarans præcedentes: & sumitur ex habitudine, quæ est inter causam, & effectum. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd unita diuersitas in principiis sufficit ad faciendam diuersitatem in principiatis: diuersitas enim secundùm rationem in principiis solis sufficit ad faciendum realem diuersitatem in principiatis; sicut uirtus illuminandi, & calefaciendi in sole. Imaginabimur in proposito, quòd natura & suppositum differunt secundùm rationem; suppositum autem, & passio

G differunt secundùm rem: si ergo natura demonstrat per passionem de supposito; ita quòd suppositum est illud, de quo demonstratur natura, non est bonum argumentum, neque est bona consequentia: diffinitio enim & diffinitum, siue suppositum & natura differunt secundùm rationem; argumentum est ad oppositum: quia enim diuersitas realis est resolubilis, & reducibilis ad diuersitatem secundùm rationem; ideo omnis propositio, in qua prædicatur aliud de alio; ita quòd sit diuersitas secundùm rem, est reducibilis ad propositionem, in qua prædicatur natura de supposito, uel diffinitio de diffinito: in qua quidem est diuersitas secundùm rationem, scilicet inter prædicatum, & subiectum: & sic patet ter-

H tia uia.

Tertia uia — *Inuersa quidem rō, & profectò Dolus Vatis castigône indigens. Anto. Trombeta cū reliquas rationes ad uerbum desumpsisset; hāc non tetigit.*

Quarta uia est ex duplici genere immediationis. Ad cuius euidentiam diligenter notandum est, quòd ad hoc quòd propositio sit indemonstrabilis; oportet quòd sit immediata; ita quòd prædicatum non habeat causam in subiecto: natura.n. prædicati si haberet causam in subiecto, illa causa caderet media inter prædicatum, & subiectum; & per consequens per istam causam posset demonstrari prædicatum de subiecto; & sic propositio esset demonstrabilis: ad hoc ergo quòd propositio sit indemonstrabilis, oportet q́ sit immediata. Tamen non omnis immediatio ad hoc sufficit; est.n. quædam immediatio in genere causæ, & quędā in gñe subiecti; benè

Quarta uia — *Immediatio duplex.*

A bene ergo potest esse, quòd propositio sit immediata in genere subiecti: & ita est demonstrabilis, quia licèt sit immediata sic in genere subiecti; tamen est mediata in genere causæ. Vocatur autem immediata in genere subiecti, quãdo nullum subiectum cadit medium inter subiectum & prædicatum: sed in genere causæ uocatur media ta, quando aliqua causa cadit media inter prædicatum & subiectum: ita quòd licèt non sit aliud subiectum medium, sicut in ista triangulus habet tres; est tamen aliqua causa media: per quam causam illud prædicatum potest demonstrari de subiecto. Illa ergo propositio est simpliciter indemonstrabilis, in qua inter prædicatum & subiectum nulla causa cadit media: per quam causam illud prædicatum possit demonstrari de subiecto: propter quod ista propositio est simpliciter incausata. Imaginabimur ergo, quòd omnis propositio, quæ est immediata in genere causæ; reducitur ad eam, scilicet est ad immediatam in genere causæ, sicut ad indemonstrabilem: ita autem est omnis propositio, in qua prædicatur passio de subiecto, respectu illius, in qua prædicatur diffinitio de diffinito: propositio enim, in qua prędicatur passio de subiecto, licèt possit esse immediata in genere subiecti; tamen est mediata in genere causæ; quia semper inest subiecto per naturam subiecti: propositio autem, in qua prædicatur diffinitio de diffinito; est immediata in genere causę; quia nulla causa cadit media inter diffinitionem, & diffinitum. Si ergo sit aliquod subiectum, quod hēat duas passiones; si probetur secũda passio per primam de subiecto; benè probabitur per aliquam, quæ est immediata in genere subiecti; sed non per illam, quæ est immediata in genere causæ: quia licèt inter primam passionẽ, & subiectum non cadat subiectum medium: tamen cadit causa media; sicut natura subiecti: & ideo adhuc ista propositio prima. s. primę passionis est demonstrabilis; quia passio prima demonstratur de subiecto per diffinitionem: patet ergo primus articulus.

Secundus articulus.

Secundus articu. est, uidere difficultates, quæ occurrunt contra prædicta: quæ quidem possunt esse quatuor. Prima difficultas est; quia si hoc, quod dictum est, est uerum; medium, & passio nõ erunt unigenea. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ demonstrõ non descendit à genere, in genus: oportet. n. ꝙ passio, quæ concluditur, & medium, per quod cõcluditur, sint unius generis, & unius materiei: hoc āt non potest esse, nisi passio demonstraret passionem: ita ꝙ secunda per primam, & prima per nullam: quia ante primam nulla passio præcedit: si. n. diffõ subiecti demonstraret passionem; cum diffõ subiecti, & passio non sint unius generis, demõstratio descenderet a genere in genus: cum ergo hoc sit impossibile, diffõ non est medium, sed passio: hæc est ergo prima difficultas, quæ tamen intelligenti nulla est. Ad cuius solõnem notandum est, ꝙ quando dicitur, ꝙ medium, & passio sunt unigenea; non est intelligendum, ꝙ debeant esse eiusdem generis prædicabilis: quia sicut omne accidens est resolubile ad substantiam; ita omne medium accidẽtale est resolubile ad medium, quod est in prædicamento substantiæ; ita ꝙ substantia demonstraret accidens: sed est intelligendum, ꝙ debent esse eiusdem coordinationis, & eiusdem ordinis: non. n. diffinitio trianguli ordinatur ad demonstrãdum passionem de quadrato; quia diffõ trianguli, & passio quadrati non sunt infra eundem ordinẽ, & eandem coordinationem; sed benè diffõ trianguli ordinatur ad demonstrandum passionem de triãgulo, quia sunt eiusdem coordinationis: quia

Demõ non descendit à genere in genus.

Medium, et passio, quo unigenea.

B subiectum primò aspicit diffõnem suam; & mediante diffõne aspicit primam passionem; & mediante prima aspicit secundam; & hac mediante aspicit tertiam; & sic de aliis per ordinem: & sic subiectum, & diffõ eius, & passiones cadũt infra unum ordinem secundùm ante, & post: & sic patet prima difficultas, & solutio.

Secunda difficultas.

Secunda difficultas est ex natura medii: quia omne medium, quod demonstrat passionem de subiecto, si debet habere rectum situm, oportet ꝙ sit posterius subiecto, & prius prædicato: si. n. esset posterius utroque, non esset medium inter utrunque, sed tertium. s. ad utrunque: similiter si esset prius utroque, non esset medium, sed primũ ad utrunque: medium ergo debet esse prius uno, s. prædicato; & posterius alio. s. subiecto. Si āt ita

C est, impossibile est, ꝙ diffõ subiecti sit medium; & hoc quia diffõ subiecti est prior subiecto, & ēt prior passione, & per consequens prior ad utrunque: habet igitur naturam prioris, & non naturã medii; & per consequens non habet naturam demonstrantis. Ad huius difficultatis solõnem notandum est, ꝙ natura, & suppositum sunt sibi inuicem priora, & posteriora: nam natura, & suppositum dicũnt sicut subsistens, & subsistentia: in recipiendo ergo passionem, natura suppositi habet naturam posterioris; subsistentia. n. & natura non recipiunt passionem nisi mediante supposito: in reducendo āt passionem ad subiectum, natura & subsistentia tenent locum prioris, quia passio per se non reducitur ad suppositum, nisi mediante na

D tura suppositi. Debemus. n. imaginari, ꝙ natura est cã reductiua oium passionum ad suppositum, sic ergo quantùm ad hoc tenens locum causę reducentis, tenet locum medii. Vbi notandum est, ꝙ ipsam esse priorem cãlitatem, & ipsam esse medium in syllogismo, non repugnant; immo est necessarium, ꝙ unum sequatur ad aliud: medium n. in syllogismo, maximè in syllogismo demonstratiuo, est medium cãle, nõ tantum medium in situ: eo ipso, ꝙ cãle, hēt naturam prioris, quia oīs cã hēt quandam prioritatem super suum effectũ; sed quia nõ est cã oī mõ, sed est cã reducens unũ extremum ad aliud; hēt naturã medii; si ergo medium in syllogismo esset medium in situ tantùm, fortè posset dici, ꝙ sibi repugnaret natura prioris;

Natura suppositi est cã reductiua passionu ad subiectum.

 sed

ſed quia eſt medium in ſitu.& eſſe ſimul, ob id pōt tenere naturam medii,& prioris,prioris quidem inquantū eſt cā;ſed medii inquantùm eſt re ducens:& ſic patet ſecunda difficultas.

Tertia diffi cultas. Tertia difficultas eſt, quia ſi diffō ſubiecti eſt medium,aut ergo eſt medium ad demonſtrandū primam paſsionem,aut conſeqnentes:non ad demonſtrandum primam; quia immediatè adhæret ſubiecto:nec ad demonſtrandum conſequentes, quia ſic demonſtrō non eſſet ex immediatis, nec ex propriis:ex immediatis quidem nō eſſet; quia ſecunda concluſio,& ſecunda paſſio,& aliæ conſequentes non fluunt à ſubiecto,nec à diffōne,niſi mediatè,mediante.ſ. prima paſsione: & ſic prima paſsio cadit media inter diffōnem,& ſecundā paſsionem, uel tertiam:ſi aūt eſt media, ergo illa propoſitio, in qua ſecnnda paſsio prædicatur de ſubiecto,uel de diffōne ſubiecti,non eſt immediata;ſed per conſequens demonſtratio non erit ex immediatis: ſimiliter non erit ex propriis, quia diffō ſubiecti nō eſt plus propria ſecundæ paſſioni,quàm tertiæ,uel quartæ,& ſic de aliis:ergo demonſtratio,quæ eſt ex diffinitione ſubiecti, non eſt ex propriis;ſed ex quodam communi.

Diffō ſubiecti ſemper ingreditur demōnem. Ad huius difficultatis ſolutionem notandum eſt, ꝙ diffinitio ſubiecti ſemper intrat demonſtrationem,uel ſecundùm ſubſtantiam, uel ſecundùm uirtutem:quando enim demonſtratur prima paſſio de ſubiecto, tunc intrat ſecundùm ſubſtantiam: Si autem dicis,quòd prima paſsio eſt ſimplex,& demonſtrabilis;falſum eſt:quia(ut oſtenſum eſt in præcedentibus) paſsio eſt reducibilis ad ſubiectum per naturam ſubiecti, quæ natura indicatur per diffōnem:natura āt ad ſubiectum p nihil aliud reducitur:ad demonſtrandū ergo primam paſsionem de ſubiecto, ſubiectum eſt ſicut minor extremitas;paſsio ſicut maior,natura ſicut medium,reducens paſsionem ad ſubiectum.

Si ergo diffinitio ſubiecti intrat demonſtrationē ſecundùm ſubſtantiam ad demonſtrandum primam paſsionem; ſecundùm autem uirtutem ad demonſtrandum ſequētes paſsiones; quia prima paſsio non demonſtrat ſecundam,niſi inquantū reſeruatur uirtualiter in ea natura ſubiecti: quòd enim prima demonſtret ſecundam, & non econuersò;hoc non eſt propter aliud, niſi quia in prima reſeruatur uirtus ſubiecti; magis quàm in ſecunda;& in ſecūda magis quàm in tertia: & quia uirtus ſubiecti poteſt ſaluari in ſequentibus paſſionibus;ideo diffinitio ſubiecti eſt medium uirtuale ad demonſtrandum omnes paſsiones, quæ ſequuntur primam paſsionem. Et quando dicis, quòd diffinitio eſt quoddam commune ad omnes paſsiones;& ſic demonſtratio non erit ex propriis:dico quòd medium,quod intrat tantùm ſecundùm uirtutem,benè poteſt eſſe medium commune: medium autem, quod intrat ſecundùm ſubſtantiam eſt medium minùs commune,quàm medium,quod intrat ſecundùm uirtutem: namque hoc poteſt ſe extendere ad multas concluſio

E nes:uidemus enim quòd Dignitates intrāt demōſtrationem ſecundùm uirtutem; & non ſecundū ſubſtantiam:quæ quidem Dignitates habent quādam cōmunitatem reſpectu multarum concluſionum;& paſsionum. Dicemus ergo,quòd diffinitio ſubiecti intrat demonſtrationem ſecundū ſubſtantiam reſpectu primæ paſsionis,& tunc eſt medium proprium: reſpectu autem aliarum paſsionum intrat ſecundùm uirtutem, & tunc eſt medium commune: & ſic patet tertia difficultas,& ſolutio eius. *Dignitates quo ingrediuntur demōnem.*

Quarta difficultas. Quarta difficultas eſt: quia ſi diffinitio ſubiecti eſt medium in demonſtratione, ſequetur ꝙ iſtud principium, De quolibet affirmatio & negatio &c.oritur à præmiſſa,& non præ

F miſſa oritur ab eo: cuius tamen contrarium uidetur eſſe. Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ iſtud principium eſt quædam dignitas cōmunis, quæ quidem dignitas debet intrare demonſtrationem ſecundùm uirtutem, & non ſecundùm ſubſtantiam: pro tanto ergo intrat ſecundùm uirtutem,quia uirtus præmiſſarū oritur à uirtute iſtius principii, & non econuersò:ſi autem diffinitio ſubiecti eſſet medium in demonſtratione, oporteret quòd iſtud principium oriretur à præmiſſa, quia iſtud principium(ſicut patuit ſupra in Quarto libro)oritur à quidditate rei:quòd enim homo ita ſit homo,quòd nullo modo ſit non homo,hoc oritur à quidditate hominis. Ad ſolutionem huius difficultatis eſt dicendum; quòd hoc princi *Supra Tex. 8.*

G piū,ſiue diffinitio ſubiecti,ꝙ ſit mediū ſuæ paſsionis, ſemper oritur à natura ſubiecti: quòd enim ſubiectum habeat iſtam diffinitionem, & nō poſſit habere oppoſitam; hoc oritur à natura ſubiecti:ꝙ enim homo ſit animal rationale, & mortale;& non poſsit eſſe oppoſitum;hoc oritur à natura hominis:ſimiliter quòd triangulus habeat tres, & non poſsit habere oppoſitum;hoc etiam oritur à natura ſubiecti. Similiter ſi contingeret, quòd prima paſsio demonſtraret ſecundam; ita quòd diffinitio ſubiecti nullo modo ſit medium, ſicut quidam ponunt: adhuc iſtud principium oritur à præmiſſa: quòd enim iſta paſsio prædicetur de illa,ita ꝙ non poſsit prædicari de oppoſita; hoc oritur à natura paſsionis:ſiue ergo ſic,ſiue ſic ponatur, ſemper iſtud principium oritur à natura

H ſubiecti in præmiſſa,uel à natura paſsionis. Vbi notandum,quòd iſtud principium,in ſua generalitate acceptum, non oritur à natura iſtius ſubiecti;uel illius,nec à natura iſtius diffinitionis, uel illius; ſed à natura entis inquantùm ens: & quia iſtud principium fundatur ſuper conceptum entis;in ſua autem ſpecialitate acceptum oritur à natura huius entis,uel illius:quia in demonſtratione ſpeciali oritur à notitia terminorum poſitorum in demonſtratione;ſiue diffinitio ſit medium,ſiue non. Quando ergo dicitur, ꝙ præmiſſæ oriuntur ab iſto principio:debet ſic intelligi, quòd uirtus præmiſſarum oritur à uirtute terminorum: in uirtute quorum terminorum continetur iſtud principium: *Digreſsio circa primū principium*

cipium:sicut quòd triangulus habeat tres, & non habeat quatuor, oritur à natura trianguli. Pro tantò ergo qualibet demonstratio est resolubilis ad istud principium, De quolibet &c. pro quantò est resolubilis ad naturam terminorum. Nec debet intelligi, quando dicitur, quòd istud principium intrat uirtualiter demonstrationem, quòd uirtus illa sit quoddã extrĩsecum, quasi applicatũ demonstrationi, quæcunque sit illa demõstratio: sed quòd istud principium in demonstratione nõ exprimitur, sed quasi latet in uirtute terminorũ: siue ergo diffinitio subiecti sit medium, siue non, semper istud principium oritur à natura terminorum. *Ordo in cognitione principiorũ* Ita quòd iste erit ordo, quòd primò intelligemus naturam termini: secundò intelligemus, quòd iste terminus ita aspicit prædicatum, quòd non potest aspicere oppositum: & ita ex hoc habemus, quòd natura est aifirmatio tantùm, uel negatio tãtùm, & non ambo simul: tertiò habemus, quòd propositio necessaria est: ex hoc enim propositio est necessaria, quòd unum ita aspicitur, ꝙ non potest aspici oppositum: & sic semper necessitas propositionis oritur ab isto principio, & illud principium oritur à natura termini: patet ergo quæstio. *Ad argumentũ principale.* Ad argumentum in oppositum dicendum est, quòd diffinitio passionis potest esse duplex: uel dicens quid, uel dicens propter quid: quo modo nõ est impossibile, ꝙ diffinitio subiecti dicat propter quid respectu passionis: quando ergo dicitur, quòd diffinitio maioris extremitatis, scilicet passionis est medium, dico ꝙ uerũ est, dicens propter quid; hęc autem est, uel potest esse diffinitio subiecti &c. Et sic explicit summa super Septimum Librum.

PRIMAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS

LIBER OCTAVVS.

TEX. 1.



X his itaque dictis syllogizare oportet; & colligentes capitulũ, finem imponere.

Dictum est, ꝙ in Septimo Libro determinauit de Quod quid est: non autem intendebat determinare, de quod quid est omnium rerum; sed tantùm de quod quid est substantiarum sensibilium: ut ex istis deueniret ad substantias intelligibiles: quod quid est autem substantiarum sensibilium, non potest sciri, nisi sciãtur principia substantiarum sensibilium; & ideo ad complementũ Septimi libri præcedentis oportuit facere istum Octauũ; in quo determinaretur de principiis substantiæ, siue quidditatis substantiæ sensibilis. *Cotinuatio, intentio, & diuisio Libri.* Ita quòd in Septimo libro determinauit de qđ quid est in generali; ostẽdens quomodo quod quid est indicatur per diffinitionem cuiuslibet rei; & quo modo quod quid est habet partes: hic autem in Octauo determinat de quod quid est in speciali, scilicet de quod quid est substantiæ sensibilis; ostẽdens quæ sunt in principia substantiæ sensibilis; & quomodo ista principia concurrunt ad substãtiam eius, & essentiam. Diuiditur autem iste Liber in duas partes; quia primò recapitulat quædam dicta in Septimo; ut ex hoc deueniat ad substantiam sensibilem: secundò incipit determinare de substantia sensibili ibi [Sẽsibiles autem substantiæ.] Prima pars in duas partes, quia primò continuat istum Librum cum præcedente: secundò recapitulat quædam dicta in Septimo, ibi [Dictum est itaque] Dicit ergo primò, quòd ex dictis, scilicet in Septimo, oportet syllogizare ad propositum, tanquam ex cõibus ad propria; & colligentes in quodam Capitulo, & in quadam Summa ea, quæ sunt dicta: oportet dictis finẽ imponere. *Quod quid est, cur quæritur in Septimo libro.* Ipsum enim quod quid est, quod quærebatur in Septimo, quærebatur, ut sciremus quod quid est, substantiæ sensibilis; quod quidem ostẽditur in isto Libro: & per istam substantiam deuenimus ad substantiam intelligibilem, & ibi est finis. Deinde cum dicit.

Dictum est itaque, quia substantiarum quæruntur causæ, et principia, & elementa.

Recapitulat Recapitulat quędam dicta in Septimo; secundò ex illis dictis continuat se ad dicenda in hoc Octauo, Secunda ibi [Quoniam autem & quod quid erat esse] Circa primum duo facit, quia primò ostendit, ꝙ in recapitulando, non debent recapitulari nisi illa, quæ dicta sunt de substantia: secundò incipit ea recapitulare ibi [Substantiæ uerò hæ.] Dicit ergo primò; dictum est supra, ꝙ quæruntur principia, & causæ substantiarum, & elementa ipsarum; quasi dicat: licèt hæc scientia consideret ens, inquantùm ens; tamen quia omnia entia reducuntur ad substantiam, tãquam ad primum eus; ideo uolẽti scire principia entis, sufficit scire principia substãtiæ, & causas: & quia sic est, ideo sufficit recapitulare aliqua de natura substantiæ. Deinde cum dicit.

Substantiæ uerò hæ quidem confessæ sunt ab omnibus, sed de quibusdam singulariter quidam enunciauerunt. Confessæ quidem physicæ, ut ignis, terra, & aqua, & alia simplicia corpora; deinde plantæ, & partes eorum, & animalia, & partes animaliũ; & tandem celum, & partes celi. Singulariter uerò quidam substantias dicunt esse species, & Mathematica.

Adhuc. Incipit recapitulare quædam dicta de substantia: & ista recapitulatio est, quia recapitulat modos, quibus dicitur substantia; quæ est substantia secundùm existentiam, & naturam: secundò recapitulat modos, quibus dicitur substantia secundũ rationem ibi [Alias uerò accidit ex rationibus substantias esse.] *Quæ ab omnibus, & quæ non ab omnibus cõfessæ substãtiæ.* Dicit ergo primò, quòd de numero substantiarum hę quidem sunt confessæ ab omnibus, quia omnes concedunt illas esse substantias; quædam autem sunt, de quibus aliqui singula-

gulariter enunciauerunt; quia dixerunt illas esse substantias, cum tamen hoc non esset confessum ab omnibus. Confessę quidem ab omnibus sunt substantiæ physicæ, & naturales, sicut ignis, & terra, & aer, & alia corpora simplicia; quæ sunt similium partium: quæ quidem dicuntur simplicia respectu partium, quæ non sunt eiusdem rationis in parte, & in toto; similiter confessæ sunt substantiæ animalia, & partes eorum, & plantæ, & partes earum: similiter cœlum, & partes cœli; quæ quidem partes cœli uocari possunt sydera, uel stellæ: sic ergo hæ sunt substantiæ confessæ. Quædam autem sunt, de quibus singulariter est enunciatū, sicut species, id est ideæ, & mathematica: quia quidam dixerunt, eas esse substantias, quidam non. Deinde cum dicit.

Partes caeli, quae.

TEX. 2. *Alias uerò accidit ex rationibus substantias esse, quòd quid erat esse, & quod subiicitur. Adhuc aliter genus magis speciebus, & uniuersale singularibus. Vniuersali uerò, & generi, & ideæ copulantur; nam secundùm eandem rationem substantia uidentur esse.*

Recapitulat modos, quibus accipitur substantia secundùm rationem, dicens; quòd ex rationibus etiam Antiquorum accidit, alias esse substantias præter dictas; sicut quod quid erat esse, & ipsum subiectum; ita tamen quòd ipsum quodquid erat esse, non est substantia separata ab eo, cuius est; sed ideo substantia est, quia est ratio substantiæ. Similiter accidit ex rationibus Antiquorum, genus esse magis substantiam, quàm speciem; & uniuersale magis quàm singulare; quod tamen non est substantia secundùm ueritatem, nisi secundùm rationem; non secūdùm essentiam, quia non existit per se. Secundùm etiam rationes Antiquorum & uniuersali, & generi copulantur species, & ideæ: nam per eandem rationem uidetur, quòd idea sit substantia, per quam uidebatur de generibus: sicut enim genus, & uniuersale uidetur esse substantia participantium naturam generis, & uniuersalis: ita & idea omnium, participantium ideam: & similiter ponentes ideas, ponebant eas esse quædam uniuersalia: & ita idem iudicium uidebatur de uno, & de alio. Dictum est autem iam, quòd uniuersalia non sunt substantiæ secundùm existentiam, sed secundùm rationem tantùm: decipiebantur ergo isti, quia substantias secundùm rationem credebant esse substantias secundùm existentiam; quod tamen falsum est, quia substantia secundùm existentiam est solùm singulare: quod quid est autem, & genus, & uniuersale non sunt substantiæ; nisi inquantùm sunt rationes huius. Deinde cum dicit.

Recapitulat adhuc.

Quoniam autem & quòd quid erat esse substantia est, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione, & de secundùm se est diffinitum. Quoniam autem diffinitio ratio est; ratio autem partes habet: necesse & de parte erat considerare; quæ substantiæ partes, & quæ non: & si hæ diffinitioni opus sunt. Amplius etiam nec uniuersale substantia, nec E *genus. De ideis uerò & Mathematicis posteriùs perscrutandum est: nam præter sensibiles substantias quidam dicunt esse eas.*

Continuat se ad dicenda. Et duo facit, quia primò recapitulat quasi per modum cōclusionis quędam, dicta in Septimo: secundò concludit dicta in hoc Octauo ibi [Nunc autem de confessis substantiis.] Dicit ergo primò: quòd ipsum quod quid erat esse, substantia est; & ipsum quod quid erat esse, est declaratum per diffinitionem: ideo in libro Septimo, in quo fuit dictū de quod quid est, debuit dici de diffinitione: & quia diffinitio componitur ex prædicatis per se, & non secundùm accidens; ideo idem debuit dici de ipso: & quia omnis diffinitio est oratio, & oratio habet partes; F ideo idem debuit dici de partibus diffinitionis: quæ, scilicet sunt partes substantiæ, & quę non; & utrum partes diffinitionis & diffiniti sint eædem; & utrum partes diffinitionis diffinitionē habeāt: sicuti posteriùs perscrutandum. Nam quidam dixerunt partes diffinitionis, scilicet genus & differentiam esse ideas separatas præter substantiam sensibilem, & esse diffinibiles, ex quo subsistunt per se; quod ostensum est esse falsum: quia ideæ non diffiniuntur, sicut ostensum est in Septimo; nec etiam diffiniuntur partes diffinitionis secundùm Philosophum; aliàs esset abire in infinitum. Deinde cum dicit.

Continuatio.

Nunc autem de confessis substantiis tractabimus: hæ uerò sensibiles.

G Concludit quæ dicturus est in isto Octauo, dicens: hæc dicta sunt in Septimo: in hoc Octauo tractabimus de substantiis, quæ sunt confessę ab omnibus; & hæ sunt substantiæ sensibiles. Deinde cum dicit.

Sensibiles autem substantiæ omnes materiam habent; est autem substantia, quòd subiicitur. Aliter quidam materia (materiam uerò dico, quæ non hoc aliquid ens actu; potestate autem est hoc aliquid.) Aliter uerò ratio, & forma; quia aliquid ens, ratione separabile est. Tertium uerò quod est ex his, cuius solius generatio & corruptio, & separabile simpliciter: nam secundùm substantiarum rationē, hæ quidem separabiles, illæ uerò non. TEX. 3.

Hic incipit tractare de substantia sensibili, & de principiis eius. Et diuiditur in duas partes: H quia primò determinat de materia, & forma, & composito: secundò mouet quęstionem circa hoc ibi [Oportet autem non ignorare] Prima in duas, quia primò determinat quædam de sensibili substantia, scilicet materia, forma, & composito: secūdò concludit ea, quæ dicta sunt ibi [Palàm itaque ex his] Prima in tres, quia primò determinat de materia: secundò de forma: tertiò de composito. Secunda ibi [Quoniam autem & quæ quidem] Tertia ibi [Et ut in substantiis id, quod] Prima in tres, quia primò diuidit substantiam in materiā, formam, & compositum: secundò dat necessitatē ponendi materiam; probando quòd materia sit substantia est: tertiò ostendit, quòd non uniformiter

De substantia sensibili, & eius principiis.

ter

ter est materia in omnibus. Secunda ibi] Quoniã uerò substantia est materia, palàm] Tertia ibi [Et hanc sequuntur aliæ mutationes.] Dicit ergo primò, quòd omnes sensibiles substantiæ materiam habent; ita quòd illud, quod subiicitur formæ sensibili; est materia, quæ substantia est: uerùm materia aliter est substantia; & aliter forma, & aliter compositum. Materiam autem dico, & diffinio, quæ non est hoc aliquid ens in actu, potest tamen esse hoc aliquid: ita quòd materia est, de cuius essentia est, quòd possit esse hoc aliquid: quòd autẽ sit hoc aliquid in actu, hoc habet per formam. Forma uerò est ratio, & actus: actus quidem, quia ab ipsa est actus cõpositi, & materiæ: ratio uerò quia ex forma sumitur ratio speciei, & diffinitio rei: forma etiam est hoc aliquid ens in actu, & separabile est: in actu quidem, non quod existat per se, sed quia est ratio essendi ipsi composito: separabile autem non quidem secundùm rem, nec secundùm esse; quia forma sensibilis nunquam reperitur extra materiam, licèt sit separabilis secundùm rationem. Compositum uerò, quod est tertium compositum ex his, scilicet materia, & forma; est illud, cuius propriẽ est generatio & corruptio (sicut ostensum est in Septimo) & est separabile simpliciter, qđ potest per se subsistere; & hoc est ipsum compositum, & non materia, nec forma; de numero enim substantiarum quædam separantur secundùm rationem, quædam autem non. Notandum est, quòd hoc uerbum potest intelligi duobus modis: uno modo ut ponatur differentia inter formam, & materiam: ita quòd sit sensus, quòd substantia formę sensibilis est quædam substantia, quæ est separabilis secundùm rationem à materia indiuiduali; quia potest intelligi præter illam substantiam: materia autem est substantia, quæ non est separabilis secundùm rationem, quia non potest intelligi præter formam. Secundo modo potest hoc intelligi, quòd sit differentia inter formam sensibilem, & formam mathematicam: & tũc est sensus quòd forma mathematica est separabilis secundùm rationem; licèt non sit separabilis secundùm esse à materia sensibili: forma autem sensibilis non est separabilis nec secundùm esse, nec secundùm rationem. Deinde cum dicit.

Materia, forma, & compositum quid.

Forma sensibilis, quo separabilis à materia.

Text. 7. & inde. 25 & inde.

TEX. 4.

Quoniam uerò substantia est materia, palàm: nã in omnibus mutationibus oppositis est aliquid, quod subiicitur mutationibus; ut puta secundùm locum, quod nunc hic, iterum & alibi. Et secundùm augmentum, quod nunc quidem tantùm, iterum minùs aut maius. Et secundùm alterationem, quod nunc quidem est sanum, iterum laborat.

Probat, quòd oportet ponere materiam esse quandam substantiam; & est eius ratio talis. In omni mutatione, quæ est ad opposita, oportet dare aliquod tertium, quod subiicitur oppositis terminis; sed generatio & corruptio est mutatio aliqua; ergo oportebit dare aliquod tertium, quod subiiciatur oppositis terminis. Hæc ratio fundatur super duo fundamẽta: primum fundamẽtum est, ꝙ ĩ omni mutatione, alia à generatione, oportet dare tertium: secundũ est, quòd si in aliis mutationibus, oportet etiam dare in generatione: & secundùm hoc primò ponit primum fundamentum: secundò concludit secundum, ibi [Similiter autem secundùm substantiam.] Dicit ergo primò, quòd materia est quædam substantia; quia in omnibus oppositis mutationibus est aliquod tertium, quod subiicitur mutationibus, & terminis mutationum: sicut in mutatione secundùm locũ est aliquod tertium, quod nõ est hic, nec alibi: & in mutatione secundùm augmentum est aliquid, quod nunc est tantùm, nũc est magis, uel minùs: in mutatione autem secundùm alterationem est aliquod subiectum, quod nunc est sanum, nunc autem laborat. Deinde cum dicit.

Materia substantia, quædam est.

A B

Similiter autem secundùm substantiam, quòd nunc quidem est in generatione, iterum in corruptione: & nunc quidem quod subiicitur, & hoc aliquid: iterum autem, quod subiicitur sic secundùm priuationem.

Concludit, quòd si ita est in aliis mutationibus, ita debet esse in generatione, dicens: quòd in mutatione substantiali oportet dare aliquod tertium, quod nunc est sub generatione, nunc autem sub corruptione: & quod nunc idem subiicitur formæ, quæ est hoc aliquid; nunc autem priuationi formæ, & hoc uocabimus materiam. Notandum est, sicut mutatio secundùm locum nos docuit locum; & sicut mutatio secundùm alterationem nos docuit subiectum: ita mutatio secundùm formam substantialem nos docuit materiã. Sicut enim imaginabimur in motu alterationis, quòd forma accidentalis non uertitur in formã accidentalem: nec etiam una forma accidentalis recipit aliam formam accidentalem: sed ex hoc est alteratio, quòd aliquod tertium, quod uocamus subiectum, nec est sub una forma, nec sub alia: ita in generatione & corruptione nõ est imaginandum, quòd forma uertatur in formam, sed quòd est aliquod tertium, quod nos uocamus priuationem materiæ, ammittit actũ unius formæ, & admittit actum alterius; & hoc tertium uocamus materiam. Debemus enim de materia duo imaginari: primum est, quòd nunquam est sine actu formali: secundum est, quòd existens sub uno actu formali, potest trahi ad alium: & ex hoc cõcluditur, ꝙ est quoddam, aliud ab illo, sub quo fuit; ab illo, ad quod trahitur: si enim esset idem cum primo actu, nunquam posset trahi ad secundum; sed illud, quod trahitur ad actum potentia est: similiter si esset idem cum secundo actu, non esset trahibile ad ipsum; quia nihil est trahibile ad seipsum: sed oportet, quòd sit tertium ad utrũque. Et hoc est, quod hic probauit Philosophus. Deinde cum dicit.

C D

Modus cognoscẽdi materiam.

Et hanc sequuntur aliæ mutationes: aliarum uerò aut unam, aut duas, hæc non sequitur. Non enim necesse, si aliquid materiam habet localem, hoc & gene-

generabilem & corruptibilem habere: qua enim differentia simpliciter fieri, & non simpliciter; in Physicis dictum est.

Materia nõ in omnibus uno modo.

Probat, quòd materia nõ est uno modo in omnibus substantiis sensibilibus, dicens: quòd hanc mutationem, scilicet secũdùm generationem & corruptionem sequuntur aliæ mutationes; quia generabile & corruptibile est augumentabile, est alterabile, & est mutabile secundùm locũ; & ideo sequitur, quòd materia, quæ est subiecta generationi, est etiam subiecta augumentationi, alterationi etiam, & motui locali; alias au tem mutationes ad minùs unam, scilicet secundùm locũ non oportet, quòd sequatur hæc mutatio, quæ est secundùm generationem & corruptionem; quia nõ est necesse, quòd illud, quod est mutabile secundùm locum, sit mutabile secundùm generationẽ & corruptionem; sicut patet in cœlo: & ideo non oportet, quòd omne, quod habet materiam localem, habeat materiam generabilem & corruptibilem. Quasi dicat Philosophus, quòd aliter est in his, quæ mouentur motu generationis & corruptionis: & aliter est in his, quę mouentur motu locali tantùm. Et quia aliquis posset dicere, quòd in motu locali semper est aliquod fieri: ad hoc dicit Philosophus, quòd ibi potest esse fieri secundùm quid, & non simpliciter; quæ autem sit differentia inter secundùm quid & fieri simpliciter, dictum est in Naturalibus, scilicet in Libris de Generatione & Corruptione.

Ordo mutationũ triũ generum.

Lib. 1. text. com. 18. & 1. Phy. 62. & 5. Phy. 7. & alibi sæpe.

Quæreret quis, Vtrum materia dicat aliquam entitatem, aliam à priuatione, & à forma; sicut innuit Philosophus? Videtur quòd non; quia omne, quod dicit entitatem, dicit aliquem actum; si ergo materia per se dicit aliquam entitatem, ergo dicit aliquem actum; hoc est impossibile, ergo & primum: materia enim non dicit actum; sed est in potentia ad actum. Ad oppositũ est Philosophus.

Quæstio.

Respondeo, in hac quæstione sic proceditur: quia primò ponuntur rationes, quæ possunt mouere aliquem ad credendum, quod materia nullam entitatem dicit: secundò ponuntur rationes ad oppositum: ter tiò soluentur rationes primæ.

Articulus primus.

Primum patet ex diffinitionibus materiæ; quarum prima est, quòd materia est medium inter ens, & nihil: si ergo materia est mediũ inter ens, & nihil; oportet ꝙ materia non sit nihil, & quòd non dicat entitatem. Ad cuius euidentiam notãdum est, quòd duplex est medium: est enim quoddam medium per compositionem extremorum, in quo ipsa extrema saluantur: & est medium per negationem extremorum: materia non potest dici medium primo modo, ut uidetur: quia secundùm hoc materia esset composita ex nihilo, & ente; siue in materia saluaretur ratio nullius, & entis alicuius; quod est impossibile: si ergo est mediũ, oportet, quòd sit per negationem extremorum: cum ergo ens sit unum extremum, oportet quòd ab ea uegetur non ens; & per consequens nullã entitatem dicat. Sic ergo imaginabimur secun-

Prima diffinitio materiæ.

Medium duplex.

E dùm istam diffõnem, ꝙ materia dicit potẽtiã ad ens & nõ ens: & quia posse esse ens, aliquid plus dicit, quàm nihil; quia nihil potest saluari in possibili: ideo materia non dicit ens, nec dicit nihil, licèt dicat medium quoddam inter ens, & nihil: ita tamen quòd dare sibi istam medietatem, non est sibi dare aliquam entitatem, nisi fortè in attributione aliqua. Secunda uia est ex diffinitione materiæ, quam dat Philosophus Septimo Metaphysicę, ubi ponit: quòd materia nec est quid, nec est quale, nec quantum, & sic de aliis rationibus prædicamentalibus. Vbi notandum est, quòd entitas, & realitas conuertuntur: cum ergo omnis realitas creata, & realitas prædicamẽtalis sint idem; oportet ꝙ entitas, & realitas prædicamẽtalis conuertantur: quidquid ergo non habet realitatem prædicamentalem, non uidetur habere aliquam entitatem; materia est huiusmodi, secundùm diffinitionem Philosophi; quia secundùm istam diffinitionem materia diffinitur per negationem cuiuslibet realitatis prædicamentalis; illud autem à quo negatur realitas prædicamentalis, non potest habere realitatem istam; quia sic haberet, & non haberet: & ita secundùm hũc modum materia nullam entitatẽ dicit de se. Tertia diffinitio materiæ est ista, quòd materia prima est pura potentia. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd uerbum Cõmentatoris Primo Physicorum est, quòd quidquid est inter primam materiam, & ultimam formam; est materia composita, & forma composita; dicitur autem ista materia composita propter formam, cui est coniuncta; & ista forma dicitur composita propter materiã, quam concernit. V. gratia inter materiam primã, & formam complexionis sunt duę formę medię; forma elementi, & forma mixti: materia ergo est per se in potentia ad formam elementi; quæ quidem materia non potest dicere aliquid compositum; quia si diceret aliquid compositum, aliquid cadet medium inter formam elementi, & materiam primam; & ita non esset per se in potentia ad formam elementi, sed ista mediante: ergo est impossibile, quòd illud primum sit compositum: si enim esset compositum, esset resolubile: quod antem sit primum, & sit resolubile, est impossibile: materia autem, quæ est sub forma elementi, est in potentia ad formam mixtionis; & ita tenet medium inter formam mixtionis ex una parte, & materiam simplicem ex alia. Et uocatur forma composita propter materiam, quam concernit; quia forma elementi non est in potentia ad aliã formam, nisi inquantùm concernit materiam. Similiter materia ista uocatur materia composita propter formam, quam concernit, quia materia non est in potentia ad formam mixtionis, nisi mediante forma elementi: nec secundùm sententiã istam, materia ista, quæ est in potentia ad formã mixtionis, est materia composita: similiter materia, quæ est in potentia ad formam complexionis, se habet per eundem modum. Materia ergo, quam

F

G

H

Secunda.

Text. cõ. 8.

Tertia.

Sententia Auerrois. Com. 1. sed uide, an ex hoc sequatur plures formas substantiales esse in uno cõposito.

quam hic quærimus; non est materia composita, uel forma composita; sed est materia prima, quæ debet esse simplex. Modò ad propositum licèt materia composita possit dicere aliquam entitatem, quia talis est composita ex potentia & actu; eo quod concernit formam: tamen impossibile uidetur, quod materia prima dicat aliquē actum: materia enim prima, & potentia prima uidentur cōuerti: potētia autem prima non uidetur dicere aliquē actū: immo uidetur præcedere omnem actum uniuersaliter. Licèt enim potentia, quam uocamus materiam compositam; compatiatur secum aliquem actum, & entitatem, ut iam ostensum est: tamen potentia prima non uidetur secum compati aliquem actum: ideo enim prima, & pura uocatur, quia præcedit omnem actum: si enim ista potentia prima fundatur super aliquam entitatem uel actum; quidquid præcederet illum actum uel entitatem, præcederet illam potentiam; illa ergo potentia, quæ præcederet hanc entitatem, præcederet etiam potentiam materiæ: & sic materia non esset potentia prima. Quarta diffinitio materiæ est, & eam possumus sic diffinire; quod materia est fundamentum naturæ. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duplex est distinctio; scilicet materialis, & essentialis, siue quantitatiua: si materia ergo non potest esse distinctio essentialis, quia quidquid distinguitur essētialiter, essentiam habet; materia autem nullam essentiā habet: quia omnis essentia uel est forma, uel est à forma (loquimur autem de materia secundū quod est intellecta præter formam) si ergo loquerēmur propriè secūdùm istam distinctionem, diceremus quòd materia magis est essentialis, quàm quòd sit essentia: cum enim materia sit trahibilis ad formam per uim agentis; ex hoc quòd trahitur ad formam, trahitur ad essentiam; & sic in ea non est distinctio essentialis; sed sicut est in potentia ad essentiam, ita est in potentia ad distinctionem essentialem. Similiter in ea non est distinctio materialis, siue quantitatis; quia materia est in potentia ad quantitatem: cum ergo sit in potentia ad quantitatem, oportet quòd sit in potentia ad distinctionem quantitatiuam; quæ quidem distinctio fit per partes eiusdem rationis; benè ergo dictum est, quòd fundamentum naturæ nullam habet distinctionem, nec essentialem, nec materialem de se. Ex quo sequi uidetur, quòd materia nullam entitatem habet: quia omnis entitas uidetur ad minùs inducere distinctionem essentialē ab alia aliqua entitate. Isti ergo sic ponentes per ista quatuor media probant, quòd materia non est aliqua entitas; sed est purū possibile; quia nisi materia esset purum possibile, non posset esse medium inter ens, & nihil, secundùm primam diffinitionem: nec posset ab ea negari omnis ratio prædicamētalis, secundùm secundam: nec posset esse prima potentia secundùm tertiam: nec aliter posset causare omnem distinctionem secundùm quartam: & sic patet primum declarandum.

Quarta.

Distinctio duplex.

1. Metha. tex. cō. 17. sedm transl. Arab.

Materia est purū possibile.

A

Secundo probandum est, quòd materia dicat aliquam entitatem, quod patere potest pluribus mediis: primum est ex connexione, quæ est inter opus intelligentiæ, & opus naturæ. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd semper opus artis creatæ supponit opus naturę; itaquòd semper ars fabricat super entitatem factam à natura: ergo opus naturæ supponit opus intelligentiæ (& uoco hic intelligentiam causam primam) ita quòd natura in agendo semper figitur super illud, quod factum est ab intelligentia; quod non potest fieri à natura (quod factum ego uoco materiam) quia licèt materia non possit esse opus naturæ, quia nō potest fieri à natura; eo quòd ingenerabilis & incorruptibilis est: tamen benè potest esse opus causæ primę: modò certum est, quod illud, quod supponitur à natura, & est opus intelligentiæ, non pōt esse nihil; immo oportet quod dicat aliquam entitatem, & aliquam realitatem; quæ realitas est alia à realitate formæ introductæ per materiam: quia illud, quod supponitur actioni, & quod introducitur per actionem, non potest esse una entitas; materia autem supponitur actioni naturæ tanquam effectus causæ producenti; forma autem introducitur per actionem naturę. Dico ergo quòd illud, quod supponitur naturæ tanquam effectus causæ primæ, quòd sit nulla realitas, est impossibile; hęc est ergo prima uia.

Secūdus articulus.

Opus artis supponit opus naturæ, et opus naturæ, opus intelligentiæ.

B

Secunda uia est ex habitudine, quę est inter generationem & corruptionem, & creationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd si creatio potest dici aliquo modo mutatio; oportet quòd generatio sit secunda mutatio resolubilis ad creationem: imaginabimur, quòd creatio nullam realitatem supponit; sed illud, quod supponitur creationi, est purū possibile, iō creō est prima mutō, eo modo quo potest uocari mutatio: si ergo illud, quod supponitur generationi, nullam realitatem dicit; generatio esset æquè prima, sicut creatio: quod est impossibile. Et ideo uidetur dicendum, quòd possibile, quod supponitur generationi; sit resolubile ad purum possibile, quod supponitur creationi: ita quòd possibile, quod supponitur creationi, super nullam realitatem fundatur (aliàs non esset purum possibile) possibile autem, quod supponitur generationi, super aliquam realitatem fundatur, licèt diminutam: quam realitatem uoco materiam. Ex quo sequitur, quòd licèt materia non possit generari, quia generationi supponitur; tamen potest creari: & hoc quia possibile materiæ potest resolui ad possibile creationis: hæc est ergo secunda uia.

Secūda uia.

C

Materia creatur, nō ãt generatur.

D

Tertia uia est ex differentia mutationis, & motus; quia diffinitio motus est, quòd est actus entis in potentia secūdùm quòd in potentia. Ad cuius euidentiam intelligendum est, quòd motus, mutatio, & forma non differunt nisi secundùm modum intelligendi & significandi; ut de albari & albedo: oportet enim quòd ipsa mutatio, & forma acquisita per mutationē, sint actus eiusdem: sicut

Tertia uia.

ſicut dealbari, & albedo ſunt actus eiuſdem. Dicemus ergo, quòd forma eſt actus entis in potentia: mutatio autem eſt actus materiæ ſecundùm quòd materia eſt in actu completo, & ſic eſt actus rei potentialis, ſecundùm quòd eſt in actu; mutatio ergo eſt actus materiæ, ſecundùm quòd iam eſt in actu completo: motus autem eſt actus materiæ, ſecundùm quod non habet adhuc ultimam completionem; & ſic eſt actus entis in potentia, ſecundùm quod adhuc eſt in potentia. Ex quo ſequitur, quòd materia eſt aliqua entitas: quia ſi non eſſet aliqua entitas; motus, & forma non eſſent actus entis: immo ſequeretur ſecundùm iſtã poſitionem, quòd eſſent actus puri potentiales, & quòd nullam entitatem dicerent. Ex quo etiã ſequitur, quòd nõ ſit entitas formæ: quia realiter differt actus, & cuius eſt actus: & ſic patet tertia uia.

Quarta via. Quarta uia eſt ex hoc; quòd illud, quod eſt in generatione per accidens, reducitur ad per ſe: licèt enim illud, quod generatur, generetur ex priuatione, & ex potentia materiæ; tamen differenter; quia ex priuatione generatur aliquid per accidens: ex potentia autem materiæ generatur aliquid per ſe: oportet ergo quòd priuatio reducatur ad potentiam materiæ; ita quòd nunquam fieret aliquid ex priuatione, niſi quatenus concurrit cum potentia materiæ: ſi antem hoc eſſet uerum, quod materia nullã entitatem diceret, ſed ſolùm puram priuationem omnium entium; non poſſet eſſe, quod per accidens reduceretur ad per ſe: oportet enim quòd quando fit aliquid uniuerſaliter, quòd in eo, ex quo fit, ſit priuatio rei fiendæ; ſed hoc non ſufficit, quia cum hoc oportet eſſe poſsibile, ꝙ trahatur ad actũ per actionem generantis; quod poſsibile ſi nullam realitatem diceret, non poſſet eſſe principium per ſe, ſuper quo figeret ſe natura: oportet ergo, quòd iſtud principium materiale ſit aliquod ens (licèt diminutum) aliud à forma. Quomodo autem hæ rationes non ualeant in creatione, licèt ualeant in generatione: alibi poterit patere: ſic ergo dico, ꝙ materia differt realiter à forma.

Poſsibile trahitur ad actum per actionẽ generantis.

Ad argumẽta. Ad primum fundamentum partis oppoſitæ dicendum eſt, quòd materia dicitur eſſe medium inter ens, & non ens; hoc eſt inter ens formale, & non ens formale: cum enim ſit in potentia inter ens formale, & non ens formale, oportet quòd teneat medium inter utrunque. Vbi notandum eſt, quòd materia aliter dicitur medium reſpectu formarum, & priuationum; & aliter medium inter duo contraria: quia medium inter duo contraria, ideo dicitur medium; quia capit in ſe aliquo modo formalitates extremorum: materia autem eſt in potentia ad utrunque extremorum; non in potentia ad totum ens & ad totam entitatem rei, & ad non ens (tunc enim creatum eſſet quod eſſet non ens) ſic autem non eſt, quia non eſt in potentia, niſi ad ens formale: & ideo non oportet, ꝙ ſit non ens ſimpliciter, ſed nõ ens, qđ non eſt for-

Materia quõ dicitur mediũ inter ens, & non ens.

E ma. Imaginabimur ergo, quòd potentia creatiua (quam quidam etiam uocant obiectiuam) eſt etiã medium inter ens, & non ens; ſed tamen differenter: quia enim potẽtia creatiua eſt ad totum ens, ideo oportet, quòd dicat medium inter totum ens, & non ens ſimpliciter: & ideo de ſe nullam entitatem dicit; niſi in quadam analogia & attributione: materia autem ſolùm dicit medium inter ens formale, & non ens formale; & ideo poteſt dicere entitatem diminutam, & trahibilem ad entitatem formæ.

Põa creatiua ab alijs dicta obiectiua.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum dicendum eſt, quòd quidditas poteſt accipi duobus modis: uno modo pro entitate rei determinata, & actuali: & iſto modo accipiendo quidditatem, materia non habet quidditatem; ſed eſt in potentia ad quiddditatem, ſicut eſt

F in potentia ad determinationem: & iſto modo accepit Philoſophus ipſum in Septimo. Secũdo modo poteſt accipi largo modo, pro omni eo, quod eſt infra ambitum entis, ſiue dicat entitatem determinatam quò ad formam; ſiue magis entitatẽ determinabilem, quò ad materiam: & iſto modo materia poteſt habere quidditatem; quia quidditas materiæ eſt, quòd ſit quædam entitas determinabilis per entitates formales.

Quidditas duplicitur. *Tex. 8. & deinceps.*

Ad tertium. Ad tertium dicendum eſt, quòd materia non non eſt prima potentia ſimpliciter, ſed in genere, quod patet primò, quia (ut dictum eſt) ſicut generatio eſt reſolubilis ad creationem; ita ſimiliter potentia materiæ ad potentiam creatiuam;

G quam aliqui nocant obiectiuam; & ideo iſta debet uocari prima potentia, & non illa. Alio modo patet, quia potentia prima eſt illa, quæ eſt ad totum ens, & ideo uocatur prima, quia eſt extra ambitum totius entis, licèt habeat attributionem ad totum ens; potentia autem materiæ, quæ tantùm eſt ad ens formale; non poteſt eſſe prima niſi in genere.

Materia quõ dicitur prima potẽtia.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum eſt, quòd in materia nõ eſt propriè aliqua diſtinctio formalis nec materialis; ſicut benè probabat illud fundamentum; & hoc quia eſt in potẽtia ad formas ſpecificas, & ad formas materiales: ſed tamen propter hoc non probatur, quin ſit ibi aliqua diſtinctio; eo modo quo ipſa diſtinguitur contra formam; ſicut determinabile contra determinatum. Argumen-

H tum ergo non plus probat, niſi quòd materia non habet entitatem formalem; ſed quòd nullam habeat, hoc non probat: eo enim modo quo habet entitatem diminutam, eo modo habet diſtinctionem: & ſic patet quæſtio in ſe.

Ad principale. Ad argumentum in oppoſitum dicendum eſt, quòd materia eſt in potentia ad actum formæ, ſed non ad actum proprium.

Quæſtio. Quæreret aliquis ſecundò, Vtrum ſit uerum, quod dicit Philoſophus, quòd quidquid habet materia in potentia ad formam; habet materia in potentia ad ubi? Reſpondeo dicendum, quòd ſic: quod patet ex habitudine, quæ eſt inter formam, & paſsionem, quæ ſequitur formam: debemus

mus enim imaginari, quòd sicut forma, & passio nunquam separantur, quin simul sint: ita nunquam separatur potentia, quæ est ad formam, a potentia, quæ est ad passionem, quæ sequitur formam: ex quo sequitur, quòd omne illud, quod est in potentia ad formam, sit in potentia ad passionem, consequentem formam. Si autem sic est, habemus propositum nostrum: quia enim locus sequitur formam, sicut secunda perfectio sequitur primam; & sicut passio sequitur subiectum; ideo omne, quod est in potentia ad formam, est in potentia ad locum eadem potestate essentiali; materia autem est in potentia ad formam, materia, scilicet subiecta generationi; & ad locum, materia, scilicet locari.

Forma, & passio nunquã separãtur: ita potẽtia ad formam, & potẽtia ad passionem.

Quæstio. Quæreret aliquis tertiò, Vtrum materia generabilis, sit materia alterabilis; sicut innuit Philosophus in litera, & è conuerso? Dicendum est, quòd sic. Ad euius euidentiam notandum est, quòd alteratio, & generatio ad inuicem ordinantur sicut dispositio & terminus dispositionis: quia per alterationem disponitur materia, ut possit recipere formam, quæ est terminus generationis. Sicut ergo eadem potentia est, quæ subiicitur dispositioni, & termino dispositionis: similiter eadem materia est, quæ subiicitur alterationi, & generationi: & sicut impossibile est, in natura separare alterationem à generatione; ita impossibile est separare materiam, quæ est subiecta generationi, ab illa, quæ est subiecta alterationi. Dicere ergo, quòd sit alia materia respectu generationis, & respectu alterationis; est dicere, quòd illa, quæ disponitur; non est illa, quæ recipit terminum dispositionis, quod impossibile est: quia unum & idem, quod est dispositum per alterationem, postea est perfectum per generationem.

Alterõ, & generõ, quo ordinantur.

C

Alterõ duplex.

Notandum autem, quòd alteratio duplex est: quædam est alteratio realis, quæ uia est in generationem; eo modo quo dicimus, quòd aliquid alteratur à calido in frigidum, & è conuersò: & quia talis est uia in generationem; ideo de illa est uerum, quòd materia alterabilis est materia generabilis, & è conuersò.

Alia est alteratio intentionalis, eo modo quo dicimus, quòd aliquid alteratur à non lucido in lucidum: & de tali alteratione non est uerum, quòd materia, quæ est subiecta isti alterationi, sit subiecta generationi: & hoc quia hæc alteratio non est uia in generationem. Videmus enim, quòd corpora ingenerabilia, sicut sunt corpora cœlestia, tali alteratione alterantur; eo modo quo dicimus, quòd Luna de non lucida fit lucida, & tamen non generatur, nec corrumpitur.

D

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum materia, quæ est subiecta generationi, sit subiecta augmento, sicut innuit Philosophus in litera? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd generatio alicuius ex hoc est,

Generã rerũ qualis.

A quòd potentia trahitur ad actum competentem rei generandæ; non autem potest trahi ad specialem actum, nisi trahatur ad speciales dimensiones competentes illi actui: quando enim generatur aer, sicut materia trahitur ad formam aeris, ita trahitur ad dimensiones competentes aeri. Imaginabimur ergo, quòd materia nullam dimensionem sibi determinat determinatam: de se enim non aspicit nisi dimensiones indeterminatas: mediante autem forma aspicit dimensionem determinatam: unde secundùm quod trahitur ad aliam & aliam formam per uim generantis, ita oportet quòd trahatur ad aliam & aliam dimensionem determinatam: & secundùm hoc contingit, quòd materia sub priori forma existens sub paruis dimensionibus; si debet trahi ad sequentem formam, oportet quòd trahatur ad maiores dimensiones; & tunc materia simul & semel erit subiecta generationi & augmento: sicut enim eadem est materia, quæ recipit paruas dimensiones & formam; ita eadem materia est, quæ recipit motum augmenti & generationis:

Eadem materia, quæ est subiecta generationi, & augmento.

B

Quoniam autem & quæ quidem ut subiectum, & ut materia substantia confessa est; hæc autem, quæ potestate; reliquum eam, quæ ut actum substantiam sensibilium dicere quæ est. TEX. 5.

Postquam Philosophus determinauit de substãtia materię: hic incipit de substantia formæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò continuat se ad dicenda: secundò determinat de substantia formæ, ibi [Democritus quidem igitur.] Dicit ergo primò: quia ita est, quòd aliqua materia est substantia, confessa ab omnibus; & de ista iam est dictum in præcedentibus, quòd est quædam substantia in potentia: reliquum est dicere de ista substantia, quæ quidem est actus, & substantia actualis rei sensibilis.

Democritus quidem igitur tres differentias simul esse existimauit; nam subiectum corpus secundum materiam unum & idem. Differre autem, aut rithmo, quod est figura, aut trope, quod est positio; aut diataxi, quod est ordo.

Incipit determinare de substantia forma. Et duo facit, quia primò ponit opinionem Democriti circa formam: secundò improbat opinionem illam, ibi [Videntur autem multæ differentiæ.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd opinio Democriti unitatem ponebat ex parte materiæ, quia ponebat unum corpus esse subiectum & materiam: quia tamen unum ut unum non potuit facere diuersitatem in rebus, ut apparet: & ideo cum unitate subiecti posuit diuersitatem ex parte formarum; quas quidem formas uocat nomine figuræ, uel nomine ordinis, uel nomine positionis. Volebat enim, quòd ipsa materia esset corpora atoma, & indiuisibilia; quæ quidem unum erant, inquantùm conueniebant in natura corporis indiuisibilis: quæ quidem corpora indiuisibilia, & ato-

Opi. Democriti de principiis differentia, & substantia rerum.

ma diuersitatem faciebant in rebus, secundùm quòd aliter & aliter ordinabantur; uel secundùm aliam & aliam figuram corporum.

His uisis, patet litera Philosophi: dicit ergo, quòd Democritus similis est existimāti tres differentias formales, hoc est per quas differunt res: ponebat enim corpus subiectum, & materia esse unum & idem, quod quidem corpus subiectum uocabat corpora indiuisibilia, conuenientia in una natura: diuersificabatur autem illud corpus subiectum in diuersas res, aut secundùm differentiam figuræ; quia quædam illorum corporum erant circularia, quædam erant recta: aut secundùm differentiam positionis: quia quædam erant sursum, quædam deorsum, quædam à dextro, quædam à sinistro; F aut secundùm differentiam ordinis: quia quædam erant priùs, quædam posteriùs.

Videntur autem multæ differentiæ esse: ut alia quidem compositione dicuntur materiæ; sicut quæcunque mixtura, quemadmodum mellicratum alia autem ligatione, ut capitis ligatura: alia uisco, ut liber: alia clauo, ut arca: alia in pluribus horum: alia positione, ut liminare inferius & superius. Hæc enim impositione aliqualiter differunt: alia tempore, ut cœna & prandium: alia loco, ut spiritus: alia sensibilium passionibus, ut duritie & mollitie, spissitudine & raritate, siccitate & humiditate. Et hæc quidem horum quibusdam alia omnibus his; & omnino alia superabundantia; alia defectu.

Incipit improbare opinionem Democriti. Vbi notandum est diligenter, quòd Democritus in duobus deficiebat: primò quia accipiebat tantùm differentias rerum & entium tres esse; cum tamen entia differant pluribus differentiis, quàm tribus: secundò quia ommissis differentiis substantialibus, accipiebat tantùm differentias accidentales. Et secundùm hoc pars ista diuiditur, quia primò ostendit quomodo fuit diminutus, omittendo differentiam essentialem: secundò ostendit, quòd tot modis dicitur esse rei; quot modis dicitur differentia, ibi [Palàm itaque ex his.] Prima in duas, quia primò ponit multas differentias esse præter dictas: secundò ostendit & concludit, quòd quotiens dicuntur differentiæ, totiens dicitur essentia rei. Secunda ibi [Quare palàm.] Dicit ergo primò ita. Democritus ponit tres differentias tantùm, tamen multæ sunt aliæ differentiæ; multa enim sunt, quæ quidem differunt compositione materiæ: sicut omnia, quæ habent permixturam, sicut est mellicratū: quædam autem sunt, quæ differunt per ligationem alicuius uinculi, sicut est capitis ligatura: quædam autem sunt, in quibus hęc compositio est per uiscum, sicut fit in libris: aliqua uerò sunt etiam, scilicet quibus fit compositio mediante clauo, sicut est in arca: aliqua sunt, quæ componuntur pluribus horum modorum prædictorum: E hæc ergo differunt in compositione & in modo componendi. Aliqua sunt, quorum differentia est in positione, & situ, sicut liminare superius & inferius: hæc enim differunt per alium, & alium situm. Aliqua sunt quorum differentia consistit in tempore, sicut cœna, & prandium. Aliqua sunt quorum differentia est ex hoc, quòd procedunt ex diuersis locis; eo modo quo dicimus, quòd spiritus, siue uētus Aquilonaris differt à Meridionali, & Orientalis ab Occidentali. Aliqua sunt, quæ differunt per sensibiles passiones, sicut illa, quæ differunt per molliciem & duriciem; uel per calidum & frigidum; uel per humidum & siccum. Ita quòd entia, quę differunt per huiusmodi differentias, uel differunt per quasdam harum differentiarum, uel differunt omnibus his: & uniuersaliter duæ de his differentiis reducuntur ad superabundantiam & defectum: quia duæ differentiæ semper sic se habent ad inuicem, ꝙ una semper est abundans, uel gradus nobilioris; & altera deficiens, idest gradus ignobilioris.

Quare palàm quia & esse totiens dicitur. Limen enim inferius est, quia ita ponitur. Et esse, sic ipsum poni significat. Et crystallum esse, & sic inspissari. Quorundam uerò esse & omnibus his diffinietur. Hoc quidem permisceri, hæc autem contemplari, illa uerò ligari, alia inspissari: alia autē aliis differentiis uti, sic ut manus aut pes.

G Ostendit, quòd quotiens dicuntur istæ differentiæ, totiens dicitur esse rei, habitum per istas differentias. Et duo facit, quia primò facit quod dictum est: secundò ostendit, quòd licèt istæ differentiæ dicantur multipliciter, possunt tamen reduci ad minorem numerum, reducendo differentias inferiores ad superiores. Secunda ibi, [Sumenda autem sunt genera differentiarum.] Dicit ergo primò: ita dictum est, quòd differentiæ dicuntur multis modis: ex quo manifestum est, quòd tot modis dicitur esse rei, quot differentia: & hoc quia secundùm differentiam ultimam accipitur esse rei: limen enim inferius habet tale esse distinctū ab aliis, quia sic ponitur; & ipsum sic poni est suum esse specificum: & crystallum habet tale esse specificum, quia sic inspissatur: quorundam uerò esse est in eo quòd sic miscentur: quorundam uerò ex hoc ꝙ sic contemperātur: quorundam uerò ex hoc ꝙ sic ligātur: quorundam uerò ex eo ꝙ sic inspissantur: quædam uerò differunt quibusdā aliis drīis, sicut manus & pes; quæ differunt penes officia. H

Sumenda autem sunt genera differentiarum. Hæc namque erunt principia essendi, ut quæ in magis & minus, aut spisso & raro, & aliis talibus, Omnia namque superabundantia & defectus sunt: siquidem aut figura, aut lenitate, aut asperitate, aut recto, aut circulo. His autem esse, erit misceri. opposita uerò non esse.

Ostendit, quòd istæ plures differentiæ possunt reduci ad pautiores. Et hoc est, quod dicit:

Reiicit Demo. opinionem.

Varia rerū differentia licet accidentales.

Differentia cōstituunt & et distinguit.

Differentia enim sumitur a forma, quare dictū Philosophi habet intelligi de formis.

Plures differentiæ quō reducēda in pauciores.

Plures differentiae quo reducēda in pauciores.

cit: quòd licèt istæ dicantur tot modis; tamen sumenda sunt genera differentiarum suprema: ita quod inferiora reducantur ad superiora: & ista remota, idest superiora erunt principia in toto genere: quia superiora saluantur in inferioribus. Quòd autem inferiora reducantur ad superiora, patet: quia quædam sunt, quæ differunt penes magis & minus participare aliquam materiam: quędam sunt, quæ differunt penes spissum & rarum: & tam ista, quàm illa reducuntur ad superabundantiam & defectum; eo modo quo dicimus, q; in magis raro & minùs raro & in denso est defectus: & similiter in figuris inferiores differentiæ reducuntur ad superiores; eo modo quo dicimus, quòd aliqua differunt penes asperitatem & lenitatem, & aliis modis determinandi: quæ quidem differentiæ reducuntur ad rectum & curuum, quæ sunt primæ differentiæ in figuris. Alia sunt, quæ differunt penes esse mixtum, & penes compositum: quod est esse non mixtum. Notandum est diligenter, quòd licet in uno genere posśint esse multæ contrarietates secundùm sub, & supra; tamen non est in eo, nisi una prima contrarietas, ad quam contrarietatem omnes aliæ contrarietates in eodem genere reducuntur: duorum ergo generum primorum poterunt esse duæ primæ contrarietates, sed unius non, nisi una. Et hoc est, quod hic dicit Commentator exponens Philosophum, dicens: quòd duplex est qualitas, scilicet qualitas secundùm quātitatem, & qualitas passiua, quæ habet suas differentias, & qualitates etiam secundùm quantitatem: propriè differentiæ qualitatis passiuæ sunt additio, & diminutio, siue magis & minùs; quia semper una talium differentiarum se habet sicut magis, & alia sicut minùs: primæ autem differentiæ qualitatum secundùm quantitatem sunt rectum, & tortuosum, siue curuum. Deinde cum dicit.

In uno genere est una prima contrarietas.

Qualitas duplex.

Palàm itaque ex his, quia si substantia causa essendi unumquodque, quod ex his est, quærendum, quæ est causa essendi horum unumquodque. Substantia quidem igitur nihil horum, nec combinatum, attamen proportionale in quolibet.

Conclusio.

Ostendit secundum, quòd Democr. fuit diminutus, quia ommisit differentiam & formam substantialem: quia inter superiùs nominatas non nominantur nisi duæ accidentales. Et hoc est, quod dicit: quòd manifestum est, quòd si substantia & forma substantialis est causa essendi unumquodque; semper ubi quæritur natura & substantia rei, quærenda est forma substantialis, quæ est causa essendi unumquodque: nulla autem dictarum differentiarum est forma substantialis: & per consequens non dicit substantiā rei: nec etiam compositum ex talibus formis accidentalibus dicit substantiam rei; tamen possunt proportionari substantię rei, sicut propria accidentia propriis formis.

Vbi latent ultimæ differentiæ, supplatur per accidentia. Vide in 7. com. 41.

TEX. 6.

Et ut in substantiis id, quod de materia prædi-

A *catur est actus ipse, & in aliis est finitionibus maximè: ut si limen inferiùs oporteat diffiniri, lignum, aut lapidem ita positum dicemus: & domum, lateres, & ligna sic posita. Aut adhuc & cuius causa in quibusdam est: Si uerò crystallum, aquam congelatam aut inspisśitam: ita in symphonia, aut acuti & grauis commixtio talis. Eodem quoque modo & in aliis.*

Postquam determinauit de materia, & forma; determinat de composito: quæ quidem determinatio consistit in hoc, quòd in diffinitione compositi cadit materia, & forma. Et diuiditur in duas partes, quia primò probat per ra-

In diffinitione compositi cadit materia, & forma.

B tionem: secundò ex hoc concludit, quòd alterius materiæ est altera forma: tertiò probat hoc, quod dixit, scilicet quòd in diffinitione compositi capiatur materia & forma per dicta Antiquorum. Secunda ibi [Palàm itaque ex his] Tertia ibi [Similiter autem & quos Architas.] Ratio prima talis est: sicut in substantia composita cadit actus; ita similiter & in diffinitionibus compositorum maximè cadit materia, & forma: unde si oportet diffinire limen inferius, dicemus quòd est lignum, uel lapis in tali positione: ita quòd lignum est ibi pro materia; positio autem pro forma. Similiter si uellemus diffinire domum; dicemus quòd domus est lapides, uel ligna sic & sic posita; ita quòd lignum, & lapis est pro materia, positio autem domus pro forma: uerum est, quòd

C in diffinitione domus potest poni causa finalis, cuius causa fiunt illa, quæ fiunt. Similiter si uellemus diffinire crystallum, dicemus quòd crystallus est aqua, sic congelata, uel inspissata: ita quòd aqua est sicut materia, & inspissatio est sicut forma. Similiter si uellemus diffinire symphoniam, diceremus, quòd est talis mixtio acuti & grauis: ita quòd acutum & graue est sicut materia, proportio & commixtio est sicut forma: & sicut in diffinitione istorum compositorum accipitur materia & forma; & similiter in diffinitione aliorum. Notandum est diligenter, quòd hic Commentator notat, quòd diffinitiones sunt in duplici differentia: quia quæ-

Ex his patere poterit materiam esse partem quidditatis.

D dam sunt diffinitiones substantiarum per se existentium: quædam sunt diffinitiones compositorum ex substantia, & accidentibus: & aliter se habent partes primæ diffinitionis, & aliter secundæ: quia in primis diffinitionibus genus se habet sicut materia; differentia sicut forma: in diffinitionibus autem secundorum illud, quod est materia, habet se ad modum differentiæ: cuius potest esse ratio, quia diffinitiones accidentiū sunt per additamentum: & ideo per subiectum diffiniuntur. Ita quòd illud, quod ponitur in diffinitione accidentium ex parte generis accidentiū, est quid commune, quod quidem commune nō specificatur, nisi per subiectum; & quia illud, qđ specificatur uocatur dr̃ia; ideo subiectum & materia dr̃ia uocatur: si.n. dicatur q; simitas est cōcauitas in naso, cōcauitas se hēt sicut forma, nasus aūt

Diffinitio duplex.

sicut

sicut materia & subiectum,quia concauitas speci ficatur per nasum,quia simitas non est omnis cõcauitas, sed in tali materia, ideo nasus se habet ad modum differentiæ. In diffinitionibus autem substantiarum per se existentium,utrunque, scilicet genus & differentia sunt in proprio genere diffiniti,quia non est diffinitio per additionem: ita quòd materiale tenet locum generis, & formale locum differentiæ.

Doctrina Commen.

Secundò notandum est, quòd Commentator hic uocat, quòd in diffinitionibus accidentium, materia tenet locum non generis,sed tantùm materiæ;& ideo non prædicatur de eo, cuius est materia,nisi per aliquam habitudinem,importatam per aliquam proportionem: ubi uult dicere, quòd differentia est inter materiam, & genus: F & quia materia non prædicatur de habente materiam,nisi secundùm quòd induit naturam generis:genus autem prædicatur de eo, cuius est genus. Reddit autem huius rationem ipse Commentator: quia nomen generis significat materiam,secundùm quod est in potentia illud, quod habet materiam:materia autẽ significat aliquid, quod est in actu pars eius,cuius est materia: hoc est dicere,quòd genus significat per modum potentiæ illud idem,quod significat species, cuius est genus:appello autem significare per modum confusi determinabilis per differentias: & ideo potest prædicari de eo,cuius est genus. Quasi dicat Commen.quòd genus per modum potentiæ significat illud,quod significat species, cuius est G genus;& ideo potest prædicari de ea; materia autem significat rem suam per modum partis, partis dico diuisæ contra formam partis;& ideo non potest prædicari de eo, cuius est materia; quia pars non prædicatur de toto,nisi fortè p habitudinem importatam per aliquam proportionem; eo modo quo dicimus,quòd domus est ex terra, & statua ex auro.Deinde cum dicit.

Differentia inter materiam, & genus.

Palàm itaque ex his, quia actus alius alterius materiæ & ratio. Aliorum enim compositio,aliorũ mixtio,& aliorum aliud quid dictorum.

Concludit quandam conclusionem ex præcedentibus,quæ est;quòd alterius materiæ est altera forma; quia actus actiuorum sunt in patiente benè disposito. Et duo facit,quia primò hoc cõ- H cludit dicens;quòd manifestum est ex istis,quòd alterius & alterius materiæ est altera ratio, & alius actus: ratio enim & formalitas aliquorum consistit in compositione;aliorum in mixtione; & sic de aliis formalitatibus sic dictis. Deinde cum dicit.

Ad variationem materia variatur actus; è contra autè non semp.

Propter quod diffinientium, hi quidem dicentes, quid est domus, quia lapides, lateres, ligna, potestate domum dicunt; materia namque hæc;illi uerò uas protectiuum pecuniarum, & corporum, aut aliud aliquid tale addentes; actum dicunt: alii ambo eam componentes,tertiam & eam,quæ ex his est,substantiam. Videtur enim quæ quidem per differentias ratio speciei,& actus esseque uerò est in exi E *stentibus materiæ magis.*

Ostendit,quòd diffinire rem compositam per materiam tantùm,uel per formam tantùm, est semiplenè diffinire, dicens: quòd de numero diffinientium quidam in diffinitione non ponunt nisi materiam; ut si dicatur, quòd domus est lapides,lateres,& ligna; & isti imperfectè diffiniunt rem,solũ in potentia:lapis enim & lignum nõ est domus,nisi in potentia. Alii sunt,qui non ponũt nisi formam:ut si dicatur, quòd domus est quoddam uas protectiuum pecuniarum, uel corporũ, uel aliquid simile: & hi etiam imperfectè diffiniunt,quia non tangunt nisi actum,cum deberẽt tangere etiam materiam;quia(ut dictum est)pro prius actus est in propria materia. Tertii sunt,qui tangunt utrunque in diffinitione,scilicet propriũ actum, & propriam materiam: & hi sunt, qui uerè diffiniunt. Apparet etiam, quòd ratio, quę quidem est per differentias formales tantùm declarat formam,& actum formalem: quæ uerò declarat formam existentem in materia,compræhẽdit utrunque,scilicet materiam,& formã;& ideo fit materiæ:quasi dicat, si diffinitur forma in se, diffinitur per aliquam formalitatem,quam uocat differentiam:si uerò diffinitur forma nõ in se, sed ut inexistens;oportet quòd accipiatur materia in diffinitione sua. Vel sic potest exponi iste passus: quòd diffinitio formarum existentium in materia non est diffinitio nisi formæ, & tamen in diffinitione talium accipitur materia pro differentia:& hoc tam in formis substantialibus existentibus in materia,quàm in accidentalibus: in accidentalibus quidem,ut si dicatur, simitas est cauitas in naso; diffinitio est terminus simitatis: tamen nasus est ibi pro differentia: similiter in substantialibus, ut si dicatur; anima est actus corporis physici organici, non diffinitur nisi anima; & tamen corpus organicum est ibi pro differentia. Et hoc est,quod dicit litera; quòd ratio, idest diffinitio, quæ quidem est per differentias formales, est actus speciei; quæ uerò est in existentibus, hæc ipsa diffinitio, quæ est forma existentium in materia, est materiæ magis, hoc est, magis habet materiam pro differentia, quàm formam. Et secundùm hoc tangit unum genus formarum in litera ista,quod est per differentias formales: & hæ sunt formæ non existentes in materia:& etiam quales sunt species,& formę totius in genere substantiæ:& has tangit,cum dicit;quòd ratio per differẽtias formales est actus, & speciei,idest actus,qui est species. Secundùm genus tangit,cum dicit,diffinitio est p materiã, tanquam per differentias; quales sunt formę accidentales, uel formæ partis; & has tangit, cum dicit; quæ uerò in existentibus materiæ magis, idest habent materiam magis pro differentia,quàm formam;sicut declaratum est. Deinde cum dicit.

Illi rectè diffiniunt, qui materiã, & formã, uel his proportionabilia sumunt in diffinibus.

Secunda expositio.

Similiter autem & quos Archytas approbabit terminos,simul enim utriusque sunt,ut quidem fere nitas

nitas? quies in aeris pluralitate: per quidem materia, actus, & substantia quies. Quid est tranquillitas? maris aequitas: subiectum quidem ut materia, mare: actus autem, & forma, aequitas.

Laudat Architam, semet pariter laudat.

Approbat, quod dictum est, per dicta Antiquorum, dicens: quòd diffinitiones, & termini, quos approbauit Architas; similes sunt diffinitionibus, habentibus materiam & formam: diffiniens enim serenitatem, dicebat: quòd serenitas est quies in altitudine aeris: ità quòd quies est hic pro forma, aer autem pro materia: similiter diffiniens tranquillitatem, dicebat: quòd tranquillitas est aequitas maris: ita quòd aequitas est ibi pro forma, mare autem pro materia. Deinde cum dicit.

Palàm itaque ex dictis, quae sit sensibilis substantia, & quomodo: & haec quidem enim ut materia, illa uerò ut forma, quia actus: tertia autem, quae ex his.

Epilogus.

Concludit omnia, quae dicta sunt in praecedentibus, dicens: quòd manifestum est ex praecedentibus, quid sit sensibilis substantia, & quomodo dicitur uno modo substantia materia, alio modo forma, tertio modo compositum ex his. Notandum est, quòd Commen. exponens illud uerbum, quòd differentiae passiuae in tertia spẽ qualitatis non sunt substãtiae, dicit: quòd opinio quorundam fuit, quòd calor, qui est qualitas passiua, hoc est inferens passionem, est differentia substãtialis ignis: quorum ratio fuit (secundùm ipsum) quia ad remotionem caloris remouetur ignis; illud autem est substantia, uel de substantia alicuius, ad cuius remotionem res remouetur: hoc autem improbat Commenta. quia impossibile est, quòd illud, quod est substantia in uno, sit accidẽs alteri: cum enim natura entis dicatur aequiuocè (secundùm eum) de substantia, & accidente; impossibile est, quòd illud, quod est substantia in uno, sit accidens in aliquo: sicut est ratio caloris, quòd respectu unius sit substantia, & respectu alterius sit accidens: omnis enim ratio, quae quidẽ in uno est substantia, & in alio accidens est ratio aequiuoca. Concludit ergo Commen. quòd si hoc esset, scilicet quòd calor in igne esset differentia substantialis, sequeretur quòd composita calida haberent diffinitionem ignis, quia participarent formam substantialem ignis: sequeretur etiam quòd ipsum calidum, quod est compositum ex subiecto & caliditate, esset unum in actu, & duo in potentia, quod est impossibile in composito ex qualitate & subiecto; quia compositum ex subiecto & accidente, est duo in actu: sicut in Septimo pluries ostensum est: sic ergo calor, qui sequitur formam ignis, est calor maximus, & motus ad superius, & est de genere accidentium, & non substantiae. Ad argumentum uerò respondet Comment. quòd ignis non remouetur: ad remotionem enim risibilis remouetur homo, & tamẽ non propter hoc sequitur, quòd risibile sit forma substantialis hominis; sed quia ad remotionem

Diuersio Auer. contra Alexã. Aphrodiseum.

Tex. 24. & circa. 33. et circa.

A risibilis remouetur forma substantialis hominis, ad cuius remotionem remouetur homo; ideo ista remotio non est nisi mediante forma substantiali: similiter ad remotionẽ caloris remouetur forma substantialis ignis, & per consequens remouetur ignis: multa enim sunt, quae requiruntur, & concurrunt rei, quae tamen non sunt de substantia uel essentia rei: licèt ergo ignis non possit existere sine calore, non tamen calor est de essentia ignis.

Tex. 7.

Oportet autem non ignorare, quia aliquando latet, utrum significet nomen compositam substantiã, aut actum & formam: Vt domus, utrum significet
B *communiter, quia tegumentum ex lateribus, & lapidibus sic compositis; aut actus & speciei quia tegumentum? Et linea, utrum dualitas in longitudine, aut quia dualitas? Et animal, utrum anima in corpore aut anima? Haec namque substantia & actus corporis alicuius.*

Inquisitio de forma.

Postquam determinauit de materia, & forma, & composito; mouet quasdam quaestiones, & dubia circa hoc. Et diuiditur in tres partes, quia primò mouet quoddam dubium circa formam: secundò mouet circa materiam: tertiò circa compositum. Secunda ibi [De materiali autem substantia oportet non latere] Tertia ibi [Dubitatione uerò dicta.] Prima in duas, quia primò mouet quandam quaestionem de forma per comparationem ad nomen, ibi [Non uidetur itaque quaerentibus syllabam ex elementis.] Prima in tres, quia
C primò mouet quaestionem: secundò soluit eam: tertiò ostendit, ad quid tendit praedicta quęstio, & ad quid non. Secunda ibi [Erit autem utrique, & utrisque] Tertia ibi [Verùm & haec ad aliquid aliud quidem.] Primò ergo ponit quaestionem, dicens; quòd si uolumus benè uidere naturã formae, oportet non ignorare, quod aliquando latet, utrum nomen significet compositum, & formã; an significet ipsam formam solùm; & utrum hoc nomen domus sit signum alicuius nominis compositi communis? & utrum significet aliquid cõpositum ex lateribus, & lapidibus, & tegumẽto? ita quòd tegumentum sit ibi pro forma, lateres, & lapides pro materia: an tantùm significet tegumentum, quod est forma? & utrum linea significet dualitatem in longitudinem, ita quòd dualitas sit pro forma, longitudo pro materia? an tantùm significet dualitatem, quae uidetur esse forma?
D

Quaestio.

Quaereret quis, Quid mouet Philosophum ad quaerendum istam quaestionem? Dicendum est, quòd si esset uera opinio Platonis, scilicet quòd esset dare formas separatas à materia, nomen significaret solam formam. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd eiusdem est scientia, diffinitio, & nomen: quòd eiusdem sit scientia, & diffinitio patet; illud enim solùm, quod est diffinibile, scibile est scientia diffinitiua; & ideo quia indiuidua diffinibilia non sunt, ideo non cadunt sub natura scibilitatis: cum enim diffinitio sit certificatio

Eiusdem est scia, diffi. & nomen.

tificatio de re, quod certificari non potest apud intellectum, non potest diffiniri, & per consequens nec sciri: talia autem sunt indiuidua: quòd autem eiusdem sit diffinitio, & nomen, patet per Philosophum supra in Quarto huius, qui ponit, quòd ratio, quam significat nomen, diffinitio est: imaginatur enim, quòd eadem est realitas, quam dicit nomen, & quam dicit diffinitio: licèt per alium, & alium modum. & hoc est, quod dicit Philosophus in Quarto, quòd ratio, quam significat nomen, est diffinitio: Quia ergo ita est, quòd eiusdem est diffinitio, scientia, & nomen, ut declaratum est; ideo, quia Plato credidit, quòd formæ separatæ est scientia, eo quòd illud, quod scitur, necessarium est, & inuariabile: ideo sequebatur, quòd eiusdem esset diffinitio; & per consequens quòd eiusdem esset nomen: Quòd autem ratio Platonis non teneat, dictum est alias; quia res variabiles possunt habere aliquas rationes inuariabiles; ratione quarum de eis est diffinitio, & nomen.

Tex.cō.18.

Erit autem utrique, & in utrisque animal, non ut una ratione dictum sed sicut ad unum.

Solū q̄onis. Posita quæstione, ponit solutionem eiusdem: Ad cuius euidentiam notandum est, quòd aliqua nomina sunt, quæ tantùm significant unum: & ista uocantur nomina uniuoca: quædam sunt, quæ significant diuersa ex æquo & primò, sicut canis: & ista uocantur æquiuoca: quædam sunt, quæ significant multa, sed non ex æquo, sed unū in respectu ad aliud. Et hoc modo dicit Philosophus, quòd unum & idem nomen significat compositum, & formam, sed non ex æquo: quia unum in attributione ad aliud: quòd autem sit hoc primum significatum, & quod secundum, non determinat hic Philosophus. Et hoc est, quod dicit litera, quòd animal, hoc est, istud nomen animal, erit dictum in utrisque, idest in composito, & in forma; non secundùm unam rationem, sed quasi ad unum, idest in respectu ad aliud. Deinde cum dicit.

Nota multiplicia.

TEX.8. *Verum & hæc ad aliquid aliud quidem differunt; ad quæstionem uerò substantiæ sensibilis nihil. Nam quod quid erat esse speciei, & actui existit: nam anima & animæ esse, idem. Homini uerò esse, & homo, non idem; nisi & anima homo dicatur. Sic autem alicui quidem, alicui uerò non.*

Dubiū remotu. Hic remouet quandam dubitationem, quæ posset oriri ex ista solutione: posset enim aliquis credere, quòd quia utrunque, scilicet compositum, & forma significatur ab uno nomine, ideo sunt idem. Hoc remouet, dicens: quòd hæc, idest forma & compositum ad aliquid aliud, hoc est in aliquo differunt; ad quæstionem uerò substantiæ sensibilis nihil, idest in quæstione, qua quæritur, Vtrum substantia sensibilis, & forma significentur per idem nomen, nihil differunt: quasi dicat in hoc non differunt, quòd habeant se sicut prius & posterius: quod autem differant in se, & per consequens differant secundùm prius & poste-

E rius patet: quia forma, & quidditas idem sunt; & tamen compositum, & quidditas non sunt idem. Et hoc est, quod subdit Philosophus; quòd ipsum quod quid erat esse, hoc est quidditas, existit idē speciei, & actui; sicut idem est anima & animæ esse: & tamen non est idem homo, & hominis esse, idest quidditas: nisi homo esset anima, idest nisi totalitas hominis esset sola forma: quasi dicat, sicut est impossibile, quòd totum sit forma, quæ est pars: ita est impossibile, quòd compositū sit quidditas: sic ergo compositum, & forma partis aliquando non differunt, ut dictum est.

Notandum est, quòd unumquodque sicut se habet ad intelligi, ita se habet ad significari: & ideò uidemus, quòd abstracta, licèt existant secundùm *Res sicut se habet ad intelligi ita ad significari.*

F rem in subiecto, tamen quia possunt intelligi sine subiecto, possunt præter illud significari: quia ergo ita est, quòd compositum non potest intelligi præter formam partis, ideo nunquam potest significari compositum, quin semper significetur forma partis. Et ideo dicit Philosophus, quòd unum & idem nomen est, quod significat compositum & formam; & quantùm ad hoc non diuersificantur: Immo significato composito, significatur forma partis: sicut significato toto, significatur pars. Licet autem in hoc conueniant, tamen in alio differunt: quia quidditas formæ, & forma sunt idem: quidditas autem compositi non est idem quod compositum. Vtrum autem forma partis, & quidditas sint idem: & Vtrum compositum,

G tum, & quidditas non sint idem, ut uidetur hic uelle Philosophus; patere poterit infra in Quæstionibus.

Quæreret quis, Vtrum nomen speciei significet formam tantùm, uel compositum? Videtur, quòd formam tantùm: quia Primo Cœli, & Mundi dicitur, quòd cum dico cœlum, dico formam; cum dico hoc cœlum, dico materiam; sed cœlum est nomen speciei, ergo &c. Contra: illud, quod est de essentia speciei, debet significari per nomen eius: sed materia & forma sunt de essentia speciei materialis, ergo significatur per nomen. *Quæstio.* *Com. 55. et text.cō.76. 91. 96. & com.95.*

Respondeo ad hanc quæstionem respondet Commentator, quòd unum, & idem dicitur de composito, essentia, & forma: non tamen quòd ista significentur uniuocè ab uno nomine, sed secundùm priùs & posteriùs: ita quòd nomen principaliter dicitur de forma; secundariò de aggregato. Probat autem hoc: quia omne, quòd significatur, significatur secundùm quòd est in actu, scilicet essentiæ, & non essentiæ: actualitas autem essentiæ inest composito per formam, & ideo nomen principaliùs significat formam: cum enim fuerint duo, quorum alterum est causa alterius, causa est dignior habere illud nomen, quàm causatum: sicut quia res calidæ non sunt calidæ nisi per calorem ignis, ideo nomen caloris priùs contingit igni, quàm aliquibus aliis: cum ergo compositum non habeat esse actu nisi propter formam, ergo non habet nomen, nisi propter eam: *Responsio Commen.ad Quæstionem. hic in cō. 7.* *Regula.*

H

eam: & ideo principaliter conuenit nomen ipsi formæ; & per prius quàm conueniat ipsi composito: dicere autem quòd forma partis significetur noie speciei primò, & principaliter; non uidetur uerum: illud enim, quod significabatur nomine speciei, est essentia speciei: de essentia autem speciei sensibilis est non solùm forma, sed etiam materia. Ad idem; ratio, quam significat nomen, est diffinitio, ut patuit per iam habita; ergo sicut res se habet ad diffiniri, ita se hêt ad significari: in sexto autem huius dictum est, quòd in diffinitione substantiæ sensibilis capitur materia, & forma; ergo ipsum nomen significat compositum ex materia & forma. Præterea, quod significatur nomine speciei, prædicatur de indiuiduo; indiuiduum est compositum ex materia & forma, ergo &c.

Tex. 2. uide pag. 171.

Alia responsio ad quæstionem. Alia uia, quando quæritur: Vtrum nomen significet formam, uel compositum? possumus istã quæstionem soluere tribus modis: primò distinguendo inter formam partis, & formam totius: si ergo quæstio sit de forma totius, certum est, quòd nomen speciei significat formam, sicut homo significat humanitatem; ita quòd principaliter significat humanitatem, secundariò significat aggregatum ex humanitate, & habente humanitatem. Et hoc modo intendebat fortè Commentator, dicens: quòd nomen speciei significat priùs formã & posteriùs cõpositũ: licèt. n. hõ significet humanitatem, & hẽtem humanitatẽ, tamen propriùs dictum est, quòd significat humanitatem, & consignificat habentem humanitatem: & quia significatio est in habitudine & respectu ad consignificationem; ideo benè dictum est, quòd significat unum in respectu ad aliud. Si autem quæratur de forma partis, quia ipsa non est tota essentia, sed pars essentiæ; sic dicemus, quòd secundariò, & non principaliter significatur: ita quòd primò significatur tota essentia; secundariò significatur pars essentiæ. Hic ergo est unus modus dicendi, & soluendi.

Forma duplex.

Verba Commentatoris.

Secunda solutio. Secundus modus soluendi est, distinguendo inter illud, quod significatur, & quod est ratio significandi: modus enim significandi sequitur modũ intelligendi; & modus intelligendi sequitur modum essendi: in essendo autem uidemus, quòd differt illud, quod est, & illud, quòd est ratio essendi; quia illud, quod est, est ipsum compositum: illud, quod est ratio essendi, est ipsa forma. Ita similiter in eo, quod intelligitur; illud, quod intelligitur, est ipsum compositum; ratio intelligendi est ipsa forma: sicut enim nihil est, nisi quod est in actu: ita nihil intelligitur, nisi secundùm quod est in actu: quod autem aliquid sit in actu, hoc est per formam; ergo forma est ratio essendi, & intelligendi. A simili differt quod significatur, & quod est ratio significandi: quod enim significatur, potest esse ipsum compositum; ratio significandi: est ipsa forma: distincta enim significatio non potest esse nisi per distinctam formam: si ergo uellemus propriè loqui, diceremus: quòd illud, quod significatur, & ipsum compositum: ratio autem significandi est ipsa forma: unde sicut in essendo compositum habet attributionem ad formam, sicut ad rationem essendi: ita similiter in significando. Et hoc fortè uoluit dicere Commentator, quod unum & idem nomen aspicit compositum & formam; sed non ex æquo: sed compositum sicut illud, quod significatur: formã autem, sicut illud, quod est ratio significandi. Et super hoc uidetur fundari ratio sua in hoc: quòd sicut forma est ratio essendi, ita est ratio intelligendi: & per consequens ratio significandi: hic est ergo secundus modus.

Distincta significatio è per distinctã formã.

Tertia solu. Tertius modus potest esse faciendo differentiam inter illud, cui nomen imponitur, & illud, à quo imponitur: nomen enim imponitur habenti formam; sed tamen imponitur à forma: & quia habens formam est compositum; ideo illud nomen imponitur composito; sed tamen à forma imponitur. Iste tamen modus idem uidetur cum secundo; nam illud, quod est ratio significandi, & ratio intelligendi, ratio est imponendi: & ideo iste tertius modus à secundo oritur.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum sit uerum, quod uidetur dicere Philosophus, uidelicet quòd quidditas, & forma sunt idem? Respondeo, dicendum est, quòd si esset aliqua forma per se subsistens, ibi nullum dubium esset, quòd quidditas rei, esset ipsa forma; ex quo enim talis res est pura forma, tota entitas sua est forma; & per consequens sua quidditas non est nisi sua formalitas: in compositis autem ex materia & forma, magis uidetur habere dubium: quia si materia & forma sunt de quidditate rei, tota quidditas non uidetur esse sola forma. Dico ergo, quòd in talibus Philosophus aliquando accipit quidditatem pro tota essentia rei: & sic accipiendo, forma non est quidditas, sed pars quidditatis: quia ex quo essentia est composita ex materia & forma, oportet quòd materia sit pars essentiæ & quidditatis. Aliquando accipit quidditatem pro eo, à quo ipsum compositum, & ipsa materia est specialiter quid: & sic accipiendo, manifestum est, quòd forma est quidditas: licèt enim ad essentiam rei compositæ concurrat materia & forma; tamen materia de se nõ est quid, sed illud, quod habet quidditatem specificam, & hoc est per formam. & similiter quòd ipsum compositum sit quid specificum, hoc est per formam specificam. Sic igitur imaginabimur, quod forma ideo uocatur quidditas, secundùm istum modum: quia largitur suo modo quidditatem materię, & composito: nihil autem est, quod largiatur ipsi formæ quidditatem: quia sic esset abire in infinitum. Et hoc est, quod uoluit dicere Philosophus, quòd in composito differt quidditas, & cuius est quidditas. Et similiter possumus dicere de materia, quòd sicut differt materia & forma; ita differt cuius est quidditas, & quidditas: namque compositum, & materia accipiunt quidditatem ab alio, scilicet à forma: forma autem non differt;

Materia est pars essentiæ.

quia

quia ipsa est ipsamet quidditas secundùm istum modum accipiendi:quasi dicat Philosophus,quid ditas materiæ est aliquid receptum in materia.

Non uidetur itaque quærentibus syllaba ex elementis esse & compositione: nec domus latens & compositio:& hoc rectè non enim compositio et mixtio ex his est,quorū est compō et mixtio:similiter āt nec aliorum nihil:ut limen positione,non ex limine positio,sed magis hoc ex illa. Neque itaque est homo animal & bipes, sed aliquid oportet esse, quod præter hoc est.si hoc materia. Neque autem elementum,neque ex elementis,sed substantia, quod auferentes materiam dicunt.Si ergo hæc causa ipsius esse & substantia hæc ipsam utiq; substantiā nō dicēt.

Ponit quasdam proprietates formæ.Et diuiditur in tres partes:quia primò ponit unam proprietatem in comparatione ad materiā: secūdò unā, quam habet forma,quæ sumitur in comparatione formæ ad generationem & corruptionem: & unam, quæ sumitur in comparatione formæ ad materiam.Secunda ibi[Necessarium itaque] Tertia ibi[Palàm autem quia & si sint.]Prima proprietas est ista:quia licèt materia & forma concurrant ad compositum; tamen non concurrunt ex æquo: & hoc quia principalis ratio essendi est ipsa forma : unde ipsa forma est ratio essendi, & materiæ,& composito.Et hoc est,quod dicit litera:quòd syllaba non est æqualiter ex element.s: hoc est ex compositione, id est forma: licèt enim ad materiam syllabæ concurrant elementa, id est literę,& compositio: tamē compositio tenet prīcipalem locum:quod patet ex hoc,quòd literę aliter & aliter compositæ,faciunt aliam,& aliam syllabam:similiter licèt ad domum concurrant lateres,& compositio;tamen rectè dictum est, quòd compositio,uel forma tenet primum locum: cuius ratio est,quia in his,quæ habent esse per compositionem & mixtionem,non sunt ratio essendi, sed e conuersò, compositio & mixtio ipsa est ratio essendi.Sicut dico de istis;ita dico de aliis : licèt enim ad naturam liminis concurrant materia,& positio;quia limen non est nisi materia, sic uel sic disposita ; puta superiùs, uel inferiùs: non tamen limen habet esse ex limine, hoc est ex materia liminis;sed magis hæc, scilicet materia habet esse ex illa. Et breuiter in omnibus compositis oportet dare aliquid præter hoc ; ut animal bipes non solùm materia est. Hoc autem, quod datur præter materiam; nec est elementū, nec ex elementis, ut dictum est in fine Septimi huius;sed est substantia rei ; quam quidam dicūt esse separatam,auferentes materiam ab ea , sicut Platonici;quod tamen falsum est. Si enim causa ipsius esse,& causa essendi;impossibile est, quòd sit separata ab ipsa materia;qui autem ponunt ipsam separatam, ipsam quidem non dicerent esse substantiam rei ; quòd enim sit substantia rei, & sit separata à re,implicat contradictionem.

Proprietas formæ.

Tex. ultimo

Opin. Platonicorum de forma.

Deinde cum dicit.

Necessarium itaque hanc aut sempiternam esse,aut corruptibilem sine corrumpi,aut factam esse sine fieri. Monstratum autem est & declaratum in aliis,quia speciem nullius facit,nec generare,sed efficitur hoc:fit autem quod ex his.

Ponit secundam proprietatem formæ materialis in habitudine ad generationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit proprietatem:secundò excusat se à solutione cuiusdam dicti : tertiò soluit quandam dubitationem Antiquorum ex præcedentibus declaratis. Secunda ibi [Si autem sunt corruptibilium] Tertia ibi [Quare dubitatio.] Dicit ergo, quòd proprietas formæ est, quòd necesse est ipsam esse sempiternam:uel necesse est esse ipsam corruptibilē sine corruptione,& factam sine fieri;& hoc quia monstratum est in Septimo,& declaratum;quòd species non fit,nec generatur:sed illud,quod fit, est hoc compositum , quod est hoc ex his partibus , hoc est ex materia , & forma. Notandum est , q duplex est genus formarum, quia quędā sunt formæ,quæ sunt per se subsistētes : quędam sunt formæ,quæ sunt in materia:de primis formis uerum est,quòd sunt sempiternæ,& ingenerabiles: de secundis formis uerum est,quòd fiunt sine fieri,& corrumpuntur sine corrumpi : compositum enim fit per se,forma autem per accidens ; ita q unum & idem fieri aspicit compositum per se , & formam per accidens. Vult ergo dicere Philosophus,quòd non sunt duo fieri,quę aspiciunt cōpositum,& formam:sed unum & idem,quod propriè,& per se est ipsius compositi,est per accidēs formæ:quasi enim dicat,quòd forma fit sine fieri proprio , sed fit per fieri compositi : & similiter corrumpitur sine corrumpi proprio, sed corrumpitur per corrumpi compositi. Vult ergo Philosophus dicere in ista proprietate ; quòd forma, uel nullo modo fit,& est sempiterna:uel si fit, fit per formam compositi.

Secūda proprietas formæ.

Præcipuū tex. 27.

Duplex genus formarum.

Si autem sunt corruptibilium substantiæ separabiles , nondum palàm. Attamen quia quorundam non contingit,palàm. Quæcunque non possibile est præter ipsa alia esse,ut domus,aut uas.

Forsan quidem nec substantiæ sunt, nec aliqua ipsa hęc,nec aliquid aliorum , quæcunque non natura constituta sunt. Natura enim solam utique quis ponet eorum ,incorruptibilibus substantiam. TEX. 9.

Extendit se ad solutionem cuiusdam dicti dubii:fuit enim dubium apud Antiquos. Vtrum formę corruptibiliū sint separatæ, sicut ponebat Plato?Dicit ergo, utrum formæ corruptibilium sint separatæ,sicut posuit Plato , nondum est palàm : tamen poterit manifestari; quòd autē formæ quorundam non sint separatæ,hoc est manifestum;sicut in formis his, quæ nō possunt esse præter materiam,ut in formis arificialibus,ut domus, & uas, & similes quæcunque formæ non sunt constitutæ per materiam,sed per artem,non sunt substantiæ,sed accidentia: & si non sunt substantiæ, non sunt substantiæ separatæ,quia omnis substantia separata substantia est:in artificialibus enim est mate-

Dubitatio, & solutio eiusdem.

est materia & forma: forma quidem accidens est; materia autem substantia; in naturalibus autē utrunque, scilicet materia, & forma substātia est: & ita sola natura est de numero eorum, quæ sunt substantia in corruptibilibus, hoc est, in naturalibus: aliquis ponit substantiam in artificialibus. Deinde cum dicit.

Videtur impugnatio Philosophi apparens solum: nam tota substantia artificialium est eorum materia: unde Plato artificialium formas non posuit.

Quare dubitatio, quam Antisthenici, & sic indocti dubitauerunt, habet tempus quoddam, quòd non est ipsum quid est diffinire: terminum enim rationem esse longam. Sed quale quid est contingit dicere; sicut argentum quidem, quid est, non; quia aut quale stannum.

Ex declaratis in præcedentibus soluit quandā dubitationem. Et duo facit; quia primò ponit dubitationem: secundò eam soluit, ibi [Quare substantiæ est quidem.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd quidam Antiqui negabant diffinitionem: quia si aliquid diffiniretur, per partes diffiniretur; & qua rōne illud diffiniretur, & partes eius diffinirentur per alias partes; & ita erit abire in infinitum in diffinientibus; cum ergo processus in infinitum sit impossibilis; ergo impossibile est aliquid diffiniri. Hi autem arguebant sicut non docti in Logica: quia ex Logica habet ostendi, ꝙ non omnia diffinientia diffiniūtur, sed est ibi status. Dicit ergo Philosophus, ꝙ dubitatio, quam Antisthenici, non benè docti in Logica de diffinitione mouent, habet quoddam tempus, ut scilicet soluatur. Dicebant enim, quia non conuenit ipsum quid diffinire, hoc est declarare per diffinitionem; quia si hoc esset, contingeret in infinitum procedere; hoc est, diffinitionem esse rationem longam, hoc est, infinitam: quia esset infinitas in diffinientibus. Licèt autem negarent diffinitionem, nō tamē negabant descriptionem, & aliqualem declarationem: non enim conuenit dicere, quid est aliquid; sed tamen benè cōuenit dicere quale quid est; sicut non contingit dicere, quid est argentum, propter prædictum inconueniens; quale aūt quid est putà quod est tale, quale est aliquod stannū, benè cōtingit dicere.

Opinio negātium diffinitionem.

Quare substantiæ est quidem cuius contingit esse terminum & rationem, puta compositæ; siue sensibilis fuerit, siue intellectualis. Primorum autem, ex quibus hoc, non est; siquidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua; & oportet hoc quidem ut materiam esse, illud uerò ut formam.

Soluit prædictam dubitationem: quæ solutio est in hoc; quòd illud, quod diffinitur, est compositum; principia autem componentia non diffiniuntur, sed est ibi status. Ideo aūt mouet hic istā dubitationem, & soluit eam; quia superiùs dictū est, quòd diffinitio substantiæ simul comprehendit materiam, & formam; ita quòd est rei compositæ. Dicit ergo Philosophus soluendo, quòd substantiæ compositæ contingit esse terminum, & rationem; siue ista substantia sit composita, siue sit intelligibilis: uocat hic intelligibilem, co mō quo aliquid est compositum ex genere & drīa; quæ

Solū dubitationis.

A sunt conceptus intelligibiles: primorum autem, ex quibus est composita hæc substantia, non est diffinitio; aliàs esset abire in infinitū; omnis enim ratio diffinitiua dicit aliquid de alio, idest duas partes, quarum una est materia, alia est forma: si ergo principia diffinirentur, essent composita ex materia, & forma; & sic esset abire in infinitum; sed ita est status in aliquo, quod non diffinitur.

Omnis ratio diffinitiua dicit aliquid de aliquo.

Quæreret aliquis, Vtrum principia diffinitionis sciantur per diffinitionem? Videtur quòd sic; quia quidquid scitur, scientis comprehensione finitur; si ergo principia diffinitionis sciuntur, ergo finiūtur apud intellectum: rem autem finiri apud intellectum, est rem capi, & diffiniri apud intellectum; quod autem finitè & diffinitè scitur per diffinitionem, B scitur ab intellectu. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo dicendum est; quòd prima principia diffinitionis nesciuntur per diffinitionem. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd sicut est in demonstrationibus; ita suo modo est in diffinitionibus: est enim in nobis duplex actus intellectus, compositiuus, & diuisiuus; & instrumentum huius actus demonstratio est; hic autem actus dicitur resolutorius; resoluit enim conclusiones ad pręmissas: ita quòd conclusiones scientiæ demonstratiuæ sciuntur; principia autem, quę sunt præmissæ, & sunt prima & si sciuntur, tamen non sciuntur per demonstrationem; quia omne, quod per demonstrationem scitur, resolubile est ad aliqua prima principia. Alius actus intellectus C est, qui est terminorum apprehensio; & instrumētum huius actus est diffinitio: & sicut in demōstrationibus ultimę propositiones resoluuntur ad primas; ita in diffinitionibus termini compositi resoluuntur ad simplices: & sicut in demonstrationibus primæ propositiones ita sciuntur, quòd non sciuntur per demonstrationem; ita in diffinitione principia diffinitionis ita sciuntur, quòd non sciūtur per diffinitionem: ita quòd scire terminos, est in plus, quàm scire diffinitionem; sicut scire propositiones complexas est in plus, quàm scire per demōstrationem. Imaginatur enim Philosophus quòd in omni scire demonstratiuo est aliqua resolutio possibilis conclusionum ad præmissas; & ideo scientia pręmissarum est aliqua resolutio possibilis D pręmissarum, & diffinitiones terminorum; & ideo sciētia diffinitiua est aliqua resolutio possibilis diffinitionum ad principia diffinientia: in principiis autem diffinientibus est status. Ad argumentum quando dicitur, quòd omne, quod scitur, scientis apprehensione finitur; cuius ratio est, quia omne, quod scitur, ab intellectu pertransitur; ab intellectu autem pertransiri idem est, ꝙ ab intellectu finiri. Dicendum, quòd finiri apud intellectum potest esse duobus modis: aliquando enim istud oritur ex hoc, quòd res resoluitur ad principia sua; ita quòd rem diffiniri & finiri, idē est quòd rem resolui; & hoc modo rem pertransiri, idem est, quòd sciri per diffinitionem: secundo modo largiùs accipitur finiri apud intellectum;

Quæstio.

Prima principia nō diffiniuntur.

Actus intellectus duplex.

Habitudo inter demōstrationē, & diffinitionem.

Scire demōstratiuum, est scire resolutorium. ita & scire diffinitiuum.

Ad argumentum.

Ab intellectu pertransiri & finiri, dupliciter.

pro

pro eo, scilicet quod capitur perfectè ab intellectu, siue sit principium resolutionis, siue non: & isto modo principia diffinitiua sciuntur.

TEX. 10. *Palàm autem, et quia si sint aliqualiter numeri, substantiæ sic sunt, & non ut quidam dicunt, unitatum.*

Tertia proprietas formæ. Ponit tertiam proprietatem formæ per respectum ad numeros, ostendens quòd formæ aliqualiter sunt numeri. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit intentum suum: in secunda parte probat illud: in tertia parte probatū concludit. Secunda ibi [Nam diffinitio numerus quidam] Tertia ibi [De generatione quidem & corruptione.] Dicit ergo primò, quòd manifestum est, quòd substantiæ formales hoc modo sunt numeri, sicut dictum est: nō autem sunt numeri unitatum, ut quidam dicunt.

Quæstio. Quæreret aliquis, Quomodo sit manifestum, quòd substantiæ sunt numeri? Dicendum est ad hoc, quòd statim declaratum est, quòd omnis forma diffinibilis est composita: ita quòd in omni forma diffinibili est numerus principiorum diffinientium. Quasi ergo dicat Philosophus: declaratum est, quòd omnis forma diffinibilis numerum habet principiorum, & ideo non est impossibile, quòd formæ secūdùm istum modum sint numeri. Si tamen ita dicimus, obiiciet aliquis, quia secundùm hoc non omnis forma erit numerus, quia declaratum est, quòd forma diffiniens, numerum non habet; aliàs esset abire in infinitum. Ad quod dicendum est, ꝙ sicut suo modo imaginaremur in numero ꝙ quidquid est ibi, uel est numerus, uel est principium numeri, ita suo modo imaginabimur in formis diffiniētibus, quòd quidquid est ibi, uel est numerus, uel est principium numeri, quantùm ad formam simplicem, quæ est principium formæ diffinibilis.

Quæstio. Quæreret aliquis, utrum iste numerus formæ sit semper numerus realis? Dicendum est, quòd non. Ad cuius euidentiam est notādum, quòd ad hoc quòd aliqua forma possit diffiniri, non plus requiritur, nisi ꝙ possit resolui in genus, & differentiam: numerus autem generis, & differentiæ non semper est realis, nec semper arguit differentiam realem: sed aliquando est intentionalis. Sciēdum tamen, quòd in omni forma diffinibili secūdùm Auicen. in Octauo suæ Metaphysic. quidditas differt ab esse: unde illa forma, cuius essentia est suum esse, nec genus habet, nec differentiam: si autem ita est, in omni forma diffinibili est numerus quidditatis, & essentiæ; sed tamē quia quidditas, & esse non differunt realiter, ut ostēsum est in Quarto huius: sequetur adhuc, quòd propter hoc, non est numerus realis similiter in omni forma diffinibili differt quidditas & cuius est, hoc est indiuiduum; quia tamen non oportet, ꝙ quidditas, & indiuiduum differant realiter; ideo non oportet, quòd in forma diffinibili ponatur numerus realis.

Forma ut sit diffinibilis, quid requiritur.

Doctrina Auicennæ.

Vide pag. 78.

Quæstio. Quæreret aliquis tertio, Vtrum numerus for- E mæ diffinibilis sit numerus unitatum? Videtur ꝙ sic, quia impossibile est separare numerum ab unitate, & omnis numerus unitatum est; si ergo hic est numerus, erit numerus unitatum. Cuius contrarium uult Philosophus. Respondeo dupliciter uia possumus declarare, quòd iste numerus nō est numerus unitatum: una uia est faciendo differentiam inter numerum, quo numeramus, & numerum numeratum: secundò faciendo differentiam inter numerum transcendentem, & numerum qui est in genere quantitatis: & hoc dico supponendo, quòd ista diuisio, quæ communiter ponitur, sit uera. Ad euidentiam primæ uiæ sciendū, quòd numerus, quo numeramus, potest uocari numerus rerum habentium unitates; sic ergo numerus F numeratus idem est, quòd numerus applicatus ad res: quia ergo numerus formæ diffinibilis nō est numerus abstractus à rebus, sed magis est numerus rerū; ideo non dēt dici numerus unitatum, sed numerus rerum habentium unitates. Imaginabimur enim iam (sicut dictum est) ꝙ numerus, qui est i forma diffinibili, est propter numerum principiorum formæ diffinibilis; numerus autem principiorum non est numerus unitatum simpliciter, sed est numerus unitatū applicatarū ad res: illi ergo, qui ponebant mathematica esse substantias rerum, posuerunt quòd numerus, quo numeramus, esset substantia rerum: hoc autem est falsum, quia licèt substātia rerum consistat in quodam numero, ut dictum est; tamen iste numerus non est numerus simpliciter, sed G est numerus applicatus ad principium rei diffinibilis: sic ergo patet prima uia.

Numerus non est numerus unitatum.

Numerus duplex.

Secunda uia patet sic; quia numerus, qui hic est, est numerus formæ diffinibilis; forma autem diffinibilis est in omni prædicamento, licèt magis propriè in prædicamento substantiæ, quàm in alio prædicamento, ut ostensum est in Septimo: si ergo forma diffinibilis est in quolibet prædicamento, ergo & numerus formę diffinibilis poterit reperiri in quolibet prædicamento: quod autem reperitur in quolibet prædicamento, transcendens est, & per consequens non est numerus unitatum: quia numerus unitatum est ille, qui est in prædicamento quantitatis: nam numerus, H qui est in prædicamento quantitatis, est numerus, qui diuidit unitatem continui: & ita est numerus unitatis diuisæ per multas partes. Sic ergo illi, qui ponunt, quòd numerus est substantia rerum, posuerunt quòd numerus, qui est in prædicamento quantitatis est substantia rei: nos autē, qui ponimus, quòd numerus est infra formam diffinibilem, non ponimus, quòd ille numerus sit in prædicamento quantitatis, sed est tanti ambitus, quanti est forma diffinibilis. Ad argumentum dicendum est, quòd non arguit, quòd numerus unitatum simpliciter, uel unitatum mathematicarum sint in omni numero: sed benè arguit, ꝙ in omni numero est aliqua unitas, talis, qualis est ipse numerus; ut unitas transcendens in numero transcenden-

Secūda uia.

Vide pag. 194. H.

Ad argum.

transcendenti,& non alia. Deinde cum dicit.

Nam diffinitio numerus quidam est, diuisibilis in indiuisibilia: Non.n.infinitæ rationes, & numerus autem tale.

Conuenientia inter numerum, et formam diffinibilem.

Probat quod dixit, ꝙ forma diffinibilis est sicut numerus: & hoc probat tripliciter, secundùm quòd ponit tres conuenientias, & similitudines inter numerũ & formam diffinibilem: Secunda ibi. [Et quemadmodũ nec à numero]. Tertia ibi. [Et quẽadmodũ nec numerus habet nec magis.] Dicit ergo, ꝙ si diffinitio est quidam numerus, oportet quòd forma diffinibilis sit quidam numerus: si.n.forma, & B diffinitio idem sunt; omnem numerum, quem includit diffinitio, includit forma diffinibilis: Prima autem conuenientia inter numerum, & formam diffinibilem, siue diffinitionẽ est ista, quòd sicut numerus est diuisibilis in non diuisibilia; quia est resolubilis ad unitates, quæ ampliùs non diuiduntur: ita similiter forma diffinibilis, & diffinitio est resolubilis ad aliqua indiuisibilia: rationes .n. hoc est, diffinitiones non sunt infinitæ.i. non procedunt in infinitum.

Vide pag. 44.D.

Notandum est, quòd (sicut probatum est in Secundo huius) est dare statum in cõceptibus formalibus; & quia diffinitiones componuntur ex conceptibus formalibus; ideo est dare statum in diffinitionibus: eo modo quo diffinitio speciei specialissimæ resoluitur ad formam subalterni; & diffinitio subalternorum ad diffinitionem generalissimi, & ibi est status: Benè igitur dixit Philosophus, quòd sicut numerus resoluitur ad aliquos conceptus indiuisibiles, qui ampliùs non diuiduntur: ita & forma diffinibilis. Deinde cum dicit.

Et quemadmodum nec à numero ablato aliquo, aut addito, ex quibus est numerus, non adhuc idem numerus est; sed alter: quamuis minimum auferatur, aut addatur: sic nec diffinitio, nec quod quid erat esse, nec adhuc erit ablato aliquo, aut addito.

Secunda cõuenientia.

Ponit secundam conuenientiam inter numerum, & diffinitionem, siue formam diffinibilem: Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit hanc secundam conuenientiam: secundò ponit quandam differentiam inter ea ibi, [Et numerũ oportet esse.] Dicit ergo primò quòd cõuenientia est inter formam diffinibilem ex una parte, & numerum ex alia: quia sicut in numero, uno addito, uel remoto, semper uariatur numerus in specie: ita similiter addito aliquo; uel subtracto à diffinitione, semper uariatur diffinitio, & forma diffinibilis.

Expositio Auer.

Notandum est, quòd Commentator hunc passum sic exponit: quòd sicut in numero, addita unitate, uel subtracta, semper uariatur species numeri; ita similiter in diffinitionibus, addita, uel subtracta una differentia, semper uariatur diffinitio. Exemplum eiusdem est, quòd si diffinitio animalis est, quòd sit corpus nutribile, sensibile: si subtrahatur ab ipsa sensibile, quod est prima differentia; remanet corpus nutribile, & sic remanet diffinitio uegetalium: si autem eidem diffinitioni addatur rationale, ut dicatur sic: corpus est sensibile rationale, tunc mutatur diffinitio animalis ad diffinitionem hominis. Videtur ergo imaginari Philosophus secundùm istam expositionem, ꝙ ideo formæ se habent ad modum numeri; quia sicut in numeris nunquam reperiuntur duo numeri in æquali gradu; ita nec duæ formæ: & sicut numerus semper addit super alium numerum gradum aliquem, quo subtracto ampliùs non remanet ipse numerus specificus; ita similiter quælibet forma nobilior addit aliquem gradum super formam inferiorem; quo subtracto, ampliùs non remanet: Vtrum autem quilibet gradus uariet speciem, poterit patere in fine lectionis.

Quõ formæ se habent sicut numeri.

Et numerum oportet esse aliquid, quo unus, quod nunc non habent dicere quo unus, siquidẽ est unus. Aut enim non est, sed ut aceruus: aut siquidẽ est, dicendum quòd quid est faciens unum ex multis. Et diffinitio una est. Similiter autem neque hanc habent dicere: & meritò accidit.

Differentia inter numerum, & diffõnem.

Ponit differentiam inter numerum, & diffinitionem: quæ differentia est in hoc: quòd aliter diffinitio est una, & aliter numerus est unus. Et duo facit, quia primò ipse ostendit, quòd numerus non eodem modo habet vni C tatẽ, & ipsa diffinitio: secundò ostendit, quæ diffinitio est una, ibi [Eiusdẽ.n.rõnis & sub̃a unũ] Dicit ergo primò, quòd si omnino similitudo est inter numerum & diffinitionem; oportet dare aliquid, quo numerus sit unus: quod quidem dari non potest.s.aliquid quo sit unus: aut.n.nõ est unus, aut est unus sicut aceruus, hoc est per quandam aggregationem: aut si est quidem numerus unus sicut diffinitio: dicendum est, quid est illud, quod facit unum ex multis in numero: diffinitio .n.est una; & ideo est aliquid, quod facit eam unam: quia est una per ultimam differentiam, ut ostensum est in Septimo: si autem diffinitio esset una sicut numerus, meritò accideret ꝙ non possit dari, quo hæc diffinitio esset D una, sicut nec in numeris.

Quõ diffõ una.

Text. com 42. & inde

Notandũ est, quòd numerus cõponitur ex multis unitatibus actu discretis: quando autem multa sunt actu discreta, ex illis non potest fieri unum, nisi sicut aceruus, & per quandam aggregationem: similiter ex quo illæ unitates, & partes totius sunt actu discretæ; non est maior ratio, quòd sumatur ratio totius ab uno, quàm ab alio: quia illud, à quo sumitur ratio totius, debet se habere in actu, & reliqua in potentia: sic ergo in talibus non est dare quòd sit unum: si ergo diffinitio esset numerus, non esset dare unam partem, quæ faceret magis unum, quàm aliam: sic autem se non habet, sed una pars diffinitionis est in actu, & reliqua in potentia; & ideo est ibi dare quo sit unum.s.illam partem, quę est formalis respectu aliarum: quam uocamus ultimam differentiam.

Eiusdem

Eiusdem.n.rationis & substantia unum ita sed non (ut dicunt quidam,) ut unitas quædam existens; aut punctum: sed endelechia & natura quædam.

Quõ diffõ ẽ unum.

Ostendit, quomodo diffinitio est unum, dicens: quod eiusdem rationis, & eodem modo est unum substantia rei, & diffinitio declarans substantiã: sicut ergo substantia rei est una per actum, & per formam: ita diffinitio est una per ultimam differentiam: non.n. est una diffinitio indiuisibilis, ita quòd sit una ad modum unitatis, quæ est principium numeri, aut ad modum puncti, ut quidam dicunt; sed diffinitio est per endelechiam & actum; & unaquęque diffinitio est indicans unam naturam, & ideo una est.

Diffõ est indicãs unam naturam.

Et quemadmodum nec numerus habet magis uel minus, nec quæ secundùm speciem substantia: sed siquidem cum materia.

Ista cõparationes ueniunt intelligẽde de forma totius, & non partis.

Ponit tertiam conuenientiam inter numerum, & formam: quòd quemadmodum numerus non suscipit magis nec minùs, quia unus ternarius non est magis ternarius, quàm alius: sic nec forma substantialis suscipit nec magis nec minùs; quia unus homo non est magis homo, quàm alius: & si contingeret, quòd forma susceperit magis & minus, non suscipit nisi prout est in materia.

De generatione quidem, & corruptione dictarum substantiarum, quomodo contingit, & quomodo impossibile, & de reductione ad numerum, sit usque ad hoc determinatum.

Epilogus.

Cõcludit totum propositum suum, dicẽs, quòd determinatum est sufficienter de generatione, & corruptione; & quomodo cõtingit formam generari & corrumpi, & quomodo non: determinatum est etiam, quomodo formæ reducuntur ad numerum, & quomodo non.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum infra numerum reperiatur magis, & minùs? Videtur quòd sic, quia semper una species numeri excedit aliam, ut dictum est supra: illa ergo species, quæ excedit, uidetur esse magis; & illa quæ exceditur, uidetur esse minùs: ergo &c. Respondeo, dicendum est, quòd magis & minus in aliquibus reperiantur, dupliciter euenit: Primò quòd magis & minus fundentur super duas formalitates diuersas: ita quòd magis fundatur super una formalitate; & minus super alia: & hoc modo magis & minus esse tam in numeris quàm in formis, non est impossibile: & hoc modo dictum est supra, quòd unus numerus excedit alium, & una forma excedit aliam: ita quòd nunquam reperiuntur in æquali gradu. Alio modo magis & minus possunt reperiri infra unam formalitatem; eo modo quo dicimus magis album & minus album: & hoc modo negat Philosophus, ꝙ in numero nõ est magis & minus; eo modo quo dicimus, quòd ternarius non est magis ternarius, quàm alius: cuius ratio est, quia ratio cuiuslibet numeri specifici consistit in indiuisibili:

Magis & minus ĩ aliqdo reperiri dupliciter.

Ratio numeri in quo cõsistit.

E quod autem consistit in indiuisibili, non potest attingi secundùm diuersos gradus; quòd.n. aliquod sit indiuisibile, & cum hoc attingatur secundum diuersos gradus, implicat contradictionem: nam quod attingitur secundum diuersos gradus, non potest esse indiuisibile: forma autẽ, quæ suscipit magis & minus; & similiter numerus necessariò est diuisibilis: & sic non consistit in indiuisibili. Ad argumentum patet responsio, quia non negat Philosophus, quoniam suscipiat magis & minùs secundùm diuersas species numerorum: Vel dicendum est, quòd duæ species numerorum in ratione numeri non habẽt magis & minus; quia ita est numerus ternarius, sicut quaternarius.

Quod consistit in indiuisibili, non attingitur secundum diuersos gradus.

Ad argumentum.

F Quæreret aliquis, Vtrum forma accidentalis suscipiat magis & minùs? Videtur quòd non: quia dictum est, quòd omnis gradus, qui additur essentiæ, mutat essentiam: & sic magis album & minus album non erit infra unam speciem: Ad oppositum est Philosophus in Prædicamentis: qui ponit, quòd qualitas suscipit magis & minus; qualitas autem forma accidentalis est. Ad hanc quæstionem dicunt aliqui, ꝙ forma accidentalis potest considerari dupliciter: uno modo secundum essentiam: secundo modo secundùm esse: primo modo non suscipit magis & minus, secundo modo sic: Ratio autẽ primi, quòd non suscipiat secundùm essentiã, est, quia essentia accidentis sicut essentia substãtiæ non suscipit magis nec minus: nam sicut essentia substantiæ consistit in quodam indiuisibili; ita & essentia accidentis: quod autem consistit in indiuisibili, non suscipit magis & minùs: ratio autem secundi, quòd secundum esse suscipiat magis & minus, est, quia esse accidentis habet latitudinem: licèt.n. esse accidentis sit indiuisibile; tamen potest magis & minus participari à subiecto, & ita potest magis & minus esse: & ita cum inesse accidentis sit suum esse, potest magis & minus esse: & sic secundum esse suscipit magis & minus: eo quòd suscipit secundum esse, non autem hoc habet secũdum essentiam. Hæc positio non uidetur multum rationabilis: quod patet sic: ab essentia dicitur esse, unde eẽ est quasi effectus formalis ipsius formæ: sicut ergo non potest esse ipsum esse nisi ab essentia; ita non potest esse magis & minus in esse, nisi quia maior uel minor essentia est intensiuè, licèt non extensiuè: ostendetur.n. infra, ꝙ non est magis & minus in esse, nisi ex eo ꝙ forma est maior & minor intensiuè: & si hoc est, non consistit in indiuisibili; unde credo, quòd si est latitudo in esse, est latitudo in essentia; & ècõuerso: Dico ergo ad quæstionem, quòd forma quælibet, quæ suscipit magis & minus, habet latitudinem in essentia: forma ergo accidentalis, quæ suscipit magis & minus in esse, habet latitudinem in essentia; ex quo oritur magis & minus in esse. Ad cuius euidentiam notandum est,

Quæstio.

Solutio quorundam.

Impugnatio.

Esse est effectus formalis formæ.

Solutio propria.

quòd

quòd maius & minus sunt proprietates essentiæ: magis autem & minùs sunt proprietates ipsius esse: ita tamen quòd nunquam est magis & minùs esse, nisi ex eo quòd maior & minor est ipsa essentia: Debemus enim suo modo imaginari in quantitate intensiua, sicut in quātitate extensiua: sicut ergo omnis quantitas extensiua habet partem extra partem, sic omnis quantitas intensiua habet gradum extra gradum: unde omnis quantitas intensiua habet gradus uirtuales: & sicut nullum subiectum est minus quantitate extensiua, uel maius, nisi quantitas sit maior uel minor: ita nullum esse est magis uel minus quantitate intensiua, nisi ipsa forma, à qua est istud esse, sit maior uel minor quantitate intensiua: sic ergo dico, quòd aliquod accidens suscipit magis, & minus, quod oritur à natura essentiæ. Ad argumentum dicendum est, quòd falsum est, ꝙ omnis essentia consistit indiuisibili: nec Philosophus uidetur ibi loqui, nisi de forma substantiali, & eius essentia.

Ad argum.

Quæstio. Quæritur, Vtrum, supposito quòd aliqua forma accidentalis suscipiat magis & minùs; an suscipiat secundùm quòd est in materia, secundùm quod dicit Philosophus? Respondeo: dicendum est, ꝙ quæcunque forma siue substantialis siue accidentalis suscipiat magis & minus; semper suscipit secundùm quod est in materia. Et hoc benè notauit Philosophus in litera, quando dixit: quòd in forma substantiali non erat magis & minus; & si ibi est, non est, nisi ut est in materia. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd maius & minus sunt propietates formæ: & ideo in se considerata potest dici maior & minor: quod per alia uerba dicitur, intensior, & remissior: magis autem & minus sunt proprietates ipsius esse: & ideo non respiciunt formam nisi secundùm esse; cum autem esse formæ sit in materia, non respiciunt formam nisi pro ut est in materia. Quod (ut meliùs uideatur) notandum est est: quòd formam trahi ad magis & minus, est per uim agentis educentis formam de potentia materiæ: unde Quarto Physicorum Philosophus loquens de magis & minùs, dicit: quòd nō est imaginandū, quòd isti gradus, scilicet magis & minus adueniant ab extrinseco, sed fiunt per hoc, quòd forma magis & minus per uim agentis educitur ad actum: si ergo ita est; magis & minus respiciunt formam secundùm esse, quod habet in materia; quia respiciunt eam secundùm quod magis & minus educitur ad actum de materia.

Maior & minor sunt proprietates formæ.

Com 71. & circa.

Quæstio. Responsio cōmunis. Quæritur consequenter, Vtrum forma substantialis suscipiat magis & minus? Responsio communis omnium Philosophantium est, quòd non: & ad hoc adducunt rationes, quarum prima est: quòd secundùm Philosophum hic, formæ substantiales se habent sicut numeri: sicut ergo quælibet species numeri consistit in indiuisibili, ut declaratum est in prima Quæstione huius lectionis: ita quælibet forma substantialis consistit in indiuisibili: si autem cōsistit in indiuisibili, non potest habere magis & minùs, nec secundùm essentiam, nec secundùm esse.

Secunda ratio est, quia secundùm Philosophum in hoc passu, quilibet gradus additus numero, uariat formam: ergo à simili quilibet gradus additus formæ, uariabit species: si autem ita est, tunc magis & minùs non sunt infra eandem speciem; sed minùs erit infra unam speciem, & magis infra aliā: hoc autem non quærit quæstio; sed quærit, utrum magis & minus sint infra unam speciem specialissimam. Tertia ratio est, quòd si magis & minùs sunt infra unam formam substantialem, sequetur quòd generatio sit motus: quod quidem patet sic; ex hoc alteratio est motus, quia forma alterabilis alteratio potest induci per gradus: si ergo forma substantialis habet gradum & gradum, poterit indući in materiam per gradus; & per consequens poterit ibi esse motus. Quarta ratio eorum est: quod si forma substantialis habet gradus, poterit descendere in indiuidua per gradus formales: quod uidetur impossibile: quia una formalitas est duorum indiuiduorum eiusdem speciei, quæ descendit in indiuidua per numerum, & non per gradum & gradum formę: consequentia, scilicet quòd si forma habet magis & minus, poterit descēdere in indiuidua per gradum, patet: quia isti gradus non sunt de essentia formæ: si enim magis esset de essentia formę, ubicunque reperiretur essentia formæ, reperiretur magis; & ita essentia formæ semper esset in tali gradu maiori: & similiter si minùs esset de essentia formæ, ubicunque reperiretur essentia formæ, reperiretur gradus minor: & est exemplum: si magis album esset de essentia albedinis, ubicunque albedo esset, & magis album esset: & eodem modo in minus albo. Si ergo isti gradus non sequuntur formam ita; oportet quòd sequantur eam, ut indiuiduata est; & ita forma descendens in indiuidua per diuersos gradus indiuiduales, descendit in indiuidua secundùm diuersas rationes formales, quod est impossibile. Sequetur etiam, quòd inter indiuidua sit prius & posterius: cuius contrarium dictum est in Tertio huius: quia ubi est magis, ibi prius est: & ubi est minus, ibi est posterius: quòd enim prius & posterius secundùm tempora sit inter indiuidua, hoc non est ad propositum, quia iste est ordo accidentalis: ꝙ autem sit prius & posterius secundùm rationem, hoc non est possibile; quia secundùm hoc, ibi esset ordo essentialis. Hæc est ergo una positio uolentium dicere, quòd non est magis & minus in formis substantialibus: Quia tamen isti fundant se super dicta Aristotelis, uideretur fortè alicui uolenti tenere aliam positionem, quòd non sit omnino contra opinionem Aristotelis, quòd aliqua forma substantialis potest suscipere magis & minus: ita quòd si aliqua suscipit, suscipit

Vide pag. 65.

Alia opinio quòd forma substantialis suscipit magis & minus.

ut eſt in materia;non ergo uidetur haberi pro im
poſſibili,ꝙ forma ſubſtantialis ſuſcipiat magis&
minùs. Præterea Comment. ſuus uidetur etiam
circa hoc dubitare;quia Primo Phyſi. dicit, ꝙ in
generatione hominis non ceſſant partes ſperma
tis corrumpi, & partes hominis generari,donec
forma humana perficiatur ; ſi ergo introducitur
ſucceſſiuè;igitur magis & minus eſt ī forma ſub
ſtantiali:non enim aſſeruit,ꝙ non ſit, ſed tantùm
dubitat,utrum ſit:& tamen non eſt dubium,ꝙ ui
derit Philoſopbum in hoc paſſu . Præterea idem
Commentator planè ponit,quòd formæ elemen
torum ſuſcipiunt magis & minùs propter appro
pinquationem ad materiam;formæ autem elemē
torum ſunt formæ ſubſtantiales; unde uult ꝙ ta-
les formæ teneant medium inter formas comple
tas,& accidentia: ita quòd formæ completæ con
ſiſtunt in quodam eſſe indiuiſibili; formæ autem
incompletæ , ſicut formæ elementorum conſi-
ſtunt in quodam eſſe indeterminato ; ſicut dice-
tur inferiùs: & per conſequens habent magis &
minùs. Si quis uult tenere hanc poſitionem,po
teſt dicere, quòd aliqua forma ſubſtantialis ſuſci
pit magis & minùs:quod(ut meliùs intelligatur)
duplici diuiſione opus eſt. Prima diuiſio eſt,
quòd in forma ſubſtantiali quidam ſunt gradus
ſubſtantiales,quidam accidentales: gradus eſſen
tiales ſunt illi , qui ſequuntur eſſentiam formæ ;
ita quòd forma non poteſt reperiri ſine illis gra-
dibus; eo modo quo dicimus , quòd eſſentia ho-
minis eſt in alio gradu,quàm eſſentia aſini:& ta-
les duo gradus ſemper ſequuntur duas eſſentias
ſpecificas:& tales reperiuntur in formis ſubſtan-
tialibus & accidentalibus : & de talibus dictum
eſt ab Ariſtote. quòd quælibet forma excedit a-
liam formam in aliquo gradu,uel diminuitur ab
ea : & tales gradus fundant magis & minùs in
diuerſis ſpeciebus, ſicut dictum eſt ſupra in pri-
ma Quæſtione . Secundi gradus ſunt gradus
accidentales;& iſti gradus non ſequuntur eſſen-
tiam formę in ſe,ſed eſſentiam indiuiduatam; eo
modo quo magis album, & minùs album non ſe
quitur albedinem in ſe,ſed in materia, ſcilicet in
hoc indiuiduo,uel in illo:& de talibus non eſt di
ctum à Philoſopho , quòd quilibet gradus uariat
ſpeciem;quia ex quo reperiuntur infra unam ſpe
ciem,ipſam non uariant : & de talibus gradibus
non eſt dubium,quòd poſſunt eſſe infra eandem
formam ſpecificam accidentis , ut dictum eſt in
Quæſtione præcedenti . Ad uidendum autem
utrum iſti gradus poſſint eſſe infra unam formā
ſubſtantialem,opus eſt ſecunda diuiſione .

Secunda diuiſio eſt, quòd formarum quędam
propter ſui determinationem conſiſtunt in eſſe
determinatiſſimo,& prędicamentali:& tales for
mę non poſſunt fundare magis & minùs infra
unam ſpeciem ; quia ex quo ſunt in eſſe prędica-
mentali determinato,à quocunque attinguntur,
eodem modo attinguntur,& ſub eodem gradu ;
& per conſequens non attinguntur ſecundùm

E magis & minùs: & de talibus formis uerum eſt,
quòd in eis non eſt priùs & poſteriùs infra ſpe-
ciem;quia priùs & poſteriùs infra ſpeciem ſup-
ponūt gradum, & gradum infra ſpeciem ; quod
eſt impoſſibile in forma prædicamentali .
Alia ſunt formæ , quæ conſiſtunt in eſſe deter-
minato propter ſui appropinquationem ad ma-
teriam;ita quòd poſſunt ſecundùm magis & mi
nùs participari à materia;quales ſunt formæ ele-
mentorum:& de talibus non uidetur impoſſibi-
bile , quòd ſuſcipiant magis & minùs : magis e-
nim & minus uidentur fundari ſuper formam in
determinatam, hoc eſt ſuper formam , quæ po-
teſt terminari per uim agentis ſecundùm diuer-
ſos gradus in ipſis indiuiduis:tales igitur formæ
F propter ſui indeterminationem ſuſcipiunt ma-
gis & minus. Si uolumus tenere iſtam poſitio-
nem reſpondemus ad argumenta alterius partis.

Ad primum dicendum eſt , quòd formæ non
ſe habent omnibus modis ſicut numeri : uerum
eſt enim,quòd ſicut in numeris una ſpecies eſt
inæqualis reſpectu alterius;ita quòd excedit , uel
exceditur : ita ſimiliter eſt in formis ſpecificis :
quantùm autem ad aliud eſt diſſimilitudo , quia
quælibet ſpecies numeri dicit eſſe ſuum in eſſe
determinato & prædicamentali; non autem quæ
libet forma ſpecifica dicit eſſe ſuum in eſſe deter
minato, & prędicamentali . Ad ſecundum di-
cendum eſt,quòd quilibet gradus eſſentialis be-
nè uariat ſpeciem ; non autem uerum eſt de gra-
G dibus accidētalibus; de quibus dictum eſt, quòd
poſſent eſſe in eadem forma ſpecifica , & in ea
fundare magis & minùs , Et ſi dicas,quòd qui
libet gradus uariat:non uideo ſi quilibet gradus
in ſubſtantia uariat ſpeciem; quòd uariet in acci
dentibus:ita quòd ſi magis & minus ignis uariat
ſpeciem ignis ; magis & minus album faciet di-
uerſas ſpecies albi . Et ſi iterum dicas , quòd
non eſt ſimile , quia eſſentia ſubſtantiæ conſiſtit
in indiuiſibili; non autem eſſentia accidentis : di
co quòd boc eſt petere principium:nam hic quæ
ritur,utrum eſſentia cuiuslibet ſubſtantiæ conſi-
ſtat in eſſe indiuiſibili , nec hoc probatur .
H Ad tertium dicendum eſt , quòd multi non ha-
bent pro impoſſibili , quòd generatio in formis
elementorū ſit motus;ita quòd introducatur ſuc-
ceſſiuè:ſed babent hoc pro neceſſario ; quia ſi eſt
ſucceſſio in accidentibus propriis formæ elemen
ti(ut dicunt)ſicut in calore reſpectu ignis ; opor
tet eſſe ſucceſſionem in forma ignis . Alii di-
cunt,& fortè meliùs, quòd non eſt neceſſarium ,
quòd ſi eſt ibi gradus , quòd propter hoc intro-
ducatur ſucceſſiuè ; ſed poteſt eſſe , quòd in
maiori gradu inducatur in uno, quàm in alio ;
& hoc tantùm in fine motus ; ita quòd ſecun-
dùm hoc,forma accidentalis, & forma ſubſtan-
tialis ſuſcipiens magis & minùs,differūt:quia for
ma accidētalis eſt diuiſibilis in ſe,etiā & per mo
tum;& quia per motum,ſucceſſiuè inducitur:for
ma autē ſubſtantialis, licèt habeat gradum extra
gradum;

Rō ex Auer. Cō.62. et 6. Phyſicorum cō.59.

Tertia rō ex eodē Auer. 3. Celi cō. 67. & 4. Celi cō. 40.

Forma completa, et incompleta in quo cōſiſtūt.

Gradus duplices.

Forma multiplex.

Magis & minus ſuper quo fundātur.

Ad argumēta.

Obiectio.

Forma accidentalis, & forma ſubſtantialis, quō ſuſcipiunt magis, & minus.

gradum, tamen non est diuisibilis per motum: quia non est primò in uno gradu, & postea in alio, sed tota in uno gradu minori accipitur in uno indiuiduo, & rota in alio gradu minori in alio; & hoc semper in fine motus. Ad quartum dicendum est, quòd non est inconueniens formas descendere in indiuidua per diuersos gradus accidentales;& hoc, quia(ut dictum est) tales gradus non uariant speciem: si autem tales gradus uariarent speciem, esset inconueniens, & impossibile: quia tunc differentia indiuidualis esset differentia specifica, quod implicat contradictionem.

A

TEX. 11. *De materiali autem substantia, oportet non latere, quia & si ex eodem omnia primò, aut eisdem, aut primis, & eadem materia ut principium; his, quæ fiunt est tamen aliqua propria cuiuslibet phlegmatis prima materia, dulcia, aut crassa; choleræ uerò amara, aut alia quædam. Forsan autem hæc ex eodem.*

B

Q̃ones circa materiã incidentes. Mora quæstione de forma, hic mouet quasdam quæstiones de materia. Et diuiditur in duas partes, quia primò manifestat quædam immanifesta de materia: secundò mouet quæstionem de ipsa materia. Secunda ibi [Habet autem dubitationem.] Prima in duas, quia primò manifestat quædam circa materiam generabilium & corruptibilium: secundò circa materiam ingenerabilium & incorruptibilium. Secunda ibi [Circa naturales quidem substãtias.] Prima in duas, quia materia habet respectũ ad duo: primò ad ipsum generatum: secundò per respectum ad causas generationis, ibi [Quando itaq; aliquis quæsierit] Prima in tres, secundùm q̃ ponit tres proprietates ipsius materiæ. Secunda ibi [Fiunt autẽ plures materiæ [Tertia ibi [Contingit autem vna materia existentium] Primò ergo ponit primam proprietatem, & dicit: q̃ quædam sunt, quæ non debent nos latere de materiali substantia: primũ est, q̃ si omnia generabilia & corruptibilia fiant ex eodem principio materia, aut ex eisdem primis, & hoc dicit propter elementa: & eadem materia est principium eorum, quę fiunt: tunc uniuscuiusque rei generabilis est materia proxima alia, & alia: sicut phlegmatis proxima materia & prima in generatione, non extra genus, sunt dulcia, aut crassa; quæ conueniunt cum phlegmate causa humiditatis: & prima materia, & proxima in genere coleræ sunt amara; aut alia quædam, propter conuenientiam, quam habet colericus humor cum amaris: nam licèt hæ duæ materiæ sint diuersæ respectu duorum, tamen fortè fiunt ex eodem principio primo: quia propinquæ materiæ resoluuntur ad primam. Deinde dicit.

C

Prima proprietas materiæ.

Materia proxima phlegmatis, & cholera quæ

Materia proxima resoluitur ad primam materiam.

D

Fiunt autem plures materiæ eiusdem, quando alterius altera fiunt, ut phlegma ex crasso, & dulci si crassum ex dulci. Et cholera uerò per resolui choleram primam materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc: aut quia primum erit, aut quia ex resoluto in principium.

Ponit secundam proprietatem; & est, quòd aliquando eiusdem sunt duæ materię, non tamen ex æquo; sed hoc est, quando una materia est ex alia: ut si diceremus, quòd flegma est ex crasso, & dulci; & hoc si crassum est dulce. Notandum est, quòd aliquando materia est ex composito, & si compositum sit ex materia: sed differenter, quia compositum est ex materia per modum compositionis: materia uerò ex composito per modum resolutionis: & sic nos dicimus, quòd materia, ex qua fit colera, per resolutionem est ex colera: esse enim hoc ex hoc, dupliciter dicitur: aut quia hoc fit ex hoc, quod est primum in compositione: aut quia fit hoc ex hoc, quod est primum in resolutione: & hoc modo ex composito fiunt partis. Notandum est, quòd uia compositionis, & resolutionis sunt uiæ oppositæ: ubi enim incipit compositio, ibi terminatur resolutio: & econuerso: & quia compositio & uia cõpositionis incipit à materia; ideo ibi terminatur resolutio: & quia uia compositionis terminatur ad compositum, ideo ibi incipit resolutio. Et hoc est, quod dicit Philosophus: quòd compositum potest fieri ex materia, & materia ex composito: tamen differenti uia.

Secũda proprietas materiæ.

Q̃ro materia est ex cõposito.

Esse hoc ex hoc duplicitur.

Cõpositio & resolutio quo differunt.

Contingit autem una materia existente, fieri diuersa propter mouentem causam: ut puta ex ligno & arca, & lectus. Quorundam uero altera materia, ex necessitate alteris existentibus, ut serra nõ utique fiet ex ligno. Nec in mouente causa hæc: non enim faciet serram ex lana, aut ligno. Si uerò idem contingit ex alia materia facere.

TEX. 12. *Palàm, quia ars, & principium, quod est ut mouens idem, nam si & materia altera, & mouens, et quod factum est.*

Tertia proprietas materiæ. Ponit tertiam proprietatem de materia: quæ est: q̃ ex una & eadem materia possunt fieri diuersa generata in specie, propter diuersitatem specificam mouentium & agentium: sicut uidemus, q̃ ex materia una in specie possunt fieri archa, & lectus, quæ sunt diuersa generata in specie: quæ diuersitas est per diuersitatem artiũ mouentium ad formam lecti & archę. Licèt autem lectus, & archa possint fieri ex una materia: quædam tamen sunt artificiata, quæ necessariò requirunt alteram materiam & propriam; nec ista alietas eueniret ex mouente solùm, sed ex forma & fine requirente talem materiam: sicut forma serræ non potest fieri ex quacunque materia, sicut ex lana, uel lino; sed tantùm in ferro; nec est causa in mouente, sed in fine, & in forma rei: aliquãdo autem contingit, quòd unum & idem significatum secundùm speciem, potest fieri in ligno & ære, quæ sunt diuersę materiæ. Similiter forma aliter potest fieri in argento, & auro; & in talibus necessarium est, quòd mouens & agens sint unum in specie, quia si materia est altera in specie, ut suppositum est; si mouens esset alterum, oporteret quòd tertium, siue generatum esset alterum, id est alterum in specie.

puta si quæratur, quæ est materia eclipsis, ex qua scilicet fit? non est dare eam, sed Luna est illud subiectum, quod patitur talem passionem, & tale accidens; in quo fit ipsa passio. Et si quæratur, quæ causa est mouens & efficiens ipsam eclipsim, quæ corrumpit lumen, ut fiat talis eclipsis? dicemus quòd terra: eclipsis enim non est nisi priuatio luminis in luna: quæ quidem priuatio est ex hoc, quòd radius solis non potest pertingere ad corpus lunare: quod autem non possit pertingere, causa est terra, quæ interponitur inter corpus solis, & corpus lunæ. Si autem quæratur causa finalis ipsius eclipsis, cuius causa sit? fortè non est dare finem; quia priuationes propriè non habent finem; immo sunt priuationes finiũ: quia defectus non proueniunt ex intentione, sed magis ex defectu materiæ, uel uirtutis agentis. Dixit iã fortè: quia consideratio finis in motibus cœlestibus; utrum sit, uel non sit? est ualde difficilis. Si ãt quæratur, quæ est forma & species eclipsis, eo modo quo potest habere formalitatem? dicemus quòd diffinitio sua: quæ quidem diffinitio non est manifesta; nisi in diffinitione ista ponatur causa, propter quam est priuatio luminis in luna: ut si dicatur, ꝙ eclipsis est priuatio luminis in luna propter terram obiectam inter solem & lunam: hæc diffinitio completa est; quia complectitur causã: non enim eclipsis lunæ est omnis priuatio luminis, sed est in speciali subiecto, scilicet in luna, & ex speciali causa, scilicet ex terra obiecta. Notandum est, quòd quædam sunt accidentia, quæ educuntur de potentia materiæ, & quæ sequuntur formam generabilem & corruptibilẽ: & ista habent materiam ex qua: quia ista eadem materia, quæ est in potentia ad formam, est in potentia ad accidentia, quæ sequuntur formam; & ista sunt accidentia, quæ sequuntur formam generabilem & corruptibilem: Quædam sunt accidentia, quæ propriè non educuntur de potentia materiæ: & istorum nonnulla sunt intentionalia, sicut est lumen receptum in luna, uel in aliquo corpore, quod recipiat lumen à sole; & talia non habent materiam, ex qua fiant ex quo non educuntur per fieri & per motum; sed tamen habent materiam in qua, quam uocat Aristo. subiectum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ista uidetur esse differentia inter materiam, & subiectum: quia materia dicit rem suam in potentia ad formam, ut transmutabilis est ad ipsam per uiam motus & fieri; & ideo quæ sine fieri introducuntur, non propriè habent materiam ex qua: subiectum autem dicit rem suam ex hoc, quòd substentat formam, & ex hoc quòd actu est sub forma: & ideo omne, quod substentat formam, potest uocari subiectum: licèt aliquo modo possit uocari materia.

Priuatiões non habent finem.

Defectus unde.

Accidentia, quæ habeat materia, et quæ non.

Differentia inter materiam, & subiectum.

Somni uerò non manifestum quid primũ patiens: sed quòd animal etiam primum. Verùm hoc secundũ quid? Et quid est primum cor: an aliud aliquid?

Ostendit, quòd subiectum primum in aliquibus est ignotum, dicens: quòd manifestum est, ꝙ somnus est in animali: secundùm autem quod membrum insit animali, nõ est manifestum; quia quidam ponunt primum subiectum esse cerebrũ, quidam autem cor. Deinde cum dicit.

Deinde à quo?

Considerandum est, à quo sit, sicut ab agente, scilicet ab euaporatione uehementi, uel ab alio aliquo huiusmodi? Deinde cum d.

Deinde quid passio quæ illius & non totius? quia immobilitas talis utique, sed hoc per aliquid pati quod primum.

Primò patitur illud: ergo primò cõsiderandũ ẽ, qđ dẽt poni ĩ diffinitiõe somni. Deinde cũ dicit.

TEX. 14.

Quoniam uerò quædam sine generatione & corruptione sunt, & non sunt, ut puncta: si quidem sunt & totaliter species, & formæ. Non enim album, fit, sed lignum album, aut ex aliquo, & aliquid omne quod fit, non omnia utique contraria fient ex inuicẽ. Sed aliter albus homo ex nigro homine, et album ex nigro. Nec omnis materia est sed quorum generatio est transmutatio adinuicem. Quæcunque autem sine transmutari sunt, aut non non est horum materia.

Ostendit, quæ sunt illa generabilia, quorũ potest dici materia, & quorum non. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd compositum generatur per se; forma autem per accidens: illius ergo, quod generatur per se, propriè materia pars est, sed non formæ. Et hoc est, quod dicit; quòd quædam sunt, quæ sunt, & non sunt sine generatione & corruptione sui; sed per generationem & corruptionem alterius; quales sunt species, & formæ; formæ enim non generantur, sed compositum; nõ enim album fit, sed lignum album; omne autem, quod fit, fit ex contrario; sed aliter fit compositum ex contrario; & aliter albũ ex nigro; quia unum fit per se, scilicet compositũ, & aliud per accidens, scilicet forma. Et quia sic est ideo nõ omnis rei generabilis & corruptibilis est materia; sed illorum est materia, quorum generatio est, & corruptio adinuicem per se: quæcunque autem sunt, & non sunt per transmutationem sui, sed alterius, horum non est materia, sicut sunt formæ. Notandum est, quòd materiam esse alicuius, potest esse tribus modis: uno modo; quia est alicuius, quod educitur de potentia sui, scilicet materiæ; & isto modo est compositi, & nõ formæ, sicut uult Philosophus: secundo modo potest intelligi, quòd materia est alicuius, quia est pars eius; & isto modo etiam est compositi, & non formæ; quia forma de se non habet partem extra partem; tertio modo potest intelligi quòd materia sit alicuius, sicut eius, quod est in ea, & subiectatur ab ea, & à quo ipsa materia perficitur; & hoc modo non est inconueniens, quòd materia sit formæ. Deinde cum d.

Quarum generabilium, & corruptibilium est materia, & quorum nõ.

Materiã esse alicuius, tripliciter.

Habet autem dubitationem, quomodo ad contraria materia uniuscuiusque se habet: ut si corpus potentia sanum, contrarium uerò infirmitas sanitatis, tunc ambo potentia. Et aqua potẽtia uinũ, & acetũ.

Mouet quasdam quæstiones de materia. Et diuiditur in duas partes, secundùm duas dubitationes, quas mouet. Secunda ibi [Dubitatio autem quędam est] Prima in duas, quia primò mouet dubitationem: secūdò soluit eam ibi [Aut huius quidem] Ponit ergo dubitationem primò, dicens: quòd habet magnam dubitationem, quomodo se habeat materia ad contraria, utrum scilicet uniformiter respiciat omnia contraria: ut si corpus est in potentia ad sanitatem, & infirmitatem, an uniformiter aspiciat illa, & sit in potentia ad illa? existens enim sanum, est in potentia ad infirmari, & econuersò. Si autem ita est, quòd est in potentia uniformiter ad duo cōtraria, tunc sequitur quòd aqua est in potētia ad uinum, & acetum: ita quòd existens sub forma uini, est in potentia ad acetum: & existens sub forma aceti, est in potentia ad formam uini æqualiter: quod tamen non est uerum. Notandum est, quòd intentio Philosophi est dicere; quòd impossibile est, quòd materia sit in potentia æqualiter ad duo opposita: ita quòd existens sub uno, est in potentia ad aliud; & econuersò: si enim hoc esset uerum, materia existens sub forma uini esset in potentia ad formam aceti; & econuersò: cum ergo hoc sit impossibile; ergo & illa è conuersò. Deinde cum dicit.

An materia æquè primò respiciat formas contrarias.

E

Aut huius quidem secundùm habitum, & secundùm speciem materia: illius uerò secundùm priuationem, & corruptionem secundùm naturam.

Ponit solutionem quæstionis, dicens; quòd ratio, quare materia non est in potentia æqualiter ad uinum, & ad acetum, est: quia materia est in potentia ad formam uini, sicut ad quendam habitum, & quandam speciem: ad acetum autem est in potentia sicut ad corruptionem & priuationē illius habitus; quæ quidem priuatio præter naturam est, hoc est per corruptionem habilitatū naturalium: & hoc est quia acetum non habet amplius habilitatem naturalem, ut reuertatur ad uinum. Notandum est, quòd solutio Arist. fundatur super duo: quæstio enim Philosophi fuit in hoc; quare materia existens sub forma aceti, non est in potentia ad uinum? sicut existens sub uino; est in potentia ad acetum? innuit autem Philosophus solutionem duobus modis: primus modus est, quia materia est in potentia ad formam uini sicut ad quendam habitum; ad acetū autem sicut ad priuationem illius habitus: hæc autem est natura priuationis, & habitus; quòd ex habitu potest deueniri ad priuationem; ex priuatione autē non est regressus ad habitum; & ideo ex forma uini potest deueniri ad acetum; non autem econuersò. Et hęc est solutio, quam innuit Commentator quòd aliter aspicit materia contraria, aliter aspicit priuatiuè opposita: quia contraria aspicit modo æquali, & reciproco; existens enim sub uno contrariorum potest reciprocari ad aliud, & econuersò; priuatiuè autem opposita respicit modo in æquali, & non reciproco; quia existens sub priuatione, non potest reciprocari ad habitum.

Solu. dubitationis.

Fundamēta Philosophi.

Natura priuationis, et habitus, quæ.

Doctrina Commen.

Secundus modus soluendi est, qui confirmat primum: non enim semper est uerum, quòd ex priuatione luminis fit regressus ad lumen; ideo oportuit ad primam solutionem addere secundam, quæ est: quòd ideo hic ex priuatione non est regressus ad habitum, quia priuatio est pręter naturam; & hoc quia materia existens sub priuatione, puta sub aceto, est sub corruptione naturalium habilitatum ad uinum; in aceto autem nulla est naturalis habilitas ad uinum.

Alia solutio

Dubitatio autem quædam est, & quare uinum non materia aceti, nec potentia acetum, quamuis fiat ex ipso acetum; & uiuens potentia mortuum.

Ponit secundam quæstionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit quæstionem: secundò soluit eam ibi [Aut non, sed secundùm accidens] Quæstio autem est in hoc; quare uinum nō est materia aceti, cum tamē acetum fiat ex uino? & quare uiuum non est potentia mortuum, hoc est materia mortui? cum tamen mortuum fiat ex uiuo; & quare uiuum non potentia? Deinde cum dicit.

F

Secunda dubitatio.

Aut non, sed secundùm accidens corruptiones. Animalis uerò materia, hoc secundùm corruptionem, mortui potentia & materia, & aqua aceti: fit enim ex his, ut ex die nox.

Soluit quæstionem prædictam. Et diuiditur in duas partes, quia primò soluit eam: secundò ex ipsa solutione manifestat quæstionem primam, ibi [Et quæcunque itaque.] Ad euidentiam solutionis notandum est, quòd quæstio est in hoc; acetum est ex uino, quare uinum non est materia aceti? solutio autem quæstionis in hoc est; quòd licèt fiat hoc ex hoc; tamen non sequitur hoc, scilicet quòd uinum sit sicut materia; quia materia est illud, ex quo fit aliquid per se; acetum autem fit ex uino per accidens: quia secundùm corruptionem formæ uini: ita quòd acetum fieri ex uino, est hoc fieri post hoc, & non est hoc perfici ex hoc: quod requiritur quando aliquid fit ex aliquo sicut ex materia; quia materia perficitur per formam. Et hoc est, quod dicit in litera; aut supple, non fit hoc ex hoc per se, sed secundùm accidens; quia supple per corruptionem uini, uel uiui; materia enim animalis est materia, & potentia respectu mortui & uiui; & ideo mortuum ex uiuo, & acetum ex uino fiunt ex his, sicut nox ex die, idest post diem.

Solutio.

G

H

Et quæcunque itaque sic transmutantur ad inuicem, ad materiam oportet redire; ut si ex mortuo animal, in primam materiam; deinde fit animal. & acetum in aquam, deinde fit uinum.

Manifestat per hęc precedentem quæstionē, dicens; quòd quęcunque ita transmutantur ad inuicem, quòd unum fit post aliud; non potest fieri ex posteriori prius, nisi fiat regressus usque ad primam materiam: ut si ex mortuo debet fieri uiuū, oportet quòd mortuum primò reducatur ad elementa, & elemēta ad formam mixti, & ad formas animalis: similiter si ex aceto debet fieri uinū, oportet

Ex his habetur, qualiter fit resolutio ad materiam primā in omni generatione, & corruptione.

tet ꝙ reducatur ad aquam, & ex aqua fiat uinũ.

Quæstio. Quæreret aliquis, Quomodo ex solutiõe istius secundæ quæstionis soluitur prima? Respondeo dicendum est, quòd quandocunque est reciproca generatio duorum, oportet quemlibet illorũ posse habere rationem prioris & posterioris respectu alterius: ut si ex aqua generatur aer, uel econuerso; oportet quòd aer habeat rationem prioris & posterioris respectu aquæ, inquantum fit ex aqua: si tamen unum istorum ita esset prius, & nullo modo posset esse posterius; & unum ita esset posterius, quòd nullo modo posset esse prius, non posset esse reciprocatio inter ista duo: ex priori. enim posset deueniri ad posterius, sed ex posteriori non posset deueniri ad prius. Et hoc dico per uiam generationis: si. n. per uiam generationis ex posteriori deueniretur ad prius, iam posterius in uia generationis haberet rationem prioris: suppositum est autem, quòd non habet rationem nisi posterioris. His uisis, patet quæstio: nam Philosophus uult ostendere in solutione huius quæstionis secundæ, quòd acetum respectu uini non habet rationem nisi posterioris: quia acetũ fieri ex uino, & mortuum ex uiuo, est fieri secundum corruptionem ad formam præcedentem: oẽ autem tale ita habet rationem posterioris quòd nullo modo prioris: posterioris quidem, quia nõ est nisi corruptio formæ præcedentis: prioris autem non, quia ex quo corrumpit habilitatem ad formam præcedentem, non potest ampliùs esse materia respectu formę pręcedentis: quia ubi materia est, ibi habilitas est: Et ideo Philosophus fundat solutionem suam super duo: primũ est, quòd hoc fit ex hoc secundum accidens: secundum, ꝙ non secundùm omne accidens, sed secundùm accidens, quod est corruptiuum habilitatum: si. n. esset secundùm accidens simpliciter, posset fieri regressus. Videmus. n. quòd ex albo fit nigrum per accidens; & tamen est regressus: causa huius est, quia album nõ corrumpit habilitatem ad nigrũ, & èconuersò.

Acetum respectu uini habet tantum rationẽ posterioris.

Vbi materia, ibi habilitas.

Fundamenta Philosophi.

Quæstio. Quæreret etiam aliquis, Quare oportet, quando ex aceto fit uinum, uel ex mortuo uiuum, ꝙ fiat regressus usque ad materiam primam, uel usque ad elementa? Dicendum est, quòd hanc conclusionem possumus declarare duobus modis. Primus modus est ex declaratis in præcedẽti quæstione: dictum. n. est in præcedenti quæstione, ꝙ quando aliquid fit ex aliquo; illud, ex quo fit, inquantum tale debet habere rationem primi: & si non habet, oportet quòd reducatur ad aliquid, quod habeat rationem primi respectu fiendi: cũ ergo mortuum & acetum nullo modo possint habere rationem primi respectu formarum fiendarum, puta uini, & uiui: oportet quòd reducatur ad aliquid, quod habeat rationem primi respectu duarum formarum: & hoc est ipsum reduci ad materiam.

Prima uia.

Secunda uia. Secundus modus declarandi est ex formis subordinatis, & non subordinatis: uidemus. n. quòd

A aliquæ sunt formæ, quæ æqualiter aspiciuntur à materia, nec oportet quòd una aspiciatur mediã te alia, sicut est in formis elemẽtorum: non enim aspicitur forma aquæ mediante forma aeris, nec èconuersò: & in talibus non oportet, quòd materia transeat ad unam formam, si debet transire ad aliam: Aliæ autem sunt formæ, quæ aspiciuntur à materia sub quodam ordine: sicut materia nunquam aspicit formam animalis nisi mediãte forma asini, uel forma bouis: & in talibus nunquam materia transit ad formam, quæ ultimò aspicitur, nisi primò transeat ad illam, quæ est mediata in aspectu; & qua mediante aliam aspicit: sicut materia nunquam transit ad formam uini, nisi mediãte forma aquę: Quandocunque ergo ita est, quòd

Formæ duplices.

Materia transit ad formã uini mediãte forma aquæ.

B materia est sub aliqua forma, quę non habet rationem medii respectu illius formæ, quæ debet induci; oportet quòd materia existens sub tali forma, primò reducatur ad formam, quæ habet rationẽ medii, ut per illam deueniatur ad ultimũ: Et ista est causa quare ex uino potest fieri acetum, & ex uiuo mortuum: quia uinum respectu aceti habet rationem medii, sicut acetum ad aquam, & mortuum ad embrionem.

Quæstio. Quæritur consequenter, Vtrum in cęlo sit materia? Videtur quòd non: ubicunque est materia, ibi est priuatio; ubi est priuatio, ibi est appetitus ad aliam formam; quia priuatio machinatur ad maleficium, ut patet Primo Physic. si ergo in cœlo materia est, ibi est priuatio & appetitus, ergo

Tex. cõ. 80.

C cœlum erit corruptibile. Pręterea septimo Metaph. dicitur, quòd materia est principium esse, & non esse; si ergo in cœlo materia est, poterit non esse: & ita non habebit esse necessarium, sed possibile. Contra: motus docuit nos materiam, ergo ubi est motus, ibi est materia: in cœlo est motus, ergo &c. Præterea ubicunque est alteratio, ibi est materia; sed cœlum alteratur, quia de non luminoso fit luminosum, sicut patet in Luna; ergo ibi est materia. Respondeo in ista quęstione primò sunt adducendæ rationes, quibus aliquis posset moueri ad ponendum materiam non esse in cœlo: secundò uidendum est, utrum materia sit in cœlo, & soluendæ rationes prædictæ.

Tex. cõ. 22.

Sola est Auerro supra cõ. 12. Vide 4. Physi. co. 38.

Articulus primus.

D Prima rõ est sumpta ex parte materiæ: uidemus enim ꝙ materia habet esse per formam, sed non per omnem formam, sed per formam eductam de potentia materiæ; ita quòd materia non est subiectum formæ, nisi formæ possibilis educi; & sic solius rei possibilis; & ideo in necessariis materia non est. De ratione enim materiæ est, ꝙ aspiciat esse, & non esse; quòd ergo sit necessariũ, & habeat materiam, hoc est impossibile; quod. n. est necessarium, aspicit tantùm esse; quod autem habet materiam, aspicit esse, & non esse; cum ergo cœlum habeat naturam necessarii, & non possibilis, nõ erit in eo materia; Et hoc ẽ, quod dixit Philosophus Tertio Physicorum, quòd in perpetuis & necessariis nõ differt eẽ, & posse; quia ĩ eis non differt illud, quod possunt esse; & illud, per quod

Materia in quibus est.

Tex. cõ. 32

quod sunt: & sic non habent materiam.

Secunda ratio est ex differentia inter materiã & mutationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc est differentia inter motum ad formam, & motum ad locum; quia motus ad formã facit nos scire materiam, & ens in poteotia; quod enim mutatur ad formam, oullam formã habet, & per consequens si ens est, non est nisi ens in potentia: ubicunque ergo transmutatio substantialis est, ibi oportet quòd sit ens in potentia & materia: mutatio autẽ localis facit nos scire aliquid in actu, quod modo est in uno, modo in alio, Vnde est, quòd aliquando motus localis, arguit materiam oon per se, sed per accidens: aliquando. o. est ita, quòd motus ad locum arguit motum ad formam, sicut ootus rectus elementorum arguit motum ad formam; & quia motus ad formam arguit materiam, ideo talis motus ad locum atguit materiam nou per se, sed per accidens. s. medianre motu primo; Si tamen reperiatur aliquis motus, quòd purè sit motus ad locum; ita quòd non arguat motum ad formam, non oportet quòd talis motus arguat materiam; talis est motus cœli, ergo non oportet, quòd cœlum habeat materiã, propter motum suum; Et hæc uidetur uia Philosophi hic, quia dicit; quòd si cœlum habet materiam, non habet nisi mobilem ad locum; quasi dicat, noo est propriè uocanda materia, nisi illa, quæ arguit motum ad formã; quia propriè illa est materia, quæ est in potẽtia ad formam: nam illa, quæ est in potentia ad locum, est ens in actu: & si con tingat, quòd ens in poteutia sit in potentia respectu loci; hoc non est inquantum est io potẽtia simpliciter, sed inquantum est in potentia ad formam ut iam dictum est: præcisè autem illud, quòd est in potentia ad locum, ita quòd non ad formam, est ens in actu: ens autem in actu materia non debet dici. Vnde secundum Comment. cęlum potest uocari corpus simplex, quia subiectum motui locali: dico autem simplex, quia non est compositum ex materia, & forma: quæ tamen simplicitas non excludit partes quantitatiuas: quia secundum comment. in cœlo est rarum & densum, quæ non possunt esse sine quantitate: Et hoc etiã uidetur esse uia Commenta. primo cœli & mundi, ubi uidetur dicere, quòd secundus actus materiæ est generatio & corruptio: & uoco hic actum: secundum diuisum contra actum esse essentiæ; imaginatur enim Commẽtator: quòd materia habet aliquid pro esse esseotiæ, quod est ens in potentia: pro actu autem secundo est ibi generatio: unde generatio semper est actus entis in potentia: & idem est quòd materia. Et ideo quando dicimus, quòd motus est actus entis in potentia; & quòd generatio est actus entis in potentia, non tã sumitur ens in potentia in primo, quàm in secundo: quia in primo sumitur pro potentia, quæ reperitur in materia, & etiam in corpore simplici: de quo iam locuti sumus; quia etiam motus cœli est actus entis in potentia: generatio autem est actus entis io potentia, quod est materia tantùm: Et si aliquis dicat, quòd forma est secundus actus materiæ, & non generatio: dico quòd utrunque est actus: quia forma, & geoeratio non differunt, nisi secundum alium, & alium modum: sicut forma in fieri, & forma in esse. Vnde uult dicere Commentator; quòd non omnis forma est actus materiæ; sed forma, quæ est per generationem inducta.

Secunda rō

Discrimen inter motũ ad locum, et motum ad formam.

8. Metaph. 12. & 12. Metaph. 10 & alibi sæpe.

Vide co. 20 & 95

Tertia ratio est ex eo, quòd materia ẽ quoddã subiectum contrariorum: in natura materiæ non exit distantiam contrariorum; licèt enim exeat alterum extremum; tamen non exit distantiam contrariorum; quia si est sub uno contrario, non erit sub alio: unde de natura materiæ est, quòd sit trahibilis ad naturam contrariorum; si ergo in cœlo esset materia, cœlum haberet contrarium; & etiã ista materia esset subiectum commune duobus contrariis, quod est impossibile dicere de cœlo.

Tertia rō.

Quarta ratio est ex natura dimensionum terminatarum, & infinitarum; semper enim materia aspicit duo genera dimensionum; aspicit enim dimeosiones terminatas, & in terminatas imaginabimur enim ꝙ dimensiones interminatæ sequũtur materiam de se; quòd autem trahatur ad dimensiooes terminatas, hoc est per uim agentis; & ita semper ubi est materia, ibi sunt dimensiones trahibiles ad diuersas terminationes: ubicunque autem dimensiones possunt trahi ad diuersas terminationes, ibi materia potest trahi ad diuersas formas; quia forma est semper ratio trahendi: & semper similiter ubi est, uel potest esse dimensio terminata, uel interminata, ibi interminata præcedit terminatam; si ergo in cœlo materia est, sequetur quòd possit terminari diuersis terminationibus quantitatiuis, quod est impossibile: sequetur etiam, quòd dimeusiones terminatæ præcedant interminatas in ipso cœlo, quod improbatum est a commẽtatore Secundo cœli & mundi, & in de substantia orbis. Si ergo aliquis uult tenere istam positionẽ, quæ uidetur fuisse Commẽtatoris in de Substantia orbis, potest dicere, quòd cœlum est corpus quantum: ita quòd quantitas eius non est in materia; & tale corpus quantum subiicitur motui locali tantum, & non motui ad formam: & quia subiicitur motui locali, ideo oportet quòd sit corpus in actu: quia tamen non subiicitur motui ad formam, non oportet quòd habeat materiam.

Quarta rō.

Dimensio duplex.

Secundo sunt adducendæ rationes ad oppositum; quarum prima est; quòd quantitas est de accidentibus adhærentibus materiæ: uidemus enim differentiam inter qualitatem, & quantitatẽ; quia nõ omnis qualitas arguit materiam, sicut est qualitas spiritualis, ut scientia & gratia; quantitas autem est de accidentibus, quæ immediate sequuntur materiam: si ergo in cœlo est quantitas, ergo in eo est materia; quia omnis quantitas est intentio recepta in materia; Si autem aliquis obiiciat contra hoc, quòd quantitas secundùm totum suũ ambitum non est in materia; namque ponitur, ꝙ numerus

Secũdus articulus.

Differentia inter qualitatem & quãtitatem.

numerus quantitas est,& tamen potest reperiri extra materiam,sicut numerus intelligibiliũ:statim potest soluere,quia secundùm intentionem Philosophi(ut uidetur)numerus,quòd est in prædicamento quantitatis,est ex diuisione materiæ: ideo à multis uocatur numerus materialis : ab aliis numerus quantitatiuus. Secunda ratio est ex habitudine,quæ est inter materiam,& substantiã corpoream;hæc autem uidetur differentia inter substãtiam corpoream,& in corpoream;quia substantia corporea est ex forma corporea immersa materiæ;& ideo non potest esse substantia, cuius forma est eleuata à materia;& ideo potest habere rationem intelligentis;unde in Tertio de Anima dicitur,quòd in separatis à materia idem est intelligens,& intellectum;hoc est, unum & idem est,quod habet rationem intelligentis,& intellecti:cum ergo cœlum sit substãtia corporea ,oportet quòd habeat formã immersam materiæ. Quæremus enim ab illo,qui negat materiam in cœlo; utrum cœlum sit cœlum per formam aliquam,siue nulla res est?quia omnis res habet realitatem per formam;quòd si formam habet , aut immersam materiæ,aut separatam:si immersam, habemus propositum:si separatam,oportet quòd habeat formam intellectus,& intelligentis in actu.

Secunda rõ

Tex.co.19.

Tertia ratio est ex dicto Philosophi primo de cœlo,& mundo,quòd differt dicere cœlũ & hoc cęlum:quia qui dicit cœlum, formam dicit : qui autem dicit hoc cœlum,materiam dicit ; uidetur enim Philosophus dicere , quòd in cœlo differt quiditas,& cuius est quiditas,& hoc quia quiditas cœli est recepta in alio.s.in materia:cęlum.n. uocat quiditatem;& hoc cœlum uocat illud, cuius est quiditas;immo hoc semper regulare est secundùm eundem,quòd in rebus habentibus materiam differt quiditas,& cuius est quiditas; sicut differt forma,& cuius est forma:cum ergo in cœlo differat quiditas,& cuius est quiditas;in eo differt materia,& forma;secundùm enim intentionem Philosophi,in duobus entibus differt quiditas,& cuius est entitas:primo in ente per accidẽs secundo in ente materiali:cum ergo in cœlo differat quiditas,& cuius est quiditas, secundùm in tentionem Philosophi;& hoc non sit propter primum;cum cœlum sit substantia;ergo propter secundum .s.quia est ens materiale; Vtrum autem sit alius modus modus differendi quiditatem, & cuius est quiditas præter istos duos,dictum est in Septimo:sic ergo patet quæstio.

Tertia rõ.

Vide in cõ. 92. & 95.

Septimo Metaph.41

Quiditas & cuius est quiditas in duobus entibus differt.

Vide pag. 200 & inde.

Vltimò restat soluere rationes ad oppositum; Vbi notandum quòd materia in elementis & in cœlo non est secundùm unam rationem ; primò quia materia,quæ est in elemẽtis , ex cedit formã suam:materia autem,quæ est in cœlo,non: imaginandum est enim quòd materia elemẽtorum est ad totam distantiam contrariorum,& non potest exire illam:sicut ergo distantia contrariorum excedit unum contrariorum tantùm:ita materia excedit quodlibet extremorum contrariorum per

Ad argumenta.

A se acceptum:ita quòd materia elementorũ æquabitur distantiæ contrariorum,& excedet quodlibet illorum per se sumptum.Ex quo sequitur, quòd materia per se aspicit dimensiones terminatas,& mediantibus illis potest terminari diuersis terminationibus:ex quo enim per se aspicit totam distantiam contrariorum,sicut distantia tota nõ determinat sibi unam determinationem communẽ plus quã aliam,sed potest determinari per quascunque determinationes:ita similiter materia potest trahi ad quascunque determinationes cõtrarias.Et hoc est,quod consueuit dici; quod materia primò aspicit dimensiones interminatas,& illis mediantibus aspicit terminatas. Ex quo sequitur,quòd materia est principium generationis &

B corruptiõis;corruptio enim est ex hoc,quòd ammittitur una terminatio;& etiã generatio ex hoc quòd admittitur altera;materia autem cœli non excedit formam suam;& ideo nõ aspicit nisi unã terminationem;cum interminatio quãtitatem sequatur;sicut non aspicit nisi unã formam,ita non aspicit nisi unam terminationem . Ex quo etiam secundò sequitur,quòd non aspicit dimensiones interminatas,& terminatas,sed tantùm terminatas:posset enim sic terminari diuersis formis: cuius contrarium iam suppositum est.Ex quo sequitur,quòd non est principium generationis & corruptionis;quia omnis materia , quæ est principiũ generationis & corruptiõis,potest trahi ad diuersas determinationes formales:& ideo materia ele-

Corruptio & generatio unde.

Quæ materia est principium generationis,& corruptionis.

C mentorum est principium motus ad formã, quia potest trahi ad diuersas determinationes formales;materia autem cœli nõ est principium motus nisi localis:quia materia cœli,& cœlũ potest trahi ad diuersas terminationes situales.Et sic patet quòd omnia argumẽta primæ positionis accipiũt quiuocè positam;Patet etiam argumẽtum ad oppositum, quia æquiuocatur de materia &c.

Dubitatione uerò dicta circa diffinitiones & numeros,quæ causa essendi unum deinceps dicendum esse uidetur.

Tex.15.

Positis dubitationibus circa materiam, & formam;hic ponit dubitationem unam circa unionẽ formæ,& materiæ.s.circa compositum:Et diuiditur in duas partes,secundùm quòd primò ponit

Dubitatio.

D dubitationem:secundò eam soluit,ibi [Si autem ut diximus]Prima in duas,quia primò mouet dubitationem:secundò ostendit eam rationabiliter esse motam;Secunda ibi [Omnium enim quæcunque plures.]Dicit ergo primò ponendo dubitationem:quòd de dubitatione,quæ est circa numeros,& diffinitiones;quomodo.s.diffinitio, & numerus possint esse unum nunc diffiniendum est. quasi dicat,cum diffinitio habeat plures partes, dubitatio est,quomodo istę plures partes possunt facere unum?Et de ista dubitatione fiebat mentio in illo Textu , Et numerum oportet esse aliquid & c.Deinde cum dicit.

Superius Tex.10.

Omnium enim quæcunque plures partes habent & non

& non est ut aceruus quod totum, sed aliquid inest totum præter partes, est aliqua causa. Quoniam & in corporibus his quidem tactus causa est unum essendi, aliis uerò uiscositas, aut aliqua passio altera talis. Diffinitio uerò ratio est una, non coniũctione, quemadmodum est Ilias, sed per unius esse. Quid igitur est, quod facit unum hominem, & propter quid unum, sed non multa, puta animal & bipes?

Dubitationis ratio. Ostendit, quomodo ista dubitatio est rationabilis. Et duo facit, quia primò hoc ostendit: secundò probat, quòd ponendo opinionem Platonis, non potest solui dubitatio ibi [Aliterque & si est] Primò ergo facit talem rationem: in omnibus, quæ sunt uerè unum, non sicut aceruus; rationabiliter quæritur causa unitatis: diffinitio est uerè unum ex multis partibus, non sicut aceruus unus: F ergo in ea rationabiliter quæritur causa unitatis. Circa hanc rationem sic procedit, quia primò ponit maiorem, dicens: quòd in omnibus, quæcunque habent plures partes, & sunt unum totũ, non sicut aceruus, quæritur aliqua causa unitatis præter partes, quæ faciat illud unum: quæ quidẽ causa essendi unum in aliquibus corporibus habentibus partes, est tactus: in aliquibus uiscositas, aut aliud aliquid simile: Secundò ponit minorem, dicens: quòd diffinitio est uerè unum, habens uerè

Diff. est uerè unum, et quare. rationem unius, non sicut aceruus, nec per cõnexionem partium; sed quia est indicatiua unius esse & unius essentiæ: Tertiò ponit cõclusionem, dicens: quia sic est, supple ut prædictum est: ideo rationabile est quærere quid est, quod facit hominem, & diffinitionem eius esse unum, cum componatur ex multis partibus? & propter quid diffinitio hominis est unum, & non multa; cum tamen habeat multas partes? Deinde cum dicit.

Aliterque & si est (ut aiunt quidam) ipsum aliquid animal, & ipsum bipes: quare namque non illa ipsa homo est? Et erunt secundum participationem homines non hominis, & neque unius, sed duorum, scilicet animalis, & bipedis: & totaliter utique nõ erit homo unum, sed plura, animal, & bipes.

Lapsus Platonis. Ostendit, quomodo est impossibile soluere hanc dubitationem, supponendo positionem Platonis esse ueram. Et duo facit, quia primò ostendit hoc per rationem: secundò concludit hoc ostensum. Secunda ibi [Palàm itaque] Ad euidentiam primi notandum; quòd quęstio est in hoc: quomodo diffinitio potest esse unum, cum habeat multas partes: & quid faciat eam esse unum, eo modo quo supponitur diffinitionem esse unum: si autẽ poneretur positio Platonis, scilicet quòd partes diffinitionis essent quidditates separatæ in actu, partes diffinitionis essent uerè plura in actu: & quia ex duobus in actu non potest fieri unum, ut

Tex. cõ. 41. & alibi. patuit in Septimo: diffinitio nõ posset esse unum: immo posset meliùs dici plura esse, quàm unum esse: si autem ita esset, nõ posset solui quæstio, nec dubitatio; quia destrueretur illud, quod quæstio supponit: quando enim quæritur propter quid diffinitio est unum? supponit quòd sit unum, quod

E tamen est impossibile secundùm istam positionẽ. Et hoc est, quod dicit litera Philosophi: quæ debet sic continuari: ita dictum est supra, quòd diffinitio est una: si aliter sit (sicut quidã dicunt) qui ponunt, quòd animal est aliquid per se, & ipsum bipes similiter, ita quòd ipse homo participat ipsa, scilicet animal, & bipes; quæ duo sunt in actu: si autem participat illa, sequetur quòd & homines particulares erunt homines participatione hominis; homo autem erit homo participatione duorum, scilicet animalis, & bipedis: quæ secundùm illam positionem ponuntur duo in actu, & totaliter: si hoc est uerum, homo non erit unum, sed est duo: est enim homo, & est bipes: si animal ergo & bipes sunt duo in actu, sequetur quòd homo sit duo. Deinde cum dicit.

Palàm itaque quia sic quidem acceptantibus, ut consueuerunt diffinire & dicere, non contingit reddere, & soluere dubitationem.

Concludit intentum, dicẽs: quòd manifestum est sic dicentibus, non esse reddere rationem, nec soluere dubitationem.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vnde sequitur hæc consequẽtia, hõ est animal, & bipes, ergo est duo? Dicendum, quòd hoc non sequitur secundùm opinionem Philosophi, sed secundùm opinionẽ Platonis. Ad cuius euidentiam notandum: quòd propriè illa dicunt duo, quæ habent proprias actualitates separatas, & duas essentias: si ergo esset uerum, quod dixit Plato, quòd quidditas generis, Quæ propriè dicunt duo.

G & differẽtiæ essent duæ quidditates, & duæ actualitates, etiam per consequens species, quæ participant genus, & differentiam, duas quidditates participarent: ex quo sequitur, quòd sint duo. Secundùm autem opinionem Philosophi, speciem participare genus & differentiam, non est participare duas actualitates diuersas; sed una dicitur, significata, scilicet per modum totius confusi, quantũ ad genus; & per modum partis qualificãtis & specificantis illud totum, quantùm ad differentiam: & ideo non participat duo; quia ubi dualitas, ibi numerus: qualitas autem specificans nõ facit numerum contra totum specificatum. Deinde cum dicit.

H *Si autem (ut diximus) hoc quidem ut materia, illud uerò forma: & hoc quidem potentia illud uerò actu; non adhuc dubitatio utique uidebitur esse, quod quæritur.*

Soluit prædictam dubitationem. Et duo facit, quia primò soluit dubitationem illam: secundò ex solutione illa destruit errorem aliquorum, qui errabant dando causam unitatis in rebus ibi [Propter hanc uerò dubitationem] Prima in tres: hæc enim quæstio quærit de unitate in rebus; & ideo primò ostendit, quomodo est unitas in rebus sensibilibus, compositis ex materia & forma: secundò quomodo est unitas in rebus mathematicis: tertiò quomodo est in substantiis separatis à materia, quæ sunt puræ formæ. Secunda ibi [Est autẽ materia alia intellectualis] Tertia ibi [Quæcunque Solutio dubitationis.

que

que uerò non habent materiam.]Prima in duas, quia primò ponit solutiouem suam:secundò manifestat eam per exemplum applicatum ad propositum.Secunda ibi[Est enim hęc dubitatio]Dicit ergo primò,quòd quando quæritur,quomodo ex materia & forma posśit esse unum?si dicatur, ꝙ hæc,scilicet materia est in potentia, & hæc,scilicet forma est in actu;cessat omnis dubitatio: sicut enim ex potentia & actu fit unum; ita potest fieri unum ex materia & forma: & nihil aliud debet quæri quare ex ipsis fiat unum ? nisi quia hoc sit in potētia,& hoc sit in actu;& ita quod quæritur iam non apparet dubitabile . Deinde cum d.

Quō est unitas in rebus sensibilibus.

Est enim hæc dubitatio eadem,& si terminus uestimenti sit rotundum æs.Sit enim utique signum nomen huius rationis.Quare cum quæritur,quid causa est unum essendi rotundum,& æs?non adhuc itaque dubitatio uidebitur;quia hoc quidem materia,illud uerò forma.Quid igitur huius causa est,scilicet quod est potentia ens,actu sit præter faciens in quibus generatio?Nulla namque est causa altera eius, quod potestate sphæra, actu esse sphæram.Sed hoc erat qđ quid erat esse utique.

Manifestat hanc solutionem etiam exemplo, dicens : quòd si diffinitio uestimenti sit æs rotundum,dicemus;quòd nomen uestimenti est significatiuū huius nominis:quia ratio, quā significat nomen,diffinitio est: hoc dictum exemplum applicat ad propositum, quòd si quæratur, quid est causa essendi æs & rotundū unius?hoc est,si quæratur quid est causa essendi unum ex his principiis?idem est quòd quærere,quæ est causa essendi unum materiam & formam,siue ex materia & forma?& sicut in primo non est dubitatio; ita nec in secundo: cognito hæc est materia, & hæc est forma;quòd enim ex materia & forma fiat unū,non est alia causa nisi generans, & motor; qui trahit potētiam ad actum;quòd enim ex forma sphæræ, & eius materia fiat unum, nō est alia causa intrinseca,nisi forma,à qua est quod quid erat esse sphæræ,hoc est quidditas.

Exemplad hoc comprobat. *Quare ex ma & forma fit ꝑ se unum.*

Quæreret aliquis,Vtrum solutio Arist. sit sufficiens?Videtur quòd nō,quia potentia, & actus duo dicunt; ergo ubicunque erunt potentia, & actus;duo erunt;& sic duæ unitates; ergo nō erit ibi uerè unum.Oppositum uult Philosophus. Respondeo: dicendū est secundum intentionē Philosophi,ꝙ formalitas rei est unitas rei ubicūq; erit una formalitas,ibi erit una unitas: imaginatur .n.Philosophus ita:cū potentia est tracta ad actū, nō sunt ibi propriè duæ unitates,sed una; quæ primò fuit in potētia,est postea in actu.Et si dicatur, ꝙ materia dicit aliquam entitatē,& ꝑ consequēs aliquam unitatem: dicendum est, quòd sua entitas est entitas indeterminata, apta nata determinari per entitatem, & unitatem, & formalitatem;ita quòd materia,& forma habent se sicut determinabile, & determinatio:sicut ergo determinabile, & determinatio non ponunt in numerum;ita nec materia & forma ponunt in numerū.

Quæstio. *Formalitas rei est unitas rei.* *Materia et forma quō se habent.*

A Et hoc est, quod benè dixit Philosophus, quòd eo ipso quòd hoc est in potentia, & hoc in actu; eo ipso est ibi unitas; nam eo ipso quòd materia est in potentia, eo ipso est ibi unitas & perfectibile:eo ipso quòd hoc,idest forma est actus,est perfectio & unitas:multitudo autem debet accipi ꝑ nes perfectionem:si ergo ita esset, quòd materia diceret ens in actu,diceret duas perfectiones; & per consequens duas unitates;quia uerò materia dicit rationem suam per modum perfectibilis,& forma per modum perfectionis;ideo hic non est nisi una perfectio, & per consequens nisi una unitas.Ad argumentum patet responsio; quia actus & potentia non dicunt duo, sed est una unitas sicut perfectio &perfectibile, non sicut duæ perfectiones.

Multitudo penes quid accipienda. *Ad argum.*

B Quæreret aliquis, Vtrum motor sit ille, qui largiatur istā perfectionem,sicut dicit Philosophus? Respondeo:dicendum est,quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est : quòd eadem est unitas compositi & materiæ; quia hic loquitur Philosophus de unitate formali:forma autem communicat suam unitatem & composito , & materiæ:dū ergo materia est in potentia ad formam,est in potentia ad unitatem : si ergo debet habere hanc unitatem,oportet quòd trahatur ad actū : ad actū autem trahi non potest nisi per uim motoris: unde motor dando formam , dat unitatem. Et hoc est, quod dicit Commentator:motor largiendo formam,largitur perfectionem: nō enim C largitur multitudinem , sed perfectionem : quasi dicat Commentator:perfectibile est hoc , quod per uim motoris trahitur ad perfectionem, & trahitur ad unitatem:quia perfectio unitas est, quā communicat forma ipsi perfectibili: si autem ita esset, quòd materia diceret aliquod ens in actu perfectum;quando recipit perfectionē,reciperet multitudinem : sed quia non dicit rem suam per modum perfectionis,sed per modum perfectibilis;ideo illud ipsum,quod est perfectibile , trahitur ad perfectionem:& quia perfectio est unitas; ideo transfertur ad unitatem &perfectionem;ita quòd non ad multitudinem. Deinde cum dicit.

Quæstio. *Eadē est unitas compositi, & materiæ.* *Sńia Com. hic.cō.15.*

Est autem materia alia intellectualis, alia sensibilis.Et semper rationis hoc quidem materia , illud uerò actus est:ut circulus figura superficialis.

D Ostenso, quomodo est unitas in naturalibus : hic ostendit, quomodo est in mathematicis, dicens:quòd materia est alia intellectualis,alia sensibilis:in ratione ergo mathematicarum licèt nō sit materia sensibilis, tamen est forma: ut si dicatur,quòd circulus est figura superficialis: figura se habet ad modum formę , superficies ad modū materiæ. Notandum est,quòd quia in diffinitione mathematicorum cadit aliquid ad modum materiæ,& aliquid ad modum formæ;poterat esse dubium,quomodo ex duobus fieret unum: soluit hoc per hoc;eo ipso quòd hæc est materia intellectualis,& hæc est forma ; sicut ex materia & forma potest fieri unū in naturalibus, ita in illis.

Quō est unitas in mathematicis.

Ad cuius intelligentiam sciendum est, quòd omne illud, quod habet rationẽ determinabilis per aliquid aliud, potest dici materia: quia ergo continuum habet naturā determinabilis; natura enim continui uidetur dicere rem suam per modum determinabilis ad omnem figuram, quia potest determinari per figuram circularem, & per figuras plurangulares, hoc est plurium angulorum: ideo dicit rem suam per modū materiæ: sed quia abstrahit à qualitatibus passibilibus, ideo uocatur materia intellectualis, & nō sensibilis. Et hoc est, quod dicit Philosophus: quòd mathematica componuntur ex materia & forma, hoc est ex aliquo, quod quidem tenet locum determinabilis; & ex aliquo, quod tenet locum determinationis: ut si dicatur, quòd triangulus est quantitas determinata tribus angulis; ita quòd primum dat sibi quòd sit quantitas; & secundum, ꝙ sit qualitas: & ideo dicitur, quòd sunt qualitates in quantitate: quātitates quidē propter determinationem, qualitates uerò propter illud, cuius est determinatio. Deinde cum dicit.

Natura cōtinui qualis

Mathematica unde cōponuntur.

TEX. 16. *Quæcunque uerò non habent materiam nec intellectualem, nec sensibilem; statim quidem unum aliquid est unumquodque eorum.*

Quō est unitas ī substātiis separatis.

Ostendit, quomodo est unitas in substantiis separatis. Et tria facit: quia primò dat modum unitatis in substantiis separatis: secundò manifestat istum modum per exemplum: tertiò concludit, quòd in substantiis separatis nō est causa mouēs. Secunda ibi [Quemadmodum & quòd ens] Tertia ibi [Quapropter non est.] Dicit ergo primò, quòd ea, quę habent materiam intelligibilem, uel sensibilē, non statim sunt illud, ꝙ sunt; nec ipsa eē, ē unū eē; nec suum esse est sua unitas: quæ autem non habent materiam nec sensibilem, nec intelligibilē; statim sunt illud, quod sunt; & statim unumquodque eorum est aliquod unum esse, non expectans unitatem ab alio. Quasi dicat materialia ad hoc quòd unū sint, expectant aliquid ab alio, quia formam: substantiæ autem separatæ, quæ sunt puræ formæ, nihil expectāt ad hoc quòd unum sint, sed statim sunt illud, quod sunt per seipsas, sine expectatione alicuius. Deinde cum dicit.

Quæ nullā habēt materiā, statim sūt id, quòd sunt.

Quemadmodum & quòd ens, aliquid hoc, quod quale, quod quantum: Quapropter & non inest diffinitionibus nec ens, nec unum. Et quod quid erat esse statim unum aliquid est: sicuti & ens aliquid.

Manifestat per exemplum illud, quod dixit. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ens nō descendit in prædicamenta per differentias alias; & ideo non est genus: & si esset genus, posset cadere in diffinitione rerum; quia ergo non descendit per differentias, ideo immediatē descēdit; & ideo statim est illud, quod est: ita quòd statim est substantia, & statim est quantitas, &c. non expectans aliquam differentiam. Et hoc est, quod uoluit dicere Philosophus; quia sicut ens statim est illud, quod est, non expectans drīam: ita subæ separatæ statim sunt illud qđ sunt, non expectantes

Ens cur nō est genus.

Ens īmediatē id, qđ ē.

E formā, quia sunt ipsa forma. Et hoc ē, quod dicit litera: quòd quemadmodum ens statim est illud, quod est; hoc est statim est substantia, & statim est quale, idest qualitas, & statim est quantùm, hoc est quantitas; & ideo non est genus ad ista; nec ponitur in diffinitionibus, nec ens, nec unum: ita qđquid est substantiarum separatarum statim est unum aliquid, non expectans aliquid aliud; sicut & ens non expectat aliquid aliud prædicamentorum. Deinde cum dicit.

Videtur uelle Philosophus, omnes substantias separatas esse extra genus.

Quapropter non est aliqua alia causa unum essendi nulli horum, neq; essēdi ens aliquid. Statim enim unumquodque est ens aliquid, & unum aliquid, non ut in genere & ente & uno, nec ut separabilibus existentibus præter singularia.

F Concludit ex hoc, quòd in separatis nō est causa mouens, dicens: quod quia ita est, ideo nullius separatorum est aliqua causa essendi ens aliquid; statim enim unumquodque talium est aliquid, & unum aliquid: non ita tamen quòd talia, scilicet substantiæ separatę sint in ente, & uno, sicut in generibus: nec ita, quòd sint in ente & uno, sicut in quibusdam separatis Plato ponebat: sed sunt in ente & uno, quia sunt in sua entitate, & in sua unitate.

Quæreret aliquis, Vtrum substantiæ separatæ statim sint illud, quòd sunt? Videtur, quòd non: quia secundùm fidem productæ sunt de non esse ad esse; secundùm autem esse, tale primò potuerunt esse, & postea fuerunt. Oppositum uult Philosophia. Respondeo: duplici uia possumus declarare propositum: prima uia est ex differentia, quæ est inter compositum ex materia & forma, & ipsam formam per se subsistentem: quę uia patet: Sicut composita ex materia & forma, non per totū sui sunt, qđ sunt, sed per aliquid sui sunt, qđ sunt, & per aliquid sui possunt esse, quod sunt: per formā.n. sunt, quod sunt; per materiam autē possūt esse quod sunt: & ideo per aliquid sui priùs possunt esse quod sunt, quàm sint illud, quod sunt; ad minùs prioritate naturæ: omnia enim composita ex materia & forma, uel prioritate temporis, uel prioritate naturæ possunt priùs esse illud, quod sunt, quàm sint actu illud, quod sunt: si priùs, ergo non statim. Et si materia, & forma simul fiant, quando quidem coniungitur materia formæ, & ē conuersò: tamen prioritate naturæ materia pręcedit formam, & ideo priùs possunt esse, quàm sint. Forma autem per se existentes, & subsistētes per totum sui sunt, quod sunt: nec per aliquid sui possunt esse quod sunt: & sic eo ipso quòd non priùs, statim sunt illud, quod sunt. Et ista uidetur intentio Philosophi Tertio Physic. quòd in perpetuis non differt esse, & posse; quia non priùs possunt esse, & postea sunt illud, quod sunt.

Quæstio.

G *Prima uia.*

Differentia inter cōpositū ex materia & forma & ipsā formam.

H

Tex. cō. 32.

Secunda uia ad hoc ostendendum potest sumi ex uerbis Commētatoris; qui dicit in isto passu: quòd in separatis à materia idem est essentia, & quidditas: imaginatur enim Commentator, ꝙ quidditas est forma rei. Vtrum autem sit hoc uerum

Secunda uia ex Auer.

Vide pag. 191.

tum,disputatum est superiùs:in compositis ergo ex materia(secundùm ipsum)differt essentia, & quidditas;quia essentia dicit materiam &formã; quidditas dicit tantũ ipsam formã;in separatis sũt a materia idẽ est essentia,& quidditas; quia sepa rata à materia,sunt formæ nõ receptæ;& iõ quid quid est ibi,totũ est quidditas:& si totũ est quidditas,essentia est tãtũ quantùm quidditas;quia tota essentia ẽ quidditas,& ẽconuersò: & ita secundũ hoc cõposita ex materia & forma hẽnt quidditatẽ, sed nõ sunt ipsa quidditas ; formæ ãt separatæ sunt ipsa quidditas. Si hæc sũt uera,hr̃ propositũ; quia.n.cõposita ex materia & forma hẽnt qd ditatẽ,& nõ sunt ipsa quidditas;iõ est ibi aliquid, qđ nõ est quidditas,sed expectat quidditatẽ;non dico ꝙ expectat duratione, sed dico ꝙ expectat de natura sui , quia de se non sunt hæc ; & iõ tale non statim est quidditas; & quia illud qđ est, est per quidditatẽ;iõ tale non statim est illud, quod est.Et ideo dicit Philoso.in Septimo huius, ꝙ in compositis ex materia & forma differt quidditas,& cuius est quidditas:& iõ illud, cuius ẽ quid ditas,non statim est quidditas;sed expectat quid ditatẽ(& appello non statim,quia non de natura sui)formæ ãt separatæ à materia sunt ipsa quidditas;& iõ in eis non differt quidditas, & cuius est quidditas:& iõ stati sunt quidditas:& quia quidditas est entitas & unitas,iõ statim sunt unũ , & ens.Hmõi ãt rõ Cõm.fundatur super duo fundamenta;primũ est,ꝙ essentia & quidditas differũt in aliquibus:scđm est, ꝙ quidditas, & cuius est quidditas,non differũt in separatis à materia: quæ fundamenta non sunt uera scđm multos: quõ autem hoc sit, & quõ non, dictum est in Septimo ; hæc ãt dicta sunt ad explanationem Philosophi, & Comm.Ad argumentum in oppositum dicendum est,ꝙ substantiæ separatæ non potuerunt esse antequam fuerunt, ita ꝙ fuerint in potentia materiæ;sed solùm fuerunt in potentia agentis, sine in potentia obiectiua.

Vide pag. 191. — Tex.cõ.10. — Fundamẽta Commen. — Vide pag. 194.H, & 204.E.& inde.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum exemplũ, quod posuit Philoso.sit bonum ad propositum? Dicendũ est, ꝙ sic.Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ differentiæ ad genus se habent aliquo modo sicut formæ ad materiam;sicut.n. drĩæ sunt in potẽtia generis,ita formæ sunt in potentia materiæ;& sicut drĩa,quando est in genere,si dẽt constituere spẽm,oportet ꝙ educatur ad actum; ita similiter forma,si debet constituere compositum,oportet ꝙ educatur de potentia materię;sicut ergo se habent genus & drĩa in conceptibus;ita se hẽnt materia & forma in effectibus; sicut ergo illud , qđ hẽt genus,non statim concipitur illud, quod est ; quia primò concipitur in genere & confusè,deinde concipitur in se & distinctè; ita similiter in effectibus illud,quod hẽt materiam , non statim est illud, quod est,quia priùs est in põia materiæ, & postea in seipso;& iõ non statim est quod est.

Differentiæ se habẽt ad genus,sicut formæ ad materiam.

Quæstio. Quæreret quis consequenter. Vtrum substantiæ separatæ hẽant cãm mouentem? Dicendum est,ꝙ non. Ad cuius euidentiã notandũ est, ꝙ cã est in duplici drĩa; quędam.n.est cã,quæ aspicit eẽ mediante motu;& talis propriẽ uocatur cã mouens, hoc est,cã per motum agens; & talis cã supponit aliquid in sui actione:ex quo.n.agit per motum, oportet ꝙ supponat aliquid,quod possit moueri, & per motum deduci ad esse.Alia est cã, quæ respicit ipsum esse immediatẽ;ita ꝙ non introducit ipsum esse mediante motu, sed immediatẽ; & talis cã debet uocari, ita efficiens, quod non mouet propriẽ.Respectu ergo substantiarum separatarum non potest poni cã mouens secundum primum modum ; hoc est quæ educit in esse per motum;& hoc est,quod intendit dicere Philoso. in litera:ꝙ quia substãtiæ separatæ sunt puræ formæ,& non educuntur de potentia materiæ;ideo non hẽnt cãm mouentem , hoc est agentem per motum.Causa autem penes secundum modum, scilicet , quæ aspicit esse immediatẽ, potest esse respectu substantiarum separatarum .

Causa duplex.

Propter hanc uerò dubitationem,hi quidem participationem dicunt,& causam aliquam participationis,& quid participare dubitant. Hi enim coexistentiam animæ,ut Lycophron ait esse sciẽtiam eius, quod est scire & animæ : alii uerò compositionem, aut coniunctionem animæ cum corpore, uiuere.

Destrũit errorem aliquorum, qui errabant in dando rõnem unitatis in rebus compositis ex materia & forma.Et diuiditur ĩ quatuor partes,quia primò ponit positionem eorũ scđo destrult eam; tertiò assignat cãm erroris ipsorum. Scđa ibi[Et quidẽ eadẽ rõ] Tertia ibi[Cã uerò,quia potẽtia] Dicit ãt primò,ꝙ pp dubõnẽ istã iã quæsitam,dicunt quidam,ꝙ materia participat essentiam formæ;& huius partis & participõnis quærunt cãm: ut aũt uideant illam cãm, quærunt quid est illud participare;quia hoc uiso, fortè vr̃ eis, ꝙ statim apparet cã unionis. Alii ãt dicunt, ꝙ ipsum participare est coexistentia formę cum materia ; sicut participare corpus aĩam , est coexistentia aĩę cum corpore;& ista coexistentia est media inter animã & corpus: & ideo ẽ causa unionis formæ cum materia, sicut Lycophron dixit:ꝙ scientia ẽ media inter scire,& aĩam,& iõ est causa unionis inter animã, & scire . Alii sunt,qui ponunt, ꝙ cõpositio aĩę cũ corpore idẽ est,ꝙ uiuere: & iõ uiuere cadit mediũ inter aĩam & corpus: & sicut primi dicebant,ꝙ coexistentia est mediũ uniens inter formam & materiam;ita isti dicunt, ꝙ uiuere est medium inter animam & corpus.

Nonnullorum error.

Equidem eadẽ ratio in omnibus.Etenim sanum esse,erit aut coexistentia, aut colligatio , aut coniunctio animæ & sanitas : & æs esse trigonum , compositio æris & trigoni:& album unum esse compositio superficiei & albedinis.

Improbat istam positionem : quę quidem improbatio consistit in hoc,ꝙ eadem ratio , quę est de una forma est de oĩbus ; si ergo in aliqua forma hoc reperitur,ꝙ inter ipsam & mãm sit aliqđ medium uniens,ergo hoc erit in omni forma;sed

Improbatio eorundem.

hoc est falsum, ergo & primum. Et hoc est, quod dicit litera: ꝙ eadem ratio est in una forma, & in omnibus: si ergo inter animã & corpus cadit medium, coexistẽtia. s. animæ cum corpore: ergo sanum esse, quod idem est quod coexistentia sanitatis cum materia sua, est colligatio animæ. i. animalis, & sanitatis. i. medium uniens inter illa; & æs esse trigonum. i. ens coexistere trigono erit quædam compositio medians inter trigonum & æs; & aliquid esse album, erit quoddã mediũ inter superficiẽ & albedinẽ. Notãdũ est, ꝙ isti duobus modis peccabant: primò quia aliud est unio, aliud est causa unionis: licèt ergo coexistẽtia formæ cum materia sit ipsa unio formæ cũ materia, tñ non dẽt uocari cã unionis, quia nihil est cã sui ipsius: coexistentia. n. & unio idem est: quærere ergo cãm unionis, est quærere cãm coexistentiæ; sed non est idem unió, & cã unionis. Secũdò peccabant, quia credebant, ꝙ ipsum esse, datũ materiæ à forma, esset quoddam medium inter materiam & formam, uniens unum cum alio: sicut uiuere est quoddam esse, quia uiuere uiuẽtibus ẽ eẽ; & hi credebãt uiuere esse mediũ inter aĩam & corpus; & albũ esse mediũ inter albedinem, & superficiẽ; qđ tamen falsum est: quia uel esse est idẽ cũ ipsa forma sub alio mõ significandi accepta; uel esse est effectus formæ & materiæ: sicut luce re est effectus lucis in materia, quæ recipit lucẽ; & ideo non debet uocari medium uniẽs, sed magis effectus formæ unitæ.

2. de Ala tex. cõ. 37.

Causa uerò, quia potentiæ & actus quærunt unum faciens & differentiam. Est autem (ut dictum est) & ultima materia, & forma idem, & hæc potẽtia, hæc actu. Quare simile est quærere unius quæ causa, & unum essendi. Vnum enim aliquid unumquodque, & quod potentia, & quod actu unum aliqualiter est: quare causa nulla alia, nisi ut quasi mouens ex potentia a d actum: quæcunque uerò non habent materiam, omnia simpliciter quod uerè entia aliquid,

Causam erroris dictorum.

Assignat cãm erroris prædictorum. Vbi notandum est, ꝙ isti quærebant unum mediũ inter materiam & formam; ac si materia & forma essent duo in actu diuersa: quia si talia essent, oporteret dari aliquod medium uniens ea: quia autem unũ est in potentia, reliquum in actu, ideo inconueniens est quærere aliquod ligamen; quia eo ipso ꝙ potentia perficitur, & actus perficit, unũ sunt. Et hoc est, quod dicit litera: quod cã erroris fuit, quia quærunt aliquid, quod est faciens unum ex potentia & actu: cum. n. debeant hoc quærere, differentiam uolunt ponere inter potentiam & actum, tanquam inter duo, supple actu diuersa;

Sup. tex. 11

ideo errant: Sicut. n. dictum est, ultima differentia; hoc est ultima forma, & ultima materia unũ & idem faciunt, sicut potentia & actus: eadem. n. est ratio, & causa ipsius esse rei, & ipsius nõ esse; quia unumquodque in tantum est, inquantũ unũ est: illud autem, quod est in potentia, & quod est in actu. i. compositum ex potentia & actu, est illud: ad hoc ãt ꝙ tale sit. s. compositum ex materia & forma, non requiritur ibi nisi mouẽs, quod trahit potentiam ad actum: ergo ad hoc ꝙ unum sit simpliciter, non sequitur aliquid aliud, nisi ꝙ potentia perficiatur per actum: hæc est ergo unitas in rebus materialibus. s. materiam perfici per unam formam: Quæcũque uerò non habent materiam simpliciter, unum sunt, & uerè entia sunt; quia statim sunt illud, quod sunt; ut dictum est supra. q. d. unitas rerum materialium includit potentiam, & actum; & ideo non est unitas simpliciter: unitas autem rerum immaterialium est unitas indiuisibilitatis, quæ excludit talem coniunctionem. s. materiæ & formæ. Et sic explicit liber Octauus.

Quod ex materia & forma fiat unum nulla est cã media & intrinseca sed bene esse aliqua causa extrinseca, quæ est agẽs producens formam, & coniungens causa materia, deducẽdo eam in potentia ad actum.

DIVINAE PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS.

LIBER NONVS.



De primo quidem igitur ente, & ad quod omnes aliæ Categoriæ entis referuntur, dictum est; uidelicet de substantia. Nam secundùm substantiæ rationem dicuntur alia entia, Quantitas, Qualitas, & alia sic dicta: omnia namque rationem habebunt substantiæ, ut diximus in primis sermonibus. Tex. 1.

Diuisio & continuatio libri.

In hoc Nono Libro determinat de ente, secũdùm ꝙ diuiditur per potentiam, & actum. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit intentum suum. s. ꝙ determinandũ est de potentia & actu: secundò dat modum procedendi circa intentũ: tertiò incipit determinare de potentia & actu. Secunda ibi [Et primùm de potentia, quæ dicitur] Tertia ibi [Quòd quidem igitur dicitur multipliciter potentia.] Prima in duas, quia primò ostendit, de quo determinandum est: secundò de quo restat determinandum. De secũdo ibi [Quoniam uerò dicitur ens hoc quidem] Continuans ergo dicta dicendis, ostendit ꝙ primò dictũ est in Septimo de primo ente, quod est substãtia; ad quod quidem ens omnia alia entia, & omnes Categoriæ prædicamentorum reducuntur; sicut secunda referuntur ad primum: quod quidem patet ex hoc, ꝙ substantia cadit in diffõne omniũ aliorum prædicamentorum; ut quantitatis, qualitatis, & similium: & hoc declarauit in primis sermonibus; ubi dictum est, ꝙ accidentia diffiniuntur per additionem substantiæ. Notandum est, ꝙ Philosoph. hic ait, substantiam esse primũ ens, ad quod alia referuntur, ex natura primorum in analogis: nam natura primorũ in analogicis est, ꝙ accipiantur in diffõnibus secundorum: arguit ergo Philosophus sic: proprietas primi est, ꝙ accipiatur in diffinitionibus secundorum: substantia est huiusmodi respectu omnium entium prædicamentalium; ergo substantia est primum ens.

Tex. com. 2. & inde. & 1. parte tex co. n. 2. et inde.

Quo-

Quoniam uerò dicitur ens hoc quidem eo quòd quid, aut qualitas, aut quantitas: aliud secundùm potentiam & actum, & secundùm opus, determinabimus & de potentia & de actu. A

Quid speculandum in præsenti Octauo libro. Ostendit, de quo est determinãdum in isto Libro, dicẽs; quòd ens habet duplicem diuisionem; uno modo diuiditur in decem prædicamenta, ut in quid, & quantum, & sic de aliis: secundò diuiditur secundùm potentiam & actũ. Quia ergo determinatum est de ente secundùm primam diuisionẽ in Septimo; ideo in isto tractatu determinãdum est de ente secundũ diuisionẽ secundã, scilicet secundùm potentiam & actum.

Et primùm de potentia, quæ dicitur quidem maximè propriè, non tamen utilis est ad quod uolumus nunc: in plus .n. est potentia & actus eorũ, quæ dicũtur secundũ motum solùm. Sed cũ dixerimus de ea in determinationibus de actu, ostendemus & de aliis. B

Postquam dixit, de quo determinandum est, dat modum procedendi, scilicet quomodo determinandum est, dicens: ita supple dicendum est de potentia & actu, sed primò de potentia; & non de oĩ, sed de illa, quæ maximè propriè potentia est; & ista est, quæ cõcernit motum: nec .n. est dicendum de illa, quæ non est utilis ad illud, quod uolumus nunc; sed de illa, quæ concernit motum; in pluribus enim est potentia & actus simpliciter, quàm potentia & actus secundùm motum: cum autem dixerimus de hac potentia & hoc actu, in determinationibus de actu poterimus dicere de aliis potentiis, quæ se habent generaliùs, quã ista. *(Ordo doctrinæ.)*

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum sit eadem diuisio, qua diuiditur ens in decem prædicamenta, cum ea, quæ diuiditur per potentiam & actum? Dicendum est, quòd non: quia potentia & actus diuidũt quodlibet prædicamentum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd potentiam & actum diuidere naturam entis, potest esse duobus modis; uno modo ꝙ illud, quod est ens actu, nõ sit ens in potentia; nec econuersò, potẽtia ens non sit actu ens; & isto modo diuiditur ens ab Auicẽna in Methaphysica sua, & ab Algazele, qui dicũt; ꝙ entiũ aliud est necesse esse, aliud possibile esse; cũ .n. necesse dicat actũ, eadẽ est ista diuisio cũ illa, quę dicit; ꝙ entiũ quoddã est actus purus, quoddã est in potentia ad actum; in hac autẽ diuisione patet ꝙ natura actus cadit super necesse esse tantũ, & nõ super alia entia: natura autẽ potentiæ cadit super alia entia omnia. Et talis diuisio entis in potentiam & actũ non cadit in prædicamẽta omnia; immo omnia prædicamenta cadũt sub una parte diuisionis, idest sub potẽtia, & possibile esse: ens enim in actu, quod est ipsum necesse esse, nõ est in genere, nec in prædicamento. Secundo modo potest diuidi ens in potentiã & actũ; secũdùm ꝙ hoc ens, quod est positũ sub potentia, quod est diuisũ contra actũ purũ; aliquãdo est in potẽtia, aliquando est in actu: cum .n. hoc sit in potentia, ut sic nõ repugnat esse in actu; eo ꝙ possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile; sequitur ꝙ omne tale potest esse in potentia, & actu. Licet ergo totum ens diuisum contra actum purum, dicatur ens in potẽtia; tamen diuisum infra seipsum, potest diuidi in potentiam, & actum: quia omne, quod est in prædicamento quocunque potest diuidi in potentiam, & actum; ut Verbi gratia substantia in potentia, substantia in actu: quantitas in potẽtia quãtitas ĩ actu; & sic de aliis. Et ita patet, ꝙ ista diuisio nõ est eadẽ cũ prima; quia prima diuidit ens in decẽ partes: secũda diuidit quamlibet illarum partium in duas, scilicet in potentiam, & actum; & ita hæc diuisio secũda subdiuidit partes primæ, siue alteram partem eius tantùm. *(Potentiã & actum diuidere naturã entis, dupliciter.)* *(Ens duplex.)* *(Natura actus cadit super necess. esse tantum, natura potentia super omnia prædicamenta.)* C D

Quæstio. Quæreret aliquis etiam; quia dictum est, quòd hæc diuisio per potentiam & actum subdiuidit primam, quæ est in decem prædicamenta, Vtrum aliquo modo prima possit diuidere istam secundam? Videtur ꝙ sic; quia dictum est Tertio Physi. ꝙ ens primò diuiditur in potentiam & actum; & postea statim ibidem dr̃; ꝙ ens in actu diuiditur in decem prædicamenta; ergò diuisio per decem prædicamenta est subdiuisio unius partis diuisionis factæ per potentiam & actum: in præcedenti autem qõne ostensum est, ꝙ diuisio per potentiam & actum est subdiuisio cuiuslibet membri diuisionis per decem prædicamenta, quæ uñr ualdè opposita. Respon. ꝙ est diuidere ens per potentiam & actum per duo, quorum unum est per se in genere, reliquum ãt per attributionem, ut declaratum est supra in Quinto; esse ãt in genere per se, & per reductionem generalius est, quàm esse per se tantũ: Sic ergo scd̃m hoc, in Tertio Physi. accipitur prima diuisio entis; scd̃m ꝙ diuiditur per aliqd̃, quod est per se in genere; & per aliquid quod est per attribõnem; qñ dr̃ ꝙ entium aliud est in actu, aliud est in potentia. Secunda ãt diuisio accipitur, scd̃m ꝙ diuiditur tantùm ens ꝑ se; & sic secũda diuisio est subdiuisio primæ; quia non subdiuiditur ens in decem prædicamenta, nisi secundùm ꝙ ens diuisum in prædicamenta, est per se in prædicamento: hic aũt qñ diuiditur ens in decem prædicamenta, accipitur ens generaliter, pro ente per se in prædicamento, & ente ꝑ attribõnem in prædicamento; & quia ens per se in prædicamento est ens in actu, & ens per attribõnem in prædicamento est ens in potentia; ens ãt, quod hic accipitur, est ens cõe ad utrunq; ; iõ ens prædicamentale hic acceptum, diuiditur per potentiam & actum; quod non sic in Tertio Physi. cum ibi diuidatur tantùm ens in actu in decem prædicamenta. *(Vide Auer. 3. Physi. cõ. 3. & 1. de Anima cõ. 6.)* *(Vide plura de his in Quinto pag. 113. D. 118. E. & inde p longum processum.)* *(Tex. cõ. 3.)*

Quæstio. Quæritur præterea, Vtrum potentia & actus sint in plus, quã potentia, quæ respicit motũ solũ; ut hic dr̃? Respõ. ꝙ sic; quod patet multiplici uia. Prima uia est sumpta ex uerbis Comm. dicentis Tertio de Aĩa, ꝙ potentia passiua quedã est principiũ transmõnis & receptionis, quedã receptionis tantùm. q. d. oĩs potẽtia passiua est principiũ receptionis; sed non oĩs est principiũ trãsmõnis. Videmus enim, ꝙ materia est potentia passiua, *(Prima uia ex Auer. 3. de Anima com. 14.)*

intellectus est potẽtia passiua:sed materia est potentia,ut per motum & per transmutationẽ trahatur ad actum : potentia ãt intellectus possibilis est potentia,quæ dat intellectui,ꝙ possit perfici,sed non quòd possit transmutari. Secunda uia ad hoc est ex differentia, quæ est inter potentiam ueram,& similitudinariam: quædam.n. dicuntur in potentia secundùm similitudinem solùm;& tali modo potentia potest esse in mathematicis : & cum mathematica non subijciantur motui, ideo hæc potentia non aspicit motũ: isto.n.modo dicimus,ꝙ linea est in potẽtia quadratum;& superficies,& punctus est in potentia linea:talis ãt potentia non aspicit motum secundùm rem,sed secundùm solum modum imaginandi & intelligendi : eo modo quo imaginabimur, quòd puncti fluxus faciat lineam,& fluxus lineæ superficiem,& superficiei corpus. Tertia uia ad hoc est ex diuisione actiuarum potentiarum:quædam enim est potentia,quæ aspicit esse mediante motu; illa.s. potentia, quæ non potest introducere esse,nisi mediante motu, pp motionem materiæ,& subiecti: & talis est omnis potẽtia generatiua & alteratiua;alia est potentia,quę aspicit esse,non mediante motu, scilicet quę nõ supponit mutationem materiæ & subiecti ad introductionem ipsius esse:qualis est potentia, quã uocamus creatiuam : & isto mõ potentia intelligentiæ primæ est potentia,non respiciens motũ: & quia hæc sciã procedit ab inferioribus ad superiora;ideo primò dixit de potentia, quæ respicit motum,ut per illam deueniat ad potentiam intelligentiæ,& intellectiuam.

Secũda uia

Potẽtia duplex.

Tertia uia.

Potẽtia actiua duplex.

TEX.2. *Quòd quidem igitur dicitur multipliciter potentia,& posse;determinatum est à nobis in aliis. Harum autem quæcunque quidem æquiuocè dicuntur potentiæ,prætermittantur. Quædam enim similitudine quadam dicuntur, quemadmodum in Geometria & possibilia & impossibilia dicimus, eo quòd aliquo modo sunt,aut non sunt.*

Incipit determinare de potẽtia,& actu.Et diuiditur in tres partes,quia primò determinat de potentia;secundò de actu; tertiò de comparatione potentiæ & actus.Secunda ibi[Quoniam aũt de potẽtia,quę secundùm modum dr]Tertia ibi [Quoniã ãt ipsum priùs determinatũ est] Prima in duas partes,quia primò determinat de potentia;secundò remouet errorem quorundam circa ipsam potentiam,ibi[Sunt ãt quidam,quidicunt] Prima in duas,quia primò determinat de potentia in se:secundò de ea in comparõne ad animata,& inanimata ibi [Quoniam ãt hoc quidem in aĩatis]Prima in duas,quia primò ponit multiplicem acceptionem potentiæ;secundò cõparat eas ad inuicem,ibi[In his.n.inest omnibus] Prima in duas,quia primò ostendit, de qua potentia intelligendum est:secundò dat multiplicem acceptionem potentiæ,propriè dictæ, ibi[Quæcunq; ãt ad eandem]Dicit ergo primò,ꝙ determinatũ est a nobis in Quinto, ꝙ potentia dr̃ multis modis;sed tamen qnædã sunt multũ æquiuocè potẽtia cũ illa,de qua intendimus; intendimus.n. hic de potẽtia,quæ respicit motũ;potẽtiæ ãt in Geometria sunt potẽtiæ scd̃m similitudinem; nec est in eis motus naturæ:potentia ãt, quæ est in enũciatiouibus,eo mõ quo dicimus, ꝙ hæc propõ ẽ possibilis,uel impossibilis, non est ẽt potentia nisi mõ sensibili,eo mõ quo prædicatũ per discursum rationis ponitur aliquo modo se habere ad subiectum,& non habere. Deinde cum dicit.

De potẽtia et actu, de quibus propositurat.

E

In Quinto tex.17. distincta triplex potentia.s. physica, mathematica, & logica : de prima sicut de ueriori pollicetur se tractaturũ. Nã mathematica potẽtia metaphorica est: Logica uerò est nõ repugnãtia terminorũ cõius contrarium nõ necesse est esse falsum.

Quæcunque autem ad eandem speciem omnes principia quædam sunt,& ad primum unum dicuntur,quod est principium transmutationis in alio in quantum aliud est.

F

Dat triplicẽ acceptionem potentiæ. Et diuiditur in tres partes, secundùm triplicem acceptionem, quam ponit.Secunda ibi[Nam quædam patiendi]Tertia ibi[Hæc autem habitus] Dicit ergo primò sc:hæ potentiæ prætermittãtur, supple quæ dictæ sunt;quæcunque autem potentiæ reducuntur ad eandem speciem;principia sunt: & reducuntor ad unum primum;qđ quidem est principium transmutationis in alio secundùm quòd aliud: & uocatur potentia actiua. Notandum est, quòd Philosophus circumloquitur potentiã actiuam duobus modis:uno modo quòd potentia actiua est principium transmutationis in aliud secundùm quòd aliud:alio modo quòd potẽtia actiua est quoddam principium,ad quod omnes aliæ potentiæ reducuntur.Et hoc est,quod dicit;quòd omnes potentiæ,quæ sunt principia, reducuntur ad potentiam actiuam,quam uocat speciem. Vbi sciendum, quòd notabiliter dicit: potentiæ, quæ sunt principia: potentiæ enim,quæ sunt potentiæ similitudinariæ,non habent reduci ad potentiam actiuam;sed omnis potentia,quę habet principiũ motus, uel est ipsa potentia actiua, uel reducitur ad potentiam actiuam;omnis enim potentia quæ est principium motus, uel est principium eius, quod mouet,uel quod mouetur;si quia mouet,sic est potentia actiua; si quia mouetur,sic reducitur ad potentiam actiuam sicut ad principium causa liter;quia hoc non mouetur,nisi quia hoc mouet.

G

Nam quædam patiendi potentia est, quæ in ipso patiente principium mutationis passiuæ ab alio inquantùm aliud est.

H

Ponit secundum modum potentiæ, dicens: ꝙ alio modo dicitur potentia patiendi, quæ est in ipso patiente;& ista est principium transmutationis ab alio inquantùm aliud ; quia nihil patitur à seipso;hoc autẽ dictũ est in Quinto.Deinde.

Vide pag. 130.D. Vide etiam Auer.in com. & in Lib. Destruc. in disput.3 fol. 1.du.6. idẽ 3. de Anima. com.4.

Hæc autem habitus impassibilitatis eius,quæ in deterius,& corruptionis ab alio inquantùm aliud, est a principio transmutationis.

Hic ponit tertium modum potẽtię,dicens: ꝙ tertio modo dicitur potentia habitus impassibilitatis : hoc est dicere, quòd potentia, per quam aliquid redditur impassibile, ut non possit pati ab alio inquantùm aliud, uidelicet à principio transmutatiuo in deterius, uel in mente, uel in cor-

in corpore; uocatur passio. Deinde d.

In his inest omnibus terminis potentiæ primæ ratio. Iterum autem hæ potentiæ dicuntur aut solùm faciendi, aut patiendi, aut ipsius benè. Quare in harum rationibus insunt aliqualiter priores rationes potentiarum.

Comparat ad inuicem acceptiones potentiæ, positas supra. Et diuiditur in duas partes, secundùm quòd habet duas comparationes. Secunda ibi [Palàm igitur] Dicit ergo primò, quòd in diffinitionibus omnium prædicamentorum est ratio primæ potentiæ: ita quòd in diffinitione potentiæ passiuæ cadit actiua, quæ est prima potentia: Quod patet etiam aliter; quia potentia actiua, & passiua dicuntur duobus modis: aliquid enim dicitur habere potentiam actiuam uel passiuã, quia agit solùm, uel quia patitur: secundo modo, quia benè agit, & benè patitur: & in diffinitione benè agendi cadit diffinitio agendi; & etiam in diffinitione benè patiendi: & sic in diffinitionibus secundarum potentiarum cadit diffinitio primarum potentiarum. Notandum est, quòd duobus modis possumus probare, quòd in diffinitione secundæ potentiæ cadit diffinitio primæ potentiæ: uno modo quia potentia secunda uocatur potentia passiua: potentia autem actiua uocatur potentia prima: secundo modo quòd potentia secunda uocetur potentia benè agẽdi, uel benè patiendi: potentia autem prima dicatur potentia agendi uel patiendi simpliciter: & utroque modo uerũ est, quod dicit Philosophus, quia in diffinitione potentiæ passiuæ cadit diffinitio actiuæ: ideo enim hoc potest pati, & fieri; quia hoc potest habere, & facere: & in diffinitione benè agendi, & benè patiendi cadit diffinitio agendi simpliciter, & patiendi: nihil enim potest benè agere, nisi possit agere & pati. Notandum est etiam quòd Commentator aliter exponit hunc passum: ostendit enim quòd in diffinitione potentiæ passiuæ cadit diffinitio potentiæ primæ, scilicet materiæ primæ: ita quòd omnis potentia passiua arguit materiã; & in diffinitione cuiuslibet potentiæ actiuæ cadit diffinitio actionis primæ formæ, quæ est absoluta ab omni materia. Deinde cum dicit.

Coparatio potentiarũ ad inuicẽ.

Potentia actiua et passiua duplex.

Auer. expositio.

Palàm igitur quia est quidem ut una potentia faciendi, & patiendi.

Ponit secundam comparationem inter potentiam actiuam, & passiuam. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quòd potentia passiua, & potentia actiua quodam modo est una & quodam modo est non una: una quidem est secundùm ordinem & habitudinem, ex hoc, scilicet quòd una includit aliã; sicut si hoc potest fieri, illud pôt facere; & èconuersò: aliæ autem sunt ex hoc quòd potẽtia actiua, & potẽtia passiua sunt in alio & alio subiecto. Et hoc est, quòd dicit litera: in qua quidem primò ponit propositum suum: secundò probat illud, ibi [Nam possibile est] tertiò concludit quandam conclusionem ex prædictis, ibi [Qua

Secunda cõparatio.

A propter inquantùm] Dicit ergo primò, quòd potentia agendi & patiendi est quodammodo eadem potentia, & quodammodo non, sed alia. Concludit Philosophus ex præcedentibus, quòd potentia passiua est in habitudine ad actiuam, & propter talem habitudinem non una dicitur cum illa. Deinde cum dicit.

Nam possibile est per se, & habere ipsam potentiam patiendi, & eo quòd aliud ab ipso.

Probat propositum suum; & primò quomodo dicuntur ut una: secũdò quomodo ut aliæ, ibi [Est autẽ ut alia] Dicit ergo, quòd benè sunt ut una: nam quòd aliquid dicatur possibile, hoc potest dici duobus modis: uel quia habet potentiam patiendi primò, quia aliud ab ipso in potentia actiua potest agere in ipsum: Quasi dicat, quando dicimus, quòd possibile est, quod habet potentiam patiendi: tunc possibile non dicitur in ordine ad actiuum: quando autem dicitur, quòd possibile est illud, in quod potest agere actiuum; tunc possibile dicitur in ordine ad actiuum, & quodãmodo est idem cum illo; quia per illud diffinitur. Deinde cum dicit.

Potentia actiua, uel passiua quo una, et quo non.

B

Est autem ut alia. Hoc quidem enim in patiente. Propter habere enim quoddam principium, & esse materiam principium quoddam, patitur patiens, & aliud ab alio. Crassum enim combustibile est, cedẽs autem sic impressibile, & suppositum sic enunciabile, similiter autem & in aliis. Hoc autem in faciente, ut calor, & ædificatiua; hoc quidem in calefactiuo: hoc autem in ædificatiuo.

C

Ostendit, quomodo potentia passiua est alia & alia, ex hoc quòd sunt in alio & alio subiecto, dicens: quòd contingens est, quòd potentia actiua & passiua sunt alia, ex eo, scilicet quòd potentia passiua est in patiente; ex hoc, scilicet quòd patiens habet potentiam passiuam & materiam, quæ est principium patiendi, ex hoc potest pati ab alio; quod patet in exẽplo: crassum enim est, quod comburi potest; & hoc uocatur passibile, quia habet potẽtiam passiuam: quod autem pôt cedere tangẽti, ut recipiat ab eo aliquam impressionem, dicitur etiam habere potentiam passiuã: potentia autem actiua est in agente & faciente, sicut potentia calefaciendi est in calefaciente, & potentia ędificandi in ędificante. Deinde cum dicit.

Potentia actiua, et passiua alia, et alia.

D

Quapropter inquantùm simul natum est, nihil patitur ipsum à seipso. Unum enim & non aliud est.

Concludit ex hoc quandam conclusionem, quæ sic concluditur: si potentia actiua & passiua sunt in alio subiecto & alio, ergo nihil patitur à seipso, inquantùm aliquid est aptum natum agere, & aliquid est aptum natum pati: cuius ratio est, quia unum non potest simul agere & pati, nisi formæ per accidens: eo modo quo dicimus, quòd medicus sanat seipsum. Deinde cum dicit.

Corollariũ.

Et impotentia & impossibile, & quę tali potentiæ contraria est, priuatio est. Quare eiusdem & secundùm idem omnis potentia & impotentia.

Postquam ostendit, quot modis dicitur potentia: hic ostendit, quot modis dicitur impotentia sibi opposita. Et duo facit, quia primò determinat de impotentia: secundò quia impossibile est quædam priuatio, determinat de priuatione. Secũda ibi [Priuatio autem dicitur] Dicit ergo primò; quòd impotentia, & impossibile, quod est contrarium potentiæ iam dictæ, priuatio est; & quia priuatio & habitus sunt respectu eiusdem & secundùm idem: ideo potẽtia & impotentia sunt respectu eiusdem, & secundùm idem. Ex quo sequitur, quòd quot modis dicitur potẽtia, tot modis dicitur impotentia: dicitur enim aliquid impotens, uel quia priuatur potentia benè agendi, uel benè patiẽdi, & sic de aliis modis iam dictis.

Impotentia opposita potentiæ, quæ, & quotiẽs dicitur.

TEX. 3. *Priuatio autem dicitur multipliciter. Etenim nõ habens, & aptum natum, si non habet, aut omnino, aut quando aptum est. Et aut sic, puta perfectè, aut saltem quocunque modo. In quibusdam uerò si apta nata habere non habeant, ut priuata hæc esse dicimus.*

Distinguit priuationem, dicẽs: quòd priuatio dicitur multipliciter: dicitur enim priuare aliquid aliquo, si non habet illud, siue sit aptum natum habere, siue non; eo modo quo dicimus lapidem priuari uisu: Secundo modo dicitur aliquid priuari aliquo, si non habet, quod est aptum natum habere: & hoc duobus modis: uno modo uniuersaliter, siue in tempore, in quo est aptum natum habere: & istud priuatum diuersificatur, quia uno modo aliquid dicitur priuari aliquo, eo quòd non habeat illud modo perfecto: sicut non benè uidens uocatur cæcus: alio modo quãdo omnino nõ habet, nec imperfecto modo: Vltimo modo priuationem ponimus solùm in uiolenter priuatis: unde quædam priuata dicimus, si non habent ea, quæ sunt apta nata habere. Notandum est, quòd hæc distinctio priuationis multum facit ad declarationem potentiæ: cum enim impotentia sit priuatio potentiæ; quod aliquid priuetur potentia, potest esse multis modis: uel quia omnino priuatur potentia, siue sit aptum natum habere eam, siue non: eo modo quo dicimus lapidem priuari potentia uisiua: Alio enim modo aliquid priuatur potentia, quod est aptum natum habere illam, etiam in tempore, in quo est aptum natum habere: & sic dicimus catulum priuari uisu ante nonum diem. Tertio modo aliquid priuatur potentia in tempore, in quo est aptum natum habere: & hoc modo hominem cæcum dicimus priuari potentia uisiua. Quarto modo dicitur aliquid priuari potentia, quia non perfectè habet illam: sicut aliquid priuatur potentia calefactiua, quia non potest perfectè calefacere: & sic patet ꝙ modi priuationis dant intelligere modos potentiæ.

Priuatio, et priuare quid, et quo tupliciter.

Priuari potentia citi gu multis modis.

Quoniam autem hæc quidem in inanimatis insunt principia talia: alia uerò in animatis, & in anima, & in anima rationem habente: palàm quia & potentiarum alia erunt irrationabiles, alia cum ratione.

E Postquam distinxit potentiam in se: hic distinguit eam penes substantiam, scilicet penes animata & inanimata. Et diuiditur in tres partes, quia in prima parte ponit distinctionem suam: secundò ponit differentiam inter membra distinctionis: tertiò comparat potentiam faciendi ad potentiam benè faciendi, de qua dictum est superiùs. Secunda ibi [Et quę quidem cum ratione] Tertia ibi [Palàm autem quia] Prima in duas, quia primò ponit diuisionem suam: secundò probat, quòd non solùm potentia rationalis est potentia, sed etiam habitus rationalis est potentia ibi [Quapropter omnes artes.] Dicit ergo primo, quòd quędam sunt principia in rebus inanimatis, quædam uerò in rebus animatis & habentibus rationem: & quia ita est, ideo manifestũ est, quòd potẽtiarum quædam sunt irrationales, quædam cum ratione. Notandum est, quòd illæ uocantur potentiæ rationales, quæ agunt primo motu naturę, & cum quodam impetu: & istę sunt in rebus animatis, & etiam in rebus inanimatis, quæ agunt modo naturæ, sicut est potentia digestiua: potentiæ autem rationales uocantur, quę agunt modo rationis, & modo deliberationis, sicut est potentia intellectiua. Deinde cum dicit.

De potẽtia comparatione ad substantiam.

F

Potẽtiæ diuisio.

Quapropter omnes artes, & factiuæ scientiæ potentiæ sunt: principia namque permutatiua sunt in alio, inquantùm aliud.

Probat, quòd non solùm potentiæ rationales sunt potentiæ, sed quòd etiam habitus rationales sunt potẽtiæ, & hoc probat: quia omne, quod est principium transmutandi in aliud, secùndùm

G quòd aliud, ad potentiam factiuam habet reduci: habitus siue artes sunt huiusmodi, ergo &c. Dicit ergo sic: quia potentiæ rationales sunt potentię; ideo manifestum est, quòd omnes artes, & omnes scientiæ factiuæ potentiæ sunt: & hoc quia sunt principia transmutandi aliud secundũ quòd aliud. Notandum est, quòd potentia rationalis est potentia; & etiam habitus potentiæ rationalis est potentia: potentiæ enim & habitus respiciunt eundem habitum, & actum: sed tamẽ differenter, quia potentia respicit actum in se, habitus autem quasi respicit modum actus: & quia tam potentia, quàm habitus sunt principia eliciendi actum; ideo uocatur hic non solùm poten

Differentia inter potentiam & habitum.

H tia principium, sed etiam habitus. Sciendum tamen, quòd non omnis habitus potentiæ dicit habitudinem ad motum: habitus enim speculatiuus non est principium motus in aliud, secundùm quòd aliud; & ideo non potest uocari potentia; eo modo quo loquitur hic Philosophus de potentia: quia loquitur de potentia in habitudine ad motum: similiter habitus actiuus, sicut est prudentia non est principium motus in aliud, secundùm quòd aliud: & ideo de eis non loquitur hic: habitus autem factiui, sicut est ars, sunt principium motus in aliud secundùm quòd aliud: & ideo de istis loquitur, dicens: ꝙ scientiæ factiuæ possunt uocari potentiæ, & principia.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum potentia, de qua hic loquitur Philosophus, aliquid addat supra scientiam factiuam: an sit unum & idem? Videtur, quòd addat, & quòd sit alia: quia potentia dicit relationem, scientia factiua dicit habitum: absolutum, & relatiuum sunt aliud, & aliud, ergo &c. Ad oppositum: si scientia factiua non est ipsa potentia, ergo non est principium eliciendi actum: si autem non est principium eliciendi actum ipsa scientia, sed potentia; cum scientia non addat super scientiam relationem, sequetur quòd relatio sit principium eliciendi actum: quod est impossibile. Respondeo, dicendum est, quòd vnum & idem potest uocari scientia factiua, & habitus factiuus, & potentia factiua; sed tamen diuersis rationibus: si enim habeo diffinitionem, uel conceptum domus; per istum conceptum & per istã diffinitionem scio domum fiendam: & ideo hic conceptus & hæc diffinitio potest uocari scientia factiua domus, hoc est scientia, per quam notificatur domus, uel aliud fiendum: eadem autẽ inquantùm est elicitiua actus, uocatur potentia. Ita quòd imaginabimur, quòd quando aliquod artificiatum fit per artem factiuam, artificiatum habet triplex esse: habet enim primò esse in arte factiua, sicut in memoria facientis: secundò habet esse in instrumento: & istud esse est quasi esse in quadam uia (ita quòd in arte habet esse sicut in principali agente; in instrumento quasi secundariò habet esse) tertiò habet esse in seipso, & Ad argum. hoc est esse in effectu: prima enim duo esse fuerunt in potentia actiua. Ad argumentum patet, quòd relatio, & fundamentum non differunt nisi secundùm rationem: ut dictum est in Quinto huius. pag. 147. c.

Quæstio. Quæritur, Vtrum omnis potentia rationalis sit idem, quòd ipsa ratio? Videtur quòd sic: quia sicut potentia naturalis se habet ad naturam; ita se habet potentia rationalis ad rationem: sed illa eadem est cum natura; ergo ista eadem est cum ratione. Contra, appetitus rationalis est potentia rationalis, & tamen non est idem quòd ratio. Respondeo, dicendum est, quòd potentiam esse rationalem, est duobus modis; uel per essentiam; uel per participationem: si uocetur potentia rationalis per essentiam, cuius est ratiocinari & deliberare, & hoc non est nisi rationis & intellectus: si autem uocetur potentia rationalis quantùm ad participationem, sic omnis potentia, quæ potest moueri secundùm ordinem datum à ratione, potest uocari rationalis. Imaginabimur enim triplicem potentiarum differentiam: quædam est enim potentia, cuius est fabricare ordinem ratiocinatiuum & deliberatiuum, & cuius est fabricare conceptus secundùm ordinem deliberatiuum: & talis est rationalis per essentiam, sicut est intellectus. Quædam est alia potentia, quę potest moueri secundùm ordinem istum fabricatũ à ratione, sicut est appetitus sensitiuus, & intellectiuus: & ista uocatur rationalis per quandã par- (Triplex genus potentiarum.)

A ticipationem: imaginabimur enim, quòd ille ordo quasi essentialiter est cum ratione: & ideo uocetur rationalis per essentiam: secundùm autem impressionem est in aliis potentiis, quæ mouentur à ratione: & ideo uocantur tales rationales ꝑ participationem. Quædam est alia potentia, cuius non est fabricare ordinem istum, nec moueri secundùm hunc ordinem fabricatum; sicut est generatiua, & digestiua: & ista nec est rationalis per essentiam, nec per participationem: quia ordo rationis talibus non potest imprimi. Ad Ad argum. argumentum dici posset, quòd omnis potentia rationalis per essentiam idem est, quòd ratio. Vel meliùs, quòd sicut natura est in aliquo principaliter, sicut in forma, & in aliquo secundariò, B sicut in passionibus sequentibus formam: ita similiter ratio.

Quæritur, Quæ istarum potentiarum sit prior, Quæstio. an potentia rationalis, an potentia naturalis? Videtur quòd naturalis: quia ars imitatur naturam, ut dicitur Secundò Physicorum: ergo potentia Idem 4. Meteor. tex. cõ. 28. rationalis, & artificialis imitantur naturalem. Contra, opus naturæ est opus intelligentiæ: ergo cum intelligentia agat per modum, artis & per potentiam rationalem, potentia rationalis prior est, quàm naturalis. Respondeo, dicendum est, quòd natura tenet medium inter artem nostrã, & artem intelligentiæ, quæ prior est arte nostra: cuius ratio est: quia ars intelligentiæ est causa rerum, quæ fiunt infra naturam; ita quòd ordo, qui C est in natura, determinatus est ab arte intelligentiæ: Ita quòd imaginabimur, quòd iste ordo secũdùm sui primitatem est in idea intelligentiæ; secundariò autem est in natura: ita quòd natura potest dici agere intelligibiliter per quandam participationem, scilicet inquantùm participat ordinem intelligentiæ: ars autem nostra imitatur naturam: cuius ratio est: quia scientia nostra causatur à rebus: primò enim intellectus noster moue- 12. Meta. phy. comm 51. tur à rebus; & postea motus, potest sibi fabricare idolum, ideam, uel uerbum rei artificialis fiendæ. Et hoc est, quod dicit Philosophus Primo huius, quòd ars causatur ex multiplici experientia, In prologo. sicut experientia ex multiplici memoria. Simpliciter ergo loquendo, concedẽdum est, quòd ars D est prior natura: quantùm ad nos & ad artem nostram non est prior arte. Ad argumentum pa- Ad argum. tet per distinctionem iam dictam. Deinde cum dicit.

Et quæ quidem cum ratione omnes contrariorum sunt eædem, & quæ irrationabiles una unius: ut calidum calefaciendi solùm, medicatiua autem infirmitatis & sanitatis.

Dat differentiam inter istas duas potentias. Et diuiditur in duas partes, quia primò dat differentiam: secundò assignat rationem huius differentiæ, ibi [Causa autem.] Dicit ergo primò, ꝙ potentiæ rationales sunt respectu contrariorum: potentiæ autem naturales sunt respectu unius tãtùm: sicut potentia calefactiua est respectu calefa-

faciendi tantùm:medicina autem, quæ eſt poten tia rationalis,eſt reſpectu ſanitatis & infirmitatis quæ ſunt oppoſita.Deinde cum dicit.

Cauſa autem quia ratio eſt ſcientia:ratio autem eadem oſtendit rem & priuationem,non tamen ſimiliter. Et eſt ut amborum,eſt autem ut exiſtentis magis. Quare neceſſe & tales ſcientias eſſe quidem contrariorum.Eſſe uerò huius quidem ſecundùm ſe, illius uerò non ſecundùm ſe.Etenim ratio huius quidem ſecundùm ſe, illius uerò quodam modo, & ſecundùm accidens.Nã negatione & ablatione oſtendit contrarium Etenim priuatio prima contrariorum:hæc autem ablatio alterius.

Aſſignat cauſam, & rationem huius differentiæ: in hoc enim differentia duo dicebantur: primò dicebatur,quòd rationalis eſt reſpectu oppoſitorum:& ideo primò reddit rationem huius:poſteriùs dicebatur, quòd naturalis eſt reſpectu unius:& ideo ſecundò reddit rationem illius , ibi [Quoniam autem contraria.]Dicit ergo primò, quòd potentia rationalis eſt ad oppoſita:cuius rō eſt,quia potentia rationalis agit per ſcientiam,& per formam in conceptu,quæ poteſt uocari diffinitio,uel ratio:idem autem conceptus,& eadem ſcientia poteſt oſtendere rem, quæ dicit oppoſitum ſui,& priuationem eius , non tamen ſimiliter.Licèt enim eadem ſcientia ſit reſpectu oppoſitorum priuatiuè : tamen unius eſt per ſe , ſcilicet poſitiui,& alterius per accidens,ſcilicet priuatiui:& quia eadem ſcientia eſt reſpectu priuatiuorum ; & contraria ſunt priuatiua aliquo modo:quia unum contrariorum ſe habet in completo eſſe,& aliud in diminuto eſſe: ideo eadẽ ſcientia eſt reſpectu contrariorum ; tamen non ſimiliter:quia unius per ſe,alterius per accidens : nam eadem ſcientia , quæ oſtendit unum contrarium per poſitionem , oſtendit aliud per negationem & diminutionem.Vnde benè dictum eſt,quòd ſi eadem ſcientia capit priuatiua , capit & contraria:quia contrariorum quodam modo eſt priuatio,eo quòd unum contrarium remouet aliud . Deinde cum dicit.

Potentia rōnalis eſt ad oppoſita, et cur.

TEX. 4. *Quoniam autem contraria non ſunt in eodem, ſcientia autem eſt potentia in habendo rationem , & anima motus habet principium:ſalubre quidem ſanitatem ſolùm facit,& calefactiuum caliditatẽ, & frigidatiuum frigiditatem . Sciens uerò ambo : eſt enim amborum quædam ratio . Non ſimiliter autem & in anima,quę habet motus principium . Quare ambo ab eodem principio mouebit ad ipſum copulans.Propter quod ſecundùm rationem potentia ſine ratione potentibus faciunt contraria ; unũ enim principium continetur ratione .*

Oſtendit , quòd potentiæ naturales nō agunt oppoſita;potentiæ uerò rationales ſic. Ad cuius euidentiam notandum eſt,quòd res naturales agunt per formas in effectu:potentiæ uerò rationales agunt per formas in conceptu: duæ autem formæ non poſſunt eſſe ſimul in effectu in eodẽ ; ſed unaquæque res naturalis terminatur ad unã

Pōæ naturales nō agunt oppoſitum, potentiæ rōnales ſic.

E formam in effectu: & ita ſua actio terminatur tãtùm ad alterum tãtum oppoſitorum:potentiæ autem rationales poſſunt concipere duos conceptus duorum oppoſitorum:cuius ratio eſt, quia ſunt duæ formæ,quæ habent contrarietatem ; & quia potentiæ rationales agunt per formam in conceptu;ideo non terminatur tantùm ad alterum oppoſitorum,ſed ad ambo.Et hoc eſt,quòd dicit litera:quod quia duæ formæ contrariæ non ſunt in eodem , ideo ſemper forma naturalis & potentia terminatur tantùm ad actionem unius : non ſic autem in his,quæ agunt per ſcientiam:& hoc quia potentia,quæ per ſcientiam agit ; agit per rationem,hoc eſt per diffinitionem & conceptum rei fiendæ:& anima operans habet princi-

F pium ſui motus ab iſta ratione : & ideo in naturalibus unum facit tantùm unum : ſicut ſalubre ſanitatem : & calefactiuum caliditatem : & frigefactiuum frigiditatem . Agens autem per ſcientiam reſpicit duo : & hoc quia agit à ratione , ſiue à diffinitione, quæ ratio amborum eſt:ſed non ſimiliter , quia unius per ſe , alterius per accidens : & iſta ratio eſt principium motus in anima;ita quòd anima mouebit ambo ab uno principio,copulans illa ambo ad illud principiũ . Et ideo potentiæ naturales oppoſito modo ſe habent ad rationales,quia hæ faciũt duo & illa unũ: & hoc quia infra rationem,quod eſt unum principium,continetur utrunque oppoſitorum. Notandum eſt, quòd omne agens aſsimilat ſibi paſ-

G ſum:ex hoc autem eſt iſta aſsimilatio, quia paſsũ trahitur ad terminos agentis: ipſum autem trahi ad terminos agentis , eſt ipſum paſſum copulari agenti:ſed tamen differenter in agente naturali, & agente ab arte:quia agens naturale non copulat niſi unum ad ſeipſum , & hoc quia agit per unam formam tantùm:agens autem ab arte multa poteſt copulare ad ſeipſum propter multos cõceptus,quos concipit , ad quos poſſunt copulari diuerſa artificialia. Et hoc eſt,quod dicit Philoſophus in litera: quòd intellectus agit à quadam ratione,ſiue diffinitione:quæ quidem eſt principiũ; ad quod quidem principium ambo oppoſitorum;& multa poſſunt copulari. Deinde d.

Agens aſsimilat ſibi paſſum.

Agẽs ab arte, & agens naturale, quo differunt.

H *Palam autem quia ipſius benè potentiam ſequitur ſolùm faciendi, aut patiendi potentiam:hanc uerò illa non ſemper: neceſſe enim benè facientem facere ſed ſolùm facientem non neceſſe benè facere .*

Comparat potentiam agendi, & patiendi ſimpliciter ad potentiam agendi & patiendi,modificatam per nomen; dicens:quòd manifeſtum eſt, quòd potentiam benè faciendi ſequitur potentiam faciendi;& non econuersò: quicũque enim benè facit,facit:non tamen econuersò , quicunque facit,benè facit .

Quæreret aliquis, Quomodo potentiæ rationales ſe habent ad multa . Dicendum eſt , quòd hoc poteſt patere triplici uia . Prima uia eſt ex hoc , quòd anima eſt quaſi omnia eſſe in conceptu:ſicut materia eſt quaſi omnia eſſe in effectu . Ad cuius

Quæſtio.

cuius euidentiam notandum est, quòd sicut in rebus naturalibus distinguimus suo modo illud, quod est omnia fieri, & quod est omnia facere & agere: & quod est omnia fieri uocamus materiã: *Propositio.* & quod est omnia facere uocamus agens & factum: quod, scilicet est quando per uim agentis illud deducitur ad actum, quod erat omnia fieri: ita suo mõ est in intellectu: intellectus.n. possibilis continet locum materiæ in spiritualibus: & ideo ille potest omnia fieri in conceptu sicut materia in effectu: & est ibi intellectus agens, iu cuius uirtute intellectus possibilis omnia fit: & est *Intellectus in habitu quis.* ibi factum, scilicet intellectus in habitu, qui est, quando intellectus possibilis est deductus ad actum per aliquem conceptum: quia ergo intellectus noster est omnia fieri, ideo non est determinatus ad aliquem unum conceptum tantùm: & quia principium rerum artificialium conceptus est; ideo ratio per multos conceptus, potest esse principium multarum rerum artificialium. *Secũda uia.* Secunda uia sumitur ex natura diffinitionis & conceptus; nam qui benè concipiunt, contraria con significant: non enim possibile est, benè & perfectè concipere & significare unum contrariorũ, nisi significetur aliud: & quia ratio agit per conceptum, & conceptus unius dat intelligere rem, & suum oppositum; ideo una ratio potest esse respectu oppositorum. *Tertia uia.* Tertia uia est uia Philosophi in litera, quæ sumitur ex natura contrarietatis. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd *Cõtrarietas quid.* contrarietas est maxima distantia secundùm formam: non autem qualibet distantia formalis facit contrarietatem, quia formæ non sunt contrariæ nisi secundùm suum completum esse. Vnde *Formæ quãdo sunt contrariæ & quo contraria possunt esse in eodẽ.* contraria possunt esse in eodem secundùm incõpletum esse; sicut quando unum est in actu, reliquum in potentia; uel quando utrunque est secũdùm quid: formæ ergo nõ habent contrarietatẽ, nisi secundùm completum esse in effectu, non ãt secundùm esse in conceptu; & ideo agens à conceptu, potest agere duo simul, &c.

TEX. 5. ***Sunt autem quidam, qui dicunt (sicut Megarici) quando operatur solùm posse, & quando non operatur non posse; ut non ædificantem non posse ædificare, sed ædificantem quãdo ædificat. Similiter autem & in aliis.***

In parte ista excludit errorem quorundam circa potentiam, & actum. *Exploditur error circa prædicta.* Et diuiditur in duas partes: quia primò improbat opinionem illorum, qui ponebant, quòd potentia non præcedit actũ: secundò ostendit, quomodo potentia præcedit actum, & quomodo non. Secunda ibi [Omnibus autem potentiis existẽtibus] Prima in duas, quia primò improbat opinionem istorum: secundò quia fecit mentionem de potentia, ostendit quid est possibile. Secunda ibi [Est autem possibile.] Prima in duas, quia primò ponit opinionem: secundò improbat eam, ibi [Quibus accidentia incõuenientia] Dicit ergo primò, quòd aliqui sunt, sicut Magarici: qui ponunt, quòd dum aliquid est

A ita operari, tunc est in posse: & quando non operatur, tunc non habet posse: quia potentia semper est iuncta actui: unde non ædificantem dicunt non habere potentiam ædificandi: tunc autem habet potẽtiam ædificandi, quando actu ædificat, & non aliàs: sicut autem est de potentia ædificatiua; ita est de aliis potentiis. Deinde cum dicit.

Quibus accidentia inconuenientia non est difficile uidere. Palam enim quia non est ædificator, si non ædificet: nam ædificatorem esse est esse potentem ædificare. Similiter autem & in aliis artibus.

Concludit hãc positionem esse impossibilem. Et diuiditur in duas partes, quia primò probat positionem istam esse impossibilem: secundò cõcludit intentum suum de potentia, & actu. *Prima rõ.* Secunda ibi [Si ergo non contingit hoc dicere.] Prima B in quinque, secundùm quòd adducit quinque rationes. Secunda ibi [Si igitur impossibile est] Tertia ibi [Et in animata] Quarta ibi [At uerò neque sensum habebit] Quinta ibi [Ampliùs si impossibile quòd priuatum potentia.] Prima ratio talis est: si positio hæc est uera, nullus ædificator est, nisi quando ædificat actu: sed hoc est falsum & impossibile, ergo &c. quòd autem sit impossibile, patet: quia esse ædificantem sonat in habitu, & habitus potest separari ab actu: & esse ædificatorem sonat in posse ædificare, & non in actu ædificare. Licet benè non sit ædificans, nisi actu ædificet: tamen potest esse ædificator, & si non ędificet actu. Et hoc est, quod dicit litera: quòd incõ- C uenientia, quæ accidunt istis, non est difficile uidere: nam secundùm istam positionem nullus est ædificator nisi ædificet: esse enim ædificatorem sonat in posse; sicut ergo secundùm eos, posse nõ est sine actu: ita nec esse ædificatorem: sicut autẽ dictum est de arte ædificatiua; ita dicendum est de aliis artibus: hoc autẽ falsum est, quod dicunt, scilicet quòd posse non est sine actu: multa enim sunt in posse, scilicet ea, quæ sonãt in habitu, quæ tamen non semper sunt in actu. Deinde.

Si igitur impossibile est tales habere artes non addiscentem aliquando & accipientem; & non habere non abiicientem aliquando; aut enim obliuione, aut passione aliqua aut tempore. Non enim utique re corrupta, semper enim est: quãdo cessauerit, D ***non habebit artem. Item qui statim ædificabit, aliqualiter accipiens.***

Secunda rõ. Ponit secundam rõnem: & est rõ talis: si potentia nunquàm est nisi cum actu; sequitur quòd potentia factiua, & artes de nouo habeantur sine doctrina; & perdantur sine obliuione: sed hoc est impossibile, ergo & primum: si enim quando operatur habet artem, & quando non operatur, non habet artem ergo in operatione operando accipit, & non operando perdit; & tamen nec in operando est doctrina, nec in non operandò est obliuio. Et hoc est, quod dicit litera: quòd si impossibile est habere artes & potentias factiuas non discentem, hoc est sine doctrina: & si impossibile est abiicere eas sine obliuione; quę obli

uio

uio est uel cum perduntur per longum tempus, uel per aliquā passionem: & benè dico, quod perduntur obliuione, nō per corruptionem rei: si ita est, sequitur quod positio sit impossibilis: ex hac enim positione sequitur, quòd habentur sine doctrina, & perduntur sine obliuione: quando ędificare cessauerit, non habebit artem secundùm hāc positionem: & tamen non obliuiscitur artis: similiter autem quando ędificabit actu, accipiet artem de nouo: & tunc sine doctrina addiscet artes. Notandum est, ꝙ quidā sunt conceptus, qui cadunt sup esse essētiæ, & existētię: & isti possunt dupliciter destrui, & perdi & mutari; uno modo per obliuionem: secundo modo per mutationē rei: & de numero talium conceptuum est conceptus opinatus: quando enim quis opinatur, Sortē sedere; Sorte surgēte, periit opinio, quæ ampliùs uera non est: Quidam est cōceptus, qui magis cadit super essentiam rei, quàm super esse; sicut conceptus artis: conceptus.n. domus cadit super domū in se: & si cadit super esse domus, hoc est magis rōne fieri, quàm rōne facti esse, uidelicet sup domum fiendā, quàm super factam: & quia talis conceptus non cadit super esse rei; ideo non mutatur ad mutationem ipsius esse rei: siue enim domus fit, siue non fit, semper est uerus conceptus domus. Et hoc est, quod dicit Philoso. in litera: ꝙ conceptus artis, qui uocatur potentia factiua, non perditur nisi per obliuionem: non autem re corrupta: si tamen est uera positio illorum, quando artifices cessant ab arte, cessaret conceptus, quod tamen falsum est. Deinde cum dicit.

Cōceptus duplex.

Opinatus q.

Et inanimata utique similiter; neque enim frigidum, neque calidum, neque dulce neque amarum, neque omnino sensibile, nihil erit non sentientibus. Quare Prothagoræ rationem eis dicere continget.

Tertia rō.

Ponit tertiam rationem, dicens: quòd potentiæ inanimatæ non erunt potētiæ, scđm hanc rōnem; nisi qñ actu agunt, & actu mouent. Ex quo sequitur, quòd calidum frigidum, humidum siccum, dulce & similia, quæ mouent sensum; non erunt nisi quando actu sentiuntur: & breuiter omne sensibile consistet in sentiri, quod tamen falsum est: sic enim dicentes, necesse est incidere in opinionem Pythagoræ, qui dicit; quòd proprietates & naturæ rerum consistunt in opinari & scire. Notandum est, quod secundùm Philosophum Secundo de Anima, sensus est potētia passiua, quia sensus mouetur ab obiecto: ex quo sequitur, quòd obiectum habet rationem potentiæ actiuæ & mouentis; ita quòd ratio calidi & frigidi est ex hoc, quòd potest mouere tactum; & ratio dulcis ex hoc, quòd potest mouere gustum: si ergo essentia calidi & frigidi est ī posse mouere; & posse mouere, non est nisi dum actu mouet & sentitur; ergo essentia eorum non est nisi in sentiri actu; ita ꝙ quando sentiuntur, sunt; quando nō sentiuntur, non sunt. Deinde cum dicit.

Tex. com. 51.52. 59. et 60. Idem 3. de Anima cō. 18. auctoritate Alex. & 7. Physic. cō. 12.

At uerò neque sensum habebit nihil, si non sentiat, nec operetur. Si ergo cæcum non habens uisum aptum uerò natum, & quando aptum natum est habere adhuc ens: iidem cæci erunt sæpe die uno, & surdi.

Ponit quartam rationem, dicens; quòd secundùm istam positionem nullus habebit potentiam uisiuam, nisi dum actu uidet; nec sensitiuam nisi dum sentit, quod est impossibile: sic enim sequitur, quòd quicunque non actu uidet, est cæcus: cęcus enim est ille, qui non habet potentiam uidendi; tamen est aptus natus habere; sed ille, qui actu non uidet, non habet potentiam uidendi secundùm istos; & tamen est aptus natus habere: ergo est cæcus. Sequitur etiam, quòd iidem eodem die multi erunt cæci, & non cęci, surdi & non surdi; quando.n. non uidebunt, erunt cęci; & hoc potest accidere in eodem. Deinde cum dicit.

Quarta rō.

Ampliùs si impossibile quod priuatum est potentia, quod non fit; impossibile erit factum esse. Sed quod est impossibile factum esse; dicens, aut esse, aut futurum esse, mentietur. Nam impossibile hoc significauit. Quare hæ rationes auferunt motum & generationem: semper enim stans stabit: non enim surgit, si sedet. Impossibile namque erit surgere, quod non potest surgere. TEX. 6.

Ponit quintam rationem, & est ratio talis: impossibile est illud, quod est priuatum potentia; cū ergo res ante actum non habeant potentiam, secundùm istam positionem, ergo ante actum sunt impossibiles; ex hoc enim sequitur, quod fit, est impossibile factum esse; si autem impossibile est factum esse, nunquam fiet: & quicunque dicit rē futuram possibile fieri, mentitur; quia dicit illud, quod est impossibile, posse fieri: quia eo ipso ꝙ futurum est, non est cōiunctum actui: eo ipso quòd non est coniunctum, non habet potentiam, secū dùm istos, & est impossibile; ergo omne futurum significat impossibile: & ita qui dicit futurū posse fieri, dicit impossibile posse fieri: & similiter qui dicit aliquid, quod priùs non fuit, factum esse; dicit impossibile esse factum; quia non est factum, nisi illud, quod non fuit; illud autem, quod priùs non fuit, fuit impossibile, ergo impossibile est factum. Ex quo sequitur, quòd ista positio destruit omnem motum, & omnem generationem; & sic secundùm istam positionem, stans semper stabit, & sedens semper sedebit; ex quo enim sedet, non poterit surgere; quia non habet potentiam ad surgendum. Deinde cum dicit.

Quinta rō.

Si ergo non contingit hoc dicere, palàm quia potentia & actus diuisa sunt: illæ uerò rationes potentiam & actum idem faciunt. Propter quod non paruum aliquid quærunt destruere.

Quare contingit possibile quidem aliquid esse, nō esse autem: possibile non esse esse autē. Similiter autem & in aliis Categoriis possibile uadere ens, non uadere: & non uadens possibile esse uadere. TEX. 7.

Concludit, ꝙ ex quo istę rationes ueræ sunt; sequitur quòd potentia & actus sunt diuersa, dicens: quòd si non contingit dicere ista conuenientia,

tia, quæ diximus; manifestum quòd potentia & actus diuersa sunt: hæ autem opiniones faciebant idem potentiam & actum:& ideo non paruum est illud,quod destruunt; cum destruant motum & generationem:quod cum sit impossibile, manifestum est, quòd potentia præcedit actum: ita quòd aliquid potest esse,quod adhuc non est; & non esse,quod iam est:quod est uerum in omnibus Categoriis,scilicet quòd potẽtia potest præcedere actum:quod enim uadit,potest non uadere;& quod non uadit,potest uadere.

Hinc elici sempiterna non esse in prædicamẽto: cum non quandoque sint, et quandoque non sint. Vide īferius tex. 17.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum potẽtia, & actus sint idem? Dicendum est, quòd duplex est potentia, scilicet potentia passiua,quæ est ad actum,qui est forma; ita quòd ista potentia passiua fundatur super materiam & unum, si termini sunt actu formæ: alia est potentia actiua,& hæc etiam duo respicit:respicit enim actũ,qui est forma,sicut fundamentum, quia actiua potentia fundatur in esse formę;& respicit actum,qui est agere;sicut potentia calefactiua respicit caliditatem tãquam fundamentum,& respicit etiam calefacere. Si loquamur de prima potentia,certum est, quòd non est idem quòd actus,sicut nec materia:hæc enim potentia est ad formam: sicut ergo materia non est forma,ita nec ista potentia. Si autem loquamur de secunda potentia,scilicet de actiua; sic dico,ꝙ idem est quod actus,super quem fundatur: tamẽ non est idem actus,qui est agere:sicut potentia calefactiua est idem realiter quòd caliditas, tamen non est idem quod calefacere.

Potẽtia duplex.

Quæstio. Quæreret aliquis,Vtrum potentia sit simul cũ actu,an præcedat?Dicendum est, quòd de ratione potentiæ passiuæ,(de qua loquimur)est,quòd sit per actum primum,qui est forma:hæc ergo potentia potest dupliciter accipi: uno modo secundùm quòd simpliciter dicit rationem perfectibilis: secundo modo prout dicit rationem perfectibilis cum carentia perfectionis: primo modo simul non stant,sicut nec potentia & actus: sed secundùm quòd potentia includit priuationem, simul stant.Et hoc uoluit dicere Commentator Primo Physicorum,quòd potentia destruitur in aduentu formæ:loquitur enim de potentia, secundùm quòd includit priuationem formæ. Deinde cum dicit.

Potẽtia passiua dupliciter.

Habitibus præsentibus in materia cessat motus.

Est autem possibile hoc, cui si extiterit actus,cuius dicitur habere potentiam,nihil erit impossibile. Dico autem,puta si possibile sedere, & contingere sedere:huic si inest sedere, nihil erit impossibile; & aut moueri,aut mouere;aut statui,aut statuere;aut esse,aut fieri,aut non esse,aut non fieri similiter.

Ponit diffinitionem possibilis.Et diuiditur in in tres partes: quia primò ponit diffinitionẽ possibilis:secundò ex diffinitione possibilis concludit duas conclusiones:quarum conclusionum prima est,ibi[Si autem quod dictum est, possibile] Secunda ibi[Similiter autem palàm.]Prima in duas, quia primò manifestat possibile, & naturam possibilis:secundò manifestat naturã actus.

Possibile qd

A Secunda ibi[Venit autem actus] Dicit ergo primò,quòd possibile est illud,cui si extiterit actus, ad quem est in potentia,nihil sequitur impossibile:sicut si aliquis potens sedere,si sedeat, nullum sequitur impossibile: similiter si aliquis potens mouere,uel moueri,si ponatur in actu,nihil sequitur impossibile:& sicut est de istis,ita est de esse & fieri;quia possibile,quod est ad hoc,si ponatur in esse,nullum sequitur impossibile.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum possibili posito in esse, nullum sequatur impossibile? Videtur quòd non,quia continuum est diuisibile in infinitum,& tamen si ponatur in actu diuisum, sequitur impossibile. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo:dicendum est, quòd sicut uult Philo B sophus,nullum sequitur impossibile, possibili posito in esse. Ad cuius euidentiam declarãda sunt duo;ex quibus potest haberi propositum. Primũ est, quòd quando aliqua duo se habent sicut antecedens & consequens;potentia,quæ respicit antecedens, respicit & consequens: sicut enim non potest esse in actu antecedens sine consequente; ita non potest esse, quòd sit potentia ad antecedens,quin possit ad consequens:si ergo ita est, si possibile est ad aliquem actum,ad quem quidem actum si ponatur in esse,sequitur impossibile: sequitur quòd impossibile contineatur infra possibile;& quod possibile sit ad impossibile:si enim ille actus,& impossibile,quod sequitur ad actum; se habent sicut antecedens, & consequens; quia C impossibile sequitur ad illum actũ, ex quo actu sequitur impossibile, ergo sequitur quòd possibile est ad impossibile:cũ autem hoc nõ sit uerum, ergo possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile. Secundo mõ hoc patet sic; de natura possibilis (de quo loquitur hic Philosophus) est, quòd diuidatur contra impossibile,& contra necesse;ex eo quòd diuiditur contra necesse, distat ab actu:ex eo quòd diuiditur contra impossibile, non repugnat sibi actus:ergo de essentia possibilis duo sunt,scilicet distantia ab actu,& non repugnantia ad actum;ex eo quòd distat ab actu,si ponatur in actu, sequitur falsum: ex hoc autẽ quòd non repugnat sibi actus, si ponatur in actu, non sequitur impossibile. Possibili ergo posito in actu, potest sequi falsum; sed nunquam sequitur D impossibile;nisi si dicatur, hic potest sedere, ex eo quòd non sedet, possibiliter distat ab actu; & ideo si ponatur in esse,sequitur falsum; quia falsum est,ipsum sedere; sed quia non repugnat sibi actus,qui est sedere;ideo hoc posito in esse,nõ sequitur impossibile. Ad argumentum dicendum est;quòd duplex est actus,scilicet in fieri, & in facto esse; in diuidi, & indiuiso esse;possibilitas ergo continui non est ad diuisum esse, sed ad diuidi;si ergo continuum ponatur in esse,& diuidi, non sequitur impossibile; quod tamen sequitur,si ponatur in actu indiuisum esse, infinitum. Deinde cum dicit.

Fundamenta quæsiti.

In quo consistat natura possibilis.

Ad argum.

Venit autem actus secundùm nomen,qui ad ente lechiam

lechiam compositus, et ad alia ex motibus maximè: uidetur enim actus, maximè motus esse. Quapropter & non existētibus non assignat moueri. Alias autem Categoias. puta intellectualia, & concupiscibilia esse non entia, mota uerò non. Hoc autē quia non entia actu erunt actu: non entium enim quadā potentia sunt; nō sunt autē, quia nō enclechia sunt.

Actus quid

Ostendit, quid est actus. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd actus secundùm materialitatem idem est, quod forma; uel idem quod esse, quod oritur à forma; sed quia notitia nostra citiùs fertur super operationem, quàm super formam, uel super esse; ideo quò ad notitiam nostrā actus priùs dicitur de operationibus & motibus, quàm de esse, & forma; quia notitia nostra ex operationibus deuenit in formas. Et hoc est, quod dicit; quòd nomen actus, & entelechiæ ex motibus & operationibus deriuatur ad alia, sicut ad esse, & ad formam: quantùm enim ad nos, motus maximè est actus; motus enim & operatio arguunt existentiam rei, & actum: non existentia enim dicimus moueri; alia enim prædicamenta, & alia existentia opinabilia sunt, uel intelligibilia; sed actus motus nullomodo eis attribuitur; si enim non existentia mouerentur, essent actu, & nō essent actu; actu quidem essent, quia mouerentur; non actu, quia non existentia sunt; quod autem non existētia sint actu, est impossibile; quædam enim de numero non existentium sunt in potentia, sed quòd sint actu, dum non sunt, hoc est impossibile. Notandum est, quòd non entia sunt in duplici differentia; quædam enim sunt nō entia, quæ nec sunt, nec possunt esse; & talia nec sunt actu, nec potentia; nec sunt in se, nec in analogia; & hæc nocantur ab Auicenna entia prohibita; quædam sunt entia, quæ licèt non fuerint, tamen possunt esse; & hæc sunt infra ambitum entis aliquo modo; quia licèt non sint entia in actu, tamen sunt entia in potentia: & de istis dicit Arist. quòd quædam de numero non entium sunt entia in potentia, præseruans se à primis.

Actus cur prius dicitur de operationibus, quā de esse.

Non entia duplicia.

Tex. 8.

Si āt est qđ dictū est, possibile; inquantū sequitur, palā quia non contingit uerū esse aliquid dicere quia possibile hoc: non erit autem, ut & impossibilia esse sic diffugiant. Dico autem puta siquis dicat possibile diametrum commensurari, non tamen commensurabitur, non cogitans esse impossibile. Quia nihil prohibet aliquid ens esse, aut fieri, non esse uerò, aut nō futurum esse. Sed illud necesse ex positis sit, & supponamus esse, aut fieri, quod non est quidem; possibile aūt quia nihil erit impossibile. Non enim est idem falsum & impossibile: nam te nunc stare, falsum quidem est, & non impossibile.

Illatio.

Concludit ex diffinitione possibilis ueram cōclusionem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd dictum fuit, quòd in diffinitione possibilis duo claudnutur: primum est, quòd distat ab actu: secundum est, quòd ei non repugnat habere actum: quantùm ad primum conuenit possibile cum impossibili; sed quantùm ad secundum,

E differt; quia impossibili repugnat habere actum, sed non possibili: si ergo primum solùm esset de essentia possibilis, scilicet quòd possibile est illud, quod non est, uel quòd non habet actum: sic impossibile posset dici possibile: sed quia in secūdo differt; ideo possbile non est impossibile. Et hoc probat hic, dicens: quòd si uerum est, quod dictum est, scilicet quòd possibile est illud, cui non repugnat habere actū manifestum est: quòd non conuenit esse uerum, quòd aliquid possit uocari possibile; quod non tamen erit, & cui repugnat esse: si enim hoc esset impossibile, designaret; quòd .s. impossibile, esset possibile. V. g. si aliquis dicat, quòd impossibile est diametrum commensurari costæ; respondit non cogitans, hoc est

F impossibile: & hoc quia nūquam commensurabitur, idest sibi repugnat cōmēsurari: quia possibile est qđ non est, & tamē sibi nō repugnat esse; nihil .n. prohibet, secundū hanc positionem, aliquod, quod non est, nec futurum est, hoc est, quòd non potest esse; posse esse, uel posse fieri: sed hoc necesse est ex positis, scilicet si impossibile ponatur possibile. Quasi dicat: si possibile esset impossibile; res, quæ est impossibilis, & nunquam erit, esset possibilis: cuius tamē contrarium uerum est: quia supposuimus, q̄ illud possibile est aliquid esse, aut fieri, quod tamē non est, & si ponatur esse, nihil sequitur impossibile: nam te stare, si sedes, falsum est; non quidem impossibile; impossibile & enim est, quo posito in esse, sequitur impossibile. Deinde cum dicit.

Possibile et impossibile quid.

G

Tex. 9.

Similiter autem, palàm quia si .A. ente necesse B. esse et possibili ente. A. & .B. necesse est esse possibile. Si enim non necesse possibile esse, nihil prohibet non esse possibile esse. Si autem possibile, ergo quando. A. possibile erit esse, si ponatur, nihil impossibile esse accidit B. autem necesse est esse; sed erat impossibile. Sit itaque impossibile, & si impossibile necesse esse. B. & A necesse esse: sed erat primum impossibile, ergo & secundum.

Soļa ditto sio.

Ex diffinitione possibilis concludit secūdam conclusionem. Ad cuius euidentiam notandū est, quòd si diffinitio possibilis fuit bona, scilicet quòd possibile est, quo posito in esse, nullum sequitur impossibile: ex hoc sequitur, quòd si antecedens est possibile, & consequens est possibile:

H cum ergo consequens sequatur ad antecedens, si consequens est impossibile, aliquod impossibile sequetur ad positionē possibilis. Et hoc est, quod dicit litera: quòd manifestum est ex his, quod si existente A. necesse est B. esse; hoc est si A. & B. se habent sicut antecedens & consequēs; necesse est, si. A. est possibile, quòd. B. sit possibile: aut enim est necesse, aut non necesse: si necesse, habetur propositum: si non necesse, quia nihil prohibet, scilicet. B. cōsequens esse impossibile, & quòd A, scilicet antecedens sit possibile, sequitur quòd. A. & B. sint impossibile: sequitur etiam quòd B. sit possibile, & impossibile. Ponatur enim per rationem; quia A, est possibile, nihil

Rō ducit ad impossibile.

sequitur

ſequitur impoſſibile,ſi ponatur in eſſe; ſed B. ſequitur ad poſitionem A;ergo B,poſſibile eſt;ſed erat impoſſibile ſcd̃m pōnē,ergo B.eſt poſſibile & impoſſibile:& utrunq; hoc;nā ſi B.eſt impoſſibile,neceſſe eſt A. eſſe idē impoſſibile; & ita primū & ſcd̃m erit impoſſibile.Si.n.B. conſequens eſt impoſſibile,ergo A. antecedēs erit impoſſibile;quia q̃n couſequens eſt impoſſibile,anteecdēs eſt impoſſibile;ſed A.ponebatur poſſibile;ergo eſt poſſibile & impoſſibile. Notandum eſt,quòd ratio Philoſopbi in breui eſt hæc; ſi antecedente exiſtente poſſibili, conſequens eſt impoſſibile,ſequuntur duo inconuenientia; ſequitur enim primò,quòd conſequens ſit poſſibile, & impoſſibile;poſſibile quidem,quia ſequitur antecedens; impoſſibile āt per rōem:Scd̃ò ſequitur,ꝙ antecedens,& conſequens ſint impoſſibile; nā ſi conſequens eſt impoſſibile,& antecedens .

Si igitur ſit A.poſſibile, & B. erit poſſibile: ſi quidem ſic ſe habebant. ergo A. exiſtente, neceſſe B. eſſe.Si itaque ſic habentibus A.B. non eſt poſſibile B.ita nec A.B.habebit;ut poſitum eſt; Et ſi A poſſibili ente;neceſſe B.poſſibile eſſe:ſi eſt A. neceſſe eſt B. Nam poſſibile eſſe ex neceſſitate B. eſſe: ſi at ſit poſſibile,hoc ſignificat, ſi ſit A,et quādo, & ut erat poſſibile eſſe, et illud tunc eſſe.

Concluſio principalis

Ex hac probatione concludit principalem cōcluſionem probatam, dicens; quòd manifeſtum eſt, quòd ſi A. ideſt antecedens eſt poſſibile; & B. ideſt conſequens erit poſſibile; & hoc dico, ſi B.& A.ita ſe habeant,quòd ſi A eſt,neceſſe B. eſſe;hoc eſt,ſi ſe hēant, ſicut antecedens & conſequens;ſi enim ſic ſe habentibus A. & B. ut dictum eſt,B. non eſt poſſibile,A. exiſtente poſſibili;non ſe habebant A. & B. ut poſitum eſt; & ſic ſe habebant ita, & non ita. Si enim exiſtente poſſibili A.neceſſe eſt B. eſſe poſſibile; neceſſe eſt quòd ſi A.eſt, quòd B. ſit; cum enim dico, quòd ad A. ſequitur B, hoc ſignifico, & dico, quòd ſi A. eſt poſſibile,& B. poſſibile eſt: in tantùm ꝙ q̃n, & eo mō quo poſſibile eſt A;tunc, & eodē mō poſſibile eſt B.eſſe; ita ꝙ tunc illud eſt poſſibile,q̃n iſtud eſt poſſibile;non.n. oē poſſibile eſt poſſibile omni tempore,& omni modo.

Quæſtio.

Quæreret aliquis,Vtrum ſi antecedens eſt poſſioile,quòd conſequens ſit poſſibile? Videtur ꝙ non:quia bona cooſequentia eſt: ſi Sortes ridet, Sortes eſt homo;& tamen antecedens eſt poſſibile,ſcilicet ſortem ridere; & couſequens eſt neceſſarium, ſcilicet Sortem eſſe hominem. Contrarium uult Philoſophus. Reſpondeo:ad hanc quæſtionem intelligendam primum diſtinguendum eſt de uatura poſſibilis; ſecūdò diſtinctio hæc ad aptanda eſt ad propoſitum. Circa primum notandum eſt,quòd duplex poſſibile eſt: quoddam eſt poſſible genus, quod uocatur poſſibile pro potentiali;& de eſſentia iſtius poſſibilis eſt, quòd ſibi non repugnet habere actum; & quia illud,cui repugnat habere actū,eſt impoſſibile: ideo hoc impoſſibile eſt oppoſitum huic poſſibili. Quod

Articulus primus.

A autem poſſibili non repugnet habere actum,poteſt eſſe multis modis:uno modo quia neceſſariò iam habet actum:ſecundo modo quia contingenter habet actum: & ideo poſſibile pro poſſibile quod eſt genus,poteſt ſaluari in neceſſario, & in contingēti: Exemplum in animali:dicimus enim quòd animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis:hęc autem eſſentia,quæ eſt animata ſenſibilis, poteſt ſaluari in homine & quacunque alia ſpecie:ita à ſimili dicimus,quòd poſſibile eſt genus, cui non repugnat actus:quòd autem ſibi non repugnet nō repugnat actus,hoc poteſt dupliciter eſſe:uel quia neceſſario habet actum:& ſic poſſibile ſaluatur in neceſſario: uel quia contingenter habet actum,& ſic ſaluatur in contingenti. Et ita habemus duplex poſſibile,ſcilicet poſſibile pro poſſi

Poſſibile duplex: aliud abſolutum, cui nō repugnat actus:& hoc ſolùm opponitur impoſſibili. aliud cōtingens, cui ſolū contingenter conuenit actus:& hoc opponitur neceſſario, & impoſſibili.

B bili,quod eſt genus;& poſſibile pro contingenti, quod eſt ſpecies. Vtriuſq; poſſibilis(quātùm ſpectat ad præſens)duplex differentia eſt:prima differentia eſt,quia differunt ſicut ſuperius & inferius:ita quòd poſſibile ſecundum addit unam differentiam ſuper primum, ſicut ſpecies ſuper genus:nam de eſſentia primi poſſibilis eſt, quòd ſibi non repugnet habere actum; ſibi autem accidit quòd habeat actum hunc neceſſariò,uel contingenter;ſicut accidit inferius ſuperiori:de eſſentia autem poſſibilis,ſecundariò accepti eſt,quicquid eſt de eſſentia primi, ſcilicet quòd ſibi non repugnat habere actum: & ulteriùs ſuper hoc addit unam differentiam, quia contingenter habet actum. Ex quo ſequitur ſecunda differētia:quia

Differentia inter utrunque poſſibile.

C iſtud poſſibile primum opponitur impoſſibili: non tamen neceſſario: impoſſibili quidem, quia de eſſentia huius eſt,quòd ei non repugnat habere actum; impoſſibile autem habet repugnātiam ad actum:neceſſario autem non opponitur, quia nullum ſuperius opponitur ſuæ ſpeciei; neceſſarium autem eſt una ſpecies huius poſſibilis:Poſſibile autem ſecundo modo acceptum, quod eſt poſſibile contingens,opponitur & impoſſibili, & neceſſario:impoſſibili quidem, inquantùm in eo ſaluatur ratio generis;quæ eſt non repugnantia ad actum: non repugnantia autem ad actum opponitur neceſſario, inquantùm in eo ſaluatur ratio ſpeciei:nam contingens & neceſſariū ſunt duæ ſpecies poſſibilis pro poſſibili: ſed tamē poſ

Superius nō opponitur ſuo inferiori.

D ſibile pro poſſibili,aliter ſaluatur in contingenti, & aliter in neceſſario: & ideo alius & alius modus ſaluandi facit duas ſpecies huius poſſibilis: & tantùm de primo dicta ſint.

Scd̃s artic.

Quantùm ad ſcd̃m notandū eſt,ꝙ q̃n dr̃: ſi antecedēs eſt poſſibile,cōſequēs eſt poſſibile: cōſequētia neceſſaria eſt: ſed tamē debet intelligi de poſſibili pro poſſibili;qđ āt conſequētia ſit neceſſaria,patet:qa aliter īplicaretur cōtradictio in eodē:ſequeretur.n.ꝙ idem eſſet ſub aſpectu poſſibilis,& non eſſet: tantus.n. eſt nexus inter antedens,& conſequens, ꝙ impoſſibile eſt poni antecedens,quin ponatur conſequens, ſi uerè conſequens eſt:ſi autem ita eſſet,ꝙ conſequēs eſſet im-

possibile, antecedente existente possibili; antecedens esset sine cõsequente: modò antecedens nõ potest esse sine consequēte. Quod autem debeat intelligi de possibili pro possibili, patet per illud, quod dictum est in arguendo: quia aliquando cõtingit ꝙ antecedens est contingens, & tamen cõsequens est necessarium: ut si dicatur, si sortes ridet, sortes est homo: in conclusione.n. est possibile, saluatum in necessario; nec eo modo quo est saluatum in præmissa: & ita non est nisi possibile pro possibili; quod possibile saluatur in necessario. Ita quòd sensus propositionis est, si non repugnat alicui habere antecedens, non repugnat sibi habere consequens: ꝙ aūt nõ repugnet sibi habere consequens, põt esse uel quia cõtingenter hēt; uel quia necessariò habet: & hæc est ratio Philosophi. Ad argumentum patet ex dictis.

Quæstio. Quæreret aliquis utrum sit uerum, quod dictū est; scilicet ꝙ in conclusione aliquādo est possibile pro possibili; ita ꝙ aliter in præmissa, & aliter in conclusione? Videtur ꝙ non: quia dictū est in Textu, quòd quando antecedens est possibile, & consequens etiam eodem modo. Ad oppositū sit, quod dictum est. Respondeo dicēdum est, ꝙ eo modo est cõsequens, quo sequitur ad antecedēs: *Eo mō se hēt consequens, quo sequitur ad antecedens.* si enim dicatur: si homo est, animal est; tantum habet animal de ui consequentis in ista consequentia, quantum dat sibi homo: similiter si dicatur; si sortes ridet, sortes est homo: esse hominem tantū habet de ui consequentis, quantum dat ipsa præmissa sibi. s. sortes ridet. Licēt ergo hoc cõsequēs in se consideratum sit necessarium, & sit possibile pro possibili; tamen in quantum sequitur ex antecedente, tātum habet de natura possibilis & eo modo, quantum & quo modo sequitur ad antecedens, cuius est consequens: eo quòd habet trahi ad sortem pro ridere; licēt enim homo aliter aspiciat sortem, quàm aspiciat ridere, tamen inquantum trahitur pro ridere, hoc est per antecedens, trahitur ad esse illius, & sequitur naturā illius possibilis. Ex quo patet, ꝙ illud, quod dictum est, uerum est; & etiam illud, quod dicit Arist. quando enim dicitur; si antecedens est possibile, & consequens est possibile; possumus loqui de consequente duobus modis: *Consequens duplicit.* uel de consequente in se considerato, non habito respectu ad antecedens: & sic non oportet quòd sit nisi possibile pro possibili; quod aliquando saluatur in necessario, aliquando in contingenti: si autem loquamur de eo in quantum consequens, ut sic trahitur ad naturā antecedentis: & sub ista reduplicatione, & modo habet naturam possibilis, sicut & antecedens.

TEX. 10. *Omnibus autem potentiis existentibus, his quidē cognatis ut sensibus: his autem consuetudine, at quæ est fistulandi aliis autem disciplinatu, ut quæ est artium. Has quidem necesse eos, qui præexercitati fuerunt habere quæcunq; consuetudine & ratione. Non tales autem, & eas quæ sunt, pati non necesse.*

Postquam improbauit illos, qui ponebant, ꝙ potentia nõ præcederet actum; hic ostendit, quæ

E potentia præcedit actum, & quæ non. Et diuiditur in tres partes; quia primò hoc ostendit: secundò ostendit, quomodo potentia præcedens actum reducitur ad actum: tertiò respondet cuidam tacitę quęstioni. *Quæ potentia præcedit actu, et quæ non.* Secunda ibi [Quoniam autem possibile & quando] Tertia ibi [Nullo namque exteriorum prohibente] Ad euidentiam primi notandum est, quòd quædam sunt potentiæ, quæ sequūtur naturam rei, in quātum scilicet generans quātum dat de natura, tantum dat de potētia: sicut generans calidum quantum dat de natura calidi, tātum dat de potentia calefaciendi; & istæ potentiæ ita sunt à principio naturæ, ꝙ nõ acquiruntur per actus: Quędam sunt alię potentiæ, quæ ex actibus acquiruntur; sicut ex frequenti citharizare *Potētia duplex.*

F efficitur quis potens, ut benè citharizet: & istę potentiæ sequuntur actus, quia ex actibus generantur: primæ uocantur naturales: secundæ uocantur acquisitę. Et hoc est, quod dicit litera; quòd ex potentiis existentibus quædam sunt naturales & cõnatæ rei, sicut potentia sanandi: quædā sunt, quæ acquiruntur per consuetudinem; sicut potentia fistulandi, quædam per disciplinam, sicut potentia quæ est arsi & quia ita est, ideo potētias has, quæ cunque acquiruntur uel consuetudine, uel rationem, necesse est illos habere, qui sunt præ exercitati: & quia exercitium est quidam actus, præcedit potentiam; non autem sunt tales omnes potētiæ, quia potentiæ, quæ sunt in pati & passiuo, ita præcedunt actum, quòd non præceduntur?

G Quæreret aliquis Utrum benè dicat Philosophus, ꝙ quædam potētiæ generantur ex actibus? *Quæstio.* Videtur ꝙ non: quia quod generatur ex actu, habitus est, & non potentia. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo, dicendum est, ꝙ potentia põt accipi duobus modis: uno.n. modo accipitur potentia, principium motus eliciendi actū, quocūque modo eliciatur, siue faciliter, siue difficulter, siue cõmensuratè: siue non cõmensuratè; & hoc mõ habitus non est potentia. *Potētia duplex.* Secundo mõ accipitur potentia, facilitas eliciendi actum, & secundū debitā cõmensurationē; & isto modo habitus potentia est; ita ꝙ potentia isto secundo mõ super addit potentiæ primo mõ: quæ non est nisi facilitas potentiæ. unde accipit hic Philosophus largè *Quo habitus est potētia & quo non.*

H potentiam, pro facilitate potentiæ; licēt autem potentia, ut potentia, non acquiratur ex actib. tamē facilitas potentiæ ex actibus acquiritur. Ad argumentum patet responsio per distinctionem, quia magis dēt uocari facilitas potentiæ, quā potentia. *Ad argum.*

Quęreret aliquis etiā, Quid magis uerū est in tali potentia, ꝙ præcedat actū, an ꝙ præcedatur ab actu? *Quæstio.* Respondeo, dicendum est; ꝙ magis uerum est, quòd præcedat actum, quàm quòd præcedatur. Ad cuius euidentiam notandum est; ꝙ ista potentia, quæ generatur ex actibus, tenet gradū mediū inter prædictos actus. s. inter actus, ex quib. generatur; & inter actus, qui eliciuntur ex ea. *Potētia quæ generatur ex actib. tenet mediū.* Licēt autē ita sit, tamen sub ista reduplicatione ut potentia, magis respicit sequentes, quàm præ dentes.

dentes: ꝙ enim sit potentia, hoc non habet nisi respectu sequentium: ergo per se idest inquantum, potentia aspicit sequentes: ꝙ autem aspiciat præcedentes, hoc accidit; quia hoc non habet inquantum potentia, sed inquantum generata potentia: unumquodq; autem debet iudicari tale, ex eo ꝙ est per se, non ex eo ꝙ est per accidens: cum ergo ista potentia sit potentia per se respectu sequētium, quæ præcedit, non respectu præcedentium, à quibus præceditur: ergo magis debet præcedere, quàm præcedi. Notādum est, ꝙ licèt possit dici, ꝙ potentia actiua generetur ex actibus; tamen hoc non potest dici de passiua: & ideo notabiliter dixit Philosophus, ꝙ potentiæ, quæ sunt in pati, non generantur in actibus. Deinde cum dicit.

Regula.

Quæ potentia pōt generari ex actibus.

B *Quoniam autem possibile & quandō, & quomodo, & quæcunq; alia necesse ad esse in diffinitione.*

Ostēdit, quomodò possibile reducitur ad actū: Et diuiditur in duas partes: quia primò præmittit quædam necessaria ad propositum: secundò ostēdit, quòd diuersæ potentiæ diuersimodè reducuntur ad actum. Secunda ibi [Tales quidem potentias necesse] Prima in duas, secundùm duo, quæ præmittit. Secunda ibi [Et hæc quidem secundū rationem.] Dicit ergo primò: ꝙ esse possibile respectu alicuius est possibile, ideo in diffinitione possibilis ponendum est, respectu cuius est possibile, & quādo, & quō est possibile: quasi dicat hoc est primū, quod præmittitur; ꝙ in diffinitionē possibilis attēdendæ sunt cōditiones, quę dictæ sunt, & quæcunque sunt necessariæ.

Quō potentia reducitur ad actū.

C Quæreret aliquis, Quomodo huiusmodi conditio facit ad propositum? Dicendum est, ꝙ intendit hic ostendere, Philosophus, quomodo possibile reducitur ad actum: nō aūt omne possibile ad omnem actum potest reduci, nec ad omne obiectum; sed semper est determinata proportio inter possibile, & actum, & obiectum: & similiter possibile non potest reduci ad actum omni tempore: sicut.n. quædam potentialia, quæ determinant sibi tempus, sicut potentia fistulatiua, nō omni tempore possunt reduci ad actum, sed certo tēpore: similiter possibile nō potest reduci ad actū per omnem modum. sed determinatum possibile per determinata media, & determinato tēpore reducitur ad actū: & quia dēt loqui de reductione possibilis, & ista reductio supponit determinatū actum, & determinatū modum, & determinatum tempus, ideo præmisit ista tria. Deinde d.

Quæstio.

Non omne possibile ad omnē actū reducitur.

Possibile nō per omnem actum reducitur ad actum.

D *Et hæc quidem secundùm rationem possunt mouere, & potentiæ ipsorum cum ratione. Hæc autem irrationabilia, & potentiæ irrationales. Et illas quidē necesse in animato esse, has uero in ambobus.*

Præmittit secundum, quod quidem secundum diuidit potētiam, sicut primum diffiniebat ipsam Dicit ergo, quòd quædam potentiæ mouent secūdum rationem, & uocantur potentiæ rationales: aliæ autem mouent sine ratione, & uocantur irrationales; & inter has est differentia ex parte subiecti, quia potentiæ irrationales sunt in rebus

Potentiæ rationales, & irrōnales differunt.

A animatis & inanimatis, potentiæ autem rationales sunt tantum in animatis: Videmus enim quòd potentia digestiua est in re inanimata, quæ non agit per rōnem, sed per naturā. Deinde d.

Tales quidem potentias necesse quādo ut possunt passiuum & actiuū appropinquant, hoc quidē facere, illud uerò pati. Illas uerò non necesse. Hæ quidem n. oēs una unius factiua, illæ aūt contrarioru. Quare simul fient contraria. s. si agerent approximata passiuo sine aliquo determinante. Hoc aūt impossibile; necesse ergo alterum aliquid esse quod propriū est. Dico aūt hoc appetitū aut progresim. i. electionem. Quod. n. desiderabit principaliter, hoc faciet, quando ut possit extiterit, & appropinquauerit passiuo. Quare potēs secundum rōnem omne necesse quādo B *desiderat, cuius habet potentiam, & ut habet hoc facere. Habet autem præsente passiuo, & ita se hebente facere. Si autem non, facere non poterit.*

Ostendit, quomodo hæ potentiæ, quas posuit in diuisione, diuersimodè reducuntur ad actum; quia aliter reducitur potentia rationalis, aliter potentia irrationalis. Et duo facit, quia primò ponit conclusionem suam, dicens; quòd potentię naturales dicendæ sunt potentiæ: quando possunt reduci ad actum, hoc autem est, quando actiuum & passiuum appropinquant; ita quòd hoc potest agere, & hoc pati; ita quòd ad hoc quòd reducantur ad actum, non requiritur plus, nisi quòd appropinquetur debitum actiuum; ad debitum passiuum; illas autem rationales, nō est necesse reduci ad actū in appropinquatione actiui debiti, sed C plus requiritur: Secundò cum dicit, Hæ quidem omnes &c. probat quod dixit. s. ꝙ hoc non sufficit in potētia rōnali, qđ sufficiebat in naturali: & hoc probat ex differentia potentiarum naturaliū & rationabilium, quia potentię naturales sunt respectu unius, rationales autem respectu duorum, & ideo si obiectū, uel ratio obiecti sufficeret, potentia irrationalis faceret duo; quod est impossibile; & ideo est necesse esse aliquid alterum, quod determinet ipsam rationem ad unum duorum contrariorum: Ita quòd ipsa ratio est, sicut cōmune principium respectu duorum, hoc autē, quod determinat, est sicut quoddam proprium, quod quidem proprium determinās uocamus appositū D siue progresim idest præelectionem; & ita licèt ratio sit respectu duorum, tamen illud fiet ex illis duobus, quod desideratur magis: & hoc fiet, quando actiuum appropinquabit passiuo; & ideo illud habet potētiam rationalem ad faciendū aliquid; quod desiderat illud, cuius habet potentiam, & ita facere potest, sicut habet potentiam; habet autem potentiam pręsente passiuo, hoc est quando passiuum est in presentia eius; & quando ista concurrunt, quæ dicta sunt; tunc fieri potest effectus; quando autem non concurrunt, non potest fieri. Notandum quòd hæc est differentia inter intellectum, & appetitum intellectualem, quem uocamus uoluntatem; quia licèt intellectus discurrat inter duo facienda, quod illorum debeat fieri;

Potētia quō reducuntur ad actum.

Intellectus ut distinguitur à uoluntate, est potentia merè naturalis, nec hēt dominium sui actus et pręsento passo, sō à uoluntate determinatur ad actum: quæ de se indeterminatè se hēt ad opposita: pōt enim uoluntas per suū imperiū suspendere & actum proprium, & actū intellectus, & actū practicū artis dirigentis & exequentis: & fortasse hæc non sunt nota Philosophis, sed Theologis.

tamen uoluntas determinat ipsum intellectum ad unum magis quàm ad aliud: imaginabimur.n. quòd ad fienda illa, quæ fiũt per intellectum, cõcurrit intellectus,& appetitus:sed intellectus sub quadam indifferentia aspicit ea, quæ fienda sunt; appetitus autem determinat illam indifferẽtiam, ut hoc fiat magis quàm illud . Deinde.

Nullo namque exteriorum prohibente adiunge re, nihil adhuc oportet potentiam .n. habet , ut est potentia faciendi . Est autem non omnino, sed haben tium aliquo modo, in quibus excludentur, quæ exte riùs prohibent. Remouent enim hæc eorum, quæ indeterminatione apponuntur quædam. Propter quod nec si simul uolunt, aut cupiunt facere duo, aut contraria facient. Non enim ita simul habent ipsorum potentiam , nec est simul faciendi potentia, quoniam quorum est, sic facient.

Excludit dubium. Respondet cuidam tacitæ quæstioni : dixerat enim quòd tunc proprię potentia potest, quando actiuũ appropinquat passiuo : ita ꝙ hoc potest facere,& hoc potest fieri: posset ergo aliquis dicere , ꝙ hoc non est uerum, si aliquod extrinsecum prohibeat:& ideo hoc addi debet:quod tunc potentia potest agere, quando passiuum & actiuum appropinquãt, & nihil prohibet hoc agere, & illud pati. Respondet Philosophus, ꝙ non oportet hoc addere,quia satis datur intelligi ex præcedẽtibus:Et hoc est, quod dicit: ꝙ in diffinitione potentiæ,non oportet addere,ꝙ nullum extrinsecũ prohibeat , quia non quodcunq; habet potentiã faciendi,nec potentia faciendi est omnium , sed eorum,quæ se habent aliquo modo: hic autẽ modus excludit ea , quæ extrinsecum prohibent : & ideo ex eo quia modificatio cadit indiffinitione potẽtiæ,quæ modificatio excludit extrinsecus prohibentia,non oportet addere hoc; quia modificatio excludit exteriùs prohibentia: ens enim quod habet potentiam respectu alicuius, uel aliquorum,sub determinato modo habet eam : Et ideo non sequitur,ꝙ si aliqui cupiunt, uel uolunt facere duo contraria simul,ꝙ faciant ea,quia non fient,nisi illa,respectu quorũ est potentia: potẽtia aũt nõ est respectu duorũ oppositorũ simul &c.

TEX. 2. *Quoniam aũt de potentia, quæ secundum motum dicitur, dictum est ; de actu determinemus , quid est, actus, & quale quid.*

Postquàm determinauit de potentia ; hic incipit determinare de actu: Et diuiditur in tres partes,quia primò ostendit, quid est actus : secundò diuidit actum:tertiò ostendit , quando aliquid dicendum est propriè esse in potentia,& quãdo nõ. Secunda ibi [Dicunt autem actu non omnia similiter] Tertia ibi [Quando autem potẽtia est unũ quidem,& quando non] Prima in duas, quia primò ponit intentum suum, secundò ostendit, quid est actus. Secunda ibi [Est autem actus] Circa primum adhuc duo facit , quia primò ponit intentũ suum:secundò reddit causam intenti ibi [Etenim possibile] Dicit ergo primò, ꝙ quia dictum est de potentia, quę dicitur secundũ modum, ut cõpleatur iste tractatus, oportet ꝙ dicamus & de actu, quid est,& quale quid est. Deinde cum dicit .

Actus quid & quale quid est.

Etenim impossibile simul manifestum erit diuidentibus: quia nõ solùm hoc dicimus possibile , quod aptum natum est mouere aliud , aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut modo quodã; sed & aliter. Qua propter quærentes, & de his superueniemus .

Reddit causam intenti, dicens : ꝙ ita dicentes de actu,& determinantes de eo; non solũ erit manifestum,quid est actus , sed etiam quid est possibile: & si.n. propositũ sit manifestum per unũ modum, tñ potest manifestari per alium, quia non solùm possibile sic diffinitur, quod est aptũ natum mouere, quò ad potentiã motiuã; uel moueri quò ad potentiam passiuã; sed aliter põt manifestari & ideo quærentes de his actibus supeũ uenienius ad maiorem notitiã possibilis. Notandum est, ꝙ sicut dicit Cõmentator, de natura relatiuorũ est ꝙ unum relatiuorum manifestatur per aliud , quia hæc, actus & potentia relatiua sunt, ideo per manifestationẽ actus manifestatur potentia,& ecõuersò; Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ non solùm manifestatur possibile , sicut manifestatũ est superiùs, sed etiam aliter põt manifestari, scilicet manifestatur actu: de qua manifestatione dicetur statim. Deinde cum dicit. *His com. 2.*

Est autem actus existere rem nõ ita sicut dicimus potentia: ut in ligno Mercurium & in toto medieta tem: quia auferetur utique: & scientem & non specu lantẽ si potens potest speculari; sed hoc actu .

Manifestat naturam actus. Et diuiditur in duas partes, secundũ quòd duobus modis ipsum manifestat. Secunda ibi [Palã autẽ in singularibus] Ad euidentiã primi notandũ est, ꝙ actus & potentia sunt de primis intelligibilib. & ideo non possunt manifestari per priora; & per consequens nec diffiniri:& ideo Philosophus manifestat ea per quãdã descriptionẽ, siue collocutionẽ, dicens; ꝙ actus est quædã dispositio opposita potentiæ, & ideo rẽ existere in actu, est aliter rẽ existere, quã qñ existit in potentia, dicimus.n. eandẽ rem existere in potentia,& in actu: & isti sunt duo modi oppositi existendi, in potẽtia quidẽ, eo modo quo dicimus, ꝙ medietas est potẽtia totũ, quia põt auferri à toto,& nõ auferetur: & eo mõ quo dicimus ꝙ sciens est in potentia ad speculandum, qñ põt speculari & non speculatur. Notandũ est, ꝙ actus & potentia sunt duo modi entis , & primi modi , & ideo magis deberet uocari dispositiones entis, quã entia,& ideo Philosophus dixit, ꝙ potẽtia est dispositio entis opposita actui. Deinde cum dicit . *Actus et potentia possunt considerari dupliciter phisica & metaphisica , primus sumitur à motu; secundus dicit actu, essendi siue existendi, cui opponitur potentia obiectiua, & sic loquitur modo de istis.*

Palàm autem in singularibus inductione quod di cere uolumus, & non oportet omnis terminum inquirere sed proportionale conspicere : quia ut ædificans ad ædificabile, & uigilans ad dormiens, & uidens ad claudens quidem oculũ, uisum autẽ habens , & segregatum ex materia ad materiam, & labora tũ ad illaboratũ, est aliud: & huius differẽtia alte ri parti sit actus determinatus, alteri aũt possibile.

Manifestat idem per secundam uiam, quæ manife-

nifestat potentiam, itaque potest esse declaratio præcedentis. Ad cuius uiæ euidentiam notandum est, quòd multa sunt, quæ non possunt sciri diffinitiuè, sed sciuntur uia analogiæ, & uia proportionis. Et de isto modo sciendi dictum est in primo Physicorum, quod scitur materia: dictũ est enim Primo Physicorum, quòd materia in naturalibus, cuius proportio ad formam substantialem est sicut proportio lineæ ad figuram, hoc est ad formam artificialem: hac uia proportionis manifestat Philosophus actum: quæ uia proportionis uocatur etiam à Philosopho uia inductiua; quia hæc proportio, per quam manifestatur actus, inducitur multis. His uisis, patet litera: dicit enim, quòd illud, quod uolumus dicere de manifestatione actus, erit manifestũ, si inducamus in multis actibus: non enim uia ad manifestandum omnia, est diffinitio, quia non omnium est diffinitio & terminus: sed oportet in multis quærere uiam proportionis: hæc autem est uia manifestans actum: quia actus est, qui sic se habet ad potentiã, sicut se habet ædificans ad ædificabile; & sicut uigilans ad dormiens; & sicut se habet uidens ad claudens oculos; & sicut se habet segregatum ex materia ad materiam (uocat autem segregatum ex materia, formam, quæ educitur de potẽtia materiæ: quæ forma est actus) & sic se habet elaboratum, idest formatum ad illaboratum, idest ad aliquid in formæ: in omnibus enim istis altera pars est sicut potentia, & altera est sicut actus.

Tex. cõ. 69. — *Actus qua uia ostenditur.* — *Non omniũ est diffo propria quærẽda: sed plura notificantur per proportionabilia eis.* — *Actus. n. et potentia cũ sint simpliciter simplicia, nõ sunt diffinibilia: sed possunt declarari exẽplis, inducendo in singularib.*

Quasi dicat Philosophus, potentiam respicere actum, est sicut uigilans respicere dormientem, & sic de aliis exemplis: quia sicut in omnibus istis exemplis ponũtur duæ dispositiones, & una aspicit aliam, sicut perfectio perfectibile: ita est in potentia & in actu.

Dicuntur autem actu non omnia similiter, sed aut proportionaliter; ut hoc in hoc, aut ad hoc. Hoc quidem ut motus ad potentiam, illa uerò ut substantia ad aliquam materiam.

Postquam manifestauit actum, diuidit ipsum. Et diuiditur in duas partes, secundùm duas diuisiones, quas ponit. Secunda ibi [Aliter autem & infinitum] Ad euidentiam primæ diuisionis notandum est, quòd ista uia diuisiua oritur ex uia manifestatiua, quam dedit: dictum est enim, quòd uia manifestandi actum, fuit uia proportionis; sicut ergo duplex proportio est, ita est duplex actus, & duplex potẽtia. Potest enim designari proportio potentiæ ad actum duobus modis: primo modo per habitudinem huius in hoc; secundo modo per habitudinem huius ad hoc; dicimus enim quòd habitudo formæ ad materiam est habitudo huius in hoc; habitudo autem potentiæ actiuæ ad agere est habitudo huius ad hoc; sicut habitudo potentiæ calefactiuæ ad calefacere. His uisis, patet litera; dicit enim, quòd omnia, quæ dicuntur actu; non dicuntur simpliciter, sed dicuntur secũdùm diuersas proportiones; alia enim dicuntur secundùm proportionem huius ad hoc; alia secũdùm proportionem huius in hoc: secundùm primũ modum proportionis, scilicet huius ad hoc, se habet motus, idest actus ad potentiam actiuã; secundùm uerò secũdum modum proportionis, scilicet huius in hoc, se habet forma substantialis ad materiam.

Diuidit actum. — *Proportio potentiæ ad actum duplicatur.*

Quæreret quis. Quomodo sumuntur diuersimodè istæ proportiones? Dicendum est, quòd duplex est actus; primus, & secũdus: actus primus ẽ forma, uel esse: actus secundus est agere: secundùm hunc duplicem actum sumitur duplex potentia; passiua, & actiua: potentia passiua est ad actum primum, qui est forma: potentia autem actiua est ad actũ secũm, qui est agere. Est ãt duplex differentia inter hanc potentiam, & illam; quia potentia passiua terminatur ad actum primum, & perficitur per illum; potentia autem secunda, quę est potentia actiua, fundatur supra actum primum, quia fundatur super formam: ita quòd forma, qui est actus primus, tenet medium inter potentiam actiuam, & passiuam, quia perficit potentiam passiuam, & fundat potentiam actiuam: exemplum ad hoc, caliditas est actus primus calidi: & iste actus primus perficit calefactibile, & fundat potentiam calefactiuam. Secunda differentia est, quia potentia passiua perficitur à suo actu; & ideo dixit Philosophus, quòd habitudo actus ad istam potentiam, est habitudo huius in hoc: quia est habitudo perfectionis existẽtis in perfectibili: actus autem potentiæ actiuæ, qui est agere, non perficit ipsam potentiam actiuam; sed perficit passum ab ipsa potentia actiua; sicut illuminatio non est perfectio illuminantis, sed illuminabilis; & calefactio non est perfectio calefacientis, sed calefactibilis: & ideo habitudo ista non designatur per materiam, sed per aliud; per aliud quidem, quia est ab agente; uel per aliud, quia est ad perficiendum passum. Vtrum autem sit aliqua actio, quæ perficiat ipsum agens, patebit inferiùs.

Quæstio. — *Actus & potentia duplex.* — *Differentia inter potẽtiam actiuam, et passiuam.*

Aliter autem & infinitum, & uacuum, & quæcunque talia dicuntur potentia & actu multis entium, ut uidenti, & uadenti, & uisibili. Hæc quidẽ enim contingunt & simpliciter uerificari; aliquando quidem hoc uisibile, quia uidetur: illud uerò quia uideri possibile. Sed infinitum non ita potentia est, tanquam actu futurum separabile, sed notitia. Eo enim quòd non deficiat diuisio, ostendet esse potentia hunc actum, inseparari uerò non. TEX. 12.

Quòd quidem igitur actu, & quid est, & quale, ex his & similibus manifestum erit nobis.

Ponit secundam diuisionem actuum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quidã sunt actus, qui separantur à potentia; ita quòd quando res est in tali actu, non est in potentia; eo modo quo dicimus, quòd uidere est quidam actus, quia res existens in uidere, non est in potentia ad uidendum: alius est actus, qui non separatur à potentia; ita quòd habito uno actu, adhuc est in potentia ad illum actum; & in talibus potentia sem-

Secunda diuisio actus.

ſemper coniungitur actui. Et hoc eſt, quod dicit litera; ita dictum eſt, quòd iſta ſunt in actu, ſicut uidere, & ſimilia; aliter tamen eſt in actu uacuũ & infinitum, quàm ſint prædicamenta; quia in talibus ſemper eſt potentia cum actu; in aliis autẽ ab iſtis (ſicut uidere eſt) contingit alterum illorum, ſcilicet potentiam, uel actum uerificari ſimpliciter: quia aliquando ſunt tantùm in actu, ſcilicet quando uident, uel uidentur: aliquando in potentia tantùm, ſcilicet quando poſſunt uidere, uel uideri: & ita in iſtis ſeparatur potẽtia ab actu, & econuersò: in infinito autem non ſic: nõ enim dicimus, quòd aliquid eſt diuiſibile in infinitum in potentia; ita quòd aliquando ſit actu diuiſum: in infinito enim potentia non ſeparatur ab actu niſi ſola cognitione: ex hoc enim, quòd nunquã diuiſio infiniti ceſſat, ex hoc ſemper eſt actu & potentia: non autem ſic eſt in potentia tantùm, uel in actu tantùm, quia unum ſeparatur ab alio, Concludit ergo, quæ ſunt in actu, & quid eſt actus, & qualis eſt actus, dictum eſt.

Quæſtio.

Quæreret quis. Vtrum uacuum habeat actum permixtum potentia? Videtur quòd non; quia quod habet talem actum, eſt aliquod; ſed uacuũ nihil eſt, ergo &c. Ad oppoſitum eſt Philoſoph. Reſpondeo, dicendum eſt, quòd uacuum eſt locus priuatus corpore: quòd autem aliquis locus priuetur corpore, poteſt intelligi duobus modis: uel quia ſimpliciter priuatur omni corpore: & ſic impoſſibile eſt eſſe uacuum; quia impoſſibile eſt locum eſſe ſine corpore: & iſto modo nec habet actum in fieri, nec habet actum in facto eſſe.

Locum priuari corpore dupliciter.

Alio modo accipitur uacuum locus priuatus aliquo corpore, licèt non omni: & iſto modo uacuum eſt aliquid: imaginabimur enim ſuo modo de uacuo, ſicut de priuatione materiæ: dicimus enim, quòd materiam ſemper eſſe admixtam priuationi; quòd poteſt benè, & malè intelligi: ſi enim intelligatur, quòd eſt admixta priuationi omnis formæ, ſic non eſt uerum; & ſic priuatio non habet eſſe: alio modo poteſt intelligi, quòd exiſtens ſub una forma, ſemper eſt annexa priuationi alterius formæ; & hoc modo uerum eſt: & ſecundùm hunc modum materia ſemper eſt in potentia, & ſemper habet actum annexum potentiæ, quòd. ſ. exiſtens ſub una forma, ſemper eſt in potentia ad aliam formam. Sic eſt de uacuo, quia ſi uacuum dicat ſimplicem priuationem, ſic nihil eſt: ſi autem accipitur uacuum, ſecundùm quòd locus exiſtens ſub uno corpore, eſt in potẽtia ad recipiendum aliud; ſic uacuum eſt aliquid, & eſt ſemper annexum actui, quia ſemper in quolibet loco eſt potentia ad aliud corpus: & ſic ſemper actus coniungitur potentię.

Quando autem potentia eſt unumquodque; & quando non, determinandum. Non enim quandocunque, ut terra generatione eſt potentia homo, aut nõ; ſed magis cum fiat ſperma: Sed neque hoc ſimpliciter forſan.

Oſtendit, quando debet dici, rem eſſe in potẽ-

E tia, & quando non. Et tria facit, quia primò ponit quæſtionem ſuam: ſecundò ſoluit eam: tertiò oſtẽdit, quæ debet uocari prima potentia, & prima materia. Secunda ibi [Quemadmodum igitur] Tertia ibi [Videtur autem quod dicimus eſſe.] Dicit ergo primò, quòd uidendum eſt, quando unumquodque dicendum eſt eſſe in potentia, & quando non: non enim omne in quacunque diſpoſitione ſe habens, poteſt dici in potentia ad aliud fiendum ex eo: non enim terra dicenda eſt in potentia, ut per generationem fiat homo; ſed cum terra tranſierit ad formam ſpermatis, tunc eſt in potentia, ut fiat homo: exiſtens autem ſperma, adhuc fortè non eſt in potentia, ſed requiritur aliquid aliud.

Res quãdo dicenda eſt eſſe in potẽtia, & quãdo non.

F *Quemadmodum igitur nec à medicina omne utique ſanabitur, nec à fortuna; ſed eſt aliquid, quod poſſibile eſt, & hoc eſt ſanum potentia.*

Soluit quæſtionem prædictam. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit ſolutionem ſuam: ſecundò manifeſtat ex hoc quoddam, quod dixit, ideſt, quòd ſperma non eſt ſimpliciter potentia homo, ibi [Quale ſperma nondum] Ad euidentiam primi notãdum eſt, quòd illud propriè eſt in potentia ad aliquid, quod unica mutatione, & per unum agens poteſt reduci ad illud: quãdocunque autem aliquid per multas tranſmutationes reducitur ad aliquid, non poteſt dici eſſe in potentia ad illud. Et hoc eſt, quod dictum eſt, quòd terra non eſt in potentia homo, quia priuſ-

Quando aliquid eſt propriè in potẽtia ad aliquod.

G quam poſſit duci ad formam hominis, oportet ꝙ priùs tranſeat ad formam ſpermatis: illud autem, quod eſt in potentia reſpectu alicuius formæ, poteſt reduci ad illam formam ſubita mutatione; abſque eo quòd reducatur ad alias formas medias. Et hoc eſt, quod dicit iſta ſolutio; quam quidem primò ponit: ſecundò manifeſtat eam in artificialibus, & naturalibus. Secunda ibi [Terminus autem eius] Dicit ergo primò, quòd ſicut eſt in arte medicinali, & in forma educta per medicinam; ita eſt in aliis formis, & in aliis potentiis: cum enim omne poſſibile eſt poſſibile ad recipiendam ſanitatem, uel per medicinam, uel per fortunam quo modo actum eſt in Septimo, ꝙ aliquando ſanatur aliquis: ſed eſt aliquod proprium

Comparatio.

Tex. cõ. 22. & inde.

H poſſibile reſpectu ſanitatis, quod quidem eſt in potentia ſanum; & hoc eſt quando poteſt reduci ad actum per unicam motionem.

Terminus autem eius, quod ab intellectu actu fit ex potentia ente, quando uolitum fit, nullo exteriorum prohibente. Ibi autem in eo, quod ſanatur, quando nihil prohibet eorum, quæ in ipſo. Similiter autẽ potentia & domus, ſi nihil prohibeat eorum in his materia fieri domum, nec eſt quod oporteat adiici, aut remoueri, aut permutari, hæc domus potentia. Et in aliis ſimiliter, quorumcũque extrinſecus principium eſt generationis, & quorumcunque etiam in ipſo habente quocunque, nullo exteriorum impediente, erit per ipſum.

Manifeſtat hanc ſolutionem tam in artificialibus,

bus, quàm in naturalibus; & est manifestatio sua in hoc: quòd hoc debet dici in potentia fiendum, quod potest reduci ad fieri uel ad fiendum unica motione, ullo exteriori prohibente. Et hoc est, quod dicit litera: quòd res, quæ fit ab intellectu, & per artem, fit ex ipso ente, quod quidem ens est in potentia; quando statim ut uolitum est, potest fieri, nullo exteriori prohibēte; illic autem in eo, quod sanatur per naturam, illud est in potentia, ut sanetur naturaliter, quod statim potest sanari; quia nihil est in ipso, quod impedit, quin reducatur ad sanitatem: Similiter est in potentia ut fiat domus, si potest statim transire ad formā domus, nullo prohibēte: nec ē ibi in materia aliquid qđ oporteat addi uel remoueri, ut transeat ad formam domus: quia multis delationibus & trāsmutationibus indiget, ad hoc ut transeat ad hoc, ut sit materia propria domus. Et sicut dictum est de materia ista domus, ita dicendū est de materia respectu cuiuscunque formæ: quia tunc propriè materia est in potentia respectu cuiuscūque formæ, quando per ipsum agens potest fieri aliqua res, nullo exteriori prohibente. Notandum est, quòd semper debet esse proportio inter potentiam, & terminum potentiæ, & agens, per quod potentia deducitur ad terminum: materia autem, quæ per multas trāsmutationes deducitur ad aliquē actū, sicut indiget multis transmutationibus: ita suo mō idiget multis terminis, & suo mō multis agētibus: sicut uidemus, quòd panis primò deducitur ad formam sanguinis: secundò ad formam spermatis, & postea ad formā fœtus: & hic sicut sunt multæ motiones; ita sunt multa agentia, & multi termini: & ideo non potest dici ista materia esse in potentia fœtus, quia oportet quòd transeat per multa media, & per multos terminos: quia priùs est in potentia aliquid aliud, quàm sit hoc ultimum. Deinde cum dicit.

Diffō entis in pōa in ordine ad artem, uel naturam.

Proportio inter potentiam, & terminum potentiæ, & agens.

Quale sperma nondum: oportet enim in alio & permutari. Quando uerò iam per suum principium est tale, iam hoc est potentia. Illa uerò altero egent principio: ut terra nondum est statua potentia: permutata enim erit æs.

Manifestat, quòd dixit exemplo: in quo manifestat illud, qđ dixit, scilicet ꝙ sperma nō est in potentia, ut fiat homo. Et hoc est, quod dicit; quòd sperma nondum in potentia est: cuius ratio est, quia indiget aliqua permutatione; & ideo unica mutatione & transmutatione non potest transire ad formam: quando autem non indiget nisi una mutatione, tunc in potentia dicitur: quòd autem hoc sit tale, scilicet sperma, indiget altero principio & altera motione; eodem etiam modo dicimus, quòd terra non est in potentia statua; quia antequam transeat ad formam statuæ, oportet ꝙ transeat ad formam æris. Deinde cum dicit.

Exēplū sui est, quod dixit.

Videtur autem quod dicimus esse, de quo nō hoc, sed ecininon, idest ex altero factum, uel denominatum; ut arca non lignum, sed lignea: nec lignum terra, sed terreum. Iterum terra si sit, non aliud, sed eciminon. Et semper illud potentia simpliciter, quod posterius est, ut arca nō terra; nec terrea, sed lignea. Hoc enim potentia arca, & materiam arcæ hoc. Simpliciter quidem ipsius ipsum simpliciter, huius uerò hoc lignum.

Ostendit, quæ debet uocari prima materia, & prima potentia. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd de ratione illius, quod habet materiam, est; quòd possit denominari à materia: sicut dicimus, quòd illud, quod est ex ære, potest dici æs, sic ergo denominatur; materia autem per se non denominatur, ab alio priori, aliàs materiæ esset materia. Verū est tñ qđ duplex ē materia, & duplex potentia. s. propinqua, & remota; materia propinqua denoīari pōt à materia remota; & quia non est abire in infinitum, necessariò est deuenire ad unam materiam, quæ denominari non potest ab aliquo priori; & hanc uocamus materiam primā. uel potentiam primam. Et sic materia prima pōt hoc mō describi, uel diffiniri; ꝙ materia prima est, q̄ denoiat ēē factibile ex se ita tamē ꝙ à nullo priore denominatur. His uisis, patet litera. Circa quā literam tria facit: quia primò dicit, quomodo materia denominat compositum ex materia: secundò ostendit, quòd ista denominatio non uadit in infinitum, ex quo concludit primam potentiam: tertio ponit quandam conuenientiam inter subiectum, & passiones ex una parte, & materiam & formam ex alia. Secunda ibi [Si uerò aliquid est primum] Tertia ibi [Vt puta passionibus.] Dicit ergo primò, quòd illud, quod fit ex materia, denominatur à materia: non enim dicimus, quòd materia dicatur de illo simpliciter, sed modo denominatiuo; quia nō dicitur esse hoc, sed illius: sicut non dicimus, quòd arca est lignum, sed lignea; nec lignū est terra, sed terreum: & semper materia prior denominat factum posterius: unde si terra fit adhuc ex aliquo alio, non dicetur esse illud, sed illius: hoc est non denominabitur ab illo absolutè, sed denominatiuè prædicabitur de eo; & sēper illud, quod est potentia prius, denominat illud, quod est posterius: sicut terra & lignum denominant arcam: quādo dicimus, quòd arca est lignea uel terrea, quia lignum, uel terra sunt materia arcæ; & non simpliciter lignum, uel terra; sed hæc terra, uel hoc lignum respectu istius arcæ. Deinde cum dicit.

Quæ nuncupāda est prima materia et prima potentia.

Materia, et potentia duplex.

Materia prima quid.

Si uerò aliquid est primum, quod nō adhuc de alio dicitur ecininon, hæc prima materia est, ut si terra aerea est, & aer non ignis, sed igneus, ignis est prima materia, hoc aliquid existens. In hoc enim differt uniuersale & subiectum per esse hoc aliquid, aut non.

Ostendit, quòd nō est abire in infinitum in talibus denominationibus; & per consequens, ꝙ est deuenire ad materiam primam. Et hoc est, quod dicit, quòd si ista denominatio semper est à priori: si inueniatur aliquod primum, quod nō denominatur ab alio, illud uocabitur materia prima: ut si terra aerea est, & aer igneus est, id est si ignis

In denominationis non proceditur in infinitū.

ignis denominat ita posteriora, quòd non denominatur ab aliquo priori; tunc ignis est prima materia existens hoc aliquid incomposito. Dico autem hoc aliquid, quia in hoc differt uniuersale, & subiectum per esse hoc aliquid, & non eē hoc aliquid: nocat autem Philosophus subiectum materiam. Notandum est, quòd uniuersale prædicatur de eo, cuius est materia: sed tamen differenter: quia materia per quandam denominationem; uniuersale autem non: cuius ratio est: quia uniuersale non dicit aliquid nisi secundùm rationem; ideo quando prædicatur uniuersale de particulari, non prædicatur aliquid, quod sit hoc aliquid, aliud à particulari: & hoc quia uniuersale & particulare dicunt eandem rem sub diuersa intentione; & ideo uniuersale prædicatum de particulari, non prædicatur de alio: materia autem aliud est à forma, cuius est materia: & ideo non prædicatur uera prædicatione, sed denominatiuè.

Vniuersale & subiectū quomodo differant.

Quæreret aliquis, Vtrum uniuersale prædicetur denominatiuè. Dicendum est, quòd non, propriè accipiendo denominationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd propriè accipiendo denominationem, prædicatio uniuoca diuiditur contra prædicationem denominatiuam: prædicatio autem uniuoca est, quando prædicatum ita denominat subiectum, quòd dicit essentiam subiecti; uel partem essentiæ: & hoc modo prædicatur uniuersale de particulari: quia eadem essentia est uniuersalis, & particularis; sub alio modo, & alio significato. Denominatiua autem prædicatio est, quando prædicatum denominat subiectū; ita tamen, quòd non dicit essentiam eius, sed dicit aliam realitatem: & isto modo prædicatur accidens de subiecto: & etiam isto modo prædicatur materia de eo, cuius est materia; quia realitas materiæ est alia à realitate formæ, & per consequens à realitate compositi, inquantùm compositum comprehendit formam. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quòd materia prædicatur denominatiuè, quia dicit aliam realitatem ab eo, cuius est materia; uniuersale autem non, quia non dicit aliquam realitatem distinctam ab eo, cuius est uniuersale. Deinde cum dicit.

Quæstio.

Prædicatio uniuoca qd.

Prædicatio denominatiua quid.

Materia prædicatur denominatiuè de eo, cuius est materia.

Vt puta passionibus, quod subiicitur homo, & corpus, & anima passio autem, musicum, et album. Dicitur autem musica adueniente secundùm illud non musica, sed musicum: & non albedo homo, sed album, nec ambulatio, aut motus: sed ambulans, aut motum, ut ecininon.

Ponit quandam conuenientiam inter passiones & substantiæ ex una parte; & materiam & formā ex alia. Et diuiditur in duas partes, secundū duas conuenientias. Secunda ibi [Quæcunque quidem igitur] Prima conuenientia est, quòd sicut passio prędicatur demominatiuè de eo, cuius est passio: ita materia de eo, cuius est materia; nō enim dicetur, quòd homo est albedo, sed quòd homo est albus, & sic de aliis passionibus. Et hoc est, quod dicit litera: quòd illud, quod subiicitur,

Conuenientia inter passiones & subiectum, & inter formā et materiā.

E subiectum est; sicut homo, qui comprehendit animam & corpus: passio autem est sicut musicum & album, in quibus passionibus prædicatio est denominatiua, & non in abstracto: non enim dicitur, quòd homo est musica, sed musicus; nec albedo, sed albus; nec motus, sed mouens; nec ambulatio, sed ambulans: & breuiter non illum, sed illius: hoc est nulla passio prædicatur in abstracto, sed in concreto: quod contractū designatur per ecininō: quia ecininō est conc retum huius, quod dico, illud. Deinde cum dicit.

Nulla passio prædicatur ī abstracto.

Quæcunque quidem igitur sic ultimum substantia. Quæcunque uerò non sic, sed species quædam, & hoc aliquid, quod prædicatur, ultimum materia, & substantia materialis. Et rectè itaque accidit ecininō dici secundùm materiam & passiones. Ambo namque indeterminata. Quando quidem igitur dicenda est potentia, & quando non, dictum est.

F Ponit secundam conuenientiam: & est conuenientia ista: quòd sicut formæ materiales resoluūtur ad materiam, ita passiones resoluuntur ad subiectum: & ideo sicut materia additur in diffinitione talium formarum, ita subiectum in diffinitione passionum. Et hoc est, quod dicit: quòd quęcunque quidem sic prædicantur, sicut passio de subiecto, ultimum ad quod stat resolutio, est ipsum subiectum: quia passiones resoluuntur ad subiectum: quæcunque uerò non sic se habēt sicut passio, sed sicut forma & species substantiales; ultimum in eis est materia & substantia materialis: quia ultimum, ad quod stat resolutio formarū materialium, materia est: & ideo benè accidit tā in passionibus, quàm in materia prædicari secundū ecininō, & secūdùm denominationem; & hoc quia ambo indeterminata sunt, scilicet tam materia, quàm passio. Concludit ergo Philosophus totam partem præcedentem, dicens: quando quidē aliquid dicēdū est in potentia, & quando non, dictum est in præcedentibus. Notandum est, ꝙ passio dicit rē suam per modum indeterminati; quæ quidem indeterminatio determinatur per subiectum: & similiter materia dicit rem suam per modum indeterminati; quæ quidem indeterminatio determinatur per formam. Et hoc est, quod dicit Philosophus: quòd ambo, scilicet materia, & passio indeterminata sunt. Videtur tamen Cōmentator aliter exponere istam literam: uidetur enim assimilare passiones formis materialibus: quia sicut in diffinitione passionum accidit aliquod superfluum; ita in diffinitione formarum materialium: uocat autem superfluum diffinitionem per additionem. Quasi dicat: passiones indeterminatæ sunt, & determinātur in sui diffinitione per additionem subiecti: similiter formæ materiales de se indeterminatæ sunt, & determinantur per materiam.

Secunda cōuenientia.

G

Passio quō rem suā dicit.

H

Expō. Auer.

Quoniam autem ipsum prius determinatum est, quot modis dicitur; palàm quia prior est actus potentia. Dico autem potentia, non solùm determinata, quæ dicitur principium permutatiuum in alio inquantùm TEX. 13.

quantùm aliud; sed totaliter omni principio motiuo, aut immobilitatiuo. Etenim natura in eodem fit. In eodem enim genere potentiæ: principium enim motiuum, sed non in alio, sed in aliquo inquantùm idē. Omni itaque tali prior est actus ratione, & substantia. Tempore uerò, est quidem ut sic, est autem ut nō.

Postquam Philosophus determinauit de potentia & actu; hie comparat ea adinuicem. Et diuiditur in tres partes: quia primò comparat ea secundùm priùs & posteriùs: secundò pœnes bonum & malum: tertiò pœnes cognitionem. Secunda ibi [Quòd autem & melior, & honorabilior] Tertia ibi [Inueniuntur autem & diagrammata actu.] Dicit ergo primò: & quia determinatum est in Quinto, quot modis dicitur prius: manifestum est, quia prior est actus potentia: quando autem loquor de potentia, non solùm loquor de potentia, quæ est principium motus in aliud inquantum aliud; sed etiam loquor de potentia, quæ est principium motus & quietis; secūdùm enim hūc modum natura est in genere potentiæ: est enim principium motiuum non alterius inquantùm alterum, sed eiusdem inquantùm idem: & tali potētia actus est prior ratione, & substantia: tempore autem est quidem sic; est autem ut non.

Comparat potentiā et actum ad inuicem. — *Tex.co.16. & inde.* — *Natura è in genere potētie. Vide 2. Physic.3.*

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum natura potentia sit? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd potentia uniuersalior est, quàm sit natura: ita quòd natura quasi quædam species potentiæ est: potentia enim de natura sua aspicit motum: quòd autem aspiciat motum, hoc potest esse duobus modis: uel enim aspicit motum respectu alterius inquantùm alterum est: uel respectu eiusdem inquantùm idem est: natura autem aspicit motum respectu eiusdem inquātùm idem est; ut patet per diffinitionem datam à Philosopho Secūdo Phisi. cū ergo potentia habeat duos modos aspiciendi: secundùm istos duos modos descendit in duas species: ita quòd una species est, quæ est respectu alterius, inquantùm alterum est; altera autem species est, quæ est respectu motus eiusdem, inquantùm idem est: & hæc species natura est. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quod natura est principium motus & quietis eiusdem, inquantùm idem: & sic patet, quòd natura potentia est, & species est.

Potentia uniuersalior est natura. — *Tex.c.3.*

Quæstio. Supposito, quòd natura potentia sit, quæreret aliquis, Vtrum sit potentia actiua, uel passiua? Dicendum est, quòd hanc quæstionem soluit Commentator Secundo Physicorum, uolens: quòd potentia, quæ natura est, potest reduci ad potentiam actiuam, & ad potentiam passiuam. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd (ut patuit per præcedentem quæstionem) natura est potentia, quæ aspicit motū respectu eiusdem: quòd autem aspiciat motū respectu eiusdem, hoc potest esse duobus modis: uel quia dat sibi mouere: uel quia dat sibi moueri: si aspiciat motū, ita quòd det rei moueri; reducitur ad potentiam passiuam: & isto modo dicit Commentator & Philosophus, quòd mo-

Commen.3.

A tus corporum simplicium naturalis & à natura est, quia per principium & naturam sui, hoc est per materiam possunt moueri motu naturali: Si autem ista potentia det rei mouere, sic habet reduci ad potentiam actiuam: & isto modo potentia, quæ est natura, reducitur ad formam, sicut primo modo reducitur ad materiam; hoc modo dicit Commentator Secundo Physic. quòd alteratio corporum mixtorum naturalis est, ex eo quòd unum contrariorum agit in aliud: quæ quidē contraria sunt de essentia mixti. Et secundùm istos duos modos potentiæ, duæ opiniones consurgunt de motu grauium: secundùm enim opinionem nōnullorum graue mouetur naturaliter & à principio naturali: sed tamen secundùm opinionem

Motus corporum simplicium est naturalis. 8.Physic. com.37. & 2.Cæli.cō.2 — *Commen. 1.*

B aliquorū, natura grauis non dat sibi mouere, sed moueri: imaginantur enim quòd mouere sit ex parte generantis, quod quidem generans dando graui grauitatem, dat sibi unde possit moueri; non enim est impossibile, secundùm Commentatorem Octauo Physicorum, quòd aliquid moueatur ab extrinseco, & quod non habeat à natura sua, unde possit moueri: tunc enim moueretur uiolenter: eo modo quo dicimus, quòd lapis mouetur sursum & uiolenter; si autem ita mouetur ab extrinseco, quòd illud extrinsecum dat sibi, unde possit moueri; tūc mouetur naturaliter: & isto modo graue mouetur naturaliter à grauāte: quia per naturam sibi datam à grauante, habet unde possit moueri. Secundùm autem aliam opinionē

Cō. 26.27. 28.29.31. & 34.

C grauans dando sibi naturam, dat sibi unde possit mouere; & quia omne mouere reducitur ad potentiam actiuam; ideo ista natura sic dicta reducitur ad potentiam actiuam; non enim habent pro impossibili, quòd idem moueat seipsum (quod utrum sit uerum, alibi poterit patere) & quia natura ita potest reduci ad potentiam actiuam & ad potentiam passiuam, ideo potentia actiua & passiua non possunt reduci ad aliquam rationem uniuocam. Ideo dicit Commentator Secundo Physicorum, quòd diffinitio naturæ uniuoca non est: si enim uellemus propriè loqui, diceremus, quòd est diffinitio analoga; quia potētia passiua ad actiuam reducitur: sicut iam declaratum est supra. Deinde cum dicit,

Potentia actiua et passiua nō possunt reduci unam rationem uniuocam. — *Com.3.& 5 Metaph. com.4.*

D *Ratione quidem igitur, quòd prior palàm. Nam per contingere actu esse, possibile est quod primo possibile: puta dico ædificatorem potentem ædificare, et speculatorem speculari, & uisibile potens uideri. Eadem autem ratio & in aliis. Quare necesse rationem præexistere, & notitiam notitia.*

Probat, quod dixit. Et diuiditur in tres partes, secundū ea, quæ præmisit quia primò probat, quod actus est prior potentia rōne: secundò ostendit, quō actus est prior potentia tpe, & quomō non; tertiò ostendit, quomodo actus est prior potentia substantia. Secunda ibi [Tempore uerò prius] Tertia ibi [At uerò & substantia] Ad euidentiam primi notandum est: quòd licèt actus & potentia correlatiua sint, ut dictum est priùs per Commentato-

Actus præcedit pōam diffini.

tatorem: tamen ratio potentiæ magis finitur ex ratione actus, quàm econuerso; & ideo dicit Philosophus quòd actus prior est potentia ratione; nã possibile ex hoc dicitur possibile, quia potest habere actum; & ita ratio possibilis sumitur ex natura actus; ex hoc enim dicimus habere potẽtiam ædificandi; quia potest habere actum ædificandi; & potentiam speculatiuam, quia potest speculari: ex hoc quidem uidetur aliquid uisibile, quod uideri potest; & sicut est in istis, ita est in aliis; & ex hoc sequitur, quòd ratio actus est prior ratione potentię, & per consequens notitia est prior notitia, quia notitia sumitur à rõne. Notandum, quòd licèt ens diuidatur per ens in potentia, & ens in actu; ut tamen huiusmodi ratio entis saluatur in potentia, non est saluata in eã, nisi in habitudine ad aliud; ratio autem, quæ saluatur in aliquo in habitudine ad aliud, diminuto modo ibi saluatur; & ideo ratio potentiæ, quæ est in habitudine ad actum, diminuta est respectu actus; & ideo posterior est ratio huiusmodi ratione illius. Deinde cum dicit.

Tempore uerò prius, specie idem agens prius, sed numero non. Dico autem: quia hoc quidem homine iam ente secundùm actum, & frumento, & uidente prius est tempore materia, & semen, & uisiuum; quæ potentia sunt homo, & frumentum, & uidens, nondum autem actu.

Actus quo prior tẽpore potentia, & quo non.

Ostendit, quomodo actus est prior potentia tempore, & quomodo non. Et diuiditur in tres partes, quia primò hoc ostendit: secundò concludit quandam conclusionem: tertiò soluit quendam sophisticum Elenchum. Ad euidentiam primi notandum est, quòd si actus & potentia comparentur ad idem numero, sic potentia præcedit actum tempore: si autem actus & potentia cõparentur ad diuersa numero; sic actus præcedit potentiam. Et secundùm hoc hæc pars diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quomodò potentia præcedit actum in eodem: secundò ostẽdit, quomodo actus præcedit potentiam in altero, ibi [Sed his tempore priora.] Dicit ergo, quòd actus est prior potentia tempore: sed hoc est uerum respectu eiusdem in numero: in tali enim potẽtia præcedit actum tempore: homine enim existente in actu, & frumento, & uidente, prius est tempore materia, & semen, & uisiuum: quæ quidem materia est in potentia ut fit homo: quod quidem semen est in potentia ut fit frumentum: quod quidem uisiuum est in potentia, ut fit uidens; nondum autem sunt in actu.

Sed his tempore priora altera entia actu, ex quibus acta sunt. Semper enim ex potestate ente, fit actu ens ab actu ente: ut homo ex homine, musicus à musico. semper mouente aliquo primo. Mouens autem actu iam est.

TEX. 14. *Dictum est autem in Sermonibus de Substantia: quia omne, quod fit; fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc specie idem.*

Ostendit, quomodo si potentia & actus sint in

E diuersis numero, præcedit; quod enim de potentia deducitur ad actum; oportet quòd reducatur per aliquod prius, quod existat in actu; actus autem deducens prior est potentia deducta. Imaginabimur enim, quòd potentia, quæ deducitur ad actum, tenet gradum medium inter actum deducentem, & actum, ad quem deducitur; ita quòd posterior est actu deducente; & prior est actu, ad quẽ deducitur. Hoc uiso, patet litera; dicit enim quòd his rebus, quæ deducuntur de potentia ad actum, priora sunt altera entia in actu, ex quibus deducuntur; ex ente enim in potentia fit actu ens; quod autem potentia transeat ad actum, hoc est ab ente actu; quod eus deducit potentiam ad actum; sicut ex homine in potentia fit homo in

F actu; & ex musico in potentia fit musicus in actu per aliquod mouens primum; quod quidem mouens est in actu respectu moti. Et hoc satis declaratum est in Septimo, in tractatu de substantia; ubi ostensum est, quòd omne, quod fit, fit ex aliquo in potentia, & ab aliquo agẽte in actu; quod quidem agens est idem specie cum actu. *Tex. cõ. 23. & inde.*

Notandum est, quòd secundùm Auicennam in Metaphysica sua. Illud, quod inest rei ex se, prius est illo, quod inest ei ex alio: ex quo enim potentia inest rei ex se, res intimiùs illam aspicit, quã illud, quod inest ei ex alio: quandocunque autem aliqua res transit de potentia ad actum, de se habet, quòd possit esse, cum tamen non sit: quòd autem sit, hoc habet ab alio; & ideo esse in poten-

Esse in põa, & esse in actu quo differunt.

G tia ad esse, prius inest rei, quàm esse in actu: quod enim exit de potentia ad actum, uel prius tempore est in potentia, quàm sit in actu; uel prius natura: & hoc quia (ut iam dictum est) esse in potentia conuenit sibi ex se; esse in actu conuenit sibi per aliud. Et ideo benè dixit Philosophus, quòd in eodem numero potentia præcedit actum propter primum fundamentum, scilicet quia potentia conuenit rei ex se: in diuersis autem numero potẽtia præceditur ab actu propter, secundũ fundamentum; quia scilicet esse in actu non conuenit rei existenti in potentia, nisi per aliud; quod quidem aliud uocamus actum præcedentem potentiam.

H *Quapropter & uidetur impossibile esse, ædificatorem esse, qui non ædificauerit aliquid: aut citharedum, qui non citharizauit Similiter autem & alii. Nam addiscens citharizare, citharizans addiscit citharizare.*

Cõclusio ex superioribus.

Concludit ex præcedentibus unam conclusionem: dixerat enim, quòd actus præcedit potentiam, posset enim aliquis credere, quòd hoc habet ueritatem solùm in potentiis passiuis: concludit ergo Philosophus, quòd hoc habet ueritatem in potentiis actiuis aliquibus: namq; quædam potentiæ actiuæ acquiruntur per actus præcedentes. Et hoc est, quod dixit, quòd impossibile est ædificatorem esse, qui non ædificauerit: quasi dicat, potentia ædificatiua per actum ædificandi acquiritur: similiter potentia citharizandi per actũ citha-

citharizandi;impossibile enim est esse citharedũ, qui non citharizauerit;nam addiscens citharizare,per actum citharizandi addiscit artem. Sicut autem est in istis duobus accidentibus, ita est in multis aliis.

Quæstio.

Quæreret aliquis. Vtrum omnino sit simile de potentia actiua,& de potentia passiua,scilicet ꝙ utraque præcedatur ab actu? Dicendum est, ꝙ non. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd per se est de essentia potentiæ passiuæ,ꝙ ab actu præcedatur;nam per se notum est,quòd nulla res deducit se ad esse,ut sit; si ergo ita est,per se debet notum esse,quòd nulla potentia passiua potest seipsam deducere ad actum;& sic oportet,ꝙ ab alio deducatur, quod quidem aliud est in actu respectu illius:& sic de perseitate eius est, ꝙ præcedatur ab actu. Præcedi autem ab actu, accidit potentiæ actiuæ; si enim per se conueniret potentiæ actiuæ,quòd præcederetur ab actu, omnis potentia actiua præcederetur ab actu;& si ita esset,procederetur in infinitum in agentibus; si enim potentia passiua præcederetur ab actiua,& illa actiua ab alia; & hoc essentiale esset cuilibet potentię actiuæ, sequeretur quòd esset abire in infinitum in agentibus, uel in potentiis actiuis. Quòd ergo potentia actiua præcedatur ab actu, habet solùm ueritatem in potentiis actiuis, quæ acquiruntur per actum. Imaginabimur enim, ꝙ est ordo essentialis inter potentiam actiuam, & passiuam;quia potentia passiua habet reduci ad actiuam,sicut ad priorem, & non econuersò; & ideo potentia actiua naturali ordine præcedit passiuam; Est etiam essentialis ordo inter potentias actiuas;quia quædam est potentia actiua,quę agit mota;& eoipso quòd mota agit, non potest esse prima;& ideo oportet quòd reducatur ad aliquam actiuam non motam; & in tali potentia actiua status est;si autem ante quamlibet potentiã actiuã præcederet alia,quælibet ageret mota; & sic per consequens quælibet reduceretur; & ita non esset ibi dare potentiam primam: & ita periret ordo in agentibus.

De essentia potẽtia passiua ẽ, quòd præcedatur ab actu, se cùs uerò est de potentia actiua.

Ordo essentialis inter potentia actiua et passiuam. & inter potentias actiuas ad inuicẽ.

A

B

Vnde sophisticus elenchus factus est, quia non habens quis scientiam,faciet cuius scientia est. Addiscens enim non habet.

Soluit quendam sophisticum elenchum:quod quidem habet ortum ex præcedentibus: dictum enim est ex præcedentibus, quòd aliquis addiscens citharizare, per actum citharizandi addiscit scientiam:posset ergo aliquis arguere sophisticè sic:addiscens citharizare, non habet scientiam citharizandi,& tamen habet actum citharizandi;ergo facit actum scientiæ, quem non habet. Primò ergo ponit Philosophus sophisticum elenchum:secundò soluit ipsum,ibi [Sed quia eius, quod fit.] Dicit ergo primò,quòd ex dictis factus est quidam elenchus sophisticus,quòd nõ habens quis scientiam, faciet actum eius, cuius scientiam non habet: addiscens enim scientiam non habet, & tamen facit actum scientiæ.

Obiicit contra dicta sophisticè.

Notandum est, quòd apparentia huius elenchi fundatur super duo fundamenta: primum est, ꝙ nullum suppositum aliquem actum habet, nisi habeat formam,ex qua elicitur actus; quia forma est ratio agendi ipsi supposito: Secũdum fundamentum est,quòd addiscens non habet formã ordinatam ad actum sciendi;& hoc quia addiscere est quidam motus ad scientiam: ex his autem duobus fundamentis concludit, quòd addiscens non possit facere actum sciendi. Deinde cum dicit.

Forma est supposito rõ agendi.

Sed quia eius,quod fit,factum est aliquid: & totaliter eius,quod mouetur,motum est aliquid: palã autem in his,quæ de motu hoc. Et discentem necesse habere aliquid scientiæ forsan. Sic igitur & hoc palàm,quia & actus sit prior potentia secundùm generationem & tempus.

Soluit hunc elenchum. Ad cuius euidentiam notandum est,quòd hic sophista supponebat, ꝙ addiscens nihil habet de forma scientiæ;& ideo non potest agere actum scientiæ:hoc autem suppositum interimit Arist.& hoc quia addiscere dicit aliquid de forma,ad quam est motus; & ideo addiscens,& si non habet scientiam completè;habet tamen scientiam sub aliquo modo: quia forma quælibet aliquo modo præfuit in moueri: & similiter quod præfuit in moueri,priùs præfuit in potentia mouente. His uisis,plana est litera:dicit enim:omnis formę,quę fit,iam factũ est aliquid: hoc est,omnis forma,quæ fit, aliquo modo præfuit in fieri & in moueri: & breuiter omnis eius, ꝙ mouetur,iam motum est aliquid:ostensum est .n.in sermonibus de motu Sexto,& Quinto Physicorum,quodscilicet moueri præcedit motum esse,& econuersò. Et ita si moueri præcedit motũ esse,necesse est discẽtes habere aliquid scientiæ: discere enim dicit rẽ suam in fieri & in moueri: moueri autem præcedit motum esse, & formam secundùm aliquem modum; & ideo falsum est, quod supponebat; ꝙ addiscens nihil habet scientiæ. Dicit ergo concludendo sic,quòd ex his,scilicet dictis manifestum est, quòd actus sit prior potentia generatione,& tempore.

Solutio obiectionis.

C

Tex.cõ.7. et inde. Sed potissimè tex.com.52 & circa.& 87.

Quæreret aliquis, Vtrum omne moueri præcedat formam, uel aliquid de forma, ad quam est motus? Dicendum est,quòd moueri,& forma,ad quam est motus secundùm Commentatorẽ Tertio Physicorum,non differunt nisi secundùm magis & minus:& ideo oportet,quòd forma,in qua est moueri,habeat magis & minus; in forma .n. quæ indiuisibilis est, moueri non est: forma autem in qua est magis & minùs,potest moueri;probatum est autem Sexto Physic. quòd aliquando omne moueri præcedit mutatum esse;& aliquando mutatum esse omne moueri;& quia mutatum esse terminatur ad gradum formæ; ideo sicut aliquando quodlibet moueri præcedit mutatum esse,ita aliquando quodlibet moueri præcedit aliquis gradus formæ,uel forma secundùm aliquos gradus;& ideo sicut inter moueri sunt multa mutata

Quæstio.

D

Doctrina Auer.

6.Physic. cõ.71. et 91.

tata esse, ita ante moueri præcedūt multi gradus formæ. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quòd dum res est in moueri ad formam, aliquo modo potest habere formā;& sic aliquo modo potest agere actum formæ.

Quæstio. Quęreret aliquis, Vtrum addiscens posit agere actum scientiæ, sicut innuit Philosophus? Dicendum est, quòd addiscens nō est omnino ignorans respectu rei addiscendæ; & ideo potest aliquo modo agere actum scientiæ. Si enim haberet ignorantiam negationis respectu rei addiscēdæ, non posset moueri ad illam rem motu cognoscitiuo; & hoc quia omnis disciplina & doctrina fit ex præexistenti cognitione; *Primo Poster. 1.* omne enim quod addiscitur, aliquo modo pręcognoscitur; ergo omnis addiscens aliquo modo præcognoscit illud, quod addiscit: sed non sub illo modo, sub quo quæritur; sicut addiscentes ignorantes rem in particulari, possunt eam præcognoscere in uniuersali & generaliter; & quia ista præcognitio est aliquid rei sciendæ; ideo dixit Philoso. quòd addiscēs habet aliquid de sciētia; quia iam habet aliquid de re quærenda, & scienda. Vt autē hoc meliùs uideatur, notandum est: quòd aptitudo ad aliquam rem est quasi aliquid rei: *Aptitudo ad rē est aliquid rei.* similiter moueri aliquid ad aliquam rem, est quasi aliquid rei: res enim, quæ non est apta ad rem aliquā, non habet aptitudinem ad illam, & per consequens nihil est illius rei, nec in actu, nec in aptitudine: quādo ergo dicit Philosophus, quòd in omni forma facta, uel fienda semper præcessit aliquid formæ; non est intelligendum, quòd pars formæ pręcedat; ita quòd forma habeat partem extra partē; & ita quòd una pars eius pręcedat, & alia fiat: sed est intelligendum, quòd istud aliquid, quòd præcedit, est ipsa forma in aptitudine, & ipsa aptitudo ad formam. *Doctrina Auer.* Et hoc est, quod dicit Commentator in isto loco: quòd asinus non potest addiscere citharizare: cuius ratio est, quia nulla aptitudo præcedit in anima asini ad formam, quæ est ars citharizandi: homo autem potest addiscere citharizare, quia in homine est quędam aptitudo ad omnem scientiam per lumen sui intellectus: quam quidem aptitudinem quidam uocāt seminarium scientiarum: *Seminariū scientiarū quid.* sicut ergo in motu præcedit aliquo modo forma scienda: ita in lumine intellectus primi est aliquo modo omnis forma scientialis: & ideo habens lumen intellectus, potest agere actū scientiæ: licèt non eo modo quo habens scientiā completam & actum.

TEX. 15. *At uerò & substantia priùs quidem; quia quę generatione posteriora, specie & substantia sunt priora; ut uir puero, & homo spermate. Hoc quidem .n. iam habet speciem; illud uerò non.*

Probat hoc, quòd actus præcedit potentiam substantia quod fuit tertium propositum. *Actus præcedit potentiam perfectione.* Et diuiditur in quatuor partes, secundùm quatuor rationes, quas adducit. Secunda ibi, [Et quia omne ad principium] Tertia ibi [Ampliùs autem materia potentia est] Quarta ibi [At uerò magis pro-

E priè.] Ad euidentiam primæ rationis notandum est; quòd in motu naturæ id, quod est prius in intentione, est posterius in executione; & quia natura procedit de imperfecto ad perfectum; ideo perfecta sunt priùs in intentione, sed tamen sunt posteriùs generatione; omne autem imperfectū, ut sic potentialitatem dicit respectu perfecti: pfectū aūt dicit actum; & ideo sicut perfectum præcedit imperfectū intentione & nobilitate; ita actus potentiam. Et hoc est, quod dicit; quòd manifestum est, quòd actus est prior potentia substantia, & specie; nam in his, quæ habent generationem, illa, quæ sunt posteriora specie, substantia, & intentione, sunt priora generatione; & econuersò ea, quæ posteriora sunt generatione, sunt priora, F specie, & perfectione; eo modo quo dicimus, q̀ uir est prior puero perfectione, & non generatione, & homo spermate; quòd autem sint priora specie, patet; quia ipsa posteriora habent speciem; priora autem non. Notandum est, quòd hic uocatur prius specie & perfectione, quod magis attingit speciem & naturam rei; in generatis autem posteriora magis, & perfectius attingunt speciem rei; sicut homo attingit speciem hominis, & non sperma; & uir nobiliori materia attingit speciem hominis, quàm puer.

Posteriora generatione sūt priora pfectione: hec propositio habet intelligi de priori et posteriori in codē genere, & nō diuerso: aliter accidens esset perfectius substantia.

Et quia omne ad principium uadit quod fit & finem. Principium enim cuius causa: finis uerò causa cuius generatio; Finis autem actus, & huius gratia potentia sumitur.

G Ponit secundam rationem; & ē ratio talis; finis prior perfectione est iis, quæ sunt ad finem; sed actus est finis potentiæ, & non econuersò; ergo & cætera. *Secunda rō.* Vnde ea, quæ sunt ad finem; possunt uocari principiata, & finis principium: unde sicut principium est perfectius principiato; ita finis his, quæ sunt ad finem; & actus potentia. Et hoc est, quod dicit: quòd omne, quod fit, uadit ad finem, sicut ad quoddam principium: finis enim est, cuius causa fit aliquid: quod autem est causa, est principium; finis autem potentiæ; & cuius causa potentia est; actus est: non enim est actus propter potentiam, sed econuersò: nō enim uident animalia, ut uisum habeant: sed ideo uisum habent, ut uideant: similiter aliqui habent scientiam ædificandi, ut ædificent; & similiter H aliqui habent scientiam theoricam speculandi, ut speculentur; non autem speculantur, ut habeant scientiam theoricam; nisi fortè meditantes, idest acquirentes sciam per medōnem: hi.n. frequēter ex speculari scientiam acquirunt: hi tamen in acquirendo, non speculantur completè; sed sic speculantur, ut non egeant ampliùs per speculari acquirere eam. Deinde cum dicit.

Actus non est propter potentiam; sed benè ecō uersò.

Ampliùs autem materia potentia est, donec ueniat ad speciem: quando uerò actu est, tunc est in specie. Similiter autem & in aliis, & quorum motus est finis. TEX. 16.

Ponit tertiam rationem. Et diuiditur in quatuor partes: quia primò ponit rationem suam: secundò *Tertia rō.*

cundò probat eam per signum: tertiò ponit quādam distinctionem de actu, ad manifestandū qđ dixit, quartò concludit, quod dictum est in positionibus praecedētibus. Secunda ibi [Propter qđ sicut docētes] Tertia ibi [Quoniam uerò est horum quidem] Quarta ibi [Quare manifestū, ꝙ substantia] Dicit ergo primò, ꝙ materia qñ in potētia est, in specie & perfectione non est; quando uerò est in actu per formam, tunc est in specie & in perfectione; & similiter in omnibus aliis, quae per motum uadunt ad actum, eorum perfectio & finis est in forma, & in actu. Notandum est, ꝙ ratio Philosophi in breui est ista; apud actum consistit perfectio, species, & substantia rei; & non apud potentiam: ergo actus est prior potentia substantia, perfectione, & specie. Deinde d.

Perfectio & finis est in forma & actu.

Propter quod sicut docentes operantem ostendentes, putant finem reddidisse: & natura similiter. Nam si non sit ita, Passonus Mercurius erit. Non manifestius.n. & scientia si interius, aut exterius, quemadmodum ille. Opus enim finis: actus autem opus. Propter quod & nomen dicitur actus secundum opus, & tendit uersus entelechiam.

Probat, quod dixit, per signum: & est signum tale; unūquodq; perfectum est, quod operari pōt; sed opus est actus, ergo perfectio consistit apud actum. Et hoc est, quod dicit; signum quod perfectio est in actu, est, ꝙ docentes, qui possunt ostendere discipulum esse perfectum in operari, putāt finem reddidisse doctrinae: nam doctus hoc intendit, ut faciat discipulū, qualis ipse est: ut sicut ipse docere potest & operari, ita & discipulus: Similiter hoc intendit natura: nam unumquodq; tunc perfectum est natura quando potest facere aliud tale, quale ipsum est: & sic perfectio consistit in actu & opere; & nō in potētia. Si enim perfectio non consisteret in actu, sed in potentia, non appareret differentia, inter Passonum, qui fuit quidam ignorans, & Mercuriū, qui fuit quidā sciens: si.n. perfectio manifestaretur per potentiam, non erit manifestāta scientia Mercurii, utrū sit sciens, uel non sciens: & utrū scientia eius sit interius, uel extra: opus enim manifestat habitū, & est finis eius: opus aūt actus est; unde & nomen actus ab opere accipitur: & propter hoc tēdit uersus entelechiā, hoc est uersus actū. Notadū est ꝙ habitus dicit rē suā per modū potentiae: unde sciens ut sciens, rem suam dicit per modū potētiae, respectu speculari; opus aūt rem suā dicit per modum actus: & ideo sicut potentia est propter actum; ita habitus est propter opus. & sicut potentia perfecta est, quando in actu est; ita actus perfectus est, quando attingit opus: & actum. Et ideo benè dixit Pilosophus, ꝙ nullus perfectè docens est, qui non potest perfectè attingere actum docendi; & tunc discipulus perfectè doctus est, quando potest attingere actum, & opus scientiae, & qui attingit magis. Notandum est, quòd animam esse ignorantem, est ipsam esse in potentia ad scientiam; ipsam autem esse scientem, est ipsam

Arguit à signo.

Opus manifestat habitum, & est opus finis.

Habitus dicit esse suum per modum potentiae: & opus modo actus.

Animam esse ignorantem quid.

A esse in actu scientiae, ad minùs per modum habitus: si ergo perfectio ita esset in potentia, sicut in actu: ita esset perfectus ignorans, sicut sciens: & ita ille Passonus fuisset perfectus, sicut Mercurius: cum ergo hoc sit falsum: ergo perfectio in actu est, & non in potentia. Et hoc est, quod dixit Philosophus, quòd nisi perfectio sit in actu, non apparebit differentia inter scientem, & ignorantem.

Quoniam uerò est horum quidem ultimum usus, ut uisus uisio, & praeter hanc nullum fit alterum à uisu opus; à quibusdam uerò fit aliquid, ut ab aedificatoria, domus praeter aedificationem: tamen non minùs quidē hic finis, hic aūt magis finis potētiae est: nā aedificatio in aedificato, & simul fit, & est cū domo.

B Ponit quandam diuisionem actus. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd duplex est actus: unus, qui manet in agente, alius qui pertransit ad passum. Et inter istos duos actus duplex differentia est, quia primus actus est perfectio agentis: secundus āt actus est perfectio acti & moti: secunda drīa, quia primus actus non terminatur ad aliquod operatum; & ideo simpliciter est finis; secūdus autem actus terminatur ad aliquod operatum, & ideo non est simpliciter finis, sed finis sub fine. His uisis, patet litera. Et diuiditur ī duas partes, scđm duas drīas, quas ponit, ibi [Quorumcunq; igitur aliquid] Dicit.n. Philoso. ꝙ in aliquibus actus & usus est ultimus finis, sicut ultimus finis potentiae uisiuae est uisio: & hoc quia potentia
C uisiua non terminatur ad aliquod operatum, factum per actum uisionis: in quibusdam aūt actus terminatur ad operatum; ita quòd est ibi aliquid, aliud praeter usum, sicut ab arte aedificatoria est aedificatio, & per aedificationem est domus, quae est ipsum operatum. Licèt autem ita sit, ꝙ differant isti actus, tamen utrunque est finis potentiae: nam aedificatio est in aedificato; & similiter est, & fit cum domo: & ideo aedificatio & domus est finis potentiae. Notandū est, ꝙ haec distinctio adducitur ad confirmandum praecedentia: dictū est in praecedentibus, ꝙ actus est finis potentiae: posset ergo aliquis credere, ꝙ hoc habet solùm ueritatem in actu, qui non terminatur ad operatum: dicit autem Philoso. hoc habere ueritatem in utraque, quia potentia aedificatiua terminatur ad
D aedificationem, & per aedificationem ad domū.

Actus duplex.

Quorumcunque igitur aliquid alterum est, quod fit praeter usum, horum actus in facto est: ut aedificatio in aedificato, & contextio in contexto. Similiter autem & in aliis: & totaliter motus in eo, quod mouetur. Quorum uerò non est aliquod aliud opus praeter actionem, in ipsis existit actio: ut uisio in uidente, & speculatio in speculante, & uita in anima. Quare & felicitas: uita namq; qualis quadam est.

Ponit secundam differentiam inter istos duos actus: & est, quòd ille actus, qui terminatur ad aliquod operatum, ita quòd est ibi aliquid aliud praeter operationem, ille est subiectiuè in facto, & in operato: sicut aedificatio in aedificato, & cōtextio

in cõtexto;& breuiter motus in mobili: ille autẽ actus, qui non terminatur ad aliquod operatum; ita ꝙ nihil est ibi præter operationem, aliquid subiectiuè est in agente: sicut uisio in uidente, & speculatio in speculante, & uita idest actus uitalis in anima:& si uita est in anima, oportet ꝙ fœlicitas sit in eadem: quia fœlicitas est quædam uita. Notandum est, ꝙ duobus modis potest accipi uita: uno modo pro actu primo, quod dicimus esse: & hoc modo dicit Philosophus Secũdo de Anima. ꝙ uiuere uiuentibus est esse: & hoc modo certũ est, ꝙ uiuere est actus manẽs in agente: quia uiuere non exit essentiam, à qua oritur: Secundo modo accipitur uiuere, pro actu uitali; eo modo quo dicimus, ꝙ intelligere & sentire est uiuere:& isto modo accipit hic Philosophus, uolẽs ꝙ uiuere est actus in agente manens: quòd aũt sic acceperit; patet: quia statim subdit, quòd fœlicitas est quædam uita; patet autem per eundem in Decimo Ethicorum, quòd fœlicitas consistit in actu secũdo: est enim fœlicitas actus perfectus secundũ uirtutem: Eundem ergo actum, quem aspicit uirtus, aspicit fœlicitas: uirtus autem aspicit actum secũdum, ergo & fœlicitas: unus.n.& idẽ actus pôt uocari actus uitalis, & actus fœlix: fœlix aũt in quantum perfectus secundum uirtutem, siue secundũ politicam, & secundùm fœlicitatem politicam; de qua dicitur Primo Ethicorum: siue secundum uirtutem speculatiuam: & secundum fœlicitatem speculatiuam, de qua dicitur Decimo Ethicorũ.

Vita dupliciter. — *Tex.cõ.32.* — *Actio duplex.* — *Cap.10.* — *Actus duplex.*

Quæreret aliquis, Vtrum speculatio sit actio manens in agẽte, sicut supponit Philosophus? Videtur ꝙ non: quia speculari intelligere est, intelligere est quoddã pati, ergo speculatio passio est. Ad oppositũ est Philosophus. Respõdeo dicendũ est, ꝙ si nos poneremus intellectũ purè passiuũ, diceremus ꝙ intelligere est pati: ita ꝙ secundũ hoc intelligere esset passio, & non actio; si aũt sic esset, sic imaginaremur, ꝙ obiectum agit, & intellectus patitur: & actio obiecti est actio transiens: dictũ est aũt in litera, ꝙ actio transiens nõ est perfectio agentis, sed patiẽtis: & secundum hoc, actio esset perfectio intellectus, & non intelligibilis: & esset subiectiuè in intellectu, & nõ in intelligibili: Posset tñ hæc actio significari duobus modis; uno mõ ut est in agente: alio mõ ut est in passo: primo modo imponatur sibi nomen, & uocetur intellectificatio: secundo mõ ut significata per modũ passionis, uocetur intelligere; Et est hic similis imaginatio, sicut est in uisu; motio.n.passiua potentiæ uisiuæ uisio est; sed tñ hæc uisio, ut ẽ ab obiecto, quædã actio est, & uocatur, uel uocari pôt coloratio; ut aũt est in passo, uocatur uisio: & quia nõ est uisio, nisi ut perfectio passi, iõ uidere est pati. Secũdũ igitur istũ modũ dicẽdi patẽs est, ꝙ intellectio nõ est actio manẽs in agẽte, sed ẽ passio. Alio mõ pôt dici, ita quòd saluetur uerbũ Philosophi.s. ꝙ intellectio siue intelligere est actio, & est passio: passio quidem quia intellectus primò patitur ab obiecto: actio uerò quia secundò proten-

Quæstio. — *Actio transiens cuius ẽ perfectio.* — *Actio imanens dupliciter pôt significari.*

E dit se super obiectum, quæ quidem protensio super obiectũ est actio. Et secundũ hoc dicit Philosophus hic, ꝙ intellectio est actio manens in agẽte; quod ergo dictũ est Tertio de Ani. ꝙ est pati, intelligendum est ꝙ intellectus primò patitur antequam agat.

Tex.cõ.2.et com.19.

Quæreret aliquis. Vtrum hæc intellectio sit forma intellectus secundũ ꝙ agẽs, aut secundũ ꝙ patiens? Dicendum est, ꝙ debemus imaginari de ista intellectione (supposito ꝙ sit actio manens) ꝙ est in intellectu, & est ab intellectu; & magis dẽt dici esse subiectiuè in eo, ut est in, quàm ut est ab: Si.n.ita esset ab eo, ꝙ non esset in eo, non esset perfectio eius; & ideo intellectio magis perfectio est, ut est passio, quã ut est actio; & quia F est perfectio eius ut est in eo, & non ut est ab eo, & ut est ab eo, actio est: ut aũt ẽst in eo, passio est: ideo hęc intellectio magis dẽt uocari perfectio, ut passio, quã ut actio. Vnde licẽt sit actio manẽs in agente, tñ ꝙ manet, hoc hẽt magis in quantũ passio, quã inquantum actio. Et secundũ hoc, pôt explicari uerbũ Philosophi Tertio de Aia, ꝙ intelligere est pati; quia hæc intellectio magis est pfectio intelligẽtis, ut est in, quàm ut ẽ ab; & magis ut est passio, quàm ut est actio. Deinde d.

Quæstio. — *Vbi supra.*

Quare manifestum, quòd substantia, & species actus quidam est. Secundùm hanc itaq; rõnem, palàm quia prior substantia est actus potentia, & (ut diximus) tẽpore semper præ accipitur actus alius ante aliũ, usq; ad eũ, quòd est semper mouentis principiũ. TEX. 14.

G Ex rationibus præcedentibus concludit conclusionẽ intentã, dicens; ꝙ manifestum est ex præcedentib. ꝙ substantia & species rei est actus, & non potentia; potentia, n. magis dẽt dici specificabilis quàm species, magis substatialis quàm substantia; & etiã manifestũ est, ꝙ actus accipitur ante actum, donec deueniamus ad primũ actũ, & ad primum mouens. Notandũ est, ꝙ tota natura entis non pôt esse possibilis; si.n. tota natura entis esset natura possibilis, uel sequeretur ꝙ esset processus in infinitum in agentib. uel ꝙ res produceret seipsam: quorũ utrunq; ẽ impossibile: Si.n. natura cuiuslibet entis esset natura possibilis, quæro de illo ente, aut producitur à se ipso, & hoc ẽ impossibile; aut ab alio; quæro ergo de illo alio, aut hẽt H naturam possibilis, aut non; si non, ergo non tota natura entis est natura possibilis; si sic ergo productum est, quia possibile de se non habet esse; si productum est, uel a se, uel ab aliosã se, est impossibile: si ab alio, uel illud est possibile, uel necesse; & cũ non sit necesse, secundùm quòd suppositum est, ergo possibile; si possibile, productum est, & ita in infinitum: oportet ergo, quòd natura entis possibilis reducatur ad necesse esse; & hunc uocamus actum, & mouens primum. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quòd semper est actus ante actum, hoc est agens ante agens, usque ad agens primum; quia oẽ agens mouẽs motum reducitur ad agens mouens non motum; eo quòd omne agens mouẽs motum cõpositũ est ex actu

Illatio principalis. — *Vniuersum ẽs haud possibilis clauditur.* — *Natura entis possibilis habet reduci ad necesse esse.*

actu & potentia, & omne tale reducitur ad actũ purum.

At uerò magis propriè sempiterna priora substãtia sunt corruptibilibus. Est autem nihil potentia sempiternum.

Quarta rõ. Ponit quartam rationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit rationem suam: secundò ex dictis improbat positionem Platonis de Ideis. Secunda ibi [Si ergo aliquæ sunt naturæ.] Circa primam ponit talem rationem: sempiterna sunt ante corruptibilia substantia, & perfectione; sed sempiterna sunt in actu, & non in potentia; corruptibilia autem sunt in potentia; ergo actus ẽ ante potentiam. Circa istam rõnem sic procedit, quia primò ponit uim rõnis suæ: secundò probat quod dixit. s. ꝙ sempiterna non sunt in potentia, ibi [Ratio uerò hæc] Dicit ergo primò: adhuc magis propriè habet probari, ꝙ actus est ante potentiã, quia sempiterna sunt priora corruptibilibus; sempiterna autem sunt in actu, & non in potẽtia; corruptibilia uerò in potentia sunt.

Ratio uerò hæc, omnis potentia simul contradictionis est: quod quidem enim est non possibile existere, non utique existet in aliquo: possibile autem omne; contingit non actu esse: quod igitur possibile esse, contingit esse, & non esse. Idem igitur possibile esse, & non esse: possibile uerò non esse contingit non esse. Contingens autem non esse, corruptibile, aut simpliciter hoc ipsum, quod dicitur contingere non esse, aut secundùm locum, aut secundùm quantum, aut secundùm quale. Simpliciter autem quod secundùm substantiam.

Sempiterna non sunt in potentia. Probat, quod dixit. s. ꝙ sempiterna non sunt in potentia. Et diuiditur in duas partes, quia primò probat, quòd sempiterna non sunt in potentia: secundò probat, ꝙ motus sempiternorum nõ est in potentia, ibi [Neque utique motus si quis est.] Circa primum facit talem rationem: omnis potentia est ad esse, & non esse, & ad contradictoria: si ergo in sempiternis est potentia, possunt esse, & non esse: & si possunt non esse, possunt corrumpi; sed quod sempiterna sint corruptibilia, est impossibile; ergo &c. Circa istam rationem sic procedit, quia primò ponit rationem suam: secũdò ex illa concludit duas conclusiones. Secunda ibi [Nihil incorruptibilium] Dicit ergo primò, ita dictum est, quòd in sempiternis non est potentia, quia omnis potentia est ad contradictoria: ita ꝙ omne possibile aspicit esse, & non esse: quod patet, quia si tantùm aspiceret non esse; ita ꝙ non aspiceret esse, tunc esset impossibile; quod autem est impossibile, nunquam existit: si autem esse est impossibile, non esse est necessarium: ergo nõ fuit possibile, sicut ponebas: ponebas enim, quòd possibile ita aspicit non esse, quòd nullo modo aspicit esse; ergo possibile illud, quod aspicit non esse, aspicit esse: & econuersò illud, quod aspicit non esse, aspicit esse: ex quo contingit quòd non actu esse aspicit non esse. Concludatur ergo, ꝙ illud possibile, quod potest esse, potest & non esse:

Omnis potẽtia est contradictionis.

Omne possibile ã ad eẽ, & non esse.

A quod autem potest non esse, contingit non esse: contingens autem non esse, corruptibile est: si enim contingit non esse secundùm locum, corruptibile est secundùm locum; si secundùm quantitatem, secundùm quantitatem; si secundùm qualitatem, secundùm qualitatem: simpliciter autem illud est corruptibile, quòd contingit non esse secundùm substantiam. Notandum est, quòd ratio Aristote. fundatur super duo fundamenta; primum fundamentum est, ꝙ possibile aspicit esse, & non esse; quod quidẽ probat sic; primò quia tantùm non potest aspicere non esse, quia si possibile aspiceret tantùm non esse, tunc possibile esset impossibile; si ãt esse esset impossibile, tũc non esse esset necessarium; ꝙ autem idem sit possibile & necessarium, hoc non potest esse. B Secundò probat, ꝙ non potest tãtũ aspicere esse; & est, ibi [Possibile autem esse] Probat autem sic; possibile esse contingit non actu esse, si contingit non actu esse, ergo aspicit non esse. Posset autem aliter sic probari, si possibile tantùm aspicit esse, tunc non esse est impossibile; si autem non esse est impossibile, tunc esse est necessarium; tu autem ponebas ipsum possibile, ergo idem est necessariũ, & possibile, quod non potest stare. Secundum fundamentum est, quòd illud, quod contingit nõ esse, corruptibile est; sunt autem aliqua in aliquo, quæ non contingunt non esse secundùm substantiam, sicut elementa, & mixta aliqua, quæ contingunt non esse tantùm secundùm locum, sicut partes cœli; quæ aliquando sunt in uno loco, aliquando in alio; prima sunt corruptibilia simpliciter; secunda secundùm quid. Ex his duobus fundamẽtis potest concludi, quòd sempiterna non habent potentiam, quia simul & semel esset sempiternũ, & corruptibile. C

Simpliciter corruptibile quid.

Possibile logicum, et necessarium possunt stare simul: possibile autem Physicu & necessariũ minime.

Corruptibilia dupliciter, simpliciter, & secundũ quid: sempiterna omnia à primo corruptibilia sunt secundo modo.

Nihil ergo incorruptibilium simpliciter potentia est ens simpliciter: aliud ãt nihil prohibet, ut quale, aut ubi. Actu ergo omnia; nec eorum, quæ ex necessitate sunt: & quidem ipsa prima; namque si hæc non essent, nihil utique esset.

Concludit duas conclusiones: prima est, ꝙ nihil de numero incorruptibilium est in potentia simpliciter, quia (ut iam dictum est) quod est in potentia, est corruptibile: & sic si incorruptibile ẽ in potentia, incorruptibile esset corruptibile, nihil tamen prohibet incorruptibile esse in potentia secundum quid ut puta quantùm ad ubi, nel quantùm ad qualitatem; quantùm autem ad substantiam actu sunt. Secunda conclusio est, ꝙ nullum de numero necessariorum est in potentia; nã ipsa necessaria prima sunt, si enim hæc nõ essent, alia non essent. D

Conclusiones.

Quæreret quis. Vtrum omnis potentia sit ad contradictoria? Dicendum, ꝙ duplex est potẽtia, actiua, & passiua; actiua potentia respicit agere, passiua respicit esse. Si loquamur de actiua potentia, non oportet quòd sit ad contradictoria, sicut probatum est supra de potentia naturali; cuius ratio est, quia unumquodque sicut se habet ad esse,

Quæstio.

Potẽtia duplex.

ita se habet ad agere; sicut ergo forma naturalis dat unũ esse, ita dat unũ agere; unde sicut forma dat terminatum esse, ita terminatum agere. Si autem loquamur de potentia passiua, sic potentia passiua est ad contradictoria. Et hoc est quod dicit Commentator Secundo Physic. quòd potentia passiua est ad utrumlibet. Quod autem ita sit possumus uenari duplici uia. Vna uia est, ꝙ possibile diuiditur contra necesse, & impossibile; impossibile enim ita aspicit unum istorum, ꝙ non aspicit reliquum, ita enim aspicit non esse, quòd non aspicit esse; impossibile enim esse uocatur illud, quod nullo modo aspicit esse: si ergo possibile tantùm aspiceret nõ esse, possibile esset impossibile; si tantũ possibile aspiceret esse, possibile esset necesse: ut ergo diuidatur contra ista duo, oportet quòd aspiciat utrunque, idest esse, & non esse, & non alterum tantùm. Secunda uia ad hoc est: hæc potentia passiua est ad esse, quia esse potest ab alio recipere. s. ab agente, si autẽ ab alio recipit esse, de se est sub nõ esse, & sibi nõ repugnat habere; per accidens ergo aspicit esse, & nõ esse.

Co. 48. Vide naturalis tex. co. 38. et 4. cœl. cõ. 35.

E

Quæstio.

Quæreret aliquis. Vtrum sempiterna sint in potentia ad qualitatem, sicut dicit Philosophus? Videtur quòd non; quia quod est in potẽtia ad qualitatem, alteratur; alteratio autem est uia in generationem, ergo sempiterna possunt alterari, & generari: quod falsum est. Ad oppositum est Philosophus. Respondeo, dicendum est, quòd duplex est qualitas, realis, & intẽtionalis: secundum qualitatem realem non possunt alterari sempiterna, quales qualitates sunt calidum, & frigidũ, & hoc quia talis alteratio est uia in generationem; secundum autem qualitatem intẽtionalem (qualis qualitas est lumen) alterari possunt; sicut uidemus, ꝙ luna de non luminosa fit luminosa; nec talis alteratio est uia in generationem.

Qualitas duplex: et qua illarũ sempiterna alterari possũt.

Quæstio.

Quæreret aliquis: Vnde sequitur consequentia, quam facit Philosophus; sempiterna sunt prima, ergo non sunt in potentia? Dicendum est, ꝙ (ut patuit per præcedentia) potentia passiua semper præceditur ab actu; quia semper potentia passiua ab actu præcedente deducitur ad esse: ergo de ratione potentiæ passiuæ, & eius, quod est in potentia passiua, est; quòd præcedatur: omne autẽ tale habet rationem secundi, & non primi; ꝙ ergo sit in potentia, & quòd sit prima, implicat contradictionem: Imaginatur enim Philosophus, ꝙ ens prima diuisione diuiditur in ens necessarium, & ens possibile: & quod impossibile est, ꝙ ens possibile sit primum ens; sed ꝙ analogia & habitudo est inter ens possibile, & necessarium; quia ens possibile reducitur ad ens necessarium, & non econuersò: & ideo benè dixit in litera, ꝙ entia necessaria prima sunt. Deinde d.

Potẽtia passiua præceditur ab actu.

Ens prima sui diuisione quo diuiditur.

Neque utique motus si quis est sempiternus, nec si quid motum sempiternum, nõ est secundum potentiam motum, nisi unde quo. Huius autem materiam nihil prohibet existere.

Ostendit, ꝙ motus sempiternus non est in potentia: Et diuiditur in tres partes: quia primò hoc ostendit: Secundò ex hoc concludit quandã conclusionem: Tertiò ostendit, ꝙ entia transmutabilia imitantur entia sempiterna: Secunda ibi [Propter quod semper agit sol.] Tertia ibi [Imitãtur autem] Dicit ergo primò; ꝙ si aliquis motus sempiternus est, in potentia non est, ut aliqñ deficiat: nec ẽt motum motu sempiterno, est in potentia: nisi unde quo; quia contingit ipsum esse in alio & alio situ, ad minùs quò ad partes eius; huiusmodi aũt moti sempiterni nihil prohibet esse materiã. Notandum est, ꝙ partes moti sempiterni sunt in alio & alio situ secũdum rẽ, & secundũ rõnem: totũ aũt secundum rõnem solùm, sicut habet ostendi Sexto Physic. & ideo dicit Philosophus, ꝙ hoc est in potentia unde quo, hoc est quò ad sitũ, sed non quò ad formã. Notandum est, ꝙ motus benè prohibet, ꝙ mobile non est pura forma; quia pura forma purus actus est, purus autem actus nullo mõ moueri põt, nec ad sitũ, nec ad formam, non aũt prohibet ipse motus, quin mobilis sit materia: Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ motus sempiternus materiã non prohibet: Vtrũ aũt hæc sit uera materia, uel æquiuocè, dictum est superiùs. in Octauo. Deinde cum dicit.

Motus sempiternus nõ est in potentia.

Moti sempiterno nihil prohibet eẽ materiam.

Tex. cõ. 85. Vide ẽt 4. Physic. 43.

F

Purus actus moueri non põt.

Qõne de materia cœli.

Propter quod semper agit sol, & astra, & totum cælum. Non est autem timendũ, ne quando stent: qđ timent qui de natura. Neq; laborant hæc agentia: nõ enim inest potentia contradictionis ipsis, ut corruptibilibus motus: ut laboriosa sit continuatio motus. Nã substantia materia, et potẽtia nõ actu cã huius.

G

Concludit ex hoc quandã conclusionẽ, dicens; ꝙ quia motus sempiternus est: ideo agũt semper sol, & astra, & totũ cœlum: Nec est timendum, ꝙ aliquando stet sol, sicut timent quidã Naturales: Neq; laborant talia agentia; quia in eis nõ est potentia ad contradictoria; sicut ad moueri, & non moueri; quẽadmodũ est in corruptibilibus: Nec laboriosa est continuatio motus istorum: causa. n. laboris in motu est subiecta materia, quæ est in potentia ad contrariũ. Notandũ est, ꝙ cœlestia agũt in inferioribus mediante motu: eo mõ quo dicitur Secundo de Generatione; ꝙ sol agit mediante motu in obliquo circulo: sicut ergo motus sempiternus est, ita & actio: sicut ergo ibi nõ est potentia ad moueri, ita non est ibi potentia ad agere: & ideo benè concludebat Philosophus ex sempiternitate motus sempiternitatẽ actionis. Notãdum est, ꝙ causa laboris in inferioribus est sua innaturalitas, quæ est ad aliquod contrariũ: quia materia põt esse sub alia dispositione, quàm sub illa, sub qua est; sicut uidemus, ꝙ aĩalia cũ labore mouentur & fatigãtur: cuius rõ est, qa motus naturalis corporis, q est deorsum, aliquo mõ contrariatur motui progressiuo: & iõ aĩa mouet corpus cũ labore, & pœna propter motũ corporis ad contrariũ; quia ergo in cœlo nulla est potẽtia ad aliquod tale, ideo non est ibi labor, neq; pœna: quia ibi est semper naturalitas, & nulla est potentia ad innaturalitatem. Deinde cum dicit.

In agẽtibus superiorib. nulla est defatigatio aut labor.

Quo cœlestia agunt in hæc inferiora. 2. de Genera. & Corru. tex. com. 57.

H

Vnde nos in mouendo defatigamur.

Imitantur

Imitantur autem in corruptibilia, & quae in trāsmutatione sunt entia, ut terra et ignis. Etenim haec semper agunt. Nam secundùm se, & in seipsis habent motum. Potentiae uerò aliae, de quibus diffinitū est, omnes contradictionis sunt. Nam possibile, sic mouere potest, & non sic. quaecunque secundùm rationem. Irrationabiles uerò per aliud esse, & non, cō tradictionis erunt eaedem.

Conuenientia inter corpora corruptibilia & incorruptibilia. Ostendit, quomodo ista corpora inferiora imitantur cęlum, dicens: ita dictum est supra, quod coelestia semper agunt, quae sunt incorruptibilia, & secundum totum & secundum partes: elementa autem ut terra, & ignis, quae sunt incorruptibilia secundum totum, licèt non secundum partes, imitātur haec corpora: licèt enim sint intransmutabilia, tamen semper agunt, & patiuntur: in eis.n. est principium motus secundum se, quia naturaliter mouentur; haec ergo potentiae semper agunt. *Potentiae multiplices.* Aliae autem potentiae sunt ad contradictoria, differenter tamen, quia quaedam sunt potentiae ad cō tradictoria, quae sunt ad mouere, & non mouere: & istae sunt potentiae rōnales: potentiae aūt irrōnales ad contradictoria sunt, quia sūt ad esse, & nō esse. *Generatio & corruptio est continua in elementis, & quomodo.* Notandum est, quòd generatio & corruptio semper continuè est in elementis, quia causantur ex accessu & recessu solis in obliquo circulo: sicut ergo ille motus accessus & recessus sempiternus est, ita generatio & corruptio: & ideo benè dixit Philosophus, ꝙ huiusmodi imitantur illa: ideo sicut in actione coelorum quaedam sempiternitas est, ita similiter in actione elementorum. Notandum est etiam, ꝙ potentiae ad contradictoria sunt in duplici differentia: quaedam enim sunt actiuae, quaedam passiuae: actiuae sunt ad agere, & nō agere; & istae uocantur potentiae rationales, quia potentiae naturales actiuae determinatae sunt ad unū: potentiae autem passiuę sunt ad esse, & non esse; ut declaratum est paulò superiùs. Et hoc uoluit dicere Philosophus in litera, uolens ostendere, ꝙ aliter est ad contradictoria potentia actiua, & aliter potentia passiua. Deinde cum dicit.

Si ergo aliquae sunt naturę, tales autem substantiae quales dicunt, qui in rationibus ideas, multò magis sciens utique erit aliquid, quā per se scientia, & motum quàm motus. Hic enim actus magis, illa autē potentię horum. Quod quidem igitur est priùs actus potentia, & omni principio mutabili, palàm.

Ex dictis improbat positionē Platonis de ideis. *Irrahitur contra Platonis eos de ideis.* Dictum est enim ꝙ perfectio rei consistit in actu & non in potentia, ex hoc ergo concludit, ꝙ maior perfectio consistit in participante ideam, quā in ipsa idea, dicens: ꝙ si sunt aliquae naturae, tales aut substātiae, quales ponunt, illi qui dicunt ideas esse; magis erit aliquis utique sciens quàm per se scientia, & motum quàm motus, quia in scientia & in motu est potentia; in moto autem & in scito est actus; concludit ergo, ꝙ actus est prior potentia in omni principio mutabili.

Quaestio. Quaeret et aliquis, unde sequitur consequentia Philosophi scilicet ꝙ magis erit sciens aliquid quàm scientia, & motum quàm motus? Dicendū est, quòd secundùm imaginationem Philosophi, *Vnde quis dicitur sciens.* aliquis dicitur sciens ex hoc, quòd participat sciētiā, scientia autem dicit quid in potentia ad hanc aptitudinem, sciens autem dicit quid in actu; Similiter aliquid dicitur motum ex hoc, quòd participat naturam motus, ita ꝙ motus dicit quid in potentia, motum autem quid in actu ex participatione motus per se; ergo scientia dicit ipsam formam participatam per se; motus similiter dicit ipsam formam motus; & quia unumquodque tunc magis est, quando est in actu, quàm quando est in potentia, ut declaratum est per praecedentia, ideo actus sciendi magis est in sciente, quàm in scientia, & magis in moto, quàm in motu: & sic sequitur, quòd participans ideam est perfectius idea; sicut actus potentia. Deinde cum dicit.

Quod autem & melior & nobilior, & honorabilior studiosa potentia actus, ex his est palàm. Quaecunq;.n. secundùm posse dicuntur, idem est potens cō traria: ut quod dicitur posse conualescere, idem est et languens: & simul eadem enim potentia conualescendi & laborandi, & quiescendi, & mouendi, & aedificandi & destruendi, & aedificandi & corruēdi. Posse quidem igitur contraria, simul existit: contraria uerò impossibile simul existere, ut sanum esse, & laborare. Quare necesse horum alterum esse bonum. Posse uerò similiter utrunque, aut neutrum. Actus uerò melior est. TEX. 19.

Comparat actum ad potentiam secundum bonitatem & malitiam: Et duo facit, quia primo ponit istam comparationem; secundò concludit unā conclusionem, quòd malum non est praeter res; *Cōparatio potentia, & actus penes bonū et malum.* Secunda ibi [Palàm ergo] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd actus nobilior est potentia in bonis. Secundò ostendit, quòd econuerso est in malis ibi [Necesse autem & in malis] Dicit ergo primò, quòd manifestum est ex his, quòd actus est nobilior & honorabilior studiosa potētia, hoc est potentia, quae est ad bonum: cuius ratio ē, quia dictum est in praecedentibus, quod potentia aspicit contraria, ergo potentia una & eadem est respectu contrariorum, sicut eadem potentia est respectu conualescentiae & languoris, & respectu quetis, & etiam motus respectu edificii & destructionis: sit ergo contraria simul existunt in potentia, in actu uerò simul existere contraria, est impossibile, ergo in actu est bonum tantum: potentia uerò est ad utrumlibet scilicet ad bonum & ad malū, uel enim ad neutrū ē; uel ad utrūque est; ergo actus est melior potentia. *Cōtraria similiter existere in actu, est impossibile.* Notandum est ergo, quod Philosophi ratio stat in hoc: illud, qd magis subintrat rationem boni, melius est, sed qd minus subintrat; sed actus bonus melius subintrat, quàm bona potentia, ergo &c. maior patet: minorē probat Philosophus, scilicet quòd actus bonus meliùs subintrat, quia actus bonus respicit bonū tantùm, potentia autem bona respicit bonum & malum. Deinde cum dicit.

Necesse autem et in malis, finē & actum esse deteriorem

teriorē potentia. Quod. n. potens idē cōtraria ambo. E

Ostendit, quòd econuersò est in malis: actum & finem necesse est esse deteriorem potentia: cuius ratio est, quia potentia ad malum respicit bonum & malum, actus autem malus non aspicit nisi malum.

Palàm ergo, quia non est aliquid præter res. posterius, enim ipsi naturæ malum, quàm potentia. nō ergo nec in eis, quæ a principio & sempiternis, nihil est neque malum, neque peccatum, neque corruptū. Etenim corruptio malorum.

Illationes.

Concludit ex prædictis quasdam conclusiones. Prima est, quòd manifestum est, quòd malū non est præter res: cuius ratio est: quia malū posteriùs est potentia, quia non est sine potentia; sed potentia non est præter res, ergo nec malum. Secunda conclusio est, quòd manifestum est, ꝙ in sempiternis, & in his, quæ sunt à principio, hoc est in principiis, non est malum, nec corruptio; quia corruptio est de genere malorum.

Ex his habetur peccatū eē nihil secundùm Arist.

Notandum est, quòd malum est priuatio perfectionis, quam aliqua res est apta nata habere: & ideo ubicunque malum est, ibi aptitudo est: ubicunque est aptitudo, ibi est potentia; & ideo malum sine potentia non est, nec sine priuatione: quia (ut dictum est) malum est priuatio perfectionis: cum ergo in sempiternis non sit potētia sub priuatione, benè dixit Philosophus, quòd in sempiternis malum non est, quia ibi potentia non est.

Verum est philosophicè: qđ dico propter angulos, ī quibus malum est.

TEX. 20. *Inueniuntur autem & diagrammata actu. nam diuidentes inueniunt: si ergo essent diuisa, manifesta utique essent nunc autem insunt potentia.*

In parte ista comparat actum, & potentiam secundùm cognitionem; uolens ostendere, quòd cognitio consistit in actu, & non in potentia. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, ꝙ cognitio ueri consistit in actu: secundò comparat uerum & falsum ad inuicem. Secunda ibi [Quoniam autem ens dicitur, & non ens.] Prima in duas, quia primò ponit intentum suum: secundò manifestat per duo exempla. Secunda ibi [Propter quid duo recti.] Dicit ergo primò, ꝙ diagrammata inueniuntur, hoc est per inuentionem sciuntur; quando actu habentur apud intellectum: nam Geometræ diuidentes actu, inueniunt naturas rerum: si enim ea, quæ quæruntur, essent actu diuisa apud intellectum, uel etiā apud sensum, manifesta essent: nunc autem quia sunt in potentia, manifesta non sunt. Notandum est, quòd intellectus per uiam compositionis & diuisionis deuenit in naturam rei: si enim uelim scire, quid est triangulus, dicam sic: figurarum alia rectilinea, alia non: triangulus est figura rectilinea: & ideo primò diuisi, postea composui; dicē do, triangulus est figura rectilinea: iterum adhuc diuido, dicendo: figurarum rectilinearum alię habent tres angulos, alię quatuor, & sic de singulis: facta autem hac diuisione, postea componam, dicendo: quòd triangulus est figura recti linea, habens tres angulos: & sic per naturam compositionis, & diuisionis perueni ad naturam trianguli; & quidditatem eius. Et hoc est, quod uoluit dicere Philosophus, quòd intellectus actu diuidens principia rei, rem uidet; quam prius non cognoscebat: Quod ut meliùs uideatur, notandum est: quòd principia rei quasi latent in re; intellectus autem explicando ea, illa, quæ erant in quadam latentia, ponit in propatulo, & in quodā manifesto: postquam autem posita sunt in tali manifesto; habetur notitia de re: & quia quando sunt in latentia, sunt quasi in potentia; cū autem sunt in manifesto, sunt in actu in conspectu intellectus: ideo benè dixit Philosophus, quòd notitia de re est in actu, & non in potentia.

Comparatio potentiæ & actus per nes intellectum.

Principia res quasi latent in re.

F Notandū est, quòd notitia nostra incipit à sensu: & ideo Geometræ uolentes docere nos, ad sensum ostēdunt in figuris ea, quæ ostendenda sunt, actu diuidentes lineas & figuras: multa enim quę sunt indiuisa & inseparata, diuisim & separatim ostendunt; in qua diuisione & separatione patet, quod debet ostendi: ante autem non patebat. Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ ex diuisione actuali patet res, quæ non patebat: & ideo est cognitio in actu, & non in potentia. Deinde cum dicit.


Ex libello de Sensu, & sensili.

Propter quid duo recti trigonum? quia qui circa unum punctum anguli æquales duobus rectis. Si ergo educeretur qui iuxta costam, uidenti utique sta tim esset palàm.

G Manifestat, quod dixit per duo exempla. Et diuiditur in duas partes, secundùm duo exempla, [Propter quid in semicirculo rectus.] Dicit ergo primò: ita dictum est, quòd ex diuisione actuali manifestatur res: si enim aliquis quærat, propter quid trigonus habet tres angulos æquales duobus rectis? manifestum est, quòd hoc est, quia triā guli; qui sunt circa unum punctum, sunt æquales duobus rectis: hoc autem statim uidenti fieret manifestum, si linea, quæ est iuxta costam, educeretur & protraheretur: ita quòd illud, quod primò erat in potentia; fieret in actu per istam protractionem.

Exēplis cōfirmat.

H




Notandum est, quòd ad euidentiam exempli debemus imaginari quendam triangulū, qui uocetur. A. B. C: cuius basis. A. & C. protrahatur in continuum & directum: hæc autē basis sic protracta facit cum latere trianguli quendam angulum extrinsecum; qui quidē extrinsecus erit æqualis duobus angulis intrinsecis sibi oppositis: manifestum est autem, quòd angulus intrinsecus & extrinsecus consistentes circa eundē punctum, sunt æquales duobus rectis: quia (ut probatum est in primo Geometriæ) linea cadens super lineam, quali-

qualitercunque cadat, facit duos angulos rectos, uel æquales duobus rectis: Arguamus ergo sic: angulus exterior & interior circa eundem punctum ualet duos rectos; sed (ut iam dictum est) angulus exterior ualet duos intrinsecos sibi oppositos; ergo interior, qui erat circa eundem punctum cum exteriori, cum duobus interioribus oppositis illis, ualet duos rectos: & ita tres anguli triãguli sunt æquales duobus rectis: quod quidem est manifestum per angulum exteriorẽ: & quia angulus exterior fiebat ex hoc, quòd basis ducebatur in continuum & directum: ideo bene dixit Philosophus, quòd si basis educeretur, conclusio occulta fieret manifesta. Deinde cum dicit.

Propter quid in semicirculo rectus uniuersaliter? quia si æquales tres quæ bases duæ, & quæ ex medio super stans recta uidenti; palàm ei, qui illud sciuit.

Manifestat idem per aliud exemplum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit exemplum suum: secundò concludit conclusionem principalem ibi [Quare palàm.] Dicit ergo primò: quòd si quæratur propter quid angulus, qui est in semicirculo, est rectus? hoc statim fieret manifestum, si uiderẽ, quòd duæ lineæ, quæ sunt ad basim; & illa, quæ est ducta à medio, sunt æquales: statim .n. qui hoc scit, conclusionem uidet: quasi dicat Philosophus: cognitio consistit in actu, & non in potentia: quia ista conclusio, quòd angulus, qui est in semicirculo, est rectus, statim uidetur, quando scitur, quòd duæ lineæ ad basim, & tertia super stans sunt æquales: & quando actu protrahuntur tales lineæ, statim hoc uidetur; & ita ex actuali protractione res cognoscitur.



Ad euidentiam exempli imaginemur semicirculũ. A.B.C. cuius centrum dico, in quo protrahitur linea. A.B, & linea. A. C. in puncto. A. qui quidem angulus est angulus in semicirculo; de quo dico, quòd est rectus, sicut dicit Philosophus, quod patet sic: quia protrahatur linea A.D. tunc erunt facti duo trianguli partiales, scilicet. A, D, .B; & A D, C; & erunt facti duo anguli ad literam D; qui ualent duos rectos; & hoc quia omnis linea cadens super aliam lineam,

A facit duos angulos rectos, uel æquales duobus rectis. His sic dispositis, dicemus; quòd in triangulo partiali. A, D, B, angulum dextrum ualet angulum. A. & angulum. B. & in isto triangulo angulus. B. & angulus. A. sunt ęquales: & hoc quia quãdo latera alicuius trianguli sunt æqualia, oportet quòd anguli, qui sunt supra basim, sint æquales; latera autem huius trianguli æqualia sunt, quia ducuntur à centro ad circunferentiam; si autem angulus D. extrinsecum ualet B & A, & B & A. anguli sunt æquales, oportet quòd angulus. D, sit duplum ad angulum. A. partialem. Similiter in triangulo A, D, C, angulus. D extrinsecus ualet C. & A, sibi oppositos; cũ ergo. C. & . A, sint æquales, eadem ratione qua supra, oportet quòd angulus

B D, sit duplus ad angulum. A. partialem; ergo duo anguli, qui sunt in pũcto D, sunt duplũ ad angulũ totalẽ A, qui est in semicirculo; cũ ergo, illi anguli ualeant duos rectos, oportet quòd angulus A. sit medietas duorum rectorum, & per consequens est unus rectus; quia medietas duorum rectorum unus rectus est. Deinde cum d.

Quare palàm quia potentia entia ad actum reducta inueniuntur, causa uerò quia intelligentia est actus. Quare ex actu potentia, & propter hoc facientes cognoscũt. Posterius enim generatione quæ secundùm numerum actus.

Concludit conclusionem principalem, dicens; quòd manifestũ est, quòd potentia entia si sint reducta ad actum, inueniuntur, & sciuntur: cuius *Conclusio principalis.*

C causa est, quia intellectus actus est, & ideo oportet, quod si debeat aliquod cognoscere, quòd ex potentia ente fiat actu ens: unde qui faciunt de potentia ente, illi sunt, qui faciunt cognoscere, ut manifestum est in disceptationibus prædictis: dictum enim est in præcedentibus, quòd in eodem secũdùm numerum prius est potentia, quã actus: & ideo intellectus priùs est in potentia, postea fit actu. Notandum est, quòd intellectus noster creatur sicut tabula nuda: & ideo de se est in pura potentia: & ideo nihil intelligit, nisi reducatur ad actum. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd intelligentia est actus: quasi dicat, intellectus ante intelligere est in pura potentia, nec intelligit aliquid de re; nisi reducatur ad a- *Tertio de anima. 5.*

D ctum: ipsum autem reduci, est ipsum actu moueri ab obiecto, actu cognito, & distincto.

Quoniam autem ens dicitur, & non ens, hoc quidem secundùm figuras Categoriarum; illud uerò secundùm potentiam, aut actum horum; aut contraria. Hoc autem maximè propriè, aut uerum, aut falsum. TEX. 21.

In parte ista Philosophus comparat uerum, & falsum ad inuicem, dicens: quomodo inuenitur uerum & falsum in rebus. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quomõ inuenitur uerum & falsum in rebus compositis: secundò quomodo inuenitur in rebus simplicibus. Secunda ibi [Circa incomposita uerò] Prima pars in tres, quia primò ponit intentum suum: secundò ostendit, *Coparat uerum & falsum ad inuicem.*

dit,quomodo uerum & falsum inuenitur in rebus compositis:tertiò concludit,quomodo inuenitur uerum & falsum in diuisis. Secunda ibi [Hoc autem in rebus] Tertia ibi [Si igitur quidem hæc.] Dicit ergo primò,quòd dictum est in Quinto huius,quòd ens,& non ens multis modis dicitur:uno enim modo dicitur secundùm figuras prædicamentorum:secundo modo dicitur secundùm potentiam & actum:&hoc uel unius, uel alterius contrariorum: quia utrunque contrariorum aliquando est in actu,aliquando in potentia:licèt autem dicatur de actu,& potentia; tamē magis propriè dicitur de actu,quàm de potentia; tertio modo dicitur ens ipsum uerum, & nō ens ipsum falsum; ita tamen quòd ipsum ens, quod est uerum,est aliquando falsum. Notandum est, quòd Philosophus introducit istud capitulum,uolens dicere,quòd ens triplici modo diuiditur; uno modo secundùm decem prædicamenta:& de isto dictum est in Septimo; secundo modo secundùm potentiam & actum, & de hoc dictum est in hoc Nono. Tertio modo dicitur ens idem ꝙ uerum,& non ens idem quòd falsum: & de isto parum uel modicùm dictum est in Sexto:& ideò ut habeatur completus tractatus de ente, quod est uerum; dicendum est hic. Deinde cum dicit.

Tex. cō. 13. & mdo.

Ens tripliciter.

Hoc autem in rebus est componi, aut diuidi. Vnde uerus est, diuisum putans diuidi, & compositum componi: mentitur autem, econtrariò se habens res. Quandocunque est, aut non est, quod uerum dicitur, aut falsum, hoc perscrutandum, quid dicimus. Non enim propter nos existimare te uerè album esse, tu albus es: sed propter te esse album, esse nos hoc dicentes, uerum dicimus.

Ostēdit, quomodo est uerum & falsum in rebus compositis, dicens: quòd uerum & falsum est in rebus, ex hoc quòd intellectus componit, & diuidit: intellectus enim tunc uerus est, cum diuisum putat diuidi, & compositum puta componi: econtrario autem se habens, falsum dicit, & mētitur: quandocunque enim res aliter se habet, uel non est, quàm intellectus putat; tunc falsitas est in intelligentia. Et ideo uidendum est, quare aliquid dicitur uerum, & aliquid falsum: uerum enim & & falsum in intellectu, & etiā in oratione ad rem reducitur; non enim res ab intellectu, sed econuersò intellectus à re ueritatē accipit: non enim dicens, quia puto te uerè esse album, ideo tu es albus; sed econuersò si tu es albus; uerum dicimus, dicentes te esse album. Notandum ꝙ uerū & falsum habent esse in re causaliter, & in intellectu formaliter: ita quòd unum & idem, quod formaliter est in intellectu, causaliter est in re: & ideo dicit Philosophus, quòd intellectus est uerus propter rem, non res propter intellectum. Deinde cum dicit.

Verum & falsum quo est in rebus.

Verum, & falsum ubi propriè.

Si igitur quidem hæc semper componuntur, & impossibilia diuidi: hæc uerò semper diuisa sunt, & impossibilia componi: hæc autem contingunt esse cō-

E *traria, esse quidem componi & unum esse; & non esse, non componi sed plura esse. Circa contingentia quidem igitur eadem fit falsa & uera opinio: & oratio eadem contingit quandoque ueram esse, & contingit quandoque esse falsam.*

Circa impossibilia uerò aliter se habere, non fit aliquando uerum, aliquando falsum: sed semper hæc uera, & hæc falsa. TEX. 22.

Ostendit, quomodo uerum & falsum diuersimodè inuenitur in diuersis, dicens: quòd aliqua sunt, quæ semper componuntur, & non possunt diuidi: eo modo quo dicimus, quòd homo ita cōponitur cum animali, quòd non potest diuidi: aliqua autem sunt, quæ tantùm diuiduntur, & non possunt componi, nec esse unum, sed necessariò F sunt plura: sicut homo naturaliter diuiditur ab asino; nec potest esse unum cum eo: aliqua uerò sunt, quæ aliquando componuntur, & aliquando diuiduntur: sicut homo aliquando sedet, aliquando non sedet: & hæc uocantur contingentia. Circa contingentia, eadem oratio, & eadem opinio aliquando est uera, aliquando est falsa: circa autem impossibilia aliter se habere, non erit aliquando uerum, aliquando falsum; sed uera semper erunt uera, falsa semper erunt falsa. Notandum est, quòd hæc pars sequitur ex præcedenti: ex quo enim uerum & falsum causatur ex rebus, sicut se habent res, ita se habent uerum & falsum in rebus: ergo quæ aliquando componuntur, aliquando diuiduntur, G uel semper erūt uerū, uel semper erūt falsum: semper enim uerum est putare esse hominem rationabilem, & suum contrarium semper falsum: & semper uerum est hominem putare non esse asinum, & suum contrarium semper falsum.

Quo uerum & falsum i pluribus diuersimodè reperiuntur.

Circa incomposita uerò quid esse, & non esse, & uerum & falsum. Non enim est compositum ut sit quidem quandocunque compositum & non sit quādocunque diuisum fuerit; sicut album lignum, aut incommensurabile diametrum: nec uerum & falsum similiter ad huc existeret, & in aliis. Aut sicut nec uerum in his idem, sic nec necesse.

Ostendit, quomodo est uerum in simplicibus. Et diuiditur in duas partes; quia primò hoc ostendit: secundò concludit quandam conclusionem H ex præcedentibus. Secunda ibi [Palàm etiam &c] Prima in duas partes, quia primò dicit, quòd non est eodem modo uerum in simplicibus, sicut in compositis: secundò ostendit, quomodo est uerū in simplicibus ibi [Sed hoc est uerū quidē, aut falsum] Circa primum ponit talem rationem: unūquodque sicut se habet ad esse, sic se habet ad uerū esse. Et hoc est, quod dicit: quòd uidēdum est, quomodo sit, & non sit uerū & falsum circa hæc incomposita & simplicia; non enim circa simplicia est uerū & falsum ex compositione & diuisione: non enim possumus dicere, quòd tale simplex aliquando sit, quando compositum est: & aliquando non sit, quando est diuisum; quia esse, & non esse talium non est in compositione & diuisione; sicut

Verum & falsum quo reperiuntur in simplicibus.

Secūdo huius tex. cō. 4

sicut esse albi ligni est in compositione subiecti & accidentis; & enim esse diametri & commensurationis est in diuisione eorundem; quia dicimus diametrum incommensurabilem; & quia est se, & non esse non est tali modo in talibus; ideo nec uerũ & falsum. Deinde cum dicit.

Sed hoc est uerum quidem, aut falsum: attingere quidem, & repræsentare uerũ. Non enim idem affirmatio & repræsentatio: ignorare autem, non attingere.

Ostendit, quomo. in eisdem. Ostendit, quomodo est uerũ & falsum in talibus. Et diuiditur in duas partes; quia primò hoc ostendit; secundò ex hoc ostendit, quòd circa talia nõ est deceptio, ibi[Decipi enim circa] Dicit ergo, quòd uerũ in talibus simplicibus est attingere ipsam naturam simplicem, & repræsentare eam; ut sicut in compositis uerũ consistit in affirmatione; ita in simplicibus uerũ consistit in attingentia & repræsentatione; affirmatio autem non est idem, quòd repræsentatio; & sicut in talibus uerũ est in attingere, ita ignorare est in non attingere.

Veritas intellectus duplex. Notandum est, quòd ueritas intellectus duplex est; una enim ueritas intellectus, scire simpliciter quidditatem; alia ueritas est, scire quidditatẽ de re, cuius est quidditas. Aliter enim dicitur intellectus uerus ex eo quòd capit, quid est humanitas; aliter ex eo quòd affirmat humanitatem de eo, cuius est humanitas; puta de Sorte, & Platone; sicut etiam aliter dicitur intellectus uerus ex eo quòd capit, quid est albedo; & aliter ex eo quòd affirmat albedinem de eo, cuius est albedo; dicendo hominem esse album. Primo enim modo dicitur uerus ex eo quòd attingit naturã & quidditatem puram in se & simplicem; secũdo autem modo ex eo quòd illam quidditatem, quam attingebat, referebat ad aliud, cuius est; & quia illud attingere est ex hoc, quòd res repræsentatur intellectui; ideo dixit Philosophus, quòd ueritas primo modo est in repræsentatione. Vbi notandum est,

Repræsentatio, et affirmatio differunt. quòd sicut est aliud diffinitio, & propositio; ita aliud est repræsentatio, & affirmatio; repræsentatio. n. fit per diffinitionem, propositio autem per affirmationem; & sicut aliud est diffinire, & aliud affirmare; sic aliter est ueritas apud intellectum diffinientem, & aliter apud intellectum affirmantẽ; quia primo modo ueritas est ex hoc quòd intellectus capit quidditatem simplicem, repræsentatã per diffinitionem; secundo autem modo ex hoc est ibi ueritas, quòd eandem quidditatem reflexit ad illud, cuius est. Deinde cum d.

Decipi enim circa quod quid est, non est, sed aut secundùm accidens. Similiter autem & circa compositas substantias; non enim est decipi.

Circa simplices quidditates nõ ẽ deceptio. Ostendit, quomodo non est deceptio circa simplicia. Et tria facit: quia primò hoc ponit: secundò hoc probat: tertiò concludit, quomodo uerũ & falsum diuersimodè est in compositis, & in simplicibus. Secunda ibi[Esse uerò ut uerum] Tertia ibi[Esse autem ut uerum] Dicit ergo primò, quòd circa quidditates simplices non est deceptio; nisi

A fortè secundùm accidens; similiter circa quidditates compositorũ non est deceptio nisi fortè secundùm accidens. Notandum est, quòd ex hoc consurgit deceptio, quia aliter opinamur de re, quàm sit; qui. n. opinatur de Sorte sedere, qui stat; decipitur; quia aliter opinatur, quàm sit in re: cum autem quidditates simplices uniformiter semper se habeãt, nec hẽant cõpositionẽ infra seipsas; uel omnino nõ appræhendũtur; & sic homo nec decipitur, nec non decipitur: uel omnino apprehenduntur, & sic non est ibi deceptio: composita. n. possunt benè appræhendi secundùm unam partẽ, & malè secundum aliam: & ita poterit ibi esse deceptio: possum enim benè appræhendere naturã hominis, & tamen male appræhendere, quando

Deceptio circa quæ sit.

B appræhendo eum stantem, uel sedentem; & ita in talibus potest esse deceptio; in simplicibus autẽ quia uel totaliter appræhenduntur; uel nullo modo appræhenduntur; non potest esse deceptio. Ad cuius euidentiam notandum est; quòd deceptio non sequitur quemlibet actum intelligẽtiæ; sed solùm actum compositiuum & diuisiuum; & quia circa simplicia non est actus compositiuus & diuisiuus; sed solũ actus simplicis notitiæ; ideo circa talia non est deceptio. Decipi autem nihil aliud est, nisi affirmare, qđ nõ est affirmandũ; uel negare, quod non est negandum; & ideo deceptio non est, nisi ubi est actus affirmatiuus, uel negatiuus: dictum est autem iam, quòd circa simplicia est actus repræsentatiuus; & non actus affirmatiuus, uel negatiuus, uel diuisiuus. Quod, ut adhuc

Deceptio quem actũ cõsequitur.

Decipi quid.

C meliùs uideatur, notandum est: quòd decipi sequitur ignorantiam, & non quamlibet, sed ignorantiam dispositionis; est autem ignorantia dispositionis, quando res partim scitur, & partim nescitur; ignorantia autem negationis est, quando res totaliter nõ scitur; decipi ergo nõ potest sequi ignorantiam negationis; quia qui totaliter ignorat rẽ, nec decipitur, nec non decipitur; sed sequitur ignorantiam dispositionis; quia ille decipitur, qui aliquid opinatur circa rem, quod non est in re. Si autem ita est, impossibile est, quòd decipi sit circa simplicia; quia simplicia uel totaliter attinguntur, uel totaliter ignorantur, ignorantia non dispositionis, sed negationis. Notandum est, quòd

Ignorantia duplex: & quam earũ sequatur deceptio.

Simplex uel totaliter scitur uel totaliter ignoratur.

D per accidens circa quidditates potest esse deceptio; licèt enim circa quidditates sit actus simplicis notitiæ; quando ipsæ quidditates intelligũtur; tamen inquantùm quidditas reflectitur ad aliud, cuius est quidditas; circa quidditatem est actus affirmatiuus; & ita circa quidditatem ut quidditas est, semper ueritas est; sed tamen inquantùm quidditas reflectitur ad aliud, & inquantum reducitur ad actum affirmatiuum, potest ibi esse falsitas per accidens, quia illud contingit alicui per accidens, quòd non contingit sibi ratione sui, sed ratione alterius: Licèt enim circa quidditatem hominis non sit falsitas; tamen inquantum humanitas reflectitur ad aliquid aliud, potest ibi esse ueritas, & falsitas; si enim reflectatur ad illud, cuius

Circa quidditates quo potest eẽ deceptio.

cuius non est, est ibi falsitas. Et hoc est, quòd dicit Philosophus in litera; quòd In quidditate simplicium, & etiam compositorum potest esse falsitas per accidens, inquantùm per actum affirmatiuum reducuntur ad aliquid, cuius non sunt. Deinde cum dicit. E

Et omnes sunt actu, & non potentia: generarentur enim utique, & corrumperentur. nunc autem ipsum ens nō generatur, nec corrumpitur: ex aliquo. n. utique generaretur. Quæcumque igitur sunt quod uerè est quid et actu; circa hoc nō est decipi: sed aut intelligere, aut non. Sed quod quid est, quæritur de ipsis: si talia sunt, aut non.

In simplicibus non cōtingit decipi.

Probat, quod dixit, scilicet quòd circa simplicia non est deceptio, dicens; quòd omnia ista simplicia sunt actu, & non potentia; si enim essent in F potentia, possent generari & corrumpi; ipsum autem ens nec generatur, nec corrumpitur; si enim generaretur, ex aliquo generaretur, & sic esset cōpositum; dictum est autem, quòd simplex est; in talibus ergo simplicibus, quæ uerè sunt, & in actu; non contingit decipi: sed aut attinguntur per intellectum, aut nullo modo sciuntur. Licèt autem non sit in eis deceptio per se tamen est in eis per accidens: quando, scilicet quæritur de ipsis, si talia sunt, aut non sunt: puta si quæreretur, si substantia simplex est corporea, uel incorporea: si enim dicerem, quòd esset corporea, esset ibi deceptio: quia sibi attribuo, quod sibi non competit.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum sit bona consequentia, quam facit Philosophus, non sunt in potētia, G ergo non potest circa ea esse deceptio? Dicendū est, quòd sic: quòd duplici uia possumus uenari: Ad euidentiam primæ uiæ notādum est, quòd decipi circa rem, potest esse duobus modis: aliquando enim hoc oritur ex parte nostra, aliquando ex parte rei; deceptio ergo, quæ est circa contingentia, potest oriri ex parte rei: & hoc quia contingēs est in potentia, & mutabile: quòd enim sit possibilis deceptio circa Sortem stantem uel sedentem, hoc potest esse, quia Sortes potest stare, uel sedere: & ita talis deceptio oritur ex potentialitate rei. Aliquando autem circa talia oritur deceptio ex parte nostra: circa autem res necessarias & sempiternas non potest oriri deceptio ex parte rei, sed solùm ex parte nostra; quòd ego falsò H opiner, hominem esse asinum, hoc non potest oriri ex parte rei, quòd scilicet homo sit aliquando asinus, aliquando non; sed hoc oritur ex parte nostra: & sic in sempiternis semper est deceptio ex parte nostra: in contingentibus autem ex parte rei: & hoc propter potentiam & mutabilitatem; quia aliquando sunt sub una dispositione; & aliquando sub alia. Et hoc uoluit dicere Philosophus in litera; ꝙ in sempiternis quia non est potentia, non est ibi possibilis deceptio, sed ex parte rei. Secunda uia est ex per se, & per accidens: ex hoc enim quòd non sunt in potentia, sunt purus actus; & ex hoc quòd sunt purus actus, uel totaliter nesciūtur, uel sciuntur: ex hoc

Decipi circa rem, contingit dupliciter.

purus actus uel totaliter scitur, uel totaliter ignoratur.

E autem, quòd totaliter nesciuntur, non est ibi deceptio, quia deceptio (ut dictum est) nō sequitur talem ignorantiam; unde quia in potentia non sunt, simplicia sunt, & quia simplicia sunt, non est ibi deceptio, nisi per accidens; inquantùm talia simplicia apprehenduntur ut composita, uel per actum compositiuum uel diuisiuum: & quia circa actum compositiuum vel diuisiuum potest esse deceptio, ideo circa talia aliquando est deceptio p accidens.

Circa actus compōne & diuisionē potest esse deceptio.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vnde sequitur consequentia Philosophi; simplex est ipsum ens, ergo nō generatur, nec corrumpitur, nec est in potentia? Dicendum est, quòd Philosophus imaginatur, ꝙ formalitas est ipsa entitas; in compositis ergo ex F materia, & forma; materia dicitur magis habere entitatem, quàm dicatur ipsa entitas. Vnde composita ex materia & forma, & ex potentia & actu quasi sunt composita ex esse, & non esse: quātùm enim appropinquant ad materiam, tantùm appropinquant ad non esse; forma autem pura non est nisi ipsa entitas. Benè ergo dictum est, quòd illud, quod est tantùm ens non potest generari; si enim generaretur, materiam haberet; quantùm autem haberet de materia, tantùm appropinquaret ad non esse; & sic esset compositum ex esse, & non esse: & sic non esset purum ens. Similiter ex hoc sequitur, quòd illud, quod est ipsum ens, non est in potentia: quantùm enim haberet de potentia, tantùm haberet de non esse; & sic non esset G purum ens, sed quasi compositum ex esse, & non esse. Deinde cum dicit.

Esse uerò ut uerum, & non esse ut falsum; unum quidem est, si componitur, uerum; hoc autem, si non componitur, falsum. Vnum autem si uerè ens, sic est: si uerò nōn ita, non est. Verum autem intelligere ipsa: falsum uerò non est, nec deceptio, sed ignorantia; non qualis cæcitas. Cæcitas enim est, ut utique si intellectiuum omnino non habeat aliquis.

Concludit, quomodo uerum & falsum diuersi modè est in compositis, & in simplicibus, dicens: quòd esse ut uerum, & non esse ut falsum uno modo consistit in compositione: quando enim componitur quod est componendum, uerum est: si autem non, falsum est. Aliud autem est uerū in sim-H plicibus, & hoc uerum est, quia ipsum ens uerè ita est ens simpliciter, sine compositione: si autē non sit, non est. Circa autem talia simplicia uerum est ex hoc, quòd intelligūtur; falsum autem et deceptio non est ibi, sed tantùm ignorantia: non tamen ista ignorantia est, sicut est cæcitas; cæcitas enim est priuatio potentiæ uisiuæ; & ita ignorantia, quę assimilatur cæcitati, est illa, qua aliquis priuatur potentia intellectiua: talis autem non est nobis respectu substantiarum simpliciū, quia licèt eas non intelligamus, tamen possumus eas intelligere. Notandum est, quòd ignorantia potest accipi secundùm duos modos: cum enim ignorantia sit priuatio, sicut priuatio potest accipi duobus modis, ita ignorantia: posset enim

Verū et falsum diuersi modè est in simplicibus, & compositis.

aliquis

aliquis priuari uel potentia intelligendi, uel actu intelligendi: sic etiam ignorantia respectu substantiarum simplicium separatarũ potest accipi duobus modis: uel ex hoc quòd priuatur potentia intellectiua, & talis assimilatur cæcitati: alio modo ex hoc quòd priuatur actu intelligendi, & talis ignorantia potest esse in nobis respectu substantiarum separatarum.

Quõ est in nobis ignorantia substantiarum abstractarum.

A

Palàm etiam & quia de immobilibus non est deceptio secundùm quando, si quis putet immobilia; ut trigonum, si non permutari putat, non opinabitur quandoque duos rectos habere, & quandoque non; permutaretur enim utique. Sed aliquid quidem, aliquid uerò non; ut parem numerum primum esse nullum; aut aliquos quidem, aliquos uerò non: numero uerò circa unum, nec hoc; non enim aliquem quidẽ, aliquem uerò non, putabit; sed uerum dicet, aut mentietur, semper sic se habente.

B

Corollariũ.

Concludit quandam conclusionem ex praecedentibus. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc est differentia inter possibile, necessarium, & impossibile; quia possibile aliquando est, aliquando non est: & aliquando disponitur aliqua dispositione, aliquando non: disponitur enim dispositione, quam habet. Necessarium autẽ semper habet, nec aliquando non est, aliquando est, sicut homo semper est animal. Ens autem impossibile nunquam est; sicut nunquam est, quòd homo sit asinus. Ex tali differentia sequitur, quòd in ente possibili potest esse deceptio secundùm quando; quia enim aliquando sunt, aliquando nõ sunt, potest esse deceptio secundùm quando, hoc est secundùm uariationem temporum, secũdùm quòd uariatur ipsum possibile; sicut ille decipitur: qui opinatur Sortem sedere, quando stat.

Differentia inter possibile, necessarium, & impossibile.

Deceptio secũdu quãdo quid, & in quibus contingit.

C

In necessario autem, & impossibili non potest esse deceptio secundùm quando: si enim homo existimet, quòd homo est animal, non potest esse deceptio in eo, ex hoc quòd homo disponitur per non animal: quia ens necessarium non mutatur in contrariam dispositionem. Similiter in impossibili non potest esse deceptio secundùm quando: quid enim existimat hominem non esse asinum, non potest ex hoc decipi, quia homo aliquã do disponitur per contrariam dispositionẽ, quia semper hoc non est, scilicet quòd homò non est asinus. His uisis, patet litera: dicit enim, quòd manifestum est, quòd circa entia immobilia non est deceptio secundùm quando: & hoc si aliquis cogitet ea esse immobilia; si enim aliquis cogitaret quòd triangulus habet tres immobiliter & necessariò, non opinabitur, quòd quandoque habeat duos rectos, & quandoque non: sed opinabitur, quòd semper habeat: si enim quandoque haberet, esset ens mobile. Debemus enim scire, quòd immobile est duplex; uno modo ipsum necessarium, quod est aliquid semper; sicut semper est, quòd homo est animal; secundo modo ipsum impossibile, quòd semper est aliquid; immobilia enim sunt ex eo, quòd semper disponuntur, & nunquam disponunt; sicut dicimus, quòd omnem numerum semper esse primum, uel nullum numerum nunquam esse primum, uel aliquos numeros semper esse primos, & aliquos nunquam esse primos. Q. d. hæc immobilitas, uel est quia prædicatũ sp sequitur totum subiectum; uel est quia nunquam separatur aliquid; quod sit in subiecto; uel est quia semper sequitur aliquid subiecti, & nunquam sequitur aliquid eiusdem; sicut aliquis numerus semper est impar; quòd autem aliquis sit hoc, & aliquis non, hoc potest habere ueritatem circa unum specie, uel unum genere; circa autem unum numero non sic, quia non est ibi dare inferiora: de quibus prædicetur: & de subiecto illo nullus putabit, aliquem quidem esse sic, aliquem quidem esse non: sed circa unum numero semper sic se habens, uel uerum dicet, uel mentietur. Et sic explicit Liber Nonus.

D

Circa immobilia nõ est deceptio.

Immobile duplex.

METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

LIBER DECIMVS.



NVM quia multis modis dicitur, in diuisis de Quotiens dictũ est prius. Multipliciter uerò dicto, capitales modi sunt quatuor primorum, & secundùm se dictorum unum, sed non secundùm accidens. Continuum enim aut simpliciter, aut maximè quod natura, non tactu, nec ligatione. Et horum magis unũ & prius, cuius indiuisibilior motus est, & magis simplex. TEX. 1.

Postquam Philosophus determinauit de ente, secundùm quòd saluatur in decem Prædicamentis, & hoc in Septimo: & secundùm quod saluatur in actu & potentia, & hoc in Nono: in isto Libro determinat de ente, secundùm quod saluatur in uno & nullo. Et diuiditur in duas partes, quia in prima parte determinat de uno per comparationem ad multa, ibi [Opponuntur autem unum & multa.] Prima pars in duas partes, quia primò ponit multiplicem acceptionẽ unius: secundò determinat de quadam proprietate unius, ibi [Maximè uerò in eo, quod est metrum] Prima in duas, quia primò ponit multiplicem acceptionem unius: secundò ostendit, quòd diuersi modi unius diuersimodè participant rationem unius, ita quòd ratio unius non est ratio uniuoca, sed ratio analoga, quæ in pluribus modis unius saluatur secundùm priùs & posteriùs. Secunda ibi [Oportet enim intelligere.] Prima pars in duas, quia primò ponit quatuor modos unius: secundò summatim recolligit eos, ibi [Dicitur quidem igitur] Prima pars in tres partes, quia primò ponit primum modum unius: secundò secundũ: tertiò

Continuatio, intẽtio, & diuisio Libri.

tertiò simul tertium,& quartum. Secunda ibi [Ampliùs tale] Tertia ibi [Hæc autem si ratio una fuerit.] Dicit ergo primò, quòd in Quinto Libro, in quo ostendebatur, quotiens dicuntur nomina, dictum est, quòd unum dicitur multis modis: licèt autem dicatur multis modis, tamen capitales modi, & primi sunt quatuor tantùm: nec ibi accipimus modos unius secundùm accidens, sed secundùm se: inter enim modos unius, qui sunt per se, quatuor sunt principales: quorum primus est ille modus, quo continuum dicitur unũ. Vnum enim est aut simpliciter omne continuũ, aut maximè illud continuum est unum, quod est continuum per naturam, & non per contactum, nec per legationem: talia enim sunt continua per violentiam. Et de numero illorum continuorum illud est magis unum, cuius motus est magis indiuisibilis, & magis simplex; eo modo quo dicimus, quòd linea recta nõ habens angulum, est magis una, quàm habens angulum: & hoc quia motus eius uniformior est, & magis simplex: in linea enim recta si una pars mouetur, mouetur tota: in linea autem habente angulum, possumus imaginari, quòd una pars moueatur, alia quiescente.

Tex. co. 7.

Vnum, continuum propriè dicitur.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum continuum sit unum? Videtur quòd non, quia de ratione unius est, quod sit indiuisibile: de ratione autem continui est, quod sit diuisibile, ergo continuum non est unum. Ad oppositum est Philosophus. Dicendum est, quòd duplici uia possumus tenari, quòd continuũ est unum. Prima uia est ex differentia, quę est inter potentiam & actum: secunda est ex differentia, quæ est inter numerum & unum. Ad euidentiam primæ uiæ notandum est, quòd hęc est differentia inter actum, & potentiam, quia potentia non diuidit, actus autem diuidit: unde ea, quę sunt in potentia sub aliqua formalitate, ut sic indiuisa sunt; ea autem, quæ actu & separatim participant aliquam formalitatem, ut sic diuisa sunt & numerata; impossibile est enim, quòd actus non diuidat, sicut dictum est Septimo Metaphysic. si ergo partes, quæ sunt in continuo, participarent separatim aliquam actualitatem, numerata essent, & non essent unum: nunc autem quia tantũ potẽtia sunt in toto, nec sunt actu separata, sed sunt in potentia participantia unum actum totius; ideo ut sic indiuisa sunt: unde quia indiuisio est quædam unitas; unitatẽ ãt continui & indiuisionem manifestat Philoso. per motum: manifestum enim est, quòd in his, quæ actu numerantur, unum potest moueri sine alio; & hoc quia diuisa sunt; diuersitas ergo motus est signum diuisionis: si ergo in continuo una parte mota, mouetur alia; signum est, quòd ibi est indiuisio, & per consequens unitas; sic ergo patet prima uia.

Continuum est unum.

Differentia inter actũ, & potẽtiã.

Actus est quod separat 7. Metaph. 49.

Indiuisio est quædam unitas.

Secunda uia est ex habitudine, quæ est inter unum, & numerum. Ad cuius euidentiam est notandum, quòd secundùm ueritatem numerus nõ est aliud, nisi unitas diuisa; sicut numerus hominũ ex hoc est, quòd humanitas est diuisa; & ideo ubicunque non reperitur aliqua unitas, quæ possit diuidi in multa, ibi propriè non est numerus; quia enim genus, non dicit propriè unitatẽ, quæ diuidatur in species, ideo propriè specierum non est numerus; similiter quia non est aliqua unitas communis decem Prędicamentis, quæ diuidatur in decem Prædicamenta; ideo propriè eorum nõ est numerus. Vnde numerus sp cãtur ex hoc, quod aliqua unitas in aliqua diuiditur; immo, scdm ueritatem, numerus non est aliud nisi unitas diuisa; sicut autem illud potest uocari numerus, qui causatur ex diuisione unius; ita illud potest uocari unũ, ex cuius diuisione potest causari numerus: & ideo unum est. Imaginabimur enim, quòd eadem realitas est in continuo & diuiso; sed tamen differenter; quia continuum indiuisum idem est quòd unum; continuum autem diuisum idem est quòd numerus; sicut eadem est realitas humanitatis indiuisæ & diuisę; sed tamen ut est indiuisa, est unitas, ut autẽ diuisa est, numerus est; & sic eadem realitas est unius & numeri. Ad argumentũ primò potest dici, sicut dicit Philosophus Quarto Physicorum Capitulo de tempore; dicit enim quòd in tempore est dare naturam minimi, & non est dare, sicut una hora minima est, & nõ minima est: minima quidem quantùm ad multitudinem, scilicet una hora est principium multitudinis; quia in multitudine horarum infra unum non est descendere; inquantùm autem una hora est quid continuum, sic non est ibi minimum; quia continuum est diuisibile in infinitum: & sic una hora inquãtùm est principium multitudinis, indiuisibilis est: inquantùm autem est quid continuum, diuisibilis est: & sic secundùm hoc, idem diuersis modis diuisibile est, & indiuisibile. Sic dicendum est in proposito, quòd ipsum unum, quod est continuum: inquantùm est principium multitudinis, eo modo quo dicimus, una linea, uel duę lineæ, indiuisibile est: inquantùm tamen est continuum, diuisibile est. Vel dicendũ est ad argumentum, & fortè meliùs, quòd licèt sit contra rationem unius, quòd sit diuisum actu; tamen non est cõtra rationem eius, quod possit diuidi: cuius ratio est, quia quod est actu diuisum, actu numerus est: quod autem sit actu numerus, & unum actu, est impossibile: quia sic simul & semel esset diuisum & indiuisum: quod autem aliquid possit diuidi, & quòd sit actu unum, hoc est possibile: quia quod potest diuidi, potest esse numerus: quod autem aliquid sit actu unum, & sit potentia numerus, hoc non est impossibile: quòd autem aliquid sit actu album, & potentia nigrum, possibile est. Sic ergo non est impossibile, quòd aliquid sit unũ, & continuum: & hoc quia continuum non dicit actualem diuisionem, sed solùm potentialem.

Numerus quid.

Numerus unde.

Eadem realitas est ĩ cõtinuo & diuiso.

Ad argum.

In tempore datur natura minimi.

Tertio Phy. t. 31. et 69 et 1. Celo. 2.

Esse unũ actu, & numerũ actu, est impossibile.

Continuum quo diuisibile est.

Quæreret quis. Vtrum hæc unitas, quæ potest esse numerus, reperiatur solùm in continuo; uel possit reperiri in aliqua alia forma continua? Dicendum est, quòd secundùm Philosophum, aliquid conuenire alicui potest esse duobus modis. uno

Quæstio.

uno modo per se:alio modo per aliud : modò dictum est in præcedenti quæstione, ꝙ unum causat numerum ex hoc, ꝙ unitas diuiditur: sicut ergò diuidi,& non diuidi se habent, quia alicui conueniunt per se, alicui per accidens: ita similiter se habet numerus & unitas. Vult ergo Philosoph. ꝙ licèt unitas, quæ potest causare numerum, primò est in continuo; secundariò autem est in aliis formis, quæ recipiuntur in continuo; ꝙ enim aliquid sit unum de se,& tamen posit diuidi, primò conuenit continuo, secundariò formis, quæ recipiuntur in continuo: & hoc quia primò conuenit continuo, ꝙ possit habere partem extra partem: secundariò aūt conuenit formis, quæ recipiuntur in continuo. Imaginabimur ergo secundum sententiam Arist. ꝙ diuisio quantitatis, quæ quidem quantitas est quædam unitas: causat numerum: ut diuisio albedinis, quę quidem albedo est quædam unitas, de se causat numerum: sed tamen differenter, quia ꝙ quantitas ex sui diuisione posit causare numerum, hoc conuenit sibi per se, non per naturam alterius: ꝙ autem albedo per se posit causare numerum, hoc non conuenit sibi, nisi inquātū diuiditur ad diuisionem quantitatis: ita ꝙ possibilitas diuisionis, quæ est in albedine, non potest reduci ad actum, nisi in quantum albedo efficitur quanta. Vtrum autem aliquid aliud unum à continuo; uel quod non sit receptum in continuo, possit causare numerum, patebit in sequenti qōne.

Diuisio quātitatis cāt numerum.

Quæreret aliquis, Vtrum aliquod unum, quod non sit continuum, nec receptum in cōtinuo, possit causare numerum? Dicendum est, ꝙ in prima quæstione ostensum est, ꝙ unum, quod est continuum, ex sui diuisione potest causare numerum: in secunda autem questione ostensum est, ꝙ licèt unum, quod est continuum, posit causare numerum per sui diuisionem; tamen unum, quod recipitur in continuo, etiam potest causare numerū: quia diuiditur ad diuisionem continui: restat ergo tertia Quæstio, Vtrum scilicet forma specifica, quæ nec est quid continuum, nec quid receptum in continuo, posit causare numerū? In qua quidem qōne solū recitabo dicta aliquorū: nam de hoc plenius dictū est in Quarto: Sunt ergo circa hoc duo modi dicendi: dicunt enim quidam, ꝙ nulla forma specifica, nisi illa, quæ est recepta in cōtinuo, pōt cāre numerū per sui diuisionem: cuius rō est, quia (ut dictum est) ꝙ aliqua unitas posit cāre numerū per sui diuisionē, hoc per se primò est in cōtinuo; per accidens aūt est in aliis formis, inquantū recipiuntur in continuo: ita ꝙ oīs unitas, quæ per sui diuisionē pōt cāre numerū, uel est quanta per se, uel per accidēs: illæ ergo formæ, quæ nec sunt quantæ per se, nec per accidēs: nullo mō diuidi possunt: ita ꝙ per sui diuisionem causent numerū. Et hæc est cā, quia in separatis à materia non sunt plura indiuidua sub una specie, quia ꝙ sint plura indiuidua sub una specie, hoc ē ex diuisione formæ specificæ; forma aūt specifica separata à materia, diuidi non pōt nec per se, nec

Quæstio.

Pag. 114. b. & sedecies pag. 128. a, & inde.

A per accidens: quia non est nec quanta per se, nec quanta per accidens

Alius modus dicendi est, ꝙ oīs forma specifica est quædā unitas, quæ quidē diuidi pōt per plura indiuidua: quia oīs forma specifica plurificabilis est; aliàs non esset species: quia forma, quæ plurificari non pōt, quædā singularitas est: quod aūt sit species, & ꝙ sit quædā singularitas, hoc est impossibile; qa rōni speciei accidit singularitas & multitudo; sicut humanitati accidit, ꝙ sit hæc humanitas: Dicunt ergo isti, ꝙ oīs forma specifica diuidi pōt & plurificari: sed tamē differenter, quia forma materialis ex hoc plurificatur, quia recipitur in materia quanta: forma aūt immaterialis nō plurificatur per quantitatē, sed per supposita; &

Secunda diuisio formæ.

B secundùm hoc tam in hac forma, quàm in illa possunt multa reperiri sub una specie: De hoc autē satis dictū est in Quarto: tamen Philosophus multum uī sentire primum modum dicendi.

Vbi supra.

Amplius tale, & magis totum, & habens aliquā formā, et speciē: maximè aūt si quid natura est tale, et nō ui; ut quæcūq; uisco, aut clauo, aut cōiūctione. Sed hēt in se, quòd est causa sibi, quòd sit continuum. Tale uerò eo quòd in motu unum esse et indiuisibile loco, et tempore.

Dicit ergo primò: ꝙ nō solū continuū est unū, sed ēt illud est unū, quod est quoddā totū, habēs formā & speciem: Q.d. non solùm unitas est ipsa cōtinuitas, sed est alia unitas, quæ addit super istā s. ista, quæ est ex forma naturali; secundum ꝙ aliquid dicitur totū: maximè aūt illud totū uocatur

Secundus modus unius.

C unum, qđ est unū per naturā, & non per uiolentiā: sicut sunt illa, quę sunt unū per uiscū, uel p clauum, uel per aliū modū coniungendi; sed est unū quia hēt formā naturalē in se, per quā est unū, hoc aūt unum est illud, cuius. s. motus est indiuisibilis, & unus; hæc aūt indiuisibilitas attenditur quātum ad locum; quia. s. ubi mouetur una pars huius unius, mouetur alia. Notandū est ꝙ unitas est quædam indiuisio; eo modo ergo quo aliqua sunt indiuisa, eo mō sunt unum; aliqua autē sunt indiuisa in forma continuitatis, & secundum istam indiuisionem accipitur primus modus unius: Est autem alia indiuisio, quæ addit super istam; secundū quam aliqua non solùm sunt indiuisa in forma cōtinuitatis, sed etiam in forma naturali; & secun-

Vnitas qd.

Indiuisio duplex.

D dū hanc indiuisionem accipitur secūdus modus unius. Hanc secundam indiuisionem, & etiam primam manifestat Philosophus, quia diuisa ad inuicem possunt moueri ad diuersa ubi, & in diuerso tpe; illa autem, quæ sunt indiuisa sic se habent, ꝙ ubi mouetur unum, & aliud; & quando mouetur unum, & aliud. Deinde cum dicit.

Diuisa ad inuicem ad diuersa ubi illatio.

Quare palàm si quid per naturam motus habet principium primi primum, ut puta dico lationis circulationem: quia hæc prima magnitudo una. Hoc quidem itaque sic unum continuum, aut totum.

Concludit quandam conclusionē; dixit enim, ꝙ illud est unum, cuius motus est indiuisibilis; ex hoc concludit, quòd illa magnitudo, cuius motus

est maximè unus,& maximè indiuisibilis; illa est maximè una: hæc autem est magnitudo primi, scilicet cœli. Et hoc est, quod dicit litera: quòd manifestum est ex dictis, quòd si aliqua magnitudo est, quæ per naturam habeat principium primi motus, qui primus motus est motus circularis: ꝙ ista magnitudo est maximè una,& prima: prima quidem quia habet in se principiū primi motus: una autem quia eius motus est maximè unus, & maximè regularis. Et sic habemus duos modos: quia unum idem est, quod continuum, quò ad primū modum: & unum idē est quòd totum & perfectum per formam, quò ad secundum modum.

Primus motus ē circularis.

Hæc autem si ratio una fuerit. Talia uerò sunt, quorum intellectiua una. Talia autem quorum indiuisibile. Indiuisibilis uerò eius, quod indiuisibile specie, aut numero. Numero uero singulare indiuisibile: specie uerò quod noscibile & scientia. Quare unū utique erit primum, quòd substantiis causa unius.

F

Ponit tertium modum,& quartum unius. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd aliqua sūt, quæ sunt unum cognitione & ratione, quæ tamen in esse diuiduntur; sicut humanitas in cognitione & ratione una est, quia cognoscere humanitatem est cognoscere unam realitatem, & unam formalitatem,& tamen humanitas non est una in esse, quia secundùm esse multiplicatur, & diuiditur: unde plura in esse sunt unum in cognitione & ratione: sicut Sortes & Petrus sunt plura in esse, & tamen sunt unum in ratione humanitatis. Aliqua sunt, quæ sunt unum in ratione, quia ea cognoscere est cognoscere unum: & etiā sunt unum in esse: & tale unum uocatur unum numero, quia numerari & diuidi non potest per se; qualis unitas secundùm Cómentator. est unitas puncti,& cuiuslibet indiuisibilis, qđ est mensura in quolibet genere; & aliter hæc est unitas indiuidualis, quia ista unitas est ex hoc, quia indiuiduū non potest ampliùs diuidi: prima autem unitas est unitas speciei. His uisis, patet litera; dicit. n. quòd alio modo hæc dicuntur, si ratio una fuerit: talia uerò sunt, quorum est una ratio,& quorum notitia & intelligentia est una; notitia autem una est notitia indiuisibilis; esse autem notitiam indiuisibilem, hoc potest esse duobus modis, uel numero, uel specie: numero quidem singulare est unum, supple & cognitione, & esse: specie autem illud est unum, quod est unum notitia, & scientia, & ratione, non tamen secundùm esse, quia quæ sunt unum in specie, diuersificantur in esse: hoc autem unum ratione primò inest substantijs, secundariò autem accidentibus.

Tertius, & quartus modus unius.

Plura in eē sunt unum in cogitatione & rōne.

G

Quæ sunt unum numero, uel spē.

H

Dicitur quidem igitur unum tot modis, continuū natura, & totum, & singulare, & uniuersale. Omnia enim hæc unum per indiuisibile esse, horum quidem motum, illorum autē intelligentiā, aut rationē.

Summatim recolligit istos quatuor modos, dicens: quòd tot modis dicitur unū: uno quidē modo dicitur unū illud, qđ est continuū per naturā: secūdo aūt modo dicitur unū ipsū totū: tertio mo

Epilogus.

E

do ipsum singulare: quarto modo ipsum uniuersale. Hæc autem dicuntur unum propter indiuisionem; sed tamen differēter: quia secundū primū, & secundū modū dicuntur unū propter indiuisionē motus: secundùm autem tertium,& quartum modum propter indiuisionē intelligentię & rationis.

Quæreret aliquis ad euidentiam literæ, Quid uocetur hic notitia? Dicendum est, quòd de diuersis conceptibus diuersæ notitiæ habentur: unde una notitia ex uno conceptu causatur: & ideo quæcunque cadunt infra unum conceptum, infra unam notitiam clauduntur: quæcunque autem habent duos conceptus, infra duas notitias clauduntur: unde omnia, quæ sunt infra unam speciem, infra unum conceptum sunt; & per consequens infra unam notitiam: quæcunque autem sunt infra duas species, infra duos conceptus sunt; & per consequens infra duas notitias. Dicimus ergo, quòd aliqua sunt, quæ sunt diuersa in esse,& diuersa in notitia: quia sunt diuersa in cóceptibus: aliqua sunt quæ sunt diuersa in esse & unū in notitia, sicut diuersa indiuidua sub una specie, quæ unum sunt in uno conceptu; qui quidem conceptus materialiter, & non formaliter uariatur in indiuiduis: aliquid est, quod est unum notitia & conceptu,& in esse etiam. Sicut Petrus, cuius conceptus est unus & formaliter,& materialiter: formaliter quidē, quia formalitas speciei & indiuidui una est; materialiter autem quia ista formalitas in isto indiuiduo est secundùm unum modum essendi.

Quæstio.

Diuersæ notitiæ ex diuersis cōceptibus habētur.

Quæreret aliquis, Vtrum sit uerum, quod dicit Philosophus; ꝙ ratio, & notitia substantię magis est una, quā accidentis: ita ꝙ ista unitas primò inest substātiæ? Dicendū est ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ unitas includit indiuisionem & diuisionem: illud enim est unū, quod est indiuisum in se, & diuisum ab alio omni: illa ergo ratio est magis una, quæ in se est magis indiuisa,& ab omni alio magis diuisa: talis autem est ratio substantiæ respectu accidētis; & hoc quia notitia,& ratio substātiæ est indepēdens: nec est ꝑ additamēta; notitia āt accidētis non est notitia diuisa ab omni alio, sed est notitia dependēs à notitia substātiæ, & ꝑ consequēs minùs una quā notitia substātiæ. Vnde sicut in primo modo,& secūdo unius, illud uocatur magis unū, cuius motus est magis indiuisibilis, sicut fuit dictum de magnitudine prima: ita in istis duobus modis ultimis: illud uocatur magis unum, cuius ratio indiuisibilior est,& uniformior; tale autem est substantia, cuius ratio est magis uniformis, quàm accidentis ratio; quia ista est per additamenta, & illa non; ubicunque autem additamentum est, ibi difformitas est. Deinde cum d.

Quæstio.

Vnū quid.

Ratio una quæ.

Oportet enim intelligere, quia non similiter sumendum, qualia una dicuntur, & quidem uni esse, & quæ ipsius ratio. Dicitur enim unum tot modis: & unumquodque erit unum horum, cuicunque extiterit horum aliquis modorum. Vni autem esse, quandoque

doque quidem horum alicui inerit, quandoque alii, quod & magis propinquum nomini eſt: potentia uerò illa.

Ratio unius non uniuocè, ſed analogicè dicitur.

Oſtendit, ꝙ ratio unius non ſaluatur uniuocè, ſed ſecundùm priùs & poſteriùs in diuerſis modis unius. Ad cuius euidentiam notandum eſt: ꝙ ratio unius eſt ratio indiuiſi: quia unitas eſt quædam indiuiſio: & ideo ſicut indiuiſio ſaluatur ſecundum priùs & poſterius in pluribus; ita ſimiliter & unum; magis enim punctus eſt unum, quàm continuum; & hoc quia maior indiuiſio eſt in puncto, quàm in continuo; & hoc quia hoc ita eſt indiuiſum, ꝙ nullo modo poteſt diuidi: illud autem eſt diuiſum ad minùs potentia. His uiſis, patet litera: quæ diuiditur in duas partes, quia primò ponit, ꝙ ratio unius ſaluatur in pluribus ſecũdùm prius & poſterius: Secundò manifeſtat, qđ dixit per exemplum ibi. [Sicut de elemẽto & cauſa.] Dicit ergo primò: ꝙ oportet intelligere, ꝙ illa, quæ dicuntur unum non dicuntur talia ſimpliciter; ſed ſecundum prius & poſterius: hoc autem ut uideatur, uidẽdum eſt, quid eſt eſſe unius, & ratio eius: poſtea uidendum eſt, ꝙ unum dicitur quatuor modis, ſicut dictum eſt: & cuicunque extiterit aliquis iſtorum quatuor modorum, illud uocatur unum; rõ tñ unius, quæ eſt eſſe eius, qñq; inerit alicui de iſtis modis primò; quandoq; aũt alteri, ſecũdũ ꝙ eſt magis propinquũ illi primo, & magis propinquũ nomini: qđ quidẽ nomẽ ſignificat rõnem illius: quia quidquid eſt magis propinquum rei importatę per nomẽ, eſt magis propinquum nomini: hoc autem ſecundum, licèt non ſit ipſum primum; tamen eſt ſicut ipſum primum in potentia: & hoc quia eſt propinquum rei; propinquum autem rei, eſt ſicut res in potentia.

Sicut de elemento & cauſa, ſi oportet dicere in rebus determinantem, & nominis terminum reddẽtem. Eſt quidem .n. ut elementum ignis: eſt autẽ forſan ſecundum ſe & infinitum, aut aliud aliquid tale: eſt autem non. Non enim idem igni & elemento eſſe. Sed ut quidem re & natura ignis elementum. Nomen uerò ſignificat, eo quòd accidit ipſi: quia eſt aliquid ex hoc, ut primo in exiſtente. Sic & in cauſa & in uno, & talibus omnibus. Propter quod & uni eſſe, indiuiſibile eſt eſſe. Quod quidem hoc enti & inſeparabili, aut loco, aut ſpecie, aut mente, aut & toto & determinato.

Exemplo aperit, quod dixit.

Quia dixerat, ꝙ ratio unius ſaluatur in aliquibus ſecundùm prius & poſterius; ad hoc autem dicendũ, accipienda erat ratio, & diffinitio importata per nomen unius: & tunc ſaluatur primò in eo, quod primò participat rationem importatam per nomen; ſecundariò autem ſaluatur in illo, qđ eſt magis propinquum nomini; manifeſtat ergo modò hoc, quòd dixerat per exẽplum, dicens: Quod ita eſt de uno, ſicut de elemento, & cauſa; ſi enim uolumus uidere, quomodo elementum ſaluatur in pluribus, debemus accipere rationem elementi; quæ quidem ratio illud eſt, quod determinatè inuenitur in rebus: ſicut dicimus, quòd

A ratio elementi reperitur in igne; quæ etiam ratio eſt terminus, qui redditur per nomen, ideſt determinatè ſignificatur; hæc autem ratio non eſt idem cum illo, in quo ſaluatur: ignis enim eſt elementum; & infinitum; quod ſecundùm Pythagoram, ſecundùm ſe eſt quaſi quoddam ſeparatum, ſorſitan eſt elementum, uel fortè aliquid aliud: Quidquid autem ſit elemẽtum, tamen certum eſt, ꝙ ſi ignis eſt elementum, ꝙ nó eſt idem eſſe ignem, & eſſe elementum; aliàs omne elemẽtum eſſet ignis; cũ enim dicitur, ꝙ ignis eſt elementum; ignis, & elementum quodãmodo ſunt idem, quodammodo non; ſunt .n. idem in re, & ſecundùm naturam, quia realiter ignis eſt elemẽtum; ſed tamen non ſunt idem tale modo, ꝙ ratio elementi ſit ratio ignis: B iſtud enim nomen elementi bènè ſignificat, quod ratio elemẽti, quæ eſt, ꝙ illud, ex quo primò fit aliquid, tanquam in exiſtente, inſit ipſi igni: ſed tamen hoc non ſignificat, ꝙ ratio elementi ſit ratio ignis; quia ratio elementi eſt quædam ratio, quæ ſaluatur in pluribus ſecundum priùs & poſteriùs. Et ſicut dictũ eſt de ratione elementi, ita dicendum eſt de ratione cãæ, & ſimilium: de numero quorum eſt ratio unius: eſſe enim unius eſt rõ eius. ſ. eſſe indiuiſum: quia ratio unius eſt ratio indiuiſi & ſeparati; & iſta ſaluatur in pluribus: quia unũquodque ſicut participat indiuiſionem, ſic participat unitatem; aliqua .n. ſunt indiuiſa loco, aliqua ſpecie, aliqua mente & notitia; aliqua ſunt, quę ſunt C indiuiſa totalitate; eo modo quo dicimus, quòd totum eſt unum.

Indiuiſa multipliciter.

Notandum eſt, quòd Philoſophus in hac parte tria includit; primò enim dat intelligere, quòd omnes modi unius participant unam rationem, ſcilicet rationem indiuiſionis; & ſecundùm diuerſam participationem illius rationis ſunt diuerſi modi unius; quia aliqua ſunt, quæ ſunt indiuiſa loco & tempore: aliqua ſunt, quæ ſunt indiuiſa forma naturali, quæ dat eſſe totum & perfectum; aliqua ſunt, quæ ſunt indiuiſa ratione & notitia, ſicut dictum eſt in præcedentibus. Secundùm, quod dat intelligere Philoſophus eſt; quòd ratio iſta, quæ ſaluatur in pluribus modis unius, non eſt idem cum aliquo iſtorum; ſicut ſi ratio unius eſt ratio indiuiſionis, ſi ratio in D diuiſionis ſaluatur in continuo, nó eſt idem ratio indiuiſionis, & continuũ; alias continuũ eſſet indiuiſũ, & omne unũ eſſet continuũ, qđ falſum eſt; quia ratio ĩdiuiſionis eſt in plus, quã continuũ: unde continuũ nó eſt omne indiuiſũ, ſed quoddam. Et ponit exemplum de ratione elementi; ratio elementi ſaluatur in igne, tamẽ non eſt idẽ eſſe elementi, & eſſe ignis; aliàs omne elementum eſſet ignis. Vnde licèt ſit una realitas ignis, & ignis qđ eſt elementum; tamen ratio elementi non eſt ratio ignis; ſicut cum dico, homo eſt animal: idem realiter dico per hominem & per animal; tamẽ ratio animalis non eſt ratio hoĩs; aliàs omne animal eſſet homo. Tertium qđ dat intelligere Philoſophus, eſt; ꝙ licèt hæc rõ unius, quæ eſt rõ ĩdiuiſio

nis; saluetur in pluribus, tamem saluatur in eis se cūdum priùs & posteriùs: quia quædam sunt, quæ magis appropinquantur ad rationem unius, & ad rationem entis; quædam, quæ minùs; & ponit exēplum de ratione elementi; ratio enim elementi est, ex quo primò cōponitur res, & est in eo, quod compositum est, ad differentiam priuationis: hæc autē diffinitio saluatur in elementis, sicut in igne, sed non primò, sed primò saluatur in prima materia: & ita hoc significatum elementi est in aliquibus secundùm priùs & posteriùs: ignis enim non potest esse elementum primò, quia resolubile est ad materiam & formam. Vnde ratio elementi primò conuenit materiæ, secundariò aliis.

Rō elemēti qua.

Maximè uerò in eo, quod est metrum, idest mensuram esse primum uniuscuiusque generis, & maximè propriè quantitatis. Hinc enim ad alia uenit.

Postquam posuit multiplicem acceptionem unius, in hac parte pouit quandam proprietatem unius. Et diuiditur in duas partes; quia primò ostēdit, quomodo esse metrum conuenit uni; ita q proprium unius est esse mēsuram: in secunda parte mouet quandam quæstionem de uno, scilicet quomodo se habet ad substātiam ibi [Secundum substantiā uerò.] Prima pars in duas partes; quia primò ponit, q duo cōueniunt uni: secundò manifestat illa, ibi [Metrum etenim.] Dicit ergo primò, q esse metrum, & esse mensurā, maximè conuenit alicui primo in unoquoq; genere, quod est indiuisibile. Licèt aūt in omni genere hoc sit, tamen hoc propriè est in quantitate, & ex hac deriuatur ad alia. Et sic duo sunt, quæ conueniūt uni; primum est, quod sibi primò conuenit rō mensuræ; secundum est, q ex eo diriuatur rō mensuræ ad alia. Deinde cum dicit.

Patefit proprietas quadam unius.

Rō mēsurā uni propriè conuenit.

Metrum etenim, id est mensura est, quo primò quātitas cognoscitur: cognoscitur uerò aut uno, aut numero, quantitas in quantum quantitas, numerus autem omnis uno. Quare omnis quantitas cognoscitur in quantum quantitas, uno: & quo primò cognoscitur, hoc ipsum unum. Quapropter unū numeri principium, secundùm quòd numerus.

Manifestat duo supra posita. Et diuiditur in duas partes, secundum q duo manifestat. Secunda ibi [Hinc autē & in aliis.] Dicit ergo primò, rō mensuræ primò conuenit uni; quare metrum quantitatis est illud, quo quantitas cognoscitur, oīs autē quantitas in quantū quantitas uel cognoscitur per numerū, uel per unū, omnis aūt numerus per unum cognoscitur; ex quo sequitur, q unū est, ex quo cognoscitur omnis quantitas, & ex quo primò cognoscitur; & q unum est principiū numeri, inquantum numerus. Notandum est, q Philosophus in hac parte uult probare, q rō mensurandi conuenit uni; probat autem sic: illi cōuenit primò ratio mensuræ, quod mensurat omnia alia, & ipsum à nullo mensuratur: unum est huiusmodi; ergo sibi primò conuenit ratio mensuræ: Quòd aūt sibi primò cōueniat hoc, s. q mensuret oēm quantitatem, probat sic: oīs quantitas, quæ

Quantitas quō cognoscitur.

numerus p unū cognoscibilis.

E mensuratur, uel est continua, uel discreta; si continua potest mensurari duobus modis; uno modo quo dicimus, q hæc linea continua est duorū pedum: secundo mō quantitas discreta mensuratur per unum; quia omnis numerus uno mensuratur: & sic unum mensurat omnem quantitatem, & tn̄ à nullo mensuratur: ex quo sequitur q sibi primò conuenit ratio mensuræ. Et quia rō mensuræ est ratio notitiæ; ideo etiam sibi conuenit (ut dicit Philosophus) q sit illud, ex quo primò cognoscimus: & quia hoc sibi non conuenit, nisi inquantū mensurat numerum, secūdum q numerus (ideo enim est primò mensura, quia omnis numerus resoluitur ad illud) ideo tertiò concludit Philosophus, q est principium numeri, secundùm q numerus absolutè accipitur: quia illud, quod ē principium numeri cōcreti, qui uocatur numerus numeratus; non potest esse principium absolutè.

Quantitas cōtinua dupliciter mēsuratur.

Rō mēsuræ est rō notitiæ.

F Quæreret aliquis ad euidentiam literæ, Vtrum esse mensuram primò cōueniat uni, quod est principium numeri, secundùm q numerus? Dicendum est q sic: hanc autem conclusionem uenari possumus duobus mōdis, siue duabus uiis. Prima uia est ex habitudine, quæ est inter quantitatem continuam, & quantitatem discretam: ad cuius accidentiam notandum est: q quantitas continua non est cognoscibilis perfectè, nisi inquātum est resolubilis ad quantitatem discretam. Debemus enim intelligere, q partes in continuo quodam esse potentiale dicunt, & confusum: discretio autem, & partes discreti quoddam esse actuale dicunt: & quia cognitio nostra ex actu oritur, quia potentia non cognoscitur nisi per actum, iō quantitas continua, quia dicit esse potentiale, nō est benè cognoscibilis, nisi inquantum resoluitur ad discretam; discreta autem quantitas est mensura quantitatis continuæ; eo modo quo dicimus, uolentes dare notitiam alicuius quantitatis continuæ; hæc quantitas est quatuor pedum, uel duorum; quantitas autē discreta mēsuratur per unū; & hoc quia resoluitur ad ipsum. Hic ergo erit ordo, q quantitas cōtinua resoluitur ad discretam; & discreta resoluitur ad unū: unū autem non amplius resolubile est; & iō ita mēsura est, q nō est mēsurabile. Imaginabimur. n. q quātitas cōtinua habet rōnem resolubilis, ideo non pōt habere rōnem primæ mensuræ, quia resolubile, ut sic, non pōt esse primum: ipsum aūt unum, quia est illud, ad quod stat tota resolutio quantitatiua; ideo habet rationem primi: patet ergo prima uia.

Quæstio.

Prima uia.

Quantitas cōtinua quō cognoscitur.

G

Cogitatio nostra unde oritur.

Quantitas cōtinua, uel discreta per quid mensuratur.

H

Secunda uia est ex differentia, quæ est inter unum, quod est principium numeri, secundum q numerus, hoc est numeri non applicati; & unum, quod est principiū numeri applicati ad materiam sicut ad materiā grauiū, uel sonorū, uel aliquorū similium. Imaginabimur. n. q in melodiis est quidam numerus applicatus ad sonos; & sicut ibi est aliquid, quod habet rōnem numeri: ita est ibi aliquid, quod habet rationem unius. Et sicut dico de sonis, & de numero sonorum: ita dico ego de

Secūda uia.

Rō numeri in ponderib. & sonis.

de ponderibus: in ponderibus enim est aliquid, quod habet rationem numeri:sicut pondus,quod numeratur & mensuratur per unciam: sicut si diceremus,quòd libra habet duodecim uncias, diceremus quòd libra habet rationem numeri respectu unciæ:uncia autem respectu unius: & sic in ponderibus est unum applicatum,& numerus applicatus:ergo numerus est quędam formalitas, quæ potest applicari ad omnia,quę possunt numerari per numerū: & etiam unitas ad omnia, quæ possunt mensurari per unum. Vni ergo considerato in sua formalitate, potest primò conuenire respectu omnium ratio mensuræ:non autem uni applicato materiæ:licèt enim unciæ, quæ est quoddam unum in ponderibus, possit primò conuenire ratio mensuræ omnium ponderum,non tamen potest sibi conuenire simpliciter respectu omniū: quia uncia nunquam mensurat numerum in sonis. Vni autem considerato in sua formalitate, potest primò conuenire ratio mensuræ respectu omnium:& hoc quia hæc formalitas potest applicari ad omnia, quæ possunt participare unum in unoquoque genere,& quia hoc unum est principium numeri, secundùm quòd numerus, non secundùm quòd talis numerus, sic applicatus alteri,benè dictum est;quòd unum, quod est principium numeri,secūdùm quòd numerus;est illud, cui primò conuenit ratio metri; & sic patet secunda uia. Deinde cum dicit.

Numerus quid.

Quō uni cō ueniat primo rō mensuræ.

TEX. 3.

Hinc autem & in aliis dicitur metrum, quo primò unumquodque cognoscitur. Et metrum idest mensura uniuscuiusque unum,in longitudine,in latitudine,in profunditate,in grauitate,& uelocitate.

Ostendit,quòd ratio mensuræ, & ratiò unius transfertur ad alia genera: ita quòd in unoquoque genere est unum, quod mensurat omnia illius generis.Et diuiditur in duas partes,quia primò facit,quod dictum est:secundò remouet quēdam errorem,ibi[Et scientiam autem rerum metrum dicimus]Prima pars in duas,quia primò ostendit,quòd in unoquoque genere est una mensura:in secunda parte ostendit,quòd illa mensura est unigenea mensurato, ibi [Semper autem cognatum]Prima in duas,quia primò ponit,quo modo est una mensura unius generis: secundò ostendit,quòd aliquando contingit,quòd sint plures mensuræ in uno genere,ibi[Non semper autem numero.] Prima in duas,quia primò ostendit,quòd,ratio mensuræ transfertur ad alia genera à quantitate:secundò exemplificat de illis generibus,ibi[Grauitas enim et uelocitas.] Dicit ergo primò:ita dictum est, quòd ratio mensuræ primò conuenit uni;ex hoc autem deriuatur metrum ad alia genera;ratio enim metri & mensuræ in unoquoque genere est, quo primò cognoscitur unumquodque illius generis: quæ quidem mensura est in unoquoque genere:& in longitudine,& in latitudine,& in profunditate,& in uelocitate,& grauitate:in omnibus enim istis est unum,quod mensurat omnia illius generis.Deinde cum dicit.

In uno quoque genere est unum, quod est metrū aliorū.

A

Grauitas enim & uelocitas commune est in contrariis.Duplex enim eorum utrunque: ut graue,& quod est quantamcunque habens inclinationem; & quod est habens excessum inclinationis. Et uelocitas,& quantumcunque motus habens, & excessum motus.Est enim uelocitas quædam,& tardi,et grauitas leuioris.

Exemplificat,quomodo in unoquoque genere est unum,quod mensurat omnia illius generis. Et diuiditur in quatuor partes,quia primò exemplificat in graui & leui:secundò exemplificat in quantitatibus,sicut in lineis:tertiò exemplificat in motibus. Secūda ibi [In omnibus autem his.]Tertia ibi[Et motum simplici motu]Quartò exemplificat in musicis,ibi[Et in musica diesis.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd ubicunque est dare magis & minùs, ibi est dare maximum;quia magis & minùs sunt quidam gradus formales,qui aspiciunt ipsum maximum: sicut enim in agentibus ordinatis per se, remoto primo agente,remouentur omnia posteriora agētia;ita similiter in gradibus formalibus per se ordinatis,remoto primo gradu,remouentur omnes gradus posteriores:& ideò si non est dare maximum,non est dare magis & minùs: & si est dare magis & minùs,est dare maximum; quod quidē maximum est mensura ipsius magis,& ipsius minùs: nam aliqua iudicamus esse magis alba, uel minùs;quia magis appropinquant, uel minùs ab ipso albissimo. Si autem hæc regula est uera, oportet quòd ubi est dare magis & minùs graue, quòd ibi sit dare graue maximè;quod quidem sit mensura omnium grauium; & si est dare magis & minùs leue,oportet quòd sit dare leuissimum; quod quidem sit mensura ommium leuium: & sic in genere grauium & leuium est dare unum. Visis his,patet litera Philosophi;dicit enim;quòd grauitas & uelocitas,idest leuitas uel grauitas(uocatur enim hic uelocitas, leuitas) habent aliquid commune in contrariis, quia unum potest esse graue & leue.Graue enim & leue duobus modis dicitur;uno enim modo dicitur graue, quod habet quantamcunque inclinationem ad locum deorsum;secundo modo non solùm dicitur graue, quod habet inclinationem,sed quod habet excessum inclinationis;eo modo quo dicimus, quòd hoc est grauius illo,quia graue,hoc secundo modo acceptum, incomparationem sonat.Similiter secundo modo dicitur leue, siue uelox non solū, quod mouetur sursum,sed quod habet excessum motus;eo modo quo dicimus,quòd hoc est leuius illo.Et hoc secundo modo uelocitas inuenitur in tardo,idest in graui; & similiter grauitas inuenitur in leui.Exemplum de primo; quia aliquando dicimus,quòd tardum leue est, respectu tardioris.Exemplum de secundo; quia dicimus, quòd aer,qui est leuis, grauis est respectu ignis. Si enim accipiatur leue pro eo,quod habet inclinationem ad locum sursum, secundùm quòd acci-

Exemplo ad hoc manifestat.

B

Vbi magis & minus, ibi maximum.

C

Grauitati & leuitati cōit rō mensura.

Graue & leue dupliciter.

D

piebatur leue primo modò; sic ignis & aer leuis est; si autem accipiatur leue secundùm quòd dicit quendam excessum, sic aer aliqualiter grauis est, inquantùm est minùs leuis, quàm ignis.

Vbi rō mensurati, ibi rō quantitatis.

Notandum est, quòd ubicunque reperitur ratio mensurati, ibi aliqualiter reperitur ratio quantitatis (mensurari enim est proprium quantitatis) propria autem passio non potest reperiri in aliquo, nisi in eo reperiatur ratio subiecti sui, quia passio nunquam separatur à subiecto: omnia ergo, quæ mensurantur, induunt rationem quãti; uel enim sunt uera quanta, uel habent aliquẽ modum quanti. Si ergo graue & leue debent induere rationem mensurationis, oportet quòd induãt aliquem modum quanti: hic autem modus quantitatiuus est magis & minùs: ideo dicit Philosophus, quòd graue & leue possunt considerari duobus modis. Vno modo absolutè, secundùm quòd non dicunt de essentia sua nisi inclinationem ad locum deorsum, uel sursum: & secundùm hũc modum accipiendi, non est ratio mensurationis in graui & leui, secundùm quòd mensura hic quæritur. Secundo modo possunt considerari graue & leue, secundùm quod induunt modum quantitatiuum, qui modus est magis & minùs; & secundũ istum modum accipiendi, graue & leue induunt rationem mensurationis; quia mensurantur per maximum graue, & maximum leue. Secundùm etiam istum modum accipiendi, graue saluatur in leui, & leue in graui; secundùm quòd minùs leue graue est respectu leuioris, & minùs graue leue est respectu grauioris. Deinde cum dicit.

Propriā passio ubi.

Quãtitas ẽ dimẽsiua solũ in genere quãtitatis: pfectiua est in unoquoque genere, & in omni forma, habẽtes gradus.

In omnibus autem his metrum, idem mensura, et principium unum aliquid & indiuisibile: quoniam & in lineis utimur quasi indiuisibili; pedali ubique. Namque metrum unum aliquid quærunt & indiuisibile. Hoc autem aut simpliciter, aut quali, aut quanto.

Exēplo cōm probat.

Exemplificat, quomodo unum est, quod mensurat in lineis. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit, quod dictum est: secundò manifestat quoddam, quod dixit ibi [Vbicunque quidem igitur.] Dicit ergo primò: quòd in omnibus istis generibus est dare unum, quod est principium & metrum omnium, quæ sunt in uno genere; ita q̧ omnia illius generis illo mensurantur: illud autẽ est minimum indiuisibile. Quòd autem ita sit, patet in lineis: uolentes enim mensurare lineam, utimur aliqua linea indiuisibili; sicut linea pedali, & per illam mensuramus lineam. Ita quòd in omni genere metrum quæritur, quod est unum, & indiuisibile: hoc autem indiuisibile simplex est, siue in genere qualitatis, siue in genere quantitatis: in genere qualitatis simplicissimus color, sicut albedo mensurat omnes colores: in genere quantitatis unitas mensurat numerum. Deinde cum d.

Vbicunque quidem igitur uidetur non esse auferre, aut addere; hoc est certum metrum. Quapropter numerus certissimum: unitatem enim ponunt omnino indiuisibilem. In aliis uerò imitantur tale: a sta-

E *dio enim & talento, & semper maiore, latebit utique & additum aliquid & ablatum, magis quàm à minore. Quare à quo primo secundùm sensum non contingit, hoc omnes metrum faciunt, & humidorum, & sicorum, & grauitatis, & magnitudinis: & tunc putant cognoscere quantum, quando cognoscunt per hoc metrum.*

Manifestat quoddam, quod dixit: dixerat enim quòd unum, quod mensurat in unoquoque genere, est indiuisibile: hoc autem manifestat. Ad cuius euidentiam notandum est, q̧ ex mensura accipitur certitudo mensurati, & ideo mensura debet esse certa, & uniformiter se habens. Ex quo sequitur, quòd mensura debet habere rationem minimi & indiuisibilis: si enim acciperetur pro F mensura aliqua magna quantitas, faciliter posset uariari per additionem, & diminutionem, & tamen lateret nos uariatio eius, & sic illa mensura certa non esset: utpote si acciperetur aliquod stadium pro mensura longitudinum, uel talentum pro mensura ponderum, faciliter in talibus posset esse error. In mensura autem indiuisibile non faciliter accidit error; quia siue subtrahatur aliquid à minimo, siue addatur, non latet nos. His uisis, patet litera: dicit enim primò, quòd ubicunque non est facilis additio, uel diminutio, illud est metrum certissimum: & ideo sequitur, quòd unum, & indiuisibile sit metrum certissimum in omni genere. Indiuisibile enim est duobus modis; uno modo indiuisibile simpliciter: & isto modo dicimus G unitatem esse indiuisibilem. Secundo modo dicitur indiuisibile per quandam imitationem, & isto modo ponimus indiuisibile in continuis: sicut dicimus, quòd linea pedalis est indiuisibilis, non simpliciter, sed per quandam imitationem, & quãtùm ad nos tale est indiuisibile: & hoc quia si fiat additio uel diminutio alicui magno, sicut stadio uel talento, magis latet, quàm si fiat in aliquo minori. Et ideo illud, quod est indiuisibile secundũ sensum: hoc est, illud, à quo non potest subtrahi, uel cui non potest addi aliquod sensibile, quod lateat; hoc ponitur metrum tam in humidis, quàm in siccis: sicut est granum, & ordeum: quàm in põderibus, sicut est graue, uel leue; quàm etiam in magnitudinibus, sicut est latitudo, uel longitudo: H & tunc omnes putant cognoscere ipsam quantitatem, quando cognoscunt per hoc metrum. Deinde cum dicit.

Metrũ primũ in quoque genere ẽ̃o indiuisibile.

Mẽsura dẽt esse certa, quia ab ea sumitur certitudo mẽsurati.

Indiuisibile duplicitur.

Et motum simplici motu & uelocissimo. Paruissimũ enim hoc habet tempus. Qua propter in Astrologia tale unum principium & metrum. Motũ enim regularem supponunt, & uelocissimum eum, qui cœli, ad quem alios indicant. TEX. 3.

Q̃õ in motibus reperiatur unum.

Exẽplificat, quomodo est dare unum in motibus, dicens: quòd omnes motus inferiores mẽsurãtur motu diurno, qui quidem est motus simplicissimus, & uelocissimus: patet, quia mensuratur à minimo tempore. Vnde Astrologi talem motum ponunt principium & metrum omnium motuum; supponunt enim motum cœli es-

se

se uelocissimum, & regularem, & per consequēs habens omnē modum unitatis: quia regularitas est quædam unitas; & per istum modum iudicant de omnibus aliis motibus. Deinde cum dicit.

Metrum omnium motuū secūdū Astrologos quod.

Et in musica diasis, quia minimum. Et in uoce elementum ut hæc omnia unum aliquid, non ita ut commune aliquid quod unum, sed sicut dictum est.

Exemplificat, quomodo illud, quod mensurat in sonis harmonicis, est unū & indiuisibile, dicēs; q̄ in musica diæsis, idest differentia duorū sonorū semitonorum (tonus enim diuiditur per duo semitona inæqualia) est primum, & mensura: & similiter in uoce est aliquod unum, quod mensurat, & illud est minimum: sicut litera est mensura syllabarum, & syllaba mensura dictionum; hoc autem unum non est quoddam commune, sed in unoquoque genere est aliquod speciale unum.

Quæstio.

Quæreret aliquis ad euidentiam literę, Vtrū ex mensura, quæ est in genere quantitatis, possit transferri ratio mensuræ ad alia genera, sicut dicit Philosophus? Videtur quòd non: quia ratio mensuræ in genere quantitatis discretæ (de qua quantitate hic loquitur) est unum indiuisibile, qđ non potest reperiri in quantitate continua, quia quantitas continua est diuisibilis in infinitum: ergo tale unum non potest transferri ad continuū. Præterea prædicamenta sunt impermixta: ergo ratio unius, quę est in prędicamēto quātitatis ad minùs per reductionem non potest transferri ad prędicamentum qualitatis, ergo ratio mensuræ non trāsfertur ad omnia genera. Pręterea rō unius, secundùm quòd est principium quantitatis discretæ est, quòd illud unum est diuisibile omnino, ergo non potest transferri ad motum diurnum: quia ille motus, cum sit de genere continuorum, diuisibilis est. Ad oppositum est Philosoph. Dicendum est, sicut dicit Philosophus; quòd ratio unius, quod quidem est principium quantitatis discretæ, transfertur ad alia genera, & per consequens ratio mensuræ. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quatuor sunt proprietates huius unius, quod est principium quantitatis discretæ, secundùm quas proprietates potest transferri ad alia genera, nō tamen secundùm omnes proprietates ad omnia genera. Prima proprietas est, quòd omnia genera cognoscuntur differentia in speciebus ex quodam aspectu, quem habent ad unitatem: nam qui longius aspiciunt unitatē, compositiores sunt; & qui propinquiùs, simpliciores. Vnde duo termini adinuicem comparati, specie differunt; quia aliter & aliter aspiciunt unitatem: differunt etiam secundū compositionem, & simplicitatē; quia longinquiùs & propinquiùs aspiciunt unitatē: ergo unitas est, secundū quam accipitur tota differentia specifica numerorum; & secundū quam accipitur differentia numerorum secundùm compositiùs, & simpliciùs. Et secundū istam proprietatem potest transferri unum ad ens, quod mensurat omnia prædicamēta; secundū quòd dicimus, quòd substantia prima, siue primum ens est mensura omnium entium: nam ipsum primum ens est prima unitas, & prima simplicitas; secundū quam accipitur differentia specifica in omnibus entibus; nam sicut numeri specie differunt, ex hoc quòd aliter, & aliter aspiciunt unitatem; ita similiter diuersa entia differunt ex hoc, quòd aliter & aliter aspiciunt primum ens; unde duæ diuersæ species non sunt nisi duo aspectus diuersi ad primum ens. Sicut etiam duo numeri differunt secundùm compositionem, & simplicitatem, ex hoc quòd longinquiùs, & propinquiùs aspiciunt unitatem: ita similiter entia differunt secundùm compositionem, & simplicitatē ex hoc, quòd longinquiùs, & propinquiùs aspiciunt primum ens. Debemus enim imaginari, quòd omne ens, aliud à primo, cadit in quandam compositionem: quia omne ens aliud à primo, compositum est: omnis autem compositio quędam numerum dicit: ipsum autem ens primum omnino compositionis caret, & ideo unitas est. Habebit ergo se primum ens ad secunda entia, sicut unitas ad numerum: sicut enim unitas aspicit numerum, ita suo modo primum ens aspicit alia entia, & econuersò: sicut ergo in numero, numeri propinquiores uni, compositiores sunt, quàm longinquiores; ita similiter entia quatò magis sunt propinqua primo enti, minùs composita sunt, & minùs cadunt in ratione numeri. Videmus enim, quòd aliqua entia componuntur ex potentia & actu: aliqua ex materia & forma: aliqua ex partibus quantitatiuis, & una compositio semper est maior, quàm alia. Isto etiam modo accipiendo proprietatem unius, dicimus quòd albedo est mensura omnium colorum; quia colores tantò nobiliores sunt, quantò magis appropinquant ad albedinem: & tantò ignobiliores, quantò magis remouentur. Debemus enim imaginari, quòd species sub eodem genere non sunt in æquali gradu; sed se habent sicut magis, & minùs: ita quòd una semper est nobilior altera: magis autem, & minùs nobile semper supponūt aliquam speciē nobilissimam in tali genere; & ideo in colore est dare unam speciem nobilissimam, scilicet albedinem, quæ erit mensura omnium colorum, idest specierum sub colore.

Formaliter s. nō realiter.

Proprietates unius, qđ ē principiū quantitatis discretæ.

Differentia specifica numerorū, unde sumitur.

Omne ens, aliud à primo est cōpositū.

Octauo homines 10.

Secunda proprietas est, quòd unum habet rationem indiuisionis: sicut multiplicitas est quædā diuisio, uel ex diuisione causatur: & secūdùm istā proprietatem unū transfertur ad alia genera; trāsfertur. n. primò (ut iā dictū est) ad primū ens; quia primum ens, est ens indiuisum; & numerus transfertur ad alia entia, quia omnia entia a primo (ut iam dictum est) ponunt in quendam numerum; transfertur etiam secundùm hunc unū, ad motum primi mobilis; numerus autem ad alios motus. Videmus enim, quòd uniformitas, & regularitas, quædam indiuisio est; si enim est aliquis aliquando uelocior, aliquando tardior, ex hoc difformiter se habet, & per consequens modo diuiso; si autem semper esset æquè uelox, ex hoc

Secūda proprietas.

Vniformitas est indiuisio: & multiformitas diuisio.

hoc semper se haberet unico modo, & modo in diuiso; motus enim diurnus se habet regulariter, & ex hoc habet rationem indiuisi, & per consequens rationẽ unius; motus autem inferiores aliquando sunt tardiores, aliquando uelociores; ex quo sequitur quòd habent rationem diuisi, & ꝑ consequens rationem numeri; primus ergo motus aspicit alios motus, sicut unitas aspicit numerum. Vnde sicut de numeris iudicamus per unitatem, ita de motibus inferioribus iudicamus ꝑ motum primum; debemus enim imaginari, quòd omnia secunda reducuntur ad prima, ita quòd biformia reducũtur ad uniformia, & per ea cognoscuntur, & mensurantur; & diuisa reducuntur ad indiuisa, & multa reducuntur ad unum.

Tertia proprietas.

Tertia proprietas unitatis est, quòd est quædã formalitas, applicabilis ad multas materias; eo modo quo dicimus, unum hominem, uel unũ equum, uel unam lineam; in talibus enim formalitas unitatis est tracta ad multa subiecta. Et sicut dico de unitate, ita dico de numero, quia numerus est quædam formalitas; quæ ad multas materias contrahi potest: dicendo enim decem homines, decem equos, formalitatem denarii trahimus ad equos, & ad homines. Et secundùm istum modum ratio unius, & etiam ratio numeri trahitur, & transfertur ad alia genera: intelligemus enim quòd sicut unum simpliciter acceptum & formaliter, mensurat numerum simpliciter acceptum & formaliter; ita unum tractũ ad talem materiam, mensurabit numerum in tali materia: eo modo quo dicimus, quòd uncia mensurat libram: uncia enim habet rationem unitatis; libra autem respectu eius habet rationem numeri: & eo modo quo dicimus, quòd motus regularissimus mensurat alios motus irregulares: nam regularitas est quędam unitas: unde motum regularem mensurare motum irregularem, idem est, quòd unum in tali materia, mensurare numerum in tali materia.

Quarta proprietas.

Quarta proprietas unius est, quòd ad ipsum stat tota resolutio numerorũ: ita quòd est primũ in compositione, & ultimum in resolutione. Et secundũ istam proprietatem transfertur ratio unius ad aliqua alia genera: transfertur enim ad genus continuorum: in genere enim continuorum ponimus aliquam mensuram, ad quam stat tota resolutio continui: sicut in lineis ponimus lineã pedalem. Notandum tamen, quòd resolutionem stare ad aliquod minimum, hoc potest intelligi duobus modis; uno modo quia illud est simpliciter indiuisibile; & tale minimum non potest poni in continuis: quia si poneretur continuum posset resolui ad indiuisibilia, quod est impossibile; quia si resolueretur ad indiuisibile, componeretur ex eis. Alio modo potest poni minimum, ad quod stat resolutio quantùm ad nos: & isto modo ponitur aliquid indiuisibile in genere continuorum; eo modo quo ponimus lineam esse indiuisibilem. Et secundùm istum modum, quo unũ est

Resolutionem esse ad aliquod minimũ, stat dupliciter.

E ultimum in resolutione, & prius in compositione; ponimus etiam untim non solùm in compositione quantitatiua, sed etiam in compositione essentiali: dicimus enim quòd compositum resolui tur in materiam & formam, quia respectu compositi habent rationem unius, & rationem mensuræ. Ad primum argumentum dicendum est, quòd licèt in continuo non sit dare indiuisibile, & minimum; & hoc quia est diuisibile in infinitum, tamen est ibi dare indiuisibile quantùm ad nos. Ad secundum dicendum est, quòd non est impossibile, quòd realitas unius prædicamenti in duat modum alterius: eo modo quo dicimus, ꝙ albedo, quæ realiter est in prædicamento qualitatis, potest induere modum quantitatiuum, inquãtùm suscipit magis & minùs: quia (ut dictum est) magis & minùs sunt modi quantitatiui. Ad tertium dicendum est, quòd licèt motus primi mobilis sit diuisibilis, tamen inquantùm est regularissimus induit rationem unius, & quantùm ad hoc habet rationem indiuisibilis.

Ad argum.

F

Non semper autem numero unum metrum; uerùm aliquando plura: ut diæses duę, quæ non secundùm auditum, sed in rationibus: & uoces plures, quibus mensuramus. Et diameter duobus mensuratur, & latus, & magnitudines omnes.

Hic ostendit, quòd nõ semper metrum, quod mensurat, est idem numero; sed aliquando plurificatur. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit, quod dictum est: secundò concludit, quæ dicta sunt de metro, & mensura, ibi [Sit itaque metrum] Dicit ergo primò, quòd non semper metrum, quod mensurat, unum est; sed aliquando mensurantia plura sunt: sicut in melodiis duo diæses, idest duo semitona, quæ non distinguntur propter sui paruitatem à sensu auditus, sed à ratione, quæ ponit differentiam inter unum semitonum & alium. Hoc etiam est in uocibus, scilicet quòd sunt ibi duæ mensuræ: uidemus enim, quòd pes & syllaba mensurant carmen & uersum: uidemus etiam, quòd duæ syllabæ, quarum una est breuis, & alia longa; mensurant pedem: eo modo quo dicimus, quòd aliquis pes constat ex duobus longis, & aliquis ex una longa, & duabus breuibus; & sic de aliis. Hoc etiam quòd sint duæ mensuræ unius, habet ueritatem in quantitatibus: uidemus enim aliquando, quòd una quantitas per duo cognoscitur; sicut quantitas diametri arcualis potest mensurari per plura latera exagoni, descripti infra circulum: latus etiam exagoni, & quælibet alia magnitudo simul aliquando non potest inueniri nisi per duo. Deinde cum dicit:

Metrũ mensurans non semper idẽ numero.

G

H

Sit itaque metrum omnium, quod unum: quod cognoscimus, ex quibus est substantia, diuidentes autem secundùm quantitatem, aut secundùm speciem. Et ideo quod unum, indiuisibile; quia quod primum singulorum indiuisibile. Non similiter autem omne indiuisibile, ut pes, & unitas: sed hoc quidem omnino, illud uerò indiuisibile ad sensum uoluit; sicut dictum

dum est iam. Nam forsan omne continuum est diuisibile.

Concludit, quod dictum est ex praecedentibus de metro, & mensura, dicens: quòd dictum est, quòd metrum est unum, & habet rationem unius: cuius ratio est, quia illud unũ est, ad quod terminatur diuisio, & resolutio: non potest autem terminari diuisio & resolutio nisi ad unum. Ista autem, ad quę terminatur diuisio rei, sunt illa, ex quibus est res, & in quæ res diuiditur, siue secundùm diuisionem quantitatiuam, siue secundùm diuisionem, quæ est secundùm speciem: sicut cõpositum diuiditur in materiam & formam, quæ diuisio uocatur diuisio qualitatiua; & quia ad illud unum stat diuisio; ideo indiuisibile est primũ respectu omnium, quæ sunt in illo genere. Hoc autem indiuisibile non similiter est in omni genere: aliquando enim istud indiuisibile est indiuisibile simpliciter: aliquando autem quantùm ad nos tantùm. Exemplum de utroque: dicimus enim, quòd unitas est quoddam indiuisibile: dicimus enim, quòd pes est quoddam indiuisibile solùm quò ad nos, & secundùm institutionem nostram: sic instituimus, quòd linea pedalis mensuret lineam. Quod autem pes non possit esse indiuisibile simpliciter, patet: quia continuum est; cõtinuum autem diuidi potest.

Epilogus dictorum.

Quaestio.

Quæreret quis, Vtrum mensura possit plurificari, sicut dicit Philosophus? Videtur quòd non, quia secundùm Philosophum Quarto Physicorum, non est dare duas mensuras simul, sicut duo tempora; nisi una contineat aliam, sicut annus cõtinet diẽ. Præterea oĩa mensurãtur minimo sui generis, sed minimum nõ potest esse nisi unum; quia quod per superabundantiam dicitur, uni soli conuenit. Ad hanc quæstionem respondet breuiter Commentator: dicit enim, quòd possunt esse duæ mensuræ eiusdem, si una resoluitur ad aliam, sicut maior resoluitur ad minorem, sicut neumeta composita mensurantur per plus uno neumate: & similiter uersus & carmen mensurãtur per pedem & syllabam: ita tamen quòd pes resoluitur ad syllabam: & sic licèt ibi sit mensura maior, & minor; tamen illa mensura, ad quam stat tota resolutio, una est: sicut dicimus, quòd libra mensurat, & etiam uncia; sed tamen quia libra habet rationem mensurati, quia mensuratur per unciam; ideo dicimus, quòd illud, quod mensurat tantùm, & non mensuratur, est tantùm unum, scilicet uncia. Possumus autem & planiùs dicere, quando quæritur, Vtrum mensura plurificetur: dicemus enim, quòd aliquando mensura de se una est, & tamen accidit, quòd multiplicetur, quia in alio recipitur: sicut albedo est mensura omnium colorum, & albedo una essentia est, & una quidditas: accidit tamen sibi, quòd multiplicetur, inquantùm in alio recipitur: si enim albedo non esset quidditas recepta, nõ multiplicaretur: sed quia est recepta in materia, ideo multiplicatur secundùm multiplicationem materiæ; & ideò illa mensura, quæ est mensura õmniũ entium, scilicet entitas prima, est tãtùm una, quæ non potest multiplicari: & hoc quia entitas prima nullo modo recepta est in alio. Alio modo contingit, quòd quidditas mensuræ est quidditas recepta, sed tamen non est multiplicata; & hoc quia non est recepta, nisi in una materia, & in uno subiecto. Debemus enim imaginari, quòd quidditas in una materia habet unum modum essendi: in diuersis autem materiis habet diuersos modos essendi: & sic secundũ diuersas materias multiplicatur. Si ergo contingit, quòd quidditas non recipiatur, nisi in una materia; non erit nisi una; sic autem contingit in quidditate mensuræ, quæ est tempus; nam si contingeret, quòd quidditas temporis esset quidditas recepta in omni motu, oporteret quòd essent diuersa tempora, & per consequens diuersæ mensuræ, secundùm diuersitatem motuum: sed quia quidditas temporis solùm est quidditas recepta in motu primi mobilis; quidditas temporis est una numeraliter, & ratio mensuræ tantùm una est. Tertio modo aliquando contingit, quòd mensura multiplicatur, quia non accipitur mensura prima, ad quam stat tota resolutio: nam si acciperetur mensura prima, non esset nisi una. Videmus enim, quòd ternarius mensuratur per binarium, & etiam mensuratur per unitatem; & ita eiusdem sunt plures mensuræ; sed tamen non primæ, quia prima mensura in tali genere non est nisi una, uel unitas; unde secunda mensura, scilicet binarius ad unitatẽ resoluitur; & sic prima mensura, scilicet unitas tãtùm una est. Et hoc est quod dixit Commentator, quòd possunt esse duæ mensuræ eiusdem, scilicet maior, & minor; ita quòd maior resoluitur ad minorem. Quarto autem modo aliquandò contingit, quòd mensura multiplicatur, quia unũ non mensurat, nisi reiteretur & replicetur; & hoc modo dictum est in litera, quòd latus exagoni per sui replicationem mensurat diametrum. Quinto modo contingit, quòd multiplicetur mẽsura; quia esse mensurati consistit in quadam cõpositione; & quia cognitio sequitur esse, non potest cognosci esse illius compositi, nisi per plura, ad quæ resoluitur esse illius compositi. Et hoc est uerum tam in compositione essentiali, quàm in compositione quantitatiua; in compositione quidem essentiali non possumus cognoscere ipsum compositum, nisi cognoscamus principia componentia; sicut principia, quæ sunt materia, & forma, uel potentia & actus; unde potentia & actus aliquo modo sunt mensura rei, compositæ ex potentia & actu. In compositione autẽ quantitatiua, quia aliquando una quantitas ex duabus quantitatibus cognoscitur, sicut quantitas quinarii ex notitia binarii & ternarii; & hoc modo dictum est etiam in litera, quòd notitia dictionis habetur ex notitia syllabarum. Ad argumentum primum dicendum est, quòd non est simile de tẽpore & aliis mensuris; quia (ut dictum est) tempus

Tex. cõ. 119. et circa.

Solutio Auerrois. 4. Phy. Cap. de tempore.

Solutio propria.

Mensuram diuersimodè cõtingit multiplicari.

Vbi supra.

Compositio duplex.

Ad argum.

pus est mensura recepta in uno motu, & ideo nó multiplicatur. Ad secundum dici potest, ꝙ non est dare nisi unum minimum in uno genere & ordine: in diuersis autem ordinibus possunt dari diuersa minima, sicut aliud est minimum in côntinuis, & aliud est minimum in discretis: cū ergo ea, quę mensurantur ab uno, sint infra unum ordinem, uidetur quòd non possint habere nisi unum numerum. Sed tamen aliquando contingit, quòd illud minimum de se est unum, sed tamen multiplicatur propter materiam, in qua recipitur, sicut dictum est de albedine: aliquando cō tingit, quòd esse mensurati consistit in quadam compositione; quæ quidem compositio respicit duo minima, hoc est resolubilia; & tamen illa minima non sunt propriè unius ordinis, sed sunt diuersarum rationum: & isto modo dicimus, quòd materia & forma sunt duo resolubilia, quæ ueniunt ad esse compositi; & quia sunt diuersarum rationum, non est possibile, ꝙ multiplicentur.

Semper autem cognatum est metrum: magnitudinum quidem enim magnitudo: & secundùm unũquodque, longitudinis longitudo, & latitudinis latitudo, vocis vox, grauitatis grauitas, unitatum unitas. Sic enim oportet accipere: sed non quòd numerorũ numerus. Et quidem oportebat si similiter, sed non similiter significant, sed ac si unitatum unitates significarent metrum, sed non unitatem. Numerus autem pluralitas unitatum est.

Postquam ostendit, quòd metrum unum est; hic ostendit, quòd istud unum est unigeneum mẽ surato, dicens: quòd metrum semper cognatum est, ut unigeneum mensurato: dicimus enim, ꝙ magnitudinum mensura est magnitudo, & similiter longitudinum longitudo, & latitudinis latitudo, & uocum uox, & grauitatis grauitas, & unitatum unitas. Videtur enim, quòd unitas sit mensura unitatum, id est numerorum, non autem ꝙ numerus sit mensura numerorum; quia omnis numerus est resolubilis, unitas autem non: & ideo unitas habet rationem primi, & per consequens rationem mensuræ: non sic autem numerus: sed tamen si uolumus obseruare unigeneitatem inter mensuram & mensuratum; ita quòd similiter dicantur; oportebit dicere, quòd numerus est mẽ sura numerorum, & non unitas: quia unigeneitas est inter numerum & numerum, magis quàm inter unitatem & numerum: & sic uidetur, quòd numerus magis habeat rationem mensuræ, quã unitas: quod tamen falsum est: quia non est æquè dignum numerum esse mensuram, sicut unitatē: nec ista unigeneitas debet aliquem mouere, quia non debet esse unigeneitas in omnibus; dicere enim, quòd numerus est magis mensura, quàm unitas propter unigeneitatem; idem est quòd dicere, quòd unitatum est magis metrum unitates & numerum; quia numerus non est nisi collectio unitatum. Notandum est, quòd si attenderetur unigeneitas & conuenientia inter mensurã & mensuratum per omnem modum; magis dicę

Metrum & unigeneum mensurato.

E remus, quòd numerus mensurat numerum, quã quòd unitas: hoc autem dicere, scilicet quòd numerus magis habet rationem mensuræ quàm unitas, idem est quòd dicere, quòd unitates magis habent rationem mensuræ quàm unitas, quia unitas & numerus idem sunt. Quòd autem unitas & numerus magis habeant rationem mensuræ, quàm unitas, hoc falsum est: & hoc quia unitas eadem respectu numeri & respectu unitatum habet rationem primi mensurantis: non ergo debet attendi inter mensuram & mensuratum uniformitas per omnem modum; sed uniformitas, quæ attenditur inter mensuram & mensuratum est solùm uniformitas cuiusdam ordinis; sicut naturali ordine magnitudo mensurans, & magnitudo

F mensurata uniformia sunt; & ideo illa, quę sūt infra diuersos ordines, seipsa non mensurant; sicut albedo nunquam mensurat sapores, sed solũ colores. Et secundùm hoc unites est mágis mensura, quàm numerus; & hoc quia naturali ordine totus ordo numerorum oritur ab unitate, & ad eam resoluitur; ut autem hoc meliùs uideatur.

Quæritur, Vtrum mensura sit semper unigenea mensurato? Videtur quòd non: uidemus enim, quòd primum ens est mensura omnium entium; & tamen non est unigeneum omnibus entibus; quia omne unigeneum uniuocum est; inter primum autem ens, & alia entia non est uniuocatio. Præterea, illa propriè sunt unigenea, quæ sunt unius rationis; mensura autem & mensuratum non semper sunt unius rationis; ui-

Quæstio.

G demus enim, quòd albedo est mensura omnium colorum; albedo autem cum aliis coloribus non est unius rationis. Ad oppositum est Philoso. Ad hanc qõnem dicẽdum est, ꝙ unigeneitas est quædam unitas; quærere ergo quam unigeneitatem habet mensura & mensuratum; idem est, ꝙ quærere, quam unitatem hẽat mensura & mensuratum. Ad quod dicendum est, quòd ista unitas non potest esse unitas omni modo uniuocationis; nam illa, quæ sunt uniuoca, sunt unius rationis; quę autem sunt unius rationis, non est maior ratio, quòd unum sit mensura alteriùs, quàm econuerso; ex quo enim unam rationem participant, si uni conuenit ratio mensuræ, & reliquo; & similiter si uni conuenit ratio mensurati, & reli-

H quo; non ergo unitas, quæ est inter mensuram & mensuratum, est unitas uniuocationis omni modo. Nec potest esse unitas nominis tantùm, quæ uocatur unitas æquiuocationis: quia si hoc esset, tunc mensura & mensuratum essent æquiuoca; quod non est possibile; simpliciter enim mensura attributionem habet ad mensuratum; unum autem æquiuocorum non habet attributionem ad aliud; ergo non est unitas rationis tantùm; restat ergo inuenire aliam unitatem ab his duabus inter mensuram & mensuratum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd unitas analogiæ nó est unitas æquiuocationis, nec unitas nominis tãtùm; sed tenet quendam gradum medium inter uniuoca;

Vnitas analogia quæ sit.

uniuoca,& æquiuoca;similiter unitas generis nō est propriè unitas uniuocationis, quia (sicut probatum est in Septimo Physicorum) uniuocatio propriè non est nisi in specie specialissima. Nec unitas æquiuocationis,quæ est nominis tantùm; quia ea,quæ conueniunt in genere physico, magis conueniunt,quàm æquiuoca. Potest tamen reduci unitas generis ad unitatem analogiæ: dicemus enim,quòd inter mensuram & mensuratum aliquando est unitas analogiæ,aliquando est unitas generis; quando enim dicitur, quòd ens primum est mensura omnium entium;non potest dici,quòd inter mensuram & mensuratum sit unitas generis, quia ens primum non est in genere: est ergo ibi solùm unitas analogię,quia omnia entia attributionem habent & analogiam ad ens primum:quando etiam dicimus, quòd exemplatum mensuratur ab exemplari: ibi est unitas analogiæ, & non est unitas, quæ est inter mensuram & mensuratum: quia exemplatum omne habet analogiam & attributionem ad exemplar. Aliquando autem inter mensuram & mensuratum est unitas generis;sicut inter albedinem mensurā tem,& alios colores mensuratos est unitas generis. Debemus enim imaginari,quòd inter mensuram & mensuratum est semper aliquis ordo:unde eorum, quæ nullum ordinem habent adinuicem, unum non est mensura alterius: similiter in per accidens ordinatis unum non est mensura alterius,quia inter mensuram & mensuratum oportet quòd sit ordo,& ordo per se:& ideo quia indiuidua materialia ordinem habent adinuicem accidentalem,ideo unum non est mensura alterius:in speciebus autē, quia ibi est ordo per se,potest esse ratio mensuræ & mensurati. Hic autem ordo per se potest causari duobus modis: uno modo quia iste ordo est infra unitatem analogiæ:& hoc modo dicimus,quòd ordo per se est omnium entium ad primū ens. Alio modo potest causari iste ordo per se ex hoc,quòd illa,quæ ordinātur, sunt infra unitatem generis; illa enim,quæ sunt infra unam speciem,non habent ordinem nisi accidentalem;& ideo unum non mensurat aliud propriè: sed species, quæ sunt infra unum genus, habent ordinem essentialem, & ideo una species potest esse mensura aliarum specierum: sicut albedo est mensura omnium colorum, non autem est mensura saporum: quia sapor & color sunt infra duo genera,& per consequens infra duos ordines, & infra duas attributiones:mensura autem & mensuratum sunt infra unum ordinem. Notandum tamen, quòd quando dicitur, quòd mensura & mēsuratum sunt infra unum genus, accipitur unitas generis largo modo,secundùm quòd est quid commune ad aliquid,quod est directè in genere: nam nos uidemus, quòd unum mensurat numerum:unum autem indirectè est in genere,numerus autem directè. Ad argumentum patet,quia hic non requiritur nisi unitas analogiæ, quæ potest esse inter ens primum, & alia entia. Ad secūdum patet, quia unigeneitas(de qua loquimur hic)nō est unitas speciei,sed est unitas analogiæ, uel generis. Deinde cum d.

Vniuocatio propriè est i specie specialissima. Vide 7. phy fic. 24. & vndo.

Rō mensurā inquibus est.

Ordo per se dupliciter causatur.

Ad argum.

A

Et scientiam autem rerum metrum dicimus, & sensum propter idem, quia cognoscimus aliquid ipsis:sed mensurantur magis quàm mensurant. Sed accidit nobis,ueluti si alio nos mensurante, agnoscamus quanti sumus, per cubitum ad tantùm nostri adiicere. Prothagoras uerò hominem ait omnium esse metrum,ac utique si scientem diceret aut sentientem. Hos autem,quia habent,hic quidem sensum,ille uerò scientiam, quæ dicimus esse metra eorum,quæ subiiciuntur. Nihil itaque dicentes superabundans,uidentur aliquid dicere. TEX. 5.

B

Remouet errorem quorundam. Et diuiditur in duas partes,quia primò facit,quod dictum est: secundò summatim epilogat ea, quæ dicta sunt de natura unius,ibi[Quod quidem igitur uni esse.] Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ quia dictum est,quòd per metrum cognoscimus mensuratum,posset aliquis credere errans,quòd quia per scientiam nos cognoscimus res exteriores,ꝙ scia esset mensura rerū exteriorū:&quia ꝑ sensus cognoscimus sensibilia,posset aliquis credere, ꝙ sensus esset mensura sensibilium: utrunque tamē falsum est, quia nec sciētia mēsura est intelligibilium,nec sensus sensibilium: immo magis econuersò sensibile est mensura sensus, & intelligibile est mensura intellectus: ita quòd intelligibilia & sensibilia sunt quædam extrinseca, quæ quasi apposita nobis,mensurant intellectum nostrum & sensum.His uisis,patet litera: dicit enim quòd quia per scientiam cognoscimus scibile,ideo dicimus scientiam esse mensuram scibilium: & propter eandem causam dicimus,ꝙ sensus est mensura sensibilium;quia per sensus aliquid cognoscimus.Sed tamen econuersò est, quia sciētia & sensus magis mensurantur,quàm mensurent:accidit enim nobis mensurari à scibili & à sensibili:uelut alio nos mensurante per cubitum extrinsecū, applicatum ad quantitatem nostram, cognoscamus quanti sumus;ita similiter per res exteriores, nobis appositas,mensuratur intellectus,& sensus noster, quia sensus & intellectus mensurantur. Ideo errauit Pythagoras,qui posuit, quòd homo est mensura omnium: est enim mensura sensibilium per sensum,intelligibilium per intellectum. Pythagoras autem sic dicens,nihil dicebat, cum tamē uideretur dicere aliquid magnum & super abundans:benè dico, quòd nihil dicit, quia non est uerus, quòd sensus & intellectus mensurent, sed magis mensurantur.

Exploditur error.

C

Sensibile sensus, intelligibile intellectus mēsura sunt.

D

Error Pythago. alias Prothagora.

Quæreret aliquis,Vtrum intellectus noster mēsuretur à rebus,uel mensuret ipsas res? Dicendū est;quòd intellectus noster mensuratur,& mensurat.s. si accipiamus mensuram largo modo pro cognitione.Hanc autem ueritatem possumus uenari duobus modis:unus modus est ex habitudine,quæ est inter esse in conceptu,& esse in effectu. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd aliter

Quæstio.

Primus modus.

aliter eſt in rebus artificialibus, & aliter in rebus naturalibus: nam in rebus artificialibus eſſe in eſſectu, oritur ab eſſe in conceptu, quia artificialia oriuntur ab intellectu, uel conceptu artificis: & ideo in artificialibus eſſe in conceptu menſurat eſſe in effectu: unde domus in mente artificis, menſura eſt domus, quæ eſt in materia. In rebus autem naturalibus, quia res naturales non cauſantur ab intellectu noſtro, ſed magis econuersò (cõceptus enim noſter cauſatur à rebus naturalibus) iõ in talibus eſſe in effectu eſt magis cauſa ipſius eſſe in conceptu, quàm econuerſò: conceptus .n. noſter eſt uerus, quia conformatur rebus naturalibus; non autem res naturales ſunt ueræ, quia cõformantur noſtro conceptui. Si tamẽ res naturales ueræ ſunt, ex hoc quòd conformantur alicui intellectui oportet quòd ille intellectus ſit menſura rerum naturalium; talis aũt eſt intellectus diuinus: & ideo talis intellectus diuinus eſt menſura omnium rerum.

Vide Auer. 12. Metaphy. s 1. & in lib. deſtr. diſput. 10. in ſol 3. dubii.

Secundus modus.

Scd's modus accipiẽdi hãc ueritatẽ, eſt ex habitudine, quæ eſt inter põiam actiuã, & paſsiuam. Ad cuius euidentiã notãdũ eſt, ꝙ quidquid eſt in potẽtia paſsiua, ſub aliquo mõ prioritatis eſt in potentia actiua, quia nihil eſt in paſsiuo uel paſsibili, quòd non aliquo modo oriatur ab actiuo: cum ergo menſura habeat rationem prioris, & menſuratum rationem poſterioris; magis dicemus, ꝙ potentia actiua ſit menſura potẽtiæ paſsiuæ, quã econuerſò: cum ergo obiectum moueat intellectum noſtrum, & ſenſum; & intellectus & ſenſus moueantur; magis dicemus, quòd obiectum intelligibile eſt menſura intellectus, quàm econuerſò. Deinde cum dicit.

Quod quidem igitur uni eſſe maximè eſt ſecundùm nomen, quod determinat metrum quoddam, et maximè quantitatis, deinde qualitatis, palàm. Erit autem tale hoc quidem ſi eſt indiuiſibile ſecundùm quantitatem, illud autem ſi ſecundùm qualitatem. Propter quod indiuiſibile eſt, quod unum, aut ſimpliciter, aut inquantùm unum.

Epilogus.

Epilogat, quæ dicta ſunt de ratione unius, dicens: quòd dictum eſt, quòd ratio unius, & eſſe eius eſt, quòd ſit quoddam metrum. Dictum etiã eſt, ꝙ ratio menſuræ & metri primò eſt in quantitate, deinde in aliis prædicamentis, ſicut in prædicamento qualitatis. Dictum etiam eſt, ꝙ illud unum indiuiſibile eſt uel ſecundum quantitatẽ, quando eſt in prædicamento quantitatis; uel ſecundùm qualitatem, quãdo eſt in qualitate: iſtud etiam indiuiſibile eſt uel ſimpliciter, uel ad minùs inquantùm unum. Notandum, quòd poteſt contingere, quòd aliquid eſt diuiſibile, quod tamen inquantùm unum eſt indiuiſibile: ſicut linea pedalis ponitur quoddam unum ad menſurãdum lineas, quæ cum ſit quoddam cõtinuum, diuiſibile eſt, inquantùm tamen habet rationem unius, indiuiſibile eſt; ſi enim debet diuidi, hoc ẽ inquantùm poteſt habere rationem numeri. Vnde ſi reperiatur aliquod unum, quod nullo mo-

E do poſsit habere rationem numeri; illud eſt ſimpliciter indiuiſibile: ſi tamen reperiatur aliquod unum, quod poſsit habere rationem numeri; licẽt inquantùm unum ſit indiuiſibile, tamen inquantùm poteſt habere rationem numeri diuiſibile ẽ.

Secundùm ſubſtantiam uerò & naturam quærendum eſt, utro modo ſe habeat; quemadmodum in dubitationibus tractauimus, quid quod unum eſt, & quomodo oportet de eo ſuſcipere, utrum uelut ſubſtãtia aliqua exiſtente ipſo uno, ſicut Pythagorici dicunt priùs, & Plato poſteriùs: aut magis ſupponitur aliqua natura. Et quomodo oportet notius dici & magis, ſicut qui de natura. Illorum enim alius dixit amicitiam eſſe quidem unum, alius aerem, alius infinitum. TEX. 6.

F Poſtquam oſtendit, quòd proprietas unius eſt, quòd ſit menſura, & quòd transferatur ad alia genera: hic quærit Philoſophus, Vtrum poſsit reperiri aliquod unum, quod ſit menſura omnium ſubſtantiarum, & omnium entium: illud enim, quod eſt menſura ſubſtantiæ, eſt menſura omnium entium; quia ratio entis primò & principaliter reperitur in ſubſtantia. Ad euidentiam autem huius Capituli notandum eſt, quòd ubicunque poteſt reperiri numerus, & ordo per ſe; poteſt reperiri aliquod unum, quod menſurat omnia, quæ ſunt infra illum ordinem: unde quia infra colores poteſt reperiri numerus ſpecierum per ſe ordinatarum, ideo poteſt reperiri unum, quo poſſunt mẽſurari omnes colores: & huius ratio eſt, quia cum

An detur unum, quod ſit menſura uniuerſorũ entium.

G omnis multitudo reducatur ad unum, oportet ꝙ ubicunque eſt aliqua multitudo ordinata per ſe, quòd ſit aliquod unum, quod ſit menſura alicuius multitudinis: & quia in quolibet genere eſt dare aliquam multitudinem & aliquem ordinem per ſe: ideo oportet quòd in quolibet genere ſit aliquod unum, ad quod reducatur tota multitudo. Appello autem genus largo modo, pro qualibet manerie uniuerſaliter: eo modo quo dicimus, quòd alius ordo eſt in ſonis, & alius in ponderibus, & ſic de aliis. Neceſsitas ergo ponendi unum eſt, quòd reperitur aliqua multitudo per ſe ordinata, & eſſentialiter: omnis autem talis ad unum reducitur. Et ſimiliter neceſsitas ponendi diuerſum unũ, eſt diuerſus ordo, & diuerſa mul-

H titudo. Si ergo neceſsitas ponendi unum eſt ordo eſſentialis, cum omnia entia formalia ad inuicem ordinentur eſſentialiter, oportet dare aliquod unum, quod non ſolùm reſpiciat ordinem huius generis, uel illius, ſed ordinem totius entis. Videmus enim, quòd ordine eſſentiali ſuper formã elementarem eſt forma mixti, & ſuper formam mixti forma uegetabilis, & ſuper formam uegetabilem forma ſenſitiua, & ſuper formam ſenſitiuam intellectiua: & ſic aſcendendo, oportet deuenire ad aliquod unum, quod ſit menſura totius multitudinis: quia ergo in ordine totius entis eſt dare aliquod unum, ideo Philoſophus hic quærit de illo uno, Vtrum ſcilicet ſit dare aliquod unum reſpectu omnium entium, & reſpectu omnium

nium substantiarum;sicut est dare aliquod unum in unoquoque genere? Et diuiditur in duas partes,quia in prima parte quærit quæstionem,& soluit eam:in secunda parte quia fecit mentionem de ente & uno, manifestat qũo se habent ens & unum ad inuicem,ibi [Quia uerò idem] Prima in duas,quia primò quærit quæstionem, in qua quæritur, Vtrum unum, quod ponitur mensura entium,debeat poni,sicut ponebant Antiqui? in secunda parte ostendit, quomodo impossibile est, quòd sic ponatur: in tertia parte probat, quòd sicut in quolibet genere est dare unum: ita est dare unum quod est mensura omnium entium. Secunda ibi [Si itaque nullum.] Tertia ibi [Adhuc autem similiter.] Dicit ergo primò,ꝙ postquam dictum est de uno,uidẽdum est de uno, quod est in substantia, Vtrum sit dare aliquod unum,quod sit substantia omnium rerum:quæ quidem qõ modo ta est in Tertio: est.n. qõ quidem,quid est unum in substantia:& Vtrum suscipiendum est de eo, sicut dixerunt Antiqui, Vtrum.ſ.hoc unũ sit quędam substantia separata per se subsistens, sicut dixerunt priùs Pythagorici,& postea Platonici:aut Vtrum ista sit sicut dixerunt Naturales: dixerunt enim,quòd illi uni supponitur aliqua natura: ita quòd illud unum non est separatum,sed est in aliqua natura sensibili, ad quam sicut ad quoddam prius,& ad quoddam notius reducitur illud unũ: hoc autem unum ab aliquibus Naturalibus dicitur amicitia;& hoc secundùm Empedoc.qui posuit quatuor elemẽta principia materialia, & duo agentia, scilicet amicitiam & litem; sed tamen quia agens est ante passum, ideo naturam istius unius attribuebant primo agenti, & non principio materiali: & quia inter agentia amicitia excedit odium,ideo unum attribuebant amicitiæ, & non odio. Alii autem naturales dicebant,quòd hoc unum,quod quæritur,est aer:sicut illi,qui ponunt,quòd aer est tota substãtia eorum,quæ sunt. Alii autem posuerunt, quòd illud unum est infinitum quoddam: sicut illi; qui posuerunt infinitos athomos,sicut Democritus,uel infinitas partes similares sicut Anaxagoras. Notandum est,quòd sicut se habuerunt Antiqui ad substantiam rei & necessarium,ita se habuerunt ad hoc unum. Ad substantiam autem rei se habuere antiqui diuersimodè:dixerunt enim quidam, sicut Platonici, ꝙ substantia rei est quidditas separata: quia sicut humanitas hominis est humanitas separata, quã uocabant per se hominem, ita substantia omnium entium est entitas separata & unitas,quam uocabant per se ens,& per se unum:& ideo dixerunt, quòd illud unum,quod quæritur,quod est mensura omnium entium,& maximè entis,quod est substantia,est unum,quod est separatum. Alii autem dixerunt quòd tota substantia entium est aliquod corpus sensibile:sicut tota natura entium est aer, uel aqua, quia ponebant, quòd substantia rei ex materia est:& ideo si res fiunt ex aere, tota substãtia rei ẽ aer:& si ex aqua,tota substãtia rei ẽ aqua:

Tex. cõ. 2. & inde.

Opinio antiquorũ de substantia unius. Vide 1. Phys. tex. cõ. 6. & inde.

Antiqui uaria de substantia modis protulere.

A & quia(secundùm eos) non est dare nisi ens sensibile,ideo ponebant,quòd substantia omnium entium erat materia, ex qua fiebat ens sensibile, & per consequens totum ens: quia secundùm eos ens sensibile, & totum ens conuertuntur. Et isti naturam unius attribuebant aeri, uel aquæ,uel alicui alteri naturæ sensibili,ex qua dicebant omnia fieri. Qui autem dicebant, quòd substantia entis sunt infinitæ partes similares,uel infiniti athomi, isti unum attribuebant infinito. Deinde cum d.

B *Si itaque nullum uniuersalium esse substantiam est possibile, sicut in sermonibus de substantia, & de ente dictum est. Nec ipsum hoc substantia, nisi unum aliquid præter multa possibile est esse: commune nam que: Sed si ut prædicatum solùm, palàm quòd neque ipsum unum. Nam ens & unum uniuersaliter prędicantur de omnibus maximè: quare nec genera naturæ quædam, & substantiæ separabiles ab aliis sunt. Nec unum genus contingit esse propter easdem causas; propter quas quidem, nec ens, nec substantia.*

Ostendit, quòd non potest poni istud unum, sicut ponebant Antiqui, & maximè sicut ponebat Plato:& est ratio ipsius talis. Vnum, quod quæritur, substantia est; unum autem, quod ponitur à Platone, est ipsum uniuersale, sed uniuersale substantia non est, ergo unum positum à Platone, nõ est unum, quod quæritur: Quod autẽ uniuersale non sit substantia, probat: quia esse substantiæ est esse in effectu, & non in conceptu, esse autem uniuersalis est esse tantùm secundùm prædicationẽ, & per consequens non est nisi esse in conceptu. C Et hoc est, quod dicit litera: quòd si nullum uniuersalium substantia est, sicut dictum est in sermonibus Septimi Libri, in quibus fit mẽtio de ente, & substãtia, nec ipsum unum, quod ponitur à Platone quoddam uniuersale, erit substantia; quia si uniuersale esset substantia, esset quoddam per se subsistens præter multa, quod haberet esse in effectu; quod non est uerum: quia ipsum uniuersale est quoddam commune secundùm prædicationem; & ita suum esse est esse in conceptu; si autem ipsum prædicamentum, & ipsum uniuersale non sunt substantia, quia suum esse est in prædicari, & in dici; manifestum est, quòd nec ipsum ens uniuersale est substantia; & hoc quia ens & unũ conuertuntur, & ens & unũ sunt quædã uniuersalia, quæ de multis prædicantur: si ipsum ens D & unum eo ipso ꝙ uniuersalia quædam de multis prædicantur: & si ipsum ens & unum eo ipso ꝙ uniuersalia, non sunt quędam substantiæ in effectu separabiles; manifestum est, ꝙ nec ipsum genus propter eandem causam substantia ẽ; quia ipsum genus uniuersale est.

Quæreret quis. Vtrũ illud unũ, quod quæritur, qđ est mensura oium entium, possit poni unũ separatũ uniuersale, sicut ponebat Plato? In hac qõne duo sunt uidenda; primò.n.uidendum ẽ, Vtrũ hoc unũ, quod ponitur mensura entium, dẽat esse separatum: secundò supposito ꝙ sic, uidendum ẽ, Vtrum hoc unum debeat dici uniuersale?

Lupus antiquorũ circa unum.

Tex. cõ. 45. & inde.

Quæstio.

Artic. 1. Quantùm ad primum notãdum est, quòd hoc unum,quod quæritur, quod debet poni mensura omnium entium;debet poni ens separatum,& nõ ens in materia:quod patet duplici uia. Prima uia talis est:illud unum,quod quæritur,est illud unũ, quod est mensura omnium entium : nullum autẽ ens potest esse mensura omnium entium , nisi illud ens,ad quod habent analogiam & attributionem omnia entia : tale autem ens non potest esse ens in materia; omne enim ens,quod ẽ ens materiale , est ens possibile; & per consequens cũ ens possibile sit ens reductum , ens materiale est ens reductum:& quia ens reductum impossibile est, quòd sit primum in tota analogia entium:si enim esset primum,esset ens non reductũ: si esset materiale & possibile esset reductum; & sic esset reductum,& non reductum:Et ideo eo ipso quòd tale ens,quod quæritur,est ens , quod est primum in tota analogia entium; oportet quòd sit ens,quod est necesse esse : quia si esset possibile , non esset primum ens: eo ipso autem quòd hoc ens est necesse esse,oportet quòd sit sparatũ à materia;quia necesse esse non est esse receptum in materia .

Vnũ, quod ẽ mensura omniũ entiũ, ẽ ens separatum.

Ens naturale ẽ ens possibile.

Secũda uia. Secunda uia ad hoc ostendendum est ex hoc , ꝙ illud unum,quod quęritur,est illud, a quo incipit numerus entium,numerus autem non incipit nisi ab ente separato . Ad cuius euidentiam notandum est,quòd ita suo modo imaginandum est de uno,quod quæritur,sicut de uno,quod est in quo libet genere,de quo iam dictum est:unum autẽ, quod est in genere,sic se habet, quòd ab eo gradatim & ordinatim est numerus illius generis:sicut quia albedo est unum in coloribus , ideo secundùm quòd colores gradatim,& secundùm ꝙ nobiliùs & ignobiliùs respiciunt albedinem, secundùm hoc causatur numerus colorum. Similiter unum hoc,quod quæritur in entibus,debet esse unum,a quo gradatim descendat totus numerus entium:hoc autem non põt esse nisi ens separatum ; quia ens coniunctum cum materia non potest esse primum,a quo descendat totus numerus entium. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duplex est numerus, materialis, & formalis:de numero materiali non loquimur , sed de formali:numerus autem formalis est ex diuersitate formarum,quæ gradatim descendunt ab uno primo,quod quidem primum est ens separatũ ; & sic patet primum.

Numerus duplex.

Arti. 2. Secũdum qđ debet uideri est, Vtrum hoc vnũ separatum possit dici uniuersale. Ad quod dicendum est,ꝙ uniuersale dicitur duobus modis:uniuersale uno modo dicitur in prædicando: secundo modo in causando : accipiendo primo modo uniuersale,impossibile est,ꝙ istud unum , quod quęritur,sit uniuersale : quia (sicut ostensum est) istud,quod quæritur,est necesse esse: ipsum autẽ necesse esse est per se subsistens in effectu: ipsum autem uniuersale in prædicando non est subsistẽs in effectu.Si autem quæratur, Vtrum sit uniuersale in causando?Dicendum est,ꝙ sic,quia illud v-

Vniuersale duplex.

E num,quod quæritur, est totus numerus entium. Philosoph.ergo improbauit in litera,ꝙ tale unũ, quod quæritur,non potest esse uniuersale in prædicando:quia uniuersale,quod prædicatur,non ẽ substantia in effectu,sed solùm in conceptu .

Adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere . Dicuntur autem æqualiter ens, & unum. Ergo quoniam in qualitatibus est aliquid quod unũ, & aliqua natura , & similiter in quantis ; palàm quia, & totaliter quærendum quid quod unum;quẽadmodum & quid ens,tanquam non sufficiens quod hoc ipsum,ipsius natura.

Postquam ostendit,quòd istud unũ, quod quærit; non est ponendum, sicut ponebant Antiqui : hic ostendit,quòd est necesse dare aliquod unum F respectu omnium entium , quod sit mensura eorum . Et diuiditur in duas partes, quia in prima parte hoc probat per rationem: in secunda parte per exemplum.Secunda ibi [At uerò & in coloribus] Est ergo ratio talis: ens & unum conuertuntur, ita ꝙ unumquodque sicut se hẽt ad ens , sic se habet ad unum: si ergo in ente particulariter accepto & in genere est dare unum,quod mẽsurat omnia illius generis ; ergo similiter in toto ambitu entis est dare unum,quod mensurat omnia entia:& non solùm sufficit supponere, ꝙ hoc est unum;sed etiam ostendendum est,quid ẽ hoc unum.Et hoc est,quod dicit litera , ꝙ unũ & ens necesse est similiter se habere in oĩbus;ita ꝙ sicut si ens ẽ in aliquo genere,oportet ꝙ quæratur ali- G quod unum illius generis, & si quæritur de ente in genere tali & tali : ẽt oportet ꝙ detur aliquod unum,quod respiciat totum ambitum entis. Videmus.n.ꝙ in qualitatibus est aliquod unum, & aliqua natura,quæ est mensura qualitatis; sicut albedo colorum:similiter in quantis est aliquod unum,quod mensurat omnia quãta,ergo similiter in toto ente. Videndum est ergo, quid est illud unum,& quid est illud ens, quod mẽsurat omnia entia : benè dico, ꝙ uidendum est,quid est; quia non sufficit supponere quia est.

Necessario ponẽdũ est unum respectu omnium entium.

Vnũ & ens cõuertunt.

At uerò & in coloribus est aliquid , quod color unus,puta albus. Deinde alii ex hoc & nigro uidentur geniti. Nigrum uerò priuatio albi est , ut lucis tenebra.Hæc enim est priuatio lucis. Quare si entia H *essent colores,essent utique numerus quidam entia: sed quorum?palàm utique,quia colorum . Et ipsum unum esset utique aliquid unum,puta album. Similiter autem & si melodia essent,numerus utique essent,diasum equidem sed non numerus substantia ipsorum.Et ipsum unum esset utique aliquid,cuius substantia non ipsum unum,sed diæsis.Similiter autem & in sonis : elementorum essent utique entia numerus,& ipsum unum elementum uocale.Et figura rectilineæ;figurarum utique esset numerus , & ipsum unum trigonum : eadem autem ratio & in aliis generibus.*

& Probat , quod dixit per exempla : & posset esse meliùs fortè ratio , & est ratio talis : in quolibet genere inuenitur aliquis numerus , qui non

Exemplis ostendit intentum.

non est numerus totaliter entium, sed numerus entium in tali natura; & talis numerus est numerus, qui incipit à speciali uno, quod est primum in illo genere; ergo cum iste numerus non sit numerus omnium entium, oportet reperiri numerum omnium entium, qui causetur & mensuretur ab aliquo uno primo, quod non est in genere, sed est principium totius entis. In hac ratione sic procedit; quia primò ponit antecedens, scilicet quòd in quolibet est dare aliquem numerum, & aliquod unum: secundò infert consequens, quòd si est dare in omni genere, oportet ꝙ sit dare in toto ambitu entis, ibi [Quare siquidem] Dicit ergo primò, ꝙ in coloribus est dare unum colorẽ, puta albedinem, qui est mensura omnium colorum: & hoc quia albedo est perfectior, & simplicior aliis coloribus: simplicior quidem, quia colores medii compositi sunt ex extremis; sicut ex albo & nigro: perfectior autem, quia color extremus sicut nigredo respectu albedinis se habet sicut priuatio respectu habitus; & sicut tenebra respectu lucis: si enim omnia entia essent colores, numerus colorum esset numerus entium: ita quòd numerus entium esset numerus quorundam, scilicet colorum; & unum, quod quæritur, esset album, quod est unum in numero colorum: sed hoc est falsum, scilicet quòd numerus entium sit numerus colorum: ideo oportet quærere alium numerum, & aliud unum. Et similiter si omnia entia essent melodia, numerus melodiarum esset numerus entium, qui quæritur: & unum, quod quæritur, esset diæsis, quæ ponitur unum in melodiis: sed hoc est falsum: quia numerus, qui quæritur, est numerus substantiarum; numerus autem melodiarum non est substãtia: & unum, quod quæritur, est unum, quod est substantia; quod est primum respectu omnium substantiarum: ipsum autem unum, quod est diesis, substantia non est. Similiter si omnia entia essent soni, numerus sonorum esset numerus entium; & ipsum elementum uocale, idest litera uocalis esset mensura dictionum, & esset unum, qđ quæritur; sed quia hoc est falsum; oportet quærere aliud unum: Et si figura rectilinea esset omnia entia numerus figurarum esset numerus omniũ entium; & unum, quod est in figuris, scilicet triangulus (quia omnes figuræ rectilineæ resoluuntur ad triangulum) esset unum, quod quæritur: & quia hoc non est uerum, oportet quęrere aliud unum. Et sicut dictum est de istis generibus, scilicet quòd est ibi dare aliquem numerum, & aliquod unum; ita similiter est in aliis generibus.

Quare siquidem in passionibus, & in qualitatibus, & in quantitatibus, & in motu numeris existentibus, & uno aliquo in omnibus: numerus est quorundam, & ipsum unum aliquid unum, sed non hoc ipsius substantia; & in substantiis necesse est similiter se habere: similiter enim se habet in omnibus. Quod quidem igitur unum in omni genere est que- A *dam natura, & nullius natura hoc ipsum quod unum, palàm. Sed sicut in coloribus colorem unũ quærendum ipsum quod unum, sic etiam in substantia, substantiam unam ipsum unum.*

Concludit consequens, scilicet quòd est dare unum, quod est mensura omnium entium; & maximè substantia, quia idem est unum, quod est mensura substantiarum, & totius. Et hoc est, qđ dicit: ꝙ si in passionibus, & in qualitatibus, & in quantitatibus, & in motu inuenitur numerus, & unum; & ille numerus non est numerus simpliciter, sed numerus quorundam entium: illud etiam unum non est substantia, sed accidens; si in quã ita est, oportet in substantiis dare aliquod unum, & etiam in omnibus entibus: quia idem est B unum, quod est unũ in substantiis, & in toto ambitu entis, & hoc unum substantia est: licèt præcedens unum non fuerit substantia. Cõcludit ergo Philoso. ꝙ manifestum est, ꝙ in omni genere est dare aliquod unum; & ideo tantùm istud unum ẽ substantia, uel natura alicuius: quia istud unũ nõ est substantia illorum, respũ quorum est unum, sicut albedo non est substantia omnium colorum. Manifestum etiam ꝙ sicut in coloribus est dare unum, quod quidem unum substantia non est, ita similiter in substantiis est dare unam substantiam, quæ est mensura.

Infert intentum principale.

Quia uerò idem significant aliqualiter unum, & ens; palàm per assequi æqualiter Categorias: et quia non sunt in nullo una, ut neque in quid est, neque in quale, sed similiter se habet sicut ens. TEX. 8.

C Ostendit, qũo se habent ad inuicem ens, & unum; quia idem significant, & æqualiter se habẽt ad inuicem: hoc ãt probat duabus rõnibus. Prima rõ in principio, ibi [Et pp hoc ꝙ unus hó] Dicit ergo primò, ꝙ manifestum est, ꝙ ens & unũ idem significant: & hoc quia sicut unũ non est in aliquo prædicamento, nec in una aliqua natura una, quæ sit quid, uel quale, uel quantùm, & ita de aliis prædicamentis, ita nec ens.

Ens, & unũ idem significãt; & æqualiter se hñt.

Et propter hoc quòd unus homo non prædicat alterum aliquid ab homine, quemadmodum nec esse, præter quid, aut quale, aut quantùm. Et uni esse, id quod unicuique est esse.

Probat per scđam rõem, ꝙ unum, & ens idẽ significãt; & est ratio talis: quia sicut unum nihil D prædicat aliud ab hoĩe, quãdo dr̃ unus hõ; ita nec ens prędicat aliã naturã ab hoĩe; quãdo dr̃ ens hõ; nec ẽt ens prædicat aliã naturã à decẽ prędicamẽtis: natura. n. entis nõ est alia natura præter quid, præter quale, & præter quantũ: nec ẽt alia natura ab ipso uno; quia dicere esse rei, & unũ esse, idem est dicere: & ita ens, & unũ conuertũtur. Notandum est, ꝙ tribus modis (ut dicit Comm.) probat hic Philoso. ꝙ unum & ens conuertuntur: Prima rõ est: quia sicut unũ sequitur omnia prædicamẽta, ita & ens: & sicut unũ diuiditur per decẽ prædicamenta, ita & ens. Secunda ratio est: quia sicut unũ non est in aliqua una natura; ita nec ens. Vbi notandum est, quòd unum, uel ens esse ali-

Doctr. Commenta. hic. 8. & 12. Metaph. 19 & 20. com.

quam unam materiam, potest intelligi duobus modis: uno modo quòd unum & ens dicant aliquam nnam naturam communem decem prædicamentis: ita ꝙ unum & ens immediatè significet istam naturam, & istum conceptum, & mediante illo conceptu significent decem prædicamenta: & hoc est impossibile secundũ Cõmentatorẽ primò quia secundũ hoc, ens & unum non descẽderent imediate in decem prędicamẽta, sed p mediũ, qđ est impossibile: quia intellectus illius medii eẽt alius intellectus ab intellectibus pdicamẽtalibus, qđ nõ potest esse; quia oĩs intellectus uel est substẽtiæ, uel est accidẽtis. Secũdo hoc est impossibile, quia scđm hoc, ens & vnũ essent genus: de natura autem generis est, quòd per media descendat in species: si ergo ens, & unum per media descenderet in prædicamenta, essent genera. Tertia ratio est, ad probandum, quòd ens & unum idem dicant: & est, quia idem est dicere ens homo, & unus homo: idem enim dicitur, quando dicitur unus homo, homo, & ens homo: quia per hæc tria una realitas dicitur: cum enim dico homo humanitatem dico: cum dico, ens homo, idẽ dico; licèt secundùm alium modum: cũ dicovnus homo, idem dico; licèt per alium modum. Vbi dicit Comm. ꝙ licèt ens, & unum idem dicant; tamen synonima non sunt: quia licèt dicant eadem rem, tamen dicunt eam secundùm alium modũ: licèt enim idem dicatur, quando dicitur ens homo, & quando dicitur unus homo; tamen per alium & alium modum dicitur illa realitas, quãdo dicitur, per ens, & quando dicitur per unum.

De natura generis quid & quo ens nõ ẽ genus.

Vide 4. Metaph. cõ. 3.

Quæstio.

Quæreret aliquis ad euidentiam primæ lectionis, Vtrum sit idem nnum, quod est mensura unius entis, scilicet substantiæ, & totius entis? Et uidetur quòd non, quia substantia est unũ ens prædicamentale; ens autem in sua uniuersalitate ambit omnia prædicamenta; non autem uidetur esse idem, quòd mensurat unum prædicamentũ, & omnia prædicamenta. Ad oppositum est dictũ Comm. qui ponit, ꝙ primus motor, & primum ens est mensura substantiarum; certum est autẽ, ꝙ primum ens est mensura omnium entium: ergo idem est mensura substantiæ & totius entis. Dicendum est, ꝙ idem unnm est, quod est mensura substantiæ & totius entis: hanc autem conclusionem possumus uenari duobus modis. Primus modus est, si ostendatur, quid est unum, qđ est mensura substantiarum, & quid est unum, qđ est mensura totius entis: hoc. n. uiso statim apparebit, ꝙ idem est, quod est mensura substantiæ & totius entis. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ unum, quod est mensura substantiarum oĩum, est prima substantia immaterialis: debemus. n. imaginari, quòd substantiæ materiales reducuntur ad substantias immateriales, & omnes substãtiæ immateriales reducuntur ad unam primam substantiam immaterialem, quam dicimus primum motorem, & exemplar, & primnm finem; quia illa prima substantia respũ aliarum se habet

Hic cõ. 7. & 12. Metap. cõ. 5. 6. 36. 38. 41. 44 Et inde sub stãtia orbis c. 1. c, 2. V's de ĩs 8. Phy sicor. 78. & 79.

E sub triplici genere cãrum: hẽt. n. rõnem agentis, & rõem formæ exemplaris, & rõem finis. Sic ergo illa prima substantia est mensura oĩum substãtiarum; diximus. n. in præcedentibus, ꝙ oĩa, quæ sunt infra unũ ordinẽ, ad unũ primũ reducuntur; & quia substantiæ materiales naturali ordine sũt infra substantias immateriales, oportet ꝙ totus iste ordo reducatur ad aliqđ primũ; quod quidem est mẽsura oĩum illorũ, & hoc primum est prima substantia immaterialis, sic ergo prima substãtia est mensura oĩum substantiarũ. Mensura ãt oĩum entium (ut declaratũ est in præcedentibus) ẽ primum ens, & prima substantia: si. n. differrẽt, possibile esset, ꝙ aliud unum esset mensura substantiarum, & aliud esset mensura totius entis; sed quia F idem est primum ens, & prima substantia; quia non potest esse primum ens, nisi sit prima suba, nec econuersò; si. n. prima substantia est, oportet ꝙ sit substantia immaterialis, quæ sit suum esse; quia si non esset suũ esse, suum esse esset ab alio, & per consequens non esset substantia prima: si ergo est substãtia prima, oportet ꝙ sit suum esse: si ãt est suum esse, oportet ꝙ sit primum ens; quia idem est ens, quod est suum esse, & ens primum. Et sic patet, ꝙ idem unum est, quod est mensura substantiarum, & totius entis: & hoc quia idem est prima substantia, & primum ens; & sic patet prima uia, & primus modus.

Prima substãtia immaterialis est suũ esse.

Secunda uia accipiendi hanc conclusionem, est ex duplici analogia, quæ est inter entia: est. n. una G analogia, & una attributio omnium prædicamẽtorum ad substantiam: est alia analogia & attribõ omnium entium ad primum ens immateriale, quod dicimus esse primum principium. Et differunt istæ analogiæ & istæ attributiones in duobus: primò quia in prima analogia decem entia prædicamentorum reducuntur ad aliquod primum, quod primum est quidem in genere; reducuntur. n. ad substantiam; substantia autẽ genus est: in secunda autem attributione reducuntur ad aliquod primum, quod non est in genere: quia prima substantia, & primum ens in genere non est. Secundò differunt he duæ analogiæ, & attributiones; quia secunda reducitur ad primam; ita quod primum in secunda analogia est mensu H ra alicuius primi i alia: in una enim analogia prædicamenta nouem reducuntur ad substantiam; ita quòd quantùm ad istam analogiam substantia est ens primum non reductum; sed quia hæc analogia ordinatur ad aliam, oportet ꝙ primum in ista analogia reducatur ad primum alterius: in ista enim analogia tam accidens, quàm substantia, & breuiter quidquid est in genere, reducuntur ad primum ens, quod est extra genus. Et ex hoc sequitur, ꝙ ens primum, quod non est in genere, est illud unum, ad quod reducitur substantia, quod est genus: & quia ad substantiam, quod est genus, reducitur omne accidens, oportet ꝙ istud ens primum, quod est primum respectu substantiæ, sit primum respectu totius entis: si enim est

Secũda via.

Analogia duplex.

Primũ ens nõ ẽ in genere.

Ens primũ quod.

est primum respectu substantiæ, est primum respectu accidentis: & quia substantia & accidens diuidunt totum ens, oportet quòd sit unum respectu totius entis. *Ad argum.* Ad argumentum patet, quia illud, quod est primum respectu primi entis, quod est substantia, oportet quòd sit primum respectu totius entis prædicamentalis: & ita idem est unum, quod est mensura substantiarum, & totius entis.

Quæstio. Quæreret quis, Vtrum ratio mensuræ propriè conueniat Deo? quia de ratione mensuræ est, quòd per sui replicationem mensuret mensuratum; sicut uncia per sui replicationem mensurat libram; sed hoc non potest conuenire Deo, quòd per sui replicationem mensuret alia; ergo ratio mensuræ Deo non conuenit. Ad oppositum: illud, quod est maximè actu, est mensura respectu rerum, quæ sunt in potentia: si Deus est purus actus, & alia entia sunt in potentia, ergo sibi maximè conuenit. Ad hanc quæstionem dicendum est, quòd mensuram propriè conuenire alicui, potest esse duobus modis: uno modo quantùm ad notitiam nostram: secundo modo quantùm ad rem in se: multa enim attribuuntur priùs alicui quò ad nos, quæ tamen secundùm rem sibi posteriùs conueniunt: potest ergo esse, quòd ratio mensuræ quantùm ad notitiam nostram priùs insit quantitati; sed tamen in re priùs & propriùs conuenit Deo. *Mensuram alicui conuenit dupliciter.* Ad cuius euidentiam uidenda sunt illa, in quibus consistit ratio mensuræ: quibus uisis, apparebit, quòd illa propriissimè conueniunt Deo, & per consequens ratio mensuræ sibi propriè conuenit; *Ro mensura quo propriissime conuenit deo.* illa autem, quæ conueniunt mensuræ, inter alia tria sunt, secundùm dicta aliorum in præcedenti Lectione. De essentia enim mensuræ est, quòd habeat rationem unius, & per consequens rationem irresolubilis: & ideo ponebatur, quòd numerus mensurabatur ab unitate, non autem econuersò: quia omnis numerus ad unitatem resoluitur, ipsum autem unum ad nihil prius potest resolui: & ideo unum est mensura numeri, non econuersò. Hæc autem proprietas propriissimè conuenit Deo: ens enim primaria diuisione diuiditur in ens, quod est necesse esse, & in ens, quod est posse esse: licèt autem ens, quod est possibile esse, possit multiplicari, tamen ens, quòd est necesse esse, necessariò ita unum est, quòd nullo modo multiplicari potest; & ideo Deus cum sit necesse esse, necessariò habet rationem unius: & sicut omnis numerus resoluitur ad unum, sic omne ens possibile resoluitur ad necesse esse, & reducitur ad illud. Et sic secundùm istam proprietatem mensuræ, ratio mensuræ propriè conuenit Deo. *Ens prima sua diuisio quo diuiditur.*

Secunda proprietas, & ratio mensuræ est, quòd habeat rationem indiuisibilis: benè enim potest esse, quòd aliquid est unum, & habeat rationem unius, & tamen diuidi potest: secundùm quem modum dicimus, quòd continuum unum est, & tamen diuisibile est: non ergo idem est esse unum, & esse indiuisibile. Benè ergo uerum est, quòd omne unum est indiuisum; non tamen omne unum

A est indiuisibile: sed aliquod unum est, quod diuidi potest; sicut unum, quod est continuum. Sic ergo ratio indiuisibilis non omnino idem est, quòd ratio unius. Sic ergo ratio indiuisibilis est secunda ratio mensuræ: de ratione enim mensuræ est, quòd sit quoddam unum indiuisibile; & hoc propriissimè conuenit Deo: licèt enim ens possibile habeat rationem unius; non tamen potest habere rationem unius indiuisibilis; quia omne ens possibile compositum est; omne autem compositum resolubile est, & diuisibile in sua principia, ad minùs secundùm intellectum, quia intellectus potest resoluere compositum in principia sua: ens autem, quod est necesse esse, ita est unum, & habet rationem unius, quòd habet etiam rationem indiuisibilis. *Omne ens possibile est compositum. Deus quomodo unus.* B Imaginabimur enim, quòd unum propriè opponitur multitudini; indiuisibile autem opponitur compositioni; siue diuisibile opponitur indiuisibili: unum autem opponitur illi, quod est actu diuisum: ens ergo possibile unum potest esse, quia non est actu diuisum; sed tamen indiuisibile non potest esse, quia resolubile est, & diuisibile in sua principia, ad minùs per intellectum: ens autem, quod est necesse esse, unum est, & indiuisibile est; quia nec actu diuisum est, nec per intellectum resolubile ad aliqua principia. Ens etiam possibile, licèt possit esse unum, secundùm quod unum opponitur multitudini; tamen non potest esse unum secundùm quod unum opponitur compositioni; ens autem necesse potest esse unum utroque modo; primò est unum, C secundùm quòd unum opponitur multitudini; quia nec sunt, nec possunt esse multi Dii: & etiam secundùm quòd unum opponitur compositioni: & hoc quia in Deo non potest esse aliquis modus compositionis: & quia unum oppositum compositioni, dicitur indiuisibile; ideo ratio indiuisibilis propriissimè conuenit Deo, & per consequens ratio mensuræ.

Tertia ratio, & proprietas mensuræ est, quòd habeat rationem independentis, & causantis: & ideo dixit Philosophus in litera, quòd scibile est mensura scientiæ, & non econuersò scientia est mensura scibilis: & hoc quia ratio scibilis respectu scientiæ est ratio independentis, & causantis: ratio autem scientiæ respectu scibilis est ratio causati, & dependentis: *Scientia cur est mensura bilis.* D cum ergo ratio dependentis sit in omni ente, alio a primo; & ratio independentis sit in ipso primo, oportet quòd habeat rationem mensuræ; & quòd ratio mensuræ propriè sibi conueniat: quia inter omnia entia solùm conuenit sibi ratio independentis. Notandum tamen, quòd econuersò est in Deo, & in nobis: in nobis enim ratio dependentis est ex parte scientiæ nostræ; ratio autem independentis ex parte scibilis; in Deo autem & scientia diuina independens est, quòd non causatur à scibili: ex parte autem scibilis dependentia est, quia scibile a scientia diuina causatur. *Scientia nostra causatur à rebus; scientia autem Dei est causa rerum. 12. Metaph. 15.* Ad rationem in oppositum potest dici, quòd non est uniuersaliter de ratione mensuræ, quòd per sui replicationem mensuret; sed solùm *Ad argum.*

de ratione mensuræ, quæ est in genere quantitatis, siue per se, siue per reductionem: uidemus enim, quòd albedo mensurat, & tamen non mensurat per replicationem.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum Deus secundùm quod est mensura, aspiciat res secundùm esse essentiæ, an secundùm esse existentiæ? Dicendum est, quod magis secundùm esse essentiæ: hanc autem conclusionem uenari possumus duabus uiis. *Prima uia.* Vna uia est, quia res mensurantur à Deo, secundùm quòd habent rationem numeri: rationem autem numeri habent secundùm esse essentiæ, & esse speciei; *Tex.cō.10.* & ideo dicitur in Octauo huius, quòd species sūt sicut numeri; & dictum est paulò supra, quòd res numerantur a prima unitate, quia ab ea descendunt ad modum numeri secundùm additionem F & diminutionem; quia una species semper est in minori gradu, alia in maiori. *Secūda uia.* Secunda uia est, si uideatur, quomodo Deus est mensura. *Deus quo't causa rerū.* Ad cuius euidentiam notandum est, quòd licèt Deus aspiciat res, & ut causa agens, & ut exemplar; tamen magis dicitur esse mensura rerum, ut exemplar est, quàm ut agens est: nam ideo mensura rerum est, quia res illum imitantur secundùm gradum suum; imitatio autem respicit imitationem exemplaris: quod patet ex hoc, quòd ratio imitabilis est ratio ideæ, & ratio imitationis est ratio ideati; idea autem ad exemplar pertinet. Deus ergo ex hoc magis est mensura secundùm quòd exemplar, quàm secundùm quòd agens est; ratio autem exemplaritatis essentiam respicit; ratio autem agendi respicit existentiam; & ideo Deus magis est mensura sub ratione exemplaritatis, quàm sub ratione agentis, & per consequens res magis mensurat, quantùm ad esse essentiæ, quàm quantùm ad esse existentiæ.

TEX. 9. ***Opponuntur autem unum & multa secundùm plures modos. Quorum uno unum multitudo, ut indiuisibile, & diuisibile. Quod quidem enim diuisum aut diuisibile multitudo quædam dicitur: indiuisibile uerò aut non diuisum unum.***

Postquam determinauit de uno in se: hic determinat de uno in comparatione ad multitudinem. *De uno cōparatiue ad multitudinem.* Et diuiditur in duas partes, quia primò determinat de uno in comparatione ad multitudinem: secundò determinat de contrarietate, quæ est quædam species multitudinis, ibi [Quoniam autem differre contingit.] Prima in tres, quia primò determinat de oppositione unius ad multa; secundò determinat de modis siue speciebus unius; tertiò de modis siue speciebus multitudinis. Secunda ibi [Est autem unius quidem] Tertia ibi [Quare palàm quòd diuersum] Prima ī duas, quia primò ostendit, quomodo unum & multa opponuntur: *Vnū et multa quo opponatur.* secundò respondet cuidam tacitæ quæstioni ibi [Dicitur antē ex contrario] Prima in duas, quia primò ponit, quòd multitudo & unum opponuntur: secundò ostēdit, quo genere oppositionis opponuntur, ibi [Quoniam ergo quatuor modis.] Dicit ergo primò, quòd licèt unum, & multa opponantur secūdùm multos modos, sicut dicetur; E tamen quātùm spectat ad præsens, dicimus quòd unum & multa opponuntur, sicut diuisibile, & indiuisibile; de ratione enim multitudinis est, quòd sit diuisibile, uel diuisum; de ratione autem unius est, quòd sit indiuisibile, uel non diuisum. Notandum quòd multitudinem dici de aliquo, uel de aliquibus, pōt intelligi duobus modis: *Multitudinem dici de aliquo, dupliciter.* uno modo quia sunt actu diuisa & separata: secundo modo quia licèt non sint actu diuisa, tamen sunt propinqua separationi, & diuisioni; eo modo quo dicimus, quòd aqua est multa, licèt partes aquæ nō sint actu diuisæ: & hoc quia partes illius sunt propinquæ diuisioni & separationi. Propter hæc duo dixit Philosophus, quòd multitudo uel dicitur de illo, quod est actu diuisum, quò ad primum; uel quod est diuisibile, quò ad secundum.

Aliter possumus exponere Philosophum, dicēdo quòd unum potest dici duobus modis: nam unum idem est quòd indiuisum: indiuisum antē dici potest duobus modis: *Vnū et indiuisū dupliciter.* aliquid enim est indiuisum actu & potentia; secundo modo aliquid est indiuisum actu, sed non potentia; eo modo quo dicimus, quòd continuum est unum; licèt enim continuum sit indiuisum actu, tamē diuisibile est in potentia; & tale unum habet rationem multitudinis, inquantùm habet rationem diuisibilis in potentia. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quod ubicunque multitudo est; uel est diuisio, suppie actualis, uel diuisibilitas, quia potest diuidi: illud G autem est uerè unum, quod opponitur utrique, scilicet & diuisioni actuali, & diuisioni potentiali; & ita illud, est uerè unū, quod nec est diuisum, nec est diuisibile. Manifestum est ītē, quòd aliquādo aliquod uocatur unum, quod non est diuisum, licèt sit diuisibile, sicut dictum est de continuo: aliquando autem uocatur aliquid unum, quia ab eo priuatur & diuisio, & diuisibilitas; eo modo quo dicimus, quòd punctus est unus. Deinde cum dicit.

Quoniam ergo quatuor modis oppositiones dicuntur, & horum secundùm priuationem dicitur alterum, contraria utique erunt: & neque ut contradictio, neque ut ad aliquid dicta.

Ostendit, secundùm quem modum opponuntur unum & multa, dicens: quòd cum oppositio- H nes dicantur quatuor modis, s. quòd aliqua opponuntur priuatiuè, & aliqua contradictoriè, & aliqua contrariè, & aliqua relatiuè, manifestum est, *Vnū et multa quo genere opposita sint opponū tur.* quòd unum & multa opponuntur priuatiuè: & hoc quia alterum istorum indiuisibile est: indiuisibile autem in priuationem sonat, si opponuntur priuatiuè, contraria sunt: & manifestum est, quòd unum & multa non opponuntur contradictoriè, nec relatiuè. Notandum est, quòd secundùm Commentatorem, priuatio & habitus sunt radix contrarietatis, quia contraria reducuntur ad priuationem & habitum; *Priuatio et habitus sūt radix contrarietatis, ex doctrina C. hic cō. 9.* & ideo Philosophus dicendo, quòd unum & multa opponuntur priuatiuè, dixit quòd opponuntur contrariè, accipiens contrarie-

trarietatem pro priuatione & habitu: quia diuisibilitas (ut dicit Commentator) habitus est, indiuisibilitas autem est priuatio diuisibilitatis: & ideo, secundùm eum multitudo sonat habitum, unum autem sonat priuationem.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum unum & multa possint opponi contradictoriè? dicendum est, quòd non. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd illa, quæ opponuntur contradictoriè, opponuntur secundùm affirmationem & negationem; *Oppositio contradictoria quæ.* ita tamen quòd illa negatio potest reperiri in ente, & non ente; & hoc quia negatio est altera pars contradictiōnis, non determinās sibi uerum ens: si ergo ita esset, ꝙ negō & priuō, quam dicit unū (quia unum est priuatio diuisibilitatis) possit reperiri in ente, & non ente; tunc unum & multa possent opponi contradictoriè, sed quia negatio & priuatio, quàm importat unum, non reperitur nisi in ente, ideo unum & multa non opponuntur contradictoriè, sed magis priuatiuè. Sicut enim unitas est indiuisio entis; ita unum est ens indiuisum, & ita unum determinat sibi subiectum, & naturam entis.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum unum, & multa opponantur relatiuè? Videtur quòd sic: quia unum est mensura multitudinis, ut dictum est paulò supra; sed mensura & mensuratum opponūtur relatiuè; ergo unum & multa opponuntur relatiuè. Ad oppositum est Philosophus. Ad hanc quæstionem secundùm communiter loquentes distinguimus de *Vnū duplex.* duplici uno: est enim quoddam unum, quod conuertitur cum ente: est aliud unum, quod est in prædicamento quantitatis, quod quidem unum est principium numeri. Dicitur ergo communiter, quòd primum unum, quod cōuertitur cum ente, opponitur multitudini, & hoc quia unū, quod est principium numeri, est mensura ipsius numeri, sicut dictum est supra. Declaremus ergo, sicut ipsi declarant: quid est illud unum, quod conuertitur cum ente, & quid est unum, quod est principium numeri. *Vnū conuertibile cū ente sequitur essentiā rei.* Vnum quod cōuertitur cum ente, sequitur essentiam rei in omni prædicamēto; quælibet enim essentia in omni prædicamento, & essentia est, & una essentia est; quia ab eodem habet esse, quòd sit essentia, & quòd sit una: exemplum de humanitate; humanitas est principium formale hominis, & quantùm ad hoc essentia est, & eadem humanitas est quædam formalitas indiuisa ab omni alio; & quantùm ad hoc humanitas unitas est, quia de ratione unitatis est, ꝙ sit quædam indiuisio; *De rōne unitatis quid.* eadem ergo essentia humanitatis, & essentia est, inquantùm est principium essendi, & unitas, inquantùm est quædam formalitas indiuisa in se, & diuisa ab omni alia formalitate; & quia omnis formalitas est indiuisa in se, & diuisa ab omni alia formalitate; ideo ista unitas, quæ est indiuisio formalitatis in se; & diuisio ab omni alio, sequitur omnem formalitatem; & quia sequitur omnem formalitatem, conuertitur cum ente; quia non est dare

A aliquam formalitatem, quæ non habeat rationē unitatis. Et sicut dixi de humanitate, ita potest intelligi de albedine: albedo enim & essentia est, & unitas est: essentia quidem, inquantùm est principium essendi album: unitas autem, inquantùm est quædam indiuisio, uel quædam formalitas indiuisa in se, & diuisa ab omni alia formalitate: sicut dico de albedine, ita potest dici de formalitate in quocunque prædicamento; & sic illud unū, & illa unitas sequitur ambitum totius entis; & hoc quia sequitur omnem formalitatem in quocunque prædicamento. *Vnū, quod ē principiū numeri, ubi et quid est.* Vnum autem, quod est principium numeri, non reperitur nisi in prædicamento quantitatis: & ideo quantùm addit quantitas continua super ens, tantùm addit secundùm

B unum super primum: primum enim unum in genere non est, sed secundùm sic, ad minùs per reductionem. Quod autem illud unum, quod est principium numeri, sit tantùm in prædicamento quantitatis; potest sic ostendi: quia illud unum, quod est principium numeri, est illud unum, ex cuius diuisione causatur numerus; non autem potest diuidi, nisi habeat partem extra partē: quod autem unum habeat partem extra partem, hoc non potest esse, nisi illud unum continuum sit; ita quòd idem sit unum, quod est principium numeri, & continuum. Licèt tamen differenter dicantur unum, & continuum: *Vnū, & cōtinuum quo idem.* unum enim dicitur, inquantùm est quid indiuisum; continuum autem, inquantùm potest diuidi; quia ex eius diuisione

C potest causari numerus. Vt autem hoc uideatur, notandum est, quòd numerus (secundū istos) *Numerus quid, et ubi.* propriè non est inter illa, quæ differunt specie, sed solùm inter illa, quæ differunt indiuidualiter, & materialiter: quòd autem differant materialiter, hoc est ex diuisione materiæ: materia autem non diuiditur nisi per diuisionem quanti, & continui; ergo numerus propriè acceptus semper est ex diuisione continui; & cum continuum sit quoddam unum, sicut patet ex Quinto huius, *Tex. cō. 7. & inde.* numerus causatur ex diuisione unius; ita quòd numerus non est nisi quædam unitas, quæ per agens diuisa est; *Numerus quid.* sic ergo unum, quod est principium numeri, addit supra primum unum rationem continuitatis. *Cōtinuitas quid.* Imaginantur tamen, quòd continuitas

D habeat rationem duplicis unitatis; rationem quidem unitatis formalis, quæ conuertitur cum ente: & rationem unitatis, quæ est principium numeri. Nam continuitas est quædam formalitas, quia continuitas non est omnis formalitas, sed est formalitas specifica; & quantùm ad hoc est quædam formalitas indiuisa in se, & diuisa ab omni alio; & secundùm hoc, habet unitatem formalem, de qua dictum est, quòd conuertitur cum ente. Eadem etiam continuitas est principium indiuiduationis; sicut dicimus, quòd alia & alia albedo est, quæ est in alia & alia parte continui; & una albedo est, quæ est in una parte continui; & quantùm ad hoc ista continuitas habet rationem unitatis numeralis. Ipsa etiam unitas potest causa-

re numerum ex sui diuisione;& quantùm ad hoc habet rationem etiam unius, quod est in prædicamento quantitatis: quia non omne unum potest causare numerum,sed solùm illud unum, quod est quantum. Hic ergo est unus modus declarandi differentiam,quæ est inter unum, quod cõuertitur cum ente, & unum, quod est principiũ numeri.

Differentia secunda inter unũ,quod conuertitur cum ente,et unũ, qđ est principium numeri.

Possumus tamen & meliùs dare aliam differentiam:quia secundùm differentiam iam datã, unum,quod est principium numeri,non est in se paratis a materia & a quantitate: ex quo unum, quod est principium numeri,idem est, quod continuum: sicut continuum non est in separatis a materia,ita nec unum. Possumus ergo dare alium modum,dicendo:quòd in qualibet formalitate recepta possumus considerare duplicem unitatem:unitatem,quę sequitur formalitatem in se: & unitatem,quæ sequitur formalitatem ut recepta est:in albedine enim considero duplicem vnitatem:unitatem,quæ sequitur albedinem in se;eo modo quo dicimus, quòd albedo est una essentia:& uuitatem,quæ sequitur albedinem ut recepta in alio: eo modo quo dicimus, quòd albedo Petri est una, ex hoc quòd albedo illa recepta ẽ in uno. Prima unitas est illa,quæ sequitur omne ens:secunda est,quæ est principium numeri:secũdùm autem positionem præcedentem,ista unitas semper est per continuum;& hoc quia omnis forma recepta semper est in continuo,& quanto.

Secundùm autem istum modum dicendi hæc unitas secunda causatur ex hoc, quòd formalitas recepta est uel in continuo,sicut in formis materialibus:uel in supposito,sicut in formis immaterialibus:quia non reputo impossibile,quòd in formis immaterialibus possint esse multa indiuidua sub eadem specie:quod si hoc est, oportet quòd ibi formalitas specifica recepta sit in alio & alio supposito,& non in alio & alio continuo:quia in separatis a materia non est quantitas continua: sic ergo unitas prima sequitur formalitatem in se. Vnitas autem secunda sequitur formalitatẽ receptam,& formalitatem diuisam per supposita:unde cum dicitur,una albedo; potest intelligi duobus modis:uel una unitate essentiali, uel una unitate accidentali:si enim intelligatur una albedo,scilicet una essentia; quia albedo est una essentia,sic est una unitate essentiali: si autem intelligatur una ex uno modo recipiendi, sic est una unitate accidentali; quia sicut forma accidit, quod recipiatur in alio:ita sibi accidit,quòd sit una ista unitate. Visa ergo differentia inter primum unum,& secundum;dicitur communiter,quòd primum unum opponitur multitudini priuatiuè: secundùm autem unum opponitur multitudini, & numero relatiuè; quia opponitur sicut mensura mensurato.

Quantitas cõtinua non est inseparatis à materia.

Vnitas duplex.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum sit uerum,quod dictum est,in præcedenti quæstione, quod unum, quod est principium numeri,habet rationem mẽ

E surae:unum autem, quod est de transcẽdẽtibus, non? Dicendum est, quòd fortè non uidetur alicui impossibile,quòd unum,quod est transcẽdẽs, habeat rationem mensuræ:licèt communiter dicitur,quòd non. Ad cuius euidentiam notandum est,quod inter unum,quod est de transcendentibus, & unum,quod est principiũ numeri, potest dari duplex differentia. Prima differentia est,quia secundùm unum addit supra primum determinatum modum mensurandi. Secunda autem differentia est, quia secundum unum addit supra primum determinatum modum mensurandi,& determinatum modum principiãdi. Primò dico,quod addit determinatum modum mensurandi,dicendo enim unam albedinem,notifico albedinẽ, sed tamen hæc notificatio aliter est per unum, quod

Differentia duplex inter unu trãscẽdẽs,& prædicamẽtale.

F est de transcẽdentibus, & quod sequitur formalitatem,& aliter per unum,quod sequitur receptionem formalitatis:si enim intelligatur, quòd albedo est una prima unitate, tunc nobis notificatur, quòd est una essentia:si autem intelligatur,quòd est una secunda unitate, tunc intelligitur,quòd albedo non est una formalitas, sed quòd habet se uno modo recipiendi:& sicut forma recepta addit supra seipsam ut formalitas tantùm est, ita secundum unum addit supra primum modum mensurandi. Secundò dico,quòd secundum unum addit supra primum unum, determinatum modum principiandi. Vbi tamen notandum est,quòd primum unum est unum,à quo numerus inchoatur,

G uel multitudo,sed tamen non principiatur;dicendo enim una essentia, tres essentiæ, quatuor essentiæ,dico quòd unum inchoat multitudinem, sed tamen nõ propriè causat,uel principiat: quia ubicunque multitudo causatur ex uno,oportet quòd illa unitas diuidatur in illa multa numerata, multis autem essentiis non est aliqua essentia communis,quæ possit diuidi in eas: nisi fortè dicatur,quod essentia generis est una essentia, quæ diuiditur in species,sed tamen genus propriè nõ habet essentiam. Secundùm autem unum causat numerum, quia secundum unum est ex hoc, quòd formalitas diuisa est:diximus enim pluries, quòd formalitas quælibet una est in se, & tamen secundùm multos modos potest recipi in multis. Vnde sic

Genus propriè essentiã non hẽt.

H dicit Arist. quòd numerus causatur ex diuisione formalitatis,& ideo propriè illa habent numerũ, quæ sunt sub una formalitate. Sic ergo & primũ unum, & secundum habent rationem mensuræ, & non habent rationem indiuisionis,quia primũ unum est ex hoc,quòd essentia est indiuisa:secundum autem unum est ex hoc,quòd modus essentiæ est indiuisus. Considerabimus enim quòd albedo in Petro est quædam essentia indiuisa in se, & diuisa ab omni alio, & quantùm ad hoc habet primam unitatem;& eadem albedo habet quendam modum in Petro indiuisum in se,& diuisum ab omni alio: & quantùm ad hoc habet secũdam unitatem. Et sic patet,quòd primum unum, & secundum possunt opponi priuatiuè suæ multitudi-ni;

Habẽtia numerum quæ.

ni;hoc autem unum & primum, & secundum,licèt habeant rationem mensurationis, ut iam dictum est, tamen magis dicitur de secundo uno, quod est mensura,& quòd opponitur relatiuè mensurato,quàm de primo:cuius ratio est,quia primũ unum non principiat numerum,ut dictũ est; nec propriè numerus est, quod causatur ex diuisione talis unius;& ideo licèt illud unum mensuret aliquo modo;eo modo quo dicimus una essentia:tamen non mensurat numerum, quia numerus ab eo non causatur. Secundum autem unum duobus modis mensurat;uno modo mensurando rẽ, quæ est una ista unitate,sicut dicimus una albedo: secundo modo mensurat numerum, qui causatur ex diuisione formalitatis,quod non potest facere primum unum; quia inter diuersas formalitates propriè non est numerus. Deinde cum d.

Dicitur autem ex contrario, & ostenditur ipsũ unum ex diuisibili indiuisibile propter magis sensibilem multitudinem esse & diuisibile, quam indiuisibile. Quare ratione prior multitudo indiuisibili propter sensum.

Remouet tacitam obiectionem. Respondet cuidam tacitæ quæstioni. Ad cuius euidentiã notãdum est,ꝙ aliquis posset sic arguere contra Philosophũ,& dicere: dictũ est, ꝙ unũ habet rationẽ indiuisibilis:si aũt habet rõnem indiuisibilis, oportet ꝙ hẽat rõnem priuationis, & multitudo hẽt rõnem habitus:enim ergo priuatio sit posterior habitu, sequitur quòd unum sit posterius multitudine: quod tamen uidetur impossibile, quia unum respectu multitudinis habet rationem prioris. Ad hoc autem respondet Philosophus, uolens; quòd aliquando aliqua sunt priora quò ad naturam, quæ tamen sunt posteriora quò ad nos; sicut composita sunt posteriora simplicibus, & tamen quò ad notitiam nostram sunt priora:a simili unũ quò ad naturã est prius multitudine;sed quò ad notitiam nostram posterius est: & quia impositio nominis sequitur notitiam, ideo unum, quod est minus notum, nominamus per modum negationis, & multitudinem per modũ affirmationis:& quia etiam sicut intelligimus,ita diffinimus, & notificamus, ideo unum notificamus per multitudinem, non quia multitudo sit prior in se, sed solùm quia est prior quò ad nos. His uisis, patet litera Philoso.qui dicit, ꝙ ipsum unum notificatur per contrarium suum, & indiuisibile per diuisibile:huius ratio est,quia multitudo est magis sensibilis,quàm unum,& per consequens magis nota nobis, quia omnis scientia nostra ortum habet à sensu:& quia multitudo magis nota est, ideo est prior ipso uno, non secundum naturam,sed quantùm ad sensum,& quantùm ad notitiam,quæ oritur à sensu.

Quę unum ẽ prius multitudine,& è contra.

Ex libello de Sensu et sensili.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum ratio unius consistat in priuatione, an ratio multitudinis? Circa hanc quæstionem duo sunt declaranda:primò enim declarabitur, quòd esse uniuscuiusque in unitate cõsistit:secundò declarabitur, quòd licèt unum sonet priuationem,tamen secũdùm ueritatem magis habet rationem prioris, quàm multitudo: ex quo patebit dictum Philosophi, qui ponit, ꝙ unum quò ad naturam prius est multitudine. Primum patet: nam essentia cuiuslibet rei uel simplex est,uel composita:si simplex est, statim apparet,quòd suũ esse in unitate est;quia simplicitas ẽ quædam unitas:si composita est, tunc esse eius est ex unione principiorum:quando enim principia sunt diuisa,res non habet esse: sic ergo & esse rei simplicis, & esse rei compositæ in unitate est: & ideo unitas est in omni essentia. Et hoc est,quod dicit Boethius, ꝙ omne, quod est, ideo est,quia unum numero est: quasi dicat, esse uniuscuiusque in unitate consistit: sic ergo patet primum declarandum.

Esse unius cuiusque in unitate consistit.

Essentia rei duplex.

Simplicitas ẽ quædã unitas.

Propositio Boethii.

Ex quo patet secundum:ex hoc est esse cuiuslibet rei, quod est unum esse:& non esse eius est ex hoc,quòd principia eius diuisa sũt,& ideo unitas:manifestum ẽ, quòd unum respicit esse rei, & etiam indiuisibile ipsum esse respicit: diuisibile autem respicit non esse rei. Ex quo sequitur, quod indiuisibile dicat positionem secundùm rem; diuisibile autem priuationem: sed tamen quia unum est ignotius nobis quàm multitudo,& indiuisibile quàm diuisibile; ideo ipsum nominamus per negationem & priuationem. Videmus enim, quòd incorporeum magis dicit rẽ positiuam,quàm corporeum:sed tamen quia corporalia sũt nobis magis nota, quàm icorporalia; ideo nominamus ista per nomẽ pósitiuũ;illa autẽ per negationem.

Est autem unius quidẽ (sicut & in diuisione cõtrariorum descripsimus) idem,et simile, et æquale: Pluralitatis uerò,diuersũ,et dissimile,et inæquale. *TEX. 10.*

Postquam determinauit de uno in habitudine ad multitudinẽ; hic determinat de modis unius. Et diuiditur in duas partes;quia primò ponit modos unius: secundò determinat de eis. Secunda ibi [Dicto uerò eodem multipliciter] Dicit ergo primò; quòd sicut dictum est in Quinto in diuisione contrariorum, modi unius sunt idem, simile,& æquale;& hoc quia idemptitas est unitas in substantia: similitudo autem est unitas In qualitate;æqualitas autem est unitas in quãtitate. Modi autem pluralitatis,& multitudinis sunt diuersũ,dissimile, & inæquale: quia diuersitas est multitudo in substantia: dissimilitudo est multitudo in qualitate; inæqualitas autem est multitudo in quantitate. Deinde cum d.

Modi unius quot & quot.

Tex.cõ.7.et tex.non habente com.

Dicto uerò eodem multipliciter,uno quidem modo secundùm numerum,quod dicimus aliquandò ipsum.

Determinat de duobus modis unius. Et diuiditur in duas partes; quia primò determinat de eodem: secundò determinat de simili. Secunda ibi [Similia uerò si non eandem] Prima in tres partes,secundùm tres modos eiusdem. Secunda ibi [Hoc autem si ratione] Tertia ibi [Amplius autẽ] Ad euidentiam primi notandum est, quòd quæcunque sic se habent adinuicem,quòd unum non po nit

Quę possunt dici unum.

ponit in numerum ſupra aliud, illa poſſunt dici unum:ſic autem ſe habēt ad inuicem ſubiectum, & accidens;quod eſt iu illo ſubiecto. Sortes enim & album,ſi Sortes ſit albus,non ponunt in numerum,& ideo dicunt idem. Hoc eſt ergo,quod dicit Philoſophus,quòd idē dicitur multis modis: tamen inter alios modos eiuſdem aliqua dicuntur idem ſecundùm numerum, quia non ponunt in numerum,ſicut ſubiectum, & accidens: aliquādo enim ipſum ſubiectum, & quod eſt in ſubiecto, attribuimus accidenti: ſicut cum dicimus, album currit: & aliquando dicimus ipſum unum, & idem de ſubiecto, & accidente, quia idem ipſum eſt relatiuum idemptitatis. Deinde cum d. E

Tres modi eiuſdem.

Hoc autem ſi ratione & numero unum ſunt; ut tu tibiipſi & ſpecie, & materia unum.

F Ponit ſecundum modum eiuſdem. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd aliquando aliqua dicuntur eadem, quia ſunt unum in ſuppoſito,licèt ſint diuerſa in ratione, ſicut dictum eſt in modo præcedenti: quia Sortes, & albus ſunt eadem;ſunt enim ſuppoſitaliter eadem,diuerſa tamen ſunt ratione. Secundo modo aliqua dicūtur eadem, quia ſunt unum in ſuppoſito, & in ratione: eo modo quo dicimus, quòd Sortes eſt idem ſibiipſi. Sortes enim à ſeipſo non habet diuerſitatem ſuppoſitalem,nec habet diuerſitatem ſecundùm rationem: & iſte eſt ſecūdus modus, de quo dicit hic. Tertio modo aliqua dicuntur eadem, quæ habent diuerſitatem ſuppoſitaliter, licèt habeāt unitatem in ratione;eo modo quo dicimus, quòd Sortes, & Plato, licèt ſint diuerſa ſuppoſita, tamen ſunt eadem in ratione humanitatis. His uiſis,patet litera:dicit enim qnòd hoc dicitur idem ſecundo modo, ſi fuerit unum numero ſuppoſiti, & materię, & etiam ſi fuerit unum ratione;& iſto modo dicimus, quòd tu es idem tibiipſi propter unitatem materiæ,tamen ſuit diuerſitas rationis. Deinde cum dicit.

Scds modus eiuſdē.

Amplius autem ſi ratio primæ ſubſtantiæ una fuerit, ut æquales lineæ rectæ eadem & æqualia, & iſagonia & tetragonia, & etiam plura. Sed in his æqualitas unitas.

Ponit tertium modum eiuſdem: & eſt tertius modus, quando aliqua ſunt unum ratione,licèt ſint diuerſa ſuppoſito. Et hoc eſt,quod dicit,quòd tertio modo aliqua dicuntur eadem, ſi ratio ſubſtantialis eorum fuerit una, licèt ſuppoſita ſint diuerſa; ponit autem exemplum in quantitatibus, ſecundùm poſitionem eorum, qui ponebant quātitates eſſe ſubſtantias rerum. Vnde dicit, quòd lineæ rectæ, & æquales eædem ſunt,quia licèt dif ferant ſuppoſito; tamen conueniunt in una ratione,uel certitudinis, uel æqualitatis; & ſimiliter plura tetragona,id eſt figuræ habentes quatuor angulos,ſi ſint iſagona,i. æquales uel æqualiū angulorū,ſunt eædē;quia licèt ſint plura entia iu ſuppoſito, tamen conueniunt in una ratione. Quia tamen exemplum non eſt conueniens,dicit; quòd unitas in talibus non debet dici idemptitas, ſed magis æqualitas;illa enim ratio eſt una,in qua cōueniunt plures lineæ ratione æquales; & plura tetragona ęqualia;eſt autem hæc unitas qnantitatis, quæ quidem nnitas facit æqualitatem. Deinde cum dicit.

Tertius modus eiuſdē.

Similia uerò ſi non eadem ſimpliciter entia, nec ſecundùm ſubſtantiam in differentia ſubiectam, ſed ſi ſecundùm ſpeciem eadem ſint. Vt maius tetragonū minori ſimile: & inæquales rectæ. Hæ namque ſimiles quidem, eadem uerò ſimpliciter non. TEX. 11.

Ponit modos ſimilitudinis. Et diuiditur iu quatuor partes, ſecundùm quatuor modos, quos ponit. Secunda ibi [Alia ſi eandem ſpeciem] Tertia ibi [Alia ſi ſit eadem paſsio] Quarta ibi [Alia ſi plura] Ad euidentiam primæ partis notandum, quòd unitas in qualitate ſubſtantiali facit idem; unitas autem in qualitate facit ſimile. Vnde ſi aliqua ſunt, quæ ſunt unum in qualitate ſubſtantiali, & accidentali, ſicut poſsibile eſt, quòd Sortes, & Plato conueniant in humanitate, & albedine; magis debent dici eadem, quàm ſimilia; & hoc quia unitas ſubſtantialis dignior eſt, & ideo magis denominat: illa ergo propriè dicūtur ſimilia, quæ conueniunt in unitate accidentali; licèt non conueniant iu unitate ſubſtantiali. Et hoc eſt, quod dicit; quòd aliqua dicuntur ſimilia, ſi non ſint ſimpliciter eadem; ita quòd conueniant iu unitate ſubſtantiali, nec ſi ſint indiuiſa ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſi ſint eadem ſecundùm ſpeciē accidentalem; ponit autem exemplum in mathematicis, dicens; quòd maius trigonum, & minus ſimilia ſunt; licèt non ſint æqualia; & ratione lineę inæquales ſimiles ſunt, licèt non ſint æquales; poſſunt tamen diſsimiles eſſe; ſed non eædem. Notandum eſt, quòd ſi inſpiciamus ſecundum modum eiuſdem, & primum modum ſimilis, reperiemus quòd ſententia Philoſophi erit, quòd ubi eſt ſimilitudo & æqualitas, ibi poteſt idemptitas eſſe; & iſto modo dicimus, quòd ſimiles lineæ & æquales eædem ſunt; hic autem eſt ſimilitudo ſine æqualitate, & ideo poteſt eſſe idemptitas; & iſto modo dixit hic, quòd plures lineæ ratione æquales ſimiles ſunt, tamen non poſſunt dici eædem. Ex hoc autem fortè dat nobis intelligere Philoſophus, quòd idēptitas eſt perfecta unitas; ita quòd illa, quæ habent perfectam unitatem tā in qualitate, quàm in quantitate, poſſunt dici eadem; quæ autem habent imperfectam unitatem, ſicut illa, quę conueniunt in qualitate tantùm, & non in quantitate, non poſſunt dici eadem. Accipitur autem hic unitas non pro unitate ſubſtantiæ, ſed pro unitate qualitatis, & quantitatis; ita quòd Philoſophus in iſto modo aliud dat intelligere in modo ſimilitudinis, & aliud in exemplo; quia primus modus ſimilitudinis eſt, quòd aliqua ſunt unum in qualitate: ex exemplo autem datur intelligi, quòd aliqua ſunt eadem in qualitate & quantitate, aliqua nou, quia conueniunt tantùm in qualitate. Deinde cum dicit. G

Similitudinis quatuor modi.

Quæ propriè ſimilia.

Vbi ſimilitudo, & æqualitas, ibi idēptitas.

Idēptitas eſt perfecta unitas.

Alia ſi eandem ſpeciem habentia; in quibus maius

ius & minus sit, nec maius sic, nec minus.

Ponit secundum modum similitudinis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd similitudo est participatio unius qualitatis. Vna autem qualitas duobus modis potest participari: aliquando contingit, quòd qualitas, quę suscipit magis & minus, participatur secundũ magis & minus; & iste modus participandi facit secundum modum similitudinis: aliquando autem contingit, quòd qualitas, quæ suscipit magis & minus; participatur à diuersis secundũ magis, & minus; & iste modus participandi unam qualitatem, facit tertium modum similitudinis. His uisis, patet litera: dicit enim quòd aliqua dicuntur similia, quia habent eãdem speciem qualitatis; quæ quidem qualitas suscipit magis & minus, tamen non participatur ab illis secundùm magis & minus, sed in eodem gradu. Deinde cum d.

Secũdus modus similitudinis.

Alia si sit eadem passio, & una species, ut album ualde et minus similia dicuntur esse; quia una species ipsorum.

Ponit tertium modum similitudinis, dicens: quòd aliqua dicuntur similia, quia habent eandẽ qualitatem, quæ quidem qualitas suscipit magis & minus, & eam participant secundùm magis & minus: & isto modo dicimus, quòd magis album, & minus album similia sunt: quia participant eandem speciem qualitatis; licèt participent eam in diuerso gradu.

Tertius modus similitudinis.

Quæreret aliquis, Vtrum propter magis & minus posiit dici: quòd aliqua sint dissimilia? Videtur quòd sic, quia dissimilitudo est quædam diuersitas circa qualitatem, sed magis & minus dicunt quãdam diuersitatem circa qualitatem, ergo propter magis & minus aliqua possunt dici dissimilia. Ad oppositum est Philosophus, qui ponit, quòd propter magis & minus aliqua non dicuntur dissimilia, sed magis similia. Ad hanc quæstionem dicendum est, quòd magis & minus inæqualitatem faciunt, & non dissimilitudinem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd licèt magis & minus reperiantur in qualitate, tamen sunt modi quantitatiui: nulla enim qualitas dicitur habere magis & minus, nisi inquantùm iuduit rationẽ quanti. Imaginabimur. n. ꝙ duplex quantitas est: quãtitas molis, & quantitas uirtutis; & utraq; quãtitas habet suas passiones; passiones enim quantitatis molis sunt maius & minus; passiones autem quantitatis uirtualis sunt magis & minus; eo modo quo dicimus, quòd albedo est magis & minus intensa; albedo enim ut albedo inquantùm qualitas, non habet magis & minus, sed inquantùm induit rationem quanti uirtualis. Si ergo ita est, ergo magis & minus sunt magis passiones quanti, quàm qualis; & ideo cum unitas in quantitate faciat æqualitatẽ, & diuersitas faciat inęqualitatẽ, magis & minus dicant quandam diuersitatem, in quantitate uirtutis: propter quæ, magis, scilicet & minus aliqua dicuntur potius habere inæqualitatem, quàm dissimilitudinem. Dicemus ergo,

Quæstio.

Magis et minus inæqualitatẽ faciunt.

Quantitas duplex.

Passiones quantitatis quæ.

A quòd aliqua sunt, quæ sunt similia & ęqualia; sicut illa, quæ participant unam qualitatem in uno gradu: aliqua sunt, quæ sunt similia, & tamen habent inæqualitatem; sicut illa, quæ participant unam qualitatem in diuerso gradu, & secundũ magis & minus. Ad argumentum dicendum est, quòd magis & minus non dicunt diuersitatem in qualitate, sed magis in quantitate. Deinde cum d.

Ad argum.

Alia si plura habent eadem, quam altero, aut simpliciter, aut quæ in prõptu, ut stamn argento, uel auro ignis, aut rubicundum, & ruffum.

Ponit quartum modum similis, dicens; quòd aliqua dicuntur similia non consideratione unius qualitatis tantùm, sed multarum: dicuntur enim similia quia in pluribus conueniunt, quàm differant; quod autem conueniant in pluribus, hoc potest esse duobus modis, uel simpliciter, uel quantũ ad ea, quæ in promptu sũt. Et isto modo dicimus, quòd stamnum simile est argento, quia in multis conueniunt; & ignis auro; & ruffum rubicundo. Deinde cum dicit.

Quartus modus similitudinis.

B

Quare palàm, quòd diuersum & dissimile multipliciter dicitur. Et hoc quidem aliud opposite & idẽ. Propter quod omne ad oẽ, aut idem, aut aliud.

Ponit modos multitudinis; sicut enim idem, simile, & æquale sunt modi unius, ita diuersum, dissimile, & inæquale sunt modi multitudinis. Diuiditur autem hæc pars in duas partes: quia primò ponit modos diuersi: secundò ostendit, in quo differant differentia, & diuersitas, ibi [Differentia uerò, & diuersitas] Prima in duas, quia primò ponit modos diuersi; secundò concludit quandam proprietatem diuersi, ibi [Diuersum quidem igitur] In prima parte ponit tres modos diuersi. Secunda ibi [Hoc autem si ratio] Tertia ibi [Tertiũ autem.] Ponit ergo primò primum modum, dicens; quòd manifestum est, quòd si idem & simile dicuntur multis modis; quòd etiam diuersum, & dissimile multis modis dicuntur. Vno enim modo omne illud uocatur diuersum, quod non est idem; omne enim ens ad aliud ens comparatum, uel est idem, uel diuersum. Deinde cum d.

Modi multitudinis.

C

Hoc autem si non, & materia, & ratio est una. Quapropter & tu & propinquus diuersus.

Ponit secundum modum diuersi. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duo indiuidua eiusdem speciei diuersa sunt in materia; sed tamen conueniunt in ratione speciei; q.n. forma sit alia & alia in alio & in alio indiuiduo, hoc est quia in alio & alio recipitur; & ita propter materiam, & recipiẽs est diuersitas ĩ indiuiduis. Et hoc est, qđ dicit: quòd aliqua dicuntur diuersa propter diuersitatem materiæ, quia licèt conueniant in una ratione speciei, tamen differunt in materia & in forma, secundùm quòd diuisa est per materiam: & hoc modo diuersitatis dicimus, quòd tu es diuersus à proximo tuo, cum quo connenis quantùm ad rationem speciei. Deinde cum d.

D

Secũdus modus diuersi.

Tertium autem ut quæ in mathematicis.

Ponit tertium modum diuersi. Ad cuius euidentiam

Tertius modus diuersi. dentiam notandum est, quòd diuersum, & idem opponuntur: quot autem modis dicitur unum oppositorum, tot dicitur & reliquum: dictum autem fuit supra, quando ponebantur modi eiusdem, quod idem uno modo erat in quantitatibus mathematicis: quando enim in quantitatibus erat similitudo, & æqualitas, illæ quantitates dicebantur eædem: per oppositum autem tertius modus diuersi est in quantitatibus mathematicis, sicut possemus dicere, quòd lineæ rectæ inæquales diuersæ sunt: ita quòd sicut prius æqualitas erat quædam identitas, ita hic inæqualitas est quædam diuersitas. Et hoc est, quod dicit litera: quòd tertium modum diuersi ponimus in mathematicis. Deinde cum dicit.

F *Diuersum quidem igitur aut idem propter hoc omne ad omne dicitur, quæcunque dicunt & unum, & ens. Non enim contradictio est ipsius eiusdem. Quapropter non dicitur in non entibus. Non idem autē dicitur. In entibus uerò omnibus dicitur. Aut enim unum, aut non unum, aptum natum & ens & unum. Diuersum igitur & idem ita opponuntur.*

Proprietas cōtradictoriè oppositorum. Concludit quandam proprietatem diuersi. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hęc est proprietas contradictoriè oppositorum, quod possunt reperiri tam in entibus, quàm in non entibus: si enim currit, & non currit opponuntur contradictoriè, oportet quòd non currere uerificari possit de ente, & non ente: Non sic autem est de aliis generibus oppositionis, contrariè enim opposita non uerificantur nisi de ente: similiter priuatiuè opposita, & etiam relatiuè. Si ergo idem & diuersum opponerentur contradictoriè, possent uerificari de ente, & non ente: sed quia ita non est, ideo non uerificantur de non ente: oppositio námque, quæ est inter idem & diuersum, sequitur oppositionem, quæ est inter unum & multa: sicut ergo unum & multa non uerificantur nisi de ente tantùm, ita idem, & diuersum non uerificantur nisi de ente. His uisis, patet litera, quæ dicit: quod omne ens comparatum ad aliud ens, uel est idem cum eo, uel diuersum ab eo: idem enim & diuersum non opponuntur contradictoriè: si enim contradictoriè opponerentur, alterum eorum posset uerificari de non ente; quod tamē falsum est, quia non ens nec est idem, nec diuersum: licèt autem idem & diuersum non opponantur contradictoriè; tamen idem, & non idem benè opponuntur contradictoriè: & ideo non idem potest uerificari de non ente; idem autem & diuersum solùm uerificantur de entibus; omne enim ens, quod comparatum alteri enti, non est unum, illi tamen potest esse unum; quia diuersitas includit subiectū, & aptitudinem: sic ergo, idem, & diuersum opponuntur tantùm circa entia. Deinde cum d.

TEX. 12. *Differentia uerò, & diuersitas aliud. Diuersum enim a quo est diuersum non necesse aliquo esse diuersum; omne namque diuersum, aut idem quodcūque est ens. Differens uerò ab aliquo, aliquo differēs. Quare necesse ipsum, idem aliquid esse, quo differūt.*

E *Hoc autem ipsum idem genus, aut species. Omne nā que differens, differt aut genere, aut specie. Genere quidem, quorum non est communis materia, nec generatio ad inuicem, quorumcunque alia figura categoria. Specie uerò, quorum idem est genus. Dicitur autem genus, secundùm quòd ambo idem dicuntur, secundùm substantiam differentia. Contraria uerò differentia sunt, & contrarietas differentia quadā.*

Ostendit, in quo differant differentia, & diuersitas. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit, quod dictum est: secundò probat, quod dixit ibi [Quod autem hoc benè.] Ad euidentiam primi notandum est, quòd aliqua differunt per totum sui, & isto modo dicimus, quòd si prædicamēta non differrent per totum sui, oporteret, quòd partim conuenirent, & partim differrēt: si autem prędicamenta per aliquid sui conuenirent, & per aliquid sui differrent, oporteret quòd prædicamēta conuenirent in aliquo cōmuni cōceptu, & sic prædicamenta nō essent de esse primi conceptus, sed essent de esse primi conceptus resoluti ad unum primum: cum ergo hoc sit impossibile, oportet quòd differant per totum sui. Isto etiam modo dicimus, quòd duæ differentiæ diuidentes idē genus, per totum sui differunt: si enim duæ differentiæ per aliquid sui differrent, & per aliquid sui conuenirent, oporteret quod quælibet differētia species esset: oporteret etiam, quòd esset abire in infinitum in differentiis. Primum patet, si enim duæ differentiæ conueniunt in aliquo conceptu, G ille conceptus non potest esse conceptus speciei, quia conceptus unius speciei non potest esse communis duabus differentiis: oportet ergo quòd sit conceptus generis: si ergo differentiæ conueniūt, per aliquid sui in aliquo cōmuni conceptu, oportet ergo quòd ille communis conceptus sit de essentia illarum duarum differentiarum; & sic conceptus generis est de essentia differentiæ, quod non est possibile, nisi differentia ponatur species. Secundum, scilicet quòd sit abire in infinitum in differentiis, patet; si enim d̄riæ per aliquid sui cōueniūt, & per aliquid sui d̄runt; quæro de illo, per quod differunt: cum enim illud sit differentia, cōtinget quòd differentia habeat differentiam: de illa ergo differentia, quæ habet differentiam, quæro, utrum per aliquid sui conueniat, & per aliquid H sui differat, an per totum sui: si ista differentia per totum sui differat, ergo non omnis differentia ab alia differentia differt per aliquid sui. Et sicut ponitur, quòd hæc secunda differētia per totum sui differat a sua condifferentia; ita potest poni in prima: ita quòd prima differentia per totum sui differat ab alia differentia, & per aliquid sui conuenit cum illa, tunc secunda differentia habebit tertiā, & eodem modo tertia quartam, & sic differentiæ erit differentia in infinitum, quod debebat probari, scilicet quòd hoc posito est dare infinitatem in differentiis. Sic ergo patet, quòd aliqua sunt, quę per aliquid sui differunt, & per aliquid sui cōueniunt: sicut illa, quæ conueniunt in genere, & differunt

Discrimē differentiæ à diuersitate.

Differre per totum sui, & per aliquid sui.

differunt specie. Prima, quæ per sui totum differunt, ab Arist. nocantur diuersa; quæ autem per aliquid sui conueniunt, & per aliquid differunt, uocantur differentia. His uisis, patet litera: dicit enim Philosophus, quòd differentia, & diuersa aliud sunt: diuersum enim non est necesse esse diuersum ab illo, a quo est diuersum aliquo, idest per aliquid sui: omne enim ens comparatum alteri enti; uel idem, uel diuersum est: hoc autem aliquando est per totum sui, aliquando autem per aliquid sui. Differens autem ab illo, a quo est differens, non est differés per totum sui, sed aliquo, idest per aliquid sui: & ideo necesse est, quòd illa, quæ differunt, sint idem in aliquo, in quo dicunt illa, quæ diuersa sunt: Hoc auté, in quo conueniunt differentia, & in quo differunt diuersa; genus uel species est: quia omne differens, idest diuersum (ita ꝙ accipiatur differens pro diuerso) est diuersum genere, uel specie: genere quidem sunt diuersa, quorum non est communis materia; & inter quæ non potest esse generatio mutua: talia autem sunt, quæ sunt in diuersis prædicamentis: diuersa autem specie sunt illa, quorum est idem genus, in quo quidem genere conueniunt illa, quę differunt secundùm speciem, & substantiam: de numero quorum sunt contraria: quia contrarietas est differentia quædam secundùm spém. Notãdum, ꝙ debemus suo mō imaginari de genere logico, sicut de genere naturæ, qđ est materia: illa enim uocantur diuersa in genere naturæ, quæ non possunt resolui ad unam materiam; eo modo quo dicimus, quòd cœlum, & elementum sunt diuersa in genere naturę: quia non possunt resolui ad unam materiam. Similiter illa sunt diuersa in genere logico, quæ non possunt resolui ad unum cōceptum communem; qualia sunt illa, quæ sunt in diuersis prædicamentis. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; quòd illa sunt diuersa in genere, quorum est diuersa materia; sicut illa, quæ sunt in diuersis Categoriis: accipit enim materiã pro quocunque informabili per aliquid, siue sit aliud secundùm rem, siue sit aliud secundùm rōnē: materia.n. quam ego uoco hic genus naturæ, informabilis est per aliud, qđ est aliud secundùm rem: genus autem logicum per differentiam, quę est aliud secundùm rationem. Quasi dicat: ergo quæcunque non possunt resolui ad aliquod principium, quod quidem principium materiale est, quia potest informari per differentias; illa differunt genere; quia omnia, quę conueniunt in genere: possunt resolui ad unum conceptum, qui tenet locum materiæ. Deinde cum d.

Diuersum, & differēs quid.

Genus logicum, & genus naturæ, quo differunt.

Materia & genus naturæ.

TEX. 13. *Quòd autem hoc benè supponimus, palàm ex inductione; omnia enim differentia uidentur eadem, et non solùm diuersa entia. Sed hæc quidem genere diuersa, hæc autem in eadem coelementatione categoriæ: quare in eodem genere, & in eadem specie. Determinatum autem est in aliis, quæ sunt genere eadem, & quæ diuersa.*

Manifestat quoddam, quod dixit: dicit enim, ꝙ

A differentia sint illa, quæ in aliquo conueniũt; hoc uult manifestare. Ad cuius euidentiam notandũ quòd secundùm sententiam Philosophi omne differens diuersum est; non autem omnē diuersum differens est: diuersa enim illa uocantur, quę differunt; siue differãt per totum sui, siue per partem sui: ideo diuersa aliquando sunt diuersa genere, aliquando non: differentia autem illa uocantur, quæ sunt diuersa genere, & conueniunt genere: uel quæ dr̃unt materialiter, & conueniunt in spē: & sic diuersitas est inter dr̃ia genere, uel dr̃ia spē, uel dr̃ia numero: differẽtia autem est quędam diuersitas infra genus, uel infra speciem. Quo uiso, patet benè quod dicit: quòd manifestum est ex inductione, quòd illud, quod supposuimus, uerum est, scilicet quòd differentia est quædam diuersitas, & non omnis: omnia enim uidentur differre, non solùm illa, quę sunt diuersa entia prędicamentalia; sed aliqua sunt, quæ sunt diuersa genere; aliqua sunt, quæ sunt diuersa infra unum genus, uel infra unam speciem; & ista, quæ sunt diuersa infra unum genus, & infra unam speciem, differentia dicuntur: quæ autem sint eadem genere uel quæ non, dictum est in Quinto huius. Pag. 118.

Differens, & diuersũ quid, & quomodo se habent.

Quæreret aliquis, Vtrum prædicamenta, uel differentiæ possint in aliquo differre, & in aliquo conuenire? Dicendum est secundùm sententiam Auicennæ, aliquid esse commune ad aliqua, duobus modis, contingere potest; aliquando enim illud, quod est commune aliquibus, est commune illis secundùm continentiam; aliquando secundũ conuenientiam. Voco autem secundùm continẽtiam, quando illud, quod est commune aliquibus, est de intellectu illorum, & est infra continentiã essentialem illorum. Secundùm conuenientiam autem uoco, quando aliquid ita est commune aliquibus, quòd non est de intellectu, nec de continentia essentiali illorum. His uisis, dico quòd in prædicamentis ens est commune secundùm conuenientiam, non secundùm continentiam: similiter differentiis genus est commune secundùm conuenientiam, non secundùm continentiam. Primum, scilicet quòd prędicamentis ens sit commune secundùm conuenientiam, non secundùm continentiam, patet: nam ens ab esse imponitur; esse autem non est de continentia prædicamentorum: ad hoc enim quòd aliquid sit in prædicamento, non requiritur, quòd sit; pluuia enim in prædicamento est, & tamen non oportet quòd D sit, si debet esse in prędicamento; si autem ens esset de intellectu & continentia rei, quæ est in prędicamento; oporteret quòd omne, quod est in prædicamento, esset actu; quia res non potest separari ab eo, quod est de intellectu & continentia sui: si ergo ens non est de continentia rei, quæ est in prædicamento, non est commune secundùm continentiam; sed est commune secundùm conuenientiam. Vbi notandũ est, ꝙ omne, quod est in prædicamẽto, uel est, uel habet habitudinē ad esse. s. quia nō est impossibile

Quæstio.

Auicennæ doctrina.

Ens quō est cōe prædicamētis, & genus differentiis.

Esse non est de continentia prædicamentorum.

bile ipsum esse: ita ꝙ omne, quod est in prædicamento, uel est, uel sibi non repugnat esse: & sic es se sequitur ad omne, quod est in prædicamento, uel secundùm actum, uel secundùm habitum: res enim, quæ nec est, nec potest esse in prædicamento, non est. Habemus ergo, quomodo ens est commune, & quomodo non: & per consequẽs, ꝙ prædicamenta conueniunt in aliquo, ꝙ est ens commune secundùm conuenientiam, & non secundùm continentiam. Similiter differentiæ conueniunt in genere, quod quidem genus est eis cõe secundùm conuenientiam, non secdm continentiam: secundùm continentiam quidem nõ potest esse genus cõe, quia (ut probatum est) genus non est de continentia drīæ: aliàs sequeretur, ꝙ drīa esset composita ex genere, quod est impossibile. Licèt autem genus non sit commune secundùm continentiam; tamen est cõe secundùm consequentiam. Debemus .n. imaginari, ꝙ sicut proprius actus requirit propriam potentiam: ita specialis differentia arguit speciale genus;. genus enim se habet ad differentiam, sicut potentia ad actum: & habitudo, quæ est inter genus & differentiam; est sicut habitudo, quæ est inter potentiam & actum. Sicut ergo sequitur, est proprius actus; ergo est propria potentia: sic sequitur, est differentia, ergo est genus: unde sequitur, si rõnale est, ergo animal est; non ꝙ animal sit de continentia rationalis, sed solùm de conuenientia.

Prædicamenta quõ cõueniunt.

Differẽtiæ quõ genere conueniunt.

Genus ad differẽtiam quomodo se habet.

Quoniam autem differre contingit ab inuicẽ differentia plus & minùs, est aliqua maxima differentia: & hanc dico contrarietatem.

Superiùs determinauit de uno in se; sequitur de uno in comparatione ad multitudinẽ: & quia contrarietas est quædam multitudo; ideo hic determinat de contrarietate. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, ꝙ cõtrarietas est quędam differentia maxima: secundò quærit, Vtrum contraria differant genere, uel specie? ibi [Diuersum autem specie] Prima in duas, quia primò determinat de contrariis: secundò de mediis, ibi [Quoniam autem unum uni contrarium est] Prima in duas, quia primò ostendit naturam contrarietatis: secundò comparat opposita cõtrariè aliis oppositis, ibi [Prima uerò contrarietas] Prima in duas, quia primò uenatur naturam contrarietatis, & diffõnem eius: secũdò ostendit, q̃o omnes aliæ diffõnes contrariorum consonant diffõni datæ, ibi [Necesse autem.] Prima in duas, quia primò ostendit, quæ est natura contrarietatis: secundò ex hoc concludit unam proprietatem contrariorum, ibi [His enim entibus.] Prima in duas, quia primò ostendit, ꝙ contrarietas est maxima differentia: secundò ostendit, quòd si est maxima differẽtia, quòd est perfecta: ita quòd contrarietas est maxima differentia, & perfecta. Secunda ibi [At uerò maximum] Circa primum sic procedit, quia primò ponit, quòd contrarietas est maxima differentia; secundò probat ibi [Quia uerò maxima est.] Dicit ergo primò, ꝙ ubicunque

Contrarietas quid, et ubi.

E est dare magis & minus, est dare maximum, ergo ubicunque est dare maiorem & minorem differentiam, est dare maximam; quæ quidem maxima differentia uocatur contrarietas. Notandum, quòd sententia Philosophi est in hoc: quòd aliqua differunt formaliter secundùm magis & minùs: si autem aliqua differunt formaliter secundùm magis & minus, oportet quòd differant secundùm maximum: quoniam nunquam est dare magis & minùs, nisi sit dare maximum: contrarietas ergo differentia est, non quæcunque, sed formalis, non quæcunque, sed maxima. Ex quo habemus diffinitionem contrarietatis, quia contrarietas est differentia formalis, maxima. Deinde cum d.

Magis & minus præsupponunt maximum.

Contrarietas quid.

F *Quia uerò maxima est differentia, palàm ex inductione. Genere namque differentia non habent uiam in inuicem, sed distant magis, & incomparabiliter. Differentibus uerò specie generationes ex contrariis sunt ut ultimis. Vltimorum uerò distantia maxima est. Quare & quæ contrariorum.*

Ad cuius euidentiam notandum, quòd magis & minus non propriè sunt inter diuersa genere. Debemus enim imaginari, ꝙ magis & minùs, & maximum dicunt quendam ordinem formalem; illa autem, quæ sunt in diuersis generibus, non cadunt iuxta unum ordinem formalem, sed infra duos ordines; & ideo illa, quæ sunt in diuersis generibus, non comparantur secundùm magis & minus, & maximum distare; & per consequens non comparantur secundùm contrarie-

Proprietas contrarietatis.

G tatem; contraria ergo oportet quòd sint in eodem genere; in quo quidem genere est dare magis & minus & maximum distare. Si autem hæc sunt uera, patet probatio Philosophi, quæ talis est: quòd contrarietas sit maxima distantia; hoc manifestum est ex inductione; quia inducendo in omnia contraria, illa, quæ contraria sunt, non differunt genere; cuius ratio est, quia contrarietas est quædam uia formalis, ita quòd ab uno contrario fit deuenire in aliud; inter autem differentia genere uia non est; contrarietas etiam est quædam distantia formalis eiusdem ordinis; qui quidem ordo non est inter differentia

Quæ sunt contraria, nõ differunt genere.

H genere. Oportet ergo, quòd ea, quæ contraria sunt: sint differentia specie, & sint sub eodem genere; non autem omnia talia, quæ sunt sub eodem genere, contraria sunt; sed solùm illa, quæ ultimò distant; quia contraria sunt, ex quibus fiunt generationes: generationes autem fiunt ex ultimis; ergo contrarietas est ultima distantia: si autem est ultima, oportet quòd sit maxima, quia maximum, & ultimum conuertuntur. Notandum est diligenter, quòd ratio Philosophi in breui est ista: ultima distantia & maxima distantia conuertuntur; sed contrarietas est ultima distantia; ergo est maxima distantia. Quòd autem sit ultima distantia, patet inducendo per omnia contraria; quia illa pro-

propriè uocantur contraria; quæ ultimò distant: sicut dicimus, quòd album & nigrum contraria sunt; quia ultimò distant: non autem dicimus (propriè loquendo) quòd album & fuscum contraria sint: Patet etiam, quòd contrarietas sit ultima distantia, per rationes: quia generationes magis fiunt ex ultimis, quàm ex mediis; sicut album magis fit ex nigro, quàm ex fusco; immo non fit ex fusco, nisi in quantum habet rationem nigri. Deinde cum dicit.

At uerò maximum in unoquoque genere perfectum: maximum enim, cuius non est excessus, & perfectum, cuius non est adhuc extra sumere aliquid possibile. Finem enim habet perfecta differentia, sicut & alia, eo quòd finem habeant, dicuntur perfecta: nihil autem extra finem: ultimum autem in omni, & continet. Propter quod nihil extra finem, nec eget aliquo, quod perfectum.

Tex. 14. *Quod quidem igitur contrarietas est differentia perfecta, ex his palàm. Multipliciter autem dictis contrariis, si sequetur quòd perfectè, ita sicut utique quod est contrariis esse extiterit ipsis.*

Ostendit, quòd si contrarietas est maxima differentia, oportet quòd sit perfecta; quia maximũ & perfectum idem sunt. Et hoc est, quod dicit: quod maximum in uno quoque genere perfectum est; quod patet, quia maximum est, quod non excedi tur: & perfectum est, extra quod nihil est sumere; quasi dicat imperfecta excedi possunt; quia extra ea aliquid potest sumi, à quo excedũtur; perfecta autem excedi non possunt, sicut perfectus medicus in tali genere à nullo exceditur; quia nihil extra est sumere, à quo possit excedi; perfectum ergo est, quod non habet excessum: Cum ergo manifestum sit hoc, oportet quòd idem sit maximum, & perfectum: ergo idem est maximum, differentia, & perfectum: perfecta aũt alia; quæ finẽ attingunt; extra autem finem nihil est sumere: ergo extra perfectam differentiam nihil conuenit sumere; & similiter extra maximam: ergo maxima differentia, & perfecta idem sunt. Similiter perfecta differentia est ultimata differentia; extra autem, ultimum nihil est sumere; ergo extra perfectam differentiam nihil est sumere, & nihil potest sumi; ergo maxima differentia, & perfecta idem sunt. Concludit ergo Philosophus ex omnibus dictis; quòd manifestum est, quòd contrarietas est perfecta differẽtia: sed quia cõtraria multipliciter dicuntur, ideo perfecta differentia non omnibus conuenit æqualiter: sicut enim aliquibus conuenit ratio cõtrarii, ita ratio perfecti. Videmus enim quòd album, & fuscum aliquo modo possunt dici contraria; sed non ita perfectè, sicut album & nigrum: & hoc quia ratio perfecti nõ ita cõuenit albo, & fusco; sicut albo, & nigro.

Quæstio. Quæreret aliquis. Vtrum contrarietas sit maxima distantia, uel perfecta, sicut dicit Philosophus? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notãdum, quòd in diffinitione cõtrariorum aliquid est loco generis, & aliquid loco differentiæ, siue differentiarum: cõtrarietas enim distantia est; ita quòd distantia est loco generis: cũ enim contrarietas sit quædam multitudo, quia ubicunque contrarietas est, ibi multitudo est: ex hoc est multitudo, quia distantia est: sic ergo loco generis distantia cadit in diffinitione contrarietatis: oportet ergo uenari differentias, quæ quidẽ sic possunt accipi. Distantia quædam est localis, quædam est formalis: Licèt ergo distantia localis aliquo modo faciat contrarietatem, non tamen ita propriè, sicut distantia formalis: contrarietas ergo distantia est, sed non quæcunque, sed formalis: Quod autem aliqua differant formaliter, hoc potest esse duobus modis, uel quia sunt in diuersis generibus; uel quia sunt in eodem genere; contrarietas ergo est distantia formalis, non eorum, quæ sunt in diuersis generibus; sed in uno: huius ratio est, quia duo cõtraria semper sunt infra unam distantiam: illa autem, quæ sunt in diuersis generibus, semper sunt infra duas distantias; sicut sapor & albedo infra duas distãtias formales sunt; & ideo contraria non sunt: ergo contrarietas est distantia formalis eorum, quæ sunt sub eodem genere. Sed non omnia talia contraria dicuntur; de numero enim eorũ, quæ sunt sub eodem genere, quædam ita distant, quòd non ultimò distant; sicut album, & fuscum formaliter distant; sed quia non ultimò distant, cõtraria nõ dicuntur. Propriè ergo secundùm sententiam Philosophi, cõtrarietas est distantia formalis eorum, quæ sunt sub eodem genere, & quæ ultimò distant; & quia ultima distantia est perfecta, & maxima; ideo benè dictum est, quòd contrarietas est perfecta, & maxima differentia. Deinde cũ dicit.

His enim entibus, palàm quod non contingit uni plura contraria esse: nec enim ultimo ulterius. Et erit utique ultimum, Nec distantiæ unius, plura sunt, quàm duo ultima. Totaliter autem si est contrarietas differentia: differentia uerò duorum: Quare & perfecta.

Concludit unam proprietatem contrariorum, dicens; quòd si hæc, quæ dicta sunt, uera sunt; manifestum est, quòd plura non sunt contraria uni; sed tantum unũ est uni contrarium. Quòd autem unum sit tantum uni contrarium, patet duobus modis; quia contrarietas est ultimata distantia: ultimo autem non potest accipi aliquid ultimius; patet etiam secundò; quia contrarietas est una distantia; una autem distantia non habet nisi duo ultima; dictum est enim, quòd cõtrarietas est perfecta differentia; perfecta autem differentia tantum duorum est, quæ ultimò distant. Notãdum ẽ, quòd duobus modis posset aliquis imaginari, quòd plura contrarientur uni. Prima imaginatio est, imaginando, quòd illa plura sint infra unam distantiã formalem; sicut si diceremus, quòd albũ cõ trariatur nigro, & fusco; quę quidẽ sunt infra unã distantiam: Hãc autem imaginationem excludit Philosophus per primam rationem; quia si ita esset,

Marginalia: Maximũ, & perfectũ idẽ: & quid utrumque. — Contrarietas quid: & ubi ipsa, ibi multitudo. — Distãtia duplex & quæ cõtrarietatem faciat. — Aliqua differre duobus modis, et qualiter, dupliciter. — Quæ sunt sub eodẽ genere, æquè omnia distant. — Proprietas contrariorum. — Vnum uni tantum est contrarium. — Plura uni contrariari dupliciter.

ſet,ſequeretur,ꝙ ultimo eſſet ultimius; & maximo eſſet aliquid maximum: cum enim contrarietas ſit ultima diſtantia; ſi album & fuſcum ſunt contraria,oportet ꝙ ultimò diſtent; cum ergo album & nigrum magis diſtent,quàm album & fuſcum;ſequitur ꝙ aliquid ſit ultimo ultimius. Secũdò poſſet aliquis imaginari, ꝙ unum contrarietur pluribus ſecundùm diuerſas diſtantias; ita ꝙ ſecundum unam diſtantiam contrarietur uni;ſecundum alterã contrarietur alteri:ſicut ſi diceremus,ꝙ albedo contrarietur nigredini,& ſapori: hanc imaginationem excludit Philoſophus per ſecundam rationem,dicens: ꝙ contraria ſemper ſunt infra unã diſtantiã;una autem diſtantia non habet niſi duo extrema. Imaginabimur enim ꝙ ſicut una linea terminatur à duobus punctis; ita una diſtantia formalis,quæ eſt contrarietas; terminatur à duabus formis: dicere enim quòd, ſunt duæ diſtantiæ, eſt dicere, quòd ſunt duæ contrarietates,& non una: Imaginabimur enim in diſtantiis formalibus,ſicut in diſtantiis localibus:una enim diſtantia localis eſt inter ſurſum & deorſum;& ſimiliter inter dextrum & ſiniſtrũ; & alia inter ante & retro: ſimiliter una diſtantia formalis eſt inter colorem & colorem,&alia inter ſaporem & saporẽ: ſicut ergo ſurſum ita opponitur extremo ſuæ diſtantiæ,ꝙ non opponitur extremo alterius:ita ſimiliter in formis color opponitur extremo ſuæ diſtantię,ꝙ non opponitur extremo alterius.

Quæſtio. Quæreret aliquis, Vtrum poſſit dari alia uia ad oſtendendum, quòd unum non contrarietur duobus? Dicendum eſt, quòd præter uias datas poteſt dari uia Auicennæ, quam ponit in Metaphyſica ſua. Ad cuius euidentiam ſuppo- *Doctrina Auicennæ: Vide etiam pro hoc Auer. Octauo Phyſic. Com.62.* namus,quòd unum contrarietur duobus,puta quòd.A.contrarietur.B.C. ſi ergo ita eſt,quæremus ab aduerſario,utrum.A.contrarietur ipſi.B, & ipſi.C.ſecundum eandem rationem; an ſecundum diuerſas:hoc eſt quærere,utrum.A.aſpiciat B,& C.ſecundùm unam rationem; an ſecundum duas:ſi enim ponatur quòd contrarietur ipſi B,& ipſi.C.ſecundum unam rationem:ſi.A.aſpicit.B. & C. ſecundum unam rationem, ſequitur quòd tantum unum uni contrarietur: non enim debemus ponere B.& C.tanquam duo extrema; ſed tanquam unum: ex quo enim ſecundum unam rationem contrariãtur ipſi. A; non contrariãtur niſi ſecundum rationẽ unius:& ita licèt diuerſificentur,tamen ad rationem contrarietatis non habent niſi rationem unius: Exemplum nigredo contrariatur albedini Petri,& albedini Martini: non tamen propter hoc dicendum eſt, quòd unũ contrarietur duobus; quia albedo Petri & Martini non contrariantur nigredini,niſi inquantum habent rationem unius. Si autem dicatur,ꝙ.A. contrariatur. B, & C. ſecundum duas rationes; tunc oportet, ꝙ.A. reſpiciat B. & C. ſecundum duas rationes: ita quòd ſecundùm unam rationẽ opponatur ipſi.B,& ſecundum aliam opponatur

E ipſi.C. ſi autem ita eſt, tunc hæc non eſt una contrarietas,ſed duæ contrarietates:ita quòd una cõtrarietas eſt inter. A, & B, & alia inter.A. & .C. ex quo enim B,& .C.dicunt duas rationes; oportet quòd illis duabus rationibus reſpõdeant duæ rationes in A.ergo ſecundum unam rationẽ aſpicit B,& ſecundũ aliam aſpicit.C.& ſic hic erunt, quatuor rationes, & per conſequens quatuor extrema, & duæ diſtantiæ, & duæ contrarietates. Deinde cum dicit.

Neceſſe autem & alios terminos eſſe ueros contrariorum: etenim plurimùm differt perfecta differentia. Genere autem differentibus non eſt magis extra accipere his,quæ ſpecie:oſtenſũ.n.quia ad ea, quæ ſunt extra genus, non eſt differentia. Horum F *autem hæc maxima. Et in eodem genere plurimum differentia contraria: maxima namque differentia horum, quæ perfecta. Et quæ in eodem ſuſceptiuo plurimum differentia:eadem enim eſt materia contrariis. Et quæ ſub eadem potentia plurimùm differentia. Etenim ſcientia circa unum genus, quæ una in quibus perfecta differentia maxima.*

Oſtendit,quomodo omnes diffinitiones contrariorum conſonant dictæ diffinitioni. Ad cuius euidentiam notatum eſt, quòd contraria multis modis diffiniũtur: uno enim modo (ſicut iam dictum eſt) contraria ſunt, quæ plurimum differunt ſub eodem genere. Secundo modo etiam dicuntur contraria, quæ ſunt in eodem ſuſceptibili, & in eadem materia. Tertio modo, quæ *Diffinitiones plurimæ contrariorum.*
G cadunt ſub eadem ſcientia: & iſtæ diffinitiones duæ concordant primæ;quia illa, quæ plurimùm differunt ſub eodem genere, ſunt illa, quæ ſunt termini eiuſdem motus:termini autem motus eãdem materiam reſpiciunt: illa etiam, quæ plurimum differunt in eodem genere, extrema ſunt unius diſtantiæ:unum autem extremum unius diſtantiæ ſe habet ſicut habitus, reliquum ſicut priuatio: priuatio autem & habitus cadunt ſub una ſcientia:& ita bene dictum eſt, quòd cõtraria ſunt,quæ cadunt ſub aſpectu unius ſciẽtiæ. His uiſis,patet litera: dicit enim,quòd neceſſe eſt per iam dicta,omnes diffinitiones contrariorum eſſe ueras:dictum eſt enim quòd contraria ſunt, quæ plurimùm differunt: ex quo concluſum eſt,
H quòd contrarietas eſt perfecta differentia:ex quo etiam concluſum eſt,quòd illa, quæ differunt genere, non ſunt contraria: quia inter differentia genere non eſt dare magis & minus, & maximam differentiam:contrarietas autem eſt maxima differentia eorum, quæ ſunt ſub eodem genere:& iſta fuit prima diffinitio contrariorum. Ex qua diffinitione ſequitur, ꝙ contraria ſunt,quæ maximè differunt in eadem materia,& in eodem ſuſceptibili:quia contraria ſunt apta nata fieri circa idem: Ex quo tertiò ſequitur,quòd contraria ſunt,quæ maximè differũt;& quæ cadũt ſub eadẽ potẽtia ſciẽtiæ:una.n.ſciẽtia eſt circa unũ genus: cũ ergo cõtraria ſint,quæ maximè differũt in eodẽ genere;ſequitur ꝙ una ſciẽtia erit circa cõtraria. *Contraria quæ: & quòd ad eandem ſcientiã ſpectẽt.*

Prima

TEX. 15.

Prima uerò contrarietas habitus & priuatio ē. Sed non omnis priuatio:multipliciter enim priuatio: sed quæcunque perfecto fuerit.

Oppō cōtraria respectu aliarū oppositionum qualis.

Postquam determinauit de contrarietate in se; hic comparat oppositionem contrarietatis ad alias oppositiones. Et circa hoc duo facit, quia primò ostendit, quòd principium contrarietatis est priuatio & habitus: secundò hoc probat. Secunda ibi [Si igitur opponuntur.] Prima in duas, quia primò facit, quod dictum est; quòd scilicet coutrarietas aliquo modo est priuatio & habitus: secundò ostendit, quòd natura contrarietatis non saluatur uniformiter in omnibus, in quibus saluatur, sed secundùm diuersos modos. Secunda ibi [Alia autem contraria.] Dicit ergo primò, quòd priuatio & habitus saluantur in contrarietate; quia priuatio & habitus includuntur in contrariis; quia unum contrariorum se habet ut priuatio, & reliquum sicut habitus: sed tamen licet priuatio & habitus saluentur in contrarietate; tamen non omnis priuatio contrarietas est: cum enim priuatio dicatur multipliciter, non omnis priuatio est illa, quæ saluatur in altero contrariorum; sed priuatio, quæ est perfecta: ita quòd contraria includunt habitum & priuationem non quocunque modo, sed secundùm perfectam distantiam.

Priuatio nō est pura negatio.

Notandum est, quòd priuatio, quæ saluatur in altero contrariorum, non est pura negatio: si enim esset pura negatio, non posset uocari perfecta priuatio; quia ratio perfecti non saluatur in pura negatione:

Rō perfecti nō saluatur in pura negatione.

priuatio ergo, quę saluatur in altero contrariorum, est priuatio, quæ aliquid supponit, scilicet extremum distantiæ formalis. Dicemus ergo, quòd habitus & priuatio, quæ sunt in contrariis, sic se habent; quòd habitus saluatur in extremo unius distantiæ, & priuatio in altero extremo: & quia ista extrema perfectè distant, sequitur quòd priuatio & habitus perfectè distant: & ideo ita non omnis priuatio est illa, quæ saluatur in omni contrarietate, sed perfecta; hoc est remotiua. Videmus enim, quòd in fusco est priuatio albi, & in nigro similiter; sed tamen priuatio albi remotiùs saluatur in nigro: in fusco autem secundū modum minùs remotum: & ideo in albo est priuatio perfecta, & non in fusco.

Alia autem contraria secundùm hoc dicentur. Hoc quidem pro habere. Alia uerò pro facere, aut facta esse. Alia autem per acceptiones esse, & abiectiones horum, aut aliorum contrariorum.

Ostendit, quòd ratio contrarietatis non saluatur uniformiter in omnibus, in quibus saluatur; sed secundùm diuersos modos, & secundùm diuersas habitudines.

Rō cōtrarietatis non æqualiter in oībus reperitur.

Et hoc est, quod dicit; ꝙ alia dicuntur contraria, quia includunt formas contrarias. Alia dicūtur contraria, quia actu faciunt & introducunt contrarietatem; eo modo quo dicimus, ꝙ calefaciens & frigefaciens cōtraria sūt. Tertio mō dicuntur contraria, quia factiua sunt, idest possunt facere, & introducere contrarietatem; eo modo quo dicimus, ꝙ calefactiuum & frigefactiuum contraria sunt. Quarto modo aliqua dicuntur contraria, quia sunt acceptiones contrariorum; eo modo quo dicimus, quòd moueri ad albedinem, & moueri ad nigredinem contraria sunt: quia sunt acceptiones duorum terminorum contrariorum, scilicet albedinis & nigredinis. Quinto modo aliqua dicuntur contraria, quia sūt acceptiones & remotiones contrariorum: sicut dicimus, ꝙ corruptio caliditatis & frigiditatis cōtrarietatem habent, quia sunt remotiones duorū contrariorum, & sic secundùm diuersas habitudines ad contraria, diuersimodè dicuntur contraria.

Cōtrarietas quō saluatur in his in quib. reperitur.

Notandum est, quòd contrarietas non saluatur uniuocè in illis, in quibus saluatur; sed secūdùm priùs & posteriùs: cum enim contrarietas sit distantia formalis, sicut dictum est; contrarietas primò saluatur in formis, quæ maximè distāt: in aliis autem non saluatur, nisi secundùm attributionem & analogiam ad has formas. Aliqua enim aspiciunt has formas in ratione subiecti; & ideo subiecta formarum contrariarum contraria dicuntur: Aliqua autem aspiciunt has formas, in quibus primò saluatur ratio contrarietatis, in ratione causæ; & ideo causæ formarum contrariarum contraria uocantur: sicut calefaciens & frigefaciens. Aliqua respiciunt formas contrarias, sicut uia respicit terminū: & isto modo dicimus, quòd contrarietas est inter calefieri, & frigefieri; & hoc quia sunt uiæ ad formas contrarias.

Si ergo opponuntur contradō et priuatio, et contrarietas, et ad aliquid: horum aūt primum contradō: contradōnis āt nihil est medium: contrariorū āt contingit: Qđ quidē non idē cōtradō et contraria, palā.

Descrimē inter proprietatē, & contradictionē.

Probat, quòd dixit, scilicet quòd contrarietas aliquo modo est priuatio & habitus. Et diuiditur hæc pars in tres partes, quia primò comparat cōtrarietatem & contradictionem: secundò opposita contradictoriè, & opposita priuatiuè: tertiò probat, ꝙ opposita contrariè etiam opponuntur secūdùm priuationem & habitum. Secunda ibi [Priuatio uerò] Tertia ibi [Si itaque generationes.] Comparat ergo primò opposita coutradictoriè & contrariè: ostendens, ꝙ contrarietas non est contradō, dicens: ꝙ cum aliqua opponantur multis modis, scilicet contradictoriè, priuatiuè, & relatiuè; manifestum est, quòd prima oppositio contradictio est.

Inter cōtradictoria nō est medium: sed benè inter contraria.

Manifestum est etiam, quòd oppositio contradictoriè, & oppositio contrariè non sunt idem: cuius ratio est, quia inter contradictoria non est mediū, inter contraria āt contingit esse mediū. Notandū est, ꝙ prima oppō contradō est, sicut dicit Philo. cuius rō est, quia cōtradō aliquo mō saluatur ī aliis generibus oppōnis;

Pria oppō ē cōtradictio.

quia negō & affirmō, quæ sunt extrema contradō nis, saluantur in extremis aliarum oppositionum: sicut patet, quia saluantur in priuatione & habitu: quia priuatio est quædam negatio, & habitus quædam affirmatio. Saluantur etiam in relatiuè oppositis; eo modo quo dicimus, quòd pater non

est filius. Saluatur in terminis contrariis;eo modo quo dicimus, quòd nigrum est priuatio albi. Notandum est, quòd duobus modis probari potest,quòd contradictio non est contrarietas: primus modus est,quia extrema contrarietatis sunt in certo genere,& semper sunt circa naturam entis: extrema autem contradictionis non sic: quia contradictio potest reperiri in ente,& non ente: Secundò hoc patet per rationem, quam dat Philosophus: quia inter contraria euenit dare medium;quod nullo modo euenit in cōtradictoriis. Deinde cum dicit.

Priuatio uerò contradictio quædam est:aut enim quod impossibile est totaliter habere:aut si quod aptum natum habet, non habeat, priuatum est, aut totaliter, aut aliqualiter determinatum. Multipliciter enim iam hoc dicimus,sicut diuisum est à nobis in aliis. Ergo priuatio quædam est contradictio, aut in potentia determinata, aut concepta cum susceptiuo. Quapropter contradictionis quidem nō est medium, sed priuationis alicuius est. Aequale nam que, aut non æquale omne æquale uerò, aut inæquale non omne; nisi solùm in susceptiuo æqualitatis.

Comparat priuatiua, & contradictoria ad inuicē, ostendens: quòd oppositio priuatiua nō est oppositio cōtradictoria. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duplex differentia potest dari inter priuatiuè opposita,& contradictoriè. *Oppō priuatiua nō est oppō contradictoria.*

Prima differentia est,quia priuatiuè opposita determinant sibi certum subiectum, & certam naturam;circa quam habent fieri:non sic autem cōtradictoria: & ideo priuatiuè opposita opponuntur contradictoriè,nō circa oē ens, sed circa tale ens:ita quòd oppositio priuatiua est quædam contradictio in tali genere. Secunda differentia sequitur ex ista:nam quia priuatiuè opposita habēt fieri circa certum genus; ideo non uerificantur de omni,sed solùm de certa natura, & certo genere;contradictoria autem, quia non determināt sibi certum genus, & certam materiam; ideo de omni ente uerificantur,scilicet tam de ente, quā de non ente. Posset dari tertia differentia,quia enim priuatiuè opposita determinant sibi certam materiam,& certum subiectum; ideo inter ea potest esse medium ad minùs per abnegationem; eo modo quo dicimus,quòd lapis nec est cæcus, nec est uidens:quia autem cōtradictoria possunt uerificari tam de ente, quàm de non ente;ideo inter ea non potest esse medium: ex quo enim aspiciunt ambitum entis & non entis,nihil est, quod possit excipi ab ambitu contradictionis: sicut nihil potest excipi ab ambitu entis,& non entis: & ideo quidquid est,& non est, cadit sub altero extremo contradictionis. His uisis,patet litera: dicit enim Philosophus,quòd si priuatio non est cōtradictio; potest tamen dici quædam contradictio: & hoc quia determinat sibi certum subiectum. Aliquando enim priuatiua sibi determinant subiectum tantùm; eo modo quo dicimus, quòd subiectum, quod non habet habitum, nec *In priuatiuè oppositis pōt eē medium, non tamē in cōtradictoriis.* *Priuatio quō est cōtradictio.*

E potest habere, dicitur priuatum, sicut lapis dicitur priuatus esse uisu. Aliquando autem priuatio determinat sibi subiectum, & possibilitatem ad habitum;eo modo quo dicimus, quòd subiectum,quod est aptum natum habere habitum, & non habet,priuatum est illo habitu.Quòd autem hoc subiectum dicatur priuatum habitu,quod est aptum natum habere,hoc potest intelligi duobus modis:uno modo,quòd dicatur priuatum quocūque tempore,& qualitercunque non habeat: secundo modo quòd dicatur priuatum certo tempore,& certo modo.Ex hoc autem, quòd priuatiuè opposita determinant sibi determinatam naturam,& possibilitatem determinatam; sequuntur tres proprietates priuatiuè oppositorum. *Subiectum priuari habitu dupliciter.*

F Prima proprietas est,quòd priuatio est quædam contradictio in determinato subiecto,& in determinata potentia. Secunda proprietas est,quòd inter priuatiuè opposita potest esse medium, qđ nullo modo potest esse inter contradictoria. Tertia proprietas est,quæ sequitur ex prima,scilicet quòd priuatiuè opposita non uerificantur de omni,quod tamen falsum est in contradictoriis, quia contradictoria de omnibus uerificātur,quia semper altera pars de quocunque ente, uel non ente est uera, uel falsa omne enim, uel est æquale, uel non æquale: æquale enim & non æquale contradictoriè opponuntur:non tamen omne est æquale,uel inæquale;sed solùm illa natura,quæ ē susceptiua æqualitatis, uel inæqualitatis,est æqualis,uel inæqualis:ita quòd æqualitas uel inæqualitas ita se habent circa talem naturam, & circa tale subiectum determinatum;sicut se habet æquale & non æquale circa totum ens, & non ens. Deinde cum dicit. *Proprietates priuatiuè oppositorum.*

G

Si itaque generationes ipsi materiæ ex contrariis fiunt, quia aut ex specie, aut ex speciei habitu, aut priuatione aliqua speciei & formæ: palàm quia contrarietas priuatio quædam utique erit omnis. TEX. 16.

Ostendit,quòd in contrarietate saluatur priuatio,& habitus. Et duo facit,quia primò hoc probat per rationem: secundò hoc probat per inductionem.Secunda ibi[Palàm autem.] Prima in duas,quia primò probat, quòd priuatio & habitus saluantur in contrariis, non aūt omnis priuatio,ibi[Priuatio uerò non omnis]Primò ergo ponit rationem suam,& est ratio talis:generationes & motus fiunt ex contrariis; sed illa, ex quibus fiunt generationes,& motus, se habent secundū priuationem & habitum; quia unum extremum motus est priuatio alterius;ergo contraria se habent secundum priuationem & habitum. Et hoc est,quod dicit litera:quòd si ita est, quòd generationes fiunt ex contrariis, quæ sunt in potentia materiæ:si ita est etiam,quòd generationes fiunt ex habitu & priuatione habitus;quia termini generationis & motus respiciunt se secundùm priuationem & habitum: manifestum est,quòd contrarietas est quædam priuatio, quia in omni contrarietate includitur priuatio. *Habitus & priuatio principia sunt cō trarietatis.*

H

Priua-

Priuatio uerò non omnis forſan contrarietas cauſa uerò quia multipliciter contingit priuari priuatum: ex quibus enim permutationes extremis cõtraria.

Quę priuatio cõtrarietatẽ faciat

Oſtendit, quòd & ſi priuatio ſaluatur in contrariis, non autem omnis priuatio. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd ſicut diſtantia, quæ ſaluatur in contrarietate, non eſt omnis diſtantia; ſed diſtantia maxima, & remotiſſima: ita priuatio, quæ ſaluatur in contrariis, non eſt omnis priuatio; ſed priuatio remotiſſima, quæ ſaluatur in extremo remotiſſimo. Videmus enim, quòd album, & fuſcum opponuntur ſecundùm priuationem, & habitum; quia fuſcum eſt priuatio albi; ſed tamen non propter hoc propriè dicuntur contraria; quia priuatio, quæ ſaluatur in fuſco, nõ eſt priuatio remotiſſima; quia remotior eſt illa, quæ ſaluatur in nigro; & ideo nigrum & album opponuntur contrariè; quia priuatio, quæ ſaluatur in nigro, eſt priuatio remotiſſima. His uiſis, patet litera, quæ dicit; quòd non omnis priuatio contrarietas eſt; cuius ratio eſt, quia priuatio dicitur multis modis, & in multis ſaluatur; ſaluatur enim in mediis, & in extremis; ſed ſolùm illa priuatio, quæ ſaluatur in extremis, ex quibus fiunt permutationes, illa eſt, quæ facit contrarietatem. Deinde cum dicit.

Palàm autem & per inductionem: omnis enim contrarietas habet priuationem alterius contrariorum. Sed non ſimiliter omnia: nam, inæqualitas æqualitatis, & diſsimilitudo ſimilitudinis, & malitia uirtutis.

Inductiue probat, qđ dixit.

Probat, quod dixit, per inductionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò inducit in multis contrariis, quòd ſemper unum contrariorum eſt priuatio alterius: ſecundò ſpecialiter inducit in primis contrariis ibi [Sufficit autem] Prima in duas, quia primò inducit in multis contrariis, ꝙ unum contrariorum eſt priuatio alterius: ſecundò ꝙ hoc poteſt eſſe, & intelligi multis modis. Secunda ibi [Differunt autem] Dicit ergo primò, quòd unum contrariorum eſt priuatio alterius, hoc patet inducendo in multa contraria: nam uidemus, quòd omnia contraria ita ſe habẽt, quòd unum eſt priuatio alterius, ſed non ſimiliter, ſicut inæqualitas eſt priuatio æqualitatis, & diſsimilitudo priuatio ſimilitudinis, & malitia eſt priuatio uirtutis. Deinde cum dicit.

Differt autem, ut dictum eſt. Hoc quidem enim ſi ſolùm ſit priuatum; hoc autem ſi eſt, aut quando: aut in quo. ut ſi ecriè ætate aliqua, aut principali, aut omnino.

Non ſimiliter in oibus ſaluatur priuatio.

Oſtendit, quomodo differenter priuatio ſaluatur in diuerſis. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc oſtendit: ſecundò oſtendit, & concludit, quomodo ex hoc inter priuatiuè oppoſita poteſt eſſe medium ibi [Quapropter horum quidẽ.] Dicit ergo primò, quòd quamuis unum contrariorum ſit priuatio alterius, tamẽ multum differt, aliquid eſſe priuationem alterius: diuerſimodè

A enim dicitur aliquid priuatum aliquo: primò ſi non habeat illud: ſecundo modo ſi non habet illud, quando aptum natum eſt habere, uel ſi non habet illud in parte, in qua eſt aptum natum habere, ſiue illa ſit pars principalis, ſiue non: uel ſi non habet illud in ætate, in qua eſt aptum natum habere: ſicut puer non dicitur inſenſatus, uir autem ſic, ſi non habeat ſenſum: & hoc quia uir eſt aptus natus habere ſenſum. Deinde ipſe cum dicit.

Quapropter horum quidem medium eſt; ſed neque bonus homo, neque malus. Aliorum uerò non eſt, ſed neceſſe eſſe aut parem, aut imparem. Ampliùs alia quidem habent ſubiectum determinatum; alia autem non. Quare palàm quia ſemper alterum B *contrariorum dicitur ſecundùm priuationem.*

Quõ priuatiuè oppoſitorũ ſit medium.

Oſtendit, quòd priuatorum poteſt eſſe mediũ, dicens: quòd horum priuatorum poteſt eſſe medium: ſicut dicimus, quòd iſte homo nec eſt bonus, nec eſt malus: & iſto modo dicimus, quòd puer non eſt bonus, nec eſt malus bonitate, uel malitia morali; & hoc quia bonitas, uel malitia moralis determinat ſibi determinatam ætatem; & ideo cum puer non ſit in tali ætate, non dicitur bonus uel malus, communiter loquendo. Aliorũ autem priuatorum non eſt medium, ſicut non ponimus medium inter par & impar, quia omnis numerus uel eſt par, uel impar. Similiter aliqua priuatiua determinant ſibi ſubiectum, & poſsibilitatem determinatam: ex quo contingit quòd in- C ter priuatiuè oppoſita poteſt eſſe mediũ: ſicut uirtus uel malitia determinant ſibi hominem ciuilem: & ideo ille, qui non eſt ciuilis, non eſt propriè bonus, uel malus bonitate, uel malitia ciuili.

Virtus moralis requirit determinatam ætatem.

Inter priuatiuè oppoſita quõ datur mediũ.

Notandum eſt, quòd duobus modis probat Philoſophus: quòd inter priuatiuè oppoſita poteſt eſſe medium. Primus modus eſt, quòd aliqua priuatiua determinant ſibi tempus: quædã uerò non: ſicut bonitas, & malitia moralis ſibi determinant determinatum tempus: & ideo medium poteſt eſſe inter iſta duo: quia ex quo determinant certũ tempus, quicunque non attingit illud tempus, nec eſt bonus, nec eſt malus, moraliter loquendo: quædam autem ſunt priuatiuè oppoſita, quæ non determinant ſibi certum tempus: ſicut par, & impar in numero: & ideo inter talia non ponitur D medium. Secundo modo probat Philoſophus, ꝙ inter priuatiuè oppoſita poteſt eſſe medium in determinatione ſubiecti, & poſsibilitatis ad habitum: quia enim bonitas, & malitia ciuilis non eſt niſi in illo, qui eſt aptus natus uiuere ciuiliter, ideo quicunque non eſt aptus natus uiuere ciuiliter, ſicut ruſticus, ille nec eſt bonus, nec malus, ciuiliter loquendo. Deinde cum dicit.

Inter bonũ, & malũ poteſt eſſe medium.

Sufficit autem & ſi prima & genera contrariorum, puta unum & multa. Alia namque ad hac reducuntur. TEX. 17.

Inducit in primis contrariis, quòd unum contrariorum eſt priuatio alterius, dicens: quòd unũ contrariorum ſit priuatio alterius, hoc ſufficienter

ter patet in primis contrariis, quæ sunt unum & multa. *Vnũ et multa sunt prima cõtraria ad quæ alia reducũtur.* Vnum enim & multa sunt prima contraria, ad quæ reducuntur alia contraria: unum autẽ & multa (ut dictum est supra) opponuntur secundùm priuationem & habitum. Notandum autem, quòd ad unum, & multa reducuntur omnia contraria, quę consistunt in ratione unius, & ratione multitudinis; sicut sunt idem, & diuersum: quia idem habet rationem unius, diuersum habet rationem multitudinis: & eodem modo simile, & dissimile: simile enim habet rationem unius; dissimile autem rationem multitudinis: & eodem modo dicendum est de æquali, & inæquali. Si ergo unum, & multa opponuntur secundùm priuationem & habitum, oportet etiam, quòd isto modo opponantur illa, quæ reducuntur ad unum, & multa: talia autem sunt idem, & diuersum; simile, & dissimile, ęquale & inæquale.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum, sicut dicit Philosophus; unum, & multa sint contraria? Et uidetur, quòd non: quia unum contrarium non accipitur in diffinitione alterius: unum autem accipitur in ratione multitudinis, ergo unum, & multa non contrariantur. *7. Metaph. 57. & 4. eiusdem. 3.* Præterea, unum & ens conuertuntur; si ergo ens, & unum conuertũtur, ergo omne ens est unum; ergo non potest dici, quòd ens diuidatur per unum, & multa, tanquam per duo contraria: cum enim unum contrariorum non sit aliud; si unum & multa sunt contraria, oportet ꝙ multum non sit unum: si autem non est unum, sequitur quòd non sit ens, quia (ut iam dictum est) G ens & unum conuertuntur. *Q̃o unum, et multa sũt cõtraria. Vide etiam Auerro. in Paraphrasi Metaph. Tracta. 3. col. 12. & 14. & 4. Metaph. cõ. 4. & 5. meta. 12. & 10. eiusdẽ cõ. 9.* Ad oppositum est dictum Philosophi, qui ponit in litera, quòd unum & multa sunt prima contraria. Ad hanc quæstionem dicendum est, quòd (sicut dictum est supra) unum & multa contraria sunt accipiendo contrarietatẽ largo modo, pro priuatiuè oppositis: quæstio autẽ mota est propter difficultatem argumentorum: & ideo uidendum est, quomodo potest solui primum: secundo quomodo potest solui secundum. Ad euidentiam solutionis primi argumenti notandum, est quòd unum potest considerari duobus modis: uno modo secundùm rationem completam: secundo modo secundùm quòd est pars alterius: quando ergo dicitur, quòd unum & multa contrariantur; debet accipi unum secundùm quòd habet unam rationem in se, quæ quidem H *Vnũ dupliciter.* non est ratio multitudinis: primo enim modo opponitur multitudini, & hoc quia ratio unius opponitur rationi multitudinis: secundo autem modo non opponitur, quia pars non opponitur propriè suo toto. Exemplum autem est de parte animalis: pars enim animalis potest considerari duobus modis, *Corpus dupliciter.* puta corpus potest considerari duobus modis; uno modo secundùm quòd dicit quandam rationem, diuisam contra rationem animalis, & animæ: & sic, sicut ratio opponitur rationi, ita ratio corporis opponitur rationi animæ & animalis: secundo modo potest considerari corpus, secundùm quòd est pars animalis, & sic non op-

E ponitur sibi. Debemus enim imaginari, ꝙ pars non est ens, nisi quia entis; quia entitas partis, ut pars, est entitas diminuta, quia nõ est nisi ꝑ entitatem totius; & ideo entitas partis, & entitas totius non propriè opponũtur. *Entitas partis, et entitas totius non propriè opponũtur.* Posset aliter dici ad argumentum, quòd non est inconueniens, quòd inter partem & totum aliquo modo sit oppositio. Est enim totum duobus modis; *Totum duplex.* est enim quoddã totum, quod est unius rationis in toto, & in parte; sicut ratio totius in aere, & ratio partis una est; & inter tale totum, & talem partem nõ est oppõ, q̃a oppõ respicit duas rões. *Oppositio respicit duplicem rõnem.* Est aliud totum, quod est alterius rationis in toto, & in parte; quia alia est ratio domus, & alia est ratio parietis: & de tali toto uerificari potest, quòd aliqua oppositio est inter totum, & partem; F & hoc quia ratio totius nõ est ratio partis. Vnde sicut inter rationem, & rationem est oppositio; ita inter totum, & partem: tale autem totum multitudo est, quia non est eadem ratio multitudinis, & unius, quod est pars multitudinis. Si enim multitudo esset totum homogeneum, tunc non esset oppositio inter totũ, & partem. *Totũ homogeneum, et eterogeneum.* Sed quia est totum eterogeneũ, ideo est oppositio inter totum, & partem; sic ergo patet primum argumentum. Difficultas autem secundi argumenti in hoc est, quomodo potest esse, quòd unum opponatur multo, & tamen conuertatur cum ente? *Ad secundũ argum.* Ad euidentiam solutionis huius argumenti notandum est, quòd distingui potest triplex unum. Est enim quoddam unum, q̃d conuertitur cum ente; & est unum, quod est principium numeri; & est unum, per quod diuiditur ens, quando dicimus, quòd ens est unum, uel multum. *Vnum triplex.* Videamus ergo, quid est primum unũ, & quid secundum, & quid tertium. Dico ergo, ꝙ prima unitas idem est, quòd essentia formalis, indiuisa in se, & diuisa ab omni alia essentia; eo modo quo dicimus, quòd humanitas est quædam unitas, quia est quædã essentia indiuisa in se, & diuisa ab omni alia essentia. Secunda autem unitas ex hoc est, quòd hæc essentia, quæ est diuisa contra omnem aliam essentiam, diuiditur & particularizatur; sicut dicimus, quòd humanitas diuiditur in hanc humanitatem, & illam: sicut enim humanitas est quædam essentia in se, habens quandam indiuisionem in se, & quandam diuisionem H respectu cuiuscunque alterius essentię; sic hæc humanitas habet quandam indiuisionem, quia esse hanc humanitatem consurgit ex hoc, quòd humanitas in hoc habet quendam modum specialem, & indiuisum; habet etiam humanitas hęc quandã diuisionem contra quamlibet aliam humanitatẽ, quia hæc humanitas non est illa. *Vnitas essentialis et accidentalis.* Et sicut pria indiuisio facit unitatem essentialem, ita secunda indiuisio facit unitatem accidentalem, quæ est principium numeri. Vocatur autem hæc accidentalis, quia sicut humanitati accidit, quòd sit hæc, uel illa; ita humanitati accidit hæc indiuisio, uel illa; & hoc quia indiuisio idem, est quod unitas; & sicut hæc unitas accidit humanitati; ita etiam unitas; *Indiuisio, et unitas idẽ.*

quę

Numerus propriè cuius est.

quæ est principium numeri; quia numerus propriè est illorum, quæ sunt apta nata esse unum in una forma: hæc autem sunt, quæ sunt sub una specie: propriè enim illa numerantur, in quibus numeratur una forma. Tertium unum, & tertia unitas est, quæ opponitur multitudini; & hæc est illa, quæ diuidit ens. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd unitas alicuius aliquãdo saluatur in simplici esse rei, & non saluatur in compositione principiorum; eo modo quo dicimus, quòd entitas pũcti saluatur in quodam esse simplici; & entitas huius entis uocatur unitas. Quoddã autem est ens, cuius entitas consistit in quadam compositione; & talis entitas uocatur multitudo; sicut entitas binarij non consistit in quodam esse simplici, sed in quodam esse composito. Et ideo sua entitas non debet dici unitas, sed magis multitudo: ita quòd entitas huius rei in compositione est una, il la unitate, quæ conuertitur cum ente; non tamen est una, illa unitate, quæ diuidit ens: cuius ratio est, quia unitas, quæ conuertitur cum ente, est unitas, quæ saluatur in entitate rei simplicis, & rei compositæ: unitas autem, quæ diuidit ipsum ens, est unitas, quæ saluatur in entitate rei simplicis tantùm. Ex quo patet, ꝙ non est idem unum, quod conuertitur cum ente, & quod diuidit ens, sed aliud, & aliud: & quòd unũ, quod diuidit ens, non prædicatur de multo, quia sic prædicaretur de suo opposito: unum autem, quod conuertitur cum ente, prædicatur de multo, quia ista unitas aliquando saluatur in esse rei simplicis, aliquando saluatur in esse rei compositæ.

Vnitas quæ saluatur in rebus.

Vnũ, qđ cõuertitur cũ ente, et unũ qđ diuidit ens, opponuntur.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum ad unum & multa reducantur contraria, sicut dicit Philosophus in litera? Dicendum est, quòd aliud est quærere, ad quid reducatur contrarietas; & aliud, ad quid reducitur contrarium: contrarietas enim uocatur distantia formalis: contraria autem nocantur illa, quæ distant illa distantia, & quæ recipiunt illam distantiam super se. Vnde sicut aliud est albedo, & album: ita aliud est distantia, & distans: & per consequens contrarietas, & contrarium: quia cõtrarietas distantia est: contraria autem distans uocantur: unde omne contrarium quoddam distans est: sic ergo aliud est contrarietas, & aliud contraria. Si ergo quæratur, ad quid reducitur contrarietas? Dico quòd ad multitudinem, nec habet reduci ad unũ: sicut enim species reducitur ad genus, & inferius ad superius, ita distantia formalis, quæ saluatur in contrarietate, reducitur ad multitudinem, quia talis distantia non est omnis multitudo, sed est quædam specialis multitudo. Si autẽ quæratur ad quid reducantur contraria, quę sunt extrema huius multitudinis? Dicendum est, quòd in aliquibus contrariis statim manifestum est, ꝙ unum contrariorum reducitur ad unum, reliquũ autem reducitur ad multitudinem; sicut positum est exemplum de eodem & diuerso, simili & dissimili, æquali & inæquali. Vtrum autem omnia cõtraria sic reducantur ad unum & multitudinem

Distãtia, et distãs differunt.

A isto modo, quòd vnum habeat rationem unius, & reliquum rationem multitudinis, non uidetur: uidemus enim quòd in multis contrariis utrunque contrariorum habet rationem nnius; sicut albedo & nigredo habet rationem unius; & unumquodque in specie sua.

Quoniam autem unum uni contrarium est, dubitabit aliquis, quomodo opponuntur unum & multa, & æquale magno & paruo?

Postquam determinauit de natura contrarietatis, hic mouet dubitationes circa proprietates cõtrarietatis. Et diuiditur in duas partes, quia primò mouet duas dubitationes: secundò prosequitur eas ibi [Vtrum enim semper] Ad euidentiam primi notandum est, quod dictum est superiùs: quòd B tantùm unum uni opponitur contrariè: si autem hoc est, consurgunt duo dubia. Primum dubium est, quomodo potest esse, quòd æquale opponatur magno & paruo? si enim hoc est, tunc unum contrariatur duobus. Secundum dubium est, quomodo potest esse, quòd multum uni opponatur, & etiam pauco? si enim hoc est, tunc unum opponitur contrariè duobus. Propter hæc duo dubia dicit Philosophus in litera, quòd si unum nni opponitur, magnum dubium est, quomodò potest esse, quòd unum & multum opponatur, & etiam multum & paucũ: quomodo etiam potest esse, quòd æquale opponatur magno & paruo, sic enim unũ opponitur duobus. Deinde cum d.

Dubitationes.

C *Vtrum enim semper in oppositione dicimus, ut utrum album aut nigrum? & utrum album aut nõ album? Vtrum uerò album, aut homo non dicimus; nisi ex suppositione quærentes: ut utrum uenit Cleon aut Socrates? Sed non necesse in uno aliquo genere hoc: sed hoc inde uenit.*

Prosequitur istas duas dubitationes. Et diuiditur in duas partes: quia primò prosequitur dubitationem, quæ consurgit ex oppositione, quę est inter æquale & magnum & paruum: secundò prosequitur dubitationem, quæ consurgit ex oppositione, quæ est inter nnum & multum, & inter multum & pancum. Secunda ibi [Similiter autem de uno & multis.] Prima in tres, quia primò ostendit, quòd ęquale opponitur magno & paruo: secundò ostendit, quòd non potest opponi contrariè: tertiò concludit, quòd opponuntur priuatiuè. Secunda ibi [Sed accidit unum duobus] Tertia ibi [Restat igitur.] Prima in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit ad probandum, quòd unum & multum opponuntur. Secunda ibi [Amplius inæquali.] Circa primum ponit talem rationem: illa opponuntur, de quibus potest fieri interrogatio per Vtrum: sed de æquali maiori & minori potest fieri interrogatio per Vtrum: ergo æquale opponitur maiori, & minori. Circa hãc rationem primò ponit maiorem: secũdò minorem. Secunda ibi [Si itaque in oppositis] Primò ergo ponit maiorem, secundo ponit probationem eiusdem ibi [Nam opponitur sola] Ponit maiorem, dicens: quòd hac dictione interrogatiua Vtrum,

D

Propositas dubitationes exequitur.

non

Particula Vtrū, ī quibus utimur.

non utimur, nisi in oppositis: sed aliquando utimur in oppositis contrariè, sicut quando quærimus, utrum hoc sit album, uel nigrum? aliquando in oppositis contradictoriè: sicut quando quærimus, utrum hoc sit album, uel non album? in illis enim, quæ non habent oppositionem, non utimur hac interrogatione, Vtrum: non enim quærimus utrum homo sit homo, uel album? nisi fortè supposito, quòd impossibile sit, quòd simul sit homo & albus; in solis enim oppositis interrogamus per hanc dictionem Vtrum: & in his, quæ nō possunt simul existere; & in his, quorum utrunq; non est simul uenire: sicut cum quærimus, utrum Cleon uenit, aut Socrates? supponimus quòd utrunque simul non uenit: si enim utrunque ueniret simul, fatua esset quæstio, qua quæritur, utrū uenit Cleon, non enim est inter aliqua, quę sint in aliquo genere oppositionis: quia Cleon, & Sortes non opponuntur, nisi ex suppositione tantùm, quia supponitur, quòd non simul ueniant. Deinde cum dicit.

Nam opposita sola non contingit simul existere, quo & hic utitur in eo quòd, uterque uenit? Si.n. simul contingeret, ridiculosa erit interrogatio. Si uerò & ita similiter incidunt in oppositionem in id, quod unum, aut multa: ut utrum ambo uenerunt, aut aliter?

De natura oppositorū quid.

Probat ipsam maiorē: fuit autem maior, quòd hac dictione Vtrum, non utimur nisi in oppositis: & est probatio sua talis; hac dictione Vtrum, non utimur nisi in his, quæ non possunt simul existere; talia autem sunt opposita; de natura enim oppositorum est, quòd non simul existant: & ideo hac dictione Vtrum, utimur in solis oppositis, & quę nō existunt simul: quærere enim utrum hoc sit, uel illud, in his, quę simul possunt contingere, rediculosa quæstio est. Et ideo quæstio per Vtrum incidit in quæstionē unius & multi: sicut cum quæritur, utrum ambo uenerunt, uel alterum tantùm: unū autem & multum opponuntur. Deinde cum d.

TEX. 18. *Si itaque in oppositis semper est ipsius Vtrum interrogatio, dicitur autem utrum maius, aut minus, aut æquale; aliqua oppositio adhuc æqualis. Non enim alteri soli contrarium; nec ambobus. Quid .n. magis uel maiori aut minori?*

Minor rōis.

Ponit minorem suæ rationis: ponendo autem minorem, repetit maiorem: ut ex hoc habeat cōclusionem. Dicit ergo, quòd si interrogatio per utrum, semper habet locum inter opposita, sicut dictum est in maiori: & per hanc dictionem Vtrū, hoc sit magis, uel minùs æquale; manifestum est, quòd aliqua oppositio est inter magis & minus, & æquale: non enim potest dici, quòd ipsum ęquale opponatur contrariè uni istorum tantùm, & non ambobus, quia non est maior rō, ꝙ opponatur maiori, quā minori: non.n. interrogamus, utrū hoc sit æquale, uel maius? sed interrogamus de tribus, utrum hoc sit æquale, uel magis, uel minus? Deinde cum dicit.

Amplius inæquali contrarium est æquale. Qua-

E *re in pluribus erit, aut in uno. Si uerò inæquale significat idem simul amborum, utique erit quidem oppositum ambobus.*

Secunda rō

Inæquale cōsistit magno & paruo.

Ponit secundam rationē: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit rationem suam: secundò confirmat eam per dictum Pythagoræ, ibi, Et dubō.] Primò ergo, ꝙ æquale opponatur maiori & minori, hoc patet: quia æquale opponitur inæquali: inæquale autem non saluatur in uno tantùm, sed in pluribus: inęquale enim est, quod est maius, uel quod est minus; ergo quod opponitur inæquali, opponitur maiori & minori. Deinde cum d.

Et dubitatio innuit dicentes, inæquale dualitatem esse. TEX. 19.

Pythagoricorum opinio unde in Primo pag. 17. et inde.

F Confirmat, quod dixit per dictum Pythagoræ: dixit enim, quòd inæquale consistit in quadā dualitate; quia comprehendit maius & minus: hoc autem patet per dictum Pythagoricorum; quia attribuebant inæqualitatem & alteritatem dualitati & numero pari; æqualitatem & identitatem numero impari. Notandum est, quod Pythagorici dicebant, quòd numerus par ē principium infinitatis & alteritatis; & quia dualitas ē primus par; ideo dualitati attribuebant alteritatem & inæqualitatem: numero autem impari attribuebant unitatem, & finitatem; & de hoc satis dictum est in Primo huius.

Sed accidit unum duobus contrarium, quod est impossibile.

Aequale ñ opponatur maiori, et minori.

G Probat, quòd æquale non potest opponi maiori, & minori contrariè. Et diuiditur in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit. Secunda ibi [Amplius æquale.] Ponit ergo primò rationem, quæ talis est; quòd si æquale opponitur maiori, & minori contrariè, sequitur ꝙ unum opponitur duobus, cuius contrarium positum est in præcedenti Lectione: dictum est enim ibi, ꝙ unum uni opponitur: si ergo æquale opponitur maiori & minori, ut probatum est; tamen non potest poni, quòd opponatur contrariè. Deinde cum dicit.

Amplius æquale quidem medium uidetur esse magni & parui. Contraria autem intermedia neque uidetur, neque est diffinitione possibile. Non enim utique esset perfecta, mediatio alicuius existens, sed magis habet semper fuimet aliquod medium.

Contrariū non est medium.

H Ponit secundam rationem ad probandum, ꝙ æquale non opponitur maiori & minori contrariè; & est ratio talis: æquale est medium inter magnum & paruum: contraria autem non sunt media, sed habent medium. Quòd autem contrarium non sit medium, patet ex diffinitione contrariorum; quia contraria sunt, quæ perfectè & maximè distant; medii autem ex extremi non est perfecta distantia, mediatio enim & perfecta distantia non est: unde natura contrariorum est, ꝙ inter ea sit medium.

Restat igitur aut ut negationē opponi, aut ut priuationem. Alterius quidem utique itaque non contingit. Quod enim magis magni, aut parui? ambobus,

rum igitur negatio priuatiua. Quapropter ad ambo Vtrum dicitur: ad alterum uero non. Vt utrum maius, aut æquale, aut utrum æquale, aut minus? sed semper tria.

Ostendit, quòd æquale opponitur magno priuatiuè: ostensum est enim, quòd æquale opponitur magno & paruo: ostensum est secundò, quòd non opponitur contrariè; & cum non opponatur relatiuè, restat quòd negatiuè & priuatiuè: sic ergo hic concludit, quòd æquale opponitur magno & paruo negatiuè & priuatiuè. Et diuiditur in tres partes; quia primò concludit, quòd æquale opponitur magno & paruo negatiuè, uel priuatiuè. secundò ostendit, quòd non opponitur eis negatiuè, sed priuatiuè: tertiò concludit, quod æquale est medium inter magnum & paruum; & quòd opponitur eis sicut medium extremis. Secunda ibi [Non priuatio autem] Tertia ibi [Quapropter & medium est.] Dicit ergo primò, quòd ex quo æquale non opponitur magno & paruo contrariè, restat quòd opponantur ambobus uel negatiuè, uel priuatiuè. non enim potest dici, quòd opponantur alteri tantùm; quia non est maior ratio, quòd opponatur uni quàm alteri; æquale enim non est magis negatio magni, quàm parui, sed est negatio utriusque, & ideo ambobus opponitur. Quod etiam patet, quia per hanc dictionem Vtrum, non interrogamus de altero tantùm, puta de maiori tantùm, uel de minori, scilicet dicendo, utrum hoc sit æquale, uel maius, uel minus; sed interrogamus de tribus, dicendo. s. Vtrũ hoc sit æquale, uel maius, uel minus? Deinde cum dicit.

Quò æquale opponitur magno.

Non autem priuatio ex necessitate: non enim omne æquale, aut maius, aut minus; sed in quibus aptum natum est esse: est itaque æquale, quod neque magnum neque paruum, aptum natum magnum & paruum esse: & opponitur ambobus ut negatio priuatiua.

Ostendit, quòd æquale non opponitur maiori, uel minori negatiuè; sed magis priuatiuè. Vbi notandum est, quòd hæc est differentia inter negationem & priuationem, quia negatio non determinat sibi subiectum; priuatio autem determinat sibi subiectum: si ergo æquale opponeretur negatiuè maiori & minori, non determinaret sibi subiectum: ita quòd hæc negatio posset esse circa omne ens: cum autem hoc sit falsum, æquale non opponitur maiori & minori negatiuè, sed magis priuatiuè: quia æquale est priuatio maioris & minoris in determinato subiecto, & in determinata materia. Et hoc est, quod benè dicit litera: quòd hæc particula Non, quæ includitur in ipso æquali (quandoquidem æquale est, quod non est magnum, neque paruum) nõ est negatio, sed magis priuatio; quia si esset negatio, omne ens posset dici æquale, quod nõ est maius aut minus, quod tamen falsum est: quia non omne, quod nõ est maius aut minus, potest dici æquale, sed solùm illud ens, quod non est maius aut minus, tamen est aptum natum esse maius aut minus, dicitur æquale: ita quòd diffinitio æqualis est, quòd æquale est, quod non est magnum & paruum, potest tamen esse magnum & paruum. Ex quo sequitur, quòd æquale opponitur magno & paruo, ut negatio priuatiua, hoc est, ut negatio, quæ habet uim priuationis: priuatio enim addit supra negationem determinationem subiecti, & determinationem aptitudinis.

Negõ & priuatio quo differunt.

Æquale qd.

Quapropter & medium est: & quod neque malum, neque bonum opponitur ambobus sed innominatum. Multipliciter enim dicitur utrunque; & non est unum susceptiuum, sed magis quod neque album, neque nigrum. Vnum uerò non hoc dicitur, sed determinati coloris, in quibus dicitur priuatiuè negatio hæc. Nam necesse aut pallidum, aut rubeum esse, aut tale aliquid aliud.

Concludit, quòd æquale est medium inter magnum & paruum, & opponitur magno & paruo, sicut medium opponitur extremis. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit, quod dictum est: secundò remouet errorem quorundam opponentium contra prædicta, ibi [Quare non rectè increpant] Dicit ergo primò, quod quia æquale est negatio priuatiua maioris & minoris, est medium inter maius & minus: unde sicut ponimus medium inter bonum & malum, quod nec est bonum, nec est malum: ita ponimus medium inter maius & minus, quod non est neque maius, neque minus; & hoc uocamus æquale: nec est uis, nisi quòd medium inter maius & minus nominatum est; medium autem, quod est inter bonum & malum, innominatũ est: Quòd autem hoc medium nominatum, sit aliquando innominatum, ideo contingit; quia negatio, quæ negat utrunque extremum, aliquando cadit super aliquod certum & determinatum; aliquando cadit super aliquo indeterminato; & tunc illud, quod suscipit negationem illam, non est unum tantùm, sed multipliciter dictũ; eo modo quo dicimus, quod illud, quod suscipit negationem albi & nigri, non est unum tantùm, sed multiplex; illud. n. quod nec est album, nec est nigrum, est medium inter album & nigrũ; & quia medium & extrema sunt in eodem genere, oportet quod hoc medium sit in genere coloris; sed tamẽ non est necesse, quod sit unus color tantùm, quia illud, quod est medium inter album & nigrum, quod nec est album, nec nigrum, potest esse pallidum, & potest esse rubeum, uel aliquid aliud simile. Notandum est, quod facilius est nominare unum, quàm plura; & determinatum, quàm indeterminatum: si autem sic est, patet dictum Philosophi, quod medium aliquando est nominabile, aliquando non. Ad cuius euidentiam notandum est, quod in quolibet medio includitur negatio extremorum; sed aliquando negatio, qua negantur extrema, cadit super aliquo uno certo; & quando ita est, quod est unum & certum, de facili intelligi potest, & per consequens nominari; quia nomen sequitur intellectum, & conceptum: quæ. n. benè intelligimus,

Medium duplex: nominatũ, et innominatũ.

Facilius est nominare unum, quã multa.

mus, benè nominamus; tunc ergo medium benè nominabile est. Aliquãdo autem est, ꝙ negatio, qua negantur extrema, non cadit super uno tantùm, sed super multis; sicut negatio albi & nigri cadit super pallido, & rubeo, & citrino, & sic de similibus. Et quando ita est, tunc medium non ē nominabile uno nomine; sicut.n. illa media non reducuntur ad unum certum intellectum, ita nõ reducuntur ad unum certum nomen.

Quare non rectè increpant opinantes, similiter dici omnia, ut si calcei & manus medium, quod neque calceus, neque manus quoniam quidem & quod neque bonum neque malum, boni & mali, tanquam omnium futuro aliquo medio. Non necesse autem accidere hoc. Hæc quidem oppositorum connegatio est, quorum est medium aliquod, & distantia aliqua nata est esse. Horum autem non est differentia nam in alio genere, quorum connegationes. Quare non unũ, quod subiicitur.

Excludit errorem quorundam, opponentium contra prædicta; dictum est enim, quòd in medio clauditur negatio extremorum; sicut medium inter album & nigrum est, quod nec est album nec nigrum, & medium inter bonum & malum est, quod nec est bonũ, nec est malum: posset aliquis contra hoc opponere, & dicere: quòd si hoc est uerum, quòd illud est medium, in quo clauditur negatio extremorum aliquorum, secundùm hoc posset esse medium inter quascunque res, quia quæcunque duæ res possunt negari à tertia. Sic ergo ponit istam opinionem, dicens: quòd illi, qui sic opponunt; quòd si hæc sunt uera, omnia habebunt medium, quia inter omnia potest inueniri medium per negationem; sicut medium per negationẽ potest esse calcei & manus, illud scilicet quod non est calceus, nec manus: si enim hoc est medium inter bonum & malum, quòd nec est bonum, nec est malum; eodem modo poterit dari medium inter quæcunq; duo; scilicet illud, quod nec est hoc, nec est illud. Isti inquam non rectè increpant, nec rectè opponunt: quia non est necesse, quòd si in hoc clauditur negatio talium, ꝙ illud sit medium inter illa. Ad hoc enim, quòd aliquid habeat rationem medii, oportet quòd sit negatio extremorum: ita tamen quòd hoc, in quo clauditur negatio extremorum, & ipsa extrema sint infra unam distantiam unius generis; talia autem, quæ dicta sunt; non sunt infra unam distantiam unius generis; quia extrema, & medium, in quo ponitur negatio extremorum; non sunt infra unũ genus, sed infra aliud & aliud: calceus enim, & manus; & illud, in quo ponitur negatio horum duorum, non sunt infra unum genus, nec est aliquod unum, quod subiiciatur extremis.

Derisoria eius illatio contra determinata.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum æquale opponatur magno & paruo? Et uidetur, ꝙ non, quia æqualitas est quædam relatio fundata in quantitate, ut patet ex Quinto huius: æquale ergo, quod est medium inter magnum & paruum, super magnitudinem fundatur: relatio autem nõ opponitur suo

Pag. 143. E

E fundamento, sicut similitudo non opponitur qualitati, super quam fundatur. Ad oppositum est dictum Philosophi. Ad hanc quæstionem distinguẽdum est de magnitudine: dico enim quòd magnitudo accipitur duobus modis: uno modo absolutè: alio modo relatiuè. Vno enim modo & primo magnitudo idem est, quòd quantitas, quæ habet partẽ extra partem continuè: sicut enim multitudo accepta absolutè, idem est, quòd quãtitas, quæ habet partem extra partem discretè; ita magnitudo absolutè accepta, idem est quòd quantitas, quæ habet partem extra partem continuè. Et sic accipiendo magnitudinem, certum est quòd æquale non opponitur nec magno nec paruo: & hoc quia æqualitas fundatur super magno: omne enim æquale in cõtinuis aliquod magnum est, F & omnis æqualitas in continuis in magnitudine fundatur; unde sicut relatio non opponitur suo fundamento, ita nec æqualitas opponitur magnitudini. Secundò modo accipitur magnitudo relatiuè: ita quòd magnum, quod denominatur à magnitudine, relatiuum est. Dicitur autem magnitudo relatiua, non quantitas continua simpliciter, sed quantitas continua in excessu: magnitudo enim absolutè accepta (ut iam dictum est) idem est ꝙ quantitas continua: magnitudo ãt relatiuè accepta idẽ est ꝙ quantitas continua in excessu. Imaginetur ergo, ꝙ sicut super quãtitatẽ cõtinuã, & super magnitudinem absolutè acceptam, fundatur magnum & paruum absolutè acceptum; ita G super magnum relatiuè acceptum, & paruum etiam relatiuè acceptum. Est enim magnum relatiuè acceptum, quoddam quantum, quod est in excessu respũ alterius; eo modo quo dicimus, ꝙ mons magnus est respectu grani milli: si enim loquamur de magnitudine absolutè accepta, sicut mons magnus est, ita & milium: quia utrunque quantum est: si autem loquamur de magnitudine relatiuè accepta, mons magnus est, nõ autem milium: & sicut magnum idem est, quòd quantum, quod est in excessu respectu alterius; ita & paruũ idem est, ꝙ quãtum, quod est cum defectu respũ alterius. Dicimus enim milium esse quid paruũ respectu montis, ita quòd milium paruum est, & mons magnus est; quod non potest esse uerum, H nisi accepta magnitudine relatiuè, quia (ut iam dictum est) utrunque est magnum magnitudine absolutè dicta. Accipiendo autem sic magnum & paruũ relatiuè, dico quòd æquale opponitur magno & paruo, sicut negatio & priuatio utrisque; est enim magnum relatiuè dictum quantum excedens: paruum autem quòd exceditur: æquale ãt est quantum quod respũ utriusq; nec excedit, nec exceditur: & sic priuat utrunque. Ita quòd æquale alicui opponitur relatiuè, quia æquale alicui est æquale: alicui autem opponitur negatiuè & priuatiuè; quia æquale est priuatio maioris & minoris. Ad argumentum patet, quia per argumentũ probatur, quòd æqualitas, non opponitur magnitudini, super quam fundatur; hæc autem est magnitudo

Magnitudo & paruitas; magnum, & paruum dupliciter.

Oĩs æqualitas in continuis fundatur in magnitudine; & est aliquod magnum.

Aequale quid, et quo modo opponatur magno, & paruo.

Ad argum.

do absoluta: non autem probat, quin opponatur magnitudini relatiuè dictæ.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum oppositio, quæ est inter æquale, & magnum & paruum; possit reduci ad oppositionem unius & multi, sicut dicit Philoso. Dicendum ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notãdum est, ꝙ ratio æqualis est ratio unius; quia (ut iam dictum est) æqualitas est unitas in quantitate; magnum autem & paruum dicunt multitudinem in quantitate: nam magnum respectu alterius, respectu cuius est magnum, excessum dicit; excedens autem, & excessum uarietatem habent in quantitate, & per consequens multitudinem. Et sicut dico de magno; ita dico de paruo: æquale ergo uniformitatem dicit quantitatis; quia ubicunque æqualitas est ibi est uniformitas quantitatis: magnum autem & paruum difformitatem dicunt quantitatis: ubicunque autem difformitas est, ibi multitudo est. Et sic patet, quòd æquale, & magnum & paruum opponuntur, sicut unum & multa: unde sicut unitas est priuatio multitudinis, ita æquale est priuatio magni & parui.

Aequalitas quid. *Aequale dicit uniformitatẽ quantitatis.* *Vbi difformitas, ibi multitudo.*

Quæstio. Quæreret quis, Cum magnum & paruum dicant respectus, fundatos super magnitudinem absolutè dictam; & æqualitas in continuis similiter dicat respectum fundatum super magnitudinem absolutè dictam, Vtrum eodem modo respectus æqualitatis, & respectus magni & parui fundetur super magnitudinem? Dicendum quòd non; cuius ratio potest patere ex quæstione præcedenti: dictum est enim in quæstione præcedenti, ꝙ ratio æqualis est ratio unius; ratio autem magni & parui est ratio multitudinis. Magnitudo ergo absolutè dicta, est fundamentum æqualitatis inquantum induit rationem unius: est autẽ fundamentũ magni & parui, inquantum induit rõnem multitudinis: ideo. n. hoc est æquale illi, quia quantitas huius & illius habet unitatem: ideo aũt hoc est magnum & paruum respectu illius, quia quantitas utriusque multitudinem habet & numerũ: sicut. n. inæqualitas est relatio fundata super quantitatem, ut habet rationem multitudinis; ita similiter magnum & paruum dicunt relationes, fundatas super quantitatem, ut habet rationem multitudinis, & numeri.

Rõ æqualis & magni, & parui quæ.

TEX. 20. *Similiter autẽ & de uno & de multis dubitabit utique aliquis. Nam si multa simpliciter uni opponuntur, accidunt quædam impossibilia: nam unum paucum, aut pauca erit: nam multa paucis opponuntur.*

Quæstio. Postquam posuit qõnem de æquali; & magno & paruo: hic facit qõnem de oppositione, quæ est inter unum & multum, & inter multum & paucum. Et diuiditur in duas partes, quia primò in prima parte ponit qõnem; in secunda soluit eam, ibi [Vno quidem modo] Ad euidentiam qõnis notandum est, ꝙ ideo dubiũ est de oppõne, quæ est inter unum & multum; quia prima facie uidetur, ꝙ si multum opponitur uni, ꝙ non potest opponi pauco; & si opponitur pauco, ꝙ non potest oppo-

A ni uni: quia tantùm unum uni opponitur. Sic ergo tota quæstio est, quomodo potest esse, ꝙ unũ opponitur multo & pauco? Hæc ergo pars diuiditur in quatuor partes, scd̃m quatuor rõnes, quas adducit. Secunda ibi [Amplius ipsa duo.] Tertia ibi [Amplius si ut] Quarta ibi [Et quodcunque.] Ponit ergo primam rõnem, quæ talis est: si multũ opponitur uni, sequitur ꝙ paucum & unum sint idem; sed hoc est impossibile; ergo & primum. Et hoc est, quod dicit litera: ꝙ aliquis dubitabit de oppõne, quæ est inter unum & multum: nam si multa opponuntur uni, sequuntur multa impossibilia; sequitur enim, ꝙ sit paucum; nam si multa opponuntur paucis, sequitur ꝙ si opponitur uni, ꝙ paucum & unum sint idem. Notandum est, ꝙ

B consequentia Philosophi accipitur ex hoc, quòd unum uni opponitur: nam si multum opponitur uni, & opponitur pauco sine distinctione & simpliciter, sequitur quòd unum & paucum sint idẽ: nam si nõ sint idem, unum opponitur duobus: cũ ergo hoc sit impossibile, sequitur ꝙ si multũ opponitur uni, ꝙ non opponatur pauco; & si opponitur pauco, ꝙ non opponatur uni: uel sequitur ꝙ unum & paucum sunt idem. Notandum, ꝙ nõ est inconueniens, ꝙ unum scd̃m diuersas intẽtiones & rõnes opponatur duobus; sed hoc est incõueniens, ꝙ unum scd̃m unam rõem & unam intẽtionem opponatur duobus: multitudo ergo scd̃m diuersas rões põt opponi duobus, sed scd̃m unã rõem non potest. Et hoc est, quod dicit Philos. in

Multitudo simpliciter non opponitur uni, & pauco.

C litera, ꝙ impossibile est, ꝙ multitudo simpliciter, hoc est sine distõne opponatur uni, & pauco.

Amplius ipsa duo sunt multa, si duplex multiplex: dicit autem secundum duo. Quare unum paucum. Ad quid enim sunt multa ipsa duo, nisi ad unũ & paucum? nihil enim est minus.

Ponit secundam rõem. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ sicut prima rõ probabat, ꝙ multitudo non opponitur uni; quia sic unum & paucum essent idem: ita ista secunda rõ probat, ꝙ nõ omnis multitudo opponitur pauco; quia si hoc esset uerum, unum esset paucum; & est rõ talis. Si omnis multitudo opponitur pauco, cum dualitas sit multitudo, sequitur ꝙ dualitas opponatur pauco; sed illud paucum, respũ cuius dualitas dr̃ pau-

Scd̃a rõ ad idem.

D cum, non potest esse, nisi unum; ergo unũ & paucum sunt idem. Et hoc est, quod dicit litera: ꝙ manifestũ est, ꝙ dualitas est multitudo; quod patet ex hoc, quia duplex est multiplex; duplex autem a duobus denominatur: si ãt dualitas est multitudo & omnis multitudo dr̃ respũ pauci; sequitur quòd dualitas sit quædam multitudo: & cũ dualitas nõ sit multitudo, nisi respectu unius, quia nihil est minus uno; sequitur ꝙ unum sit paucum; hoc autem est impossibile, ergo est impossibile, ꝙ omnis multitudo opponatur pauco.

Nihil minus uno.

Amplius si ut in longitudine productum & breue, sic in multitudine multum & paucum.

Ponit tertiam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc ratio non est rectè

ad propositum;sed est ratio ad probandum,q; illud,quod sequitur ex præcedenti ratione.s.quòd unum sit paucum,est impossibile : & est ratio talis.Sicut se habet productum & breue ad longitudinem;ita se habet multum & paucum ad multitudinem;sed in longo & breui sic est, quòd illud,quod est longum,est breue respectu longioris;& illud,quod est breue, est longum respectu breuioris;ergo similiter se habebit in multo & pauco;quòd illud,quod est multum, est paucum respectu pluris ; & illud , quod est paucum, est multum respectu paucioris:ex quo habeo , quòd sicut longum est breue , & econuersò ; ita multum est paucum,& econuersò ; si ergo unum est paucum , sequitur quòd unum sit multum ; sed hoc est impossibile , ergo & primum.

Vnum esse paucum, est impossibile.

Notandum est,quòd hæc ratio aliter potest formari sic:sicut longum & breue sunt passiones longitudinis;ita multum & paucum sunt passiones multitudinis:impossibile est autem,quòd propria passio reperiatur sine proprio subiecto; ergo impossibile est, q; multum & paucum reperiantur sine multitudine:si ergo unum est paucum, cum paucum sit passio multi,sequitur quòd unum sit multum;hoc est impossibile;ergo & primum. Deinde cum dicit.

Propriā passionē esse sine proprio subiecto, ē impossibile.

Et quodcunque fuerit multum & multa, & multitudo. Si nō aliquid differat forte in continuo benè terminabili, paucum multitudo quædam erit. Quare unum multitudo quædam est, si quidem est & paucum. Hoc autem necesse, & si duo sunt multa.

Ponit quartam rationem . Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc ratio est ad probandum, quòd impossibile est , quòd unum sit multum;quod quidem impossibile sequebatur ex præcedenti ratione.Et diuiditur hęc pars in duas partes,quia primò ponit rationem suam:secundò manifestat quoddam,quod dixit, ibi [Sed forsitan]Est ergo ratio talis:quodcunque est multū, est multa & multitudo ; nisi forte benè differant in continuo benè terminabili ; tale autem continuum ita est multum,quod non est multa : si autem ita est,quòd illud,quod est multum, est multa;sequitur quòd cum paucum sit multum, quòd etiam sit multa,& etiā multitudo:& quia(ut probatum est)unum est paucum, si dualitas est multitudo,sequitur q; unum sit multa, & etiam multitudo.Notandum est,q; consequentia Philosophi talis est:si unum est paucum,sequitur q; unum sit multum;quia paucum est passio multi : si autem unum sit multum,sequitur etiam q; sit multa , & multitudo ; quia non differt multum & multitudo,nisi in continuo benè terminabili. Notandum est,quòd unum sit multum,non uidetur omnino impossibile:nam(sicut dictum est supra) duplex est unum,quia quoddam unum est, cuius esse simplex est,nec est ex compositione partium : & tale unum non potest esse multum : quoddam est unum , cuius esse est ex compositione principiorum & partium ; & tale unum potest habere

Vnum esse multum, impossibile est.

Paucum est passio multi.

Vnum duplex.

E rationem multi : quòd ergo unum sit multum , non uidetur omnino impossibile:quòd autem sit multitudo & multa, hoc uidetur impossibile;quia ratio unius repugnat rationi multitudinis in actu . Et propter hoc Philosophus postquam probauit,quòd unum est multum , si unum est paucum;quia hoc non uidebatur magnum impossibile:ideo probat,quòd unum est multa . Deinde cum dicit.

Sed forsan multa dicuntur quidem ut & multum. Sed ut differens uelut aqua est multum, multa autem non . Sed quæcunque diuisa in his dicuntur .

F Manifestat quoddam, quod dixit: dixit enim , quòd multum & multa non differunt; & hoc manifestat, dicens : quòd forte omne multum est multa:forte autem differt in aliquibus : aliquibus enim inest multum , quòd non inest multa ; ita quòd in aliquibus differunt multum & multa;sed in his,quæ sunt diuisa actu , non differt multum & multa:quia in his,quæ sunt actu,ita est ibi multum,quod est ibi multitudo . Notandum, quòd differt dicere magnum,& multum ; quia magnū reperitur in continuis ; multum autem reperitur in numeris. Aliquod enim continuum est, de quo ita dicitur magnum, quòd non potest dici multum:dicitur enim magnus homo, sed non dicitur multus homo. Aliquod autem continuum est,de quo potest dici multum; sicut est cōtinuū, quod est humidum,puta aqua:dicimus enim , q; G aqua multum est:licet autem de aqua possit dici, quòd sit multa; tamen non potest dici, quòd sit multæ,nisi aqua fuerit actu diuisa . Imaginabitur ergo, quòd aliquod continuum est , de quo dicitur magnum,& non multum:aliquod continuum est,de quo dicitur multum:sed nullum cōtinuum est,de quo dicatur multitudo, uel multa in plurali : unde in tali continuo differt multum & multa,: quia ergo paucum est in numeris ; si paucum dicetur multum , dicetur & multa , uel multitudo.Et hoc est,quod uult Philosophus dicere in litera:quòd si unum est paucum,sequitur quòd unum sit multum : & non solùm sequitur, quòd sit multum,sed etiam quòd sit multa: quasi dicat:in continuis aliquando reperitur multum , & non multitudo:sed in numeris multum & mul H titudo:&ideo si unum multum est, sequitur quòd sit multitudo;quòd autem unum sit multitudo , hoc est impossibile.

Non idem est magnū, & multū.

Continuum duplex.

Vno quidem modo si fuerit multitudo, habens excedentiam, aut simpliciter, aut ad aliquid : & paucum similiter multitudo defectum habens . Hoc autem ut numerus, quod & opponitur uni solùm.Ita enim dicimus unum, aut multa ; ut si quis dicat unum , & pluraliter una, ut album & alba, & mensurata ad metrum,idest mensura & mensurabile; sic & multiplicia dicuntur . Multa enim unusquisque numerus,quia unum,& quia mensurabilis uno unusquisque,& ut quod opponitur uni non pauco .

Ma-

Proposita quaestionis enodatio.

Soluit quaestionem iam dictam. Et diuiditur in duas partes, quia primò in prima parte ostendit, quòd differenter opponitur unum multo, & pauco: in secunda parte ostendit, per quem modum opponitur multum uni, ibi [Opponitur itaque] Prima in duas, quia in prima ostendit, quomodo diuersimodè multitudo opponitur uni & pauco: in secunda parte ostendit, quo dualitas est multitudo, & quomodo non, ibi [Sic igitur sunt] Ad euidentiam primae partis notandum, quòd multitudo dicitur duobus modis; absolutè, & relatiuè; multitudo absolutè est de natura quantitatis discretae, quae quidem quantitas est discreta ex hoc, quòd quantitas discreta habetur in quodam excessu.

Multitudo dupliciter.

Sicut .n. dictum fuit supra, magnitudo dicitur duobus modis, absolutè, & relatiuè: ita similiter multitudo duobus modis dicitur: uno modo absolutè; & sic multitudo opponitur uni: secundo modo dicitur multitudo relatiuè; & sic multitudo opponitur pauco. His uisis, patet litera, quae dicit: quòd uno modo dicitur multitudo, si fuerit aliqua quantitas, quae habeat excedentiam, uel simpliciter, uel respectu alicuius: simpliciter quidem; sicut dicimus, quòd pluuia multa est, quando pluit ultra communem cursum: respectu autem alicuius, sicut dicimus, quòd multi homines multi sunt respectu trium: & sic primo modo multitudo dicit excedentiam; & paucum sibi oppositum dicit multitudinem in quodam defectu; eo modo quo dicimus, quòd tres homines pauci sunt respectu decem. Secundo modo dicitur multitudo ipse numerus; qui quidem numerus opponitur uni: & ista est multitudo absolutè dicta; quae quidem multitudo opponitur uni: ita .n. opponitur unum & multa, sicut opponuntur unum & una pluraliter, & album & alba: oppositio autem, quae est inter unum & multa; est oppositio, quae est inter mensuram & mensuratum; nam numerus aspicit unum, sicut mensurata aspiciunt metrum; & sicut mensurabile aspicit mensuram.

Oppo. inter unum & multa, quae.

Quòd autem numerus mesuretur ab uno, patet: quia secundùm aspectum, quem habent numeri ad unum, numeri dicuntur multiplices: unusquisque .n. numerus multiplex dicitur ex hoc, quia aspicit unum; & quia unusquisque numerus est mensurabilis uno: multitudo .n. de qua hic loquitur, est illa, quae dicitur de numero absolutè; quae ita opponitur uni, quòd non opponitur pauco. Notandum est, quòd si uolumus uidere, quo differat multitudo primo modo dicta, & secundo modo; uidendum est, quis est intellectus multitudinis. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd sicut intellectus magnitudinis est, quòd sit quantitas continua; ita in intellectus multitudinis est, quòd sit quantitas discreta: quantitatem autem discretam esse in aliquo, potest intelligi duobus modis: uno modo quia ibi est numerus, siue sit numerus in eo in excedentia, siue in defectu: secundo modo potest intelligi, quòd quantitas discreta est in alio, quia est ibi numerus in quodam excessu. Et sic patet quòd de intellectu mul-

Intellectus multitudinis, qui.

Quantitatem discretam esse in aliquo, dupliciter.

A titudinis secundùm unum modum non plus est, nisi quòd sit numerus; & talis multitudo est, quae opponitur uni: eo modo quo opponitur diuisum indiuiso. Et hoc est, quod dicit Philoso. quòd opponitur multum uni, sicut plurale singulari; & hoc quia plurale dicit diuisionem rei signatae, sicut album dicit diuisionem albedinis. De intellectu uerò multitudinis secundo modo acceptae est, quòd sit numerus; sed in hoc non est totus intellectus multitudinis, sed oportet addere 2 intellectus .n. huius multitudinis est, quòd sit numerus in quadam excedentia: & ideo secundùm istum intellectum, quem addit multitudo secundo modo dicta, super multitudinem primo modo dictam; oportet accipere oppositum eius poenes defectum. Multitudo .n. secundo modo dicta super multitudinē primo modo dictam addit excedentiam: & quia defectus opponitur excedentiae; ideo multitudo in defectu (quā dicimus paucum) opponitur multitudini secundùm istum modum datae: de intellectu enim eius erat, quòd esset multitudo in quadam excedentia; & ideo quantùm ad hoc suum oppositum accipitur poenes defectum. B

Quaereret quis. Unde sequitur consequentia, quam facit Philos. in litera; quòd quia unusquisque numerus dicitur multiplex per respectum ad unū, ergo numerus aspicit unum, sicut mensura aspicit metrum? Dicendum est, quòd de ratione mensurae (ut dictum est in praecedentibus) duo sunt: primum est notitia, quia per mensuram deuenimus in notitiam mensurati: secundum est, quòd mensurata aspiciunt mensuram secundùm diuersos gradus; sicut dictum fuit, quòd species entium sub diuersis gradibus aspiciunt primum ens. Et hae duae conditiones reperiuntur in multiplicitate eius: nam in notitiam multiplicitatis numeri deuenimus per unum: ideo enim unusquisque numerus multiplex est, quia aliquotiens continet unum: multiplicitas etiam secundùm diuersos gradus, seruatur in numeris, secundùm quòd diuersimodè aspiciunt unum: sicut dicimus, quòd multiplex seruatur in binario; & hoc quia binarius duplum est respectu unius; & in ternario secundùm rationem tripli; in quaternario secundùm rationem quadrupli; & sic semper multiplicitas diuersimodè seruatur in numeris secundùm diuersos respectus ad unum. Quasi ergo dicat Philosoph. unusquisque numerus multiplex est, & multiplicitas eius cognoscitur per unum aliquotiens replicatum: multiplicitas etiam eius seruatur diuersimodè in numeris, secundùm diuersum aspectum ad unum. Ex quo sequitur, quòd unum sit mensura multitudinis numerosae; & hoc quia dicit notitiam multiplicitatis; quia etiam secundùm unum uariatur secundùm diuersos gradus multiplicitas numerorum. C D

Quaestio.

De ratione mensurae duo sunt.

Unum est mensura multitudinis.

Sic igitur sunt multa & ipsa duo: ut autem multitudo habens excedentiam, aut ad aliquid, aut simpliciter non sunt: sed primum pauca simpliciter ipsa duo. Multitudo enim est, quod defectum habens prima.

Ostendit, per quem modum dualitas potest dici multitudo, & per quem modum non. Et diuiditur in duas partes, in secunda quarum excludit quendam errorem, ibi [Quapropter non rectè.] Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ ista pars pro tanto adducitur hic, quia supra argutum fuit, ꝙ si dualitas est multitudo, sequitur ꝙ unum sit paucū; & hoc quia uidebatur impossibile, ꝙ dualitas esset multitudo. Ad solutionem huius argumenti adducitur ista pars, quæ ostēdit, per quem modum dualitas est multitudo, & per quem modum non; & est sententia huius partis, ꝙ dualitas non est multitudo, secundùm ꝙ multitudo est numerus in quadam excedentia; & ideo dualitas non potest dici multitudo in defectu. Et hoc est, quod dicit litera; quòd sic igitur secundùm ꝙ multitudo idem est quod numerus, ipsa duo multa sunt: secundùm autem ꝙ multitudo habet excedentiam, uel simpliciter, uel respectu alicuius, ipsa duo non sunt multa, sed sunt prima pauca; & hoc quia dualitas est prima multitudo habens defectum. Notandum est, ꝙ impossibile, quod uidebatur in argumēto, erat illud: ꝙ si dualitas erat multitudo, sequebatur ꝙ unum erat paucum: ut ergo excludat hoc impossibile Philos. distinguit: Si.n. dualitas esset multitudo in excedentia; quia omnis talis multitudo opponitur pauco, sequeretur ꝙ unum esset paucum; sed quia dualitas non est talis multitudo, sed solùm est multitudo, quæ opponitur uni; non sequitur quòd unum sit paucum; & hoc quia talis multitudo non opponitur pauco, sed uni. Dualitas ergo potest dici multitudo duobus modis: potest enim dici multitudo absolutè, secundùm ꝙ multitudo idē est, qđ numerus: & potest dici multitudo in defectu; quæ quidem multitudo in defectu idem est, ꝙ paucitas; sed non potest dici multitudo in excedentia: pót .n. dualitas esse multitudo, quæ opponitur multitudini in excedentia; quia ipsa est paucitas; sed nō potest dici multitudo in excedentia, quia si hoc esset, aliquid esset infra dualitatem, quod posset dici paucum.

Quo dualitas est multitudo & quo non.

Duo, sunt prima pauca.

Dualitatē esse multitudinem duplicitur.

Quapropter non rectè dixit Anaxagoras, cum dixisset, quia simul omnes res erant infinitæ, & multitudine, & paucitate. Oportebat autem dicere pro & paruitate, & paucitate. Non enim infinitæ: quoniam paucum, non propter unum (ut quidam dicunt) sed propter duo.

Excludit quendam errorem. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ positio Anaxagoræ fuit, ꝙ omnia latebant in quodam mixto, & per generationem extrahebantur de illo mixto, & separabantur; ita tamen ꝙ illa extractio & separatio uadit in infinitum; ex hoc.n. generatur aer ex aqua; quia partes aeris trahuntur ex aqua: nunquam autem tantùm possunt trahi, quin aliqua remaneāt; & hoc quia infinitæ partes aeris sunt in aqua: sic ergo Anaxagor. aliquam infinitatem posuit in rebus, quæ generantur. Dixit tamen benè, quòd hæc multitudo erat in multitudine & in paruitate; cum autem postea dixisset, ꝙ erat in multitudine & in paucitate, falsò dixit; quicunque enim dicunt infinitatem esse in paucitate, errant; & hoc quia est dare primam paucitatem, sicut dualitatem; ubi autem in infinitum est, ibi non est dare primum. Imaginamur ergo, ꝙ magnum & paruum sunt passiones continui; & quia continuum est diuisibile in infinitum, ideo potest dari infinitas in paruitate: multum autem & paucum sunt passiones discreti, quia autem quantitas discreta habet statum in descendendo, ideo non est infinitas in paucitate; quia dualitas est prima paucitas. His uisis, patet litera, quæ dicit: quia ita est, ꝙ dualitas est prima paucitas: ideo non rectè dixit Anaxago. cum.n. primò dixisset, ꝙ res erant infinitæ in multitudine & paruitate; postea dixit, ꝙ erant infinitæ in multitudine & paucitate, quod tamen falsum est; quia non est infinitum in paucitate; paucum, n. non est præter unum (ut quidā dicunt) sed est præter duo: ita ꝙ dualitas est prima paucitas: si autem est prima paucitas non est dare infinitatem in paucitate.

Inuehit contra Anax. agoram, Vide etiā i primo huius, tex.18.

Magnum et paruū, multum & paucum continui passiones.

In paucitate nō ē infinitū; sed bene in paruitate.

E F

Opponitur itaque unum multis ut metrum mensurabili. Hoc autem ut quæ ad aliquid, quacunque non secundùm se eorum, quæ ad aliquid Diuisum est autem a nobis in aliis, quia dupliciter dicuntur, quæ ad aliquid: alia namque ut contraria: alia ut scientia ad scibile: quia dicitur aliquid aliud ad ipsum. TEX. 21.

Ostēdit, per quem modum multa & unum opponūtur. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit, ꝙ unum opponitur multis relatiuè: secūdò ostēdit, ꝙ multitudo absoluta non opponitur pauco, ibi [Pluralitas autē nec pauco.] Prima in tres, quia primò ostendit, ꝙ unum opponitur multitudini relatiuè: secundò ostendit, ꝙ sequitur, quòd unum sit paucum: tertiò manifestat quædam, quę dixit. Scd'a & Tertia ibi [Multitudo āt] Dicit ergo primò, ꝙ unū opponitur multis, sicut metrū opponitur mensurabili; & ideo opponitur sibi relatiuè; quia mensura & mensuratum sunt de numero illorum, quæ sunt ad aliquid, & quæ sunt relatiua. Notandum tamen, ꝙ relatiua sunt in duplici differentia: quædā.n. sunt relatiua, quæ sunt relatiua secundùm se: ita ꝙ utrunque refertur ad aliud, & relatio includitur in utroque relatiuorū: quædam uerò sunt relatiua, quæ non sunt relatiua secundùm se: sed quia alia referuntur ad ipsa: de hoc autem dictum est in Quinto: ibi .n. dictū est, ꝙ relatiua dicuntur duobus modis; alia enim .n. sunt relatiua contraria, quia unum refertur ad aliud, & econuersò: alia sunt relatiua, quæ sic se habent ad inuicem, sicut scientia & scibile; scibile.n. non refertur ad scientiam, nisi quia scientia refertur ad ipsum; talia āt sunt unū & multa; quia unum non refertur ad multa, nisi quia multū refertur ad ipsum. Notandùm, ꝙ si dēat uideri iste passus, recurrendum est ad Quintum: ibi.n. dictū est, ꝙ quædam sunt relatiua, in quibus est relō secundū rem in utroq; extremo: quædā sunt relatiua, i quibus relō nō est scd'm rē i utroq; extremo: ita

Vnū et multa relatiue opponuntur.

Relatiua duplicia sunt.

Pag.138. A. & inde & in littera est tex.commen.20.

G H

ita quòd unumquodque per se, & per relationẽ clausam in ipso refertur ad aliud: qualia relatiua hic a Philosopho uocantur contraria. Quædam sunt relatiua, quibus relatio secundùm rem est in uno extremo tantùm, & in altero secundùm rationem; & talia relatiua sunt relatiua, quæ se habent sicut mensura & mensuratum: quia in mensurato est realis aspectus, & realis dependentia ad mensuram; in mensura autem solùm secundũ rationem: & in talibus relatiuis mensura non refertur ad mensuratum secundùm aliquid sui; & quia relatio non clauditur in eo, quia si clauderetur, mensura esset relatiuum secundùm rem; sed refertur ad aliud, quia, s. aliud, uidelicet mensuratum, refertur ad ipsam.

Vnum uerò esse minus aliquo, puta duobus, nihil prohibet. Non enim si minus & paucum.

Ostendit, quòd non sequitur, quòd si unum opponitur multitudini, quòd propter hoc unum sit paucum: Et hoc est, quod dicit; quòd benè uerum est, quòd unum, quod opponitur multitudini, est minus ipsa multitudine; non tamen sequitur, quòd si unum est, quòd sit paucum: paucitas enim repugnat uni, quia paucitas est passio numeri. Deinde cum dicit.

Paucitas repugnat uni, et est passio numeri.

Multitudo autem quasi genus est numeri. Est. n. numerus multitudo, uno mensurabilis.

Manifestat quædam, quæ dixit. Et diuiditur in duas partes, quia primò manifestat, quòd unum est mensura, numerus autem mensuratum: secundò quòd numerus & unum sunt relatiua, non autem relatiua contraria, ibi [Et opponuntur.] Dicit ergo primò, quòd numerus sit mensuratum, & unum mensura, patet ex diffinitione numeri: est enim numerus non omnis, sed multitudo mẽsurata per unum: ita quòd in ista diffinitione multitudo tenet locum generis; mensurari autem per unum, tenet locum differentiæ. Notandũm est, quòd genus ad differentiam se habet, sicut potentia ad actum; ita quòd dicere, rem esse in genere, est dicere rem esse in potentia: ex quo sequitur, quòd qui dicit genus, non dicit totum intellectũ rei; quia intellectus generis expectat intellectum differentiæ. Si autem ita est, quicunque dicit numerum esse multitudinem, non dicit totum intellectum numeri; & in hoc assimilatur multitudo generi; quia sicut dicens genus, non dicit totum intellectum rei; ita qui dicit numerum esse multitudinem, non dicit totum intellectum multitudinis. Et ideo dixit Philosophus in litera, quòd multitudo est quasi genus; hoc est assimilatur generi; quia dicens multitudinem, non dicit totum intellectum numeri: est enim numerus multitudo certificata: qui enim dicit homines esse quinque, uel esse sex, & sic de aliis numeris; dicit multitudinem certificatam. Vnde ubicunque numerus est, ibi certitudo est: hæc autem certitudo & certificatio semper est per aspectum ad unum: aliter enim certificat, qui dicit homines esse quinque, & aliter qui dicit homines esse quatuor: quòd autem aliter & aliter certificet, hoc est quia quinarius, & quaternarius aliter & aliter aspiciunt unitatem. Deinde cum dicit.

Numerus quid.

Genus quo se hẽt ad differentiam.

Genus nõ ẽ totus intellectus rei.

Multitudo quo generi assimilatur.

Vbi numerus, ibi certitudo.

Et opponuntur aliqualiter unum & numerus, non ut contrarium, sed (sicut dictum est) eorum, quæ ad aliquid quadam. Inquantùm enim metrum, hoc autem mensurabile, sic opponuntur. Quapropter non omne, quodcunque fuerit unum, numerus est; puta si quid indiuisibile est.

Ostendit, per quem modum unum & multa, puta unum & numerus, opponuntur: quia scilicet relatiuè. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit modum oppositionis: secundò manifestat alium modum in exemplo, ibi [Similiter autem.] Dicit ergo primò, quòd unum & numerus opponuntur aliqualiter, quia relatiuè; non tamen sunt de numero relatiuorum contrariorum, sed (sicut dictum est) sunt de numero relatiuorum, quorum unum est mensura & metrum, aliud est mensuratum. Ex quo sequitur, quòd unum non refertur ad numerum, quia numerus refertur ad ipsum: hoc autem est, quia unum non dependet a numero, sed numerus dependet ab uno; quia si numerus est; oportet quòd sit unum: sed non sequitur, quòd si unum est, quòd propter hoc sit numerus; quia si est aliquod unum omnino indiuisum, illud a nullo numero dependet. Notandum est, quòd ubicunque relatio realis est, ibi est realis ordo, & realis dependentia: si ergo unum realiter refertur ad numerum, realiter dependet ab eo; & quia hoc falsum est, quia unum potest esse sine numero; ideo unum non refertur realiter ad numerum. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera; quia unum potest esse sine numero, numerus autem non potest esse sine uno, sequitur quòd numerus refertur realiter & per se ad unũ: unum autem non refertur ad numerum per se, sed inquantùm numerus refertur ad ipsum. Notandum est, quòd aliquod unum est, quod dependet aliqualiter a numero; & aliquod unum, quod non dependet. Dictum est enim supra, quòd duplex unitas est: quædam est unitas, quæ consurgit ex compositione aliquorum, sicut ex compositione potentiæ & actus; uel ex compositione essentiæ & essentiæ: quæ quidem unitas stat cum numero partium componentium. Est alia unitas, quæ sequitur simpliciter & indiuisibile esse rei; sicut est unitas puncti: & talis unitas opponitur compositioni; & ista unitas non dependet a numero: prima enim dependebat a numero partium componentium; hæc autem non. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera, quòd si est aliquod unum omnino indiuisum, illud non dependet a numero. Deinde cum dicit.

Vnum, & multa quo opponũtur.

Vbi relatio realis, ibi ordo & dependentia realis.

Vnitas duplex.

Similiter autem dicta scientia ad scibile, non similiter assignatur. Videbitur enim utique scientia ad metrum esse; scibile uerò, quod mensuratur. Accidit autem scientiam quidem omnem scibilem esse; scibile uerò non esse scientiam, quia modo quodam scientia mensuratur scibili.

Manifestat, quod dixit per exemplum: dixit enim, quòd numerus dependet ab uno: non autem unum à numero; quia metrum non dependet a mensurabili, sed econuersò mensurabile à metro. Et hoc patet in scientia & scibili: non enim eodem modo se habet scientia ad scibile, sicut scibile ad scientiam: & hoc, quia licet quibusdam uideatur, quòd scientia sit metrum, scibile autem sit mensurabile; tamen secundùm ueritatem contrarium accidit, quia scibile refertur ad scientiã, sicut metrum ad mensurabile; scientia autem ad scibile, sicut mensurabile ad metrum; & ideo scibile non dependet à scientia: non enim oportet, quòd si scibile est, quòd sit scientia eius; scientia autem dependet a scibili; quia scientia mensuratur à scibili. Deinde cum dicit.

Sicut scientia ad scibile, sic numerus ad unũ comparatur.

Pluralitas autem nec pauco est contraria, sed huic quidem multum sicut excedens multitudo excessæ multitudini. Neque ipsi uni omnino, sed hoc quidem (ut dictum est) quia diuisibile illud autẽ quia indiuisibile. Hoc autem ut ad aliquid, ut scientia scibili si fuerit numerus: unum uerò metrum.

Ostendit, quòd multitudo absolutè dicta, non opponitur pauco, sed opponitur uni. Et hoc est, quod dicit: quòd multitudo absolutè dicta non est illa, quę est contraria pauco; sed multum, quod opponitur pauco, est multum excedens multitudo enim, quæ opponitur pauco, ẽ multitudo excedens: quia oppositio, quæ est inter multum & paucum, est sicut oppositio, quæ est inter excedens & excessum. Multitudo autem absoluta opponitur uni, sed non opponitur uno modo tantùm, sed duobus modis; quia multitudo opponitur uni, sicut diuisibile opponitur indiuisibili: secundo modo oppositio, quæ est inter unum & multum, est sicut oppositio, quæ est inter mensuram & mensuratum, & hoc quia unum est metrum, numerus autem mensurabile. Ad euidentiam totius lectionis est notandum: quòd aliqui distinguunt triplicem multitudinem; dicunt enim, quòd est quædam multitudo transcendens, quę circuit omnia prædicamenta; & ista multitudo est ex diuisione formali, sicut ex diuisione formali, quæ est inter albedinem & nigredinem, causatur multitudo inter albedinem & nigredinem; & quia ista diuisio formalis reperitur in omni prædicamento, sequitur quòd hæc multitudo sit in omni prædicamento: hæc autem multitudo opponitur uni, sicut diuisio opponitur indiuisioni: sicut enim ista diuisio est ex diuisione formarum adinuicem; ita unum sibi oppositum est ex diuisione formę. Secunda multitudo est, quæ est in genere quantitatis tantùm; & hæc multitudo causatur ex diuisione continui; & quia continuum est in genere quantitatis, sequitur quòd hæc multitudo etiam sit in genere quantitatis. Et hæc est multitudo, quæ dicitur numerus: prima enim multitudo non potest dici propriè numerus, quia prima multitudo circuit omnia prędicamenta, numerus autem tantùm est in prędicamento quantitatis:

Multitudo simpliciter cui opposita.

Multitudo triplex.

Multitudo opposita uni, quæ.

E sed secunda multitudo, quæ tantùm est in prædicamento quãtitatis, idem est quod numerus. Vbi notandum est, quòd duplex numerus consueuit distingui; numerus formalis, qui causatur ex diuisione formarũ ad inuicem: & ille idem est, quòd multitudo transcendens, & ideo non est propriè numerus: & est numerus materialis, & iste causatur ex diuisione: & iste numerus idem est, quod multitudo, quæ est in genere quantitatis: & de isto numero dictum est in litera, quòd est multitudo mẽsurata per unum. Tertia multitudo est in genere relationis, & ista est multitudo, quæ opponitur pauco; sicut excedens multitudo opponitur excessę multitudini.

Numerus duplex.

F Quæreret aliquis, Vtrum multitudo, de qua dictum est, quod est transcendens, possit dici numerus? Dicendum est, quòd hic sunt duo modi dicendi. Vnus modus dicẽdi communis est, quòd multitudo transcendens nõ potest dici numerus. Ad hoc autem sunt tria motiua: primum motiuũ est, quòd multitudo transcendens in omni prædicamento est, numerus autem tantùm est in prædicamento quantitatis. Imaginatur enim, quòd numerus est multitudo contracta ad prædicamentum quantitatis: & ideo dixit Philosophus in litera, quòd numerus est multitudo mensurata per unũ; quòd autem sit mensurata, hoc habet quia quãta; & ita numerus est multitudo tracta ad rationem metri & mensurationis; & per consequens ad rationem quantitatis. Ita quòd in diffinitione G numeri cadit multitudo transcendens, quasi genus; & hoc quia trãscendens non habet propriè rationem generis: mensurari autem per unum, cadit sicut differentia. Secundum motiuum est ex uerbis Philosophi Tertio Physic. ubi dicit, quòd numerus causatur ex diuisione continui: ex quo accipiunt isti, quòd numerus non est omnis multitudo, sed solùm est multitudo, quæ causatur ex diuisione continui, talis autem non est multitudo transcendens: multitudo enim, quæ causatur ex diuisione continui, tracta est ad continuum, nec potest reperiri nisi in continuis: multitudo autem transcendens reperitur in continuo, & extra continuum, sicut in substantiis separatis. Tertium motiuum est ex hoc, quòd Arithmetica est de numero; si autem numerus idem esset, quòd multi- H tudo transcendens, Arithmetica esset de aliquo transcendente; & sic esset de aliquo, quod reperiretur extra continuum, & extra materiam: hoc autem non uidetur; quia scientia Arithmetica est scientia mathematica; scientia autem mathematica est de his, quæ sunt in materia secundùm esse, licet sint separata secundùm rationem & intellectum. Hic est ergo unus modus dicendi.

Quæstio.

Prima opi. communis.

Transcẽdẽs non habet rõnẽ generis.

Tex. cõ. 68.

Est & alius modus dicendi, qui quidem est in hoc, quòd numerus nõ reperitur extra continuũ; horum autem sunt tria motiua. Primum motiuũ est ex habitudine, quæ est inter proprium subiectum & propriam passionem, talis autem habitudo

Secda opin.

do est inter proprium subiectum & propriam passionem, quòd nunquam propria passio est sine proprio subiecto,& ubicunque est propria passio,ibi est subiectum; si autem hoc est, sequitur, quòd ubicunque est passio numeri,ibi sit numerus:in substantiis autem separatis, in quibus non reperitur passio continui, reperitur passio, quæ non potest conuenire nisi numero,ergo ibi est numerus,ibi enim reperitur par & impar:æquè n. benè quaternarius quatuor angulorum est par, sicut quaternarius quatuor linearum. Secundum motiuum est ex propria ratione numeri;nam ratio numeri est ratio mensurationis, ratio autem mẽsurationis est ratio certificationis;sicut autem, numerò in genere est certificatio;ita propria numerò est propria & specifica certificatio:ubicũq; ergo erit talis certificatio & talis mensuratio, ibi erit ratio talis numeri; uidemus enim quòd æquè benè certificat, qui dicit quatuor angulos, sicut qui dicit quatuor lineas: ergo sicut quaternarius linearũ habet rationem numeri pp propriam rationem certificationis; ita similiter quaternarius substantiarum separatarum. Vt autem uideatur ista uia,& hoc motiuum:notandum est, quòd isti imaginantur de numero,quòd numerus est quædam formalitas, quæ potest applicari continuo, & non continuo; sicut quaternarius est quædam formalis certificatio, quæ potest applicari omnibus, quæ sunt apta nata certificari per quaternarium;talia autem aliquando sunt infra continua, aliquando nõ;illa autem formalitas à Philosopho uocatur numerus quo numeramus;formalitas autem applicata uocatur numerus numeratus. Tertium motiuum est ex differentia, quæ est inter punctum & unitatem; nam secundum Philosophum Primo Posteriorum, punctus & unitas in hoc differunt, quia unitas abstrahit à situ, & à positione; punctus autem concernit situm & positionem: est enim punctus unitas posita; quia ergo numerus abstrahit à situ,abstrahit a continuo;nec oportet quòd semper reperiatur in continuo; punctus autem quia concernit positionem & situm,concernit continuum. Illa autem differentia,quæ est inter unitatem & punctum; uidetur esse inter numerum simpliciter,& numerum, qui est in continuo: numerus enim simpliciter acceptus sequitur unitatem simpliciter acceptam; sicut ergo unitas simpliciter accepta abstrahit a continuo;similiter & numerus. Vnde si uellemus diffinire numerum simpliciter acceptum, diceremus;quòd sicut unitas est indiuisio sine positione; ita simpliciter numerus est diuisio sine positione, & sine situ.Pro hoc autem facit uerbum Philosophi Quinto Physicorum, ubi dicit; quòd consequenter se habens est in prioribus ratione; consequenter se habens reperitur in numeris, numeri autem abstrahunt a ratione continui & materiæ: & ideo quantitas discreta, & numerus habet quandam prioritatem respectu continui;si autem ita esset, quòd omnis numerus causaretur per diuisionem continui, sequeretur quòd omnis numerus haberet posterioritatẽ respectu continui,& quòd numerus non esset in prioribus ratione. Imaginantur ergo isti, q̃ ubicunque multitudo est, siue sit multitudo formalis,siue sit multitudo materialis, ibi numerus est; sed tamen ibi plus est aliquid de intellectu numeri,quàm multitudinis;nam de ratione multitudinis est,quòd sit quædam diuisio actualis,siue sit diuisio per formas,siue sit per materiam; de ratione autem numeri est ratio multitudinis,quæ est ratio diuisionis, & plus; quia oportet, quòd numerus omnis mensuretur per unum.

Numerus numerãs,et numerus numeratus.

Punctus,et unitas quõ differũt. 1. Post. & 5. Meta. 12. & 4. Phys. 106 et 1. de Anima. 69. & 3. de Anima 25.

Differentia inter numerum simpliciter,& numerum in continuo.

Tex. cõ. 25. & 27.

De rõe multitudinis & numeri q̃d.

Videtur tamen mihi dicendum, quòd prima opinio probabilior est,quia ratio numeri non est propriè nisi in illis,in quibus diuiditur unum;numerus autẽ est in aliquibus ex hoc,quòd aliquod unum in illis diuiditur, sicut dicimus,quòd numerus est in hominibus ex hoc, quòd humanitas in illis diuiditur. Vnde ubicunque est numerus, aliqua realitas numeratur,& diuiditur:duabus autẽ formis nulla realitas est communis; quia realitas generis non est realitas propriè una,& ideo duabus non est una realitas communis, quæ numeretur in illis, & per consequens inter duas formas non est propriè numerus; sed numerus propriè est in illis,in quibus forma una,& una realitas numeratur,& diuiditur:hoc autem est in indiuiduis, in quibus numeratur una forma specifica per materiam:quia tamen, secundùm Philosophum, hæc forma non diuiditur nisi per additionem continui;ideo secundum eum,numerus non exit ambitum continui. Vtrum autem forma specifica possit aliter numerari,quàm per diuisionem cõtinui, dictum est supra. Hoc autem certum uidetur secũdùm sententiã Philosophi,quod numerus propriè est ex diuisione formæ specificæ per indiuidua. Ex quo sequitur,quòd numerus formalis(secundùm eum)non est propriè numerus;licet possit uocari numerus largo modo:sed numerus propriè est,qui causatur ex diuisione formæ, uel per continuum,uel per supposita.

Opinio prima.

Realitas generis nõ est propria una.

Pag. 227. C

Quoniam autem contrariorum contingit medium esse aliquid & quorundam est, necesse ex contrariis esse. *TEX. 32.*

Postquam determinauit Philosophus de contrariis; hic determinat de mediis. Et diuiditur in duas partes,quia primò ponit intentum suum; secundò ipsum prosequitur, ibi [Omnia namque media.] Primò ergo ponit intentum suum, dicẽs: quòd quia contrariorum conuenit esse medium; & quia quædam contraria habent medium, necesse est ipsum medium esse ex cõtrariis; Hæc est ergo conclusio probanda,quòd media, quæ sunt inter contraria, componuntur ex contrariis. Deinde cum dicit.

Media contrariorum ex cõtrariis cõflata sunt.

Omnia namque media in eodem sunt genere; & quorum sunt media. Media enim hæc dicimus,in quæcunque permutari priùs est necesse, quod permutatur,ut à graui in acutum si transit, per mediam rationem

tionem ueniet priùs ad medios sonos. Et in coloribus si ueniet ex albo in nigrum, priùs ueniet ad fuscum & ad puniceum, quàm ad nigrum. Similiter autem & in aliis. Permutari uerò ex alio genere in aliud genus non est, nisi secundùm accidens, ut ex colore in figuram. Necesse est ergo media, et quorum sunt media, in eodem genere esse.

Prosequitur intentum suum, scilicet quòd media sunt ex contrariis. Et diuiditur in duas partes; quia primò probat quædam necessaria ad propositum suum probandum: secundò probat propositum suum ibi [Si uerò sint in eodem genere.] Prima in duas, secundùm quòd duo præmittit necessaria ad propositum suum: primũ est, quòd media sunt in eodem genere cum extremis; hoc est quòd media sunt semper in opposita cõtrariè. Secundum ponitur ibi [At uerò omnia media.] Primò ergo probat, quòd media sunt in eodem genere cum extremis: & est ratio talis; mutatio omnis est ab extremo in extremum per mediũ; sed mutatio non est a genere in genus, ergo extrema & medium sunt in eodem genere. Circa autem hanc rationem sic procedit, quia primò ponit hanc propositionẽ, ꝙ mutatio est ab extremo in extremũ per mediũ, dicens: ꝙ mediũ & extrema, quorũ sũt media, sunt in eodẽ genere; patet, q̃ illa sũt media, in quibus necesse est priùs mutari illud, qđ mutatur, quã in extremis; quia quicqd mutatur ab extremo in extremũ, trãsit ꝑ mediũ, sicut patet in sonis, quia si aliquis trãsit ab hypate, hoc est à graui sono ad netem, idest ad acutum, oportet quòd transeat per mediam rationem, & per medios sonos: hoc etiam patet in coloribus; quia si aliquis mouetur ex albo in nigrũ, oportet quòd transeat per colorem medium, puta per colorem rubeum, uel puniceum: & sicut dico de coloribus, ita dico de aliis; quia semper deuenitur ab extremo in extremum per mediũ. Secũdò ponit secundam propositionem, scilicet quòd nunquam motus est a genere in genus, dicens: quòd non contingit permutari ex alio genere in aliud genus, nisi fortè secundùm accidens: sicut non contingit esse motum in figuram ex colore, nisi fortè per accidens. Tertiò concludit ex duabus propositionibus conclusionem principalem, dicens: quòd si hæc sunt uera, necesse est media, & extrema, quorum sunt media, esse in eodem genere. Notandum est, quòd motus semper est inter extrema; quæ extrema sunt termini unius distantiæ: unius enim motus est una distantia; & ideo extrema illius debent esse termini unius distantiæ: illa autem, quæ sunt in diuersis generibus, non sunt infra unam distantiam, & per consequens motus non transit à genere in genus: ex quo oportet, quòd extrema motus sint in eodem genere. Debemus enim imaginari, quòd in distantia formali ita est, quòd extrema non deuiant a medio: si autem esset, quòd medium esset in alio genere ab extremis, sequerentur duo inconuenientia: primum inconueniens esset, quòd

Omnis mutatio est ab extremo in extremum per mediu.

Motus semper est inter extrema unius distantiæ.

E extrema deuiarent a medio: secundum inconueniens esset, quòd duo diuersorum generum essẽt infra unam distantiam, quod est impossibile. Debemus enim imaginari, quòd duo extrema cum medio faciunt unam distantiam: si ergo extrema, & medium essent diuersorum generum, sequeretur quòd duo diuersorum generum essẽt infra unam distantiam. Notandum, quòd licèt mutatio per se non sit à genere in genus; tamen mutatio potest esse a genere in genus per accidens: cuius ratio est, quia secundùm quòd accipimus hic per accidens: illud uerificatur de aliquo per accidens, quòd uerificatur de illo ratione alterius: potest autem esse, quòd mutatio sit de genere in genus, non ratione illius, sed ratio-

F ne eius, quod est in eodem genere: sicut mutatio est ex albo in nigrum, & si est in quantum, non est ratione quanti, sed ratione nigri; cum quo iungitur quantum.

Duo extrema cum medio faciunt una distantiam.

At uerò omnia media sunt oppositorum quorundam: ex his enim solis secundùm se est permutari. Quapropter impossibile est esse media non oppositorum: esset enim permutatio & non ex oppositis: oppositorum enim contradictionis quidem medium nõ est. Hæc enim est contradictio, oppositio eius cuicumque adest altera pars, non habentis medium ullum. Cæterorum uerò, alia ad aliquid, alia ut priuatiua, alia contraria: eorum uerò quæ ad aliquid, quæcunque non contraria, non habent media. Causa uerò, quia non in eodem genere sunt. Quid enim scientia et scibilis medium? sed magni & parui.

G Ponit secundum, quod est necessarium ad propositum, scilicet quòd media, quæ quæruntur, sũt inter contraria. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ratio Philosophi, per quam probat, quòd media sunt inter contraria, fundatur super duo fundamenta. Primum fundamentum est, quòd media sunt inter opposita; cuius ratio est, quia media sunt inter extrema, inter quæ est motus & mutatio; sed motus & mutatio semper est inter opposita; quia motus est uia de opposito in oppositum. Secundum fundamentum Philosophi est, quòd medium non est inter opposita contradictoriè, nec inter opposita priuatiuè, nec inter omnia relatiua; sed solùm inter relatiua, quæ sunt contraria: ex quo sequitur, quòd

H ex quo motus per primum fundamentum est inter opposita, & per secundum non est inter opposita contradictoriè, nec priuatiuè, nec relatiuè (nisi sint relatiua contraria) quòd media semper sint inter contraria. His uisis, patet litera Philosophi: primò enim ponit primum fundamentum, dicens: quòd omnia media semper sunt inter opposita; cuius ratio est, quia motus per se, semper est inter opposita: si autem media essent inter nõ opposita; sequeretur, quòd motus esset inter non opposita; quia media sunt semper inter illa, inter quæ est motus. Secundò ponit secundum fundamentum, dicens: quòd inter opposita contradictoriè non est medium; contradictio enim est oppositio

Medium est duntaxat oppositorum.

Motus qd.

Media inter quæ opposita sunt.

positio, cuius altera pars uerificatur tam de ente, quàm de non ente; cuius oppositionis medium non est: cæterorum autem oppositorum quædam opponuntur relatiuè, quædam priuatiuè, quędam contrariè: eorũ ãt, quæ opponũtur contrariè, quædã hẽnt mediũ, & q̃dã non; relatiua. n. non contraria nõ habent medium. Vocantur ãt relatiua nõ contraria, quæ non referuntur ex æquo; quia unũ refertur ad aliud, sed non econuersò: nisi fortè per accidens; sicut scientia & scibile: talia enim relatiua non habent medium; cuius ratio est, quia non sunt infra unum genus, nec infra unã distantiam, nec infra unam uiã: non enim est uia à scientia in scibile, nec econuersò. Relatiua autem contraria, quæ ex æquo referuntur, & quæ possunt esse intra unam distantiam, & unam uiam; medium habẽt; qualia sunt magnum & paruum, inter quæ est medium æquale. Notandum est, quòd hic non facit mentionem de priuatiuis, scilicet quomodo habeant medium, & quomodo non, quia de hoc satis dictũ est paulò supra: ubi ostẽsũ est, quomodo priuatio se habeat ad contrarietatem, & quomodo non; etiam ostensum est, per quem modum priuatiua habent medium, & per quem modum non.

Inter cõtraria datur medium.

Relatiua contraria & nõ contraria quæ.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Quomodo sequitur consequentia, quam facit Philosophus; scilicet ꝙ quia altera pars contradictionis dicitur de omni, ideo inter contradictoria non est medium? Dicendũ est, quòd si esset medium inter contradictoria: cũ extremum non prædicetur de medio, neutra pars contradictionis dicetur de illo medio: sicut si medium esset inter hominem, & non hominem, nec homo, nec non homo diceretur de illo medio: homo enim & non homo extrema sunt contradictionis; extrema autem de medio non prædicantur: sicut album & nigrum non prædicantur de fusco. Si autem neutrum extremorum diceretur de illo medio, tunc alterum extremorum contradictionis non esset uerum de omni, quod est alterum ab illo extremo: sicut si non homo diceretur de eo, quod est medium inter hominem & non hominem, non diceretur de omni, quod est alterum ab homine; cum illud medium aliud sit ab homine. Si ergo semper altera pars contradictionis uerificatur de omni siue ente, siue non ente; quod est alterum ab altero extremo; impossibile est, quòd inter cõtradictoria sit medium: si enim inter ea esset medium, altera pars non uerificaretur de omni, quod esset alterum ab altero extremorum; quia non uerificaretur de medio.

Extrema non prædicantur de medio.

TEX. 23.

Si uerò sint in eodem genere media, ut ostensum est; & media contrariorum necesse ipsa componi ex his contrariis. Nam erit aut aliquid genus ipsorũ, aut nullum. Et si quidem genus erit, ita ut sit prius aliquid contrariis; differentiæ priores cõtrariæ erunt facientes contrarias species, ut generis. Ex genere enim & differentiis species. Vt si album & nigrum contraria, est autem hic quidem disgregatiuus color, ille uerò congregatiuus color; hæ differen- A *tiæ congregatiuum & disgregatiuum, priores. Quare hæc contraria inuicem priora. At uerò contrariè differentia, magis sunt contraria.*

Ostendit, quòd media componũtur ex extremis contrariis. Et tria facit, quia primò ostendit, quòd extrema contraria componuntur ex genere & differentiis: secundò ostendit, quòd media cõponuntur ex eodem genere, ex quo componuntur contraria extrema, sed tamen ex aliis differentiis: tertiò ex hoc concludit, quòd media componuntur ex contrariis extremis. Secunda ibi [Et reliqua etiam media] Tertia ibi [Quærendum autem.] Dicit ergo primò, quòd si media sint in eodem genere cum extremis, & si media semper sunt inter contraria, ut iam ostensum est; necesse B est media componi ex contrariis: contrariorum autem est aliquod genus, aut nullum: ostensum est autem quòd contrariorum aliquod genus est, quia contraria sunt, quæ sunt maximè distantia in eodem genere. Si autem species contrariæ sunt in eodem genere, oportet quòd aliquid prius sit & contrariis speciebus, ex quibus contrariis species contrariæ constituantur: differentiæ enim cõtrariæ priores sunt speciebus cõtrariis, ex quibus differentiis & genere species consistunt: sicut album & nigrum sunt contrarię species, & si album & nigrum habent unum genus, oportet ꝙ sint aliquæ differentiæ priores albo & nigro, sicut disgregatiuum, & congregatiuum: ex quibus differentiis cum genere consistunt album & ni- C grum: quia albedo est color disgregatiuus, & nigredo color congregatiuus. Et istæ differentiæ priores sunt in contrarietate, & magis sunt contrariæ, quàm sint species: quia cõtrarietas, quæ est in differentiis, est causa illius contrarietatis, quæ est in speciebus. Notandum est, quòd sententia Philosophi in hoc est; quòd si species contrariæ sunt sub eodem genere, oportet quòd speciebus sit aliquod prius, ex quibus causetur contrarietas in speciebus; illud autem prius differentia est. Vt autem uideatur dictum Philosophi: notãdum est, quòd ea, quæ distant formaliter, non distant pænes potentiã, sed pœnes actum; immo formæ habẽt unitatem in potentia, pœnes actum autem distinguuntur; dualitas enim formarum non est pœnes potentiam, quia multæ clauduntur infra unã D naturam, & unam potentiam: sed semper dualitas formarum est pęnes actum: cum ergo contrarietas sit quædam distantia formalis; hæc distantia non potest accipi pęnes genus; quia esse generis est esse formale; & contraria, ut sunt in genere, magis habent unitatem, quam habeant distantiam: & ideo ut sic, contraria non sunt: oportet ergo, ꝙ ista distantia formalis pęnes actũ accipiatur: actus autem generis differentia est. Benè ergo dixit Philosophus, ꝙ contrarietas, quę est in speciebus; pęnes differentias accipitur. Deinde cum dicit.

Media ex extremis contrariis componuntur.

Contraria quæ.

Differẽtiæ contrariæ priores sũt speciebus cõtrariis; & magis contrariæ.

Quæ formaliter distãt, pænes quod distant.

A. l. pluralitas

Et reliqua & media ex genere erunt, et differentiis. Vt quicunque colores albi & nigri sunt medii, opor-

oportet hos ex genere dici: est autem genus color: & ex differentiis quibusdam. Hæc uerò non erunt prima contraria. Si autem non, erit unusquisque aut albus, aut niger. Altera igitur media. Ergo primorum contrariorum hæ erunt: Primæ autem differentiæ congregatiuum & disgregatiuum, quia hæc prima sunt.

Media componũtur ex genere, & differẽtiis.

Ostendit, quòd etiam media componuntur ex genere, & differentiis: quæ differentiæ sunt aliæ a primitiuis, quæ constituunt extrema. Et hoc est, quod dicit; quòd non solùm extrema, sed ẽt media sunt ex genere & differentiis: sicut colores medii inter album, & nigrum, sunt ex genere & differentiis: quę quidem non possunt esse differentiæ constituentes prima contraria, id est primæ differentiæ, quæ constituunt colores extremos, sed sunt differentiæ mediæ inter differentias, quæ constituunt colores extremos. Si enim differentia constituens colorem medium, eadem esset cum differentiis, quæ constituũt colores extremos, sicut albedinem & nigredinem; idem esset color medius, & color extremus: cum autem sint diuersi; oportet quòd differentia, quę constituit colorem medium, nõ sit eadem cum illis differentiis, quæ cõstituunt colores extremos, sed ẽ media inter illas: sicut proprię drię, quæ cõstituũt colores extremos, sunt congregatiuum & disgregatiuum; & utraque istarum propria est; Inter quas est illa, quę constituit colorem medium.

Sicut dantur species mediæ sic et differẽtiæ: quare nõ oẽs differentiæ sũt propriè contraria.

F

Quærendum autem quæcunque contraria non in genere, ex quo media ipsorum. Necesse enim quæ sunt in eodem genere, ex incompositis genere componi; aut incomposita esse. Contraria namque incõposita sunt ex inuicem: quare principia. Quæ autẽ sunt inter media; aut omnia, aut nullum. Ex contrariis uerò fit aliquid.

G

Quõ media cõponuntur ex extremis.

Ostendit, quomodo media componuntur ex extremis. Et duo facit, quia primò hoc ostendit per unum modum: secundò per alium. Secunda ibi [Quare erit in hoc transmutatio,] Primus modus est ex hoc, quòd medium ab extremo differt secundùm magis & minus; ponit ergo primum modum, dicens: quòd si media, & extrema essent in alio genere, quęrendum esset, ex quibus essent media; quia hoc haberet magnam dubitationem; sed quia media & extrema sunt in eodem genere, statim apparet, ꝙ media cõponuntur ex cõtrariis: oĩa.n. quæ sunt in eodem genere, uel sunt incõposita; uel sunt cõposita ex incõpositis: incõposita sũt ipsa cõtraria extrema, sicut albũ & nigrũ, quorum unum non componitur ex alio; & quia incomposita sunt, ideo prima sunt: composita autem ex incompositis sunt ipsa media: uel enim omnia media componuntur ex cõtrariis, uel nullum: quod autem nullum componatur, hoc est impossibile: restat ergo quòd omnia. Ex hoc ergo, quòd quædam, quæ sunt in genere, sunt incomposita, & quædam composita; & secundùm hoc aliter & aliter aspiciunt genus: manifestum est, quòd media componuntur ex extremis.

H

Contraria sunt simplicia, & principia: media uerò cõposita & principiata.

E

Quare erit in hoc transmutatio, prius quam in ipsa: utriusque enim & minus erit, & magis. Mediũ igitur erit: & hoc contrariorum. Et alia igitur omnia composita, quæ sunt media. Nam huius quidem magis, illius uerò minùs compositum est aliqualiter ex illis, quorum dicitur esse, huius quidem magis, illius uerò minus. Quoniam autem non sunt alia priora ciusdem generis contrariis, omnia utique ex contrariis media erunt. Quare & inferiora omnia, & contraria, & media, ex primis cõtrariis erũt. Quod quidem igitur media, & in eodem genere omnia, & intermedia contrariorum, & componuntur ex contrariis omnia, palàm.

Ostendit per secundum modum, quomodo media componnntur ex extremis, dicẽs; quòd trãsmutatio prius est in mediũ, quàm in extremum; ex quo sequitur, quòd medium est magis & minus respectu utriusq; extremi: est.n. fuscũ minùs album, quàm simpliciter album; & minus nigrũ, quàm simpliciter nigrum: & magis accedens ad nigrum, quàm simpliciter album; & magis accedens ad album, quàm simpliciter nigrum: & quia medium est magis & minus respectu utriusque extremi, ideo oportet, quòd sit medium inter illa; illud enim quòd est magis & minus tale, oportet, quòd sit medium inter illa, quæ sunt simpliciter talia; quia etiam medium est magis & minus respectu utriusque extremorum, oportet quòd sit compositum ex utrisque extremis, quorũ est medium. Concludit ergo Philosophus, quòd quia nõ sunt aliqua extrema priora contrariis, quæ sunt sub eodem genere, oportet quòd omnia media sint ex contrariis. Ex quo sequitur quòd omnia inferiora, idest omnes inferiores species sub genere, siue sint contrariæ, siue mediæ, sunt ex primis contrariis, quæ quidem contraria sunt differentiæ. Ex quo habemus totam intentionem Philosophi, scilicet quòd media sunt in eodẽ genere cum extremis: & quòd media componuntur ex contrariis. Notandum est, quòd duobus modis uenatur Philosophus, quòd media componuntur ex extremis. Primus modus hoc quęrendi, est ex diuersa habitudine, quam habent extrema & media ad genus: cum enim sint in eodẽ genere, oportet quòd hæc & illa aspiciant genus; hæc sicut simplicia, & illa sicut composita: & cum primus modus & secũdus aspiciendi genus sit impossibilis, restat quòd tertius solus sit possibilis: quòd enim media & extrema aspiciant genus sicut simplicia, uel sicut composita, est impossibile: restat ergo ꝙ aspiciant sicut simplicia; & media aspiciant genus sicut composita: non enim possumus dicere econuersò, scilicet quòd media sint simplicia, & extrema sint composita. Secundus modus hoc uenandi, est ex magis & minus; quæ quidem uia probat primam, quia huius reddit causam, quare extrema simplicia, & incomposita sunt; media autẽ composita sunt? Ad cuius euidentiam notandum est, quòd extrema si comparentur ad genus & differentiam, sunt composita; quia extremæ species compo-

Laborat ad hoc circa cõpositionem mediorum.

Fundamenta Philosophi.

componuntur est genere & differentiis, ut iam dictum est; si tamen unum extremum comparetur ad aliud, utrunque incompositum est: quia ratio unius non saluatur in alio: nec enim ratio nigri saluatur in albo, nec econuersò: medium autẽ compositum est, quia ratio utriusque extremi saluatur in medio: sicut ratio albi & nigri saluatur in fusco. Et hoc probat Philosophus ex magis & minus: ratio enim quare fuscũ est minùs album, quàm album simpliciter, est; quia in fusco aliquo modo saluatur ratio nigri: & ratio, quare fuscum est minùs nigrum, quàm nigrum simpliciter, est; quia in fusco saluatur ratio albi: ergo ipsum minus ostendit, quòd ratio albi & nigri saluatur in fusco. Similiter ipsum magis hoc ostendit: quòd enim fuscum magis accedit ad album, quàm nigrum, hoc est, quia in fusco aliquo modo saluatur ratio albi, & magis accedit ad nigrum, quàm ad album: hoc est quia in eo saluatur aliquo modo ratio nigri.

Rõ utriusq; extremi saluatur in medio.

TEX. 24. *Diuersum autem specie, ab aliquo diuersum est et oportet hoc ambobus in esse: ut si animal diuersum est specie, ambo animalia. Necesse ergo in eodem genere esse diuersa specie. Tale enim genus uoco, quo ambo unum & idem dicuntur, non secundùm accidens habens differentiam, siue ut materia ens, siue aliter. Non solùm enim oportet commune existere, puta animalia ambo; sed & alterum in talibus hoc ipsum animal, ut hoc quidem equum, illud uerò hominem. Propter quod hoc commune diuersum ab inuicem est specie. Erit itaque secundùm se hoc tale quidem animal, illud uerò tale: ut hoc quidẽ equus, illud uerò homo. Necesse ergo differentiam hanc, diuersitatem esse generis. Dico enim generis differentiam, diuersitatem, quæ diuersum facit hoc ipsum.*

Ad euidentiam huius lectionis notandum est, quòd contrarietas differentia quædam est, & distantia: distantium autem quædam distant secundùm genus: quædam autem sunt in eodem genere, sed tamen distant secundùm speciem. In parte ergo ista uult ostendere, quòd contrarietas est quædam differentia, & quædam distantia, non secundùm genus, sed secundùm speciem. Et diuiditur in duas partes; in prima parte ostendit, quòd contrarietas est distantia secundùm speciem: in secunda parte ostendit, quòd in quibusdam contrariis est aliter, quia quædam contraria sunt, quæ solùm differunt secundùm materiam; & quędam, quæ differunt secundùm genus. Secunda ibi [Dubitabit autem utique] Prima i tres: nam in prima uenatur, quæ sit differentia secundùm speciem: secundò ostendit, quòd differentia secundùm speciem saluatur in contrarietate: tertiò ex omnibus istis concludit quandam conclusionem. Secunda ibi [Contrarietas igitur,] Tertia ibi [Quare palã.] Venatur ergo primò, quæ est differentia secundũ speciem. Ad cuius euidentiam notandũ est: quòd differentia secundùm speciem est diuersitas formalis, quia ea, quæ differunt specie, differunt forma; & quia differentia secundùm speciem est differentia formalis, ideo oportet quòd sit diuersitas generis. Debemus enim intelligere, quòd diuersitas formalis, & diuersitas materialis in hoc differunt, quia diuersitas formalis est diuersitas generis: nam de essentia generis est, quòd sit quoddã frigibile & distinguibile per formas: quia genus est, in quo potentialiter conueniunt multę formę; diuersitas materialis est, qua diuiditur species; speciei enim repugnat, quòd frangatur, uel distinguatur per formas: cum enim species sit forma, species est una forma: & sicut impossibile est, quòd una formalitas fiat duæ formæ, & distinguatur por formas duas; ita impossibile, quòd una species distinguatur, & diuidatur per formas: restat ergo quòd diuidatur per materiam: & sic sua diuisio materialis est. Debemus enim imaginari differentiam inter genus, & speciem; sicut inter potentiam & actum: quia genus potentiam dicit; species autem actum: non est autem impossibile, quòd illud, quod est potentia, frangatur & distinguatur per diuersas formas; & sic potentia generis per diuersas formas specificatur: ex quo sequitur, quòd sua diuisio formalis est: Impossibile autẽ, quòd unus actus diuidatur per duos actus & duas formas: quia si actus diuiditur, nõ nisi per materias diuiditur; uel per supposita: cum ergo species sit actus, sua diuisio materialis est. His uisis, patet litera Philosophi, cuius sententia est: quod differentia secundùm speciem est diuersitas eorum, quæ sunt in eodem genere, & per quam diuersificatur ipsum genus. Et hoc est, quòd dicit Philosophus: quòd diuersum specie ab aliquo diuersum est: & oportet quòd in differentibus specie unum aliquod sit, quod quidem aliquod differentibus specie insit; & quod quidem aliquid per illa differentia specie diuiditur: ut si animal est diuersum specie, oportet quòd ambo, quæ differunt specie, sint animalia; ex quo sequitur, quòd diuersa specie sunt in eodem genere. Genus autem dicitur unum & idem, quod prædicatur de differentibus specie: prædicatur (inquam) non secundùm accidens: genus etiam dico, quod non solùm prædicatur de pluribus differentibus specie; sed etiam siue sit materia, siue non; diuersificatum est per differentia specie. Non enim solùm oportet, quòd ipsum genus sit quoddam commune differentibus specie, sed etiam oportet, quòd sit quoddam diuersificatum, & quasi factum alterum per ea, quæ differunt specie: sicut animal est quoddam genus, in quo conueniunt ambo, quæ sunt animalia; & etiam animal secundùm differentias diuersificatur: cum secundùm unam differentiam sit hoc tale, puta homo, & secundùm differẽtiam aliam sit aliud, puta equus: & sic commune diuersificatum est per differentia specie. Ex quo sequitur principale intentum, scilicet quòd necesse est differentiã secundùm speciem esse diuersitatem generis: diuersitatem autem generis hic uocamus diuersitatem, qua ipsum genus diuersificatur. Notandum est, quòd licet genus assimiletur ...

Contrarietas quid; et quotuplex distans.

Differentia secundũ speciem quid.

Discrimẽ inter differentiã formalẽ & materialem.

Species quo diuiditur, & quo à genere differt

Genus quid

Genus non est materia, licet materie assimiletur. teriæ, tamen materia non est; diuersificatur enim materia per formas, & genus per differentias; tamen aliter & aliter; materia enim ita diuersificatur per formas: quòd materia cum forma facit compositum; ita tamen quòd materia non est ipsum compositum, sed est pars compositi: & ideo sicut pars non prædicatur de toto, ita nec materia prædicatur de composito; genus autem diuersificatũ per differentias, fit species; ita tamen, quod genus & species idem totum dicunt: licèt illud dicant secũdùm aliam & aliam rationem: nam genus denominat illud totum ab eo, quod possibile est, & quasi trahibile per differentias ad species: differentia autem denominat illud totũ ab eo, quod formale est: species aũt dicit illud totũ, quasi cõpositum ex potentiali & formali. Et ideo propter differentiam, quæ est inter materiam & genus, dixit Philosophus in litera, quòd siue genus, siue materia, siue nominatum diuersificatur per differẽtias: Notandum, quòd diuersificatio generis per differentias, uocatur diuersificatio essentialis respectu diuersificationis, qua diuersificatur species per indiuidua: intimiores enim sunt differentiæ generi, quàm indiuidua speciei: diuersificatio enim generis est diuersificatio per formas; quòd enim genus habeat naturam diuersificati per formas, hoc est sibi essentiale; quod autem habeat naturam unius, hoc est per intellectum, qui in duabus formis concipit quendam conceptum tenuem, quẽ uocamus conceptum generis. In specie autem econuersò est, quia species de se est una formalitas: quòd autẽ ista formalitas diuersificata sit, hoc per extrinsecum est: id est per materiam, & per agens. Et ita uidetur, quòd unitas per se aspiciat speciem; diuersitas autem per accidens; quia per extrinsecum: diuersitas autem per se respicit genus; unitas autem per accidens: quia per intellectum, qui in duabus formis concipit intellectũ tenuem & semiplenum. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus in litera: quòd genus non per accidens, sed per se diuersificatum est per formas.

Diuersificatio generis qualis.

Vnitas, & diuersitas quo aspiciunt speciem, uel genus.

Contrarietas igitur hæc erit. Palàm autem & ex inductione: omnia enim diuiduntur oppositis.

Ostendit, quòd diuersitas in specie est contrarietas, & quòd etiam cõtrarietas est diuersitas in specie. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc ostendit per inductionem: secundò per rationem, ibi [Et quòd contraria,] Dicit ergo primò: ita dictũ est, quod diuersitas est cõtrarietas in spẽ; cõtrarietas autem est quædam diuersitas in specie; quòd autẽ ita sit, manifestum est ex inductione; quia omnia genera, quæ diuidũtur, per species diuidũtur, & per opposita species; quæ oppositio non potest reduci nisi ad contrarietatem. Notandum est, quòd inductio, per quam probat Philosophus, quòd in diuersis specie saluatur cõtrarietas, fundatur super duo fundamenta. Primum fundamẽtum est, quòd in diuidẽdo omnia genera diuiduntur per oppositas species. Secundum fundamentum est, quòd oppositio, quæ est inter species

Diuersitas in specie est cõtrarietas: et econuerso.

E diuidentes genus, reducitur ad contrarietatem. Primum fundamentum, scilicet quòd genus diuiditur per opposítas spẽs, patet: quia ea, quæ opposita non sunt, possunt simul existere: ea autem, quæ sunt infra unum genus, simul existere nõ possunt: licèt enim illa, quæ sunt infrà diuersa genera, sicut albedo & dulcedo possint simul existere; tamen ea, quæ sunt infra unum genus, simul existere non possunt, ex quo relinquitur, quòd sunt opposita. Secundum fundamentum, scilicet quòd oppositio, quæ est inter duas species diuidentes idem genus, reducitur ad contrarietatem, patet: quia non potest reduci ad contradictionem, quoniam altera pars contradictionis nihil ponit: utraque autem specierum diuidentium idem genus, F aliquid ponit. Eodem modo non potest reduci ad priuatiuè opposita; quia priuatio est negatio in subiecto, nec dicit aliquid positiuum. Nec potest reduci ad oppositionem relatiuorum; quia (sicut supra dictum est) non est necesse, quòd relatiuè opposita sint unius generis, nisi sint relatiua contraria, sicut est magnum & paruum.

Quæ sunt infra unũ genus, simul existere nõ possunt.

Sola oppositio cõtraria sunt eiusdẽ generis.

Et quòd contraria in eodem genere sunt, ostensum est: nam contrarietas erat differentia perfecta: differentia uerò quæ specie: omnis alicuius aliquid. Quare hoc idem & genus in ambobus. Quare & in eadem coelementatione omnia contraria categoriæ, quæcunque specie differentia, & non genere, diuersaque ab inuicem maximè. Perfecta enim ipsorum differentia, & simul inuicem non fiunt: ergo differentia contraria est. Hoc enim est diuersa esse specie in G *eodem genere entia, contrarietatem habere entia indiuidua.*

Ostendit eandem conclusionem per rationẽ, & est ratio talis; contrarietas est quædam diuersitas in eodem genere; talis autem est diuersitas secũdùm speciem; quia (ut dictum est) diuersitas secundùm speciem est diuersitas, qua diuersificatur genus: Ex quo sequitur, quòd contrarietas est diuersitas secundùm speciem: ita quòd in præcedẽte inductione habemus, quòd diuersitas secundũ speciem est contrarietas: per istam autem rationem habemus, quòd contrarietas est diuersitas secundùm speciem. Circa autem istam rationem sic procedit, quia primò ponit rationem suam, H ostendens; quòd contrarietas est diuersitas secundùm speciem: secundò ostendit, quæ sunt eadem in specie. Dicit ergo primò: quòd manifestum est ex præcedentibus, quòd contraria sunt in eodem genere: quia contrarietas est quædam distãtia perfecta eorum, quæ sunt sub eodem genere; quasi dicat cõtraria sunt, quæ distant infra unum genus; talia autem, quæ distãt infra unum genus, sunt differentia specie; quia illa differunt specie, quę sunt unum aliquid; hoc est, quæ conueniunt in uno aliquo, scilicet genere. Ex quo sequitur primò, quòd tam contraria, quàm differentia specie habent idem genus, & amborum unum genus est. Ex quo sequitur, quòd omnia contraria, quæ differunt specie, & non genere (hoc autem dixit præ-

Rõ ad id.

Differentia specie quæ.

præseruādo se à quibusdam contrarijs, quæ differūt genere, (de quibus fiet mētio in fine) sunt infra unum genus, & infra unam categoriā. Ex quo etiam sequitur, q contraria sunt etiam maxime diuersa ab inuicē; quia contrarietas est perfecta differentia in eodem genere: & etiā quia contraria non sunt simul ad inuicem. Ex quo ultimò sequitur, q contrarietas est differentia secundū speciem: quia diuersa specie sunt entia indiuidua, quæ habent contrarietatem infra unum genus.

Diuisio duplex. Notandum est, q duplex diuisio est; materialis, & formalis: & sicut est duplex diuisio; ita est duplex indiuisio; est enim quædam indiuisio, quæ opponitur diuisioni formali: est alia indiuisio, quæ opponitur diuisioni materiali: Quando ergo dixit Philosophus, q species sunt entia indiuidua, intelligendum est de indiuisione, quæ opponitur diuisioni formali; quia species non potest diuidi per formas: quia diuidi per formas, tantum conuenit generi. Non tamen potest intelligi de indiuisione, quæ opponitur diuisioni materiali; quia licèt species non possit diuidi per formas; tamen potest diuidi per materiam. Deinde cum dicit.

Eadem uerò specie quæcunq; contrarietatem non habent, indiuidua entia: In diuisione enim & medijs fiunt contrarietates prius, quàm ad indiuidua peruenitur.

Postquam ostendit, quæ sunt diuersa specie; hic ostendit, quæ sunt eadem specie: & continuetur sic litera. *Eadem specie quæ.* Iam dictū est, q diuersa specie sunt entia indiuidua, quæ habent contrarietatem ad inuicem; eadem uerò specie dicuntur, quæcunq; sunt entia indiuidua, non habentia contrarietatem ad inuicem: in diuisione enim generum per species semper fiunt contrarietates in omnibus inter medijs, donec perueniat diuisio ad indiuidua, in quibus non est contrarietas. Quasi dicat Philosophus, genus diuiditur per species, & species per indiuidua; & quamdiu durat diuisio per species in omnibus generibus inter medijs inter generalissimū & specialissimū, tā diu durat diuisio per cōtraria: quādo aūt deuenitur ad diuisionē speciei p indiuidua, peruenitur ad aliqua, quæ nō sunt contraria. Notandū est, q superius uocauit spēs entia indiuidua; modo etiā uocat indiuidua entia, quæ nō diuiduntur: sed tñ differēter hæc uocantur entia indiuidua, & illa: spēs enim (ut iā dictū est) dicūtur entia indiuidua, q nō diuiduntur diuisione formali; sed diuisione materiali. *Species quæ et dicuntur indiuidua.* Dicemus ergo, q genus diuiditur diuisione formali; spēs aūt nō diuiditur diuisione formali, sed materiali; indiuiduum autem non diuiditur nec diuisione formali, nec materiali. Deinde cum dicit.

Quare palàm quia ad id, quod uocatur genus, nec idem, neque diuersum specie, nihil est eorum, quæ conueniunt ut generis specierum. Nam materia negatione ostenditur: genus autem materia: quod dicitur genus, non ut Heraclidarū, sed ut in natura. Neque ad ea, quę in eodem genere, sed differunt ge- A *nere ab illis: specie uerò ab eis, quæ in eodem genere. Contrarietatem enim necesse est differentiam esse, non differre specie. Hoc autem inest in eodem genere existentibus solùm.*

Concludit quandam cōclusionem: uel meliùs concludit tres conclusiones. Prima conclusio est, *Resolutio dictorum per tres conclusiones.* q ipsa species, quæ est sub genere, non debet dici eadem specie cum genere, nec diuersa specie a genere: cuius ratio est, quia ea, quæ conueniunt in specie, conueniunt, & cōcernunt unam differentiam: & ea, quæ differunt specie, concernunt duas differentias; genus autem magis cognoscitur & ostenditur per negationem differentiarū, quā per cōcernentiā ipsarū; genus enim est *Genus cui cōparatur & quomodo cognoscitur.* sicut materia: sicut ergo materia cognoscitur per B negationem omniū formarū, sic genus per negationē differentiarū; loquimur autem hic de genere, quod reperitur in naturis rerum, non de genere, quod reperitur in hominibus, sicut est genus Romanorum uel Heraclidarū. Secunda cōclusio, quam concludit Philosophus, est; quòd aliqua nō dicūtur differre specie ab his, quę nō sunt in eodem genere: ab his autem, quæ sunt in eodē genere differunt specie. Tertia conclusio est, quòd contrarietas non differt specie, sed contrarietas est differentia secundùm speciem: quod quidem differre specie solum inest illis, quæ sunt in eodē genere. Notandū est de prima cōclusione, quam *Nec forma alia est de essentia materiæ: nec differentia aliqua de essentia generis.* concludit Philosophus, q sicut impossibile est, quòd aliqua formarum sit de essentia materię; ita C impossibile est, q aliqua differētiarū diuidentiū genus, sit de essentia generis: si enim aliqua formarū esset de essentia materiæ, materia non esset in potētia ad oēm formā; quia non esset in potētia ad illam, quæ de essentia sui esset: similiter si aliqua differentiarum diuidentium genus esset de essentia generis, genus non esset in potentia ad omnes differentias, ipsum diuidentes. Ex quo habeo, quòd genus est in potentia ad omnes differentias ipsum diuidētes; & nulla earū est in actu; esse aūt specie diuersum, sem p est p differētiā uel *Esse specie diuersum, quomodo.* per differentias, quæ sunt in actu, & nō solū quæ sunt in potētia. Ex quo sequitur, q genus nō pōt D dici idē specie, uel diuersum respectu speciei ipsum diuidentis. Notandum est de secunda cōclusione: q aliqua non possunt dici diuersa specie (propriè loquendo) ab his, à quibus differunt genere: cuius ratio est, quia differentia secundum speciem pęnes actum accipitur: differentia autem secundū genus pęnes potentiam: cum enim species dicat actum, & genus dicat potentiam; oportet quòd ubi est dare duo genera, quòd ibi sit dare duas species; & ubi est dare duas species, ibi sit dare duas formalitates, diuidentes, unam potentiam: ab his ergo aliquibus aliqua, quæ differunt specie, differunt pęnes potentiam, non pęnes actum (nisi fortè secundariò) & per consequens dicuntur differre genere, & non specie; cum diuersitas secundum speciem accipiatur pęnes actum; diuersitas autem generis pę-

nes potentiam. Notandum est de tertia conclusione, quòd sicut albedo non est alba; cuius ratio est, quia albedo ita denominat aliquid aliud, quod non denominat seipsam: ita similiter differentia, ita facit differre, quòd ipsa non differt; sicut enim se habet albedo ad album, ita se habet differentia ad differens: cum ergo contrarietas sit quędam differentia secundùm speciem, ita est differentia secundùm speciem, quòd ipsa non differt: contrarietas enim ita denominat contrarium, quòd non denominat seipsam; ita ergo facit, quòd aliqua differunt secundùm speciem, q̃ ipsa non differt; & hoc quia contrarietas non est contrarium, sed forma denominans contrarium.

TEX. 25. *Dubitabit autem utique aliquis; quare femina à uiro non specie differt, contrario masculino & fęminino existente, differentia autem contrarietate? Neque animal masculinum & fęmininum diuersum est specie; quamuis secundùm se animalis hæc sit differentia: & non ut albedo, aut nigredo sed inquantum animal masculinum, & fęmininum est.*

In parte precedenti ostensum est, quòd contraria sunt differentia secundùm speciem; in parte ista ostendit, quòd aliqua contraria sunt, quę differunt non secundùm speciem. Et diuiditur in duas partes, quia in prima parte ostendit, quòd aliqua contraria sunt, quę non habent differentiam in specie: in secunda parte ostendit, quòd aliqua contraria sunt, quę differunt secundùm genus, ibi [Quoniam uerò contraria] Prima in duas partes, quia primò mouet quandam dubitationẽ de quibusdam contrariis, utrum. s. differant specie, uel non? in secunda parte soluit eã, ibi [Aut quia hęc quidem sunt] Prima pars in duas partes, quia primò mouet dubitationem in terminis specialibus: secundò mouet eam in generali, ibi [Est autẽ dubitatio] Primò mouet eam in terminis specialibus, dicens, quòd si ita est, sicut dictum est in lectione precedenti, scilicet quòd contraria differunt specie, dubitabit aliquis; quare masculinum & fœmininum, cum sint contraria, non differant specie? certum est enim, quòd masculus & fœmina per se diuidunt animal, & non per accidens: & tamen non differunt specie; non enim masculus & fœmina per accidens diuidunt animal, sicut albedo & nigredo, sed per se: quia animal inquantum animal diuisum est in masculum & fœminam. Notandum est, quòd hęc questio redditur dubitabilis ex duobus: primò quidem, quòd contrarietas differentia est secundùm speciem; masculus autem & fœmina contraria sunt; secundò redditur dubitabilis, quia masculinum & fœmininum sunt per se differentię animalis. Deinde cum dicit.

Est autem dubitatio hæc ferè eadem, & quare hæc quidem contrarietas facit specie diuersa, hęc uerò non? ut ambulatiuum & uolatiuum, sed albedo & nigredo non.

Postquam mouit questionem in terminis specialibus: hic mouet questionem in generali, dicens; quòd hęc questio mota in speciali in masculo & fœmina, ferè eadem est cum illa, quę potest moueri in generali; quia. s. aliqua contraria faciũt differre secundum speciem, & aliqua non. Videmus enim, q̃ ambulatiuum & uolatiuum contraria sunt, & faciunt differre animalia specie; quia animal uolatile, & animal gressibile specie differunt: albedo autem, & nigredo contraria sunt; & tamen non faciunt animalia differre specie; quia non est necesse, quòd animal album, & animal nigrum differant specie. Notandum est, quòd albedo & nigredo possunt comparari ad genus, quod diuidunt, scilicet ad colorem; & sic faciunt differentiam secundùm speciem; quia albedo & nigredo diuersificant colorem secundùm speciem: secundò possunt comparari ad subiectum, in quo sunt; & sic non faciunt differentiam secundùm speciem; quia non est necesse; quòd animal album, & animal nigrum differant specie. Et sicut dictum est de albedine & nigredine; ita dicendum est de masculino & fœminino: masculinum & fœmininum possunt comparari ad genus, q̃d diuidunt: & sic faciunt differre secũdum speciẽ: secundò possunt comparari ad animal, in quo est iste sexus; & sic non faciunt differre secundùm speciem; quia animal masculinum & fœmininum non differunt specie.

Ampliat dubitationem

Albedo & nigredo ad duo comparari possunt.

Masculinũ & fœmininum ad duo possunt comparari.

Aut quia hæc quidem sunt propriæ passiones generis, illa uerò minus. Quoniam hæc est quidem ratio, hæc autem materia; quæcunque quidem in ratione sunt contrarietates, specie faciunt differentiam; quæ uerò in concepto cum materia, non faciunt.

Soluit quæstionem iam motam. Et diuiditur in duas partes, quia primò soluit eam in generali: secundò soluit eam in specialibus terminis, scilicet in masculino & fœminino, in quibus mouebatur prædicta quæstio, ibi [Masculus uerò & fœmina.] Prima in duas, quia primò ponit solutionem suam: secundò ex dicta solutione mouet quandam quæstionem, ibi [Vtrum autem materia.] Prima in duas, quia primò ponit suam solutionem: secundò ex hoc cõcludit, quomodo quædam contraria non faciunt differre secundum speciem. Secunda ibi [Quapropter hominis albedo.] Ad euidentiam huius solutionis notandum est, quòd differentia secundùm speciem est diuersitas formalis; quæ enim specie differunt, formaliter differunt; ergo differentia secundùm speciem est diuersitas formalis, & oportet quòd illa contrarietas, quæ facit differre secundùm speciem, sequatur diuersitatem formalem: ita quòd omnia contraria, quæ faciunt differre secundùm speciem: oportet, quòd sequantur diuersas formas. Illa ergo contraria, quæ sequuntur diuersitatem materiæ, & non diuersitatem formæ, non faciunt differre secundùm speciem: & hoc quia illa contraria, quæ sequuntur diuersitatem materiæ, habent diuersitatem materialem; diuersitas autem materialis non causat diuer-

Solutio dubitationis propositæ.

Quæ specie differunt, formaliter differunt.

Quæ contraria faciunt differre specie, & quæ non.

diuersitatem specificam. Sed illa diuersitas, quę causat diuersitatem specificam, est diuersitas formalis, quia diuersitas formalis est diuersitas generis & non speciei: ideo sequitur ꝙ contraria, quæ faciunt differre specie, sunt illa, quæ per se diuidunt genus. His misis, patet litera Philosophi, quæ dicit: ꝙ ratio, quare quædam contraria faciunt differre secundùm speciem; & aliqua nó; est: quia quædam contraria sunt passiones generis. Vocãtur autem illa contraria per se passiones generis, quæ sumuntur a diuersis formalitatibus; hoc est, quæ sequuntur diuersas formalitates, diuidentes genus: minùs ãt propriè dicuntur contraria, quæ sequuntur numerum. Q. ergo d. illa contraria, quæ sumuntur ex parte formæ, faciunt differre secundùm speciem: quæ autem sumun- B tur ex parte materiæ, non faciunt differre secundùm speciem. Et hoc est, quod subdit; & in composito hæc quidem est ratio & forma; hæc autem est materia: illæ ergo contrarietates, quæ sunt ex parte rationia & formę, faciunt differentiam secundùm speciem: quæ autem sunt ex parte indiuidui, concepti cum materia, non faciunt differre secundùm speciem. Notandum est, quòd genus diuiditur per species, & per indiuidua; sed tamen differenter; quia diuisio, qua diuiditur genus, est diuisio formalis: diuisio autem, qua diuiditur species, est diuisio materialis. Et sicut est duplex diuisio; ita est duplex contrarietas; est enim quædam contrarietas, quæ sequitur diuisionem generis; & ista uocatur à Philosopho passio gene- C ris: & quia diuisio generis est diuisio formalis, sequitur quòd ista contrarietas faciat differre formaliter, & per consequens specie. Quędam est contrarietas, quæ sequitur diuisionem speciei per materias; & quia ista diuisio est diuisio materialis, sequitur quòd talia contraria, quæ tantùm materialiter differunt, possunt esse infra unam speciem; & quòd talia contraria possunt esse eiusdem speciei.

Cõtrarietas duplex.

Quapropter hominis albedo non facit, nec nigredo, nec albi hominis est differentia secundùm speciem ad nigrum hominem, nec si unum nomen imponatur: ut materia enim homo: non facit autem differentiam materia; non enim hominus species sunt homines propter hoc, quamuis diuersa carnes, & ossa, D *ex quibus hic, & hic: sed simul totum, diuersum quidem: specie uerò non diuersum, quia in ratione non est contrarietas. Hoc autem ultimum & indiuidũ. Callias uerò est ratio cum materia. Et albus itaque homo, quia Callias albus: secundùm uerò accidens homo albus: nec æreus itaque circulus, nec ligneus: nam triangulus æreus, & circulus ligneus, non propter materiam specie differunt; sed quia in ratione inest contrarietas.*

Concludit in exemplo, quomodo quædam cõtraria non faciunt differentiam secundùm speciem, dicens: quòd quia contraria non sequuntur materiam, non faciunt differentiam secundùm speciem; ideo sequitur, quòd albedo & nigredo A non faciunt differre secundùm speciẽ: albi enim hominis & nigri non est differentia secundùm speciem; nec etiam si impouatur nomen unum homini albo, puta A. & unum nomen homini nigro puta B. non enim dicimus, quòd A. & B. hoc est homo albus, & homo niger differant specie; & hoc quia differunt per materiam, homo autem materia est; differentia autem, quæ est pœnes materiam, non est differentia secundùm speciem: homo enim albus, & homo niger, qui differunt per materiam, non sunt species hominis. Vnde quamuis sint diuersæ carnes, & diuersa ossa huius hominis, & illius; tamen non differunt specie: licèt enim simul totum, hoc est indiuiduum, quod uocatur simul totum, quia concernit formã B & materiam, sit diuersum; tamen species non est diuersa: homo. n. indiuiduum, quod est diuersũ, est ultimum indiuiduum, quod non põt ampliùs diuidi nec diuisione formali, nec diuisione materiali: quod quidem indiuiduum concernit formã & materiam: Callias enim est ratio cum materia; Callias enim concernit formam humanitatis in tali materia. Quia autem ita est, quòd in indiuiduo concernitur formalitas, & materia, in qua recipitur formalitas: ideo sequitur, quòd accidẽs est in duplici differentia: est enim quoddam accidens, quod sequitur formalitatem in se, & hoc uocatur accidens per se: & est aliud accidens, qđ inest formæ per materiam, & per indiuiduum: & hoc est accidens, quod uocatur accidens per ac- C cidens: dicimus enim, quòd homo est albus per accidens: homo enim est albus, quia hic homo. s. Callias est albus. Hęc autem accidentia, quæ insunt per materiam, non faciunt differentiam secũdùm speciem: triangulus enim ligneus, & circulus æreus differũt secundùm speciem; sed tamen hæc differentia specifica, quæ est inter triangulũ ligneum, & circulum ęreum; non est quia diuersitas est in materia, scilicet inter ligneum, & æreum: sed est quia diuersitas & contrarietas est in ratione & forma. Notandum est, ꝙ in quolibet indiuiduo est formalitas speciei sub modo proprio: ex hoc enim differunt indiuidua, quia formalitas est recepta in alia, & alia materia: imaginabimur ergo, quòd duæ formalitates diuidunt D genus, & duæ receptiones eiusdem formalitatis diuidunt speciem. Quædam ergo sunt accidentia diuersa, quę sequũtur diuersitatem formalitatum; sicut risibile & hinnibile, quæ sequũtur formalitatem hominis, & equi: & ita accidentia contraria dicuntur, quę faciunt differre secundùm speciem, & hęc uocantur accidentia per se, quia insunt indiuiduo per speciem. Quędam autem sunt alia accidentia diuersa, quæ sequuntur diuersam receptionem eiusdem formalitatis in diuersis materiis; sicut uidemus, quòd eadem formalitas, puta humanitas in tali materia, iungitur cum nigredine: in alia autem iungitur cum albedine. Et talia accidentia uocantur accidentia per accidens, quia insunt formalitati per

Differentia quæ è penes materiam non est secũdum speciẽ.

Accidens duplex.

In quolibet indiuiduo est formalitas speciei sub modo proprio.

materiam; in qua recipitur formalitas: & talia accidentia non faciunt diuersitatem secundùm speciem; quia eorum diuersitas tantùm materialis est.

Vtrum autem materia non facit diuersa specie ens aliqualiter, aut est, ut facit? propter quid enim equus hic ab hoc homine diuersus est specie? Equidē rationes ipsorum cum materia: aut quia est in ratione contrarietas? Etenim albi hominis, & nigri equi, diuersitas est specie. sed non inquantum hic albus, ille niger: quoniam si ambo albi essent, tamen essent specie diuersa.

Mouet quandam quæstionem, Vtrum. s. diuersitas secundùm materiam aliquando faciat diuersitatem secundùm speciem? Et duo facit, quia primò mouet qōnem, dicens: ꝙ qō est, Vtrum illa, quæ sunt diuersa materia, sint diuersa spē? Videtur. n. ꝙ aliquando diuersitas in materia faciat diuersitatem in spē: hic. n. equus ab hoc homine differt spē; & tamen rō huius hominis, & ratio huius equi sunt in materia: ita ꝙ hic homo, & hic equus differunt per materiam, quia differunt indiuidualiter, & numeraliter. Secundò ponit solōnem, dicens: ꝙ dr̄ia in spē, quæ est inter hunc hominem, & hunc equum, non est ꝓꝑ diuersitatem in materia; sed ꝓꝑ diuersitatem in contrarietate, quæ est in forma, & rōe. Et est exemplum: albi. n. hominis, & equi nigri est dr̄ia in specie; sed hoc non est ꝓꝑ dr̄iam materialem, & formalem; non. n. differunt specie, quia hic albus, & hic niger; quia si ambo essent albi, adhuc differrent specie: sed ideo differunt specie, quia hic homo, & hic equus. Notandum ergo, ꝙ aliquando cum diuersitate materiali est unitas formalis; & tunc ita est diuersitas in numero; quòd est unitas in specie; aliquando cum diuersitate materiali est diuersitas formalis; & tunc est diuersitas in specie cum diuersitate in numero; quæ quidem diuersitas in specie non est propter diuersitatem materialem, sed propter formalem. Et hoc est, quod dicit Philosophus in litera; ꝙ quando diuersitas materialis & formalis coniunguntur, diuersitas in specie non est a diuersitate materiali, nisi per accidens; inquantum. s. diuersitas materialis iungitur cum diuersitate formali.

Obiicit circa dicta.

Multiplex diuersitas.

Masculus uerò et fœmina, animalis propriè sunt passiones; sed non secundùm substantiam. uerum in materia & corpore. Propter quod idem sperma fœmina aut masculus fit, patiens passionem aliquam.

TEX. 26. *Quid quidem igitur inesse diuersum specie; & quare alia differunt specie, alia non; dictum est.*

Postquam posuit solutionem quæstionis in generali; hic applicat solutionem iam dictam ad terminos speciales, in quibus mouebatur quæstio, dicens: quòd ideo masculus & fœmina non differunt specie; quia licèt masculinum & fœmininum sint propriæ passiones animalis, tamen non sunt passiones ex parte formalitatis & substantiæ, sed ex parte corporis & materiæ: diuersitas enim, quæ est inter masculum & fœminam, non

Applicatio dictorum ad dubium principale.

E sequitur diuersitatem formalitatum, sed diuersum modum materiæ, recipientis eandem formalitatem: uidemus. n. ꝙ idem sperma, aliter & aliter passum, fit aliquando masculus, aliquando fœmina. Concludit ergo Philosō. quid sit diuersum specie, dictum est: etiam dictum est, quare aliqua contraria differunt specie, aliqua non.

Quæreret quis, Quæ sit causa masculinitatis & fœmininitatis? Dicendum est, quòd multiplex causa potest assignari. Vna causa potest esse ex hoc, quòd agens uariatur; ubi notandum est, ꝙ generans, & agens semper intendit sibi assimilare passum, & trahere passum ad terminos suos; sed tamen aliquando contingit, quòd agens non habet plenum desiderium supra passum: & ideo F secundùm omnem modum non assimilat sibi passum; assimilat tamen quantum potest. Exemplum, uidemus enim, quòd semen asini intendit generare asinum, & deducere materiam ad terminos; sed tamen quia menstruum equæ non est dispositum ad suscipiendum formam asini, non potest ita materiam omnino trahere ad terminos proprios; nec potest omnino sibi assimilare eam: assimilat sibi tamen quantum potest: non ualens enim ex tali materia generare asinum, generat mulum; qui in multis est similis asino, quāuis non in omnibus. Sic ergo agens intendit sibi assimilare passum, & generare sibi simile: sicut masculus intendit generare masculum: quòd autem a masculo generetur fœmina, hoc est G præter intentionem agentis. Masculus enim agens est, quia masculus in generatione ministrat uim actiuam: fœmina autem patiēs est, quia fœmina in generatione ministrat materiam. Quando ergo ita est, quòd uirtus actiua, quæ est ex parte masculi, habet totale dominium supra materiam; tunc illam materiam omnino sibi assimilat, & trahit ad terminos proprios; & tunc masculus generat masculum: quando autem uirtus agentis non habet totale dominium supra materiam, tunc propter resistentiam materiæ & inobedientiam non potest omnino agens trahere passum ad terminos proprios, nec assimilare sibi passum secundùm omnem modum: assimilat autem sibi inquantum potest; non potens enim generare H masculum, generat fœminam, quæ minùs assimilatur masculo, quàm masculus. Vna igitur causa masculinitatis, & fœmininitatis in generari est ex hoc, ꝙ agens habet plenum dominium supra passum, uel non habet.

Quæstio.

Causa masculini, & fœminini sexus.

Mulus græce, quasi mixolos, i. mixtus.

Secunda causa potest magis accipi in speciali, ex qualitate seminis mulieris: quia si semen calidum est, magis faciet ad generationem masculi: si autem est in calore remissum, faciet ad generationem fœminæ. Et hoc fortè est, quod dictum est in litera: quòd ex eodem spermate generabitur masculus & fœmina; si sit passum alia & alia passione, uidelicet passione causali, & formali.

Secunda cā masculini et fœminini generis.

Tertia causa potest esse quantitas seminis: nā si

Tertia causa.

crescente

crescente corpore, crescit uirtus in pluri semine, plus erit de uirtute; & per consequens maius dominium habebit supra passum, ut possit passum sibi assimilare in masculinitate: si enim semen multum sit & calidum, magis facit ad generationem masculi: si autem modicum sit, & frigidum magis facit ad generationem fœminæ.

Quarta cã. Quarta causa potest esse ætas, quæ tamen causa reducitur ad dictam: iuuenes enim plus generant fœminas, quàm prouectiores ætatis: & etiam senex plus generat fœminas: huius ratio est; quia in iuuenibus calor non est adhuc completus: in senibus autem calor est diminutus. Multæ autem aliæ causæ possunt assignari masculinitatis, & fœmininitatis; sed hæ modò sufficiant.

Quoniam uerò contraria diuersa specie, corruptibile, autem & incorruptibile contraria; priuatio enim est in potentia determinata, necesse diuersum esse in genere corruptibile, & incorruptibile.

Postquam ostensum est, quòd quædam contraria non faciunt differentiam secundùm spẽm; hic ostendit, quòd quædam contraria sunt differentia specie. Et sic habemus, quòd quædam cõtraria sunt, quæ faciunt differentiam secundùm speciem: quædam sunt, quę non faciunt differentiam secundùm speciem; qualia sunt album & nigrum in homine; & masculinum & fœmininum in animali: quædam contraria sunt, quæ faciunt differentiam secundùm genus, qualia sunt corruptibile & incorruptibile. De primo & secundo genere contrariorum dictum est in præcedentibus: nunc autem est dicendum de tertio genere, scilicet quomodo corruptibile & incorruptibile differunt secundùm genus. Diuiditur autem hæc lectio, in qua determinatur de contrarietate corruptibilis, & incorruptibilis; in tres partes: quia in prima parte determinat ueritatem, scilicet quomodo corruptibile & incorruptibile differant secundùm genus: in secunda parte ponit errorem quorundam, qui errauerunt circa corruptibile & incorruptibile, & eum excludit: in tertia parte ex dictis infert quandam conclusionem. Secunda ibi [Hunc autem diximus] Tertia ibi [Palàm igitur, quòd.] Sententia primæ partis est ista: quòd quia contraria differunt specie, & non genere; uidetur quòd corruptibile & incorruptibile, cum sint contraria, quòd differant specie, & non genere, quod non est uerum: corruptibile enim & incorruptibile differunt secundùm potentiam & priuationem potentiæ; quia corruptibile pati potest & corrumpi: incorruptibile autem hac potentia priuatur, quòd non potest pati, nec corrumpi: & ideo corruptibile & incorruptibile sunt diuersa secundùm genus: quia impossibile est, quòd ea, quæ possunt non esse, & quæ impossibilia sunt non esse, sint infra unum genus; quia necesse esse, quod impossibile est non esse, & ens possibile non sunt infra unum genus.

Corruptibile, & incorruptibile quo differunt.

Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit quòd dictum est supra, quòd contraria sunt diuersa specie, & non genere: corruptibile autem & incorruptibile contraria sunt, & ideo uidetur, quòd sint diuersa specie tantùm, quod non est uerum: impotentia enim est priuatio determinatæ potẽtiæ: & ideo cum incorruptibile sit potentia ad pati; in incorruptibili autem sit priuatio huius potẽtiæ; necesse est quòd differant secundùm genus; quia differunt secundùm potentiam, & impotentiam, quæ est priuatio potentiæ.

Quæstio. Quæreret quis. Vnde sequitur hæc consequentia; corruptibile, & incorruptibile differunt secũdùm potentiam, & priuationem potentiæ; ergo differunt secundùm genus? Dicendum est, quòd hanc ueritatem possumus uenari duobus modis; primus modus est ex differentia, quæ est inter genus & speciem: secundus modus est ex differentia inter genus logicum, & genus naturæ.

Prima uia. Prima uia, & primus modus patet sic: differentia enim inter genus, & speciem est; quia genus a potentia sumitur, species autem ab actu: quæ ergo differunt specie, differunt secundùm formas, & secundùm actus; non autem pœnes potentiam; quæ autem sunt diuersa specie, sunt infra unam potentiam unius generis; sicut illa, quæ differunt forma, sunt infra unam potentiam unius materiæ: quæ ergo diuersa sunt in specie, diuersa sunt pœnes actum, & pœnes formam: quia ergo genus a potentia sumitur, quæ sunt infra duas potẽtias, sunt infra duo genera: sicut albedo & nigredo sunt infra unam potentiam, & unum genus; color enim est potentialiter album, uel nigrum; dulce autem & amarum sunt infra unam aliam potentiam, & aliud genus: potentia enim saporis specificatur per amarum & dulce, sicut potentia coloris per album & nigrum; diuersitas ergo generis est pœnes duas potentias, uel pœnes potentiam & priuationem potentiæ; esse corruptibile & incorruptibile cum differant pœnes potentiã & priuationem potentiæ, differunt secundùm genus. Imaginabimur enim, quòd contraria, quæ differunt specie tantùm, & non genere, pro tanto non differunt potentia, quia ex uno potest deueniri ad aliud per se; quia possunt esse extrema eiusdem in omnibus; sicut ex albo potest deueniri ad nigrum; ea enim, quæ sunt infra duo genera, pro tanto differunt genere & potentia, quia ex uno non deuenitur in aliud, nisi fortè per accidens, inquantum sapidum iungitur cum nigro. Secundùm ergo hoc, illa sunt infra unum genus, ex quo uno potest deueniri in aliud per se; quando autem duo sic se habent, quòd ex uno non potest deueniri in aliud, nisi fortè per accidens, uel quia ex uno non potest diuiniri in aliud nec per se, nec per accidens, illa sunt infra diuersa genera, quia sunt infra duas potentias, uel quia sunt infra potentiam & priuationem potentiæ.

Quæ sũt infra unũ genus quæque infra diuersa.

Exemplum de primo habemus in albedine & dulcedine; ex albedine enim non deuenitur in dulcedinem, nisi per accidens: exemplum de secundo habemus in corruptibili & in incorruptibili;

grum; de quibus nunc dictum est, & multa alia cõtraria similia istis: hoc autem est impossibile in incorruptibili & corruptibili, scilicet quòd insint per accidẽs illis, quibus insunt: nihil enim est corruptibile per accidens, sed omne, quod est corruptibile, est corruptibile per naturam suam: omne autem, quòd est accidens alicui, potest non existere illi; si ergo aliquid est corruptibile per accidens, contingit ipsum non esse corruptibile; qđ tamen est impossibile, quia corruptibile est de numero illorum, quæ necessariò insunt illis, quibus insunt: si enim corruptibile esset accidens, cõtingeret quòd unum & idem quãdoque esset corruptibile, quandoque incorruptibile; sicut unum & idem quandoque est album, quandoque est nigrum; & hoc quia corruptibile ex quo ponitur esse accidens alicui, contingit non inesse illi, & ita illud quandoque erit corruptibile, quandoque non: & quia hoc est impossibile, ideo dicendum, quòd corruptibile, uel dicit substantiam rei, cui inest, uel est de substantia eius. Et sicut dico de corruptibili, ita dico de incorruptibili, quia eadẽ ratio est de utroque; ambo enim sunt de numero illorum, quæ ex necessitate insunt illis, quibus insunt, & non per accidens: & ideo impossibile est, quòd corruptibile & incorruptibile habeant cõmunicationem ad inuicem; itaquòd communicẽt in uno genere: sed necessariò ita opponuntur, ꝙ sunt diuersa genere. Quæ enim communicant in uno genere, ita se habent adinuicem, quòd potest esse transitus ab uno in reliquum; hoc autem non potest esse, nisi illa accidērent illi, cui insunt; qđ quidem potest esse sub utroque eorum: cum autem corruptibile & incorruptibile non possunt inesse eidem per accidens, sed oriuntur à substãtia rei; necesse est, quòd sint diuersa secundùm genus. Notandum est, quòd si album oriretur a natura hominis, impossibile esset, quòd homo esset niger; immo necessariò niger homo esset homo æquiuocè: similiter si album & nigrum essent de natura illorum, quibus insunt; necessariò oporteret, quòd album & nigrum differrent specie: cum enim albedo & nigredo sint diuersæ species coloris, si essent de essentia illorum, quibus insunt, sequeretur quòd illa differrẽt specie. Si ergo corruptibile esset de essentia illorum, quibus inest; impossibile esset, quòd corruptibile fieret incorruptibile: nec corruptibile posit dici incorruptibile nisi æquiuocè. Similiter si incorruptibile & corruptibile non essent de essentia illorum, quibus insunt; possibile esset quòd corruptibile & incorruptibile essent accidentia; & fortè eidem naturæ possent accidere: sed quia sunt de essentia, quibus insunt, necessariò concernunt duas essentias, non solùm secundùm speciem, sed etiam secundùm genus, ut iam declaratum est. Deinde cum dicit.

Palàm igitur quòd non contingit esse species tales, quales dicunt quidam. Erit enim homo hic quidem corruptibilis, hic autem incorruptibilis. Equidẽ specie eadem dicuntur esse species, & non æquiuocè. Diuersa uerò genere, plus distant, quàm quæ specie.

Concludit quandam conclusionem ex præcedentibus; dictum est enim in præcedentibus, quòd corruptibile & incorruptibile non sunt eiusdem speciei: ex quo concludit Philosophus, quòd manifestum est, ꝙ est impossibile ponere ideas, quas ponebat Plato: si enim tales ideæ ponantur, sequitur ꝙ corruptibile & incorruptibile sint infra unam speciem. Ponebat.n. Plato, hominem incorruptibilem, quem dicebat ideam omnium hominum, & omnium corruptibilium, siue sensibilium: hunc autem, & illum dicebat esse eiusdem speciei: species enim, idest idea, & illud, cuius est species, id est ideatum secundùm Platonem non dicuntur æquiuocè, sed uniuocè; & sic sunt unius speciei: quod est impossibile; quia ostensum est, quod corruptibile & incorruptibile distant secundùm genus; quæ antem distant secundùm genus, plus differũt, quàm quę scđm speciem: & sic idea & ideatum, species & cuius est species, magis distant, quàm secundùm speciem. Et sic explicit Liber Decimus.

Corollariũ cõtra ideas Platonis.

ALTIORIS PHILOSOPHIAE ARISTOTELIS.

LIBER VNDECIMVS.



VOD quidem igitur sapientia circa principia sciẽtia est, palàm ex primis, in quibus dubitatum est ad dicta ab aliis de principiis.

Ad introductionem huius Libri notandum est, ꝙ hæc scientia uersatur circa ens, inquantùm ens; ad cuius speculationem & considerationem non se extendũt particulares sciẽntiæ: uersatur item circa substantiam substantiarum separatarum; ad cuius etiam considerationem non se extendunt aliæ scientiæ: de substantiis enim separatis solùm debet considerare illa scientia, quæ considerat de ente inquantùm ens: illa enim scientia, quæ considerat de ente inquantùm ens, debet considerare de primo. Sic ergo hæc scientia considerat de his separatis; quarum quidem considerationem ponit in libro Duodecimo. Antequam autem accedat ad considerationem substantiarum separatarum, sub quodam compendio recolligit ea, quæ dicta sunt in præcedentibus: ut ex cognitione illorum faciliùs deueniamus in cognitionem substantiarum separatarum. Et secundùm hoc, hæc pars diuiditur in duas partes; quia primò sub quodam compendio recolligit quædam, quæ dicta sunt tam hic, quàm in libro Physicorum: secundò incipit determinare de substantiis separatis circa medietatem sequentis Libri, ibi [Quoniam autem erãt tres

Intentio, cõtinuatio, et diuisio Libri.

Tex. cõ. 19.

tres substantię &c.]Prima in tres,quia primò recolligit,quę dicta sunt, & quæ præcedunt considerationem substantię;& hoc in principio Libri; secundò recolligit ea,quæ principaliter aspiciunt considerationem substantiæ; & hoc in principio sequentis Libri. Prima in tres, secundùm quòd tria præmittit, & recolligit:primò recolligit quasdam dubitationes, de quibus facta est mentio in *In principio.* Tertio huius: secundò recolligit quædã,quę dicta sunt in Quarto de his, quæ cadunt sub obiecto huius scientiæ:tertiò recolligit quædam, quę dicta sunt de ente imperfecto,& de ente per accidens,& de motu,& infinito;de quibus partim dictum est in libro Physicorum,partim In Sexto huius.Secunda ibi[Quòd quidem igitur]Tertia ibi [Quoniam autem simpliciter ens.]Prima in duas (tota enim ista pars est in recolligendo quædam dubia,de quibus dictum est in Tertio)dubia autem hæc sunt in duplici differentia;quia quædam sunt de contradictione huius scientiæ; quædam ãt sunt de rebus,de qbus consideratur in hac sciã; & sic in prima parte recolligit quædam dubia, quę sunt circa considerationem eius;secundò recolligit quædam dubia,quæ sunt de his; quæ considerantur in scientia,ibi[Adhuc utrum oportet poni]Prima in duas, quia primò quærit,quomodo sit hæc scientia circa principia,& circa substãtias;secundò quærit,circa quæ principia,& circa quas substantias sit, ibi [Sed neque circa dictas] Prima in duas,quia primò quærit,quomodo hæc scientia circa principia est;secundò quomodo circa substantias,ibi [Adhuc omnium substantiarũ] Prima in duas, quia primò supponit, quòd hæc scientia circa principia est; secundò mouet duas dubitationes,ibi[Dubitabit autem utique .]Dicit ergo primò; quòd hæc scientia, quę uocatur sapiẽtia,sit circa principia, manifestum est ex *Tex. 13. & inde.* Primo Libro,in quo dubitatum est de primis rerum principiis: in quo etiam libro recitata sunt dicta aliorum de primis rerum principiis. Notandum est, quòd in proœmio primi libri ostensum est,quòd sapientia est circa causas altissimas:ostęsum est etiam ibidem,quòd hęc scientia sapientia est:ex quo manifestè sequitur,quòd hæc scientia est circa rerum principia,& circa causas altissimas.

Dubitabit autem utique aliquis, utrum unam existimare esse oportet sapientiam, scientiam, aut multas?Si quidem enim unam,una autem est semper contrariorum:principia autem nõ contraria.Si autem non una,quales oportet ponere has?

Mouet duas quæstiones de consideratione huius scientiæ circa principia:secunda quæstio est, *Quæstio.* ibi[Ad huc speculari.]Primò ergo mouet primã mam quæstionem,dicẽs:quòd aliquis dubitabit, Vtrum una scientia,& una sapientia sit circa principia,an multę sapientię, & scientiæ sint circa rerum principia?Argumẽta enim sunt pro utraque parte: quòd enim principia rerum cadãt sub una scientia , uidetur impossibile; quæ enim cadunt

E sub una scientia,contraria sunt; contrariorum enim est una scientia: principia autem rerum nõ sunt contraria, quia principia ueniunt ad compositionem unius, quod impossibile est dicere de contrariis:quòd autem multæ scientiæ possint esse circa principia , uidetur impossibile; quia illæ scientiæ essent æquales, & sic unaquæque earum esset sapientia,quod est impossibile:quia una tãtùm sapientia est. Notandum est,quòd principia sub una sciã possunt cadere, quæ uocatur sapientia:quia licèt non sint contraria: tamen possunt reduci ad unum genus, & etiam ad rationẽ eius:& ideo illa scientia,quæ considerat de illo genere,considerabit de illis; sicut Physica,quæ considerat de ente physico,cõsiderat de quatuor causis ; scientia etiam,quæ considerat de ratione entis,aliquo modo considerabit de istis. *Principia rerum quo possunt cadi sub una scientia.*

F *Adhuc speculari demonstratiua principia unius, aut plurium? Siquidem enim unius,quare magis huius,quàm cuiusque? si autem plurium,quales oportet eas ponere?*

Mouet secundam dubitationem; quæ quidem *Quæstio.* dubitatio talis est, Vtrum principia demonstratiua.i.principia demonstrationis cadant sub speculatione unius scientiæ,uel plurium? Sunt.n.argumenta ad utranque partem: si enim dicatur, ꝙ cadant sub speculatione unius scientiæ, difficile est assignare,quę sit illa: quia non uidetur maior ratio,ꝙ cadant sub speculatione unius, quàm alterius : cum enim principia prima extendant se G ad omnes scientias,qua ratione cadunt sub speculatione unius,eadem ratione cadunt sub speculatione alterius. *Principia prima se extendunt ad oẽs scientias.* Si autem dicatur,ꝙ prima principia cadunt sub speculatione plurium scientiarũ; difficile est assignare, quæ sint, & quales sint illæ scientię plures: Notandum est, ꝙ ueritas huius quæstionis est, ꝙ una scientia considerat principia communia omnibus demonstrationibus. Ad cuius euidentiam notandum est: ꝙ principia cõmunia uocantur , quę componuntur ex terminis communibus, & generalissimis: *Principia communia quæ.* huiusmodi autẽ termini sunt unum, & ens: talia enim principia sequuntur naturam terminorum: sicut. n. termi- H ni habent maximam communitatem, ita similiter & principia; sicut hoc principium De quolibet affirmatio uel negatio, sequitur generalitatẽ & communitatem entis & non entis : quia ergò hæc principia sunt in terminis maximè communibus, considerabit de istis principiis illa scientia, quæ est de talibus terminis; hæc autem est Metaphysica . Et ideo quando dicitur, ꝙ non est maior ratio,ꝙ una scientia consideret de istis principiis,quàm alia; uerum est de scientiis particularibus;sed non est uerum de scientia uniuersali,quæ dẽt cõsiderare de maximè uniuersalibus.

Ad huc utrum omnium substantiarum, aut non? Si quidem enim non omnium,quale difficile assignare. Si autem omnium una, non manifestum, quomodo contingit plurium eandem scientiam esse.

Mouet duas quęstiones de consideratione sciẽtiarum.

stiarum. Et diuiditur in duas partes, secundũ duas quæstiones, quas mouet. Secũda ibi [Adhuc utrũ circa substãtias.] Dicit ergo primò, φ quęstio est, Vtrũ speculatio huius scientiæ sit circa omnes substãtias, aut sit circa aliquas, & circa aliquas nõ? Sũt enim argumẽta ad utrãque partẽ; si enim dicatur, φ speculatiõ huius scientiæ non est circa omnes substantias, difficile est assignari, circa quas est, & circa quas non: si autem dicatur, quòd una scientia, scilicet ista sit circa omnes substantias, sequitur impossibile; una enim scientia unius tantum est, & non plurium. Notandum est, quòd hæc scientia est circa omnes substantias, inquantùm conueniunt in una ratione substantiæ. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quando dicitur, quòd una scientia est unius & non plurium, intelligendum est, quòd debet esse circa unum formaliter, sed tamen potest esse circa plura materialiter, quæ participant formaliter illius unius. Ita enim est de unitate scientiæ, sicut de unitate potentiæ: una autem potentia est circa unum formaliter, & tamen est circa plura materialiter, quæ participant illam formalitatem: sicut potentia uisiua est circa colorem, tanquam circa unum formale, & circa omnia illa, quæ participant formalitatem coloris: similiter una scientia potest esse circa rationem substantię, quæ est esse p se, & circa omnia illa, quæ participant illam rationem.

Quæstio.

V nam potẽtiã, & unã scientiã esse unius, et nõ plurium, quo intelligitur.

Adhuc utrum circa substantias solùm, aut circa accidentia demonstratio est? Si enim circa accidentia demonstratio est, circa substantias non est. Si autem altera, quæ utraque, & utra sapientia? Demonstratiua quidem sapientia, quàm circa accidentia: hæc autem circa prima, quæ substantiarum.

Mouet secundam quęstionem, & est quæstio talis. Vtrum scientia demonstratiua sit circa substantias, an etiam circa accidentia? Sunt enim argumenta ad utrãque partem: uidetur enim, quòd demonstratio sit tantum accidentium; quia demõstratio est tantùm eorum, quæ concluduntur de subiecto; hæc autem accidẽtia sunt; Si autem sciẽtia demonstratiua est tantùm circa accidentia; tũc non est circa substantias: Si autem dicatur, quòd aliã demonstratiua est circa accidentia, & alia circa substantias: tunc dubium est, quæ sit utraque istarum? dubium etiam est, quæ utraque istarum debeat uocari sapientia? Videtur enim ex una parte, quòd demonstratiua, quæ est circa accidentia, sit sapientia: ex alia parte uidetur, quòd illa, quæ est circa substantias; quia illa est circa prima: substantia enim est de numero primorum, quia substantia est primum ens. Notandum est, quòd ueritas istius quæstionis est; quòd eadem scientia respicit substantiam inquantùm substantia est, & accidens: sed tamen differenter; quia substãtiam considerat consideratione diffinitiua: accidentia autem considerat consideratione demonstratiua. Ad demonstrationem enim duo concurrunt; quia primò scitur diffinitiuè, quid est illud, de quo primò concluditur per se passio: secundò demonstratur passio de illo: ita dico hic, quia prima sciẽtia, quæ considerat de substantia, scit quid de substantia; ita quòd de substantia scit diffinitiuè, & non demonstratiuè: secundò concludit passiones de substantia per diffinitionem scitam: & ita aliter scit substantiam, & aliter per se passiones.

Quæstio.

Eiusdẽ sciẽtia est considerare substantiam, et accidens.

De rõne demonstrationis duo sũt.

Sed non circa dictas Physicis causas quæsitam scientiam ponendum. Neque enim circa quod. cuius gratia tale enim bonum. Hoc autem in operabilibus existit, & existentibus in motu, & hoc primum mouet: tale enim finis. Primum autem mouens non est in immobilibus.

Mouet magis speciales quæstiones de consideratione huius scientiæ circa principia. Et diuiditur in duas partes, quia primò mouet quatuor quæstiones circa principia: secundò quærit circa qualia principia est hæc scientia, ibi [Dubitabit autem utique] Prima in quatuor, quia primò mouet qõnes de causis substantiarum sensibilium: secundò mouet unam quæstionem de consideratione mathematicorum, ad quam, scilicet scientiam pertineant. Secunda ibi. [Totaliter autem dubitationem habet] Tertia ibi [Attamen dubitationẽ] Quarta ibi [Totaliter autem dubitabit.] Primò ergo ponit primam dubitationem, dicens: φ quæstio est, Vtrum scientia, quam quærimus, possit esse circa quatuor causas, de quibus est dictum in Physicis? Videtur enim, quòd nõ possit esse circa causam finalem, cuius gratia omnia fiunt: finis enim habet rationem boni; bonum autem est in operationibus, & in his, quæ agunt per motum; quia bonũ est finis motus: unde in immobilibus, sicut in Mathematicis nihil demonstratur per finem; quia Mathematica abstrahunt à motu: finis etiam habet rationem mouendi: finis enim mouet efficientem, primum autem mouens non est in immobilibus. Notandum est, quòd ueritas huius quæstionis est, quòd hæc scientia specialiter considerat de ultimo fine; & quando dicitur quòd finis est in his, quæ agunt per motum: dicẽdum est, quòd non omnis finis per motum acquiritur: finis. n. uniuersalis, de quo intendit hęc scia, non acquiritur p motũ: omnia enim agentia intendunt habere finem, quia omnia agentia intendunt se assimilari primo agenti, inquantùm possunt; iste ergo finis omnium agentium supponitur, & per actionem non acquiritur: unde iste finis mouet omnem agentem, & babet rationem primi immobilis.

Quæstiones particulares.

Solo Physicorum p loquum processum.

Metaph. præ pue cõsiderat de ultimo fine.

Non omnis finis acquiritur p motum.

Totaliter autem dubitationem habet, utrum quidem circa sensibiles substantias est quæsita nunc sciẽtia, aut non, sed circa quasdam alias? Si enim circa alias, aut circa species, aut sicut circa Mathematica. Species quidem enim quòd non sunt, palam.

Mouet secundam quæstionem de consideratione substantiarum sensibilium, dicens: quòd quæstio est, Vtrum hæc scientia sit tantùm circa substantias sensibiles, an non? Si enim est tantùm circa substantias sensibiles, tunc non uidetur differre à scientia Naturali; quia scientia Naturalis est circa

Quæstio.

circa ſenſibiles ſubſtãtias: ſi autem dicatur, quòd hæc ſcientia eſt circa alias ſubſtantias, quàm circa ſenſibiles, difficile eſt aſsignare: quæ ſint illæ: non enim poteſt dici; quòd illæ ſint ſpecies, uel ideæ, quas ponit Plato: nec poteſt dici, quòd illæ ſint quædam mathematica intermedia inter ſubſtantias ſenſibiles & ſpecies, quia dictum eſt in præcedentibus, quòd non eſt dare tales ſpecies, nec talia intermedia: Notandum eſt, quòd ueritas huius quæſtionis eſt: quòd hæc ſcientia eſt circa ſubſtantias ſenſibiles; tamen aliter quàm ſcientia naturalis; quia ſcientia Naturalis conſiderat de talibus ſubſtantiis, inquantùm concernunt motum: ſcientia autem Metaphyſica conſiderat, inquantùm habet rationem ſubſtantię: conſiderat etiam de ſubſtantiis ſeparatis, de quibus nulla ſcientiarum particularium conſiderat. Debemus enim imaginari, quòd ſicut ſe habent duæ potẽtiæ, quarum una eſt ſuperior, & alia inferior ad inuicem, ſic ſe habent ad inuicem ſcientia uniuerſalis & particularis: potentia autem inferior & ſuperior ſic ſe habent ad inuicem, quòd aliquid cadit ſub appetitu potentiæ ſuperioris, quod non poteſt cadere ſub appetitu inferioris potentiæ: ſicut aliquid cadit ſub appetitu ĩtellectus, quod nõ cadit ſub appetitu ſenſus: ita a ſimili aliquid cadit ſub aſpectu ſcientiæ uniuerſalis, quòd non poteſt cadere ſub aſpectu ſcientię particularis: ſicut ſubſtantię ſeparatę ita cadunt ſub aſpectu Methaphyſicæ, quòd nõ poſſunt cadere ſub aſpectu aliarum ſcientiarum.

In primo Lib. in Septimo, & alibi ſepe.

Quò Naturalis, et Metaphyſicus conſiderant ſubſtantias ſenſibiles.

Potentia ſuperior & inferior quo ſe habẽt

Attamen dubitationem habet, & ſi eſſe quis ipſas ponat propter quid quidem non quemadmodum in Mathematicis, ſic habet & in aliis, quorum ſunt ſpecies? Dico autem quia Mathematica quidem intermedia ſpecierum ponunt et ſenſibilium, uelut tertia quædam præter ſpecies, & quæ hic. Tertius autem homo non eſt, neque equus præter auton & ſingulares.

Ponit tertiam quæſtionem de ſeparatione rerum Mathematicarum, Vtrum ſcilicet res mathematicæ ſint ſeparatæ ſecundùm rem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit quæſtionem, & arguit pro una parte: ſecundò arguit ad partem aliam, ibi [Si autem iterum] Dicit ergo primò, quòd ſi aliquis ponat mathematica ſeparata, ſicut quędam intermedia inter ſpecies & ſenſibilia, habet dubitationem; quia talia intermedia, quę ſunt inter ſpecies & ſenſibilia, tanquam tertiæ ſubſtantię; non ita benè ponuntur in rebus aliis, quorũ ſunt ſpecies, ſicut ponuntur in mathematicis: quòd autem ponantur in aliis, hoc eſt impoſsibile: ſi enim hoc eſſet, eſſet dare tertium hominem inter hominem ſenſibilem & ſingularem; & autò, id eſt per ſe hominem, & ſeparatum. Similiter eſſet dare tertium equum inter equum ſenſibilem, & ſeparatum; hoc autem eſt impoſsibile. Notandum eſt, quòd ratio Philoſophi eſt in hoc: quòd ſi dantur intermedia in mathematicis inter ſenſibilia, & ſpecies, dantur & in aliis; quia non eſt maior

Quæſtio.

E ratio de uno, quàm de alio; ſed in aliis non datur; quia ſi daretur, eſſet dare tertium hominem, & tertium equum, ergo neque dantur in mathematicis.

Si autem iterum non eſt (ut dicunt) circa qualia ponendum negociari mathematicum? Non eſt n. utique circa ea, quæ hic: horum enim nullum eſt, quale mathematicæ quærunt ſcientiarum. Neque enim circa mathematica quæſita eſt nunc ſcientia ſeparabile enim ipſorum nullum. Sed neque ſenſibilium ſubſtãtiarum: corruptibiles enim.

Arguit ad partem oppoſitam, quòd eſt dare mathematica abſtracta dicens; quòd ſi mathematica non ſunt ſeparata, difficile eſt aſsignare circa quæ negotietur mathematicis: non enim poteſt F negociari circa entia ſenſibilia, quę ſunt hic: nullum enim de numero ſenſibilium eſt tale ens, quale requirit ſcientia mathematica; & ideo mathematica debent poni alia à ſenſibilibus; quæ tamen ſi ponantur circa illa, non eſt ſcientia, quam quærimus; quia ſcientia, quam quærimus, eſt circa ſeparata ſecundùm eſſe: nullum autem de numero mathematicorum eſt ſeparatum ſecundùm eſſe; ſcientia enim, quam quærimus, non eſt circa ſubſtãtias ſenſibiles, quia tales ſubſtãtię corruptibles ſunt. Notandum eſt, quòd ratio Philoſophi eſt in hoc: ſi mathematica non ponuntur ſeparata, non eſt dare ſubiectum, circa quod uerſentur ſcientiæ mathematicæ; quia non poſſunt uerſari circa ſenſibilia, quæ ſunt hic, ſed quòd nõ ſit dare tale obiectum eſt impoſsibile: ergo mathematica G ſunt ſeparata. Notandum eſt, quòd ueritas huius quæſtionis eſt; quòd eſt dare mathematica ſeparata, non quidem ſecundùm eſſe, ſed ſecundùm diffinitionem: ita quòd mathematicus abſtrahit ab his, quæ ſunt hic ſecundùm diffinitionẽ, & non ſecundùm eſſe.

Mathematicus circa ſẽſibilia negociari nõ po

Mathematicus quo abſtrahit.

Totaliter autem dubitabit utique aliquis, cuius ſcientiæ dubitare de mathematicarum materia? Neque enim Phyſicæ propter circa habentia in ipſis principium motus, & quietis naturalis omne eſſe negocium. Neque etiam intendentis de demonſtratione & ſcientia: circa hoc ipſum genus enim inquiſitionem facit. Relinquitur igitur, propoſitam Philoſophiam de ipſis conſiderationem facere.

Ponit quartam quæſtionem, quæ eſt de conſi- H derationc rerum mathematicarum: & ẽ quæſtio talis: quod magna quæſtio eſt, & magnum dubiũ: cuius ſcientiæ eſt conſiderare & inquirere de materia & ſubiecto ſcientiæ mathematicæ? de tali enim inquirere, non ſpectat ad Phyſicum; quia Phyſicus eſt circa ea, quæ habent in ſe principiũ motus & quietis; ſubiectum autem ſcientiæ mathematicæ abſtrahit a motu; de tali enim non poteſt inquirere ſcientia Mathematicalis, quæ eſt demonſtratiua; quia omnis ſcientia inquirit paſsiones circa genus ſubiectum, & non inquirit de ſubiecto: & ſic Mathematica non inquirit ſuum ſubiectum, ſed querit paſsionem de ſuo ſubiecto. Cum ergo inquirere de ſubiecto Mathematicæ

Quæſtio.

non

Metaphys. inquirit subiecta Mathematica. non sit de consideratione Physici, nec Mathematici, relinquitur quòd hoc sit de cōsideratione primæ Philosophiæ.

Dubitabit autem utique aliquis, si oportet quærere quæsitam scientiam circa principia, uocata ab aliquibus elementa: hæc autem omnes in existentia cōpositionis ponunt. Magis autem utique uidebitur uniuersalium oportere esse quæsitam scientiam: omnis enim ratio, & omnis scientia uniuersalium, & non extremorum. Quare erunt utique sic primorum generum.

Quæstiones Mouet quæstiones de consideratione huius scientiæ quærendæ, scilicet circa quæ principia est. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres quæstiones, quas mouet. Secūda ibi [Hæc autem fiet] Tertia ibi [Adhuc autem.] Mouet ergo primò quæstionem, quæ quidem quæstio est talis, Vtrū, scilicet quæsita scientia sit circa principia, quæ uocantur elementa, quę quidē elemēta ponuntur esse de essentia & compositione rei: cùm enim res non possit cognosci, nisi cognoscantur sua principia, ex quibus componuntur; uidetur quòd scientia sit circa talia principia. Ad oppositum magis est, quia magis uidetur, quòd quæsita scientia sit uniuersalium, quàm talium elementorum, quæ componunt rem particularem: omnis enim ratio & omnis scientia circa uniuersalia est, & non circa extrema, quæ sūt particularia: ex quo sequitur, quòd hæc scientia est primorum generum, quę sunt maximè uniuersalia. Notandum est, quòd *Metaphy. circa quæ* hæc scientia circa uniuersalia est; est enim circa maximè communia: tamen ista uniuersalia non debent uocari principia separata, sicut dixerunt Platonici: hæc etiam scientia est circa principia intrinseca rei, qualia sunt materia & forma.

Hæc autem fient utique ens & unum. Hæc enim maximè utique existimabuntur continere entia omnia, & maximè principia uideri: quia prima natura sunt. Corruptis enim ipsis, cointerimuntur reliqua: omnia enim ens & unum.

Mouet secundam quæstionem. Ad cuius euidētiam notandum est, quòd hoc dubium habet *Quæstio.* ortum ex præcedenti: si enim hæc scientia est circa principia, quæ dicūtur genere; sequitur quòd maximè sit circa ens & unum, quę uidentur esse principia. Vtrùm autem unum & ens sint principia, magnam habet dubitationē: & ideo Philosophus arguit ad utranque partem; primò enim probat, quòd ens & unum principia sunt: secundò probat oppositum ibi [Secundùm quòd autem differentias] Dicit ergo primò, quòd si genera principia sunt, hoc maximè conueniet enti & uno; ens enim & unum omnia continent: principia etiam prima sunt; ratio autem primi conuenit enti & uno: nam primum est, ad cuius remotionem alia remouentur; remoto autem ente & uno, omnia remouentur; corruptis etiam ipsis, omnia corrumpuntur; quia omnia sunt ens & unum. Deinde cum dicit.

Secundùm quòd autem differentias ipsis, necesse

A *participare, si ponat quis ipsa genera: differentia autem nulla genere participat; sic non utique uidebitur oportere ipsa poni genera, neque principia.*

Arguit ad oppositum; & est ratio talis: quę nō sunt genera, non sunt principia, secundùm positionem ipsorum: sed ens & unum non sunt genera; ergo non sunt principia. Quòd autem ens & unum non sint genera, hoc probat Philosophus sic in litera; nulla differentia participat genus, sed omnia participant ente & uno; ergo ens & unum nō sunt genera. Et hoc est, quod dicit litera: quia si necesse est omnes differentias participare ipsis, i. ente & uno; nulla autē dr̄ia participat genus: si ita est, necesse est, quòd ens & unum non sint *Ens, & unū non sunt genera.* genera. Notandum est, quòd ueritas huius quę B stionis est in hoc; quòd ens & unum non sunt genera, aliàs omnia prædicamenta essent in uno genere: quòd si essent genera, non deberent dici *Uniuersalia non sunt principia particularium.* principia; quia uniuersalia nō sunt principia particularium. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ens & unum potest accipi duobus modis: uno modo ens dicitur illud, quod est ipsum esse; & unum, quod est ipsa unitas: & sic ens & unum tantum conuenit enti primo; quia est ens per essentiam: & sic ens & unum est principiū *Ens, & unū dupliciter.* omnium entium, quæ sunt entia per participationem. Secundò modo accipitur ens & unum pro ipso communi analogo, quod est commune enti per essentiam, & enti per participationem: uel quod est commune decem prædicamentis; & C sic ens & unum non est principium entium; quia uniuersalia non sunt principia entium. Notandum est, quòd Philosophus dicit, quòd differentia non participat genus, cuius ratio est: quia illud, quod participatur ab aliquo, est de essentia & intellectu illius; si ergo genus participaretur a differentia, oporteret quòd genus esset de essentia & intellectu differentiæ; hoc autem non est uerum, quia genus est extra conceptum & intellectum differentiæ: ens autem & unum, quia participantur ab omnibus, impossibile est; quòd sint genera; de hac autem ratione plenius dictum est in Tertio. Deinde cum d. *pag. 63. D. & inde.*

Adhuc āt si magis principiū, quod simplicius, eo quòd minus tale, ultima autem eorum, quæ ex genere simpliciora generibus, indiuisibilia enim: genera D *autem in plura, & differentia diuiduntur; magis utique principiū uidebitur esse species generibus. Quia autem conterimuntur generibus species, genera principiis assimilantur magis. Principiū n. quod interimit. Quæ quidem igitur dubitationem habent, hæc & alia sunt altera.*

Ponit tertiam quęstionem, & est quæstio, Vtrū *Quæstio.* species sit magis principium quàm genus, an gēnus sit magis principium quàm species? In hac autem quęstione primò probat, quod species est magis principium quàm genus; & est ratio sua talis: quòd simplicius est, magis principiū est eo, quod est minus simplex; species autem ultimæ diuidentes ipsum genus, quę sunt species specialissimæ, quę am-

amplius non diuiduntur diuisione formali, simpliciores sunt ipsis generibus; cuius ratio est; quia quæ sunt magis indiuisibilia, sunt magis simplicia; species autem indiuisibiliores sunt ipsis generibus; quia species non diuiduntur diuisione formali: genera autem diuiduntur in plura differentia specie & forma: & sic species uidentur magis principia quàm genera. Secundò probat, quòd genera sunt magis principia quàm species, & est ratio sua talis; de ratione principii est, quòd eo remoto, alia remouentur; sed interemptis generibus, interimitur species, & non econuersò: ergo genera magis assimilantur principiis, quàm species: nam magis principium est, quod magis interimit; tale autem genus est. Concludit ergo Philosophus, quòd dubia, quæ possunt moueri de consideratione huius scientiæ, huiusmodi sunt, & alia sunt. Notandum est, quòd genus magis diuisibile est quàm species; & species diuisibilis magis quàm genus; sed tamen differenter: genus enim est magis diuisibilis quàm species, quia continet plura in potentia; quia infra genus sunt duæ differentię in potentia, quæ non sunt infra speciem: species autem magis diuisibilis est quàm genus; quia continet plura in actu; quia aliquid est de actualitate speciei, quod non est de actualitate generis. Notandum est, quòd genus & species sunt principia cognoscendi: quia autem res magis cognoscitur, quando de ea cognoscitur natura speciei quàm natura generis (magis enim cognoscitur Sortes, quando de eo cognoscitur humanitas, quàm quando de eo cognoscitur animalitas) sequitur quòd species facit magis cognoscere rem quàm genus; & per consequens est magis principium cognoscendi. Licèt enim cognitio generis ad plura se extendat, quàm cognitio speciei, & (extensiuè loquendo) genus sit magis principium quàm species; tamen species profundiùs & extensiùs facit cognoscere rem quàm genus: & ita quasi (intensiuè loquendo) species est magis principium cognoscendi quàm genus.

Remotis pri cipiis alia removentur.

Quo genus et species sint magis et minus diuisibilia.

Quo genus & magis principiū quàm species, & e conuersò.

Adhuc utrum oportet poni aliquid præter singularia, aut non? Sed horum quæsita scientia. Sed hæc infinita? Quæ uerò præter singularia, genera, aut species sunt. Sed neutrius horum quæsita nunc scientia. Propter quod enim impossibile hoc, dictum est.

Postquam recollegit aliquas dubitationes, quę sunt de consideratione huius scientiæ; hic recolligit alias dubitationes, quæ sunt de his, quæ considerantur in hac scientia. Et diuiditur hæc pars in duas partes: in hac enim scientia considerantur substantiæ, & etiam principia: primò ergo mouet quædam dubia de substantiis: secundò mouet de principiis, ibi [Adhuc autem siquidem est aliqua scientia] Prima in duas, secundùm duas quęstiones, quas mouet. Secunda ibi [Etenim totaliter dubitationem] Primò ergo ponit primam quęstionem, & est quęstio talis. Vtrum possit poni aliquid in rerum natura subsistens præter singularia, uel nihil tale possit poni? Et sunt argumenta ad utranque partem: si enim nihil tale ponatur, sequitur quòd ipsorum singularium sit scientia; hoc autem est impossibile: singularium enim sunt infinita; infinitorum autem non est scientia. Si autem tale aliquid ponatur præter singularia, illud erit genus, uel species; sed quòd genus, & species non possit poni, dictum est: dictū etiam est quòd nunc quæsita scientia non ē de genere & specie; quæ sunt separata præter singularia. Notandum est, quòd ueritas huius quæstionis est; quòd uniuersalia non sunt separata a singularibus; cuius ratio est, quia uniuersalia non habent esse nisi in singularibus: quòd enim habeant esse, & non habeant esse in singularibus, hoc est impossibile. Et quando dicitur, quòd uniuersalia non sunt separata à singularibus, sequitur quòd singularium est scientia; quod est impossibile, quia singularia sunt infinita. Dicendum est, quòd licèt uniuersalia non sint separata secundùm rem a singularibus; tamen sunt separata secundùm rationem: talis autem separatio sufficit ad rationem scientię. Deinde cum d.

An detur substātia separata à singularibus.

Vide in Septimo huius tex. cō. 45.

Etenim totaliter dubitationem habet, utrum oportet aliquam existimari substantiam separabilem præter sensibiles substantias, & eas, quæ hic, aut nunc sed hæc esse entia, & circa hæc sapientiā existere. Quærere quidem enim uidemur aliam quandā & propositum est hoc nobis. Dico autem scire, siquidem separabile secundùm se, & nulli sensibilium existens.

Mouet secundam quæstionem, quę quidem quæstio est, Vtrum sit dare aliquam substantiam æternam præter substantiam sensibilem & corruptibilem? Et diuiditur hæc pars in duas partes, quia primò mouet quæstionem: secundò arguit pro una parte, scilicet quòd non est dare talem substantiam: tertiò arguit pro alia parte, quòd necessariò est dare talem substantiam. Secunda ibi [Adhuc autem] Tertia ibi [Si autem non separabile.] Primò ergo mouet quæstionem, dicens: q magnam dubitationem habet, Vtrum debeat poni aliqua substantia separata & æterna præter substantias sensibiles, quæ sunt hic? Vel utrum non sit dare nisi entia sensibilia, circa quæ uersetur sapientia? Secundùm enim ueritatem, in hac sciētia uidetur quærere quandam aliam substantiam æternam præter substantiam sensibilem: & nostrum propositum est, uelle determinare de tali substantia: uolumus enim scire, quid est separabile secundùm se, quod non est existens idem alicui de numero sensibilium.

Quæstio.

Adhuc autem si præter sensibiles substantias est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles oportet ponere hanc esse? Quid enim magis præter homines, aut equos, quàm aliorum animalium ponet quis ipsam, aut totaliter inanimatorum? Aequales quidem sensibilibus & corruptibilibus substantiis perpetuas alteras constituere, extra rationabilia uidebitur utique cadere.

Arguit pro una parte quæstionis, scilicet quòd non

non est ponere, substantias æternas præter substantias sensibiles; & est ratio sua talis: si ponatur substantia æterna præter substantiam sensibilem; qua ratione ponetur substantia æterna respectu unius speciei sensibilis, sicut homo æternus respectu hominis sensibilis; eadem ratione ponentur substantiæ æternæ & separatæ ab omnibus speciebus sensibilium: sed quòd ponantur substantiæ æternæ respondentes sensibilibus, hoc est extra rationem & impossibile; ergo tales substantiæ non possunt poni in sua ratione. Patet litera, quæ dicit sic: quòd si præter substantias sensibiles ponitur aliqua substantia separata, dubium est, præter quas debeant poni, & præter quas non? non enim est maior ratio, quòd ponatur aliqua separata substantia præter homines & equos sensibiles, quàm ponatur præter alia animalia: uel etiam quòd totaliter ponatur præter inanimata; & sic præter omnia sensibilia ponuntur aliqua separata: & sic oportebit constituere substātias separatas & sempiternas æquales substantiis sensibilibus: hoc autem extra rationem est, scilicet quòd sint substantiæ separatæ æquales substantiis sensibilibus.

Si autem non separabile à corporibus quæsitum nunc principium est, quod utiq; aliud quis ponet magis materia? hæc tamen actu quidem non est, potentia autem est. Magis utiq; principium principalius hæc uidebitur esse species & forma: hoc autem corruptibile. Quare totaliter non est perpetua substantia separabilis & secundùm se. Sed inconueniens: uidetur enim & quæritur ferè a grauissimis tanquam existens quoddam principium, & substantia talis. Quomodo enim erit ordo, non existente aliquo principio perpetuo & separabili, & manente?

Arguit ad oppositum, probando quòd inconueniens est dicere, ꝙ sit alia substantia a substantia sensibili; & fundatur ratio sua super duo fundamēta. Primum fundamentum est, ꝙ forma est magis principium quàm materia; forma enim dicit actum; materia autem dicit potentiam; actus enim est magis principiū quàm potētia. Secundū fundamentū est, ꝙ impossibile est dicere, ꝙ omnis forma, quæ est magis principiū quā materia, sit corruptibilis: si enim ois forma esset corruptibilis, & nulla esset forma perpetua separata, nullus esset ordo in rebus: ordo enim in rebus causatur à forma perpetua separata. Quasi ergo dicat Philosophus per istam ratione: si est dare materiā & potentiā; est dare formā & actum: non omnis aūt forma & actus est corruptibilis; ergo oportet dare aliquam formam incorruptibilem & separatam. Et hoc est, quod dicit litera: quòd si qualibet causa principium, id est forma non est separabile à corporibus sensibilibus; inconueniens sequitur: si enim aliquis ponat, materiam esse principium, oportet ꝙ ponat aliquid aliud magis esse principium ipsa materia; & hoc, quod ponitur magis esse principium, est ipsa forma: materia enim nō

Ordo in rebus causatur à forma æterna.

A est actu, sed potentia; ipsa autem species, uel forma magis principium est ipsa potentia; quæ quidem species & forma si totaliter corruptibilis est, sequitur ꝙ nulla substantia erit perpetua, & separabilis à materia, & secundùm se existens: hoc autem inconueniens est; talis enim substantia perpetua ponitur à grauissimis, & maximis philosophis, tanquam quoddā principium: quia non existente tali substantia perpetua & æterna, non erit ordo in rebus: ordo enim in rebus causatur a substantia perpetua & æterna. Notandum est: quòd ueritas huius quæstionis est in hoc; quia est dare substantiam æternam & separatam; ratio est, quia substātia materialis est substantia possibilis esse; omne enim quod est in materia, habet naturam possibilis; possibile autē esse arguit necesse esse. Similiter substātia materialis arguit substantiam æternam: sicut enim impossibile est dicere, ꝙ sit dare substātiam possibilem, sine substantia separata; ita impossibile est dicere, ꝙ sit dare substantiam materialem sine substantia æterna. Sic ergo est dare substantiā æternam, non tamē eo modo quo Plato posuit; qui posuit substantiā æternā, quæ dicitur spēs uel idea: sed ista substātia, quæ datur, est substātia separabilis, à qua est oīs ordo in substantiis materialibus.

Necessitas ponendi primum ens separatum.

Possibile arguit necesse esse.

B

Adhuc autem si quidem est aliqua substantia, & principium tale secundùm naturam, quale nunc quærimus; & hoc unum omnium & idem perpetuorum & corruptibilium, dubitationē habet; propter quid quidem eodem principio existente, hæc quidem sunt perpetua eorum, quæ sub principio; hæc autem non perpetua? hoc enim inconueniēs. Si autem aliud quidem principium est corruptibilium; aliud autem perpetuorum. Si quidem perpetuum & quòd corruptibilium. Similiter dubitabimus, propter quid enim non perpetuo principio existente, & quæ sub principio perpetua? Corruptibili autem existente, aliud aliquid principium sit huius, & illius alterum; & hoc in infinitum procedit.

C

Postquam mouit quæstionem de substantiis; hic mouet quæstionem de principiis rerum. Et diuiditur in duas partes; quia primò quærit, qualia sunt principia: secundò quæ sunt principia. Secunda ibi [Si aūt rursus aliquis] Primò ergo quærit, qualia sunt principia, & est quæstio talis, Vtrū principia corruptibilium & incorruptibiliū sunt eadē, uel diuersa? Quod.n. sint eadem, nō uidetur possibile; si enim est idem & perpetuū principiū incorruptibile, & corruptibile; non uidetur posse reddi ratio, quare hoc est perpetuum, & hoc nō; cum omnis perpetuitas & corruptibilitas oriatur a principio: ex quo principium est idē; qua ratione unum est perpetuū, & reliquū; & qua ratione unum est corruptibile, & reliquum. Si autē principia corruptibilium sunt aliud & aliud, tunc restat quæstio: aut enim principium corruptibile est perpetuum, aut non: si perpetuum est, tunc uidetur, ꝙ ipsum corruptibile sit perpetuum: si autem dicatur, ꝙ principium rei corruptibilis est

Qualia sūt principia rerum.

D

Fff corru-

corruptibile, sequitur ꝙ principii erit principiũ; & sic pôt abiri in infinitũ. De ratione etenim corruptibilis est, quòd sit posibile: de ratione autem posibilis est, quòd habeat principiũ: si ergo principium corruptibile est, posibile est: si autem posibile principium habet, ut sic principii erit principium, & erit abire in infinitum in principiis. Visa hac sententia rationis huius, patet litera, quæ dicit; ꝙ si est aliqua substãria perpetua & æterna, quæ est principium unicũ omniũ corruptibiliũ & per petuorum, quæstionẽ magnã habet, quomodo hoc est corruptibile, & hoc perpetuum, ex quo principium est unum? Si autem dicatur, quòd principium corruptibilium, & perpetuorum est aliud, adhuc restat dubium; si enim principium corruptibilium est perpetuum, sicut principium perpetuorum; uidetur quòd utrunque sit perpetuum: si autem principium corruptibilium est corruptibile, sequitur quòd principii erit principiũ, & sic usque in infinitum: quia esse corruptibile habet principium. Notandum est, quòd ueritas huius quęstionis est: quòd principium tam corruptibilium quàm perpetuorum unum est, quia omne ens ab uno ente deriuatum est. Sed tamen hoc nõ obstante, hæc quidem perpetua sunt; hęc autẽ corruptibilia: cuius ratio est, quia debemus imaginari, quòd licèt ens primum & causa prima uno modo, & uniformiter se habeat ad omnia, tamen omnia non eodem modo aspiciunt illud: quædam enim de numero entium aspiciunt primum sub aspectu propinquiori, & hæc quidẽ perpetua sunt; quædam autem sub aspectu longinquiori, & hæc sunt corruptibilia: licèt ergo unum sit principium, tamen propter diuersum modum participandi illud principium, potest esse magna uarietas in principiatis, secundùm quam uarietatem hæc quidem dicuntur perpetua, hæc autẽ corruptibilia. Et est exemplum: licèt enim lux sit una, tamen magna uarietas potest esse in luce secũdùm diuersitatem recipientium: pariter potest esse magna uarietas in entibus secundùm diuersam habitudinem, quam habent principiata ad principium. Deinde cum dicit.

Vnicũ principiũ corruptibiliũ, & incorruptibilium.

Difformitas in rebus unde oritur.

Si autẽ rursus aliquis puta maximè principia immobilia, esse ens & unũ ponat; primò quidẽ, si non hoc aliquid & substantiã utrũque ipsorũ signãt, quomodo erũt separabilia & ꝑ se? Talia aũt quærimus ꝑpetua, quæ & prima principia. Si uerò hoc aliquid et substãtiã utrunq; ipsorum significat; oĩa erunt substantia entia. De oĩbus.n. ens prædicatur, de quibusdã autem et unũ; Substantiã autẽ esse oĩa entia falsum.

Postquam quæsiuit, qualia sunt principia; hic quærit, quæ sunt principia. Et diuiditur in duas partes, quia primò quærit, quę sunt principia: secũdò quærit de unitate principiorũ ibi[Adhue utrũ principia] Prima in quatuor partes, quia primò quærit, utrũ ens & unum posint dici principia: secundò utrũ unũ & numerus: tertiò utrũ magnitudines: quartò utrũ substantiæ separatæ, quas ponebat Plato. Secunda ibi[Adhuc autem primum

Quęres circa principiorũ quidditatẽ.

E principium] Tertia ibi[Siverò lineas] Quarta ibi [Exibet autem dubitationem] Dicit ergo primò, quòd si aliquis posuerit, ꝙ ens & unũ sint principia immobilia, magnam dubitationem habet: Etenim ens & unũ, quæ ponũt principia omniũ, uel sunt suba & hoc aliquid, uel nõ sunt: si dicatur ꝙ nõ sunt suba, nec hoc aliquid, sequitur ꝙ non sunt separabilia, nec ꝑ se subsistẽtia: si autẽ separabilia nõ sunt, perpetua nõ sunt; hic autẽ quærimus principia perpetua. Si aũt dicatur, ꝙ utrũq; illorum substantia est, & hoc aliquid est, sequitur ꝙ accidens sit substantia: cum enim ens & unum sint quoddã cõmune dictũ de substãtia & accidẽte, sequitur ꝙ accidẽs sit substãtia, ex quo ens, qđ substãtia est, de eo dicitur, ꝙ autẽ accidens sit sub-

F stãtia, imposibile est. Notãdum est, ꝙ ratio Philosophi in breui est ista: imposibile est, ꝙ ens & unũ sint principia: ens enim & unũ uel substanria est, uel nõ est; si substãtia nõ est, principiũ nõ est, quia principium omnium substantia est: si etiam substantia est, cũ dicatur de accidente; ergo accidens substãtia est, quod est falsum. Notandũ est, quòd ueritas huius quæstionis est: quòd ens & unum communiter dicta, analogicè dicuntur ad substantiam & accidẽs; principium autem debet esse substantia, & debet esse per se subsistẽs: licèt autẽ ens & unũ communiter dicta, non sint principia; tamen ens primum & unum est principium respectu omnium, & respectu substantiarum, & respectu accidentium. Et licèt ens tale sit substan-

Ens, primum principium est uniuersorum rerum.

G tia, tamen non sequitur, quòd accidens substantia sit, sicut arguebat Philosophus: cuius ratio est; quia (sicut dictũ est supra) propter diuersam attributionẽ entium ad primum ens, non obstante ꝙ ipsum sit unũ, quædam sunt corruptibilia, quædã incorruptibilia: ita nõ obstante ꝙ primum principiũ substantia sit, tamen quædam entia erunt substantiæ, & quædã erunt accidentia, propter diuersam habitudinem entium ad substantiam primã.

Adhuc autem primum principium, quòd unum dicentibus, & hoc substantiam, ex uno autem & materia numerum generant primò, & hanc substantiam dieunt esse, quomodo contingit quòd dicitur uerum? Dualitatem esse.n. & reliquorum unum quemque numerum compositorum, quomodo unum

H *oportet intelligere? De hoc enim neque dicunt nihil, nec facile est dicere.*

Ponit secundam quæstionem, Vtrum unum & numerus posint poni principia? Ponebant enim aliqui, quòd primus effectus unius numerus est; numerum autem ponebant substantiam & essentiam rerum, & per consequens unum ponebant esse substantiam rerum; & ideo quærit Philosophus, quomodo hoc potest esse, dicens: quòd illi, qui ponunt unum esse principium & substãtiam rei, dicunt quòd ex uno sicut ex materia primò generatur numerus; & hunc numerum dicũt substantiam rei; hoc autem non potest esse, quia si unũ est tota natura numeri, oportet quòd quilibet numerus sit aliquid unum, quod est imposibile; quia

Quæstio.

quia si hoc esset uerum, dualitas, & quilibet aliorum numerorum compositorum ex unitatibus, esset aliquid unum; hoc autem non est benè intelligibile, nec est facile significare hoc uerum, nec etiam hoc dicunt Platonici. Deinde cum dicit.

Si uerò lineas, aut his habita dico autem superficies, prima ponat quis principia; Hæc autem nõ sunt substantiæ separabiles. Decisiones autem & diuisiones, hæ quidem superficierum, hæ autem corporum, puncta autem linearum. Adhuc autem termini eorundem horum: omnia autem existunt in aliis, & separabile nullum est.

Quæstio.

Tangit tertiam quæstionẽ de principiis. Ad cuius euidentiam notandũ est, quòd quidã posuerũt lineas, & superficies esse principia rerum: hanc aũt positionẽ improbat Philosophus per duas rõnes. B Secũda ibi (Adhuc quõ substãtiã) Ponit ergo primã rationẽ, quæ talis est: principia substantiæ sunt separabilia; sed linea, & superficies non sunt separabiles; ergo non sunt principia. Et hoc est, quod dicit litera: quòd si aliquis ponat lineas, & ea, quæ sequuntur ad lineas, sicut sunt superficies, esse prima principia, non benè ponunt; quia nõ sunt substantiæ separabiles; patet, quia lineæ sunt decisiones & diuisiones superficierum; superficies autem corporum; puncta autem linearum: sunt etiã superficies quidam termini; nullum autem de numero talium separabile est, sed semper in alio est; quia terminus non separatur ab eo, cuius est terminus; nec decisio ab eo, cuius est decisio.

Punctus est terminans, et diuisio lineæ, diuersimodè tamẽ: ut quidem terminat, est actu in lineæ; ut uerò diuidit, est solù in potentia.

C *Adhuc quomodo substantiam existimare oportet unius & puncti? substantiæ quidem enim omnis generatio est, puncti autem non est: diuisio enim punctum exhibet.*

Ponit secũdam rationem, & est ratio sua talis: principium substantia est, sed punctus & unitas non sunt substantia; ergo non sunt principia. Et hoc est, quod dicit litera; quòd nullus potest opinari, quòd natura unitatis & puncti sit substantia; substantia enim incipit esse per generationem; puncti autem non est generatio; punctus enim non incipit esse per generationem, sed per diuisionem; facta enim diuisione in linea, incipit esse punctus; unde punctus est quædam diuisio. Deinde.

D *Exhibet autem dubitationẽ, & oportet quidem scientiam esse uniuersalium, & talis: substantiã autem non uniuersalium esse, magis autem hoc aliquid separabile. Quare si circa principia est scientia, quo modo oportet principium existimare substantiã esse?*

Quæstio.

Quærit quæstionem de substantiis separatis, quas ponebat Plato, Vtrũ scilicet sint principia? Et diuiditur in duas partes, secundum duas quæstiones, quas quærit: prima quæstio est, utrum tales substantiæ sint principia? secunda est, utrum sit dare aliquam substãtiam separatam talem? ibi (Adhuc utrum) Dicit ergo primò, quòd magnum dubium habent, utrũ tales substantiæ separabiles principia sint? Videtur enim quòd non, quia omnis scientia uniuersalium est; tales autem substantiæ non sunt uniuersales, sed sunt separabiles, & per se subsistentes; ergo talium substantiarum nõ est scientia: Ex quo sequitur, quòd tales substantiæ non sunt principia, quia circa principia scientia est, quæ quæritur; non est autem circa tales substantias, ut iam dictum est. Deinde cum dicit.

Intelligẽtiæ sunt principia uniuersalia & extrinseca rerũ: uniuersalitate. s. cãsalitatis: principia autem intrinseca in genere substãtia sunt substantiæ.

Adhuc utrũ est aliquid præter synolon, aut non? Dico autem materiam & quod cum hac. Siquidem enim non, quæ quidem in materia corruptibilia omnia. Si aũt est aliquid, species utique erit & forma. Hoc igitur in quibus est, & in quibus non, difficile est determinare. In quibusdam enim palàm non existens separabilis species, puta domus.

Quæstio.

Quærit secundam quæstionem, Vtrum sit dare aliquas substantias separatas, dicens: quòd quæstio est, utrum sit dare aliquod ens separatum præter synolon idest simul totum, quod est compositum ex materia & forma? Sunt enim argumenta ad utrunque partem; si enim non est dare aliquod ens præter ens, quod est compositum ex materia & forma; sequitur quòd omnia entia sint corruptibilia; quia omne compositum ex materia & forma, corruptibile est: si enim dicatur, quòd est dare tale ens separatum, nõ oportet quòd illud ens sit spẽs & forma, quam ponebat Plato; in quibus enim sit ponere speciem & ideam, difficile est uidere: manifestum est etiam quòd in quibusdam non potest poni idea, & species separata; non enim potest poni in artificialibus, non enim est dare domum separatam, quæ possit dici idea domus sensibilis. Notandum est, quòd ueritas huius quæstionis est: quòd est dare substantiam separatam, alias omnia essent corruptibilia; sed tamẽ ista substantia non debet poni eo modo, quo posuit Plato; ita quòd uocetur species, uel idea.

Datur substantia separata.

Adhuc utrum principia specie, aut numero eadem? Si enim numero, omnia erunt eadem.

Quæstio.

Quærit ultimam quæstionem de unitate principiorum; & est quæstio talis: Vtrum scilicet principia sint unum numero, uel specie; si enim principia sunt unum numero; oportet dicere, quòd omnia principiata sint eadem numero, quod est impossibile. Notandum autem est, quòd ueritas huius quæstionis est: quòd primum principiũ omnium est unum numero; licet principia intrinseca diuersificentur; uerum & si ipsum principium omnium sit unum, tamen non sequitur, quòd principiata sint unum: cuius ratio dicta est superius: dictum est enim quòd principiata diuersificantur secundum diuersas habitudines, secundum quòd diuersimodè respiciunt ipsum primum.

Primũ principium omniũ est unum.

Quoniam autem Philosophi est scientia entis in quantum ens, uniuersaliter, & non secundum partem; ens autem multipliciter, & nõ secundum unum dicitur modum. Siquidẽ igitur æquiuocè secundum cõmune, aut nihil, non est sub una scientia: non enim est unum genus talium. Si autem secundum aliquid commune, erit utique sub una scientia.

Postquam recollegit quasdam quæstiones, de quibus facta fuit mentio in Tertio; hic recolligit quædam de subiecto huius scientiæ, dicens

Ta principio.

circa quæ est hæc scientia, de quibus facta fuit mentio in Quarto. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, de quibus cõsiderat hęc scientia: secundò comparat hanc scientiam ad alias. Secunda ibi [Omnis autem scientia quęrit] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd ad hanc scientiam oportet considerare de ente inquantũ ens: secundò ostendit, quòd hæc scientia considerat de principiis demonstrationis, ibi [Quoniam autem mathematicus utitur] Prima pars in duas, quia primò ostendit, quòd ens inquantùm ens potest cadere sub hac scientia: secundo ostendit, quòd hæc scientia considerat de passionibus entis. Secũda ibi [Quemadmodum autem & in aliis Mathematicis] Circa primũ notãdum est, quòd si ens esset æquiuocum, nulla scientia esse posset circa totum ens; quia illa, quæ cadunt sub una sciẽtia, debent habere unitatem uel uniuocationis, uel analogiæ; & ideo si totum ens debet cadere sub una scientia, oportet quòd omnia entia uel habeant unitatẽ uniuocationis, uel analogiæ: unitatem autem uniuocationis non possunt habere; restat ergo quòd habeant unitatem analogiæ. Philosophus ergo uolens ostendere, quòd totum ens potest cadere sub una scientia, ostendit quòd omne ens habet attributionem ad unum ens. Et diuiditur hæc pars in duas partes, quia primò ostendit, quòd omne ens reducitur ad unum ens: secũdò ostendit, quòd omnis contrarietas reducitur ad unam contrarietatem. Secunda ibi [Quoniam autem omnis entis.] Circa primũ duo facit, quia primò ponit, quòd una scientia potest esse de omni ente, quia omne ens ad unum ens reducitur: secundò ostendit hoc per exemplum. Secunda ibi [Videtur itaque] Dicit ergo primò quòd quia scientia Philosophi, idest scientia Metaphysica est de ente inquantùm ens, & est uniuersaliter de toto ente; cum totum ens dicatur multipliciter, non secundùm unum modum; oportet quòd ista multiplicitas non sit multiplicitas æquiuocationis: si enim hæc multiplicitas esset æquiuoca, quæ secundùm nullum commune est; quia nulla ratio est communis æquiuocis; totum ens non caderet sub una scientia: æquiuocum enim non est unum genus; scientia autem unius generis est: si autem cõtingat, quòd multiplicitas & diuersitas habeat aliquid commune; poterit cadere sub una scientia: quæ scientia per se respicit illud commune.

Tex. cõ. 7. et inde, & in principio Sexti libri.

Ens non est æquiuocũ, sed analogũ.

Videtur itaque dicto modo dici, quemadmodum medicatiuum & salubre. etenim horum unumquodque multipliciter. Dicitur autem secundùm unumquemque modorum, eo quòd hoc quidem ad medicatiuam scientiam reducitur aliqualiter; hoc autem ad sanitatem; hoc autem aliter ad idem, aut unumquodque. Medicatiuus enim sermo dicitur, & cultellus, eo quòd hic quidem a medicatiua scientia fit: hic autem huic utilis sit. Similiter autem & salubre, hoc quidem enim quia significatiuum sanitatis: hoc ãt quia factiuũ. Idem ãt modus & in reliquis.

Manifestat unitatẽ analogiæ, quę est inter omnia entia, ex hoc q̃ reducũtur ad unũ ens. Et hęc pars diuiditur in duas partes, quia primò ponit duo exẽpla: secundò exẽpla applicat ad propositũ ibi [Eodẽ itaque modo] Dicit ergo, q̃ codẽ modo uidetur ens dici multipliciter per reductionẽ ad unũ, quomodo dicitur medicamentum, & salubre: unũquodq; enim horũ multipliciter dicitur; & tamẽ illa multiplicitas ad unũ reducitur: multiplicitas. n. medicatiui reducitur ad medicatiuã sciẽtiam: multiplicitas enim salubris reducitur ad sanitatem; & sic unumquodque istorum secundùm alium & alium modum reducitur ad unum. Exẽplum de primo, sermo est medicatiuus, & etiam cultellus est medicatiuus; sed tamen differenter: sermo. n. est medicatiuus, quia est a medicatiua scientia: cultellus est etiam medicatiuus, quia sicut instrumentum deseruit medicatiuæ scientiæ. Exemplum de secundo: est. n. aliquid salubre, quod est significatiuum sanitatis, sicut est urina: aliquid autem est salubre, quia est factiuum sanitatis; sicut potio medicinalis; & sic omnia medicatiua, & omnia salubria ad unum dicuntur secundùm diuersos modos: Et sicut est in salubri, & medicatiuo; ita est in aliis ana logiis.

Omnia attributionẽ habent ad ens

Eodem itaque modo & ens omne dicitur. Eo. n. quòd entis inquantum ens passio, aut habitus, aut dispositio: aut motus, aut aliorum aliquid talium fit: dicitur unumquodque eorum ens.

Postquam posuit duo exempla de his, quæ secundùm diuersos modos reducuntur ad unum; hic illa applicat ad propositum, dicens: quòd sicut est in medicatiuo & salubri; ita est in ente, scilicet quòd omnia entia dicunt aspectum ad primum ens: est. n. quoddam ens simpliciter, quod habet esse in se, non in aspectu ad aliud: & hoc ens est substantia: alia autem entia a substantia dicuntur entia, non quia habeant esse in se: sed propter habitudinem, quam habent ad illud ens: unumquodque. n. illorũ dicitur ens, uel quia est passio istius entis; uel quia est dispõ huius entis: uel quia motus ad hoc ens: uel quia secundùm aliquem alium modum respicit hoc. Notandũ est, q̃ unum & idem ens est, quod aspicitur à diuersis prædicamentis, quod est Substantia: sed tamẽ licet sit unum & idem, quod aspicitur a diuersis; tamen sub diuersis modis aspicitur: aliter enim ipsum aspicit quantitas, aliter qualitas, & sic de aliis prædicamentis. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera, quòd omnia entia aspiciũt unum ens, quod habet esse per se.

Applicatio ad propositum.

Sub. a reliquis prædicamẽtis aspicitur.

Quoniam autem omnis entis ad unum aliquid & commune reductio fit: & contrarietatum unaquaque ad primas differentias & contrarietates reducetur entis: siue pluralitas & unum: siue similitudo & dissimilitudo primæ entis sint differentiæ; siue alia aliqua. Sunt enim hæ speculatæ.

Postquam ostendit, q̃ omnia entia reducuntur ad unum ens: & q̃ ideo possunt cadere sub una scientia: hic ostendit, q̃ omnia contraria reducuntur ad unum, & ideo possunt cadere sub una

una

una scientia. Et diuiditur in tres partes, quia primò ostendit hoc: secundò ostendit, ꝙ idem est reducere ad ens & ad unũ; quia unum & ens conuertuntur: tertiò monet quandam dubitationem. Secunda ibi [Differt autẽ] Tertia ibi [Quomodo autem cõtraria] Dicit ergo primò, ꝙ sicut omne ens reducitur ad unũ ens; sic omnis cõtrarietas reducitur ad primas differẽtias; & primas cõtrarietates entis, siue primę differentię entis sint unũ & plura, siue similitudo & dissimilitudo: quæ quidẽ primæ differentiæ entis cadunt sub speculatione huius scientiæ, sicut & ens. Notandum est, ꝙ ens primaria diuisione diuiditur in actum, & potentiam: & aliqua entia mediante ista diuisione reducuntur ad ens: sicut dicimus, ꝙ materia est ens in potentia, & forma est ens in actu. Diuiditur etiã ens in decem prædicamenta; & aliqua entia mediante ista diuisione reducuntur ad ens: sicut dicimus, quòd linea est ens, quia quantitas est ens; & albedo est ens, quia qualitas est ens. Diuiditur etiam ens in unum & multa; & aliqua reducuntur ad ens mediantibus istis differentiis: de numero quorum est quantitas; contrarietas enim est quædam multitudo, quia est quædam distantia formalis. Deinde cum dicit.

Omnes contrarietates reducuntur ad primas differẽtias.

Entis varia diuisiones.

Cõtrarietas est multitudo quadã.

Differt autẽ nihil entis reductionẽ ad ens, aut ad unum fieri. Etenim si nõ idem, sed est aliud, conuertitur quidẽ. Vnum enim ens aliqualiter, et ens unum.

Quia dixit, quòd entia omnia reducuntur ad unum communẽ ens; hic dicit, quòd nihil differt, ꝙ reductio fiat ad ens, & ad unũ: cuius ratio est, quia & si unum & ens non differant secundùm eandem rationem; tamen conuertuntur: quia omne ens est unum, & omne unum est ens; & ideo reductio, quæ fit ad ens, fit ad unum. Notandum est, ꝙ sicut ens conuertitur cum uno ex æquo; ita tale ens conuertitur cum tali uno: sicut ergo ens est commune ad omnia prædicamenta; ita & unum: & sicut inter omnia entia substantia est primum ens; ita est primum unum: sicut ergo omnia entia reducuntur ad substantiam tanquam ad primũ ens; ita reducuntur ad eandem tamquã ad primum unum; quia primum ens, & primum unum conuertuntur. Notandum est, quòd licèt ens & vnum conuertantur; tamen differunt secundùm rationem: quia secundum aliam & aliã rationẽ aliquid dicitur ens, & aliquid dicitur unũ: nõ sunt ergo idem, & tamen conuertuntur.

Ens, et unũ quomodo cõuertuntur, & quomodo non.

Quoniam aũt contraria omnia unius & eiusdem scientiæ speculari; dicitur autẽ unumquodq; ipsorum secundum priuationẽ: & utiq; quædã dubitabit aliquis, quomodo dicuntur secundum priuationẽ, quorum est inter medium aliquod, quemadmodum iniusti & iusti? Circa omnia itaq; talia, priuationem oportet poni non totius rationis, sed ultimæ speciei. Puta si est iustus secundum habitum quendam obediens legibus, non semper erit iniustus, tota priuatus ratione. Circa persuaderi autem legibus deficiens in aliquo; & secundùm hoc priuatio inest ipsi. Eodem autem modo & in aliis.

A Mouet quandam dubitationem, & eam soluit, dicens: ita dictum est, ꝙ omnia contraria cadunt sub speculatione huius scientiæ: ita est etiam ꝙ contraria dicuntur secundùm priuationẽ; quia alterũ contrariorũ est priuatio alterius: tamen dubium est, Quomodo contraria possunt dici secundum priuationem? ratio aũt dubitationis est; quia inter cõtraria est medium; quẽadmodum est medium iusti & iniusti, cum tamẽ inter opposita priuatiuè nõ sit mediũ. Ad hanc dubitationẽ respondendũ est, ꝙ in talibus cõtrariis alterum cõtrariorũ nõ omni modo habet rationẽ priuationis; quia nõ priuat totã rationẽ ipsius habitus; sed solũ priuat cõplemẽtũ & completã speciẽ ipsius habitus. Verbi gratia si aliquis dicitur iustus secundũ habitũ, B quia est obediens legibus; non dicetur semp aliquis iniustus, ex eo ꝙ sit priuatus tota ratione iustitiæ; ita ꝙ in nullo obediat legibus: sed diceretur iniustus, quia in aliquo deficit a legibus; deficit enim in hoc, quia in aliquo non persuadetur à legibus; & sic inest ipsi priuatio: similiter aũt & in aliis. Notãdũ aũt, ꝙ in contrariis est medium, quod secũdũ magis & minùs distat ab extremis: hoc aũt non esset, si in medio esset omnimoda negatio extremorũ; ꝙ enim fuscũ, ꝙ est mediũ inter albũ & nigrũ; sit minus albũ & minus nigrũ, quàm albũ purũ, & nigrũ purũ; hoc est quia in fusco nõ est oĩmoda negatio albi, uel nigri; & hoc quia ipsum fuscũ, est partim album, & partim nigrũ: A simili dico in proposito, ꝙ est aliquod mediũ secundũ magis & minus inter iustũ & iniu- C stum; & hoc quia iniustũ nõ est omnimoda negatio. Debemus enim imaginari, ꝙ iustus est, qui obedit legibus; iniustus aũt est, qui delirat à legibus: deuiare aũt a legibus quia potest esse secundũ multos modos, & secundũ magis & minus: & ideo potest esse mediũ secundũ magis & minus inter obseruantiam legis, & inter omnimodã deuiationem à legibus. Notandũ est, ꝙ nõ est dare malũ purum, quod nõ sit mixtũ alicui bono; quia secundũ Philosophũ Quarto Ethicorũ, malũ purum importabile est: similiter quicũq; deuiat a lege, nõ deuiat secũdũ oẽs circunstãtias. Et hoc est, quod dicit Philisophus, ꝙ iustus in aliquo deficit, sed non secũdũ oẽs circũstãtias. Deinde cũ dicit.

Quõ omnia contraria se habet ut habitus & priuatio.

In contrarijs quomodo est medium.

Iustus & iniustus quid.

Malũ purũ non datur.

D *Quemadmodum autem & in aliis mathematicis circa ea, quæ ex ablatione theoricam facit. Circumtollens enim omnia sensibilia, speculatur; puta grauitatem & leuitatem, duritiam & contrarium: adhuc autem caliditatem & frigiditatem, & alias sensibiles cõtrarietates: solum autem derelinquit quantum & continuum; & horum quidem ad unum, horum autem ad duo; horum uerò ad tria: & passiones horum inquantũ quãta sunt & continua; & non secundũ aliud aliquid speculatur; & horum quidem eas, quæ adinuicem positiones considerat: & in his existentia: horum autem cõmensurationes, & incommensurationes; horum uerò rationes, sed tantùm omnium unam & eandem ponimus scientiam geometricam.*

Metaphysicus considerat ens, & ea quæ sequuntur ens.

Ostendit iam, quòd hæc scientia considerat de ente inquantum unum ens; hic ostendit, quòd hæc scientia considerat passiones, quę sequuntur ens inquantum ens. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc ostendit; secundò soluit ex dictis dubitationem principaliter intentam, scilicet quomodo una scientia potest esse circa omnia entia, ibi [Quoniam autem ens omne] Circa primum facit talem rationem: sicut se habet scientia Mathematica ad quantum; sic se habet hæc scientia Metaphysica ad ens: sed scientia Mathematica sic se habet ad quantum, quòd considerando quantum, considerat passionem quanti; ergo scientia Metaphysica sic se habebit, quòd considerando ens inquantum ens, considerabit passiones entis inquantum ens, & quæ sequũtur ens F inquantum ens. Circa illam rationem sic procedit: quia primò ostendit, quòd Mathematicus cõsiderat quantum & passiones quanti: secundò ex hoc concludit a simili, quòd Metaphysicus considerat ens & passiones entis; ibi [Eodem modo se.] Dicit ergo primò, quòd consideratio mathematicorum uersatur circa ea, quæ sunt ex remotione, uel circa separata a qualitatibus sensibilibus, non secundùm esse, sed secundùm rationem. Mathematicus enim separans a natura continui omnes qualitates sensibiles, sicut grauitatem & leuitatem, sicut duritiam & mollitiem, sicut caliditatem & frigiditatem, & alias contrarietates sensibiles, relinquit in sua consideratione quantũ & continuum per se; siue sit continuum ad unam G dimensionem ut linea, siue ad duas ut superficies, siue ad tres ut corpus: considerando autem quantum & continuum per se, & non secundũ aliud; considerat passiones quanti & continui, & accidentia, quę insunt eidem: sicut considerans commensurationes, & incommensurationes, scilicet quomodo aliquæ quantitates sunt commensurabiles, & quomodo aliquę non; rationes etiam, id est proportiones harum quantitatum, considerat; omnium enim illorum est una scientia, quæ est Geometria.

Eodem modo se habet & circa ens: huius enim accidentia inquantum est ens, & contrarietates ipsius inquantum ens, non alterius scientiæ, quam Philosophiæ speculari. Naturali quidem enim non in- H *quantum entia, magis autem inquantum motũ participant, theoriam utique quis distribuet? Dialectica enim, entia & sophystica sunt accidentium quidem entibus, non autem inquantum entia; neque circa ens inquantum ens est. Quare relinquitur Philosophum inquantum entia sunt esse circa dicta speculatiuum.*

Concludit a simili, quòd sicut Mathematicus cõsiderat passiones quanti; ita Metaphysicus passiones entis, dicens: quòd eodem modo Metaphysicus se habet circa ens, sicut Mathematicus circa quantum: considerat enim Metaphysicus ens, & accidentia entis, & contrarietates ipsius; quia talia accidentia non possent cadere sub spe- E culatione alterius scientiæ, quàm istius: quia nec possent cadere sub speculatione Naturalis scientiæ, nec etiam Dialecticæ: Naturalis quidem nõ, quia Naturalis scientia non considerat ens inquantum ens; sed ens inquantum participat motum. Dialectica autem & Sophystica considerat ens, & etiam accidentia, quæ accidunt omnibus entibus; non tamen considerat ea, quæ accidunt enti inquantum ens: ex quo relinquitur, quòd solus Philosophus Metaphysicus considerat.

Naturalis, Dialectica, & Sophystica dicuntur scientiæ communes; & quare.

Notandum est, quòd aliqua simul & semel sunt entia, & sunt quanta, & sunt sensibilia; tamẽ quia esse ens, & esse quantum, & esse sensibile differunt; ideo potest esse, quòd aliæ passiones conueniunt rei inquantum habet rationem entis; & aliæ inquantum habet rationem quanti sensibilis; & sicut aliæ sunt passiones entis, & entis quanti, & entis quanti sensibilis: ita est alia scientia, quæ considerat passiones entis; & alia, quæ considerat passiones quanti; & alia, quæ considerat passiones quanti sensibilis. Notandum, quòd duæ scientiæ, scilicet Naturalis & Logica inter omnes alias uidentur esse magis communes, & magis uniuersales: cuius ratio est; quia secũdùm Antiquos, omne ens erat ens sensibile, quia non ponebant aliquam substantiam separatam: & secundùm hoc idem erat ambitus totius entis, & entis sensibilis. Ex quo sequitur, quòd illa scientia, quæ uersatur circa ens sensibile, qualis est Naturalis, uersatur circa totum ens: & ideo Naturalis scientia uidetur naturalis & communis: Logica autem ideo est scientia communis; quia uersatur circa intentiones communes, quæ possunt applicari omnibus entibus. Quia ergo hæ duæ scientiæ inter alias uidentur magis communes; ideo dixit Philosophus in litera, quòd si aliquæ scientiæ considerarent de ente inquantum ens hæ duæ considerarent: cum ergo hę duæ non considerẽt, nulla aliarum a Metaphysica considerat.

Logicus, & Metaphysicus sunt circa totum ens, sed differenter.

Notandum est, quòd Logicus & Metaphysicus sunt circa totum ens; sed tamen aliter & aliter: quia Metaphysicus est circa ens in se, & circa accidentia, quæ sequuntur ens inquantum ens; Logicus autem principaliùs est circa secundas intentiones, qualis est intentio generis, & speciei, & sic de alijs: & quia istæ secundæ intentiones possunt applicari omnibus entibus; ideo secundariò est circa totum ens. Sic ergo est circa ens non inquantum ens, sicut est Metaphysicus (sicut dicit Philosophus in litera) sed magis est circa secundas intentiones, & secundariò circa ens; inquantum secundæ intentiones applicantur entibus. Deinde cum dicit.

Quoniam autem ens omne secundùm unum, & commune aliquid dicitur multipliciter dictum, & contraria eodem modo: ad primas enim contrarietates & differentias entis (talia enim possunt sub una scientia esse) dissoluetur utique, quæ secundùm principia dubitatio dicta. Dico autem, in qua dubitatum est; quomodo erit multorum & differentium

tium genere una aliqua scientia.

Infertur cõclusio principalis

Soluit dubitationem principaliter intentam, scilicet quomodo una scientia potest esse circa omne ens, dicens: quòd quia omne ens reducitur ad unum ens; licèt ens dicatur multipliciter: & quia omnia contraria reducuntur ad unam cõtrarietatem; ideo omnia entia possunt cadere sub una scientia. Et per hoc soluitur dubitatio priùs mota, Vtrum multorum differentium genere possit esse una scientia?

Quoniam autem Mathematicus utitur communibus, propriè & horum principia erit utrisque speculari Phylosophia primæ. Quod enim ab æqualibus æqualibus ablatis, quæ relinquuntur æqualia, commune quidem est omnibus quantis: Mathematica

B *autem assumens circa aliquam partem, conuenientis materiæ facit theoriam. Puta circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut reliquorum aliquod quantorum; non inquantùm autem entia, sed inquantùm continuum ipsorum unumquodque, aut unum, aut duo, aut tria. Philosophia autẽ de his, quæ in parte quidem inquantùm horum unicuique aliquid accidit; non intendit circa ens autem inquantùm ens unumquodque talium speculatur.*

Metaph. cõsiderat de principijs demonstrationis.

Postquam ostendit, quòd hæc scientia considerat de ente inquantùm ens; hic ostendit, quòd ipsa considerat de principiis demonstrationis: secũdò ostendit, quòd hæc scientia specialiter considerat de quodam principio, quod est super alia principia ibi [Est autem quoddã in entibus] Primum probat primò ex consideratione Mathema-

C ticæ scientiæ: secundò ex consideratione scientiæ naturalis, ibi [Eodem autem habet modo.] Ad euidentiam autem primi notandum est, quòd aliqua principia sunt, quæ sunt communia pluribus scientiis mathematicis; sicut illud principium, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur, æqualia sunt: est enim commune Arithmeticæ & Geometriæ; quia est commune omnibus quantis: hoc ergo principium secundùm suam communitatem acceptum, non potest cadere sub speculatione harum scientiarum particularium; cuius ratio est, quia illud principium in sua communitate acceptum, excedit considerationem quamlibet harum scientiarum particularium; illud autẽ,

Qđ consideratur in scientia, nõ excedit eius ambitum.

D quod consideratur in scientia, non debet excedere ambitum scientiæ: cum ergo hoc principium & similia non possint cadere sub speculatione harum scientiarum particularium, oportet quòd cadat sub speculatione scientiæ alicuius communioris; qualis est ista: licèt enim hoc principium commune consideretur aliquando in scientia particulari; tamen non consideratur in ea secundùm suã communitatem, sed secundùm quòd est contractum ad talem & talem materiam. Visa hac sententia, patet litera Philosoph. quę dicit: quòd quia ita est, quòd Mathematicus utitur quibusdam communibus principiis; ideo oportet quòd de talibus principiis in sua communitate acceptis, speculetur prima Philosophia: licèt talia ut contracta sunt

A ad materiam specialem, possint cadere sub speculatione sciẽtię particularis. Verbi gratia, illud principium, Si ab æqualibus &c. est commune omnibus quantis; & Mathematica non speculatur de eo in sua communitate, sed inquantum est contractum ad aliquam certam materiam; puta ad lineam, uel ad angulos, uel ad numeros, uel ad aliquid aliud de numero quantorum. Non enim aliqua scientia particularis Mathematicæ, puta Geometria considerat quantum inquantùm quantũ; nec considerat ens inquantùm ens, sed cõsiderat ens inquantùm continuum; siue sit continuum secundùm unam dimensionem, siue secundùm duas, siue secundùm tres. Philosophia autem prima non intendit de ente particulari inquantùm

B tale, nec de accidentibus eius; sed uersatur circa ens, & passiones eius. Notãdum est, quòd principia cognoscimus inquãtum terminos cognoscimus: & ideo ad illam scientiam, ad quam spectat cognitio terminorũ, spectat cognitio principiorũ: quia enim hoc principium, De quolibet affirmatio & negatio, oritur a natura entis, & non entis; ideo illa scientia, ad quam spectat cognitio entis, spectat cognitio principii: & quia similiter illud principium, Si ab equalibus & cætera: sequitur quantum, ideo illa scientia, ad quam spectat considerare quantum, cõsiderat illud principium, quia fundatur super naturam quanti: talis autem non potest esse aliqua scientiarum particularium mathematicarum, quia non conside-

Ex primo poster. tex. com. 6.

C rat naturam quanti in suo ambitu, sed naturam quanti cõtracti, puta quanti cõtinui quò ad Geometricum, uel quanti discreti quò ad Arithmeticum; oportet ergo quòd hoc principium sit de cõsideratione illius scientiæ, quæ considerat naturã quanti in se: hæc autem est hæc scientia, quæ sciẽtia considerat primas differentias entis, quæ sunt decem prædicamenta, & passiones eorum. Deinde cum dicit.

Eodem autem habet modo & circa Naturalem scientiam Mathematicæ. Naturalis enim accidentia & principia speculatur entium inquantum mota, & non inquantum entia. Primam autem scientiam diximus horum esse secundùm quòd entia subiecta sunt, sed non alterum aliquid: propter quod &

D *hanc mathematicam scientiam partes sapientiæ esse ponendum.*

Naturalis quo considerat principia demonstrationum.

Probat idem ex consideratione scientiæ Naturalis, dicens: quòd sicut Mathematica nõ considerat communia, quę sequuntur ens, uel primas differentias entis; ita nec Naturalis: & sic quantùm ad hoc sunt similes: naturalis enim cõsiderat principia & causas entium, & non inquantùm entia; sed inquantùm mota: sed prima scientia est entiũ inquantùm entium, & nõ secũdùm quod aliquid alterum. Ex quo sequitur, quòd quia scientia Mathematica est circa ens partiale, & etiam scientia Naturalis; Methaphysica autem est circa ens inquantùm ens; quòd scientia Mathematica, & sciẽtia Naturalis partes sũt Metaphysicæ: sicut enim

Mathematica & Physica sũt partes Metaphysica.

se

se habet subiectum ad subiectum; ita uidetur, q̃ se habeat scientia ad scientiam: subiectum enim naturalis, & mathematicæ uidetur esse pars subiecti Metaphysicæ, & per consequens istæ scientiæ uidentur esse partes illius, scilicet scientiæ Metaphysicæ.

Est autem quoddam in entibus principium, circa quod non est mentiri; contrarium autem necessariò semper facere. Dico autem uerum dicere: puta quòd non contingit idem secundùm unum & idem tempus esse, & non esse; & alia ipsis opposita hoc modo: & de talibus simpliciter quidem non est demonstratio. ad hunc autem est. Non enim est ex credibiliori principio hoc ipso facere syllogismum: oportet et autem, siquidem erit simpliciter demonstrare.

F Postquam ostendit, quòd communia principia sunt de consideratione huius scientiæ; hic specialiter descendit ad illud principium, De quolibet affirmatio uel negatio uera quod est principium inter omnia principia; ostendens, q̃ primus Philosophus disputat contra negantes illud principium. Et diuiditur hæc pars in duas partes, quia in prima parte excludit errorem negantium hoc principium in generali, non descendendo ad opinionem alicuius in speciali: in secunda parte descendit ad opiniones speciales aliquorum negantium hoc principium. Secunda ibi [Citò autem & utique.] Prima in duas, quia in prima parte ponit intentum suum, scilicet per quem modum potest ostendi illud principium, & excludit errores negantium: in secunda parte incipit disputare cõtra negantes hoc principium. Secunda ibi [Ad dicentem autem.] Dicit ergo primò, quòd quoddam principium est in entibus, extra quod non est mentiri, nec contingit quòd aliquis opinetur tale principium esse falsum; sed contrarium necessarium est, scilicet quòd aliquis opinetur tale principium esse uerum: illud autem principium, quod non contingit secundùm unum & idem, & secundùm unum & idem tempus, & aliis conditionibus obseruatis, quæ consueuerunt apponi in contradictione; simul esse, & non esse: de tali principio non potest esse demonstratio simpliciter; sed tantùm demonstratio ad hominem. Simpliciter quidem non potest demonstrari hoc principium; cuius ratio est: quia illud, quod demonstratur simpliciter, demonstratur ex aliquo priori; hoc autem principio nihil est prius; & sic demonstrari non potest demonstratione simpliciter; sed demonstratione quò ad hominem. Notandum est, quòd sententia Philosophi est in hoc; quòd inter communia principia est dare unum principium omnino primum, quia fundatur super terminos maximè communes; sicut super esse, & non esse; & hoc principium est, Quòd contradictoria non uerificantur de eodem: tale autem principium demonstrari non potest demonstratione simpliciter, quia nihil est prius tali principio; omnis autem demonstratio (propriè accepta) ex prioribus est: potest autem demonstrari quò ad hominem; cuius ratio est; quia ille homo, qui negat hoc principium; concedit minùs notum hoc principio; & ex illo minùs noto proceditur ad ostensionem huius principii, non simpliciter, sed respectu huius. Cum postea subdit.

Principium principiorum quod.

Primũ principium si non põt demonstrari põt tamen persuaderi.

Ad dicentem autem oppositas dictiones esse, qui falsum id esse ostendit: sumendum aliquid tale; quod idem quidem erit ei, quod est; non contingere idem esse, & non esse secundùm unum & idem tempus; non uidebitur autem esse idem. Sic enim solùm utique demonstrabitur ad dicentem, contingere oppositas dictiones uerificari de eodem.

Incipit disputare contra negantem hoc principium. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit disputandi modum contra negantem principium: secundò procedit ad disputandum contra negantem hoc principium. Secunda ibi [Futurus itaque.] Dicit ergo primò, quòd ostendendũ est, quòd ille, qui dicit, quòd oppositas dictiones; affirmatio & negatio, scilicet quòd sint uera simul, falsum dicit: ut autem hoc fiat, debet sumi & supponi aliquid tale, quod sit idem cum hoc principio, quod debet ostendi, scilicet quòd non conuenit simul secundùm idem tempus, idem esse, & non esse: licèt autem illud, quod sumitur, sit idem; tamen non uidetur esse idem; tale enim sumendo, poterit demonstrari, quòd contradicentes dictiones, idest contradictoria non uerificantur de eodem. Notandum est, quòd non potest procedi contra negantem hoc principium; quia illud principium clauditur in qualibet uera propositione: subiectum enim ita est sub uno prædicato, quòd non est sub opposito illius; quia ergo in qualibet uera propositione clauditur hoc principiũ, sequitur quòd in quolibet uero cõcesso ab aduersario, quod sumetur ad probandum hoc principium; claudetur hoc principiũ: & quia clauditur, ideo tale, quod sumitur, idem est aliqualiter cum tali principio; licèt fortè aduersario non uideatur esse illud: nihil enim potest sumi, cuius ueritas nõ sit ex ueritate huius principii: cuius ratio est; quia sicut omnes conceptus simplices fundãtur super conceptus entis; ita omnes conceptus compositi fundantur super isto conceptu, De quolibet affirmatio uel negatio. Deinde cum dicit.

Modus procedendi contra negantes primum principium.

Omnis ueritas ex primi principii ueritate oritur.

H *Futuros itaque inuicem ratione communicare oportet aliquid ipsorum intelligere. Non facto autem hoc, quomodo est commutatio his ad inuicem sermonis? Oportet igitur nominum unumquodque esse notum, & significare aliquid, & non multa solùm, aut unum: si autem plura significare, manifestum facere, ad quod fert nomen eorum.*

Postquam dedit modum disputandi contra istos; hic incipit disputare contra eos. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres rationes, quas adducit ad uerificandum hoc principium. Secunda ibi [Ad huc autem simile est] Circa primam rationem sic procedit; quia primò ponit quoddam, per quod probat propositum, quod tamen est idem (ut dictum est) aliqualiter cum proposi-

Disputat cõtra negates prima principium.

to: secundò ex illo concludit propositum, ibi [Dicens itaque] Dicit ergo primò, quòd si homines communicent in ratione, ita quòd homo rationem & conceptum, quem concipit, communicet alteri; oportet quòd unus intelligat, quod ab alio dicitur: si autem unus intelligit, quod alius dicit; oportet quòd nomina exprimentia conceptus, sint non ta in sua significatione, ita quòd nomen significet aliquod certum & unum, & non multa: quia si fortè contingat, quòd nomẽ significet plura, oportet quòd dicant & manifestent, ad quod illorum referatur nomen. Est ergo sententia Philosophi in hoc; quòd conceptus per nomina exprimãtur: exprimi autem non possunt, nisi nomina exprimerent aliquid certum & determinatum; ita quod necessariò dentur intelligi conceptus, qui significantur per necesse. Deinde cum d.

Idi Primo Peri Hermenias in Proemio.

Dicens itaque esse hoc & non esse hoc, quod totaliter esse dicit, non dicit. Quare quidem hoc significat nomen, hoc non inquit significare: hoc autem impossibile. Quare siquidem significat aliquid esse hoc, contradictionem uerificari impossibile de eodem.

Infert intentum.

Ex isto supposito concludit intentum suum, dicens: quòd si aliquis idem dicat esse, & non esse: sicut quòd Sortes est homo, & non homo, sequitur quòd illud idem, quod dicit in esse alicui sicut Sorti, dicit non in esse; & sic sequitur, illud idem, quod significat: hoc autem impossibile est, quòd contradictoria uerificentur de eodem. Notandum est, quòd quilibet, qui negaret hoc principium, concedit quòd conceptus exprimi possunt: oportet ergo quòd certi conceptus per certa nomina dentur intelligi; ex hoc autem cõcesso, & supposito, probat Philosophus propositum suum, dicens: quòd contradictoria non uerificantur secundùm idem; si enim certi conceptus dantur intelligi per uocem, non dãtur intelligi oppositi illorum: sicut si ista uox, homo, dat intelligere humanitatẽ, non dat intelligere non humanitatem. Notandum est, quòd illud, quod sumit hic Philosophus, quòd certa nomina dant intelligere certos conceptus, idem est cum hoc, quod debet probari, scilicet Quòd de quolibet affirmõ uel negatio, licèt non uideatur idem: cuius ratio est, quia ex hoc certa nomina dant intelligere certos conceptus, quia ita aspiciunt unum cõceptum, quòd non aspiciũt alium oppositum illius; quòd autem ita aspiciant hoc, quòd non aspiciant oppositum illius, hoc est quia opposita non sunt uera de eodem: & sic patet, quòd illud, quod sumitur (sicut dixit Philosophus) idem est cum eo, quod debet probari: & sic in omni tali probatione est petitio principii: & sic non est probatio simpliciter, sed ad hominem tantùm. Deinde cum dicit.

Cõtradictoria de eodem uerificari nõ possunt.

Adhuc autem si quid significat nomen, & hoc uerificatur, oportet & hoc ex necessitate esse quod autem ex necessitate est, non contingit tunc non esse. Oppositas igitur non contingit dictiones & negationes uerificari de eodem.

Ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiam notãdum est, quòd propositio necessaria est duobus modis; quædam enim propositio est necessaria absolutè, & necessitate absoluta, sicut hominem esse animal: quædam enim est necessaria necessitate conditionata, sicut Sortem sedere, dũ sedet, & propositionem esse ueram, dum est uera: & in utroque necessario ita est hoc, quòd non cõtingit esse oppositum: ob id enim necesse est hominem absolutè esse animal, quia non conuenit ipsum esse non animal: & ideo necesse est Sortẽ sedere, dum sedet, quia non contingit ipsum non sedere dum sedet: & ideo necesse est propositionem esse ueram, dum est uera; quia nõ contingit ipsam esse falsam, dum est uera. Est ergo ratio Philosophi in hoc, quòd ratio necessarii ostendit quòd hoc principiũ, Oppositio non uerificatur de eodem, sit uerum: quia quod necesse est, non contingit non esse, siue in necessitate absoluta, si ue in necessitate conditionata. His uisis, patet litera Philosophi, quæ dicit: quòd nomen significat aliquid, idest illud, quod significatur de aliquo, & sic fit propositio uera: quoniam necesse est esse ueram, dum est uera: quod autem est necesse esse, nõ contingit non esse; si autem non contingit non esse; oppositæ dictiones non possunt significari de eodem, quod est oppositum. Notandum est, quòd ratio necessarii posterior est, quàm ratio entis: & sic quælibet propositio, quæ sumetur ex ratione necessarii, posterior erit, quàm illud principium De quolibet affirmatio uel negatio, quia sumitur ex ratione entis, & non entis: & sic illa propositio, quæ sumitur a ratione necessarii, posterior est: immo aliquid sumitur ad probandũ hoc principium, quod quodammodo est idem cum hoc principio. Ideo enim propositio est necessaria necessitate absoluta, quia principatum ita uerificatur de subiecto, quòd pro nullo tempore oppositum illius potest uerificari de eodem: & ideo propositio est necessaria conditionatẽ, quia prædicatum ita uerificatur de subiecto, quòd stante tali conditione, oppositum illius non potest uerificari de eodem: & sic (sicut dicit Philosophus) assumitur ad probandum propositum, quod quodammodo idem est cum proposito. Cum deinde subiungit.

Propõ necessaria dupliciter.

Ex Primo Periherm. cap. ultimo.

A

B

C

D

Adhuc autem si nihil magis dictio quàm negatio uerificatur, dicens hominem, aut non hominem; nihil magis uerum dicet. Videbitur autem utique non equum esse dicens hominem; & magis aut non minus uerum dicere, quàm non hominem. Quare & equum dicens esse eundem, uerum dicet: oppositas enim simulter erat uerum dicere. Accidet igitur eundem, hominem esse, & equum, aut aliorum aliquod animalium. Demonstratio quidem igitur nulla horum est simpliciter. Ad ponentem tamen hac demonstratio.

Ponit tertiam rationem, & est ratio talis: quòd si contradictoria sunt uera de eodem, sequetur quod unum & idem sit homo & equus, hoc probat sic: si affirmatio & negatio simul uerificantur, & qui dicit

Tertia rõ ad idem.

dicit hominem esse, uerum dicit, & qui dicit hominem non esse hominem, uerum dicit; si autem ille, qui dicit hominem non esse hominem, uerũ dicit: uidetur quòd multò magis qui dicit non esse equum; ergo ista est uera, homo non est equus: si autem contradictoria uerificantur de eodem, uerificabitur non equus & equus: ergo si homo non est equus, ergo est equus, uel aliquod aliorũ animalium: nulla tamen harum demonstrationũ est demonstratio simpliciter, sed solùm ad hominem ponentem cõtradictoria simul uerificari de eodem. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duo: primum est, quòd maior apparentia est, quòd homo nõ sit equus, quàm quòd homo sit non homo: si hõ ergo nõ est homo secũdùm ponentem, quòd oppositio uerificatur de eodem; multò magis homo non est equus. Secundum, super quod fundatur ratio Philosophi, est; quòd si homo sit non equus, sequetur, quòd homo sit equus, quia oppositio uerificatur de eodẽ. Deinde cum dicit.

Cito autem & utique quis & ipsum Heraclytum hoc interrogans modo, cogeret confiteri, nunquam oppositas dictiones possibile esse de eisdem uerificari. Nunc autem nõ intelligens seipsum quid quidem dicit, hanc accipit opinionem. Totaliter autem si quod dicitur ab ipso est uerum, neque utique ipsum hoc uerum erit. Dico autem idem contingere secundùm unum & idem tempus, & esse, & non esse. Quemadmodum enim & diuisis ipsis, nihil magis affirmatio quàm negatio uerificatur; eodem modo & simul utrisque, & simul complexi, uelut una quadam affirmatione existente, nihil magis negatio quàm totum, ut in affirmatione positum uerum erat.

Descendit ad speciales opiniones negantium hoc principium. Et diuiditur in duas partes, quia primò improbat istas opiniones: secundò ostendit, quomodo tales opiniones possunt amoueri a cordibus sic opinantium. Secunda ibi [Soluetur autem utique.] Prima in duas, quia primò improbat opinionem Heraclyti: secundò descendit ad opinionem Pythagoræ, ibi [Simile autem dictis] Ad euidentiã primæ partis. s. opinionis Heraclyt. notandum quod Heraclytus duo ponebat; ponebat enim, quòd negatio & affirmatio erant simul uera; ita quòd opposita uerificabantur de eodem: secundò ponebat, quòd inter affirmationem & negationem erat aliquod medium: ex quo sequebatur, quòd nec affirmatio nec negatio essent ueræ. Et secundùm hoc hæc pars habet duas partes, quia primò arguit contra primum: secundò contra secundum, ibi [Adhuc autem.] Primò ergo arguit contra hoc, quod dicit, quòd affirmatio & negatio sunt simul uera, & est ratio sua talis: quòd Heraclytus sic demonstrando, non intelligit seipsum; quia dicendo hoc, negat quod dicit: dicendo enim, quòd affirmatio & negatio sunt simul uera; simul dicit, quòd affirmatio & negatio non sunt ueræ: nam istæ duæ pro-

In particulari disputat cõtra negantes primum principium.

Opi. Heracl.

E positiones, affirmatio & negatio sunt simul ueræ; & affirmõ & negatio non sunt ueræ, sunt oppositæ: si ergo oppositio simul uerificatur de eodem, sequetur quòd affirmatio & negatio erunt simul & non simul uera; ita quòd fiat una propositio affirmatiua ex affirmatione & negatione, dicendo; quòd affirmatio & negatio sunt simul uera; & etiam una negatiua, scilicet quòd affirmatio & negatio non sunt uera; & hæ propositiones compositæ uerificabuntur de eodem, sicut & simplices. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit: quòd aliquis sic disputans & interrogans, de facili cognoscit ipsum Heraclytum confiteri, quòd opposita non uerificantur de eodem: ipse enim dicens hanc oppositionem, non intelligebat seipsum: si enim illud, quod dicitur ab eo, scilicet quod

F idem contingit esse & non esse secundùm idem tempus, est uerum; sequetur quòd non sit uerum quòd si affirmatio & negatio est uera, sequetur quòd affirmatio & negatio non erit uera: sicut enim quando affirmatio diuiditur a negatione, si affirmatio est uera, & negatio est uera, ut dicunt ipsi sic tenentes: similiter quando fit una propositio ex affirmatione & negatione, sequetur quòd si una sit uera, reliqua est uera: fiat enim una propositio affirmatiua ex affirmatione & negatione, dicendo, quòd affirmatio & negatio est uera: quæ quidem propositio non est magis uera, quã negatio sibi opposita, scilicet quòd affirmatio & negatio non sunt simul uera. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super hoc, quòd

G si est per se uerum, quòd affirmatio & negatio uerificantur simul; erit uerum in omni materia: quia quod per se conuenit alicui, conuenit omni tali: ergo hoc erit uerum tam in propositione simplici, quàm in propositione composita; siue sit cõposita ex duabus affirmatiuis, siue ex duabus negatiuis; siue componatur ex affirmatiua & negatiua: si ergo fiat una propositio ex affirmatione & negatione, quæ sic diceret: affirmatio & negatio sunt simul ueræ: alia, quæ dicat, affirmatio & negatio non sunt simul ueræ; oportet quòd istæ duæ sint simul contradictoriæ; & quia contradictoria simul uerificantur secundùm istos, oportet quòd istæ duæ sint simul ueræ.

Fundamentũ Philosophi.

H *Adhuc autem si nihil est uerè affirmare hoc ipsum utique falsum erit dicere, nullam ueram affirmationem existere. Si autem est aliquid, soluetur utique quod dicitur ab his, qui talia instant, & penitus auferentibus disputare.*

Inducit rõnem contra hoc, quod ponebatur; quòd nulla affirmatio sit uera; & hoc quia medium est inter affirmationem & negationem, dicens: quòd si nihil conuenit uerè affirmare, sequetur quòd nulla affirmatio sit uera; qui autem sic dicit, quòd nulla affirmatio sit uera, aliquid affirmat; affirmat enim, quòd nulla affirmatio sit uera; illud, quod affirmat, est falsum; quia (secundũ eum) omne affirmatum est falsum. Si autem dicat, quòd illud, quod affirmat, est uerum; sequetur

Rõ improbat.

A sequetur quòd non omnis affirmatio est falsa;sed quòd aliquid erit uerum in rebus;& si aliquid est uerum,tolletur opinio istorum;qui contra omnia instant,dicentes;quòd nulla affirmatio est uera; & qui totaliter abiciunt disputationem : disputatio enim non potest esse, si tollatur ueritas ab omni propositione. Notandum est, quòd ratio Philosophi,est in hoc:si nulla propositio esset uera;ergo ista propositio,nulla propositio est uera, erit falsa;ille,qui dicit, ullam propositionem esse ueram,falsum dicit; credens ergo dicere uerum falsum dicit;& sic ignorat uocem propriam.Si autem dicatur,quòd hæc propositio, nulla propositio est uera,est uera:sequetur quòd aliquid est uerū in propositionibus,& per consequens ille mentitur, qui dicit omnem propositionē esse falsam. B Deinde cum dicit.

Simile autē dictis est, & quod dicitur a Pythagora. Etenim ille dixit,omnium rerum esse mensuram hominem; nihil aliud dicens quam quod uidetur unicuiq;, hoc & esse firmiter. Hoc autem facto idem accidit & esse,& non esse; & bonum & malum esse, & alias secundùm oppositas dictiones dicta, propter multotiens his quidem uideri esse hoc bonum,his autem contrarium. Mensuram autem esse,quod uidetur unicuiq;.

Reijciat opinionē Pythagora videtur in Decimo huius tex. com. 5.

Descēdit specialiter ad opinionē Pythagoræ. Ad cuius euidentiam notandum est, q opinio Pythagoræ fuit,quòd intellectus & sensus est mēsura rerum; quia res ita se habet ad esse, sicut ad intelligi & sentiri; quia sic est in re, sicut uidetur C sensui & intellectui:si autem hoc est uerum,quod dicit Pythagoras, sequitur quòd contradictoria simul uerificentur: si enim res ita se habet, sicut uidetur;cum opposita uideantur de eodem, sequitur quòd opposita uerificentur de eodem : quod enim uidetur dulce habenti sanum gustum, uidetur amarum habenti gustum infectum. His uisis, patet litera Philosophi,quę dicit sic:quòd dictum Pythagoræ simile est dicto Heraclyti:& hoc quia ad dictum Pythagoræ sequitur contradictoria esse simul uera; sicut sequitur ad dictum Heraclyti.Ponit enim Pythagoras hominem per intellectum & sensum esse mensuram omnium rerum, tam sensibilium quàm intelligibilium : nolens per hoc dicere, quòd quidquid uidetur alicui, D hoc est uerum in re:si autem ita est, quòd quidquid uidetur unicuiq;,uerum est:sequetur, quòd idem accidit esse & non esse; & quòd idem erit bonum & non bonum,siue malum; & sic de aliis oppositis.Et hoc quia multotiens illud, quod uidetur bonum uni,alteri uidetur esse malum : ipsum autem uideri est mensura rerum secundùm opinionem Pythagoræ. Notandum est, quòd radix, quæ fuit, quòd intellectus & sensus sunt mensura rerum,falsa est: magis enim res sunt mēsura sensus & intellectus, quàm econuerso.

Nō est mensura conceptus & conceptus est mēsura orationis.

Debemus enim imaginari, quòd res est mensura conceptus; & conceptus est mensura orationis; ita quòd conceptus est uerus & falsus propter rem:& oratio est uera uel falsa propter rem, & propter conceptum : quia ab eo quòd res est, uel non est,dicitur oratio uera uel falsa.

Soluetur autem utique huiusmodi dubitatio considerantibus,unde uenit principium existimationis huius.

Quō ad ueritatē reuocādi sunt Heraclytus et Pythagoras, ac sequaces.

Postquam Philosophus disputauit contra ponentes contradictoria simul uerificari;hic ostendit,quomodo hæc positio potest amoueri a mentibus eorum.Et diuiditur in duas partes,quia primò ostendit,quomodo hæc opinio potest amoueri a mentibus eorum : secundò inducit quædam corollaria,ibi[Quare manifestum ex his.] Prima in duas,quia primò ostendit,quomodo hæc positio in aliquibus potest solui : secundò in quibus potest solui,& in quibus non, ibi [Ad habentes quidem igitur.]Prima in duas, quia primò ponit modum,per quem potest amoueri hæc opinio a mentibus sic opinantium : secundò exequitur illum modum,ibi[Videtur enim quibusdam.]Dicit ergo primò,quòd hæc dubitatio & existimatio falsa, quæ dicit, quòd contradictoria sunt simul uera;poterit solui,si considerauerimus motiua;quibus hi mouebantur ad hoc ponendum; & hæc motiua destruxerimus.

Videtur enim quibusdam quidem ex physiologorum opinione, aliis autem & non eadem de eisdem omne cognoscere;sed his quidem delectabile hoc uideri,his autem contrarium.

Exequitur intentum suum,& modum, qui debet haberi in destructione huius opinionis : modus autem est, quia primò debēt uideri motiua, quibus hi mouebantur ad hoc opinandum;& secundò debēt destrui. Et secundùm hoc hæc pars diuiditur in duas partes, quia primò ponit duo motiua:secundò ponit motiuum quoddam,quod sumitur ex rerū permutatione,ibi [Totaliter autem inconueniens.] Prima in duas, quia primò ponit duo motiua;quorum unum sumitur ex generatione rerum,& est motiuum Anaxag. secundum sumitur ex hoc,quòd credebant, quòd nostrum uidere,uel non uidere esset mensura rerū; & potuit esse motiuum Pythagoræ: secundò destruit ista motiua, ibi [Non difficile autem dissoluere.] Prima in duas, quia primò ponit illa duo motiua;secundò manifestat primum, ibi [Nihil enim ex non ente.]Dicit ergo primò, quòd quibusdam uidetur,quòd hæc opinio, scilicet quòd contradictoria sint simul uera,sequitur ad opinionem quorundam naturalium;sicut ad opinionem Anaxagor. cui uisum est, quòd quodlibet est in quolibet; & quòd ens fit ex ente : si enim ita est, oportet quòd oppositio sit simul, sicut patebit. Aliis autem uidetur, quòd hæc opinio sequatur ad dictum illorum,qui posuerūt, quòd quidquid uidetur homini uerum,est uerum: ex hoc enim, quòd nunquam eadem uidentur omnibus cognoscere de eisdem,sed contraria;sequitur quòd contraria uerificentur de eodem;quòd enim huic uidetur esse dulce,illi uidetur esse amarum.

Quib. suasionibus ducti sunt, q primo principio negarunt.

No-

Notandum eft, quòd fententia Philofophi eft in hoc; quòd duo motiua funt, ex quibus poffet aliquis credere, quòd oppofitio uerificatur de eodem: fiue enim aliquis dicat, quòd quidquid fit, primò præexiftat; ita quòd fiat ex ente, ficut dixit Anaxago. fiue dicat, quòd quidquid uidetur unicuique, eft uerum; fequitur quòd oppofitio uerificatur de eodem.

Nihil enim ex non ente fieri; omne autem ex ente ferè omnium eft commune dogma eorum, qui de natura. Quoniam igitur non album fit ex albo per fectè exiftente, & nequaquam ex non albo. Nunc autem factum non album, fiet utique ex non ente non albo, quod fit non album. Quare ex non ente fiet utique fecundùm illos, fi non exiftit non album idem & album.

Manifeftat primum motiuum, quomodo fcilicet ad dictum Anaxag. fequitur quòd oppofitio uerificatur de eodem. Ad cuius euidentiam notandum eft, quòd opinio Anaxag. fuit, quòd omne, quòd fit, primò præfuit: fi enim hoc non effet, tunc quod fit, fieret ex non ente, & ex nihilo, qđ eft impoffibile: fi autem ita eft, quòd quidquid fit, præfuit; fequitur quòd oppofitio uerificetur de eodem: fequitur enim, quòd idem erit album & non album. Ponamus enim, quòd ex albo fiat non album; fi ergo non album fit; & omne, quod fit, præfuit in eo, ex quo fit: fequitur quòd non album præfuit in albo: & fic idem erit album & non album. Hoc uifo, patet litera, quæ dicit: quòd fecundùm opinionem Naturalium nihil fit ex non ente; fed dogma ferè omnium naturalium eft, quòd omne, quod fit, fit ex ente; ita quòd omne, quod fit, præfuit; fi autem ita eft, fequitur ꝙ oppofitio uerificetur de eodem. Videmus enim, quòd non album fit ex perfectè albo, & nequaquam ex non albo; quia unio ꝯratio inter oppofita eft: non album autem factum nequaquam factum eft ex non ente non albo; aliàs generatio effet ex non ente; illud ergo factum non album erit non album, & fic idem fimul eft non album, & album; fi enim fit album, & non album, generatio erit ex ente & nullo, quod eft impoffibile. Deinde cum dicit.

Non difficile autem diffoluere dubitationem hanc. Dictum eft enim in Phyficis, quomodo ex non ente fiunt quæ fiunt, & quomodo ex ente.

Diffoluit hæc duo motiua, & primò primum: fecundò fecundum, ibi [Sed & fimiliter attendere] Primò ergo diffoluit primum. Ad cuius euidentiam notandum eft, quòd quando dicitur, ꝙ illud, quod fit, præfuit: poteft malè & benè intelligi: fi enim intelligatur, quòd illud, quod fit, præfuit in actu, fic hoc eft falfum: fi autem intelligatur, quòd illud, quod fit, præfuit in potentia; fic hoc eft uerum. Similiter quando dicitur, quòd omne, quod fit, fit ex ente in actu, fic hoc eft falfum; fi autem intelligatur, quòd omne, quod fit, fit ex ente in potentia, fic hoc eft uerum. Quando ergo dicebatur, quòd fi ex albo fit non albũ; oportet quòd non album præfuerit in albo, & fic idem erit album & non album; Dicendum eft, ꝙ non album præfuit in albo in potentia, & non in actu; & fic idem erat album in actu, & non albũ in potentia; hæc autem non funt oppofita; album enim in actu, & nõ album in actu oppofita funt, nec poffunt fimul effe: album autem in actu, & non album in potentia, fimul effe poffunt, nec habent oppofitionem ad inuicem. Hoc uifo, patet litera Philofophi, quę dicit: quòd dubitatio, quam habebant Naturales de generatione rerum, utrũ fiat ex ente, aut non; difficile eft foluere; fed reducantur ad memoriã, quæ dicta funt in Primo Phyficorum: ibi dictũ eft, quomodo aliquid fit ex ente, & non ente: illud enim, quod fit, fit ex non ente in actu, tamen ex ente in potentia; ita quòd illud, quod fit, præfuit in potentia; ex hoc autem ꝙ fic præfuit, non fequitur quòd contradictoria uerificentur de eodem. Deinde cum d.

Sed & fimiliter attendere utrifque opinionibus & phantafiis ad ipfos dubitantium, ftultum. Palàm enim, quòd alterum ipforum neceffe eft mentiri. Palàm autem hoc ex his, quæ fiunt fecundùm fenfum. Nunquam enim uidetur idem his quidem dulce, his autem contrarium non corruptis & priuatis arteriis fecundum organum fenfus, & indicatoriis dictorum faporum. Hoc autem exiftente tali, alteros quidem exiftimandum menfuram effe, alteros autem non putandum: fimiliter autem hoc dico & in bono, & in malo; & pulchro & turpi, et in aliis talibus.

Soluit fecundum motiuum. Et duo facit, quia primò diffoluit hoc motiuum: fecundò illud manifeftat per quoddam exemplum, ibi [Nihil enim differt.] Ad euidentiam primi notandũ eft; quòd hoc motiuum fit ex hoc, quòd quidam dicebant, quòd quidquid uidetur unicuique, uerum eft; hoc autem dictum oftendit Philofophus effe falfum; quia non fimiliter eft uerum, quod uidetur alicui habenti fanum guftum & infectum: nõ enim res debet iudicari dulcis uel amara fecundùm iudicium cuiufcunque guftus, fed fecundùm iudiciũ guftus fani. Similiter non debet iudicari actus bonus uel malus fecundùm iudicium cuiufcunque, fed fecundùm iudicium habẽtis appetitũ fanum. Hoc uifo, patet litera Philofophi, quæ dicit, quòd ftultum eft attendere opinionibus & phantafiis quorumcunque dubitantium: neceffe eft enim ꝙ fi unus dicat fic eft, & alius non fic eft, quòd alter mentiatur, & quòd uterque non dicat uerum: hoc autem manifeftum eft in fenfu: his enim uidetur hoc effe dulce, non habentibus corruptum guftum; his autem habentibus corruptum guftum uidetur contrarium; & tamen hoc exiftente, non eft ftandum iudicio cuiufcunque: fed dicẽdum eft, quòd alter iftorum, fcilicet ille, qui habet fanũ guftum, eft menfura rerum; ita quòd fecundùm eius iudicium iudicãdum eft de re; alter autem non eft menfura rerum; ita quòd non eft ftandum in eius iudicio. Et ficut dictum eft de dulce

Oẽ, quod fit, primo præfuit, fecũdu Anaxag.

A.l. generatio.

Oẽ, quod fit, præfuit: põt dupliciter intelligi.

Tex. cõ. 73. & circa.

Soluit fecũdũ motiuũ.

dulci & amaro reſpectu ſenſus; ita dicendum eſt de bono & malo, de pulchro, & turpi reſpectu intellectus: ſi enim quibuſdam hoc uideatur eſſe bonum, aliis autem uideatur hoc eſſe malũ, non eſt ſtandum in iudicio cuiuſcunq;, ſed in iudicio habentis ſanum intellectum. Notandum eſt, quòd ſecundum Philoſophum Sexto Ethic. temperantia ſaluat prudentiam; & ſicut temperantia ſaluat exiſtimationem prudentis; ita intemperantia deſtruit exiſtimationem eiuſdem: intemperatus autem non habet rectam exiſtimationem de bono & malo, honeſto & turpi; temperatus autem ſic: & ideo ſi quæratur, utrum fornicatio ſit bonum uel malum? non eſſet ſtandum iudicio intemperati, cuius exiſtimatio corrupta eſt; ſed iudicio temperati; cuius exiſtimatio ſalua eſt: quia (ut dictum eſt) temperantia ſaluat exiſtimationem. Deinde cum dicit.

Temperãtia ſaluat prudentiam.

Nihil enim differt hoc dignificare, quàm quæ apparent ſubmittentibus ſub uiſu digitum, & facientibus ex uno uideri duo, oportere eſſe, propter apparere tanta, & iterum unum. Non mouentibus enim uiſum, unum apparet quid unum.

Manifeſtat, quod dixit per exemplum. Ad cuius euidentiam notandum eſt: quòd ſicut oculus non benè diſpoſitus non benè uidet, nec benè iudicat de uiſibili: ita intellectus non benè diſpoſitus non benè iudicat de intelligibili. Imaginabimur quòd ſicut ſe habet bona diſpoſitio ad oculum; ita ſe habet recta exiſtimatio & prudentia ad intellectum; & ſicut ſe habet mala diſpoſitio ad oculum, ita ſe habet corrupta exiſtimatio, quæ eſt per corruptionem, ad intellectum. Et hoc eſt, quod dicit Philoſophus in exemplo ſuo; quia ſicut non eſt ſtandum in iudicio oculi indiſpoſiti; quia aliquando oculo indiſpoſito illud, quod eſt unum, uidetur duo; ſed eſt ſtandum in iudicio oculi benè diſpoſiti; cui illud, quod eſt unum, uidetur unum: ita ſimiliter non eſt ſtandum in iudicio intellectus habentis corruptam exiſtimationem; ſed in iudicio intellectus habentis exiſtimationem ſanam. Hoc uiſo, patet litera, quæ dicit: quòd dicere quidem quòd indignum eſt credere iis ſicut illis; ita habentibus corruptum intellectum, quemadmodum ſanum; idem eſt quod dicere, quòd ita oportet credere de unitate, & dualitate uiſibili oculo benè diſpoſito, ſicut indiſpoſito: ac ſi oporteret dicere, quòd ea, quæ apparent ponentibus digitum ſub uiſu, & mouentibus oculum a ſitu ſuo, & ex hoc facientibus, quòd unum appareat duo; quòd propter hoc debeãt eſſe duo, & tanta, quanta apparent, falſum eſt: ſicut enim unum eſſet duo: illud enim quod apparet duo mouentibus uiſum, iterum apparet unum non mouentibus uiſum: & ſic ſi ſtaretur in iudicio cuiuſcunq;, idem eſſet unum & non unũ. Notandũ eſt, ꝙ quando ſpecies unius uiſibilis duobus modis reducitur organo uiſus, tunc unum apparet duo: hoc autem eſt, quando oculus mouetur à ſitu ſuo:

Exẽplo manu.

Vnum quomodo appareat duo.

A quando autem ſpecies rei uiſibilis reducitur per modum unius, ſic unum apparet unum. Debemus ergo dicere, ꝙ non eſt ſtandum in iudicio oculi moti & indiſpoſiti; ſed in iudicio oculi quieſcẽtis & ſe habẽtis ſecũdũ diſpoſitionẽ bonã.

Totaliter autem inconuenientem, uideri præſentia permutantia, & nunquã permanentia in eiſdem, ex hoc de ueritate iudicium facere. Oportet enim ex ſemper ſecundũ eadem habentibus, & neq; unã permutationem facientibus, uerũ uenari. Talia autem ſunt, quę ſecundùm mundum: hæc enim nõ quandoq; quidem talia, iterum aũt alia uidentur. Eadem autem ſemper, & permutatione nulla participant.

B Poſtquam Philoſophus deſtruxit motiuum illorum, qui ponebant contradictoria ſimul eſſe uera, quia generatio fit ex ente: poſtquàm etiam deſtruxit motiua illorum, qui ponebant contradictoria ſimul eſſe uera; quia illud, quod uidetur unicuiq;, uerum eſt: hic deſtruit motiuum illorum, qui ponebant contradictoria ſimul eſſe uera; quia omnia ſunt in continuo fluxu, & in continuo motu, nec aliquid eſt fixum in rebus. Ita ꝙ hic oſtendit, ꝙ falſum eſt dicere, ꝙ omnia ſunt in continuo fluxu: ita ꝙ ex hoc ſequatur, ꝙ propter iſtum fluxum quidquid uidetur unicuiq;, uerum eſt: ex quo ſequitur quòd contradictoria ſunt ſimul uera. Diuiditur aũt hæc pars in quinq; partes, ſecundùm quinq; rationes, quas adducit. Secunda ibi [Adhuc autem] Tertia ibi [Et ſi ſecundũ quantũ] Quarta ibi [Adhuc propter quid] C Quinta ibi [Adhuc ſi ſemper] Ponit ergo primã rationem. Ad cuius euidentiam notandum eſt: ꝙ hæc inferiora quaſi nullius ſunt quantitatis reſpectu ſuperiorum: cum ergo hæc inferiora ſint incõtinuo fluxu, & in continua tranſmutatione; quia continue generantur & corrumpuntur: ſuperiora autem ſemper ſint eadem, ſine fluxu & tranſmutatione; magis debent iudicari omnia eſſe permanentia propter ſuperiora, quàm eſſe in fluxu propter inferiora. Quaſi dicat Philoſophus, ſi omnia judicantur eſſe in fluxu propter tranſmutationẽ inferiorum; multò magis debent iudicari permanentia propter uniformitatem ſuperiorum; & ſic falſum eſt, ꝙ omnia ſint in fluxu. Hoc uiſo, patet litera, quæ dicit: quòd inconueniens eſt totaliter ſumere iudicium de ueritate rerum, ex hoc quòd D hæc inferiora ſemper uidentur eſſe in fluxu, & nullius permanentiæ: magis enim debet ſumi iudicium de ueritate rerũ per ſuperiora, quæ ſemper permanent eadem, & nõ permutantur ſecundum ſubſtantiam, licèt mutentur ſecundum locũ: talia enim ſuperiora ſunt; quę permanent ad mundum; quibus cõparata inferiora, quaſi nullius ſunt quantitatis: talia etiam ſunt, quæ ſemper ſe habẽt uniformiter; non enim quandoq; ſunt talia, quãdo non: & hoc, quia nullam mutationem ſubſtantialem participant. Deinde cum dicit.

Confutat rationes Heraclyti.

Inferiora reſpectu ſuperiorum ſunt quaſi nullius quantitatis.

Superiora quo mutantur.

Adhuc autẽ ſi motus eſt, & motum aliquid, mouetur autẽ omne ex aliquo ad aliquid; oportet igitur quod mouetur, eſſe adhuc in illo, ex quo mouebit, &

non

non esse in ipso. Et ad hoc moueri & fieri in hoc, secundũ cõtractionẽ antẽ nõ uerificari secundũ ipsos.

Ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd illi, qui ponunt omnia esse in motu, concedunt motum eo ipso autem quòd concedunt motum, concedũt aliquid determinatè esse uerũ in rebus: ex quo, n. cõcedunt motum, concedunt ea, quæ requiruntur ad motum, & ad motum uerum. Ad naturam autem motus requiritur, quòd mobile in principio motus determinatè sit in termino à quo, & non in termino ad quẽ, nec moueatur ad ipsũ; & sic cõcedens motũ, aliquid fixum & determinatum concedit. Hoc uiso, patet litora, quæ dicit, quòd si est motus, sicut hi ponũt; oportet esse aliquem motũ & mobile: omne autem, quod mouetur, ex aliquo in aliquid mouetur, qđ dum mouetur, adhuc est in termino à quo, & nõ in termino ad quẽ: si aũt ita est, cõtradictoria non uerificantur de eodem: hæc enim propositio, mobile non est in termino ad quem, ita est uera, quòd sua opposita non est uera.

Et si secundùm quantũ continuè præsentia fluunt & mouentur, & quis hoc ponat, equidem non uerum existens propter quid secundùm quale non manet? Videtur. n. non minimè quæ secundũ cõtradictiones eiusdẽ prædicari, & existimari quantũ nõ manere in corporibus, pp et esse quadricubitũ idẽ & non esse. Substãtia autem secundùm quale, hoc quidem determinatæ naturæ, quantũ autem indeterminatæ.

Ponit tertiam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd aliqui opinabantur, quòd aliquid esset in continuo motu & fluxu propter motum augumenti: uidentes enim ꝙ aliquid augetur per longum tempus secundùm aliquam quantitatẽ, credebant ꝙ in qualibet partẽ illius tẽporis augeretur secundũ aliquam modicam quãtitatem: ita quòd quantitas augumentabilis diuideretur secundùm diuisionem temporis: ex quo sequebatur, quòd res, quæ augetur, in toto tempore augmenti esset in continuo fluxu & motu. Hoc ergo motiuum destruit Philosophus in ista ratione, uolẽs: ꝙ & si res, quæ augetur, sit in cõtinuo fluxu & motu in toto tempore augmenti, tamẽ est de terminatæ qualitatis, & determinatæ substantiæ; quia augmentum non uariat substantiam rei: & sic adhuc dabitur aliquid determinatũ in rebus. Hoc uiso, patet litera Philosophi, quæ dicit; ꝙ & si præsentia sint in continuo motu secundũ quantitatẽ: ita quòd aliquis ponat, ꝙ res cõtinuè augeatur, (qđ tamẽ nõ est uerũ, sicut est probatum Octauo Physicorum) tamen propter hoc non ponit, quòd aliquid sit determinatũ propter quale; secundũ. n. qualitatẽ minimè uerificantur contradictiones, & hoc quia qualitas est determinata in rebus; & si enim uerificentur secundũ quantitatem; ita quòd idem sit quadricubitum, & non sit; & hoc quia quantum est in motu & in fluxu, ut isti dicunt; tamen substantia determinata est, & etiã quale substantiale; & inquantùm ad hoc aliquid est determinatè in rebus, non obstante, ꝙ quantitas sit in determinata. Notandum est, ꝙ augmentũ non uariat res secundũ substantiam; unus. n. & idem homo manet in toto tempore augmenti terminatæ naturæ, & terminatæ substantiæ; & si ergo ponamus, quòd esset continuus motus secundùm augumentũ, tamen non sequitur, ꝙ sit continuus fluxus quò ad omne. Cum postea subdit.

Adhuc propter quid iubente medico hunc cibum offerre, offerunt? Quid enim magis panis est, aut nõ est? Quare nihil utique aliquid habebit comedere, aut non comedere. Nunc autem ut uerum dicentes circa ipsum, & existente ipso cibo hoc, offerunt hunc. Quamuis non oporteat non permanente ullà natura firmiter in sensibilibus, sed semper omnibus motis & fluentibus.

Ponit quartam rationem, quæ ratio est; quòd si nihil est determinatum in rebus, cessabit omnis actio medicinalis; non enim medicus magis affert unam rem, quàm aliam, ex quo in rebus nihil est determinatũ. Et hoc est, quod dicit Philosophus; ꝙ si nihil est determinatum in rebus, nec quò ad esse, nec quò ad non esse; non est assignare rationem, propter quid medicus magis offert infirmo hunc cibum, quàm alium; secundùm enim hanc opinionem illud, quod offertur, non est magis panis, quàm non panis; & hoc quia affirmatio & negatio uerificantur de eodem; ita quòd si hoc est uerum, infirmus æqualiter se habebit ad comedere, & non comedere; cum autem ita sit; quòd medici ratione iudicent, & ratione offerant, quod offerendum est infirmo, oportet quòd aliquid sit uerè determinatè uerum in rebus; quod tamen non esset, si omnia esset in fluxu.

Adhuc si semper alteramur, & nunquam permanemus iidem, quid mirabile si nunquam eadem nobis uidetur quemadmodum laborantibus? Etenim his propter non similiter disponi secundum habitur, & quando sani erant non similia uidetur, quæ secundùm sensus: ipsa tamen nulla propter hoc permutatione participantia sensibilia impressiones autem alias faventia laborantibus, & non eadem. Eodem itaque modo habere, & dicta permutatione factas, fortè necessarium est: si autem non permutamur, sed si iidem permanemus entes, erit utique aliquid manens.

Ponit quintam rõnem, & est uirtus rationis in hoc; quia nos, qui iudicamus de rebus, uel sumus in continua trãsmutatione, uel sumus semper permanentes: si semper sumus in continua trãsmutatione, nõ est mirum, si aliter iudicamus de rebus, & non semper uidentur nobis eadem: qui enim sunt in continuo motu, assimilantur infirmis: sicut ergo infirmi sanè nõ iudicãt de rebus; ita nec isti: si autem sumus in aliqua permanẽtia, & in aliqua fixione; ergo est aliquid permanens, cuius contrarium ponebant. Hoc est ergo, quod dicit litera; quòd si continuè alteramur, & nunquam manemus in eodem; non est mirum, si non uidentur nobis eadem: ita enim est de his, sicut est de laborantibus; laborantes enim, quia non similiter

Marginal notes: Scđa rõ ad idem. — Motus natura, & cõditio. — Tertia rõ. Vide in Sp. Phy., tex. cõ. 22. & inde. — Augmentum non uariat res sub stantiam. — Tex. cõ. 33. & inde. — Quarta ratio. — Quinta adhuc ratio. — Eadem sensibilia aliter sanis aliter infirmis apparẽt.

militer disponuntur, sicut quãdo sunt sani; ideo una & eadem res alia & alia uidetur in infirmitate, & in sanitate: sed tamen hoc non est imputandum rebus, res enim eadem permanens aliter transmutat gustum infirmum, & aliter sanum: Ita similiter si sumus incontinua transmutatione, eadem res fortè uidetur nobis alia & alia: si autem permanemus, ergo non sumus incontinuo fluxu & motu; & sic aliquid est determinatum in rebus. Deinde cum dicit.

Ad habentes quidem igitur dubitationes dictas, ex ratione non facile dissoluere, non ponentibus aliquid, & horum non ad hæc rationem exquirentibus. Si enim omnis ratio, & omnis demonstratio fit; nihil enim ponentes, interimunt totaliter disputare, & totaliter rationem. Quare ad tales quidem non est sermo. Ad dubitantes autem, ex datis defectibus facile obuiare, & dissoluere facientia dubitationem in ipsis; palàm autẽ ex dictis.

Ex taliter opinantibus qui persuaderi possint.

Ostendit, à quibus potest remoueri hæc opinio, & a quibus non; a quibus enim potest remoueri, sunt benè sanabiles; a quibus autem nõ, sunt in sanabiles: Ad cuius euidentiam notandũ est: ꝙ aliqui sunt, qui dicunt, ꝙ cõtradictoria sunt simul uera sine aliqua ratione, sed ex quadam peruicacia; & hi non sunt benè sanabiles, nec possunt benè curari: Aliqui sunt, qui requirentes declarationem alicuius dicti, concedunt quòd affirmatio, & negatio sunt simul uera: si enim fuisset declaratum aliquibus, per quem modum generatio fit ex ente, & per quem modum non; nunquam concessissent contradictoria simul esse uera: & similiter si fuisset declaratum aliquibus, quòd non est simul contradictio cuiuslibet; nec omne quod uidetur cuilibet, est uerum; nunquam concessissent, quòd affirmatio & negatio essent simul uera: hi ergo de facili sanari possunt; & hoc declarando dictum, in quo dubitant, propter quam dubitationem ponebant contradictoria simul esse uera. Et hoc est, quod dicit Philosophus; ꝙ si aliquis incidat in istas dubitationes; ita ꝙ nihil ponat, sed omnia neget; cum tali non est facile obuiare per rationem; cuius ratio est, quia nihil ponentibus & concedentibus, non potest obuiari ratio naturaliter; & hoc quia omnis ratio, & omnis demonstratio aliquid supponit, & aliquid concedit: quòd ergo nihil concedit, interimit omnem disputationem & omnem rationem: & ideo cum tali non debet haberi sermo. Si autem aliquis incidit in dictas dubitationes propter alicuius defectum, puta quia tantum non intelligunt aliquod dictum, talibus facile est obuiare; & tales benè sanabiles sunt: sanitas autem eorum est, quòd dictum, in quo dubitant, soluatur, & declaretur eis: & hoc manifestè factum est in præcedentibus dictis, in quibus ostensum est, quomodo generatio fit ex ente, & quomodo non, & sic de aliis dubiis. Deinde cũ dicit.

Opinio erronea euenit aliquibus uel ex proteruia, uel ex debilitate intellectus.

Quare manifestum ex his, quòd non contingit oppositas dictiones de eodem secundùm unum tempus A *uerificari: neque contraria propter dici secundum priuationem omnem contrarietatem, palam autem hæc ad principiũ resoluentibus rationes cõtrariorũ. Similiter autem neq; intermediorum nullum possibile est prædicari de uno & eodem. Albo enim existente subiecto, dicentes ipsum esse neq; album neq; nigrum, mentietur. Accidit enim album esse ipsum, & non esse; alterum enim complexorum uerificabitur deipso hac autem est contradictio albi.*

Corollaria.

Concludit quædam corollaria. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres conclusiones, quas ponit. Secunda ibi [Similiter autem neq; omnes] Concludit ergo primum corollarium, dicẽs: quòd manifestum est, ꝙ si opposita cõtradictoria non uerificantur de eodem, quòd etiam cõtraria non uerificantur de eodem: & hoc quia in cõtrariis includitur priuatio & habitus: si enim cõtraria reducantur ad aliqua prima, oportet ꝙ reducantur & resoluantur ad priuationem & habitũ; quia unum contrariorum est priuatio alterius: si autem priuatio & habitus nõ uerificantur de eodem, impossibile est, ꝙ de eodẽ prædicetur medium inter duo extrema, & alterum extremorũ: & hoc quia in medio clauditur negatio utriusq; extremi: quod enim est fuscum, nec est albũ, nec est nigrum; si ergo subiecto existente fusco, dicat aliquis, ipsum esse album, mentitur: similiter si subiecto existente albo, dicat aliquis, ipsum esse nec albũ, nec nigrum, dicendo, ꝙ est fuscum, mentitur; quia sequitur ꝙ idem sit album & non album; quia si est album, uerificabitur de eo alterum extremorum, scilicet album; si autem nec est album, nec est nigrum, quia est fuscum; uerificabitur de eo contradictio albi.

Cõtraria de eodem simul non uerificantur.

Vnum contrariorũ est priuatio alterius.

Neq; enim itaq; secundùm Heraclytum contingit uerum dicere, neq; secundùm Anaxagoram. Si autem non, accidet contraria de eodem prædicari. Cum enim in omni dicat omnis esse partem; nihil magis dicit esse dulce, quàm amarum, aut reliquarum quarumcunq; contrarietatum: si quidẽ in omni existit non potentia sol m, sed actu & segregatum.

Concludit secundum corollarium, & est quòd si affirmatio & negatio non sunt simul uera, sequitur quòd sit falsa opinio Heracliti: & de opinione quidem Heracliti, manifestum est ex dictis, scilicet quòd falsa est; & ideo uidendum est de opinione. Anaxag. quomodo scilicet falsa est: ponebat enim Anaxag. quòd omne esset in omni, & quòd quodlibet latebat in quolibet: ex quo sequebatur, quòd contrarium sit in contrario; & ita nihil erit purè dulce, & purè amarum; sed omne dulce erit amarum, & econuersò, & sic de aliis contrarietatibus. Si autem contraria uerificantur de eodem, sequitur quòd affirmatio & negatio sunt simul uera; quia unum contrariorum est negatio alterius: si autem (ut est probatum) negatio & affirmatio non sunt simul uera sequitur quòd malè dixit Anaxag. quòd quodlibet est in quolibet: licèt enim contrarium sit in contrario

Anaxago lapsus.

Quomodo negari, aut affirmari potest, contraria simul inesse.

 in po-

in potentia; tamen non est ibi in actu:licèt (secundùm Anaxag.) contrarium esset in contrario, non solùm in potentia sed etiam in actu & separatim. Deinde cum dict.

Similiter autem neque omnes falsas, neque ueras dictiones possibile esse, & propter alia multa collectarum utique difficultatum propter hanc positionem; & quia falsis quidem existentibus, neque hoc ipsum quis dicens, uerum dicet. Veras autem falsas dicens esse omnes, non mentietur.

Concludit tertium corrollarium, dicens: quòd falsum est dicere, quòd omnes propositiones sint ueræ, & quòd etiam omnes propositiones sint falsæ: non enim manifestum est per multa difficilia, quæ possunt colligi per sic dicentes. Hoc etiã manifestum est in speciali sic; quia si omnes propositiones sunt falsæ, qui sic dicit, dicit suam propositionem esse falsam; & sic credendo uerum dicere, mentitur. Similiter autem si omnes propositiones sunt ueræ, sequitur quòd ille, qui dicit propositionem esse falsam, dicit uerum: si enim omnis propositio est uera, sequitur quòd propositio, per quã dicit, quòd omnia sunt falsa, sit uera: & sic iste dicens, omnes propositiones esse falsas, non mentietur, sed dicet uerum: si autẽ dicit uerum, falsa est propositio dicentis, omnia esse uera: si etiam uerum est, quòd omnia sint falsa, falsum est, quòd omnia sint uera.

Neq; oẽs ue ras, neq; oẽs falsas esse propõẽs, possibile est.

Omnis autem scientia quærit aliqua principia & causas circa unũquodque eorum, quæ sub ipsa scibilium puta medicatiua, & exercitatiua, & reliquarum unaquæque actiuarum, & doctrinalium. Vnaquæque enim harum circumscribens aliquod genus sibiipsi, circa hoc negotiatur tanquam existens, & ens, non inquantùm autem ens. Sed altera quædam hæc præter has scientias est scientia.

Postquam Philosoph. aliqua recollegit de cõsideratione scientiæ: & hoc recolligẽdo aliqua, quæ sunt dicta in Tertio huius, & etiam in Quarto; hic comparat scientiam istam ad alias scientias; & hoc recolligendo aliqua, quæ sunt dicta in Sexto. Et tria facit, quia primò ostẽdit, quod est propriũ scientiarum particularium; secũdò ostendit differentiam scientiarũ particulariũ ad inuicẽ: tertiò cõparat hãc scientiã ad alias scientias. Secũda ibi [Quoniam autẽ est quædã scientia de natura] Tertia ibi [Quoniã autẽ qđ quid est] Prima in duas, secundũ ꝙ duo dicit pertinere ad sciẽtias particulares. Secũda ibi [Dictarũ autẽ] Dicit ergo primò, ꝙ oĩs sciẽtia particularis hoc habet propriũ, quia quærit aliqua principia, & aliquas causas circa propriũ scibile, & circa proprium genus: sicut patet in Medicina, & in Exercitatiua: medicina .n. non est circa oĩa, sed est circa sanitatẽ: similiter exercitium nõ est circa omnia, sed est circa specialia exercitia ordinata ad bonam ualetudinem concipiendam. Et sicut medicina & exercitatiua est circa speciale genus. I. quęlibet aliarũ scientiarum particularium, siue sint doctrinales, siue practicæ: unaquęque enim scientiarum particula

Metaph ad reliquas sciẽtias cõparatio. Vide in Sexto i principio, & per totum.

Cuiusq; sciẽtiæ particularis munera.

E tium circunscribit sibi: certum genus entis: & circa hoc negotiatur; non autem negotiatur circa ens inquantùm ens: & ideo oportet, quòd sit quædam scientia præter particulares, quæ uersetur circa ens inquantùm ens. Notandum est, quòd ex ista particula possumus accipere necessitatem ponendi hanc scientiam, quæ dicitur Metaphysica: si enim nulla aliarum scientiarum particularium uersatur circa ens inquantùm ens; sed omnis uersatur circa hoc ens: uel ens inquantùm ens omnino erit incognitum; uel est dare unam scientiam, quæ uersetur circa ipsum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd cognitio entis requiritur in cognitione cuiuslibet entis particularis; sicut cognitio generis necessaria est ad cognitionem speciei: non ergo benè potest haberi F cognitio cuiuslibet entis particularis, ubi non habetur cognitio entis inquantùm ens. Necesse est ergo habere nos aliquam scientiam, in qua nobis tradatur cognitio entis inquantùm ens, & cognitio eorum, quæ consequuntur ens inquantùm ens; uel enim cognitio hæc tradetur nobis in qualibet scientia particulari: uel in aliqua scientia separata: si autem cognitio entis tradetur in una scientia, tradetur in omni; quia (ut dictum est) cognitio eius requiritur ad cognitionem cuiuslibet scibilis; quòd autem hæc cognitio sic tradatur in omni scientia, est inconueniens: restat ergo quòd cognitio entis inquantùm ens tradatur in scientia separata ab omnibus aliis. Deinde G cum dicit.

Necessitas ponendi sciẽtiam Metaphysicam.

Dictarum autem scientiarum unaquæque sumẽs aliqualiter quod quid est in unoquoque genere, tentat ostendere reliqua debiliùs aut certiùs. Sumunt autem quod quid est hæc quidem per sensum, hæc autem supponentes. Propter quod & palàm ex tali inductione, quòd substantiæ, & eius quod quid est, non est demonstratio.

Ponit secundum, quòd pertinet ad scientias particulares; & est: quòd unaquæque scientiarum particulariũ supponit genus suum, & quod quid est sui generis: quia de subiecto oportet supponere quid est, & quomodo: de hoc autem subiecto sic supposito, per ipsum quod quid est, demonstrat aliqua, idest passiones; aliquando quiH dẽ demonstrat certiùs, aliquãdo autem debiliùs. Quia demõstrationes sũt in duplici differẽtia; quędam .n. demõstratio certior est, sicut demõstratio Mathematica; quæ abstrahit à motu, & à materia; quædam autem est debilior, sicut est demõstratio naturalis. Licèt autem scientiæ supponant subiectum, & quod quid est; tamen quædã scientiarum sumit quod quid est per sensum: aliquando enim ex accidentibus sensibilibus deuenitur in cognitionem essentiæ rei: hæ autem scientiæ sunt, quæ sumunt quod quid est ab aliis scientiis, sicut particulare ab uniuersalibus: quæ autem supponunt subiectum & quòd quid est; manifestum est, quòd talis subiecti, & talis quòd quid est non est demonstratio: non enim scientiæ parti-

De subiecto supponitur quid est, quo.

Demonstrationes duplices.

particulares intromittunt se de substātia, & quiditate; quia hoc spectat ad scientiam uniuersalem. Notandum est, quòd suo modo ita debemus imaginari de scientia, sicut de arte: in arte autem uidemus, quòd qualibet ars supponit aliquam materiam, super quam erigit totam fabricam suam: ita similiter scientia supponit subiectum, & super subiectum erigit totam fabricam demonstratiuam. Vnde sicut suo modo ars domificatiua, non facit materiam suam, puta terram, uel lignum; sed supponit eam factam à natura; ita similiter qualibet scientiarum supponit subiectum suum, & quod quid est subiecti sui, iam habitum per sensum, & per scientiam superiorem. Vnde sicut natura monstrat materiam arti domificatiuæ; ita scientia superior, uel sensus monstrat scientiis particularibus subiectum, uel quod quid est subiecti. Et sicut domificatiua supponit subiectum a natura factū; ita scientia inferior supponit materiam suam, & subiectū suum monstratum uel à sensu, uel à scientia superiori. Debemus enim imaginari, ꝙ sicut in arte domificatiua est aliquid suppositū, & non factū ab ea; sicut est terra, quæ monstratur sibi a natura; & aliquid factū & nō suppositū, sicut fabrica domus: ita similiter in scientiis particularibus aliquid est suppositum, & nō factum; sicut subiectum, quod est talibus scientiis ministratum; & aliquid factū & non suppositum, sicut est demonstratio, quę erigitur super hoc subiectum: sicut enim domus est fabrica domificatoris, ita similiter demonstratio est fabrica scientiæ. Notandum est, ꝙ benè dixit Philosophus, ꝙ substantię subiecti, & ipsius quod quid est nō est demonstratio, cuius ratio est: quia sicut accidentis per se non est accidens per se, ita subiecti non est subiectum; si enim per se subiecti esset subiectum, esset abire in infinitum in subiectis: si autem subiecti non est subiectum, subiectum demonstrari non potest: si enim subiectum demonstraretur, de subiecto demonstraretur, si autem de subiecto demonstraretur, subiecti esset subiectum. Alia ratio potest adduci ad idem, dictum est enim quòd demonstratio est fabrica scientiæ: sicut autē demonstratio est fabrica scientiæ, ita demonstratum est factum in scientia; dictum est autē, quòd illud, quod est suppositum in scientia, non est factum a scientia: sicut illud, quod est suppositum in arte, non est factū ab arte: si ergo subiectum est suppositum in sciētia, impossibile est, ꝙ sit factū a sciētia. Si enim scientia fabricaret demonstrationem subiecti, super aliquo fabricaret, illud ergo, super quo fabricat, uel est suppositum tantùm, uel est demonstratū: si suppositum tantùm, habemus propositum, quòd aliquid est, quod est tantùm suppositum in scientiis: si autem est demonstratum, oportet quòd de aliquo sit demonstratum, & sic erit abire in infinitum: & cum hoc sit impossibile, oportet dare aliquid, quod sit suppositum tantùm. Deinde cum dicit.

Cōparatio inter artem & scientiā.

Subiecti, et quod quid est eius, non est demonstratio.

Demonstratio est fabrica scientiæ.

A *Quoniam autem est quadam scientia de natura, palam quia & à practica altera, & factiua erit. Factiuę quidem enim in faciente, & non in facto motus principium. Et hoc est siue ars aliqua, siue aliqua potentia. Similiter autem & practicæ non in agibili; magis autem in agentibus motus: quæ autem Physici circa habentia in se motus principium est. Quod quidem igitur neq; actiuam, neq; factiuam, sed speculatiuam necessarium esse naturalem scientiam, palàm ex his. In unum enim aliquod horum generum necesse cadere ipsa.*

Ostendit scientiarum particularium differentiam adinuicem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit differentiam scientiæ Naturalis ad scientias Practicas: secundò ostendit differentiam scientiæ Naturalis, & scientiæ Mathematicæ
B ibi [Quoniam autē ꝙ quid est] Primò ergo ostendit differentiā scientiæ Naturalis & scientiæ Practicæ, & est ratio sua talis: omnis scientia practica uel est actiua, uel factiua; sed scientia naturalis nec est actiua, nec factiua; ergo scientia naturalis non est scientia practica. In illa autem ratione sic procedit: supponit enim maiorem tanquā manifestam, scilicet, ꝙ omnis scientia practica uel est actiua uel factiua: minorem autem probat scilicet, ꝙ scientia naturalis nec est actiua, nec factiua. Probat autem sic; in factiuis scientiis principium motus est in faciente; in actiuis aūt principium motus est in agentibus: principium autem motus in rebus naturalibus est in ipsis rebus:
C ergo scientia naturalis nec est actiua, nec factiua. Visa hac ratione, patet litera Philosophi, quæ dicit: quòd manifestum est, quòd scientia, quæ est de natura; idest scientia naturalis nec est practica idest actiua, nec est factiua; cuius ratio, quia factiuæ scientiæ habent motus principium in faciente, & non in facto; & hoc siue illud principium sit aliquod, quod est principium dirigens; siue illud principium sit aliqua potentia exequens, quod præcipitur ab aliis; principium autem motus in scientiis practicis & actiuis non est in potentia agibilis, sed in agentibus: sed illa, quæ pertinent ad considerationem natu-
D ralis scientiæ sunt habentia motus principium in eo, in quo est motus: ex quo manifestum est, ꝙ sciētia naturalis nec est actiua, nec factiua: ex quo relinquitur, ꝙ sit speculatiua: omnem enim scientiam necesse est cadere in aliquod horum generum, scilicet in genere speculatiui, uel actiui, uel factiui. Notandum est, ꝙ in ista particula Philosophi intentio est probare, ꝙ scientia naturalis est speculatiua. Ad cuius euidentiam notandum est; ꝙ hæc est differentia inter scientiam speculatiuam & practicam; quia scientia speculatiua ita speculatur suum obiectum, ꝙ non facit ipsum, nec producit ipsum in effectu: factiua autem, uel practica ita, speculatur suum obiectum, ꝙ producit eum in effectu. Ex quo fit, quòd scientia naturalis est scientia speculatiua; quia si contingat, quòd speculata, quæ cadunt sub scientia naturali,

Differētia inter scientiā Naturalem, & Practicam.

Scientia naturalis nec actiua, nec factiua est, sed speculatiua.

Scientia factiua habet principium motus in faciente.

Differētia inter scientiam speculatiuam, et practicam.

naturali, habeant principium motus; talis non est in speculante siue in sciente; sed in re speculata: in scientiis autem practicis, & factiuis motus principium rerum factibilium est in ipso sciente; quia (ut iam dictum est) ille idem artifex, qui cognoscit rem in conceptu, producit eam in effectu. Vnde si est aliqua scientia, quæ ita speculetur res naturales, quòd eas producat in effectu, sicut est scientia diuina: fortè illa est factiua respectu rerum naturalium. Notandum est, quòd secundùm Commentatorem Sexto Ethicorum, Sicut se habet quodam modo speculatiua ad actiuam; ita se habet actiua ad factiuam: sicut enim dicit plus actiua quàm factiua; ita plus dicit actiua quàm speculatiua: plus enim est agere quàm speculari tantùm: & plus est facere quàm agere tantùm. Quidam enim est habitus, cuius finis est rectè speculari; & iste habitus speculatiuus est; secundò quidam habitus est, cuius finis est rectè agere actione manente in agente; siue cuius finis est, temperatè se habere, uel iustè, uel rectè; & in uenire ea, quę deducunt ad actum temperatum, uel iustum; qualis habitus est prudentia; & talis est habitus actiuus, hoc est directiuus actionis: & est quidam habitus, qui est directiuus actionis transeuntis in exteriorem materiam; quæ operatio uocatur hic factio; qualis habitus ars est, & iste habitus uocatur finis, idest directiuus factionis. Deinde eum dicit.

Proportio inter speculatiuam & actiuam ipsa & actiuam.

Habitus triplex.

Quoniam autem quod quid est necessarium unicuique aliqualiter scientiarum scire, & hoc uti principio; oportet non latere, qualiter diffiniendum naturali, & qualiter substantiæ ratio sumenda, utrum ut simum, aut magis ut concauum? Horum enim simi ratio quidem cum materia dicitur ea, quæ est res; quæ autem concaui sine materia. Simitas enim in naso fit, propter quod & ratio ipsius cum hoc dicta est: simus enim est nasus concauus. Manifestum igitur, quòd & carnis, & oculi, & reliquarum partium, cum materia semper rationem reddendum.

Ponit differentiam scientiæ Naturalis, & scientiæ Mathematicæ; quæ quidem differentia datur a Philosopho penes diuersum modum diffiniendi; & est ratio Philosophi talis: Scientiæ, quæ habent alium & alium modum diffiniendi, diuersæ sunt: scientia naturalis, & mathematica habent alium & alium modum diffiniendi: naturalis. n. in diffiniendo concernit materiam sensibilem: mathematica autem in diffiniēdo abstrahit à materia sensibili: ergo sunt diuersæ scientiæ. Visa hac ratione, patet litera Philosophi, quæ dicit: quòd quod quid est unicuique sciētiarum, necessarium est; quia omnes scientiæ utuntur ipso quod quid est, tanquam quodam principio ad demonstrandum; si ita est, oportet uidere qualiter diffinit Naturalis, & qualiter diffinit Mathematica: uidendum est enim, utrum diffinitio naturalis sit sicut diffinitio simi, aut sicut diffinitio caui? hæ enim duæ diffinitiones multum differunt: quia diffinitio simi concernit materiam sensibilem: simitas

Discrimen Naturalis à Mathematico.

Scientiæ unde reddantur diuersæ.

E enim & ratio eius est in materia sensibili, scilicet in naso: cauitas autem, & ratio eius abstrahit a materia sensibili: si enim benè inspexerimus, apparebit quòd diffinitio naturalis est sicut diffinitio simi; ita quòd concernit materiam sensibilem: manifestum est enim, quòd ratio carnis, & oculi, & aliarum partium naturalium redditur cum materia sensibili.

Quæreret aliquis, Vtrum sola Mathematica abstrahat a materia? Videtur quòd sic, quia secundùm Philosophum Sexto Ethicorum. Mathematica per abstractionem sunt: certum est autem, quòd Philosophus ibi diuidit Mathematica contra Metaphysicam & Physicam; ratio autem diuisionis & differentiæ est: quia iuuenis & puer fieri potest

F Mathematicus: non autem potest fieri Physicus, & Metaphysicus: cuius ratio est secundùm Philosophum; quia Mathematica est per abstractionē, & non Physica & Metaphysica. Ad oppositum est, quia omnis scientia abstrahit uniuersale a particulari; & sic omnis scientia abstrahit, non solùm mathematicus. Dicendum est ad hanc quæstionem, quòd secundùm unum modum dicendi sola Mathematica utitur abstractione; secūdùm alium modum dicendi omnis scientia abstrahit. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd duplex est abstractio, uniuersalis, scilicet a particulari: & si loquamur de tali abstractione, omnis scientia abstrahit; cuius ratio est: quia nulla scientia uersatur circa particularia; sed solùm circa uniuersalia; particularia enim ut particularia fugiūt

G aspectum scientiæ; non enim cadunt sub scientia, nisi inquantum reducuntur ad uniuersale. Secunda abstractio est formæ a materia sensibili: & de tali abstractione loquendo, sola Mathematica abstrahit. Vt autem hoc uideatur, notanda sunt uerba Commen. Septimo Ethico. loquendo enim de tali abstractione, quæ est formæ a materia sensibili, dicit: quòd ea, quæ cadunt sub Metaphysica, non abstrahuntur: cuius ratio est, quia propriè sub Metaphysica cadunt substantiæ separatæ: & (sicut dicit Commen. ibidem) sunt formæ sedentes in seipsis: hoc est sunt formæ per se subsistentes, quæ non habent esse in materia sensibili: & quia non habent esse in illa, ab illa non abstra-

H huntur; abstrahi enim idem est, quòd ab alio trahi; trahi autem non potest aliquid, nisi ab eo, in quo est: cum ergo tales formæ non sint in materia, a materia trahi non possunt per intellectum. Similiter loquendo de tali abstractione, quæ est formæ a materia sensibili, Naturalis non abstrahit, cuius ratio est, quia nulla res potest abstrahi per intellectum ab eo, quod est de essentia sua, aliàs abstrahentium esset mendacium: cum ergo materia sensibilis sit de essentia rerum naturaliū, res naturales a tali materia prohibentur abstrahi. Aliter ergo prohibetur abstractio in rebus Metaphysicis, & aliter in rebus naturalibus, propter aliam, & aliam causam: in rebus enim Metaphysicis prohibet, quia res Metaphysicæ sunt res sedentes

Quæstio.

A. I. Metaphysicorum.

Aliorū opinio.

Abstractio duplex est.

Particularia negatum sub aspectum scientiæ.

A. l. 6. Met.

Nec Metaphysicus, nec Naturalis abstrahunt.

Abstrahere quid.

2. Phys. 18 & 3. de anima. 35.

sedentes in seipsis, non inclinatæ ad materiam, nec sedentes in ipsa, sed per se subsistentes; in rebus autem naturalibus prohibetur, quia res naturales concernunt in sui essentia naturam sensibilem: sic ergo per alium & alium modum prohibetur in rebus Metaphysi. abstractio, & in rebus naturalibus. In rebus autem Mathematicis non prohibetur abstractio, nec primo, nec secundo: primo quidem modo non, quia res Mathematicæ non sunt res sedentes in seipsis, sed sunt res inclinatæ ad materiam, quia licèt non concernant materiam in sui diffinitione, tamen secundùm esse sunt in materia, nec prohibentur: secundo modo etiam non, & hoc quia omnino concernunt materiã sensibilem in sui diffinitione. Ad argumentum patet, quia (ut dictum est) in qualibet scientia est abstractio uniuersalis a particulari. Deinde cum dicit.

Omnis scientia abstrahit, quantũ ad modũ cõsiderãdi sua scibilia: sed sola Mathematica abstrahit ipsũ consideratũ à materia sensibili.

Quoniam autem est quædam scientia entis inquantum ens, & separabile; considerandum utrum quidem Naturali eandem ponendum esse hanc, aut magis alteram. Naturalis quidem igitur circa habentia motus principium in ipsis est. Mathematica autem speculatiua quidem & circa manentia quædam hæc sed non separabilia. Circa separabile igitur ens & immobile, altera ab his scientiis ambabus est aliqua; siquidem existit aliquis substantia talis dico autem separabilis & immobilis, quod quidem tentabimus ostendere. Et siquidem est aliqua talis natura in entibus, hoc utique erit alicubi, & quod diuinum; & hoc utique erit primum & principalissimum principium. Palàm igitur, quod tria genera speculatiuarum scientiarum sunt, Naturalis, Mathematica, Theologia.

Comparat hanc scientiam ad alias sciẽtias particulares. Et circa hoc tria facit, quia primò comparat hanc scientiam ad alias, quantùm ad modum separationis: secundò quantùm ad nobilitatem: tertiò quantùm ad uniuersalitatem. Secunda ibi [Optimum quidem igitur] Vltima [Dubitabit autem quis, utrum] Sentẽtia primæ partis est hęc, quòd hæc scientia, quæ considerat ens inquantũ ens, nõ est scientia Naturalis, cuius ratio est: quia scientia naturalis uersatur circa illa, quæ concernunt motum; hæc autem non, sed uersatur circa immobilia: nec est scientia Mathematica, cuius ratio est; quia illa, quæ cadunt sub consideratione mathematica, licèt sint sẽper abstracta secundùm diffinitiones; tamen sunt inseparabilia secundùm esse: hæc autem scientia, quæ considerat ens inquantùm ens, uersatur circa illa, quę sunt separata secundùm esse, sicut sunt substãtiæ separatæ. Hac sententia uisa, patet litera, quæ dicit; quòd considerandum est, Vtrum scientia, quæ cõsiderat ens inquantùm ens, sit ponenda eadem cum scientia Naturali; aut magis ponenda sit diuersa? & manifestum est, quòd diuersa est. Naturalis enim uersatur circa illa, quæ habent principium motus & quietis in seipsis. Considerãdum est etiam, Vtrũ hæc scientia sit eadem cum Mathematica? & apparebit quòd non: mathematica enim uersatur circa quędam immobilia, & manentia, quę non concernunt motum secundùm diffinitionem, tamen talia mathematica sunt inseparabilia à materia sensibili secundùm esse. Hæc ergo scientia est altera ab ijs duabus: & hæc est, quæ uersatur circa ens immobile & separabile (si tamẽ est aliqua substantia separata & immobilis: ipsam enim esse nondum probatum est, sed probabitur infra) si autem est, oportet quòd sit primum principium principialissimum respectu omnium: quia illę, quæ non sunt in materia, debent esse principia eorum, quæ sunt in materia. Quia autem ita est, quòd ista scientia est alia a scientia Naturali & Mathematica; manifestum, quòd genera scientiarum speculatiuarum tria sunt: est enim scientia Naturalis, quæ uersatur circa entia inseparabilia secundùm diffinitionem: & scientia Mathematica, quæ uersatur circa entia inseparabilia secundùm esse, & tamen separabilia secundùm diffinitionem: & scientia Theologica, siue diuina, quæ uersatur circa separabilia utroque modo, & secundùm esse, & secundùm diffinitionem. Deinde cum dicit.

cõparat Metaphysic. ad scientias particulares.

Ex hoc haberi põt subiectũ adæquatum phi-lsophiæ naturalis.

Immaterialia principia sunt materialium.

Genera sciẽtiarum speculatiuarũ.

Optimum quidem igitur speculatiuarum genus, harum autem ipsarum ultima dicta: circa honorabilissimum enim est entium. Melior autem & deterior unaquæque dicitur secundùm proprium scibile.

Comparat hanc scientiam ad alias scientias secundùm nobilitatem. Ad cuius euidentiam notãdum est, quòd inter scientias scientię speculatiuæ nobiliores sunt quàm practicæ: unde cum hæ sciẽtiæ tres speculatiuæ sint, manifestum quòd sunt nobiliores quibuscunque scientiis practicis. Licèt autem hæ scientię speculatiuæ nobiliores sint, quàm practicæ; tamẽ una earum speculatiua hęc, scilicet diuina est nobilior alteris duabus, scilicet Mathematica, & Naturali, cuius ratio est: quia illa scientia speculatiua nobilior est, quæ uersatur circa nobilius speculabile, hæc autem est scientia diuina, quæ uersatur circa entia prima & immobilia. Hoc uiso, patet litera Philosophi, quæ dicit: ꝙ inter genera scientiarum, genus speculatiuarum nobilissimum est: inter speculatiuas autem illa, quę fuit ultimò dicta, scilicet Theologia nobilior & honoralior est; cuius ratio est: quia uersatur circa ens honorabilissimũ & optimum: unaquæque autem scientia iudicatur melior & deterior secũdùm proprium scibile, circa quod uersatur; quia nobilitas scientiæ est ab obiecto. Deinde d.

Sciẽtiæ speculatiuæ nobiliores practicis.

Metaphysi. nobilior naturali, & Mathematica.

Nobilitas scientiæ penes quod attenditur.

Dubitabit autem quis, utrum entis inquantum ens scientiam uniuersalem oportet poni, aut non? Mathematicarum quidem enim unaquæque circa unum aliquod genus determinatum est; quæ autem uniuersalis conueniunt, de omnibus. Si quidem igitur naturales substantiæ primæ entium sunt, et Naturalis utique prima scientiarum erit. Si autem est altera natura, & substantia separabilis, & immobilis; alteram necesse & scientiam ipsi s esse, & priorem Naturali, & uniuersalem eo quòd priorem.

com-

Comparat hanc ſcientiam ad alias ſecundùm uniuerſalitatem; cuius ſententia eſt: ꝙ hæc ſcientia ſola & nulla aliarum debet poni ſcia uniuerſalis; & hoc quia eadem eſt ſcientia, quæ eſt de primo ente, & ſcientia uniuerſalis: ſola autem hæc ſcientia, ſi eſt de ente inquantum ens, eſt de primo ente immateriali; & ideo ſola eſt dicẽda hæc uniuerſalis. Dicit ergo litera, ꝙ aliquis dubitabit, Vtrum ſcientia, quæ eſt ſpeculatiua entis inquantùm ens, debeat poni ſciẽtia uniuerſalis, uel non? Manifeſtum.n.eſt, ꝙ nulla ſcientiarum Mathematicarum debet poni ſcientia uniuerſalis: & hoc quia ſcientiæ Mathematicæ uerſantur circa certum genus & determinatum; ſcientia autem uniuerſalis debet uerſari circa omnia. Manifeſtum ẽt, ꝙ ſcientia Naturalis non eſt uniuerſalis: ſi enim naturalia eſſent primæ ſubſtantiæ, & prima entia; ſcientia naturalis, quæ conſiderat tales ſubſtantias, eſſet prima ſcientia, & per conſequẽs ſcientia uniuerſalis; quia eadem eſt prima & uniuerſalis. Si autem ſunt aliæ ſubſtantiæ præter naturales, quæ ſint immobiles & ſeparatæ à motu & à materia; oportet ꝙ ſit aliqua alia ſcientia à naturali, quæ ſit prior naturali, & quæ ſit prima ſimpliciter, quia conſiderat de primis entibus immaterialibus: ſi autem prior eſt, uniuerſalior eſt; & ſi prima eſt, uniuerſalis eſt; quia ſcientia prima uniuerſalis eſt. Notandũ eſt, ꝙ ſi aliquis uult uidere, quomodo hæc ſciẽtia eſt prima & uniuerſalis, & quomodo ſequitur, ꝙ ſi eſt prima, ꝙ eſt uniuerſalis; recurrat ad Sextum: ubi diffuſè tractauimus hanc materiam.

Sola Metaphy. eſt dicenda uniuerſalis.

Pag. 172. G. & inde.

Quoniam autem ſimpliciter ens ſecundùm plures dicitur modos; quorum unus eſt, qui ſecundùm accidens dicitur; conſiderandum primò de ſic ente.

Poſtquàm recollegit quædam de conſideratione huius ſcientiæ: poſtquam etiam recollegit quædam de differentia huius ſcientiæ ad alias: hic recolligit quædam, quæ dicta ſunt tam in Sexto huius, quàm i Tertio Phyſicorum de ente pſecto & diminuto: ens enim imperfectum & diminutum eſt ens per accidens: ens etiam imperfectum, & diminutum eſt ens in anima: ens etiam imperfectum & diminutum eſt ens in motu. Et ſecundùm hoc hæc pars habet tres partes, quia in prima parte recolligit quædam, quę dicta ſunt de ente diminuto: ſecundò quædam, quæ dicta ſunt in Sexto huius ſcientiæ de ente diminuto, quod eſt in anima: tertio recolligit quędam, quæ dicta ſunt de motu in Tertio Phyſicorum. Secundà ibi [Quòd autem ut uerè ens] Tertia ibi [Eſt autem hoc quidem] Recolligit ergo primò, quod dictum eſt de ente per accidens: qđ autem colligitur, eſt iſtud: quòd de ente per accidens non eſt ſcientia. Et ſecundùm hoc, hæc pars habet duas partes, quia primò diuidit ens, in ens per ſe, & per accidens; ſecundò probat, quòd de ente per accidens non eſt ſcientia, ibi [Quòd quidẽ igitur] Dicit ergo primò, ꝙ ſicut ẽt manifeſtum eſt ex Sexto huius ſcientiæ, ens ſimpliciter,

Ens imperfectum, & diminutũ triplex.

Tex.cõ.3.

E ideſt communiter acceptum, dicitur duobus modis: unus enim modus entis eſt ens per ſe: ſecundus modus eſt ens per accidens: de quo primò dicendum eſt, oſtendendo quòd de eo non eſt ſcientia. Deinde cum dicit.

Ens duplex

Quòd quidem igitur nulla traditarum ſcientiarum negociatur circa accidens, palàm. Neque enim ædificatiua conſiderat, quid accidet utentibus domo; puta ſi triſtè, aut contrariè habitabunt: neque textiua, neque coriatiua, neque coquinaria. Quòd autem ſecundùm ipſam proprium, unaquæque harum conſiderat ſcientiarum ſolùm. Hoc autem eſt proprius finis.

Oſtendit, quòd de ente per accidens non eſt ſcientia. Et diuiditur in quatuor partes, ſecũdùm F quatuor rationes, quas ponit ad hoc probandum. Secunda ibi [Neque inquantùm muſicus] Tertia ibi [Quòd autem neque contingens] Quarta ibi [Quòd autem ſecundùm accidens] Ponit ergo primò primam rationem, quæ talis eſt. Simile eſt de arte, & ſcientia, ſed ars non cõſiderat ea, quæ ſunt per accidens; ſed ea, quæ ſunt per ſe; non enim ars ædificatiua conſiderat ea, quę accidunt domui, ſed conſiderat ea, quæ per ſe conueniũt domui: ergo nec ſcientia aliqua cõſiderat ea, q ſunt per accidens. Viſa hac ratione, patet litera quæ dicit: quòd manifeſtum eſt, quòd nulla ſcientiarum traditarum conſiderat ens ꝑ accidens; neque enim ars ædificatiua conſiderat ea, quæ accidunt domui: non enim conſiderat, quando facit G domum, quid debeat accidere habitantibus in domo; utrum, ſcilicet habitantes in domo, debeant ſe habere triſtè, & contrariè, & proſperè: Ars etiã textiua, uel coriatiua, uel coquinaria non conſiderat ea, quæ ſunt per accidens, ſed unaquęque harum ſcientiarum conſiderat ea, quę ſunt per ſe, & illud, quod eſt proprium ſibi; & hoc eſt finis eius: non enim conſiderat coquus, quando facit pulmentum, utrum pulmentum ſit neceſſariũ huic, uel illi; quia hoc accidit arti ſuæ. Notandum eſt, quòd hic non accipitur, quando dicitur, quòd ſcientia non eſt circa accidens; non (inquam) accipitur accidens, quod diuiditur contra ſubſtantiam; ſicut eſt albedo, uel nigredo, & ſic de aliis accidentibus; cuius ratio eſt, quia circa talia entia benè poteſt eſſe ſcientia: & hoc quia talia H entia habent ſpeciem determinatam, & cauſas determinatas in ſubiecto, ſed accipitur hic accidẽs, ens per accidens, quod propriè non habet ſpeciem determinatam, nec cauſam determinatam; eo modo quo dicimus, muſicum eſſe album, accidens eſt; quia nullus aſpectus eſt determinatus in muſico, quòd ſit albus, nec econuerſò: & ideo omnino accidit huic, ſcilicet muſico eſſe illud, ſcilicet eſſe album. De hac autem materia ſatis eſt dictum in Sexto.

Entis per accidẽs nõ eſt ſcientia.

Super tex. 3.

Neque inquantum muſicum, & grammaticũ; neque exiſtentem muſicum, quia factus grammaticus, ſimul erunt ambo, priùs non ens: quod autem non ſemper ens factum & hoc: quare ſimul muſicus

ens factus est, & grammaticus. Hoc autem nulla querit confesse existentium scientiarum, nisi Sophystica: circa accidens enim hæc sola negociatur. Propter quod Plato non malè dixit, dicens; circa non ens Sophysticam uersari.

Ponit secundam rationem, & est ratio talis: omnis scientia uersatur circa ens; sed ens per accidens est magis non ens quàm ens; ergo nulla scientia (nisi fortè Sophistica) uersatur circa ens per accidens. In ista ratione maior patet; est enim manifestum, quòd omnis scientia uersatur circa ens; sed minor dubia est, scilicet q ens per accidens sit non ens; & ideo eam probat, dicens: musicum est grammaticum, est quoddam ens per accidens: non enim est musicus grammaticus inquantum musicus; non enim hoc habet esse musicum, quòd sit ens grammaticum: si etiam aliquo existente musico, sit grammaticus; cum hoc semper non fuerit & modo sit, oportet quòd si hoc est ens, scilicet quòd musicus sit grammaticus, quòd hæc sit aliqua generatio: omne enim quod est, uel sit ens, & priùs non fuit, generatum est: quare si hoc totum, musicus est grammaticus; est ens, oportet quòd sit factum: quod tamen falsum est; quia huius totius non est una factio, nec una generatio: & ideo non est ens. Et quia sic est, ideo nulla scientiarum (nisi fortè Sophystica) uersatur circa tale ens per accidens. Sophystica enim in fallacia accidentis, quæ est efficacissima ad decipiendum, utitur ente per accidens; & quia ens per accidens est non ens; ideo non malè dixit Plato, quando dixit, quòd scientia Sophystica uersatur circa nō ens, quia uersatur circa ens per accidens. Notandum est, quòd in hac litera; duobus modis probauit Philosophus, quòd ens per accidens, sicut musicum esse album, sit non ens. Primus modus est, quia cum musicus sit grammaticus, hoc non habet inquantum musicus. q. dicat Philosophus, quòd musicus non habeat, q sit ens grammaticum, signum est, quòd non est ens, nec habet aspectum inter entia: grammatica enim non habet aliquem aspectum inter entia musica: hoc etiam idem habet, scilicet quòd musica sit grammatica, nullum certum aspectum dicit inter entia; & ideo de suo aspectu non dicit se esse ens: musicum enim non dicit se esse grammaticum. Secunda probatio, per quam probat Philosophus, est: quòd musicum esse grammaticum, non est factum, neque generatum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ens & unum conuertuntur. quod ergo non est unum, non est ens; musicum autem esse grammaticum non est unum ens: & hoc probatur, quia eius natura non est una generatio: non enim est necessariū, quòd unica generatione generetur musicus & grammaticus; unde si alia generatio ordinatur ad grammaticum, & alia ad musicum; musicus & grammaticus sunt magis duo entia, quàm unum ens: de hac autem materia pleniùs & diffusiùs dictum est in Sexto.

Sophista uersatur circa ens per accidens.

Fallacia accidentis est efficacissima ad decipiendū, ex primo Elench. cap. 4.

s.c.175.C

A B C D

Quod autem neque contingens est esse accidentis scientiam, manifestum est tentantibus scire, quid est accidens. Omne itaque dicimus esse, hoc quidem semper & ex necessitate; necessitate autem non secundum uiolentiam dicta, sed secundum quod utimur in his, quæ secundum demonstrationes; hoc autem ut in plus, hoc autem neque ut in plus, neque semper & ex necessitate. sed ut contingit: puta sub cane utique fiet frigus. Sed hoc neque ut semper & ex necessitate, neque ut in plus fit: accidet tamen aliquando utique. Est itaque accidens quod fit quidem, non autem semper, neque ex necessitate, neque ut in plus. Quod quidem igitur est accidens, dictum est. Quia autem non est scientia talis, palàm. Scientia quidem enim omnis, semper entis, aut in plus: accidens autem in neutro horum est.

Ponit tertiam rationem, & est ratio talis: omnis scientia uel est entis, quod est semper; uel est entis, quod est frequenter; sed ens per accidens nec est semper, nec frequenter; ergo eius nō est scientia. In hac autem ratione sic procedit, quia primò ponit conclusionem, dicens: quòd si tentauerimus scire, quid est ens per accidens; manifestum est, quòd non est contingens, scientiam esse entis per accidens. Secundò probat, quòd talis entis per accidens non est scientia, diuidens naturam entis, scilicet quòd de numero entium quoddam est ens, quod est semper, & ex necessitate (uoco autem hic necessitatem, non uiolentiam; sed accipio hic necessitatem immutabilitatis, qua utimur in demonstratiuis: sicut quando dicimus, q necesse est triangulum habere tres.) Quoddam autem est ens, quod est in pluribus; eo modo quo dicimus, quod in pluribus est, quòd homo nascatur cum quinque digitis. Quoddam est ens, quod nec est semper, nec in pluribus, sed contingenter est: sicut si accidat, quòd frigus sit in diebus canicularibus, hoc nec est semp, nec in pluribus; sed aliquando, & in paucioribus. Et tale ens, quod non est semper, nec in pluribus, est ens per accidens, cuius non est scientia: cuius ratio est, quia omnis scientia uel est entis semper, uel entis in pluribus; ens autem per accidens neutro modo est. Notandum est, quòd Philosophus imaginatur, quòd omnis scientia cadit super ea, quæ habent certum & determinatum aspectum in entibus, quia nunquam cadit super ea, quæ habent uagum & incertum aspectum: quæ autem habent certum aspectum, non sunt nisi in duplici differentia, quia iste aspectus uel est ut semp, uel ut in pluribus.: ens enim in paucioribus magis dicit deuiationem ab ente, quàm dicat ens: magis enim debet dici, quod est deuiatio ab aspectu entium, quàm quòd habeat aspectum inter entia. Et hæc est una de causis, quare ens per accidens dicitur magis non ens, quàm ens, quia omne quod est, uel est sp, uel est in pluribus: ens autem per accidens nec est ens sic, nec sic: & ideo magis debet dici deuiatio ab ente, quàm ens. Deinde cum dicit,

Tertia rō ad idem.

Ens multiplex.

Scientia quorū ē, & quorum non.

Ens per accidens magis dicitur nō ens, quā ens.

Quod

Quod autem ſecundùm accidens entis non ſunt cauſæ & principia talia, qualia quidem ſecundùm ſe entis, palàm. Erunt enim omnia ex neceſsitate. Si enim hoc quidem eſt huius entis, hoc autem huius, hoc autem non ut contingit, ſed ex neceſsitate erit, cuius hæc erat cauſa, uſque ad ultimum dictū cauſatum; hoc autem erat ſecundùm accidens: quare ex neceſsitate omnia erunt, & quod utrunque cō tingit, & accidere, & fieri, & non omnino ex generatis auferturi?

Ponit rationem, & eſt ratio talis: omne ens, quod cadit ſub ſcientia, habet cauſas & principia, & hoc quia tunc ſcire opinamur, quando cauſas & principia ſcimus, ſicut dictum eſt Primo Poſterior. ſed entis per accidens non ſunt cauſæ, & principia, ergo eius non eſt ſcientia. De hac ratione non ponit niſi minorem, & eius probationem, ſcilicet quòd entis per accidens non ſunt cauſæ nec principia. Diuiditur autem iſta pars in duas partes, quia primò oſtendit, quòd entis per accidens non ſunt cauſæ: ſecundò remouet obiectionem quandam, quæ poſſet fieri, ibi [Et ſi non exiſtens.] Dicit ergo primò, quòd entis per accidens non ſunt tales cauſæ, nec talia principia, qualia ſunt entis per ſe: cuius ratio eſt, quia ſi entis per accidens eſſent cauſæ & principia, omnia eſſent ex neceſsitate; hoc autem eſt impoſſibile, ergo & primum: ſi enim ad cauſam per ſe ſequitur effectus; ſi ita eſt, quòd omnia habent cauſam per ſe, omnia erunt ex neceſsitate: ita ꝙ accidens tolletur a rebus. Exemplum, ſit enim aliquid poſitum, quod ſit præſens; quod quidem præſens ſit cauſa futuri effectus; hoc idem præſens iam poſitum eſt; ſed poſita cauſa (ut tu dicis) neceſſariò ponitur effectus: ſi ergo hoc præſens præteritum eſt cauſa huius entis futuri, & illud eſt cauſa alterius non quolibet modo, ſed ita quòd ex neceſsitate ſequitur effectus; ſequetur quòd poſita hac cauſa præſenti, erit ultimum cauſatum ex neceſsitate, quod falſum eſt: quia hoc ultimum cauſatum ponebatur eſſe per accidens: & ſic illud, quod erat per accidens, neceſſariò erit; & ſic illud, quod eſt ad utrumlibet, & quod poteſt eſſe & non eſſe, fieri & non fieri, auferetur a rebus: & ſic nihil erit per accidens in rebus. Notandum eſt, quòd debemus imaginari aliquā cauſam præſentem, quæ uocetur A, ad quam quidem cauſam præſentem ſequatur effectus aliquis futurus, puta B, & ad illum effectum puta D, ſequatur aliquis effectus contingens, puta C. ſi ergo nulla cauſa eſt cauſa per accidens reſpectu alicuius, ſed omnis cauſa eſt cauſa per ſe, ſequitur quòd A. poſito in eſſe, neceſſariò ſequetur B; & B poſito in eſſe, neceſſariò euenit C. & ſic de primo ad ultimum A. poſito in eſſe, neceſſariò eueniet C. ſed C. ponebatur contingens, ergo quod ponebatur contingens, neceſſarium eſt.

Notandum eſt, quòd iſta eſt differentia inter cauſam neceſſariam, & cauſam in pluribus, quia cauſa neceſſaria nunquam deficit ab effectu ſuo; cauſa autem ut in pluribus deficere poteſt propter aliquod impedimētū, quod per accidens euenit: ſi ergo tolleretur iſta accidentalitas, & iſta contingentia, quæ impedit ens in pluribus; ſequeretur quòd omnia eſſent ex neceſsitate. Deinde cum dicit

Et ſi non exiſtens, ſed quæ fit etiam ſupponatur, eadem accident: omne enim ex neceſsitate fiet. Si enim cras eclipſis fiet, ſi hoc fuerit, hoc autem ſi alterum aliquid, & hoc ſi aliud, & hoc itaque modo a finito tempore, eo quod a nunc uſque cras, ablato tempore, ueniet quandoque ad exiſtens. Quare ſiquidem hoc eſt, omnia ex neceſsitate, quæ poſt hoc fiēt, ut omnia ex neceſsitate fiant.

Remouet quandam obuiationem: dictum eſt enim, quòd ſi non eſſet aliquid per accidens, ſequeretur quòd poſita quacunque cauſa præſenti, neceſſariò ſequetur effectus futurus & contingens: huic autem poſſet aliquis obuiare & dicere, quòd hæc cauſa, quam tu ponis reſpectu futurorum contingentium, non eſt præſens, uel præterita, ut tu ponis; ſed eſt futura, & contingens. Hanc obuiationem remouet Philoſophus, cuius ſententia eſt: quòd licèt hęc cauſa ſit futura, tamē reducetur ad cauſam præſentem: inter enim hoc præſens, & illud futurum, quod tu ponis, eſt finita diſtantia, quæ quidem finita diſtantia poteſt remoueri, aliquo ablato; ex qua remotione ex quo diſtantia finita eſt; deueniemus ad cauſam nunc exiſtentem; qua poſita, neceſſariò ponitur effectus ſecundùm hanc poſitionem. Hac ſententia uiſa, patet litera, quæ dicit ſic: quòd ſi hæc cauſa, quæ ponitur, non eſt exiſtens, ſed futura, quæ tamen ponitur futurorum accidentium; ſequetur idem inconueniens: omnia enim erunt ex neceſsitate, ſicut priùs. Exempli gratia, ſi eclipſis, quæ eſt futura cras, eſt cauſa quorundam contingentium: & huiuſmodi etiam futuræ cauſæ, ſcilicet eclipſis fuerit alia cauſa; ita quòd ſi hoc erit, illud erit, & illius alia; quia tempus, quod eſt inter eclipſim futurā, præſens tempus eſt, & finitū; oportet quòd aliquando deueniamus ad præſens tempus; tempus autem inter nunc, quod erit cras & nunc quod eſt modò, eſt finita diſtantia; quia ab illo nunc, in quo ponitur cauſa futura, poteſt deueniri ad cauſam nunc exiſtentem, qua poſita neceſſariò ponitur effectus: & ſic ſequitur, quòd omnia, quæ erunt poſt hanc cauſam nunc exiſtētem, erunt ex neceſsitate, & nihil erit contingenter. Tunc ſubdit.

Quod autem ut uerè ens, & ſecundùm accidens, hoc quidem eſt in complexione mentis, & paſsio in hac, propter quod circa quid ſic quidem ens, non quæruntur principia: Circa autem quod extra ens, & ſeparabile: hoc autem non neceſſarium, ſed infinitum. Dico autem, quod ſecundùm accidens: talis autem inordinatæ, & infinitę cauſa.

Poſtquam collegit aliqua de ente diminuto, quod eſt ens per accidens; hic colligit (ut dictū eſt in Sexto) de ente diminuto, quod eſt in anima,

Marginalia: Tex. cō. 11. idem primo Phyſicor. tex. cō. 1. — Entis per accidens nō ſunt cauſæ nec principia. — Vide in Sexto huius tex. cō. 4. et circa. — Differentia inter cauſā neceſſariam, & ut plurimum. — Confutat ipſamē quādam ſolutionem. — Finitum, ſi finit toties ablato, finitur.

ma, scilicet quod tale ens prætermittendum est. Et diuiditur in duas partes, quia primò dicit tale ens esse prætermittendum: secundò colligit quędam, quæ dicta sunt de fortuna Secundo Physicorum, ibi [Quod autem gratia huius.] Dicit ergo primò, quòd ens uerè, idest ens, quod significat ueritatem compositionis, quod est ens in anima, & ens per accidens prætermittenda sunt: ens autem, quod est in anima, prætermittendum est; quia consistit in quadam compositione intellectus, & est passio circa operationem animæ: talis autem entis non quæruntur hic principia & causæ, sed entis, quod est extra animam, & separabile: Ens autem per accidens, ideo prætermittendum est, quia non est ens necessarium, neque determinatum, sed infinitum, idest quòd infinitas in eo potest accidere: & huius entis sunt inordinatæ causæ, & infinitæ: hæc autem scientia uersatur circa illa, quæ habent certas causas, & determinatas. Deinde cum d.

Ens, quod e in anima, explodendu a scientia Metaphysic. vide in Sexto huius tex. 8.4.

Quod autem gratia huius in his, quæ a natura fiunt, & a mente est. Fortuna autem est, quando aliquid horum fiunt secundùm accidens. Sicut enim & ens est, hoc quidem secundùm se, hoc autem secundùm accidens: sic & causa. Fortuna autem causa secundùm accidens in factis, secũdùm electionem eorum, quæ gratia huius.

Recolligit quædam, quæ dicta sunt de fortuna Secundo Physicorum. Et circa hoc sic procedit, quia primò ostendit, quid est fortuna: secundò circa quæ est fortuna: tertiò ostendit, quòd fortuna, siue meliùs, quòd illud, quod est a fortuna, habet causas infinitas: quartò ostendit, quid est bona & mala fortuna: quintò ostendit, quòd fortuna non est prima causa. Secunda ibi [Propter quod.] Tertia ibi [Causæ autem infinitæ.] Quarta ibi [Bona autẽ fortuna] Quinta ibi [Quoniam autem secundùm accidens.] Primò ostendit, quid est fortuna. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd fortuna est in his, quæ agunt propter finem incertum: & propriè fortuna est causa per accidens, & non per se: & ideo Philosophus præmittit tria, quia ista tria respiciunt fortunam: primò præmittit quædam de fine, dicens: quòd finis est in his, quæ agunt a natura; & etiã in his, quæ agunt a proposito, uel a mente: fortuna autem est in his, quæ agunt propter finem, & a mẽte, quando aliquid accidit præter hunc finem: Secundò præmittit, quòd est quoddam per accidens: Tertiò concludit diffinitionem fortunæ, dicens: quòd fortuna est causa accidentalis, non in omnibus, sed in his, quæ fiunt a proposito, & secũdùm electionem; & in his, quæ agunt propter finem, & gratia alicuius. Exempli gratia. Si aliquis à proposito foderet uineam, ut plantaret uitem, & contingat ipsum inuenire thesaurum, hoc est fortuna; & omnia concurrunt, quæ dicta sunt: fossio enim est causa per accidens respectu inuentionis thesauri; fodiens etiam agit a proposito & secundùm electionem, uidelicet p p finem, ut .s. plantet uineam. Deinde cum dicit.

Resumit, quæ dixit de fortuna secundo Physic. per ordinem processum.

Sicut ens est duplex p se & per accidens: ita & causa.

A

Propter quod circa eadem fortuna, & mens. Electio .n. non sine mente.

Ostendit, circa quæ est fortuna, dicens: quòd circa eadem est fortuna, & intellectus; quia fortuna est in his, quæ agunt secundùm electionem; electio autem non est sine intellectu: fortuna autem non est in his, quæ agunt a natura, sed casus. Deinde cum dicit.

Causæ autem infinitæ, a quibus utique fiet, quod à fortuna. Propter quòd in certa humanæ cognitioni causa secundùm accidens. Simpliciter autem nullius.

Ostendit, quòd eius, quod est fortuna, sunt infinitæ causæ, dicens: quòd ea, quæ sunt a fortuna, ab infinitis causis possunt fieri: potest enim aliquis inuenire thesaurum, uel quia intendebat fodere uineam; uel quia sepulchrum, uel propter alia infinita; & quia infinitum est incognitum, sequitur quòd fortuna sit causa incerta, & incognita humanæ cognitioni; nullius autem sit cã simpliciter, & per se.

B

Bona autem fortuna & mala, cum bonum aut malum euenerit. Prosperitas autem & infortunium, circa magnitudinem horum.

Ostendit, quid sit bona fortuna, dicens: quòd bona fortuna est, quando simpliciter accidit aliquod bonum præter intentum: & mala fortuna, quando accidit aliquod malum: eufortunium autem est, quando accidit aliquod magnum bonũ: infortunium, quando accidit aliquod magnum malum. Deinde cum dicit.

Fortũa alia bona, alia mala.

C

Quoniam aũt secundum accidens nullũ prius his, quæ secundũ se; neq; igitur cã. Si igitur fortuna, aut casus cã cæli est, prius intellectus causa, et natura.

Ostendit, quòd fortuna non potest esse causa prima, dicens: quòd nullum per accidẽs est prius eo, quod est per se; nec causa per accidens potest esse prior causa per se; & per consequens fortuna, quæ est causa per accidens, non potest esse prior natura, & intellectu, quę sunt causæ per se: si ergo fortuna, uel casus est causa cœli, ut aliqui dicunt: oportet quòd per priùs natura & intellectus, quæ sunt causæ per se, sint causæ cœli.

Quod ẽ p accidẽs tale, è posterius p se tali: et ad ipsũ habet reduci.

D

Est autem hoc quidem actu solùm, hoc autem potentia, hoc autem potentia & actu.

Postquam Philosophus recollegit quædam de ente per accidens, quod est ens diminutum; hic colligit quædam de motu, quæ dicta sunt in Tertio Physicorum. Et diuiditur in tres partes, quia primò determinat de motu: secundò de infinito, quod est passio motus: tertiò de diuisione motus in suas species, de quo dictum est in Quinto Physicorum. Secunda ibi [Infinitum autem] Tertia ibi [Permutatur autem.] Prima in duas, quia primò ostendit, quid sit motus: secundò quomodo sit motus, ibi [Et quod est motus immobilis.] Prima in tres, quia primò præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad cognitionem motus: secundò diffinit motum: tertiò ostendit diffinitionem esse benè datam. Secunda ibi [Diuisio autem.] Tertia

Tex. cõ. 3. et inde.

tia ibi [Quod autem uerum dicimus.] Prima in quatuor, secundùm quatuor, quæ præmittit. Secunda ibi [Hoc quidem ens] Tertia ibi [Non est autem aliquid motus.] Quarta ibi [Vnumquodque autem] Primò ergo præmittit primum, dicens: quòd ens diuiditur per actum & potentiã: ita quòd entium quoddam est in actu tantum, quoddam est in potentia tantum; quoddam, qđ est in potentia & in actu. Notandum est, quòd hoc, quod dicit Philosophus, quòd entium quoddam est in actu tantum, quoddam in potentia tãtum, quodam in actu & potentia: quòd potest intelligi duobus modis: uno modo quòd intelligatur ens in actu tantum ipse Deus, qui est actus purus: ens autem in potentia ipsa materia, quæ essentiatur per posse: ens in potentia & in actu ens intermedium inter actum purum, & potentiam puram; sicut suut illa entia, quæ componuntur ex potentia & actu. Secundo modo potest intelligi ens in potentia tantùm, ens, quod est in potentia ad moueri, & ad formam, quæ est finis motus; ens autem in potentia, & in actu ens, quod ens est in moueri: ens autem, quod est in moueri tantum, est ens, quod est iu fine motus: non albũ.n. & albefieri, & album sic differunt; quòd non album est in potentia tantum; albefieri dicit quid mixtum ex potentia & actu; quia non dicit purũ actum: album autem dicit actum albedinis. Notandum est: hoc, quod præmittit Philosoph. præmissum est propter cognitionem motus: quia (sicut dicetur inferiùs) motus est actus entis in potentia; sed tamen non est actus omnis entis, sed entis in potentia; actus purus moueri non potest; & ideo ad cognitionem motus præmissum est, quia motus non dicit actum purum, sed dicit actum permixtum potentiæ.

Entis diuisiones.

Enti actu, & in potentia dupliciter.

Hoc quidem ens, hoc autem quantum, hoc autem reliquorum.

Præmittit secundum, quod est, quòd ens alia diuisione diuiditur in decem prędicamẽta; quod dam enim est substantia, quoddam quantum, & sic de aliis prędicamentis. Notandum est, quòd hoc, quod etiam præmissum est, præmissum est propter cognitionem motus. Ad cuius euidentiã notandum est: quòd decem prædicamenta euacuant totum ambitum entis creati: omne enim ens creatum est in aliquo decem prædicamentorum: si ergo motus aliquo modo subintrat naturam entis, oportet quòd subintret ambitum alicuius uel aliquorum prędicamentorum. Postea cum addit.

Decem prędicamentis cõplectitur quod quid creatum ẽ.

Non est autem aliquid motus præter res. Termutatur enim semper secundum entis categorias. Coeatũ iu his nullum est, quod neque in una categoria.

Præmittit tertium dicens: quòd motus non est aliquid separatum a rebus, ad quas est motus; & quia res, ad quam est motus, est in aliquo prædicamento: ideo sequitur, quòd motus non sit aliquid separatum à rebus, quæ sunt in aliquo decẽ prædicamentorum; omne enim, quod permuta-

Motus non est aliquid separatum a rebus.

E tur ad aliquam rem, quæ est in aliqua categoria & in aliquo prædicamento entis. Ex quo sequitur, quòd sicut res, ad quam est motus; semper est in aliquo horum decem prædicamentorum; ita similiter motus: & ideo non est accipere aliquod commune omnibus motibus, quod non sit in aliquo decem horum prædicamentorum. Notandum est, quòd aliquis posset imaginari, quòd motus esset quoddam commune omnibus, quod quidem commune esset undecimum genus dictum contra decem prędicamenta: hanc autem imaginationem reputat Philosophus impossibilem, sicut albefieri non est separatum ab albedine; nec motus ad quantitatem est separatus a quantitate; nec motus ubi est separatus ab ubi: sicut ergo quã

F titas, & ubi non dicunt rẽ suã extra prædicamẽta; ita nec de albari, licèt secundùm diuersũ modũ. Deinde cum dicit.

Imaginari motum communem omnibus prędicamentis, tã quã genus impossibile est.

Vnumquodque autem dupliciter existit in omnibus, ut puta quod hoc, istud forma quidem ipsius, hoc autem priuatio. Et secundùm quale: hoc quidem album, hoc autem nigrum. Et secundùm quantum: hoc quidem perfectum, hoc autẽ imperfectum. Et secundum lationem, hoc quidem sursum, hoc autem deorsum: hoc autem graue. Quare motus & permutationis tot species, quot entis.

Præmittit quartum dicẽs; quòd in unoquoque horum generum & prædicamẽtorum aliquid potest esse dupliciter: uno modo sicut perfectum, & hẽns forma: secundo modo sicut imperfectum,

G & dicens priuationem: in prædicamẽto enim qualitatis est album & nigrũ, sed albũ sicut perfectũ, & nigrũ sicut imperfectum; & similiter in quantitate est quãtitas perfecta & imperfecta: & in prædicamento ubi, iu quo est mutatio localis, est sursum & deorsum; sursum perfectum est, & deorsum imperfectum; & graue & leue, quorum unũ sursum, & aliud deorsum. Et ad unumquodque horum potest esse motus; aliquando enim motus est ad perfectum, aliquando ad imperfectum; & ideo tot sunt species motus, quot sunt species entis mobilis. Notandum est, quòd sicut diuisio prædicamentorum præmissa est propter cognitionem motus, ita similiter diuisio specierum in prædicamento secundum perfectum & imperfectũ

H posita, & præmissa est propter cognitionem motus. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd sicut motus non dicit aliam rem à rebus, quæ sunt in prædicamento; ita non dicit alias species à speciebus, quæ sunt in prędicamento; motus enim & est in genere, & est in specie: in genere quidẽ est per rem aliquam, quæ est in speciali genere: in specie etiam est per rem, ad quam est, sicut in speciali specie: imaginabimur inquam, quòd motus diuersificatur secundum speciem. Ad uidendum ergo diuersitatem in genere, posita est prima diuisio, quę est per decem prædicamenta: alteratio enim & loci mutatio differunt, sicut differt ubi & qualitas. Ita quòd secundùm hanc diuisionem possemus dicere, quòd tot sunt genera motus, quot

Aliquid est prędicamẽto dupliciter.

In omni genere datur perfectũ & imperfectũ.

Tot sũt species motus quot sũt species entis mobilis.

Motus est i genere, & i specie.

quot sunt prædicaméta, in quibus potest esse motus; quæ secundùm Philosophum Quinto Physicorum tria sunt: quamquam & ibi diuidatur etiã motus secundùm species; eo modo quo dicimus, quòd alia species est dealbatio, & alia denigratio. Et ad cognitionem huius diuisionis præmissa est hæc diuisio, de qua dictum est modò, scilicet quòd in unoquoque genere est perfectum & imperfectum: quasi dicat Philosophus, alia species est ad perfectum, sicut albũ: & alia, quæ est ad imperfectũ, sicut nigrũ. Et ideo dixit Philosophus, ꝙ quot sunt species entis, supple in quo est motus, tot sunt species motus: quasi dicat, sicut perfectũ & imperfectum sunt duæ species entis; ita motus ad perfectũ & imperfectũ sunt duæ spẽs motus. Notandũ est; ꝙ benè dixit Philosophus, ꝙ genus diuiditur pęnes perfectum & imperfectũ: cuius ratio est, quia genus diuiditur per duas differẽtias, uel per duas species: duæ autem species nũquã sunt in eodem gradu perfectionis. Imaginabimur ergo, quòd quædam est diuisio motus per species: & quia duæ species nunquam sunt in eodem gradu, & æqualis perfectionis; ideo hæc diuisio accipitur pœnes perfectum & imperfectum. Quædam est diuisio motus secundùm unum, eo modo quo dicimus, quòd dealbatio & dealbatio numero differunt, & ista non accipitur pœnes perfectum & imperfectum: & hoc quia termini horum motuum possunt esse æqualis perfectionis, sicut est albedo, & albedo; nigredo, & nigredo.

Tot sunt genera motus, quot prædicamẽta, in quibus põt esse motũ. V. de 5. Physic. tex. cõ. 5. & tex. 5. eiusdẽ tex. cõ. 9. & 10.

Genus cur diuiditur penes perfectum & imperfectum.

Octauo huius tex. cõ. 10.

Diuisio autem secundùm unumquodque genus, hoc quidem potentia hoc autem actu, eius quod potentia inquantum tale actum, dico motum.

C Ponit diffinitionẽ motus. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit diffinitionem motus: secundò eam manifestat, ibi [Quòd autem uerum dicimus] Dicit ergo primò, quòd diuiso ente per actum & potentiam, manifestum est, quòd motus est actus entis in potentia secundùm quòd in potentia. Notandum est, quòd quando dicitur, quòd motus est actus entis in potentia, ratio est: quia motus non est actus omnis entis: si enim motus esset actus omnis entis, omne ens, uel moueretur, uel posset moueri, quod quidem est impossibile: quia declaratum est Octauo Physic. ꝙ est deuenire ad ens immobile, ergo est impossibile dicere, ꝙ omnia mouentur: non ergo motus est actus omnis entis. Imaginabimur ergo, ꝙ ens est in duplici differẽtia: est enim quoddã ens, cui nullo modo permiscetur potentia; & talis entis nullo modo motus est actus: est aliud ens, cui admiscetur ratio possibilis, & talis entis motus est actus: benè ergo dictum est, quòd motus est actus entis in potentia. Benè etiam additum est, secundùm quòd in potentia: cuius ratio est, quia contingit, quòd unum & idem est in actu, & in potentia respectu diuersorum: sicut aqua est in actu frigida, & in potentia calida: motus ergo non conuenit

Motus qd. sit. 3. Physic. 6.

Motus nõ ẽ actus omnis entis.

Ens duplex

Motus cuius entis est actus.

A rei, inquantum habet actualitatem, sed inquantum est in potentia: sicut calefieri est actus aquæ, inquantum est in potentia ad caliditatem. Intelligendum est autem, quòd potentia mediante motu coniungitur cum actu: sicut mediante calefieri coniungitur potentia calidum cum actu caliditatis; ita quòd eiusdem erit actus, moueri ad calidum, & ipsa caliditas, scilicet potentiæ. Imaginabimur ergo potentiam ad caliditatem uel calefieri, & ipsam caliditatem: calefieri est actus imperfectus ipsius potentiæ: caliditas autem est actus perfectus. Cum inde inquit.

Quòd autem uerum dicimus: hinc palàm. Cum enim ædificabile inquantùm tale ipsum dicimus esse

B *actu inquantum ædificatur, & est hæc ædificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, saltatio, orbatio. Accidit autem moueri cum fuerit actu eodẽ, & neque prius, neque posteriùs. Iam potentia entis cum actu ens operatur, non inquantum ipsum, sed inquantum mobile, motus est.*

Manifestat hanc diffinitionem, Et diuiditur in tres partes; primò manifestat hanc particulam .s. quòd motus est actus entis in potẽtia: secũdò manifestat hãc secũdã, inquãtũ in potẽtia: Tertiò manifestat, quomodo motus ẽ actus. Secũda ibi [Dico autem inquantum] Tertia ibi [Quod quidẽ enim est] Primò ergo manifestat, quod motus est actus entis in potentia, dicens: quòd manifestum est, quòd hæc, quę dicimus sunt uera, scilicet ꝙ motus ęst actus entis in potẽtia; quòd patet C discurrendo per omnes motus: ædificatio enim est actus ædificabilis inquantum tale; tunc enim dicimus ædificabile moueri, quando ædificatur; & quando ędificatur est in quodam actu, qui quidem actus ædificari est moueri. Et sicut dico de ædificatione & ędificabili, ita dico de aliis motibus: quilibet enim istorum est quidam actus non omnis entis, sed in potentia: unumquodque enim dicitur moueri, cum fuerit in actu motionis, & neque priùs neque posteriùs; dum enim mobile est in potentia pura, tunc non mouetur: quando autem est in actu puro, tunc mouetur: & sic motus est actus mobilis inquantum mobile, idest inquantum in potentia ad aliud. Notandum, ꝙ in eo, quod mouetur; tria debemus D intelligere: primò intelligimus in eo potentiam, quæ perficitur per motum: secundò intelligimus tendentiam ad illam perfectionem: tertiò intelligimus ipsam perfectionem motus; ergo motus non est in re, quando est in potentia tantũ; & ideo dixit Philosoph. ꝙ non est ibi priùs: nec est in re, secundùm ꝙ habet perfectionem, quia præsentibus habitibus & perfectionibus, cessat motus: sed est in re, secundùm quòd res est in tendentia & in potẽtia permixta actui: & ideo motus est actus imperfectus. Tunc subdit.

Probat, motus diffinitionẽ rectè assignatam esse.

Ex 1. de Gener. & corrup. tex. cõ. 55.

Dico autem inquantum sic. Est enim æs potentia statua, sed tamen non æris actus inquãtum æs est, motus est. Non. n. idẽ esse æri, et potẽtia alicui. Quod

si idem erat simpliciter & secundùm rationem, erit utique æris actus motus quidam. Non est aūt idem.

Manifestat istam particulam, in quãtum in potẽtia. Et diuiditur in duas partes; quia primò manifestat hoc: secũdò manifestat quoddam, quod dixerat in exemplo ibi [Palàm autem in contrariis.] Ad euidentiam primi notandum est, ꝙ reduplicatio est ostensiua causæ & rationis; ostendit, n. causam, & rationem, quare prædicatum inest subiecto. Ad cuius euidentiam notandũ est: ꝙ quando in aliquo subiecto clauduntur multæ rationes, non oportet ꝙ prædicatum insit illi subiecto secundùm omnem rationem repertam in illo subiecto; sed secundùm diuersas rationes possunt in eẽ illi subiecto diuersa prædicata: ex quo sequitur ꝙ speciale prædicatum inest speciali subiecto secundùm specialem rationem. Ad specificandum autem istam rationem, inuenta est reduplicatio: reduplicatio enim est specificatiua rõnis, secundũ quam prædicatum inest subiecto. Exempli gratia, ens habet ratiõnẽ ueri, & habet rationem boni; inquantùm uerum mouet intellectum; inquantùm bonum mouet appetitum: hęc reduplicatio, inquantum, est specificatiua rationis, secundùm qua ens mouet appetitum, quia non mouet secundùm omnem rationem. Sic dico in proposito, In eodem subiecto possunt reperiri duæ rationes, scilicet ratio entis, & ratio potentiæ, sicut æs est actu æs, & potentia statua. Motus ergo est actus entis, non inquantum habet rationem actus, sed inquãtum habet rationem potentiæ: ita quòd hæc reduplicatio, inquantùm in potentia, est specificatiua & ostensiua rationis, secundùm quam motus inest rei, cuius inest motus; quia non inest ei secundùm omnem ratione. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus, quòd benè dictum est in diffinitione motus, inquantum in potentia; motus enim non est actus æris inquantum æs, sed inquantũ est potentia statua; nõ enim est eadem ratio, nec idem esse secundùm rationẽ esse ens, & esse in potentia statua; sed differunt sc̃dm rõem, sicut rõ potẽtiæ, & rõ actus: & ideo motus potest inesse rei secundùm unam rationẽ, & non secundùm aliam; si enim idem esset secundùm rationem esse æris, & esse in potentia statua, sequitur quòd motus esset actus æris inquantùm æs, & sic esset actus entis inquantùm actum: cum ergo hoc sit impossibile, sequitur quòd alia est ratio potentiæ, & alia actus. Notandum est, quòd quidditas est actus, & motus est actus, sed differenter; quia quidditas est actus entis in actu, secundùm quòd in actu; motus aũt est actus entis in potentia, secundùm quod in potentia. Et hoc est, quod dixit Philosophus in litera; quòd actus æris, est actus & motus æris; & statua est actus: sed differenter, quia actus æris, & quidditas eius est actus eius secundùm quod est in actu: motus autem æris est actus eiusdem secundùm quòd est in potentia. Deinde dicit.

Reduplicatio quid, & cur inuenta.

Regula.

Quidditas, & motus quo sunt actus.

E *Palàm autem in contrariis. Posse quidem enim sanari, & posse laborare non idem est: etenim sic sanari & laborare idem essent. Subiectum autem, & sanum, & languens, siue humiditas, siue sanguis idem & unum.*

Manifestat quoddam, quod dixit: dixit enim quòd actus & potentia sunt eadem re, sed non sunt eadem secundùm rationem, quia nunquam omnia, quæ sunt eadem secundùm subiectum, sunt eadem secundùm rationem: hoc autem manifestat per duo exempla. Secũdum ibi [Quoniam autem non est idem.] Dicit ergo primò, ꝙ non oportet, quòd illa, quæ sunt eadem secundùm subiectum, sint eadem secundùm rationem; hoc autem manifestum est in contrariis; posse enim F infirmari, & sanari sunt in eodem subiecto, quia unum & idem subiectum, sicut sanguis, est in potentia ad sanitatem, & ad infirmitatem; & tamen posse sanari, & posse infirmari differunt secundùm rationem; si enim posse sanari, & posse infirmari non differrent secundùm rationem, eiusdem rationis esset sanari, & infirmari. Notandum est, quòd potentiæ sunt diuersarum rationũ, quę sunt ad actus diuersarum rationum; & potentiæ sunt eiusdem rationis, quæ sunt ad actus unius rationis; si ergo posse sanari, & posse infirmari essent eiusdem rationis oporteret quòd sanari, & infirmari essent eiusdem rationis. Postea cum inquit.

Exemplis comprobat.

Quæ sũt eadẽ secundum subiectum, nõ opus est, ut sint eadẽ secundum rõnem.

Potentiæ eiusdẽ, & diuersarum rõnũ quę.

Quoniam autem non est idem, quemadmodum neque color idem, & uisibile, possibilis inquantum G possibile actus, motus est.

Manifestat per secundum exemplum, dicens; quòd non idem est ratio coloris & uisibilis; similiter actus & potentia differunt secundum rationem, licèt sint in eadem re; & ideo motus est actus possibilis in quantum possibile. Notandum est, quòd color informat subiectum, & mouet uisum; & secundùm hoc alia est ratio coloris, & alia est ratio informationis; & ideo est alia ratio coloris, & alia uisibilis; quia secundùm quòd color, informat subiectum; secundùm quòd est uisibilis, mouet uisum; & ideo benè dixit Philosophus, quòd alia est ratio coloris, & alia uisibilis, licèt sint idem secundùm rem. Deinde H cum dicit.

Quod quidē. n. est hic, & qđ accidit tunc moueri, quando fuerit actu sic, & nec priùs nec posteriùs, palam. Contingit. n. unumquodque aliquando quidem actu esse, aliquando autem non. Puta ædificabile inquantum ædificabile, & ædificabilis actus inquantum ædificabile, ædificatio est. Aut enim hæc domus est, aut ędificatio actus: sed cum domus fuerit, non adhuc ędificabile: ædificatur autem ædificabile. Necesse igitur ædificationem actum esse: ædificatio autem motus quidam. Eadem autem ratio & in aliis motibus.

Manifestat, quomodo motus est actus. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd dum res est in motu, est in actu, & etiam quando est

Motus quę est actus.

est in termino motus;sed aliter,& aliter: quia pri mò est in actu imperfecto,secundò in actu perfecto:res ergo dum est in potentia & tendentia ad aliud,oportet ꝙ habeat aliquem actum;hoc autē non potest esse,nisi ponatur, ꝙ motus est actus: in hac ergo litera probatur quòd motus ē actus. Et hoc est,quod dicit Philosophus, ꝙ motus est actus:ideo dicit,quòd mauifestum est,quòd tunc motus est actus rei,quando habuerit aliquem actum imperfectum,& nō priùs, neque posteriùs: contingit enim unum & idem aliquando esse in actu,aliquando esse in potentia: & tūc mouetur, quando est in actu imperfecto,& in tendentia ad actum perfectum;& sic motus est actus. V.g.ędificabilis inquantum ædificabile,est aliquis actus, qni quidem actus ædificatio est; ergo motus est actus;actus enim ædificabilis inquantum ædificabile,uel est ædificatio,uel est domus: sed domus non potest esse iste actus,quia cum fuerit domus in actu,iam ampliùs non erit ædificabile;restat ergo,quòd ædificatio est actus ædificabilis; ædificatio autem est motus quidam, & sic motus est actus: & sicut iam dictum est de ædificatione, ꝙ est quidam actus;eodem modo dicendum est de aliis motibus. Notandum est, quòd materia est in potentia ad duo:est enim in potentia ad formam domus,& sic actus eius non est domus: & est in potentia ad hoc,quòd ædificetur; quæ quidem potentia significatur per hoc, qnod dicitur ædificabile:& sic actus eius non est domus, sed ædificatio. Et hoc est,quod dixit Philoso. quòd actus ędificabilis est ædificatio. q. d. ædificabile dicit potentiam materiæ sub speciali ratione, secundùm quam rationem actus eius non est domus sed ædificatio.Deinde cum dicit.

Materia domus est i potētia ad duo

Quòd autem benè dictum est, palàm ex quibus alii dicunt de ipso;& ex eo quòd non facilè est ipsum aliter diffinire:neque enim in alio poterit aliquis genere ponere ipsum.

Ponit diffinitionem motus esse benè datam, cuius sententia est.ꝙ manifestum est,ꝙ benè dictum est,ꝙ motus est actus, quia non est possibile ponere in alio genere,quàm in genere actus. Circa hoc ergo tria facit,quia primò ponit,ꝙmotus non potest poni in alio genere,quàm in genere actus:secundò ostendit,quō Antiqui ponebant motum in alio genere,&improbat eos:tertiò reddit cām,propter quàm illi Antiqui ponebant motum in illis generibus. Secunda ibi [Palàm autē] Tertia ibi [Cā āt] Dicit ergo primò, ꝙ manifestū est,ꝙ diffinitio motus est benè data,ex dicto Antiquorum, qui taliter diffininerunt; & ex hoc ꝙ non est possibile,nec facile ponere motum in alio genere,quàm in genere actus,nec ēt est possibile eum aliter diffinire.

Laborat adhuc circa diffinitionem motus.

Palàm autem ex quibus dicunt.Hi quidem alteritatem & inæqualitatem;& non ens.Quorum nullum necesse moueri. Sed nec permutatio, neque in hoc,neque ex his magis quàm oppositis.

Ostendit, quomodo aliqui aliter diffiniernnt motum,ponentem eum in alio genere.Et hoc ē, ꝙ dicit, ꝙ quidam Antiquorum posuerunt eum esse inæqualitatem: & quidam posuerunt ipsum esse non ens:quorum nullus rectè dixit:Quod quidem primò patet ex parte subiecti:s.n. motus esset alteritas,uel esset inæqualitas,uel esset nō ens; cuicunque inesset aliquod istorum, necesse esset illud moueri;hoc autem non est nerum,quia nullum istorum necesse est moueri. Et hoc patet ex parte termini a quo,& ad quem;non enim est necesse,quòd alteritas,uel inæqualitas, uel non entitas sint termini motus,magis quàm sua opposita: non enim magis est motus ad ens, quàm ad non ens:nec est magis ad inæqualitatem, quā ad æqualitatem:nec est magis ad alteritatem, quàm ad similitudinem.Et sicut dictum est de termino ad quem,sic dicendum est de termino a quo:non enim est magis motus ex non ente, quàm ex suo opposito:& sicut dico de non ente,sic dico de alteritate & inæqualitate. Notandum est, quòd non entitas, & alteritas, & inæqualitas duobus modis se poterant habere ad motum, secuudùm dicta Antiquorum: uno modo quòd dicerēt totam essentiam motus; ita quòd motus essentialiter non esset nisi quædam alteritas, uel quædam inæqualitas, uel quædam non entitas; & contra istum modum dicendi arguit primò Philosophus;quia si hoc esset uerum,quòd non entitas, uel alteritas,uel inæqualitas esset motus; sequeretur quòd cnicunque inesset aliquod istorum, in illo esset motus, & per consequens moueretur; tamen non est uerum. Secundò possent ista se habere ad motum, non quia sint eadem essentialiter quod motus, sed quia sunt termini motus:& contra istum modum arguit Philosophus, quòd si motus magis terminatur ad ista, quàm ad opposita; motus magis incipit ab istis, quàm ex oppositis. Notandum est,quòd isti sic dicentes fortè mouebantur ad sic dicendum propter ea,quæ reperiuntur in motu: uidemus enim, ꝙ illud,quod mouetur ad aliquid, non est illud: & ideo fortè ponebant,quòd motus non est ens. Videmus.n.ꝙ sicut quiescere idem est, ꝙ se habere eodem modo nunc & prius; ita moueri est aliter se habere nunc, quàm priùs: & ideo fortè ponebant motum esse alteritatem.Videmus etiā, quòd illud,quod mouetur; aliquando minùs appropinquat ad terminum motus, aliquando magis:ubi autem hæc sunt,est quædam inæqualitas; & ideo fortè ponebant motum in ęqualitatem. Deinde cum dicit.

Antiquorū quorūdam sententia circa definitionem motus, & eorundem confutatio

Antiquorū motuum.

Causa autem in hoc ponendi, quia infinitum aliquid uidetur esse motus.Alterius coelementationis autem principia,quia priuatiua sūt indeterminata: neque enim hoc,neque tale nullum ipsorum,neque reliquorum prædicamentorum.

Reddit rōnem,quare prædicti ponebant motum in prædictis generibus;& est rō; quia motus est quid indeterminatum;& ideo debet poni infra genus,quod dicit quandam indetermōnē, &

Motuum Antiquorū

priuationem; qualia sunt ista genera. Duo ergo facit hic, quia primò ponit istam rationem: secūdò ostendit, quomodo motus dicatur quid indeterminatum, ibi [Cur autem] Dicit ergo primò: ꝙ causa quare isti posuerunt motum in talibus generibus, est; quia est quid infinitum & indeterminatum: & ideo debuit poni infra coelementationem non positiuorum, sed intra alterā scilicet infinitorum & indeterminatorum, & priuatorum: priuatiua. n. sunt indeterminata; quia nullum talium uidetur dicere nec substantiam, nec qualitatem, nec aliquod aliorum prædicamētorum. Notandum est, ꝙ Phytagorici posuerunt duos ordines, & duas collationes: in uno ordine posuerunt bona & positiua; in alio autem posuerunt mala & priuatiua, & indeterminata: Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ motus secundùm istos, debuit poni in alia collatione, scilicet priuatiuorum. Deinde cum dicit.

Opinio Pythagoricorū uide etiā in primo huius tex. 25.

F

Cur autem uideatur indeterminatus causa quia nec in potētia entium, neq; in actu est ponere ipsum. Neq; enim possibile quantum esse, mouetur ex necessitate: neq; quod actu quantū, motusq; actus quidem uidetur aliquis, imperfectus autem. Causa aūt quia imperfectum quod possibile, cuius est actus. Et propter hoc difficile ipsum sumere, quod est. Aut enim in priuationem necesse est poni, aut in potentiā aut in actum simplicem: horum aut nullum uidetur contingens. Quare relinquitur, quod dictum est esse & actum, & non actum dictum uidere quidem difficile, contingentem autem esse.

G

Ostendit, cur motus dicatur quid indeterminatum, dicēs: ꝙ motus ideo uidetur esse quid indeterminatum, quia nec determinatū potest poni in genere potētiæ, nec determinatè potest poni in genere actus: Primò dico, ꝙ non potest poni in genere potentiæ; quia non est necesse, ꝙ potentia quantum moueatur: nec potest poni in genere actus; quia non est necesse, quòd actu quantum moueatur: motus enim nec est potentia simpliciter, nec actus simpliciter, sed est actus imperfectus: quòd autem sit actus imperfectus, hoc est quia est actus entis possibilis, quod est in tendentia ad aliud: tale autem ens est imperfectum: ens enim perfectum nō est in tendentia: quia motus est actus imperfectus; ideo difficile est accipere, quid sit: uidetur enim ꝙ necesse sit ponere motū uel in genere priuationis, uel in genere potētiæ, uel in genere actus simpliciter, id est actus perfecti: nullum autem horum conuenit, quia nec est necesse, ꝙ ens priuatū moueatur, nec etiam ens in potētia simpliciter, nec ens in actu completo: restat ergo ꝙ motus est actus perfectus, & contingens: quia hoc posito in esse, nullum sequitur impossibile, sicut sequabatur in aliis diffinitionibus. Deinde cum dicit.

Vnde antiqui arbitrati sūt, motū dici quid indeterminatum.

H

Entitatem motus, ē difficile uidere, non aūt impossibile.

Et quod est motus immobili palàm. Actus est enim huius à motiuo.

Ostendit, in quo est motus. Et tria facit, quia primò ostendit, quòd motus est in mobili: secun-

E

dò ostendit, quomodo se habet motus ad mouēs: tertiò manifestat, quæ dixit. Secunda ibi [Et motiui] Tertia ibi [Quemdmodum] Dicit ergo, ꝙ manifestum est, quòd motus est in mobili; cuius rō est, quia omnis actus est in eo, cuius est actus; motus autē est actus mobilis à motiuo; est enim motus in mobili per uim mouentis. Deinde cum dicit.

In quo subiecto sit motus.

Et motiui actus non alius est. Oportet quidem. n. esse actum amborum. Et motiuum quidem enim est in posse, mouens autem in operari: sed est actiuum mobilis. Quare similiter unus amborum actus.

F

Ostendit, quomodo se habet motus ad mouens, dicēs: ꝙ motus est actus motiui; quia unus & idem, & non alius est actus motiui & mobilis: motus enim amborum est: est enim motus actus motiui, inquantum fit ab eo; & est actus mobilis, inquantū est in eo: idem autem actus est ab hoc & in hoc: motiuum enim est ex hoc, ꝙ potest facere motum: mouens autem ex hoc, quòd actu facit, & sic est actiuum motus in mobili, ita quòd unus actus amborum est. Deinde cum d.

Motus quō se habeant ad mouens.

Quemadmodum eadem distantia unius ad duo, & duorum ad unum, & ascēdentis et descendentis; sed esse non unum. Similiter autem & in mouente & in moto.

G

Manifestat, quod dixit in exemplo, dicens: ꝙ sicut est una distantia duorum ad unum, & econuerso secundum rem; licèt differant secūdum rationem; & sicut est una uia ascendentium, & descendentium secundum rem, licèt differant secūdum rationem; ita est unus motus & unus actus motiui & mobilis; licèt differant secundum rationem; quia secundum ꝙ est à motiuo, actio est; secundum quòd est in mobili passio est. Notandum est, quòd inter duo & unum est quædam habitudo, quę ex parte duorum dicitur duplum; ex parte autē unius est dimidium: ita similiter unus & idem actus ut est à motiuo, est actio; ut autem est in mobili, est passio.

Vna est distantia duorum ad unū & e contra.

Infinitum autem aut quod impossibile per transire, eo quòd non sit natum pertransiri; quemadmodum uox inuisibilis: aut pertransitionem habens imperfectam; aut quod uix, aut quod natum est habere, & non habet per transitionem, aut terminum.

H

Postquam determinauit de motu: hic determinat de infinito; quod est passio motus. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quot modis infinitum dicitur. Secundò ostendit, quòd non est dare infinitum in actu. Tertiò ostendit, quomodo infinitum reperitur in diuersis. Secunda ibi [Separabile quidē] Tertia ibi [Infinitū autē non idē.] Ad euidentiā primi notandum est, quòd finitū & infinitum sic differunt, quia finitum pertransiri potest; infinitum autem pertransiri non potest; quot ergo modis aliquid dicitur in pertransibile, tot modis dicitur infinitum; in pertransibile autem dicitur quatuor modis, ergo & infinitū. Duo ergo facit, primò ponit quatuor modos

Infinitū & finitum quō differunt:

Infinitum quadrupliciter.

modos:secundò ponit alios modos speciales, ibi [Adhuc oppositione] Dicit ergo, quòd infinitum dicitur primo modo, quòd nullo mō potest pertransiri; eo modo quo dicimus, quòd uox est inuisibilis, quia non est apta nata uideri: dicitur enim infinitum isto modo ab omnimoda negatione transitus: nullum enim est aptum natum habere transitum, quod non est quantum: & ideo illud, quod non est quantum, sicut punctus, & unitas, non sunt susceptiua pertransitionis, & per consequens nec finitionis; & sic dicuntur infinitæ, quasi non finitæ, sicut uox dicitur non uisibilis. Secundo modo dicitur infinitum, quod habet imperfectam transitionem, quia licèt sit inceptum pertrāsiri, adhuc non est tamen pertransitum: unde idē est infinitum isto secundo modo, quod non finitum & completum; dicitur enim à priuatione finis, & complementi. Tertio modo dicitur infinitum, quod cum difficultate potest pertrāsiri, quia excedit potentiam transeuntis; eo modo quo dicimus, profunditatem maris esse infinitam, quia cū difficultate potest pertransiri. Quarto modo dicitur infinitum, quod est aptum natum habere transitionem, & non habet; licèt ita transitio terminari non potest; sicut si imaginemur lineam infinitā nec habere principium, nec finem, trāsitus super eam non posset finiri. Deinde cum dicit.

Quod non ē quātū, non pōt ptrāsiri

Infinitū in potentia tripliciter.

Adhuc appositione, aut ablatione, aut utroque.

Ponit alios modos infiniti, dicens: quòd adhuc dicitur infinitum in appositione & in addenddo; eo modo quo dicimus, quòd numerus est augumentabilis in infinitum. Alio modo dicitur infinitum in diuidendo; eo modo quo dicimus, quòd continuum est diuisibile in infinitum. Dicitur etiam infinitum secundum ambo, idest in addendo, & in diuidendo; sicut tempus est infinitum in addendo, quia habet rationem numeri; & diuidēdo, quia habet rationem continui.

Separabile quidem itaque ipsum aliquid ens, sensibile autem, non possibile esse. Si enim nec magnitudo est, nec multitudo, substantia autem ipsum infinitum & non accidens, indiuisibile erit. Quod enim diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo. Si autem indiuisibile, non infinitū, nisi sicut uox inuisibilis. Sed non sic dicunt, neque nos quærimus, sed tanquam in pertransibile.

Probat, quòd non est dare infinitum in actu. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd differentia magna fuit inter Platonicos & Naturales; posuerunt.n. Platonici infinitū esse ens separatū, per se subsistens, & posuerunt ipsum esse principium; ita quòd secundùm istos, natura infiniti nō erat natura recepta in alio, qualis est natura accidentis; sed erat natura eius natura substantię, de cuius essentia est, quòd sit in se fixa, & non recepta in alio: imaginabatur enim fortè Plato, quòd infinitum idem esset, quòd idea omnium infinitorum; quæ idea est per se subsistens. Infinitum autem secundùm Naturales est quidam actus, receptus in alio, puta in corpore sensibili, & in corpore quanto: secundùm etiam eos, finitum & infinitum sunt passiones corporis quanti, & sensibilis. Et secundùm hoc, hęc pars habet duas partes, quia primò probat, quòd non est dare infinitum separatum à sensibilibus: secundò ostendit, quòd non est dare infinitum in actu in sensibilibus, ibi [Quod autem in sensibilibus.] Prima in tres secū dùm tres rationes, quas adducit. Secunda ibi [Adhuc quomodo contingit] Tertia ibi [Et quod non est actu esse] Ponit ergo primam rationem, quæ talis est: si infinitum est semper actu infinitum, non habet rationem magnitudinis, neque rationem multitudinis; quod autem non habet rationem magnitudinis, uel multitudinis, est indiuisibile; quia omne, quod diuiditur, uel est magnum, uel est multum: ergo infinitum est indiuisibile; si autem est indiuisibile, non est infinitū, quod quærimus. Et hoc dicit litera: quòd infinitum esse ens separatum, per se existens, est impossibile; si enim ita est, nō habet rationem magnitudinis uel multitudinis, quia tale infinitum substantia est, & nō accidens: si autem tale infinitum non habet rationem magnitudinis, uel multitudinis, erit indiuisibile; quia omne, quod diuiditur, uel est multum, uel est magnum: si autem est indiuisibile non est infinitum, nisi primo modo: sicut uox dicitur inuisibilis: hoc autem modo non quærimus infinitum; nec ēt ipsi hoc mō ponebant infinitum: sed quærimus infinitum tanquam in pertransibile, quod est infinitum secundùm quantum modum. Notandum est, quòd diuisio primò quantitati conuenit: quod ergo diuiditur, uel est quantum, uel est in quanto: quod ergo nec est quantum, nec est in quanto, indiuisibile est: cum ergo isti ponerent infinitum esse substantiam per se subsistentem, sequebatur quòd non est quantum, nec in quanto: ex quo sequitur quòd indiuisibile erit. Et hoc est, quod dicit Philos. q̄ omne, quod diuiditur, habet rationem uel quanti diuisi, quod est multum: uel quanti continui, quod est magnum: cum ergo hoc infinitum sit separatum ab utroque, oportet quòd sit indiuisibile. Notandum est, quòd esse infinitū, potest intelligi duobus modis: uno enim modo dicitur infinitum a priuatione quantitatis: imaginabimur enim quòd finitum & finitas est passio quantitas: a quo ergo negatur quantitas, negatur finitas, quod est passio eius, & per consequens illud potest dici non finitum. Et isto modo accipiendo infinitum, indiuisibile dici potest infinitum, quia ab eo negatur quantitas, & finitas, quæ est passio eius. Et hoc modo dicitur aliquid infinitum, sicut dicitur uox inuisibilis: sicut enim uisibilitas est passio coloris, ita finitas est passio quātitatis: sicut ergo uox dicitur inuisibilis, quia ab ea negatur color & passio: ita indiuisibile dicitur infinitum, quia ab eo negatur qualitas & passio eius. Secundo modo dicitur infinitum, non à negatione quantitatis, sed a negatione terminorum quantitatis: & hoc est infinitū in principio acceptum; & de tali dicit Philosoph. quòd substantia indi-

Differentia inter Platonicos & Naturales de infinito.

Non datur infinitum i actu.

Diuisio cui primo conueniat.

Esse infinitū duplicatur.

Subſtantia ſeparata nõ põt poni infinitum.

indiuiſibilis & ſeparata nõ poteſt poni infinitum: E cuius ratio eſt, quia tale infinitum eſt paſsio quanti: in ſubſtantia autem ſeparata non eſt quãtitas. Deinde cum dicit.

Adhuc quomodo contingit per eſſe infinitum, ſi non & numerus & magnitudo, quorum paſsio infinitum? Adhuc ſi ſecundùm accidens, non utique elementum entium, inquantum infinitum, quemadmodum neque inuiſibile loquelæ, quamuis uox inuiſibilis.

Secunda rõ.

Ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt: ſi infinitum ponitur ſeparatum per ſe exiſtens, uel eſt in numero & magnitudine, uel eſt per ſe exiſtens ſine numero & magnitudine: ſecundo modo eſt impoſsibile, quia infinitum eſt paſsio numeri, uel magnitudinis, paſsio autem non poteſt reperiri F præter illud, cuius eſt paſsio: ſi autem ponatur primo modo, ſcilicet quòd infinitum eſt in numero uel magnitudine, ita, ſcilicet quòd habeat naturã accidentis inhærentis, tunc ſequitur, quòd infinitum non eſt elementum entium, ſed magis ſubiectum infiniri: quia ſubiectum magis debet poni principium quàm accidẽs. Sicut, ſi dicimus, quòd uox inuiſibilis eſt elementum loquelæ; hic non eſt intelligendum, quòd ſit elementum inquantũ inuiſibile, ſed inquãtum uox: eſſe enim inuiſibile accidit uoci inquantum eſt elementum & principium. Ita ſimiliter ſi dicamus, quòd numerus infinitus eſt elementum rerum, hoc debet intelligi, quia magis ſibi conuenit quia numerus, quàm quia infinitus.

Infinitum ẽ paſſio numeri, uel magnitudinis.

G *Et quod non eſt actu eſſe infinitum palàm; erit. n. quæcũque ipſius infinita pars accepta. Infinito enim eſſe, & infinitum idem; ſiquidem ſubſtãtia infinitum & non de ſubiecto. Quare aut indiuiſibile, aut in infinita diuiſione ſi partibile. Multa autem eſſe idem impoſsibile infinita: quemadmodum enim pars aeris aer, ſic infinitum infiniti, ſi eſt ſubſtantia & principium. Impartibile igitur & indiuiſibile. Sed impoſsibile actu eſſe infinitum, quantum enim neceſſe eſſe. Secundùm accidens igitur exiſtit. Sed ſic dictum eſt, quòd non contingit ipſum eſſe principium, ſed illud, cui accidit aerem aut parem. Hæc quidem igitur inquiſitio uniuerſalis.*

Tertia rõ.

Ponit tertiam rationem, & eſt ratio talis; ſi detur infinitum actu ſeparatum, quòd quidẽ ſit per H ſe exiſtens, ſequitur quòd quælibet pars infiniti eſt infinita; ſed hoc eſt impoſsibile; quia ſic multa eſſent infinita: tunc etiam & pars eſſet æqualis toti; ergo primum eſt impoſsibile, ſcilicet quòd ſit dare infinitum & ſeparatum. Viſa hac ratione, patet lr̃a, quæ dicit; ſic manifeſtum eſt, ꝙ non eſt dare infinitum actu ſeparatum; ſi enim daretur, quæcunque pars ipſius eſſet infinita; cuius ratio eſt, quia in ſeparatis à materia, non differt quidditas, & cuius eſt quidditas; ſi ergo infinitum eſt quædam ſubſtantia ſeparata non dicta de ſubiecto, ideſt de materia, ſequitur quòd idem ſit infinitũ, & eſſe infiniti., ideſt quidditas eius; hoc autem non poteſt eſſe, niſi ita ſit; quod quidquid eſt in infinito, ſit infinitum; ſi enim eſſet aliquid in infinito, quòd non eſſet infinitum, aliquid eſſet infinitum præter qudditatem eius, & ſic non eſſet quidditas idem cum eo, cuius eſt quidditas; cum ergo pars ſit in infinito, quælibet pars eſt infinita. Hoc enim ſeparatum, quod ponitur, aut eſt partibile, aut impartibile: ſi partibile tunc oporter, quòd quælibet pars eius ſit infinita, ſicut quælibet pars aeris eſt aer (& hoc dico ſi tale principium eſt infinitum & ſubſtantia ſeparata). Si autem dicas, quòd hoc ſeparatum eſt indiuiſibile, ſequetur ꝙ non eſr quantum, & per conſequens, quòd non eſt infinitum, quia infinitum eſt paſsio quanti; cũ ergo infinitum non poſsit eſſe ſubſtantia ſeparata, neceſſe eſt, quòd ſit accidens inhærens alicui F ſubiecto. Si autem ita eſt, manifeſtum eſt, quòd non debet poni principium & elementum, ſed magis ſubiectum, cui accidit; ſicut eſt aer, & numerus par. Notandum eſt, quòd ratio iſta aliter poſſet fieri, quàm formata ſit priùs, ſic: hoc ſeparatũ, quod ponitur, aut eſt diuiſibile, aut indiuiſibile: ſi indiuiſibile, ergo non eſt quantũ; ſi nõ eſt quãtũ, ergo nõ eſt infinitũ: ergo malè poſitũ eſt, ꝙ hoc ſeparatũ eſt infinitum; ſi autem diuiſibile, ſequitur quòd quælibet pars eius ſit infinita, quia in eo nõ differt quidditas, & cuius eſt quidditas: quòd autem quælibet pars ſit infinita, hoc eſt impoſsibile; impoſsibile eſt ergo, quòd hoc ſeparatum ſit diuiſibile; ergo non poteſt poni nec ſicut diuiſibile, nec ſicut indiuiſibile.

In ſeparatis à materia idem eſt quidditas, & cuius eſt

Quæſtio.

G Quæreret aliquis, Vtrum ſequatur, ſi ponitur infinitum ſeparatum, ergo in eo non differt infinitum, & eſſe infiniti & quidditas eius? Dicendũ, quòd hæc eſt differentia inter ea, quæ habent eſſe per participationem, & ea, quæ habent eſſe per eſſentiam; in illis enim quæ habent eſſe per participationem, differt participans, & participatum: in eo autem, quod eſt eſſentialiter tale, non eſt dare iſtam differentiam participantis: ſicut ſi calidum participat caliditatem, dicemus quòd differt caliditas participata, & ſubiectum participans caliditatem; ſi autem eſſet dare aliquam caliditatem ſeparatã, in ea non differret caliditas, & cuius eſt caliditas; quia quidquid eſſet in ea, non eſſet niſi caliditas: quia ſi differret in ea caliditas, & cuius eſt H caliditas; aliquid aliud eſſet in ea quàm caliditas; & ſic non eſſet caliditas ſeparata; cuius contrariũ ſuppoſitum eſt. In his ergo, quę ſunt talia per participationem, differt natura, & cuius eſt natura; in illis autem, quæ ſunt ſeparata, & quæ ſunt talia per eſſentiam, non differt. Ad propoſitum ergo ſi infinitum poneretur, ſicut ponebant Naturales in rebus ſenſibilibus; tunc quidditas infiniti eſſet participata à rebus ſenſibilibus; ſi autem ita eſſet, eſſet dare differentiam inter participans, & quidditatem participatã; & ſic differret infinitum & eſſe infiniti, ideſt differret illud, quod participat infinitatẽ (qđ hic uocatur infinitũ) & quidditas infiniti. Si ãt infinitũ ponitur ſeparatũ, non differt infinitas & cuius eſt infinitas: ſi.n. differt infinitas

Quæ habẽt eſſe p eſſentiam, et participationẽ, quo differunt.

&

& cuius est infinitas,nō esset ibi infinitas tātum, & sic non esset separata, ex quo esset ibi aliud quàm infinitas; si ergo infinitas ponitur separata, ut ponunt isti; oportet ꝙ idem sit infinitum & esse infiniti, idest quòd idem sit infinitas,& cuius est infinitas.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vnde sequitur ista consequentia: si infinitum est subiectum de subiecto dicto in infinito,non differt infinitum & esse infiniti?Dicendum est, quòd hæc consequentia potest declarari duobus modis:uerum est, quòd secundus modus magis facit ad propositum: primus modus est faciendo differentiam inter substantiam & accidens:secundus modus est,faciendo differentiam inter formam materialem,& immaterialem. Primum patet sic:hæc est differentia inter substantiam & accidens, quia natura accidentis est natura in alio;natura autem substantiæ est natura in se;ergo in accidente differt natura,& cuius est natura:in substantia autem nō differt natura,& cuius est natura:si enim in substantia differret substantia,& cuius est substantia;substantiæ esset substantia,& sic esset abire in infinitum in substantia:ergo non differt substantia, & cuius est substantia.Nisi fortè diceremus ibi esse aliquam differentiā secundùm rationem;eo modo quo damus differentiam secundùm rationem inter substantiam secundam & primam.Hoc uiso, patet quod quæritur: si enim infinitum esset actus,differret infinitas,& cuius esset infinitas; & sic differret infinitum, & esse infiniti; & hoc quia in accidente differt natura: si autem infinitum esset substantia non dicta de subiecto, non differret natura,& cuius est natura; aliàs substantiæ esset substantia,ut dictum est:& sic non differret infinitum, & esse infiniti: & sic patet prima uia.

Differentia inter substantiam & accidens.

Secūda uia Secunda patet,faciēdo differentiam inter formas materiales,& immateriales:forma enim materialis est forma recepta in alio, quia in materia:& ideo ibi differt forma, & cuius est forma, quia differt materia & forma: & quia forma uel est essentia rei & quidditas; uel ab ea est principaliter quidditas & essentia;ideo differunt quidditas & cuius est quidditas (si tamen forma potest dici tota quidditas)Formę autem immateriales hoc non habent,quòd sint receptæ in alio; & ideo in eis non differt forma & cuius est forma; quia non sunt nisi forma. Vtrum autem aliquo modo differat forma, & cuius est forma, non est præsentis speculationis: hoc tamen uerum est, ꝙ si in eis differt forma,& cuius est forma, nō sunt puræ formæ;quia pura forma non est nisi forma. Ad propositum ergo,si infinitum esset natura, dicta de alio,idest esset forma dicta de materia,differret infinitas,& esse infiniti;& infinitum, idest materia,cuius est illa infinitas: si autem infinitū est substantia non dicta de subiecto,idest substantia immaterialis, non differt infinitum,& esse infiniti,ideit non differt infinitas, & cuius est infinitas.sic ergo patet alia uia.

A

Quæstio. Quæreret quis, Vnde sequitur ista consequentia;in infinito separato idem est infinitum,& esse infiniti; ergo quælibet pars infiniti est infinita? Dicendum est,quòd si idem est infinitum, & esse infiniti,ut iam declaratum est:idem est infinitas, & cuius est infinitas:ita ꝙ in infinito nihil est nisi infinitum:si enim in infinito esset infinitum, & aliquid aliud quàm infinitum; differret infinitas, & cuius est infinitas; cuius contrarium iam dictum est: cum ergo pars sit in infinito, quælibet pars erit infinita. Imaginabimur ergo,quòd dicere aliquod infinitum separatum,implicat contradictionem:si enim est separatum, non differt quid est in eo,non est nisi infinitum: si autem est quantum, differt pars a toto; & ita est ibi aliud quàm totum:pars enim non est totum, & per cōsequens est ibi aliqua alia quidditas:quia pars nō est quidditas totius:siue (ut meliùs dicam) quidditas totius non conuenit parti:& sic inquantum est separatum,quælibet pars infiniti est infinita: inquantum autem est quoddam quātum,pars nō est infinita;quia pars non æquatur toti.

B

Quod autem in sensibilibus non est,hinc palàm. Si enim corporis ratio superficiebus determinatur, non erit utique infinitum corpus,neque sensibile, neque intellectuale.

Postquam probauit, quòd non est dare infinitum separatum;hic probat,quòd non est dare infinitum in actu,quod sit in sensibilibus. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc probat per rationes probabiles:secundò per rationes naturales,ibi[Naturaliter autem.] Prima in duas,quia primò probat, quòd non est dare corpus infinitum: secundò probat, quòd non est dare numerum infinitum,ibi [Neque numerus.]Probat ergo primò,quòd non est dare corpus infinitum: corpus siue sit Naturale, siue sit Mathematicum, est determinatum superficie; ergo nullum corpus est infinitum. Hoc est ergo,quod dicit litera: quòd manifestum est, quòd non est dare corpus infinitum in sensibilibus:ratio enim corporis est, quòd sit determinatum superficie: ergo nullum corpus neque sensibile,idest naturale, neque intellectuale,idest Mathematicum est infinitum. Tunc subdit.

C

Infinitum in actu in sensibilibus subiectiue nō datur.

D

Neque numerus ut separatus & infinit us. Numerabile enim numerus,aut habens numerum.

Probat,quòd non est dare numerum infinitū, & est ratio talis: nullum numerabile est infinitū, quia numerabile est pertransibile, infinitum autem non potest pertransiri: omnis autem numerus est numerabilis,ergo nullus numerus est infinitus.Et hoc est,quod dicit litera: quòd manifestum est,quòd numerus neque ut separatus, est infinitus; cuius ratio est, quia omne numerabile uel est numerus,uel habens numerum. Notandum est, quòd numerus in se, numerabilis est; omne autem numerabile est mensurabile; cum ergo

Non datur numerus infinitus.

ergo omnis numerus sit mensurabilis per unitatem, oportet quòd omnis numerus sit mensurabilis: sic ergo benè dictum est, quòd numerus numerabilis est, idest mensurabilis. Alia etiam sunt, quæ mensurantur, & numerantur per numerum, sicut decem homines numerantur per denariũ; hic ergo est ordo, quia numerus primò mensuratur per unitatem, & postea numerus mensurat & numerat alia. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd omne numerabile, uel est numerus, uel est habens numerum, quia numerus numerabilis est per unitatem, & habentia numerum numerabilia sunt per numerum. Notandum est, quòd hæ duæ rationes dicuntur probabiles, & nõ naturales; cuius ratio est, quia non sumuntur ex principiis naturalibus, sed ex quibusdam principiis probabilibus non necessariis; non enim hæ rationes multum cogerent aduersarium. Quando enim dicitur in prima ratione, quòd de ratione corporis est, quòd sit terminatum superficie; diceret aduersarius, quòd hoc est de ratione corporis finiti, non autem infiniti. Similiter quando dicitur, quòd omnis numerus est numerabilis; diceret aduersarius, quòd ista multitudo infinita nõ debet uocari numerus.

Defensio Platonicorum, & Pythagoricorũ contra Aristotelem.

Naturaliter autem ex his palàm. Nec enim compositum possibile esse, nec simplex. Compositum quidem enim non erit corpus si finita sunt elementa multitudine: oportet enim æquari contraria, & etiam non esse unum ipsorum infinitum. Si enim cuicunque deficit alterius corporis uirtus, corrumpetur ab infinito finitum: unumquodque autem impossibile infinitum esse. Corpus enim est, quod omnino habet distensionem: infinitum autem infinitè distat. Quare infinitum corpus omnino erit infinitum.

Postquam probauit, quòd non est dare infinitum per rationes probabiles, hoc idem probat ꝑ rationes naturales. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc probat rationibus sumptis ex parte actiui & passiui; secundò probat rationibus sumptis ex parte loci & locati, ibi [Adhuc sensibile corpus.] Circa primum ponit talem rationem; omne corpus uel est compositũ, uel ẽ simplex; sed nec simplex, nec compositum est infinitum, ergo nullum corpus est infinitum. Habet autẽ hæc ratio duas partes, scilicet quòd corpus simplex, & corpus compositum non est infinitum: & ideo duo facit, quia primò probat, quòd corpus compositum non est infinitum: secũdò ꝙ nec corpus simplex ibi [Neque unum] Dicit ergo primò, ꝙ manifestum est rationibus naturalibus, quòd nullum corpus, neque simplex, neque compositum est infinitum. Quòd enim corpus compositum non sit infinitũ, hoc manifestum est, si supponamus, quòd elementa sunt finita multitudine: uel enim oportet, si est corpus infinitum, quòd omnia elementa sint infinita quantitate, uel quòd unum illorum sit infinitum quantitate: utrunque autem impossibile est: si enim unum eorum est infinitum quantitate, & alia finita, necesse est, quòd

Probat adhuc idẽ per physicas rõnes.

Nullum corpus ẽ infinitum.

E elementa, quæ sunt in mixto, non æquentur; quia infinitum non æquatur finito: cum tamen oporteat elementa contraria in mixto reduci ad quandam æqualitatem. Nec etiam potest dici, quòd unumquodque elementorum sit infinitum, cuius ratio est, quia de ratione corporis est, quòd diuidatur in omnem diametrum, scilicet in longum, latum, & profundum: ergo de ratione corporis infiniti est, quòd habeat infinitatem in omnem diametrum, scilicet in longum, latum, & profundum: si autem ita est, unum corpus infinitum occupat totum, & omnem diametrum; & sic non compatitur secum aliud corpus, & ideo impossibile est ponere plura infinita. Notandum est, quòd corpus compositum esse infinitum, hoc

Videtur hic loqui de uirtute infinita intensiue.

Corpus compositum mixtũ non põt esse infinitũ

F potest intelligi tribus modis: uno modo quòd elementa sint infinita multitudine, ita quòd corpus sit compositum ex elementis infinitis; & hoc quidem non est possibile: unumquodque enim corpus compositum resoluitur in ea; ex quibus componitur: uidemus enim quòd elementa, in quæ resoluuntur corpora composita, non sunt nisi quatuor; & per consequens elementa componentia quatuor sunt, & non infinita. Secundo modo potest intelligi, quòd omnia elementa componentia corpus infinitum, sint finita multitudine, tamen omnia illa sunt infinita quantitate: & hoc modo etiã non est possibile; cuius ratio est, quia impossibile est dare plura infinita actu: unũ enim corpus actu infinitum totum occupat. Tertio mo

Corpus compositum esse infinitum tripliciter.

Plura infinita esse simul implicat.

G do potest intelligi, quòd elementa componentia sint finita multitudine, tamen unum illorum est infinitum, & alia sunt finita; & iste modus etiam non est possibilis; cuius ratio est, quia elemẽtum infinitum corrumpet omnia alia elementa finita, quibus corruptis, non esset dare nisi unum elementum, quod ponitur infinitum. Deinde cum dicit.

Neque unum autem simplex contingit infinitũ esse corpus, neque (ut dicunt quidam) præter elementa, ex quo generant hoc. Non enim est tale corpus præter elementa: omne enim ex quo est, dissoluitur in hoc. Non uidetur autem hoc circa simplicia corpora, nec ignis, nec aliquid aliud elementorum ullum. Sine enim eo, quod est infinitum, esse aliquod ip

H *sorum impossibile omne: & sit finitum, aut esse, aut fieri unum aliquod ipsorum. Quemadmodum Heraclitus ait, fieri aliquando ignem. Eadem autem ratio & in uno, quod faciunt præter elementa Physici. Omne enim permutatur ex contrario, puta ex calido in frigidum.*

Probat, quòd corpus simplex non potest esse infinitum. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ ponere corpus simplex non posse esse infinitum potest intelligi duobus modis: uno modo quòd ponatur aliquod corpus extra numerum elementorum esse infinitum: alio modo quòd ponatur unum elementorum esse infinitum. Primo modo est impossibile: cuius ratio est, quia si esset dare corpus quintũ aliud ab elementis, oporteret ꝙ corpora

Corpus simplex põt esse finitum.

corpora composita resoluerentur non solùm in quatuor elementa, sed etiam in illud corpus quintum: quia unumquodque in ea resoluitur, ex quibus componitur: uidemus enim, quòd corpora composita non resoluuntur nisi in quatuor corpora elementalia. Etiam secundus modus est impossibilis; nam, si unum, scilicet elementorum esset infinitum conuerteret in se omnia alia propter infinitatem potentiæ: ita quòd omnia elementa conuerterentur in illud, & sic non esset dare quatuor elementa. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit, quòd non est possibile, quòd aliquod unum corpus simplex sit infinitum. Non enim possumus dicere, quòd hoc unum corpus simplex, quod ponitur infinitum, sit corpus quintum a quatuor elementis, sicut quidam dicunt: qui ponūt corpus quintum a quatuor elementis, ex quo generantur, quæ generantur: si enim tale corpus poneretur, ex quo generarentur, quæ generātur; oporteret quòd sicut illud corpus esset principium generationis, ita esset ultimum resolutionis: unumquodque enim resoluitur in ea, ex quibus componitur: quòd autem corpora resoluantur in aliquod corpus quintum a quatuor elemētis, hoc non uidemus. Nec etiam potest poni, quòd hoc corpus infinitum sit unum de quatuor elementis; cuius ratio est, quia si hoc corpus infinitum poneretur, non posset poni aliquod elemētum præter illud; & hoc quia omnia fierent illud, & conuerterentur in illud: nam illud elementum infinitum ageret in omnia alia propter contrarietatem, quæ est inter elementa: agēdo autem propter infinitatem potentiæ conuerteretur in seipsum: ita quòd (sicut dixit Heraclytus) contingeret aliquando omnia fieri ignem; & hoc si illud elementum esset ignis. Hæc autem ratio non solùm probat, quòd sit impossibile, quòd alterum de numero quatuor elementorum sit infinitum; sed etiam probat, quòd impossibile est, quòd aliud elementum quintum a quatuor elementis sit infinitum: & hoc quia tale elementum si poneretur, esset contrarium aliis; quia omnis permutatio est ex contrario in contrarium, sicut ex calido in frigidum: tale autem corpus si poneretur, esset principium permutationis: si autem illud corpus esset contrarium aliis, ageret in illa; agendo autē propter sui infinitatem aliquando omnia conuerteret in se. Notandum est, quòd Heraclytus posuit, quòd ignis esset maxime actiuus, & ideo propter sui actiuitatem contingit, quòd aliquando omnia sint ignis: quia propter sui actiuitatē ignis omnia conuerteret ad se. A simili arguit Philosophus, quòd si esset dare corpus infinitum, contingeret quòd propter sui actiuitatem omnia ad se conuerteret.

Non datur corpus quintum a quatuor elementis.

Nullū quatuor elementorum est infinitum.

Omnis motatio ex cōtrario in cōtrarium.

Opinio Heraclyti.

Adhuc sensibile corpus alicubi, & idem locus totius & partis, puta terræ. Quare si quidem eiusdem speciei, immobilis erit, aut semper feretur: hoc autem impossibile. Quid enim magis deorsum, quàm sursum, aut ubicunque? puta si gleba fuerit, ubi hæc mouebitur, aut manebit. locus enim ipsius connaturalis corporis infinitus. Obtinebit igitur totum locum quomodo? Et quæ igitur mansio & motus? Si ubique manet, non mouebitur: si autē ubique, non igitur stabit.

Postquam probauit, quòd non est dare corpus infinitum ex parte actiui & passiui: hic illud idē probat ex parte loci. Et diuiditur in quatuor partes, secundùm quatuor rationes, quas ponit. Secunda ibi [Totaliter autem] Tertia ibi [Adhuc omne sensibile] Quarta ibi [Totaliter autem.] Prima ratio talis est: si corpus ponitur infinitum, uel partes sunt eiusdem speciei, uel diuersarum; sed nec primo modo, nec secundo potest poni corpus infinitum; ergo nullo modo potest poni. Hæc ergo ratio habet duas partes: prima pars est, quòd corpus non potest esse infinitum, si partes sunt eiusdem speciei: secunda pars est, quòd corpus non potest esse infinitum, si partes eius sunt diuersarum specierum: primò ergo probat primam: secundò secundam, ibi [Si autem dissimile.] Primò ergo probat primam. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd si corpus poneretur infinitum, & partes eius omnes eiusdem speciei; oporteret, quòd tale corpus eēt in aliquo loco: ille ergo locus uel esset naturalis cuilibet parti corporis, uel totus innaturalis, uel pars eius innaturalis. Si dicatur primum, sequitur quòd omnis pars eius semper quiescit, quia semper est in loco naturali: & sic destruitur motus. Si secundo modo ponatur, sequitur quòd quęlibet pars eius semper moueatur, ex quo totus locus est innaturalis; & sic destruitur quies. Tertius autem modus nō potest esse naturalis, quia ex quo totū corpus est unius rationis, & locus erit unius rationis, & sic non erit ibi dare locum naturalem, & innaturalem, quia locus naturalis & innaturalis sunt duarum rationum. Visa hanc sententtia, patet litera, quæ dicit: quòd non potest dari corpus sensibile infinitum, & hoc, quia si daretur, esset in aliquo loco, & idem esset locus totius & partis: sicut est idem locus terræ, & partis terræ. Si enim tale corpus poneretur, quod esset eiusdem speciei, quæli bet pars eius, uel semper moueretur, uel semper quiesceret: semper quidem moueretur, si locus ille esset innaturalis toti: quia si esset innaturalis toti esset innaturalis parti, quia idem est locus totius & partis: semper autem quiesceret: si ille locus esset innaturalis toti, non enim esset dare, ꝙ quiesceret in uno loco, & in alio moueretur, puta quòd quiesceret sursum, & moueretur quando esset deorsum: & hoc quia nō esset dare distinctionem inter sursum & deorsum. Et hoc est, quòd dicit Philosophus, quòd non est assignare, quòd magis quiescat sursum, quàm deorsum, aut in quocunque alio loco: si enim gleba terræ sit pars huius infiniti, ita quòd tota sit corpus infinitum, nō est ibi dare locum, ubi moueatur, & locum ubi quiescat: & hoc quia totus locus est contrarium toti corpori, & parti corporis, siue totus innaturalis:

Laborat ad hoc quòd nō detur corpus infinitū

Omne corpus sensibile ē in loco: secus uerò ē de corpore mathematico.

Idem est locus totius et partis.

Non datur corpus infinitū homogeneum.

lis:ita quòd si corpus infinitum est in loco,obtinebit locum infinitum:& quomodo poterit hoc esse? quomodo enim erit ibi quies & motus? si.n. semper manet,non mouebitur: si semper mouetur,non quiescet. Notandum est; quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta. Primum fundamentum est, quòd unumquodque corporum sensibilium elementalium habet locum, in quo quiescit,& hic est locus naturalis. Secundum fundamentum est,quòd si esset dare corpus infinitum,non esset dare distinctionem inter duo loca:& hoc,quia corpus infinitum totum occuparet:si autem totum occuparet,totus ille locus esset naturalis, uel innaturalis toti corpori, & per consequens cuilibet parti eius:& sic uel destrueretur omnino motus,uel omnino quies. Deinde cum dicit.

Fundamenta Philosophi.

Si autem dissimile totum,dissimilia & loca. Et primum quidem non unum corpus omnis,nisi tactu. Deinde autem finita hæc erunt,aut infinita specie: finita quidem igitur non possibile;erunt enim hæc quidem infinita,hæc autem non si omne infinitum,puta ignis,aut aqua:corruptio autem, quod tale contrariis. Si autem infinita,& simplicia,& loca infinita, & erunt infinita elementa. Si autem hoc impossibile,& loca finita,& omne necesse est finitum esse.

Ostendit,quòd non potest poni corpus infinitum,quod sit compositum ex dissimilibus speciebus,dicens:quòd si illud corpus totum sit dissimilium specierum, sequitur quòd loca sint dissimilia. Ex quo sequitur primò,quòd illud corpus nõ sit unum,nisi per quendam contactum: quia illa, quæ sunt diuersarum specierum,non sunt unum cõtinuatè. Quæremus enim ab illo,qui sic ponit, utrum illa corpora sint infinita specie;ita quòd infinitæ species componant unum corpus? uel utrũ sint finita specie, ita quòd finitæ species componant istud corpus? Quòd autem sint finita secundùm speciem,est impossibile,cuius ratio est: quia ex finitis numero nunquam potest fieri aliquod infinitum, nisi ponatur quòd unumquodque illorum sit infinitum quantitate:& hoc est impossibile: quia sic esset dare plura infinita simul. Vel si ponatur, quòd aliquod de numero illorum est infinitum, puta ignis,aut aqua,& alia non: si enim hoc ponatur, sequetur,quòd istud infinitum corrumpat omnia alia,agendo in ipsa, sicut in contraria sibi: & sic omnia conuertet in seipsum. Nec potest dici,quòd omnia illa componentia sint infinita secundùm speciem,ita quod sint infinitæ species corporum, quia si elementa simplicia sunt infinita, sequitur quòd loca sunt infinita,loca autem non sunt infinita, sed sunt in certo & determinato numero. Notandum est, quòd ratio Philosophi in breui est ista;partes componẽtes corpus infinitum non possunt esse dissimiliũ specierum: hæ enim species uel sunt infinitæ numero,uel finitæ: finitæ quidem non possunt esse; quia ex finitis numero non fit corpus infinitum; nisi ponatur,quòd omnia illa sunt quantitate infi-

Non datur corpus infinitum ethe rogeneum.

E nita:uel alterum illorum sit infinitum, & hoc est impossibile:illæ etiam species non possunt esse infinitæ,& hoc quia si species corporum essent infinitæ,& species locorum: species autem locorum sunt determinatæ,ergo & species corporum. Deinde tum dicit.

Totaliter autem impossibile infinitum esse corpus, & locum corporibus: si omne corpus sensibile aut grauitatem aut leuitatem habet. Aut enim ad medium,aut ad sursum fertur. Impossibile autem in finitum, aut omne, aut dimidium quodcunque istorum passum esse. Quomodo enim diuides? Aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorsum, hoc autem sursum,aut extremum,aut medium?

F Ponit secundam rationem, & est rõ talis; si est dare corpus graue & leue,est dare sursum & deorsum:si autem est dare sursum & deorsum, nõ est dare corpus infinitum; quia in corpore infinito non sunt istæ differentiæ,scilicet sursum & deorsum. Et hoc est,quod dicit litera, quòd naturaliter impossibile est, quòd corpus sit infinitum, & quòd corpus habeat locum: si enim omne corpus sensibile habet grauitatem, aut leuitatem, oportet quòd omne corpus sensibile uel feratur sursum,uel feratur ad medium:in infinito autem nec secundùm totum,nec secundùm partem potest inueniri sursum & medium: si enim diuidatur infinitum,non erit assignare, quòd hæc pars sit sursum,& hæc deorsum, uel quòd hæc pars sit extremum, & hæc medium. Notandum est,

Secũda rõ.

In corpore infinito non est sursũ & deorsum.

G quòd infinitum est,quod caret extremo: & ideo ratio extremi repugnat infinito:si autem ratio extremi repugnat infinito, sibi repugnat etiam ratio medii,quia de ratione medii est, quòd sumatur secundùm determinatam distantiam ad ipsum extremum:ubi ergo non erit extremum,non erit medium: cum igitur in infinito non sit extremum,ergo non erit ibi medium. Tunc subdit.

Rõ extremi repugnat infinito.

De ratione medii quid.

Adhuc omne sensibile corpus in loco: loci autem species sex: impossibile autem in infinito corpore hoc esse.

Ponit tertiam rationem:& est ratio talis:si corpus sensibile est infinitum, & locus est infinitus: quia locus & corpus proportionantur, sed consequens est impossibile:de ratione enim loci est, ꝙ hẽat determinatas & distinctas distantias:ergo an-

H tecedens est impossibile.s. ꝙ sit corpus infinitũ. Hoc est ergo,quod dicit litera: quòd omne corpus sensibile est in loco: species aũt loci sex sunt; sursum & deorsum; ante, & retro,dextrum & sinistrum;quæ quidem species non possunt poni in corpore infinito. Notandum est, quòd inter sursum & deorsum est maxima distantia secundùm diametrum longitudinis; ubi autem est maxima distantia,est finita distãtia:& ideo sursum & deorsum non possunt poni infinita. Similiter dextrum & sinistrum dicunt maximam distantiam,& finitam secundùm diametrum latitudinis:& ideo nõ possunt poni in corpore infinito. Similiter ante & retro dicunt maximam distantiam & finitam secun-

Tertia rõ.

De rõne loci quid, quæ, et quot sint species: & an in infinito reperiantur.

ſecundùm diametrum profunditatis, & per conſequens ante & retro non poſſunt poni in infinito corpore. Hoc eſt ergo, quod dicit Philoſoph. q ſi ſex diſtantiæ dantur, impoſsibile eſt, q detur corpus infinitum.

Totaliter autem ſi impoſsibile locum infinitum eſſe; & corpus impoſsibile. Quod enim in loco alicubi eſt. Hoc autem ſignificat aut deorſum, aut ſurſum, aut reliquorum aliquod. Horum autem unumquodque terminus aliquis.

Quarta rō. Ponit quartam rationem, & eſt ratio talis: ſi impoſsibile eſt locum eſſe infinitum, impoſsibile eſt & corpus eſſe infinitum: locum autem impoſsibile eſt eſſe infinitum; cuius ratio eſt, quia quod eſt in loco, eſt in aliquo loco: hoc eſt dicere, ſicut non eſt dare animal, quod non ſit in aliqua ſpecie; ita non eſt dare locum, qui non ſit in aliqua ſpecie loci; quæ ſpecies eſt ſurſum, uel deorſum, uel aliquid aliud ſimile: omnis autem talis ſpecies finita eſt, quia terminum habet. Notandum eſt, quòd ratio Philoſophi in breui eſt hæc: ſi eſſet dare locum infinitum, non eſſet in ſpecie; quia omnis ſpecies loci finita eſt: ſed q locus ſit, & non ſit in ſpecie, hoc eſt impoſsibile; ergo & primum, ſcilicet quòd ſit locus infinitus: ſi autem locus non eſt infinitus, nec corpus. Poſtea cum inquit.

Locum eſſe infinitum, eſt impoſsibile.

Infinitum autem non idem magnitudine, & motu, & tempore, ut una quædam natura. Sed quod poſterius dicitur ſecundùm prius, puta in motu ſecundùm magnitudinem, in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur. Tempus autem propter motum.

Oſtendit, quomodo infinitum in potentia diuerſimodè inuenitur in diuerſis, dicens: quod infinitum non inuenitur uniuocè, ſcilicet quòd una ſit natura uniuoca in magnitudine, motu, & tempore, ſed ſecundùm prius & poſterius: infinitum enim primò reperitur in magnitudine, ex qua aliud mouetur localiter, uel alteratur, uel augetur; motus autem habet infinitatem a magnitudine: tempus autem eſt infinitum propter motū. Notandum eſt, quòd infinitum diuiſione primò eſt in continuo: ratio autem continui primò ſaluatur in magnitudine, & ex continuitate magnitudinis motus habet continuitatem: quod patet in motu locali, quia partes motus localis accipiuntur ſecundùm partes magnitudinis; hoc etiam patet in motu augmenti, quia ſecundùm additionem magnitudinis attenditur augmentum; ſicut ſecundùm diminutionem attenditur decrementum: hoc etiam patet in motu alterationis, qualitas enim, ſecundùm quam attenditur alteratio, per accidens diuiditur ad diuiſionem magnitudinis: intentio etiam & remiſsio ſecundùm quam etiam attenditur motus qualitatiuus, ex hoc eſt, quòd corpus quantum magis, uel minùs participat qualitatem. Sic ergo patet, quòd in tribus motibus attenditur continuitas motus ſecūdùm magnitudinem. Tempus etiam habet continuitatem a motu: tempus enim habet de ſe, quòd ſit nume-

Infinitum in potentia in diuerſis analogè reperitur.

A rus; ſed continuitatem habet a ſubiecto numerato: ſicut ſi diceremus, q denarius de ſe eſt quid diſcretum, ſed tamen poteſt eſſe receptum in aliquo continuo, ſicut in panno, uel in aliquo ſimili.

Tempus un de continuū.

Permutatur autem, quod permutatur, hoc quidem ſecundùm accidens; ut muſicum ambulare. Hoc autem eo quòd huius aliquid permutatur, ſimpliciter dicitur permutari: puta quæ ſecundùm partes ſanatur enim corpus, quia oculus. Eſt autem aliquid, & quod ipſum primum mouetur; & hoc eſt per ſe mobile.

B Poſtquam Philoſophus recollegit quædam, quæ dicta ſunt in Tertio Phyſicorum de motu & infinito; hic recolligit quædam, quæ dicta ſunt in Quinto Phyſicorum de ſpeciebus motus. Et diuiditur in duas partes, quia primò diuidit motus in ſuas ſpecies: ſecundò determinat de quibuſdam concomitantibus motum, & partes eius, ibi [Simul autem ſecundùm locum.] Prima in duas, quia primò diuidit mutationem in partes ſuas: ſecundò diuidit motum, ibi [Si igitur prædicamēta.] Prima in duas, quia primò præmittit quædam neceſſaria ad propoſitum: ſecundò oſtendit, quæ ſunt ſpecies mutationis, ibi [Quæ autem nō ſecundùm accidens.] Prima in duas, ſecundùm duo, quæ præmittit. Secunda ibi [Eſt autem aliquid & in mouente.] Præmittit ergo primum, dicens; quòd quædam mouentur per ſe, & quædam per partes, ſiue ſecundùm accidens. Secundùm

Diuiſio motus in ſpecies et rónes

C accidens quidem; eo modo quo dicimus, muſicum ambulare; eo quòd ſubiectum, cui accidit eſſe muſicum, ambulat. Secundùm partem autem permutatur aliquid, quando dicimus quòd totum permutatur, quia pars permutatur; ſicut dicimus, quòd corpus ſanatur, quia oculus ſanatur. Tertio modo eſt aliquid, quod mouetur per ſe, & primò, non per accidens, nec per partem. Notandum eſt, q ars nunquam intendit, quod p accidens eſt, ſed illud, quod per ſe eſt: quia ergo Ariſto. uult diuidere mobile in ſpecies ſuas; ideo primò diuidit motum per accidens a motu per ſe; quaſi dicat Philoſophus, quoddam eſt mobile per accidens: & de hoc nec eſt ſcientia, nec eſt ars: quoddam eſt mobile per ſe: & tale eſt, quod

D debet diuidi in ſpecies ſuas: quoddam enim eſt mobile per ſe ſecundùm alterationem: quoddam ſecundùm augmentum, quod dam ſecundùm motum localem. Notandum eſt, quòd moueri per accidens dicitur illud, quod mouetur ad motum alterius: hoc autem poteſt eſſe multis modis: uno modo ſicut dicimus, quòd accidens mouetur ad motum ſubiecti: ſecundò eo modo quo dicimus, quòd forma ſubſtantialis mouetur ad motum corporis; ſicut moto corpore, per accidēs mouetur anima, quæ eſt forma corporis: tertio modo ſicut contentum mouetur ad motum continentis; ſicut mota naui, per accidens mouetur nauta. Notandum eſt, quòd quandocunque moueri conuenit alicui ratione alterius, conuenit

nit sibi per accidens; & ideo fortè uidetur alicui, quòd moueri per partem, est moueri per accidens; quia quod conuenit alicui ratione partis, conuenit sibi ratione alterius. Sed tamen notandum est, quòd moueri per partem, tenet gradum medium inter moueri per accidens, & moueri p se & primò: & hoc, quia quando aliquid mouetur per accidens, sibi conuenit motus ratione alterius: quando autem aliquid mouetur per se & primò, sibi conuenit motus ratione sui: pars autem nec omnino est eadem cum toto, nec omnino diuersa: & ideo quod conuenit alicui ratione partis, nec omnino conuenit sibi ratione sui; ita quòd sit per se & primò: nec omnino ratione alterius; ita quòd sit omnino per accidens. Postea cũ subdit.

Pars nec est omnino eadē, nec omnino est diuersa à toto

Est autem aliquid & in mouente eodem modo. Mouet enim secundùm accidens, hoc quidem secundùm partem, hoc autem per se.

Præmittit secundum, dicens: quòd per se, & p accidens, & per partem potest reperiri ex parte mouentis, sicut reperiebatur ex parte mobilis. Dicimus enim aliquem mouere per accidens, sicut dicimus album ędificat; quia ędificator ædificat: dicimus etiam aliquem mouere per partem, eo modo quo dicimus, quòd Petrus peutit, quia manus percutit; ita quòd pércutere conuenit sibi ratione partis: tertiò dicimus aliquem mouere p se & primò, non per partem, nec per accidens; eo modo quo dicimus, quòd medicus per se sanat, & non per accidens, nec per partem. Notandum est, quòd sicut moueri aliquando conuenit alicui per se & primò, aliquando ratione alterius, aliquando autem per partem, quòd omnino non est ratione alterius, nec omnino est ratione sui: ita similiter & mouere: & ideo sicut moueri tribus modis conuenit alicui; sic & mouere. Deinde cum dicit.

Mouere triplex.

Est autem aliquis mouens primum; est autem aliquid, quod mouetur. Adhuc in quo tempore, & ex quo, & in quid. Species autem, & passiones, & locus, in quo mouentur mota, quæ mobilia sunt; puta & caliditas. Est autem non caliditas motus, sed calefactio.

Præmittit tertium. Vbi notandum est; quòd primũ, quod præmittebatur, accipiebatur a parte mobiles: secundum autem ex parte mouẽtis: hoc autem tertium accipitur ex parte terminorum motus. Dicit ergo, quòd in quolibet motu aliquid est, quod mouetur; & est tempus, in quo mouetur; & terminus, in quo mouetur; & est terminus, ad quem mouetur; iste autem terminus, uel species est, uel est passio, uel locus; species quidẽ quantum ad generationem; passio autem quantum ad alterationem; locus autem quantum ad motum localem. Ita tamen, quòd terminus motus, siue sit species, siue sit passio, siue locus non mouetur, sed terminat motum; subiectum enim motus mouetur, & non terminus; terminus etiã motus non est motus, sicut caliditas non est mo-

In quòlibet motu quinque concurrunt.

Subiectum motus mouetur, et nõ terminus motus.

E tus, sed calefactio: similiter scientia, motus non est, sed doctrina, quæ est uia ad scientiam. Notandum est, quòd hoc tertium præmittitur tã quam necessarium ad propositum. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hic debet accipi diuisio motus, uel mutationis in species suas: diuisio autem mutationis in species non accipitur pœnes mouens, nec pœnes mobile; sed pœnes terminos motus. Et ideo Philosophus uolens diuidere mutationem, uel motum in species suas, aliquid præmittit de termino motus, dicens: ꝙ terminus non est motus; sicut caliditas non est calefactio. Quasi dicat Philosophus, secundùm terminum ita accipiuntur species motus, quòd tamen terminus non est motus. Notandum est, F quòd illud, quod mouetur, est ens, sicut dicitur inferius: totus autem motus, ut sic, adhuc non est ens; & ideo benè dixit Philosophus, quòd terminus motus non mouetur. Notandum est etiam, quòd motus non terminatur ad motum: si autem terminus motus esset motus, motus terminaretur ad motum, cum motus terminetur ad terminum suum; notabiliter ergo Philosophus dicit, quòd terminus motus non est motus. Deinde cum dicit.

Diuisio mutationis in species pœnes quid accipitur.

Quæ autem non secundùm accidens permutatio non in omnibus existit, sed in contrariis, & intermediis, & in contradictione: Huius autem fides ex inductione.

Diuidit mutationes in species suas. Et tria facit, G quia primò ostendit, quòd tres sunt species motus: secundò ostendit, quòd duæ species mutationis non sunt motus: tertiò concludit, quòd sola una species mutationis est motus. Secundũ ibi [Si itaque non ens] Tertia ibi [Quoniam autem omnis motus] Prima in duas; quia primò præmittit quoddam necessarium ad propositum: secundò concludit species mutationis, ibi [Permutatur autem.] Dicit ergo primò, quòd mutatio per se, & non per accidens non est inter quoscunque terminos, sed inter terminos, qui habent aliquam oppositionem ad inuicem; & ideo uel est inter cõtria; sicut quando aliquid permutatur de albo ad nigrum: uel est de ipso contrario ad ipsum medium; & hoc quia medium habet aliquo modo ra- H tionem contrarii; sicut quando aliquid mutatur de nigro in fuscum; fuscum aliquo modo habet rationem albi; uel est inter contradictoria; sicut quando aliquid mutatur de esse ad non esse, uel ẽ conuerso. Notandum est, quòd in mutatione per se, terminus à quo non debet esse talis naturę, ꝙ non possit secum pati terminum ad quem; ꝙ autem aliqui non possint se compati ad inuicem, hoc est propter naturam oppositionis. Et ideo benè dixit Philosophus, quòd mutatio per se semper est inter opposita; mutatio autem per accidens potest esse inter terminos non oppositos: si enim aliquid mutatur per se de albo in nigrum, potest cõtingere, ꝙ illud quod per se mutatur in nigrum, per accidens mutabitur in dulcẽ; quod quidem

Motus altera diuisio: qua prima diuisio sub diuisio dici potest.

Terminus à quo in mutatione per se, cuius natura.

Mutatio duplex.

quidem dulce non opponitur albo, nisi per accidens; inquantum iungitur cum nigro.

Permutatur autem, quod permutatur, aut subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum; aut ex subiecto in non subiectum; aut ex non subiecto in subiectum. Dico autem subiectum, quod affirmatione mõstratur. Quare necesse est esse tres permutationes. Quæ enim ex non subiecto in non subiectum non est permutatio: neque enim contraria, neque contradictio est, quia non oppositio est. Quæ quidem igitur ex non subiecto in subiectum secundùm contradictionem, generatio. Quæ quidem simpliciter, simplex: quæ autem alicuius, quædam. Quæ autem ex subiecto in non subiectum, corruptio.

Termini mutationis opponi, contingit tripliciter.

Ostendit, species mutationis esse oppositas: oportet. n. ꝙ tot sint species mutationis, quot modis contingit terminos mutationis opponi: ꝙ autem termini mutationis opponantur, tribus modis potest esse. Vno modo quia terminus a quo, qui dicit aliquam positionem, opponitur termino, ad quem est positio; sicut album, si sit terminus a quo, opponitur nigro. Secundo modo hoc potest esse, quia terminus a quo, qui nullam dicit positionem; opponitur termino ad quem, qui dicit aliquam positionem; eo modo quo opponitur nõ esse in termino a quo, & esse in termino ad quem. Tertio modo potest esse econuersò, quia terminus a quo, qui dicit positionem, opponitur termino ad quem, qui nullam dicit positionem: ut si terminus a quo sit esse, & terminus ad quem non esse, erit tertius modus oppositionis.

Mutari quatrupliciter.

Sic ergo secundùm tres modos positionis erunt tres species mutationis: una est inter terminum positiuum a quo, & terminum positiuum ad quẽ: & hanc uocat Philosophus de subiecto in subiectum: secunda est inter terminum positiuum a quo, & terminum negatiuum ad quem; & hanc uocat Philosophus de subiecto in non subiectũ: tertia est inter terminum a quo negatiuum, & terminum ad quem positiuum; & hanc uocat Philosophus ex non subiecto in subiectum. Quartus autem modus, qui fit inter duos terminos non positiuos, non potest dari; & hoc, quia (ut dictum est) mutatio semper est inter opposita; negatio autem non opponitur negationi. His uisis, patet litera, quæ dicit; quòd omne, quod permutatur, si permutatur (ut dictum est) ex opposito in oppositum; oportet quòd uel permutetur ex subiecto in subiectum, hoc est positiuo in positiuum: uel ex non subiecto in subiectum: hoc est ex non positiuo in positiuum. (Voco autem hic subiectum, quod potest mutari affirmatione & positione.) Si autem ita est, oportet quòd sint tres species mutationis: una, quæ est a subiecto in subiectum: alia, quæ est a subiecto in non subiectum: tertia, quæ est a non subiecto in subiectum: ex non subiecto enim in non subiectum non est mutatio: & hoc quia inter non subiectum, & non subiectum, hoc est inter negationem & negatio-

Inter negationem & negationẽ non est mutatio.

A nem non est mutatio: cuius ratio est, quia negatio non opponitur negationi, nec contrariè, nec contradictoriè. Illa autem mutatio, quæ est ex non subiecto in subiectum, est ex non esse in esse: & sic est inter contradictoria: quæ quidem mutatio dicitur generatio; quæ quidem generatio si est ad esse simpliciter, idest ad esse substantiæ, dicitur generatio simpliciter: si autem est ad esse secundùm quid, scilicet ad esse accidentis, dicitur generatio secundum quid: illa autem mutatio, quæ quidem est à subiecto in non subiectum, id est ab esse in non esse, dicitur corruptio.

Quæ mutatio dicitur generatio; quæ ve corruptio.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum possit esse aliqua mutatio ex non subiecto in nõ subiectum; ita quòd sint quatuor species mutationis? Videtur quòd

B sic; quia aliqua mutatio est ex albo in nigrum, nõ album autem est non nigrum, nigrum autem est non album: & sic illa mutatio, quæ est ex albo, nõ nigrum, est ex non nigro in non album. Ad oppositum est Philosophus in litera. Dicendum est, quòd per se non est mutatio ex non subiecto, in nõ subiectum; hoc ẽ ex negationes in negationẽ: cuius ratio est, quia non est oppositio per se inter negationẽ; & negationẽ; sicut non albũ, & non nigrum: opposita enim non uerificãtur de eodem: nõ album autẽ & nõ nigrũ, simul de eodem uerificari possunt. Per accidens autem potest esse mutatio ex non subiecto in non subiectum; in quantùm inter ipsa potest esse aliqua oppositio ratione alterius, in quo saluatur: sicut non album

C opponitur non nigro, quod est in albo; & sic inter ea erit mutatio per accidens, & non per se; quia eo modo quo est ibi oppositio, est ibi mutatio. Ad argumentum patet, quia non plus cõcludit, nisi quia est ibi mutatio per accidens.

Ex non subiecto in nõ subiectum non datur mutatio.

Ad argum.

Si itaque non ens dicitur multipliciter, & nec quod secundùm compositionem aut diuisionem contingit moueri, nec quod secundùm potentiam, quod simpliciter enti oppositum. Quod enim non album, aut non bonum tantùm, contingit moueri secundùm accidens. Erit enim utique homo, quod non album: quod autem simpliciter non hoc, nequaquam. Impossibile enim non ens moueri. Si autem hoc, & generationem motum esse. Generatur enim non ens. Si enim & quàm maximè secundùm accidens generatur: sed tamen uerũ dicere quod existit non ens, de

D *generato simpliciter: similiter autem & quiescere. Hæc itaque accidunt difficilia.*

Ostendit, quòd duæ species mutationis scilicet illa, quæ est à non subiecto in subiectum, sicut generatio; & illa, quæ est à subiecto in nõ subiectum, scilicet corruptio, non sunt motus: & primò ostendit, quòd generatio non est motus: secundò concludit idem de corruptione ibi. [Neque itaque corruptio] Prima in duas, quia primò probat, quòd generatio non est motus, per unam rationem: secundò per secundã ibi. [Et si omne, quod mouetur.] Ponit ergo primò primam rationem, & est ratio talis: non ens non mouetur; sed generatio est non ens;

Nec generatio, nec corruptio sunt motus.

ergo generatio non eſt motus. Ad euidentiam **E** huius rationis diſtinguit Philoſophus non ens; uolens oſtendere, de quali non ente uerum eſt dicere, quòd non mouetur: uolens etiam oſtendere, cuius non entis eſt generõ. Dicit ergo, ꝙ non ens dicitur multis modis: uno modo dicitur non ens ſecundùm compõnem & diuiſionem; quando.ſ.ea, quæ ſuut apta diuidi, componuntur: ſicut cum dicimus, homo eſt aſinus: nel quando aliqua, quæ ſunt apta nata componi, diuiduntur: ſicut quando dr̃, homo non eſt aĩal; & tale nõ ens non mouetur. Secundo modo dicitur non ens, quod eſt ens in potentia; quod opponitur enti in actu ſimpliciter; quod de ſe nullum habet actum; & tale ens non mouetur, quia motus eſt entis in actu. Tertio mõ dicitur non ens ſecundùm quid; **F** quod tamen eſt ens ſimpliciter: ſicut dicimus nõ album & non bonum: poteſt.n.eſſe, ꝙ unus & idẽ ſit homo; & ſic eſt ens ſimpliciter: & ſit nõ albus, & ſic eſt non ens ſecundùm quid; & tale non ens poteſt moueri per accidens; ſicut non album mouetur, non quia non album, ſed quia homo; cùm idem ſit homo, & non album: non ens añt, quod eſt ſimpliciter non ens, quod opponitur enti in actu, non poteſt moueri: ſi autem ita eſt, impoſſibile eſt, ꝙ generatio ſit motus; quia generatio eſt talis non entis: generatio.n. eſt non ens ſimpliciter obiectio. Poſſet at aliquis obuiare huic rationi; & dicere, ꝙ non ens nõ generatur, nec ſit, niſi accidens: quod enim per ſe generatur, eſt ens in potentia. Hanc obiectionem excludit Philoſo. **G** dicens: ꝙ & ſi non ens non generetur, niſi ſecundùm accidens; tamen de eo, quod generatur per ſe, ꝙ.ſ. eſt ens in potentia, uerum eſt dicere, ꝙ eſt non ens: ſi autem ita eſt, impoſſibile eſt, ꝙ ſit ſubiectum motus, quia non ens non mouetur; ſi autem non mouetur, non quieſcit; quia motus & quies habent fieri circa idem. Hęc ſunt igitur diſficilia & grauia, quæ ſequuntur; ſi aliquis ponat generationem eſſe motum. Notandum eſt, ꝙ rõ Philoſo. fundatur ſuper duo fundamenta. Primũ fundamentum eſt, ꝙ generatio eſt non entis: qđ quidem fundamentum patet ſic: eſt.n. generatio entis in potentia, quod quidem ens in potentia eſt materia: materia autem ſecundùm Philoſ. Septimo huius eſt in potentia ad omnem actũ; nec **H** enim eſt quid, nec quantum, nec quale; & breuiter nullum actum formalem habet de ſe, & ſic eſt in potentia ad omnem actum formalem, & tamẽ nullum habet actum formalem; & ſic eſt nõ ens: imaginatur hic Philoſo. ꝙ hæc entitas eſt formæ: ſicut ergo ens in potẽtia, quod eſt materia, de ſe nulla forma eſt; ita de ſe nulla entitas formalis eſt, niſi in quadam analogia: cum ergo generatio ſit huius entis in potẽtia, benè dictum eſt ꝙ generatio eſt non entis, quia tale ens in potentia eſt non ens. Secundum fundamentum eſt, ꝙ motus eſt entis in actu: ex quo cõcludit Philoſo. ꝙ generatio non eſt motus: imaginatur, n. Philoſo. ꝙ alteratio motus eſt; generatio autem non: cuius ratio eſt, quia generatio eſt entis in potentia ſimpliciter: eſt.n. generatio uia ad formam ſubſtantialem, quæ dicitur ens ſimpliciter: ergo illud, cuius eſt generatio, eſt in potentia ſimpliciter, quia eſt in potentia ad formam ſubſtantialem: alteratio eſt entis in potentia ſecundùm quid, quia alteratio eſt uia ad formam accidentalem, quæ eſt ens ſecundùm quid: generatio ergo non poteſt eſſe motus, quia eſt entis in potentia ſimpliciter, & per conſequens eius, quod nullum actum habet; tale autem non poteſt moueri: alteratio autem eſt entis in potentia ſecundùm quid; tale autem poteſt moueri: quia poteſt eſſe ens ſimpliciter: illud enim, quod eſt in potentia ad formam accidentalem, poteſt eſſe ens ſimpliciter per formam ſubſtantialem. Notandum eſt, ꝙ ſecundùm ſententiam Comm. in multis locis, generatio nõ eſt motus, ſed eſt finis motus; imaginatur ergo, ꝙ generatio ex hoc eſt, ꝙ ens in potentia perficitur, per formam ſubſtantialem; unde generõ nil aliud eſt, niſi perfectio entis in potentia per actũ ſubſtantialem: ad hoc ãt ꝙ ens in potentia perficiatur per actum ſimpliciter, oportet ꝙ primò expolietur a diſpõnibus contrariis; quia generatio unius eſt corruptio alterius; & ſic præcedit primò alterõ ex hoc, ꝙ corrumpuntur diſpões contrariæ, & introducuntur diſpões propriæ; huius ãt alterationis finis eſt generatio; generatio ergo nõ eſt motus, ſed eſt finis motus.

Non ens multipliciter.

Motus eſt entis in actu.

Generatio eſt non ens ſimpliciter.

Motus & quies habẽt fieri circa idem.

Generatio eſt entis in potentia.
Tex. cõ. 8.

Motus eſt entis in actu.

Generatio, & alteratio quid.

Vide 6 phyſic. cõ. 22. et 8 eiuſdem cõ. 7.

Finis alterationis eſt generatio.

Et ſi omne, quod mouetur, in loco; non ens ãt nõ in loco: erit.n. utique alicubi.

Ponit ſecundam rõem, & eſt rõ talis; oẽ, quod mouetur eſt in loco; non ens ãt non eſt loco, ergo non mouetur; ex quo ſequitur, ꝙ generatio non eſt motus: quia generatio eſt non entis: ſi.n. generatio eſſet motus, non ens eſſet alicubi, & in loco. Notandum, ꝙ ratio Philoſo. fundatur ſuper duo fundamenta: primum fundamentum eſt, ꝙ omne, quod mouetur, eſt in loco: ſecundum eſt, ꝙ illud, cuius eſt generatio, nõ eſt in loco: ex quibus duobus concludit, ꝙ generatio non eſt motus. Primum fundamentum patet; nam oẽ, quod mouetur, eſt diuiſibile, ſicut probatum eſt Sexto Phyſi. oẽ ãt diuiſibile eſt quantum: oẽ ãt quantum eſt in loco: & ſic oẽ, quod mouetur, eſt in loco. Secundum fundamentum.ſ. ꝙ illud, cuius eſt generatio, non eſt in loco, patet: quia generõ eſt entis in potentia, quod eſt in potentia ad omnes actus: ergo eſt in potentia ad quid, & ad quantum: & ſic tale ens in potentia de ſe non eſt quantum: & quia omne, quod eſt in loco, eſt quantum: ſequitur quòd generatio non eſt motus, quia illud, cuius eſt generatio, eſt in loco.

Quòd mouetur eſt in loco.

Tex. cõ. 32.

Cuius eſt generatio, eſt in loco.

Neque itaque corruptio motus, cõtrarium enim motui motus, aut quies: corruptio autem generationi.

Oſtendit, quòd corruptio non eſt motus: & eſt ratio talis: motui non opponitur niſi motus, uel quies; generatio autem opponitur corruptioni: ſi ergo corruptio eſt motus, ſequitur quòd

Corruptio non eſt motus.

quòd generatio nel est motus,nel est quies; cuius contrarium ostensum est:ostensum est enim, quòd generatio est non entis,quod quidem nec mouetur,nec quiescit.

Quoniam autem omnis motus permutatio quædam. permutationes autem tres dictæ; harum aũt, quæ secundùm generationem & corruptionem, nõ motus:hæ autem, quæ secundùm contradictionem, necesse est eam,quæ ex subiecto in subiectum mutationem esse solam. Subiecta autem contraria, aut in term edia:etenim priuatio ponitur contrarium. Mõstratur autem affirmatione puta nudum, & edentulum, & nigrum.

Concludit,quòd sola mutatio,quæ est a subiecto in subiectum,potest uocari motus:concludit ãt sic:omnis motus est mutatiotres ãt sunt spẽs mutationis;una secundùm generationem:secũda secundùm corruptionem: & ambæ sunt inter esse, & non esse, quæ sunt inter contradictoria: nulla ãt istarum motus est, ut probatum est. Restat ergo, ꝙ tertia, quæ est a subiecto in subiectum,& inter contraria,sit motus. Voco ãt subiectum,quando dr̃,ꝙ ista mutatio est a subiecto in subiectum,contraria,uel media:licèt.n.motus sit inter priuatiuè opposita; tamen priuatio aliquan do ponitur pro contrario;quia priuatio affirmatiuè monstratur; sicut nudum, quod priuationem dicit,affirmatiuè monstratur;& edentulum,& ẽt nigrum,quod quid est priuatio albi.

Sola mutatio motus ẽ.

Priuatio pro contrario interdũ accipitur,et affirmatiuè monstratur

Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, et quali tate,loco,facere,aut pati,ad aliquid,& quanto:necesse tres esse motus,qualis,quanti, & loci.

Postquam diuisit mutationem in tres species: postquam ẽtostendit,ꝙ sola una spẽs mutationis est motus:in parte ista diuidit motum in tres species, ostendens ꝙ motus est in tribus prædicamentis. Et diuiditur in duas partes,quia primò ostendit,in quibus prædicamentis est motus:secundò ostendit, ꝙ motus dicitur in mobili, ibi [In mobile ãt] Prima in duas,quia primò ostendit,in quibus prædicamentis non est motus: secundò concludit,in quibus est,ibi [Quoniam ãt neque substantiæ.] Prima in duas,quia primò ponit intentum suum: secundò probat, ibi [Secundùm ãt substantiam.] Dicit ergo primò,ꝙ si prædicamenta diuisa sunt in substantiam, quantitatem,& qualitatem,ubi,facere,pati,& ad aliquid; necesse est,ꝙ motus sit tantùm in tribus prædicamentis.s.in quanto,quali,& ubi. Q.d. Philoso. quamuis decem sint prædicamenta; tamen non est motus in omnibus prædicamentis, sed tantũ in tribus prędicamentis.

Tertia diuisio motus quæ ẽ subdiuisio secunda diuisionis quò ad quartũ mẽbrum.

Motus ẽ in tribus prædicamentis tantum.

Secundùm substantiam autem non propter nullum esse subsistentiæ contrarium.

Probat propositum. Et diuiditur ĩ tres partes, quia primò probat,ꝙ motus non est in substantia:secundò ꝙ non est in relõne,ibi [Neq; ad aliquid] tertiò ꝙ non est in actiõne & passione, ibi [Neq; facietis] Primò ergo probat, ꝙ motus nõ est substantia;& est rõ talis:motus semper est inter contraria; sed substantiæ nihil est contrariũ; ergo motus non est in substantia. Notandum,ꝙ de rõe contrarietatis est,ꝙ sit maxima distantia, ut declaratum est Quinto huius; ubi ãt maxima distantia est,ibi est maior & minor distantia: nã maxima distantia sumitur respectu maioris,& minoris:ex quo concluditur,ꝙ ubi est contrarietas, ibi est maior, & minor, & maxima distantia:& ideo ubi est contrarietas, ibi potest esse motus à maiori usque ad minorem, & maximam distantiam:nam motus est quædam continua uia; & iõ oportet, ꝙ ubicunque est motus, ibi possit esse quædam continuitas:hæc autem continuitas aliquando est in distantia formali; quæ quidem distantia formalis est secundùm minus, & magis, & maximum;& ista faciunt distantiam, quæ est ĩ cõtrarietate. Benè ergo dixit Philoso.ꝙ ubi est motus,ibi est contrarietas.q.d.Philoso. ubicunque est motus formalis,ibi est latitudo formalis; latitudo autem formalis attenditur secundùm minus,& magis,& maximum in forma; quæ quidem faciunt maximam distantiã,quæ est de essẽtia contrarietatis.

In substantia non est motus.

A

Pag.116.n.

Vbi contrarietas ibi cõtinuitas.

Vbi motus formalis,ibi latitudo formalis.

B

Quæreret quis, Vtrũ in substantia sit cõtrarietas,& per consequens motus? Dicendum,ꝙ secundùm cõiter loquentes, in substantia non est contrarietas;cuius rõ est, quia de natura contrarietatis est,ꝙ sit certa distantia, & maxima:&ubicunq; aliquod horum deficit, deficit cõtrarietas: utrunq; ãt deficit in subã;nam in subã deficit certã distantiã, & maxima.De certa patet;nam certã distantiã hic uoco,certam uiam & determinatam inter certos & determinatos terminos: ita ꝙ ubi contrarietas est,ibi est certa uia inter certos & determinatos terminos: eo modo quo dicimus, ꝙ album contrariatur nigro, & non dulci: cuius rõ est,quia certa & determinata uia est ab albo in nigrum,& non ab albo in dulce:hæc aũt certa uia & determinata non est in substãtia,quia non est magis determinata inter aquam & aerẽ, quàm inter aquam & ignem; & sic patet ꝙ propter defectum primi deficit contrarietas in substantia. Sic ẽt deficit,quia in substãtia non est maxima distantia:nam ubicunq; est maxima distantia formalis, ibi est latitudo formalis,quę quidẽ latitudo formalis capit in se magis, & minus, & maximum:hæc ãt latitudo formalis nõ est in substantia,quia (secũdùm cõiter loquentes) contrarietas non est in substantia. Vtrum ãt secundùm aliquem modum substantia possit suscipere magis,& minus,alteriùs speculationis est:sed hoc dictum est secundùm communiter loquentes.

Quæstio.

C

In substantia quare non est contrarietas.

D

Quæreret quis. Vtrum in quantitate possit esse contrarietas,& per consequens motus? Dicendum,ꝙ quantitas põt considerari duobus modis: uno mõ scd̃m esse mathematicum: secundo mõ scd̃m esse naturale. Si primo mõ cõsideretur quãtitas,sic nullo mõ põt esse ibi motus;cuius rõ est, quia quantitas scd̃m esse Mathematicum statum non habet; conuenit enim imaginari crescere in

Quæstio.

Quantitas dupliciter.

In quãtita te quo pôt esse cõtraria tas.

in infinitum,& diminui;ita quòd secundùm istũ modum accipiendi quantitatem, in quantitate non est dare maximum,nec minimum,& per cõsequens nec contrarietatem: quia ubicunque est contrarietas,ibi maxima distantia est. Secundo modo potest considerari quantitas secundũ esse naturale:& secundùm istum modum consideran di quantitatem,in quantitate potest esse contrarietas,licet non propriè. Ad cuius euidentiã notandum est,ꝙ in quantitate est dare statum in diuidendo,& in addendo;itaꝙ est dare ibi minimũ & maximum:est.n.dare minimam carnem,& maximam carnem;& sic est dare certam uiam ab imperfecta quantitate ad perfectam; & sic est dare certam distantiam inter imperfectam quantitatem, & perfectam: est etiam ibi dare maximam distantiam in quãtitate(ut iam dictum est)in quãtitate ergo naturali est dare minimũ & maximũ: cum ergo in quantitate naturali sit reperire certam distantiam,& maximam;& hæc duo sunt de essentia contrarietatis,ut iam declaratum est: patet ꝙ in tali quantitate contrarietas est: Nõ tamẽ ita propriè,sicut in qualitate: cuius ratio est, quia contrarietas est quædam distantia formalis, quæ attenditur secundùm magis, & minus, & maximum,& non propriè secundùm maius & minùs.

Cõtrarietas ẽ distantia formalis.

In quantitate ergo imaginabimur latitudinem, & etiam in qualitate;sed tamen differenter,quia in quantitate est latitudo secundùm magis & minus:est.n.dare maiorem,& minorem,& maximã quantitatem;in qualitate autem est latitudo secũdùm magis & minus; eo modo quo dicimus, ꝙ latitudo est inter magis,& minùs,& maximè album;ita ꝙ sit uia continua ex nigro in album ꝑ magis & minus album: Et sic patet ꝙ magis propriè est contrarietas in qualitate,quam in quantitate.

Quæstio.

Quæreret quis. Vtrum in ubi sit dare contrarietatẽ? Dicendum,ꝙ sic secundùm aliquem modum,licèt non ita propriè sicut in quantitate. Ad cuius euidentiam notandum est,ꝙ in ubi est dare continuam distantiam,& certam, & maximã, & per consequens aliquo modo contrarietatem, quia hæc sunt de essentia contrarietatis. Cõtinua quidem distantia ibi est,quia inter omnes motus motus localis cõtinuus est;est ẽt in ubi certa distãtia,sicut certa distantia est inter sursum & deorsum:quæ quidem certa distantia (ut probatũ est in Quinto Phys.) attenditur secundùm lineam rectam,& non scdm lineam circularẽ, & hoc quia linea recta inter duo pũcta est una. Licèt.n.inter duo puncta possint capi lineę infinitę circulares, tamen non pôt capi nisi una recta;minima ẽt linea,quæ possit capi inter duo puncta,est linea recta;quia hæc ergo linea minima est, & certa est, & una est; iõ secundùm eam debet accipi distantia & contrarietas in ubi. Est ẽt in ubi maxima distantia,sicut maxima distantia est inter sursum & deorsum. Et sic apparet,quòd in ubi contrarietas est,& propter continuam distantiam,& propter certam,& propter maximam. Non tamen est ita propriè contrarietas,sicut est in qualitate; & huius ratio est,quia latitudo,quæ est in contrarietate(ut iam dictum est) propriè attenditur secundùm magis & minus distare distantia formali. Vbi notandum est,quòd contrarietas quò ad rem,prius est in forma,quàm in ubi;quantum autem ad notitiam nostrã prius est in ubi, quàm in forma;cuius ratio est, quia contrarietas est quædam distantia; prius autem innotescit distantia localis,quàm formalis; & sic quantum ad notitiam nostram prius est contrarietas in ubi,quàm in forma.

uide 6.Phy sic.cõ.24 et 1. cæli tex. com.27.

A.l. arcua les.

Cõtrarietas duplex.

E

Neque ad aliquid: est enim altero nihil permutato,uerificari alterum nihil permutatum. Quare secundùm accidens motus ipsorum.

F

Probat,ꝙ in relatione non est motus;& est rõ sua talis:quando aliquid est in aliqua mutatione eius,in quo est, solùm per mutationem alterius,in illo non est motus;sed relatio est huiusmodi (sit enim aliquod de non relato relatum sine mutatione sui, sed solùm per mutationem alterius) ergo in relatione non est motus; contingit enim uerificari de aliquo,ipso non mutato;& iõ in eo non est motus nisi per accidens, quia scilicet per mutationem alterius. Notandum est,ꝙ ratio Philosophi fundatur super duas radices:prima radix est,quòd omnis res prædicamentalis, quæ acquiritur per motum;sic se habet, quòd nõ potest repetiri in aliquo de nouo,nisi per mutationem illius;ita quòd si hæc realitas modo est in hoc,& prius non fuerit;oportet quòd hoc sit per mutationem illius. Secundum fundamentum est,quòd aliquid potest fieri de non relato relatum sine mutatione illius,in quo est; sicut apertè uidemus, ꝙ aliquis fit de non simili similis sine mutatione sui, sed solùm per mutationem alterius;sicut si Sortes est albus,& Petrus niger; Sortes non est similis Petro;si tamen Petrus ex nigro mutetur in album,Sortes non mutatur, & erit similis Petro;& sic fiet de non simili similis per solam mutationem Petri.

In Ad aliquid an sit motus.

G

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum in relatione possit esse motus per accidens? Dicendum est,quòd sic,quod duplici uia possumus uenari; prima uia est ex ratione fundamenti relationis;secunda sumitur ex ratione obiecti. Prima uia patet, nam tunc motus est in aliquo per accidens,quando in eo est ratione alterius, nunquam autem motus terminatur propriè ad relationem,nisi mediante fundamento;non enim potest acquiri realitas similitudinis,nisi per acquisitionem qualitatis,super quam fundatur similitudo;nec potest acquiri realitas æqualitatis de nouo, nisi per acquisitionem quantitatis, super quam fundatur æqualitas. Et sic patet ex parte fundamenti, quòd motus est in relatione per accidens. Patet etiam ex ratione obiecti. Ad cuius euidentiam notandum est,ꝙ oĩs relatio & fundamentũ requirit, & obiectum;pôt ergo aliquid fieri de non relato relatũ, uel

H

uel propter nouum fundamentum, uel propter nouum obiectum. V.g. ꝙ aliquis fiat de non simili similis; hoc potest esse duobus modis: uno modo, sicut ex non albo fit albus: & sic de non simili fit similis propter nouitatem noui fundamenti: secundo modo potest fieri de non simili similis, non quia fiat de non albo albus, nec per aliquam mutationem factam in ipso, sed per solam mutationem factam in extremo, & in obiecto: & sic de non tali fit talis, non ratione sui, sed ratione alterius: quia ratione obiecti & extremi: & sic patet secunda uia. Sic ergo patet, quòd nouitas relationis, & per consequens motus, non est nisi accidẽtaliter; quia aliquando est ratione fundamenti, aliquando ratione extremi.

Aliquid fieri de non simili simile dupliciter.

B Quæreret aliquis. Vtrum semper quando aliquid fit de non relato relatum, fiat sine mutatione sui? Dicendum est, ꝙ non semper hoc est uerum, ꝙ aliquid fiat de non relato relatum sine mutatione sui: cuius ratio est, quia (ut iam dictum est) fieri de non relato relatum, hoc potest intelligi duobus modis: uno modo ꝙ hoc fiat per acquisitionem noui fundamenti; & quia nouum fundamentum non potest acquiri sine motu, & mutatione per agens naturale; ideo si secundũ hunc modum aliquid fiat de non relato relatum; hoc est cum mutatione sui. Debemus enim intelligere, quòd fundamentum relationis est quid absolutum; quia relationis non est relatio; nec relatio fundatur super relationem: res autem absoluta non potest acquiri sine mutatione illius, in quo est. C Alio modo potest intelligi, quòd aliquid fiat de non relato relatum per mutationem extremi; & sic benè dictum est, quòd hoc potest esse sine mutatione illius, in quo est. Vbi notandum est, quòd realitas fundamenti relationis est una realitas; & ideo habita realitate fundamenti, habetur tota realitas relationis: sicut habita albedine, habetur realitas similitudinis, quæ fundatur super albedinẽ. Notandum est, ꝙ de essentia relationis est, quòd non denominet illud, cuius est, nisi respectu alterius: & ideo si alterum non sit; puta extremum, respectu cuius est denominatio, non denominabit relatio illud, cuius est relatio.

Quæstio.

Relationis nõ ē relatio.

De essentia relationis quid.

D *Neque facientis & patientis ut mouentis & moti, quia non est motus motus, neque generationis est generatio.*

Postquam probauit, quòd motus non est in substantia: postquam etiam probauit, quòd motus non est in relatione: hic probat, quòd motus non est in actione & passione. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd agere & pati significant motum: idem est ergo motum esse actionis & passionis, & motum esse motus. Duo ergo facit Philosophus, quia primò concludit, quòd motus non est in actione & passione; & per consequens motionis non est motio: secundò diffusè probat, quòd motionis nõ est motio, ibi [Dupliciter enim.] Dicit ergo primò, quòd neque in faciente, neque in passione est motus: ex quo etiam sequitur, quòd neque mouentis, neque moti est motus: & quòd motus non est motus; neque generationis est generatio, nec naturaliter permutationis est permutatio. Deinde cum d.

Motus non est in actione, uel passione.

Dupliciter enim contingit motus esse motum, aut ut subiecti, uelut hõ mouetur, quia ex albo in nigrũ permutatur. Quare sic et motus, aut calefit, aut infrigidatur, aut locum permutat, aut augetur. Hoc autem impossibile: non enim subiectorum aliquid per mutatio.

Probat, quod dixit, scilicet quod permutationis non sit permutatio. Et diuiditur in duas partes: mutationis enim esse mutationem, potest intelligi duobus modis: uno modo quòd mutatio sit subiectum mutationis, ita quòd mutatio mutetur: secundo modo potest intelligi, quòd mutatio sit terminus: ita quòd aliquod aliud subiectũ à mutatione mutetur, & mutatio in mutationem: puta a sanatione in dealbationem. Primò ergo Philosophus improbat primum modum intelligendi: secundò secundum ibi [Aut eo quòd alterum.] Dicit ergo primò, quòd mutationis esse mutationem, & motus esse motum, potest intelligi duobus modis: uno modo quòd motus sit subiectum motus; sicut homo est subiectum motus, quando mouetur ex albo in nigrum: dicere enim quòd motus est subiectum motus, est dicere quòd motus moueatur; puta quòd motus calefiat, uel infrigidetur, uel locum mutet, uel augeatur; sic autem dicere est impossibile; quia motus non potest esse de genere subiectorum. Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta: primum fundamentum est, quòd si motus est subiectum motus, motus mouetur: cum enim omnis forma denominet subiectum, cuius est forma, sequitur quòd si motus est in motu, quòd motus denominetur a motu, si motus mouetur; quia nihil est in genere, quòd non sit in aliqua specie generis, sequitur ergo ꝙ si motus mouetur, quòd moueatur aliqua specierum ipsius motus. Et hoc est, quod dicit Philosophus: quòd si motus mouetur, oportet quòd calefiat, & frigefiat, & sic de aliis speciebus motus. Secundum fundamentum, super quo fundatur Philosophus, est: quòd impossibile est, quòd motus habeat rationem subiecti, quod denominetur a motu: motus enim ita est ratio mouendi, quòd tamen ipsum non mouetur: sicut enim albedo ita est ratio albi, quòd ipsa non est alba: ita motus est ratio alicui subiecto, quod moueatur; quòd tamen ipsum non monetur: & ita non est subiectum motus. Tunc subiungit.

Motus esse motus dupliciter.

Motus nõ potest esse de genere subiectorum.

Motus ẽ rõ mouendi, et nõ mouetur.

Aut eo quòd alterum aliquod subiectum ex permutatione permutatur in aliam speciem, uelut homo ex languore in sanitatem. Sed nec hoc possibile, nisi secundùm accidens: omnis enim motus ex alio in aliud est permutatio, & generatio,

& corruptio eodem modo. Verumtamen quæ quidē ex oppositis sic, aut non sic non motus. Simul igitur permutatur ex sanitate in ægritudinem, & ex hac ipsa permutatione in aliam; palàm autem quia si languerit, permutatus erit in qualiacunque: contingit enim quiescere. E

Non datur permutatio ex motu in motum.

Improbat secundum modum intelligendi, qui quidem est, quòd aliquid permutetur ex motu in motum, sicut ex sanatione in dealbationem. Et diuiditur ista pars in sex partes, secundùm sex rationes, quas adducit. Secunda ibi [Et adhuc & in non contingentem.] Tertia ibi [Et adhuc in infinitum. Quarta ibi [Adhuc eiusdem motus] Quinta ibi [Adhuc oportet materiam.] Sexta ibi [Qualiter igitur?] Dicit ergo primò, quòd alio modo potest intelligi, quòd motionis sit motio, quia aliquod subiectum alterum a motu permutatur a permutatione unius speciei in aliam permutationē alterius speciei: ita quòd sicut homo permutatur a languore in sanitatem; ita aliquod subiectum permutetur ex motu in motum; quòd autem aliquid permutetur ex motu in motum, est imposſibile; nisi fortè per accidens: cuius ratio est, quia omnis motus, & omnis mutatio, & similiter generatio, & corruptio est ex alio in aliud. Verum est, quòd aliter est in generatione & corruptione, & aliter est in motu: quia in generatione & corruptione termini sunt oppositi sic, idest contradictoriè: in motu autem non; motus autem, & mutatio est ex alio in aliud: ita quòd dum aliquod mouetur, ex hoc simul & semel tendit in hoc; sicut simul & semel quid recedit a termino a quo, & accedit ad terminum ad quem: si ergo aliquid permutatur ex mutatione in mutationem, sequitur quòd simul & semel mutetur duabus mutationibus; ita quòd simul & semel mutabitur ex sanitate in ægritudinem, & ex ista mutatione in quamcunque aliam: ita quòd simul & semel mutabitur ad ægritudinem (quod quidem mutari uocatur languescere) & in quamcunque mutationem: hoc autem non est uerum, quòd simul mutetur aliquid ex prima mutatione in secundam: namque anteqnam mutetur ad secundam, contingit quiescere.

Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta: primum fundamentum est, quòd in omni motu sunt duo termini; ita quòd mobile simul & semel mouetur ex hoc in hoc; ex hoc, scilicet termino a quo; in hoc, scilicet in terminum ad quem: si ergo aliquid mutetur ex mutatione in mutationē, puta ex ægrotatione ad dealbationem; sequitur quòd simul & semel iste mouetur ad ægritudinem, & ad albedinem; siue quòd simul & semel infirmatur & dealbatur.

In motu cōtinuo non intercipitur quies.

Secundum fundamentum super quod fundatur Philosophus, est: quòd in continuo motu non intercipitur quies: ex hoc autem accipit Philosophus, quòd non est posſibile, quòd mobile moueatur continuè ex una mutatione in aliam: & hoc quia mobile contingit quiescere in fine huius mutationis, anteqnam mutetur secunda mutatione. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd ex mutatione non fit motus in quācunque mutationē: cuius ratio est, quia inter unam mutationem & aliam contingit quiescere: quasi dicat, si esset continuus motus ex una mutatione in aliā, non contingeret quiescere: cum ergo contingat quiescere, non est ibi continuus motus. Postea cum ait.

Et adhuc in non contingentem semper; & illa ex aliquo in aliquid aliud erit. Quare opposita erit sanatio.

Ponit secundam rationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit rationem suam: secundò probat quoddam, quod dixit superiùs, ibi [Sed per accidens.] Ad euidentiam rationis notandum est, quòd hæc ratio secunda supplet primam: in prima enim ratione dictum est, quòd mobile non potest moueri in aliam mutationem: diceret ergo aliquis, quòd hoc non est imposſibile; quia non uidetur imposſibile, quòd aliquid simul albetur & infirmetur: & ideo Philosophus addit secundam rationem, & est ratio talis. In omni mutatione & motu termini sunt oppositi: si ergo aliquod mobile mutetur ex mutatione in mutationem, sequitur quòd prima mutatio & secunda opponantur: ita quòd simul & semel aliquid mutabitur in denigrationem ex dealbatione, & ex sanitate in ægrotationem; hoc autem est imposſibile: si enim aliquid simul & semel moueretur ex dealbatione in denigrationem, sequeretur quòd simul & semel moueretur ex albedine in albedinem: si enim moueretur ex dealbatione ad denigrationem, sequitur quòd quia mouetur ex dealbatione, quòd mouetur ad dealbationem; & quòd de albati non est aliud quàm moueri ad albedinem; & quia mouetur ad denigrationem, quòd mouetur ex albedine, quia denigrari idem est, quòd moueri ex albedine; & ita mouetur ad albedinem & ex albedine. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd si mobile mouetur ex mutatione in mutationem, non mouebitur in contingentem, hoc est in qualemcunque, sed in oppositā; quia termini mutationis sunt oppositi: simul ergo mouebitur ex aliquo in aliquid aliud, & econuersò: hoc est dicere, simul mouebitur ex nigredine in albedinem, & ex albedine in nigredinem, & ex infirmitate in sanitatem, & ex sanitate in infirmitatem; & hoc quia sanatio, quæ est terminus ad quem, opponitur ægrotationi, quæ est terminus a quo. Deinde cum dicit.

Scda ratio ad idem. F G

Termini mutationis sunt oppositi. H

Sed per accidens uelut ex reminiscentia in obliuionem permutatur, quia cui existit permutatur: quandoque quidem in scientiam, quandoque autem in sanitatem.

Manifestat quoddam, quod dixit supra: dixit enim supra, quòd mobile non trānsit ex motu in motum, & ex motione in motionem per se, sed per accidens; manifestat ergo hoc Philosophus, quomodo, scilicet per accidens aliquid, scilicet transit ex motu in motum, dicens. Quòd licet per

Quō mobile ex motu in motum trāsire pōt.

per se aliquid non mutetur ex motu in motum; tamen per accidens aliquid potest transire de mutatione in mutationem; sicut de reminiscentia in obliuionem. Et benè dico per accidens; quia rõne subiecti; subiectũ.n.aliqñ permutatur in scientiam, aliquando in sanitatem. Notandum est,quòd illud dicitur conuenire per se alicui,quod conuenit sibi ratione sui;illud autem dicitur conuenire alicui per accidens,quod conuenit sibi ratione alterius: illud ergo per se conuenit motui,quod conuenit sibi ratione sui;de ratione autem motus est,quòd sit de termino in terminum,qui quidem termini habent rationem partis fixæ,& non rationem motus:de intentione enim mouentis non est, quòd moueat de motu in motũ, sed quòd moueat de termino motus in terminum motus: sic ergo trãsire de motu in motum, nõ conuenit sibi per se. Sed tamen hoc potest esse per accidens,scilicet ratione subiecti: quia subiectum aliquando est sub una mutatione,aliquãdo sub alia:sicut aliqñ est in moueri ad sciam,aliqñ in moueri ad ignorantiam:si enim de intentione mouentis esset,mouere mobile de motione in motionem;possemus dicere,quòd motio,& motio essent per se termini motus; sed hoc non est uerum, sed omnino hoc accidit: accidit enim ꝙ subiectum aliquando sit sub una motione, aliquã do sub una alia. Notandum est, quòd reminiscentia est motus ad scientiam;obliuio autem est motus ad ignorantiam:& ideo benè dixit Philosophus,quòd subiectum aliquando est sub reminiscentia,tunc,scilicet quando mouetur ad scientiam:aliquando sub obliuione,tunc,scilicet quando mouetur ad ignorantiam. Deinde cum d.

Conuenire per se alicui & per accidens, quid.

De rõnẽ motus,& de intentione mouentis quid

Et adhuc infinitum ibi,si erit permutationis per mutatio,& generationis generatio.

Ponit tertiam rationem,& est ratio talis:si permutationis est permutatio, eodem modo generationis erit generõ:si aũt generationis est generatio,cessat omne fieri,& omne moueri;sed hoc est impossibile,ergo & primum:est ergo ratio i hoc; quòd si generationis est generatio, quòd cessat omne fieri.In hac autẽ ratione sic procedit, quia primò ponit quædam necessaria ad conclusionẽ: secundò concludit eam,ibi[Qoniam autem infinitorum.]Prima in tres,secundùm tria,quæ præmittit. Secunda ibi, [Necesse igitur] Tertia ibi [Aliquando & quod fit, fiebat.] Præmittit ergo primum,dicẽs; quòd si permutationis est permutatio, & generationis est generatio; sequitur ꝙ sit abire in infinitum in generationibus, ita ꝙ generationis erit generatio in infinitum.

Tertia rõ.

Quæreret aliquis, Vnde sequitur consequentia,si generationis est generatio:ergo est abire in infinitum in generationibus?Dicẽdum est,quòd illud,quod conuenit alicui per se,& per naturam sui,cõuenit omni tali:sicut quod conuenit homini per naturam hominis,conuenit omni homini: si ergo per se conuenit generationi,quòd generetur;conuenit omni generationi: si enim genera-

Quæstio.

Regula.

A tio ignis generatur,quæro de generatione generationis,aut generatur,aut non:si nõ generatur, ergo non conuenit per se generationi, quòd generetur: si autem generatio generationis generetur,alia generatione generatur,& sic ibimus in infinitum. Quæremus enim ab isto,qui ponit generationem generari, utrum ponat generationem generationis generari?si enim dixerit,quòd non; arguemus contra eum: qua ratione generatio generationis non generatur,eadem ratione nec generatio geniti generatur:si autem dixerit, quòd generatio generationis generatur, arguemus cõtra eum:quòd secundùm istum modum est abire in infinitum in generationibus.

Generationis non est generatio.

B *Necesse igitur & prior est, si posterior: puta si simplex generatio fiebat.*

Præmittit secundum necessarium ad propositum:& est,quòd si generationis est generatio, sequitur quòd si posterior generatio est,quòd prior sit:& hoc,quia posterior dependet à priori. Verbi gratia,si substãtia, cuius est generatio simplex, & non secundùm quid,sit generata, oportet(secundùm istam positionem) quòd hæc generatio simplex per aliam fiat generationem priorem,& illa per aliam priorem:ita quòd si generatio ultima,quæ est generatio substãtiæ,sit,oportet quòd prior,quæ est generatio generationis,sit:sicut. n. substantia non potest poni,nisi primò sit sua generõ;ita generõ generata,quę est generõ posterior, non põt esse, nisi sit generatio prior,à qua depen-

C det.Notandum est, quòd in per se ordinatis posteriora dependent ex primis:& etiam ipsa posteriora non possunt esse, nisi sint prima:si ergo per se generationis sit generatio, impossibile est, ꝙ sit generatio posterior,nisi sit prior. Deinde cum dicit.

Secũdũ prælibamen.

Aliquando & quod fit,fiebat. Quare nondum erat,quod fiebat simpliciter:sed aliquid fiens simpliciter,aut factum. Si itaque & hoc fiebat aliquando;quare nondum erat tunc genitum.

Ponit tertium,quod est necessarium ad propositum,dicens: quòd si fieri fiebat, sequitur quòd illud,quod fit,non fit, dum fit: quod enim est in uia,nõ dum est:si ergo aliquid fiebat simpliciter, sicut est substantia,hoc dum fiebat, nõdum erat.

D Notandum est,quòd illud,quòd fit, est uia ad esse;dum autem aliquid est in uia,nondum est:benè ideo dixit Philosophus, quòd aliquid,dum fit, nondum est; ut si fiat simpliciter, eo modo quo sit substantia;nondum est. Deinde cum d.

Tertiũ prælibamen.

Quoniam autem infinitorum non est primum,non erit primum,quare neque habitum. Neque fieri igitur, neque moueri possibile est, neque permutari nullum.

Concludit conclusionem suam ex his,quæ præmisit. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd hæc conclusio sequitur ex præmissis; dictum fuit in primo:quod præmittebatur,quòd si generationis est generatio,sequitur quòd est abire in infinitum in generationibus:cum ergo in infinito non sit

Conclusio intenta.

sit dare primum, non erit dare primam generationem: si autem non est dare primam, non est dare illas, quæ sequuntur post primam; quia, ut dictum fuit in secundo; quod præmittebatur, posteriora dependent ex primis: ita quòd si non est dare primum, non est dare posterius; si ergo non est dare primum fieri, nec secundum, quod sequitur primum: ergo nullum fieri est. Et hoc est, quod dicit Philosophus, quòd si in infinito non est dare primum fieri, non est ibi dare habitum, id est fieri cõsequenter se habẽs ad primum: si autem ita est, sequitur quòd ullum fieri est, nec permutari. Notandum est, quòd conclusio secundùm istum modũ, sequitur ex primo, quod præmittebatur, & ex secundo; ita quòd tertium non uidetur ibi habere locum; & ideo uidendum est, quomodo tertium etiam habet locum. Tertium fuit, quòd illud, quod fit, non est: ex hoc autem sequitur, quòd nullum fieri est; si enim generationis est generatio, omnis generatio fit; si autem omnis fit, & illud, quod fit, non est; sequitur quòd nulla generatio fit. Vbi notandum est, quòd generationem esse, idem est quòd ipsam esse quoddam fieri, & quædam uia ad aliud: si tamen generatio fieret, sequeretur, quòd ipsam esse, idem esset quòd ipsam esse terminum ipsius fieri: quando autem aliquid est terminus ipsius fieri, nunquam est nisi terminetur fieri: sicut ignis non est, nisi terminata sua generatione: si autem est abire in infinitum in generationibus, sequitur, quòd generatio generati nõ esset, & hoc quia fieret, & generatio generationis similiter non esset, quia fieret: & quia istud fieri generationis non terminaretur, sequeretur quòd nullum fieri esset. Deinde cum d.

Generõnem esse quid.

Adhuc eiusdem motus contrarii, & quies & generatio et corruptio. Quare quod fit, cum fiat fieus, tunc corrumpetur. Neque enim confestim factum, neque posterius. Esse enim oportet, quod corrumpitur.

Quarta rõ.

Ponit quartam rationem, & est ratio talis; si generatio generatur, generatio corrumpitur; sed generationem corrumpi, est impossibile; quòd autẽ generationem corrũpi, sit impossibile, patet; corruptio enim est mutatio ex esse ad non esse; illud ergo, quod corrumpitur, oportet esse: generatio ergo si corrumpitur, opus est, ut priùs sit, non posteriùs; si ergo corrumpitur, tunc corrumpitur quando fit, ergo simul dum fit, corrumpitur; hoc autem est impossibile, ergo & primum. Hoc est ergo, quod dicit litera; quòd motus contrarii sunt apti nati fieri circa idem; similiter quies, & motus fiunt circa idem; similiter generatio & corruptio: opposita enim sunt apta nata fieri circa idẽ. Si autem hoc est uerum, oportet quòd ipsum fieri, dum fit, corrumpatur; non enim potest corrumpi, antequã sit, nec posteriùs; oportet, n. illud, qđ corrumpitur, esse: tunc autem generatio est, quando fit: ergo quando fit, corrumpitur.

Motus contrarii sunt apti nati fieri circa idẽ.

Notandum est diligenter, quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamenta: primum fundamentum est, quòd opposita sunt apta nata fieri circa idem: si ergo generatio & corruptio opponuntur, oportet q̃ sint apta nata fieri circa idem: si ergo generatio generatur, generatio corrumpitur. Secundum fundamentum, super quo fundatur Philosophus, est: quòd aliter est in permanentibus, & aliter est in successiuis: in permanentibus quidem ita est, q̃ dum fiunt, nõ sunt: sicut patet in motu; dum enim motus fit, non est; in successiuis autem sic, quòd dum fiunt, sunt: sicut patet in motu, dum enim motus fit, tunc est, immo (si propriùs uolumus loqui) moueri est ipsum fieri. Ex his autem duobus fundamentis concludit propositum suum: ex primo enim cõcludit, quòd si generatio fit, generatio corrumpitur: ex secundo autem concludit, quòd si corrumpitur, corrumpitur, quando fit, quia tunc est. Deinde cum dicit.

Permanentia dum fiunt non sunt: successiua autem sunt dum fiunt.

Adhuc oportet materiam subesse ei, quod fit & permutatur. Quæ igitur erit? quemadmodum alterabile corpus, aut anima, aut aliquid, sic aliquid, quod fit motus & generatio; & aliquid, in quod mouetur. Oportet enim esse aliquid eum, qui huius ex hoc in hoc motum, non motum.

Ponit quintam rationem, cuius sententia est; quòd in omni motu & mutatione oportet esse materiam determinatam, & etiam terminum fixum & determinatum: ita quòd subiectum motus non solùm est in fieri, sed est in esse: si autem motus mouetur ad motum, ita quòd motionis esset motio, sequeretur quòd terminus motus, uel etiam subiectum esset in fieri, & non haberet rationem fixi. Hoc uiso, patet litera, quę dicit: quòd in eo, quod fit, oportet supponi aliquam materiam; & in omni permutatione oportet supponi aliquod fixum: si autem ita sit, quòd motus sit subiectũ motus, quomodo poterit poni hoc? sic. n: ponendo, nõ possumus assignare rationem subiecti: motus enim nõ potest esse subiectum motus, sicut corpus alterabile est subiectum alterationis, uel anima, uel aliquid aliud. Sic ergo in omni fieri est aliquid, quod fit, & in omni motu aliquid, quod mouetur; & aliquid, quod mouet: ita quòd sit ibi aliquod subiectum, quod mouetur ex hoc in hoc: illud autem subiectum non est motus; motus enim nec potest habere rationem subiecti, nec potest habere rationem termini. Deinde cum dici.

Quintã rõ.

In omni motu oportet materiã esse

Qualiter igitur? Neque enim erit disciplina disciplinationis: quare neque generatio generationis.

Rõ sexta.

Ponit sextam rationem, & est ratio talis: si generationis est generatio, sequitur quòd huius generationis sit hæc generatio: si autem ita est, cũ doctrina sit quædã generatio, sequitur quòd doctrina generetur: ita quòd doctrinæ erit doctrina: hoc est doctrina generabitur per doctrinã. Sicut enim se habet generatio in uniuersali ad generationem in uniuersali; ita se habet hæc generatio, puta doctrina ad generõnẽ hanc: & sicut generõ generatur,

generatur, ita hæc generó, puta doctrina per hāc generationē, quæ est doctrina, generabitur. Hoc est ergo, quod dicit litera: qualiter igitur? idest quomodo potest esse, quòd generationis sit generatio? si enim generationis est generatio, sequitur quòd disciplinationis sit disciplinatio, idest doctrinæ sit doctrina, sed doctrinæ non est doctrina, ergo nec generationis generatio. Notandum est, quòd Philosophus habet pro impossibili, quòd doctrina sit doctrina: cuius impossibilitatis est ratio duplex: primò quidem, quia de ratione doctrinæ est, quòd terminetur ad scientiam: si ergo doctrina terminaretur ad doctrinam, sequeretur quòd doctrina esset scientia. Debemus imaginari, quòd uuus motus in specie habet unum terminum in specie: cum ergo doctrina sit unus motus in specie, habebit unum terminum: si ergo doctrina terminetur ad doctrinam, cum doctrina terminetur ad scientiam, sequitur quòd scientia, & doctrina sint idem. Secunda ratio huius impossibilitatis est, quia doctrina est quædā uia, sicut autem uiæ non est uia, ita nec doctrinæ est doctrina: de ratione enim uiæ est, quòd terminetur ad terminum, & non quòd terminetur ad uiam. Deinde cum dicit.

Doctrina nō est doctrina.

Vnius motus in specie ē unus terminus i specie.

De rōne uiæ quid.

Quoniam autem neque substantiæ, neque eius, qđ ad aliquid, neque eius, quod est facere & pati. Relinquitur secundùm quale, & quantū, et ubi motum esse. Horum enim unicuique contrarietas est.

Concludit principalem conclusionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit istam conclusionem: secundò remouet quoddam dubium, ibi [Dico autem quale] Dicit ergo, quòd si motus non est in substātia, nec in relatione, nec in actione, nec in passione, sequitur quòd omnis motus sit in prædicamento quantitatis, uel qualitatis, uel ubi: in his enim tribus prædicamentis est contrarietas. Deinde cum dicit.

Conclusio, et epilogus.

Ad tria genera tantum est motus.

Dico autem quale non quòd in substantia. Et enim differentia quale, sed quod passiuum, secundū quod dicitur pati aut impassibile esse.

Remouet quoddam dubium: dixit enim quòd motus est in quali, crederet ergo aliquis quòd moetus esset in omni quali; hoc ergo remouet Philosophus, dicens: quòd duplex quale est, quoddam quale, quod est in substantia, eo modo quo dicimus, quòd differentia prædicatur in quale: aliud est quale, quod est in prædicamento qualitatis; secundùm quod quale aliquid dicitur passiuum uel impassibile: & de tali quali dictum est, quòd motus est in quali, & maximè in tertia specie qualitatis, sicut patet ex Septimo Physicorum. Deinde eum dicit.

Diluit obiectionem.

Quale duplex.

Tex. cō. 14. & inde.

Immobile autem quòd totaliter impossibile moueri: & quod uix in tempore multo tardè incipiens. Et quod natum quidem est moueri, non potens autē quando natum est, & ut quod uoco quiescere immobilium solùm: contrarium enim quies motui. Quare priuatio utique erit susceptiui.

Ostendit, quot modis dicitur aliquid immobile, dicens; quòd immobile dicitur tribus modis, quorum primus est: ꝙ immobile dr̄, quod omnino est impossibile moueri, eo modo quo dicimus, quòd Deus est immobilis: Secūdo modo dicitur immobile, quod uix aut tardè incipit moueri, eo modo quo dicimus, aliquod magnum saxū esse immobile: Tertio modo dicitur immobile, quod aptum natum est moueri, tamen non mouetur, quando aptum natum est moueri, nec ubi aptum natum est moueri: & hoc solùm immobile dicitur quiescere: quies enim est priuatio motus in illo subiecto, quod est aptum natum suscipere motum. Notandum est, quòd quies est priuatio motus, & ideo si immobilitas debet esse idem quod quies, oportet quòd immobilitas dicat priuationem. Hæc est ergo illa immobilitas, quæ est priuatio in determinato subiecto, secundùm determinatum tempus, & secundùm determinatum locum: & hæc est immobilitas ultima nunc dicta, de qua dicit Philosophus, quòd immobile tertio modo dicitur subiectum priuatum motu secundùm determinatum ubi, & secundùm determinatum tempus.

Immobile triplex.

Quies quid.

Simul autem secundùm locum quæcunque in uno loco primo: & seorsum quæcunque in alio.

Postquam determinauit Philosophus de motu, hic diffinit quædam, quæ circunstant motum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit diffinitiones istorum: secundò concludit quędam corollaria, ibi [Quare palàm.] Primò ergo diffinit simul, dicens: quòd simul sunt illa, quæ sunt in uno loco primo, idest proprio: seorsum autem sunt, quæcunque sunt in uno loco separatim. Notandum est, quòd duplex est locus, communis, scilicet & proprius: illa aūt, quæ sunt in uno loco cōmuni, non dicuntur simul esse; aliàs omnia essent simul, quia omnia sunt in cœlo; & ideo notabiliter dixit Philosophus, quòd illa sunt simul, quæ sunt in uno loco proprio. Subiungit.

Comitantia motum locales.

Simul, et diuersa quæ.

Locus duplex.

Tangi autem quorum ultima sunt simul.

Diffinit tangentia, quòd illa dicuntur esse tangentia, quorum ultima sunt simul: sicut duo corpora dicuntur se tangere, quorū superficies sunt simul; & ideo ante diffinitionem tangentium, diffinit simul. Deinde cum d.

Tangentia quæ.

Intermedium autem, in quod natum est priùs peruenire, quod permutatur, quàm in quod ultimum permutatur, secundùm naturam continuè permutans.

Diffinit medium, dicens: quòd intermedium est, in quod priùs aptum natum est moueri, quod mouetur, quàm ipsum extremum: si enim aliquid mutetur de. A. in. B. per C; continuè secundùm naturam priùs A aptum est uenire in C. quàm in B. Tunc cum ait.

Intermediū quid.

Contrarium secundùm locum, & secundùm rectum plurimum distans.

Diffinit contrarium secundùm locum; quòd illa sunt contraria secundùm locum, quæ maximè & plurimùm distant secundùm locum; ita tamen quòd

Cōtraria secūdu locum

quòd hæc distantia debet accipi secundùm lineā rectam, & non secundùm circularem. Notandum est, quòd (sicut superiùs dictum est) contrarietas est in formis, & contrarietas est in loco; & tamen hic non diffinit nisi contrarietatē secundū locum, cuius ratio est: quia (ut superiùs dictū est) contrarietas secundùm locum est nobis magis nota, quàm contrarietas, quę est in formis: & ideo ex notificatione huius deuenimus in notificationem illius: sicut enim contrarietas secundùm locum est maxima distantia secundùm locum; ita contrarietas in formis est maxima distantia secundùm formas. Notandum est, quod dicit Philosophus, quòd hæc distantia debet accipi secundùm lineam rectam; quia hæc linea, quæ debet hic accipi, debet mensurare istam distātiam, quæ est de essentia contrarietatis: linea autem circularis non potest mensurare, sed solùm recta; & hoc quia mensura debet esse minima & certa; inter duo autem puncta non potest accipi nisi una linea recta: lineę autem circulares & dissimiles in magnitudine & paruitate inter duo puncta sunt infinitæ & incertæ. Deinde cum d.

Contrarietatum que notior.

F

Consequenter autem est quod post principium ente positione, aut specie, aut aliter qualiter determinatio, nihil intermedium est eorum, quàm in eodem genere, & cuius consequenter est: ut linea lineæ, aut unitates unitatis, aut domus domus. Aliud autem nihil prohibet intermedium esse; quod enim consequenter alicuius, consequenter & posterius aliquid: non enim unum consequenter duorum, neque noua luna secundæ.

Diffinit ipsum consequenter. Et diuiditur in duas partes, quia primò diffinit consequenter: secundò diffinit habitum, quod in minùs se habet, quàm consequenter: tertiò diffinit continuum, quod in minùs se habet, quàm habitum. Secunda ibi [Habitum autem] Tertia ibi [Continuū autē] Dicit ergo primò, quòd consequenter dicitur illud, quod sequitur primò aliquod principiū, hoc est consequenter est, quod ordinatè consequitur ad aliquod; siue ille ordo attendatur secundùm positionem & situm; siue attendatur secundùm speciem: sicut species ternarii sequitur ad speciē binarii. De ratione etiam consequenter est, quòd inter illud, quod est consequenter, & illud, ad qđ consequitur, nullum est medium eiusdem generis; sicut nullum est medium eiusdem generis inter duas lineas consequenter se habentes, uel inter duas unitates, uel inter duas domus. Veruntamen licèt inter consequenter se habētia non possit esse medium eiusdem generis, potest tamen esse medium alterius generis; sicut inter duas domos consequenter se habentes potest esse medium, puta arbor &c. De ratione etiam consequēter se habentis est, quòd sit posterius illo, ad quod sequitur: sicut binarius est posterior unitate, & ideo binarius consequitur unitatem, & non econuersò: & secunda luna sequitur primam, & nō econuersò. Deinde cum dicit.

Consequenter quod.

De rōne consequenter quid.

E

Habitum aūt quodcunque, cum consequenter ens tāgit. Quoniam omnis permutatio in propositis, hęc autem contraria & contradictio contradictionis, aut nullum intermedium. Palàm quòd in contrariis intermedium.

Diffinit habitum, quod in minùs se habet, quā consequenter se habens. Et duo facit, quia primò diffinit habitum, dicens: quòd habitus est, quod consequitur ad aliud: ita tamen quòd illud tangit; ita quòd habitum addit super consequenter se habens contactum. Secundò, quia fecit mentionem de medio, ostēdit, inter quæ est medium, dicens: quòd omnis permutatio uel est inter contraria, uel est inter contradictoria: cum ergo medium non sit inter contradictoria, restat quòd omne medium sit inter contraria. Notandum est, quòd medium (de quo supra locutus est Philosophus) est inter extrema motus: quod patet ex diffinitione eius: dicebatur enim quòd medium est, in quod primum est aptum natum uenire mobile, quàm in extremum: si ergo medium semper est inter extrema mutationis; & mutationes uel sunt inter contradictoria, uel inter contraria; benè dixit Philosophus, quòd ex quo medium non potest esse inter contradictoria, quòd est inter cōtraria. Quasi diceret, medium est inter extrema mutationis, sed non potest esse inter extrema mutationis, quæ est inter contradictoria, igitur est inter extrema mutationis, quæ est inter cōtraria. Subiungit.

Habitū qd.

Quorum est medium.

G

Cōtinuum autem, quod quidem habitum aliquid. Dico autem continuum, cum idem fuerit & unum utriusque terminus, quibus tangunt & continent.

Diffinit continuum, dicens; quòd continuum est habitum; ita tamen quòd aliquid addit supra habitum: continuum enim est eorum, quæ se tangunt, & simul sunt: est enim unus & idem terminus; eo modo quo dicimus, quòd partes lineæ continuantur ad punctum unum. Deinde cum d.

Continuum quid.

Quare palàm, quòd continuum in his fit, ex quibus unum aliquid natum est fieri secundùm contactum.

H

Concludit tria corollaria. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres conclusiones, quas concludit. Secunda ibi [Et quia prima] Tertia ibi [Quare non est punctum.] Concludit ergo primā conclusionem, dicens: quòd manifestum est ex dictis, quòd continuum nō est nisi in his, ex quibus est aptum natum fieri unum secundùm contactum. Notandum est, quòd hæc conclusio benè sequitur ex præcedentibus: dicebatur enim sic, quòd continuum super contactum addebat unitatem; & ideo benè concluditur, quòd continuum est, cuius extrema sunt apta nata continuari ad unū. Deinde cum d.

Corollaria

Et quia primum, quod consequitur palàm: quod enim consequenter non tangit. Hoc autem consequēter, & si continuum tangitur. Si autem tangit, non dum continuum. In quibus autem non est tactus, non est connascentia in his.

Concludit secundum corollarium, dicens: quòd inter ista tria, consequenter, continuum, & contactum, consequenter tenet primum locum, & habet rationem primi; prius enim est, à quo non cõuertitur consequentia: sic autẽ est hic, non enim quod est consequenter, tangit, & tamen omne quod tangit, est consequẽter: oportet enim quòd in omni contactu saluetur cõsequenter se habẽs. Sicut autem consequenter se habere est prius quã contactum, ita est prius quàm cõtinuum: non.n. sequitur, si extrema aliquorum sunt simul, quòd propter hoc sint unum; & ideo non sequitur, quòd si tangit, quòd propter hoc sit continuum: sed tamen benè sequitur econuersò: cõnascẽtia enim, quæ est naturalis connexio continuorum, non potest esse inter illa, in quibus non potest esse contactus. Tandem cum dicit.

Consequenter, continuum, & contactum. quo se habent ad inuicẽ

Quare non est punctum huic unitati: his quidem inest tangi, his autem non, sed ad consequenter. Et horum quidem intermedium aliquid, horum autem non.

Concludit tertiam conclusionem, dicens: ex istis differentiis datis, patet, quòd punctus non est idem, quòd unitas: nam de ratione puncti est, quòd secundùm ipsum fit contactus; nam duæ lineæ tãgunt se in puncto: secundùm autem unitates non est contactus, sed cõsequenter se habẽs, quia una unitas sequitur ad aliam. Patet etiam alio modo quòd punctus non est unitas; quia inter duo puncta semper cadit aliquod medium: semper enim inter duo puncta est linea media: inter duas autẽ unitates non cadit medium. Notandum est, quòd differentia inter pũctum & unitatem ex hoc est, quòd punctus concernit situm in continuo: unitas autem non: sicut dicitur Primo Posteriorum punctus habet positionem, sed nõ unitas. Ex hoc autem consurgit duplex differentia, quam dat Philosophus inter punctum & unitatem: nam pũctus est in continuo; & ideo est in his, quæ se tangunt: unitas autem abstrahit a situ, & ideo est in discretis, quæ sunt illa, quę concernunt situm: hoc autem est consequenter se habens: dictum est.n. quòd consequenter se habens prius est, quàm cõtactum, & quàm continuum. Ex hoc etiam sequitur secun a differentia, quia punctus est indiuisibile, quod concernit continuum; & inter duo diuisibilia, quæ sunt in cõtinuo, semper est dare medium: & ideo benè dictum est, quòd semper inter duo puncta est dare medium: quia autem unitas est in discretis, & in his, quę abstrahunt a situ; ideo non oportet quòd inter duas unitates sit dare medium. Et sic explicit Liber Vndecimus.

Vide 5. Metaph. 12. & 4. Phy. 106. & alibi.

Discrimen inter punctũ & unitatẽ.

A

ARISTOTELEAE METAPHYSICAE

LIBER DVODECIMVS, & Vltimus.



De substantia quidem theorica est: nam substantiarum principia, & causæ quæruntur. TEX. 1.

Postquã Philosophus in præcedenti Libro recollegit quædam, quæ erãt tam in hoc libro, quàm in libro Physicorum: in parte ista intendit determinare de substantia immobili, separata à motu, & à materia. Et diuiditur iste Liber in duas partes, quia primò recolligit quædam, quæ dicta sunt de substantia in præcedentibus Libris: in secunda parte incipit determinare de substantia immobili, ibi [Quoniam autem tres erant substantiæ.] Prima pars in duas; quia primò probat, quòd ad istum Librum spectat determinare de substantia: in secunda parte incipit determinare de ea, ibi [Substantiæ uerò tres sunt] Prima pars in tres partes; quia in prima parte proponit, quod intendit: in secunda parte probat intentũ, ibi [Et enim ens si totum] Dicit ergo primò, quòd in hac scientia theoria, & intentio est, determinare de substantia: ita quòd in hac scientia de substantia primò, & principaliter quæruntur principia, & causæ. Deinde eum dicit.

Cõtinuatio, intentio, & diuisio Libri.

B

C

Etenim ens si totum quoddam omne, substantia est prima pars: & si eo quod consequenter, & ita positum substantia, deinde qualitas, aut quantitas. TEX. 2.

Probat, quod dixit. Et diuiditur in tres partes, secũdùm quòd hoc probat per tres rationes, quas adducit. Secunda ibi [Similiter autem] Tertia ibi [Amplius nihilo.] Ponit ergo primam rationem; & est ratio talis: hæc scientia debet quærere causas, & principia primi entis; sed substantia est primum ens; ergo hæc scientia debet quærere causas, & principia substantiæ. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd siue ens sit quoddam totum, compositum ex multis partibus, siue entia se habeant consequenter adinuicem; semper tamen substantia est primum ens; deinde sequuntur alia entia, sicut qualitates, aut quantitates. Notandum est, quòd Philosophus noluit intelligere, quòd totum ens esset quoddam totum, compositum ex partibus secundùm ueritatem, sed loquitur hic secundùm similitudinem: quasi dicat, sicut in aliquo toto composito ex multis partibus, est dare primam partem; ita inter omnia entia est dare unũ primum ens: siue ergo ipsum ens sit quoddam totum, siue entia se habeant consequenter; semper tamen est dare unum ens, quod est substãtia. Notandum est, quòd hæc litera potest aliter legi: possumus enim imaginari, quòd prædicamenta duobus modis respiciunt ens; uno modo sicut species respiciunt genus; ita quòd prædicamenta sint species

De substantia sermo, hoc, et inde.

D

Substantia est primum ens.

Prædicamẽta possunt dupliciter respicere ens.

cies entis: secundo modo possumus imaginari, quòd prædicamenta non habeant unitatem generis, sed unitatem attributionis, & tunc se habent consequenter adinuicem; ita quòd primum est substantia, cōsequenter alia prædicamenta. Inter istos duos modos primus modus uerus non est; sed secundus: at uerò siue primo modo intelligatur, siue secundo, semper substantia habet rationem primi. Quasi ergo dicat Philosophus; si ens est quoddā totum uniuersale, respiciens prædicamenta, sicut species; sequitur ꝙ prima species est substantia: si etiam prædicamenta habent unitatem attributionis; ita ꝙ prædicamenta se habeāt consequēter ad inuicem; adhuc uerificatur, quòd substantia est primum ens: siue ergo sic, siue non, substantia est primum ens. Postea cum inquit.

TEX. 3.

Similiter autem nec entia, nihil est simpliciter dicere hæc, sed qualitates & motus: aut non albū & non rectum: dicimus.n. esse & hoc, puta est nō albū.

Ponit secūdam rationem, & est ratio talis. hęc scientia quærit causas, & principia simpliciter entis; tale autē ens est substantia; alia enim entia à substantia non sunt entia, nisi secundùm quid. Hoc est ergo, quod dicit litera; quòd entia alia à substantia, non sunt simpliciter entia, sed secundum quid: qualitates enim & motus non sunt entia, sed entis, unde dicuntur quodammodo in denominando aliud. Videmus enim, quòd non album, & nō rectum sunt entia per istum modū: non album enim dicitur esse, quia est subiecti, quod est non album, & non rectum. Notandum est, quòd ens ab esse dicitur: illud ergo prædicamentum, quod habet esse in se, simpliciter dicitur ens, alia autem prædicamenta dicuntur entia, quæ sunt huius entis, scilicet substantiæ: sicut quālitas est ens, quia est notificatio substantiæ: & quātitas est ens, quia est mensura substantię. Notandum est, ꝙ accidentia positiua, & priuationes, sicut album & non album conueniunt, & differunt: conueniunt quidem, quia utrunque est ens ratione subiecti: differunt tamen, quia subiectū per accidentia positiua habet aliquale esse; sicut subiectum per albedinem habet esse album: per accidentia autem negatiua, sicut per non esse album, & non rectum, non habet esse aliquale; sed per non album priuatur ab esse albi, & per non rectum priuatur ab esse recti. Vult ergo dicere Philosophus, ꝙ priuationes, sicut etiam accidētia cōcernunt subiectum; & ideo sunt entia quia entis, scilicet subiecti. Cum postea subdit.

Alia entia à substantia sunt entia secundum quid: sive non sunt entia, sed entis.

Accidentia positiua & priuatiua quo differunt quo & cōueniunt.

F

G

H

Amplius nihil aliorum separabile.

Ponit tertiam rationem, & est ratio talis: hæc scientia quærit causas, & principia entis, maximè independentis; hoc autem ens substantia est; ergo hæc scientia quærit causas, & principia substātiæ. Quòd autem substantia sit ens independens probat; quam probationem ponit in litera, dicēs: ꝙ nullum aliorum à substantia est ens separabile; sola autem substantia est separabilis; & ideo est ens maximè independens. Notandum est, quòd de ratione substantiæ non est, quòd sit coniuncta cum accidente; aliàs omnis substantia esset coniuncta accidenti, quod tamen falsum est de substantia primi principii; de natura autem accidentis est, quòd sit coniunctum. Tunc cum ait.

Substantia est ens independens, & separabile.

E

De rōne substantia non est, quòd sit accidēti cōiuncta.

TEX. 4.

Testantur autem & Antiqui opere: nam substantiæ quærebant principia, & elementa, & causas.

Qui quidem nunc, substantias uniuersalia magis ponunt: nam genera uniuersalia, quæ dicunt principia, & substantias esse magis, propter logicè inquirere. Qui uerò antiquitus particularia, ut ignem, & terram: sed non commune corpus.

Probat, quod dixit per dicta Antiquorum, dicens; ꝙ Philosophi consideratio est de substantiis: non enim quęrebāt Antiqui principia, & elementa, & causas cuiuscunque entis; sed entis, quod est: Antiqui enim imponendo substantias rerum, diuersificantur: moderni enim id est Platonici magis probant uniuersalia esse substātias, quàm particularia: & hoc ideo, quia logicè inquirebant de principiis entium: quidam autem antiqui Philosophi sicut Democritus, & Empedocles posuerunt principia rerum particularia, sicut ignē, & terram, & alia huiusmodi. Notandum est, ꝙ Plato ponebat principia rerum, ipsa uniuersalia; & hoc quia logicè quęrebat: dicebat .n. quod uniuersalia erant abstracta secundùm rationem, & ideo erant priora particularibus ratione; & propter naturam prioritatis ponebant principia uniuersalia. Comm. tamen dicit, ꝙ propositiones logicè hic uocantur propositiones extraneæ, & nō conuenientes rei: quia ergo Platonici ponebant uniuersalia esse principia per quædam non conuenientia; & per quędam extranea, ideo dicit Philosophu, quòd logicè inquirebant. Deinde.

Quarta ad idem rōex Antiquorū placitis.

Al. Philosophos.

Sententia Commen.

TEX. 5.

Substantiæ uerò tres sunt. Vna quidem sensibilis, cuius alia quidem sempiterna, alia corruptibilis, quam omnes cōfitentur, ut plantę, & animalia: sempiterna aūt, cuius elemēta necesse est accipere, siue unū, siue multa. Alia uerò immobilis: hanc dicunt quidam separabilem esse: hi quidem in duo diuidentes: alii in unam naturam species ponentes, & mathematica: alii horum mathematica solùm. Illæ quidem naturales; cum motu enim sunt, & hæc alterius, si nullum illis principium commune est.

TEX. 6.

Incipit determinare de substantia. Et diuiditur in duas partes, quia primò diuidit substantiā: secundò determinat de partibus diuisionis, ibi. [Sensibilis uerò substantia] Dicit ergo Philosophus: substantiæ sunt tres: quædam enim est substantia sensibilis: & quædam intelligibilis: substātia autem sensibilis diuiditur, quia quædam est sensibilis sempiterna: quædam autem est substātia sensibilis corruptibilis, quam omnes confitentur esse; sicut sunt plantæ, & animalia: substantia autem sempiterna sensibilis est, cuius principia intendimus accipere; siue illud principium sit unum, siue multa: intendimus enim accipere principia corporis cælestis; quod hic uocatur substantia sempiterna sensibilis: alia uerò substātia

Substantia triplex.

duabus.s.à corruptibili,& à fempiterna, eft fubftātia immobilis, quā diximus effe fempiternam & intelligibilem.Hanc aūt fubftantiā immobilē, quidā ponūt effe feparabilē à fenfibilibus, & ifti uerficantur:alij.n.ponunt,ꝙ fubftātia immobilis in duo diuiditur.f.in fpecies, & in Mathematica: ponnnt.n.ipfa Mathematica effe fubftantias medias inter fubftātias fenfibiles & fpecies. Alii āt ponūt Mathematica,& fpēs in unā naturā.Alii uerò ponunt folū Mathematica. Inter oēs āt iftas fubftantias, folū illæ,quæ funt fenfibiles, funt de confideratione fciæ naturalis;& hoc quia concernunt motū:fubftantia aūt immobilis & intelligibilis cadit fub fpeculatione alterius fciæ;fubftantia.n.fenfibilis & intelligibilis non cadit fub fpeculatione alicuius fciæ cōis. Notandū eft,ꝙ fententia Philofophi in breui eft ifta, ꝙ triplex fubftātia eft.f.fenfibilis & corruptibilis; qualis eft fubftantia elementorū:fenfibilis & fempiterna,qualis eft fubftantia cœlorū,& utraq; iftarū fubftantiarū eft in motu: tertia fubftantia eft fubftantia intelligibilis; & fub ifta fubftantia ponuntur fpecies:ponuntur ēt & Mathematica. Verū eft,ꝙ de fpeciebus & Mathematicis eft triplex modus dicendi;quidā.n.ponebant fpēs & Mathematica effe infra duas naturas:quidā aūt reducebāt fpēs, & Mathematica in unā naturā,& utriq; illorū fuerunt Platonici:quidā aūt ficut Pythagoras, pofuerunt Mathematica effe principia rerū. Notandū eft,ꝙ fubftantia fenfibilis,& fubftantia intelligibilis;inquantū hæc eft fenfibilis,& illa intelligibilis,cadunt fub diuerfis fcientiis: inquantū tamen conueniunt in rōne fubftātię, poffunt cadere fub tali ratione in hac eadem fcientia,quę confiderat de ratione fubftantiæ tanquām de primo ente.

Diuerfitas opinātium fubftātiam immobilem feparabilem effe à fenfibilibus.

Subftantia fenfibilis,& fubftantia immobilis de cuius cō fideratione funt.

Subftantia triplex.

Subftantia fenfibilis, fubftantia intelligibilis cum fub eadem,tum fub diuerfis fcientiis cadere poffunt.

Senfibilis uerò fubftantia eft mutabilis. Si autem mutatio eft ex oppofitis aut mediis, fed oppofitis non omnibus(non album n.uox)fed ex contrario;neceffe fubeffe quid mutabile in contrarietatē: non.n. contraria tranfmutātur. Amplius hoc quidem manet,aliud uerò contrarium non manet. Eft igitur aliquid tertium præter contraria, materia.

Incipit determinare de mēbris fubftātię;& primò de fubftātia fenfibili. Ad cuius euidentia notādū eft,ꝙ p ea,quæ funt magis nota quò ad nos, deuenimus i illa, quæ funt magis nota quò ad naturā; fubftantia aūt fenfibilis eft magis nota quò ad nos:fubftantia aūt intelligibilis eft magis nota quò ad naturā; & ideo per fubftātiā fenfibilē deuenimus in fubftantiā intelligibilē. Sic ergo Philofophus primò determinat de fubftantia fenfibili,& principiis eiufdē, ut per illa deueniamus ad fubftantiā immobilē,& intelligibilē.Et diuiditur hæc pars in duas partes,quia primò quærit principia fubftantię fenfibilis:fecundò quærit,utrum principia fubftantiæ & aliorū generū fint eadem ibi[Dubitabit aūt.]Prima in duas,quia primò determinat de materia, quæ eft principiū fubftātiæ fenfibilis:fcdò de forma,ibi [Tertia uerò funt.] In prima ergo parte determinat de materia. Et

Ex effectibus deuenimus in cognitionem caufarum.

A diuiditur in duas partes: quia primò oftendit materiā effe:fecundò mouet quoddā dubiū,ibi [Dubitabit autem.] Prima pars in duas partes; quia primò oftendit materiam effe:fecundò oftendit, ꝙ materia diuerfimodè eft in diuerfis,ibi [Omnia uerò materiam habent.] Prima pars in duas, fecundū duas rationes, quas adducit ad probandum,ꝙ materia eft:fecunda ibi[Quoniam aūt duplex eft ens.] Prima in duas;quia primò ponit rationem fuam: fecundò ex hoc concludit quandā conclufionem.Secunda ibi[Si itaque.] Primò ergo probat materiam effe,per unam rōnem,& eft ratio talis: omnis tranfmutatio eft à contrario in contrarium; fed unum contrarium non tranfmutatur in aliud ; ficut albedo non tranfmutatur in
B nigredinem; oportet ergo dare aliquod tertium, quod fit in potentia ad utrunque contrariorum; & hoc tertium materia eft, quod quidem tertiū differt ab utroque contrariorum . Hoc eft ergo, quod dicit litera,quæ ex mutatiōe probat, quòd eft dare materiam,dicens; quòd omnis fenfibilis fubftantia mutabilis eft; fi autem mutabilis eft, oportet dare mutationem; fi autem eft dare mutationem,eft dare materiam; cuius ratio eft,quia omnis mutatio eft ex oppofitis,uel mediis; ex oppofitis quidem non omnibus ; fed ex oppofitis, quæ funt contraria:quando enim album fit ex nō albo,non fit ex quocunque non albo, puta ex nō albo,quod eft uox ; fed fit ex non albo, quod eft contrarium; fi autem ita eft, neceffe eft effe aliquem terminum, quod fubfit utrique contrario-
C rum; & hoc quia unum contrariorum non tranfmutatur in aliud; illud autem tertium differt à contrario;quia illud tertium manet in tota tranfmutatione; contrarium autem non manet; & iftud, quod eft tertium præter contraria, materia eft. Notandum eft,quòd in hac ratione duo ponuntur, ex quibus poffumus habere,quòd materia eft: Primum eft, quòd tranfmutatio fit ex oppofito,& non ex quocunque oppofito, fed ex oppofito,quod eft contrarium:de ratione autem contrariorum eft, quòd fint infra unam potentiam communem : arguemus ergo fic, tranfmutatio eft ex contrario in contrarium; fed contraria habent unam potentiam communem; ergo
D in omni trāfmutatione eft dare unam potentiam communem,& hanc uocamus materiam.Et hūc modum arguendi, tetigit Philofophus, quando dixit; quòd album fit ex non albo, non ex quocunque non albo;fed ex non albo,quod eft contrarium; ergo eft dare materiam ; quafi dicat,album non fit ex quocunque non albo; fed ex non albo,quod eft in potentia ad album; fi autem eft dare potentiam, eft dare materiam. Secundum, per quod probatur, uel poteft probari, quòd materia eft, eft; quia unum contrarium non tranfmutatur in aliud ; & ideo oportet dare aliquod tertium, quod fit aliud ab utroque contrariorum, & hoc tertium uocatur materia: & iftum modum arguendi iam tetigimus. Notandum

Materia ē.

Omnis mutatio ē uel inter contraria, uel inter media.

Omnis fubftantia fenfibilis eft mutabilis.

De ratione contrariorū quid.

Kkk eft

est, quòd in generatione aliquid est, quod perficitur per formam, & hoc est materia; nam generatio ex hoc est, quòd ens in potentia fit in actu; & illud, quod perficitur, manet; & ideo materia manet: etiam est aliquid, quod destruitur & corrumpitur; quia generatio unius est corruptio alterius, & hoc est priuatio uel cōtrarium, & hoc non manet. Benè ergo dixit Philosophus, ꝙ materia differt à contrario; quia hoc manet, & hoc non manet. Postinde cum ait.

Materia ꝑficitur per formam.

TEX. 7. *Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundùm quid, aut secundùm qualitatem, aut secundùm quantitatem, aut ubi. Generatio quidem simpliciter, aut corruptio secundùm hoc, & augmentum & decrementum, quæ secundùm quantitatem: alteratio autem, quæ secundùm passionem: latio autem quæ secundùm locum. Inter contraria utique erunt ea, quæ secundùm unūquodq; transmutationes: necesse itaq; trāsmutari materiā potētē ambo.*

Concludit quandam conclusionem ex præcedenti ratione: dicebatur.n.in pręcedenti rōne, ꝙ in mutatione est dare duo contraria, & unum tertium: ex hoc ergo cōcludit Philosophus, ꝙ si hoc est de essentia mutationis, necesse est, ꝙ conueniat omni mutationi, ēt in quocūq; genere; quia quod per se conuenit alicui, conuenit omni tali. Hoc est ergo, quod dicit litera, ꝙ trāsmutationes sunt quatuor: una secundùm quid, hoc est in prędicamento substantiæ: & una secundùm qualitatem, & alia secundū quantitatem, & alia secundū ubi. Vocatur aūt illa transmutatio, quæ est in substantia, & corruptio simplex, ad differentiā illius, quæ est in accidentibus; quæ uocatur generatio, & corruptio secundū quid. Illa autem, quæ est in quantitate; uocatur augmentum & decrementū. Illa, quæ est in qualitate, uocatur alteratio. Illa autem, quæ est in ubi, dr̄ secundū locū mutatio. Si ita est, ꝙ transmutationes sunt in istis quatuor generibus; necesse est, ꝙ istæ transmutationes sint inter contraria, quæ sunt secundū unumquodque genus: necesse est ēt, ꝙ istæ transmutationes habeant unum cōe, quod fit in potētia ad utrumq; contrariorum. Notandum est, ꝙ (secundū sententiā Cōmen. in loco isto) materia ita est in potentia ad utrūq; contrariorum, quia ipsa non est alterū contrariorū: ita ꝙ nullum contrariorum est de essentia materiæ. Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ in quacūq; transmutatione cuiuscūq; generis est dare unū tertiū, quod fit in potentia ad utrūq; contrariorū, & non fit alterū eorū; imaginabimur ergo, ꝙ materia substātiatur per posse; ita ꝙ essentia eius est, ꝙ fit in potentia ad utrūq; contrariorū, & ꝙ nō fit alterū eorū. Deinde.

Transmutatio quadruplex.

Nullum cōtrariorū est de essentia materia.

TEX. 8. *Quoniam autem duplex est ens, trāsmutatur omne ex potentia ente in actu ens, ut puta ex potentia albo, in actu album: similiter autem in augmento & decremento. Quare non solùm secundùm accidēs contingit fieri ex uno ente, sed ex ente fiunt omnia. Potentia quidem ente, ex non ente uerò actu.*

Ponit secundā rōnem ad probādū, ꝙ materia

E est. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit istā rōne: secundò ostendit, ꝙ ista materia, quam ponit, aliquo mō tāgebatur ab aliis philosophis; licèt non perfectè, ibi [Et hoc est Anaxagoræ.] Ponit ergo rōnē suā, & est rō talis; omne per accidens reducitur ad per se; sed uidemus, ꝙ ens fit ex non ente per accidens; oportet ergo dare aliquid, ex quo fiat per se, & hoc est ens in potētia, oportet ergo, dare ens in potentia; sed ens in potentia materia est; ergo oportet dare materiā. Vi sa hac rōne, patet litera Philosophi, quæ dicit, ꝙ duplex est ens; ens in potētia, & ens in actu: transmutatio ergo fit ex ente, non ex quocunq; sed ex ente in potentia; eo mō quo dicimus, ꝙ ex potentia albo fit actu albū: si aūt generatio fit per se ex

Secunda rō, quòd materia sit.

Omne ꝑ accidens reducitur ad per se.

Ens duplex

F ente in potentia; manifestū est, ꝙ non solùm fit illud, quod fit, ex non ente secundū accidens; sed oīa, quæ fiunt per se ex ente in potentia; nō ente aūt in actu. Notādū est, ꝙ intellectus Philosophi est: ꝙ omne, quod fit, fit ex aliquo per se, & ex aliquo per accidens; fit quidem ex ente in potentia per se; ex illo.n.fit aliquid per se, qđ per generationē perficitur; hoc aūt est ens in potentia; quia generatio est perfectio entis in potentia; quia tamen multa sunt annexa huic enti in potētia, ideo ipsum fieri ex multis, est per accidens: enti.n.in potentia annexa est priuatio rei fiendæ; annexum est ēt ei contrariū eius, quod fit: & ideo ex priuatione, quæ hic dr̄ non ens, & ex cōtrario fit aliqd p accidens. Imaginabimur ergo, ꝙ sicut ædificator ædificat p se; musicus āt p accidēs, & hoc qa

Fieri ex aliquo dupliciter.

Generatio quid.

G esse musicum est annexū ædificatori: ita similiter hic ex ente in potentia fit aliquid p se; ex priuatione āt, & ex cōtrario p accidēs, inquātū cōiūgitū cū ente in potētia: illud.n.idē, qđ ē in potētia ad nigrū, est albū, & est non nigrum. Prosequitur.

TEX. 9. *Et hoc est Anaxagoræ unum: dignius est enim quàm simul omnia. Et Empodoclis mixtura, & Anaximandri: uel (ut Democritus ait) nobis erant omnia potētia, actu uerò minimè. Quare materiam utique erant tangentes.*

Postquàm probauit materiā esse; hic ostendit, qūo antiqui Philosophi aliquo modo tetigerunt istā materiam, dicens: ꝙ istud unum, quod probauimus esse, est illud unū, quod posuit Anaxag. dicebat.n. Anaxag. ꝙ oīa, quæ fiebant, latebant in

Prisci philosophi omnes quodammodo materiā tetigerunt.

H uno; ita ꝙ omnia quæ fiebant actu, priùs erant in eo, in quo latebant. Dignius tamen dicere est sicut diximus: dixit enim Anaxag. ꝙ omnia, quæ fiebant, priùs erant in actu: nos autem dicimus, ꝙ oīa erant priùs in potentia: istud unum est etiā illud unum, quod uoluit tāgere Empedocles, qui dixit, ꝙ omnia prius erant mixta in quodam uno per amicitiam, & postea per discordiam omnia segregauit ex illo uno. Istud etiam unum, quod probauimus esse, est illud unum, quod aliquo modo tetigit Anaximander, qui posuit, ꝙ omnia contraria præexistebant in uno confuso. Istud etiam unum aliquo modo tetigit Democritus, qui dixit, ꝙ omnia, quæ fiunt, priùs fuerunt in potētia, actu

actu uerò non: isti ergo oẽs aliquo modo tetigerunt naturam, sed non perfectè. Sequitur.

TEX. 10. *Omnia uerò materiã habent, quæcunq; transmutantur: sed aliam & sempiternorum quæcunque nõ generabilia: mobilia autem latione. Verùm non generabilem habent, sed unde, & quò.*

Postquàm ostendit, materiam esse; hic ostẽdit, quõ materia diuersimodè est in diuersis. Et hoc est, quod dicit: ꝙ omnia transmutabilia materiã habent; sed tamen alia est materia sempiternorũ, & alia corruptibiliũ: aliqua sunt.n. quæ transmutantur secundùm substantiam, & hæc sunt generabilia, & corruptibilia: aliqua sunt, quæ sunt im mobilia secundùm formam, & ista nõ sunt generabilia; tamen sunt mobilia secundùm ubi; sicut sunt corpora cœlestia: & ita habent materiã, non quia sint mobilia ad formam, sed quia sunt in potentia ad terminos secundùm ubi. Notandum, ꝙ Philosophus priùs probauit, materiã esse, ex hoc ꝙ est ens in potentia: sicut aũt duplex est ens in potentia, ita uidetur dicere Philosophus, ꝙ duplex est materia: est.n. quædam potentia, quæ est ad formam, & ad priuationem eius: & est quędã, quæ est ad ubi, & ad priuationẽ eius: prima potẽtia & prima materia, quæ est ad formã & ad priuationem eius, est in re generabili & corruptibili: secunda aũt potentia est in re ingenerabili & incorruptibili. Imaginatur ergo, ꝙ entia sunt in triplici differentia: quædam.n. sunt entia, in quibus est uariatio & secundùm formam, & secundùm ubi, sicut sunt elemẽta; quædam sunt entia, in quibus est uariatio secundùm ubi, sed non secundùm formã, sicut sunt corpora cęlestia: quædam sunt entia, in quibus nulla uariatio est, sicut est intelligentia (& hoc dico, secundùm opinionem Philosophorũ; quia Theologi aliter sentiũt) sic ergo quia transmutatio arguit materiam, in primo ente, & secundo potest esse materia, in tertio autem non. Deinde cum dicit.

In diuersis diuersimodè est materia.

Materia duplex.

Entia triplicia.

C

TEX. 11. *Dubitabit autem utique aliquis, ex quali non ente est generatio? Tripliciter enim non ens. Si itaque est aliquid potentia.*

Mouet quandã dubitationẽ: & primò mouet dubitationẽ: secũdò ostendit, ꝙ in diuersis diuersæ sunt materiæ ibi [Attamen non ex quocunq;.] Dicit ergo primò: ꝙ dictũ est in præcedentibus; ꝙ generatio fit ex non ente; cũ tñ nõ ens dicatur tribus modis, dubitabit aliquis, ex quo non ente fit generatio? Solutio aũt huius est, ꝙ generatio fit ex nõ ente, qđ est ens in potẽtia; quare ex quo fit generatio, licèt sit nõ ens actu, est tñ ens in potentia. Notandũ est, ꝙ non ens dr̃ tribus modis: uno.n. mõ dr̃ non ens, qđ nullo modo est, nec in actu, nec in potentia; & non ens secundùm istũ modũ fugit totũ ambitũ entis, & ex tali nõ ente nihil fit. Scđò mõ dr̃ nõ ens ipsa priuatio, quę est in materia: & ita ista priuatio, licèt sit non ens, tñ magis appropinquat ad rõnẽ entis, quã primũ nõ ens: primùm.n. non ens, nec est ens, nec est entis, nec est possibile esse secundũ se uerũ: secundũ ãt

Dubitatio, & eiusdem solutio.

D

Non ens tripliciter.

A

non ens, qđ est priuatio, licèt non sit ens, tamẽ est entis. Tertiò mõ dr̃ non ens ipsa materia, quæ est ens in potentia. Ad cuius euidentiã notandũ est; ꝙ materia est ens per se: ens.n. dr̃ duobus modis (sicut dr̃ Quinto huius) ens in potentia, & ens in actu: materia ergo subintrat ambitum entis, quia est ens in potẽtia: etsi ergo est ens in potẽtia per se: tñ est nõ ens ꝑ accidens, inquantũ est annexa priuationi, quæ quidẽ priuatio est nõ ens per se, & ex tali nõ ente, qđ est ens in potentia, fit generatio. Imaginabimur.n. ꝙ generatio, priuatio, & materia se habent modo opposito; priuatio.n. est non ens per se; tñ est ens ꝑ accidens. s. rõne materiæ: materia aũt est ens in potentia ꝑ se; tñ est nõ ens per accidens. s. rõe priuationis. Deinde.

Tex. cõ. 13.

Materia quo est ens, & quo non ens.

Generatio, priuatio, & materia, quomodo se habent.

B

Attamen non ex quocunque, sed alterum ex altero. Neque sufficiens, quia simul res omnes. Differunt enim materia. Quoniam quare infinita facta sunt, sed non unum? Intellectus enim unus. Quare si materia uno illud factum est actu, unius materia erat potentia.

Ostendit, ꝙ licèt generatio fiat ex ente in potentia; tñ secundũ diuersitatẽ generatorũ sunt diuersæ potentiæ. Et hoc est, qđ dicit; ꝙ licèt generatũ fit ex ente in potentia; tn ex quocũq; non fit quodcũq;, sed diuersa fiũt ex diuersis; unũquodq; .n. generabiliũ hẽt materiã determinatã, ex qua fit, qđ fit: & hoc est cõtra Anaxagorã, qui posuit, ꝙ ex quolibet fit quodlibet: Nec sufficit dicere, sicut dicebat Anaxag. qui dixit, ꝙ à principio oĩa erant simul in una materia: & dico, ꝙ non sufficit, quia in diuersis est differens materia: quæ.n. fiunt, infinita sunt, & non unũ: si.n. materia proxima oĩum esset una, pariter agens cũ scđm Anaxag. sit unũ, oportet ꝙ factũ sit unũ: posuit.n. Anaxag. ꝙ intellectus unius facit oĩa ex una materia: ex una aũt materia, & uno agente non fit nisi unum; scđm hoc ergo oĩa erunt unũ. Notandũ est, ꝙ (secundũ Cõmen. hic) materia est una scđm substãtiã: tñ est multa secundùm habilitates: materia.n. primò habet habilitates ad formas naturæ elemẽtorũ: secũdò mediantibus formis elementorũ est in potentia & in habilitate ad formas mixtionis; quę quidẽ formæ mixtionis diuersificantur scđm diuersitatẽ habilitatum, & potẽtiarũ in materia. Quasi ergo dicat Cõmen. si materia esset una & scđm habilitates & scđm substãtiã, generatum esset unũ; sed quia materia est una secundũ substantiã, tñ diuersa scđm habilitates; ideo generata possunt esse multa: sicut.n. dicit Cõmen. multitudo generatorũ, uel est ex multitudine materiæ, uel ex multitudine agentis (si tñ multę formę possunt fieri in eadẽ materia) si ergo agens esset unũ, sicut posuit Anaxag. & materia una secũdũ substantiã, & scđm habilitates, oporteret ꝙ generatũ esset unũ. Notãdũ est, ꝙ Cõmẽ. imaginat, ꝙ habilitates & potentiæ in materia multiplicentur secundùm multitudinem specierum, & non indiuiduorum; ideo dicit, ꝙ numerus potentiarũ est sicut numerus specierum, q.d. non est imagi-

Diuersorum generatorũ diuersa sũt potentia.

Anaxag. positio.

Materia quo una, & quo plures.

Formæ mixtionis unde diuersificãtur.

Generata unde multiplicantur.

Imaginatio Auer.

 uandum,

nandum, ꝙ potentiæ numerentur penes indiuidua, ſed penes ſpecies:ſi.n.potentię numerentur penes indiuidua, duæ eſſent potentiæ ad duas albedines: hoc autem impoſsibile eſt, ut uidetur: quia ſecundùm hoc illud idem ſubiectum ſimul & ſemel poſſet informari duplici albedine; quia ſimul & ſemel illæ duæ potentiæ poſſunt trahi ad actum &c.

TEX.12. *Tres uerò ſunt cauſa, & circa principia, duo quidem ratio & ſpecies, illud uerò priuatio, tertium uerò materia.*

Poſtquàm determinauit de materia, in parte iſta determinat de forma. Et diuiditur in tres partes: quia primò determinat de forma in ſe: ſecundò determinat de forma in cõparatione ad ſubſtantiam compoſitam: tertiò determinat de forma in cõparatione ad mouens. (*Forma principium eſt.*) F Secũda ibi [Subſtantiæ autem tres ſunt.] Tertia ibi [Mouentes quidem igitur.] Prima in tres, ſecundùm ꝙ tria oſtendit de forma: primò.n.oſtendit formã eſſe principium: ſecundò oſtendit, ꝙ forma non generatur: tertiò oſtendit, ꝙ omne qđ generatur, à ſibi ſimili generatur. Scđa ibi [Poſtea quia nec.] Tertia ibi [Poſtea quia quæcunque.] Oſtendit ergo primò, formam eſſe principium, dicens; quòd tres ſunt cauſæ, & tria ſunt principia ſubſtantiæ mutabilis, de numero quorum principiorũ duo ſunt contraria, quorum unum eſt ſpecies & forma, ſecundum priuatio: tertium autem eſt ſubiectum, ſiue materia, quæ ſubiicitur utrique contrariorum: quaſi dicat Philoſophus, cuiuslibet mu- G tationis, & per conſequens cuiuslibet ſubiecti mutabilis, ut eſt in fieri, tria ſunt principia, forma, priuatio, & materia.

(*Quæſtio.*) Quæreret aliquis, Vtrum priuatio ſit principium ſubſtantiæ mutabilis? Dicendum eſt, quòd (*Subſtantia mutabilis dupliciter.*) ſubſtantia mutabilis poteſt conſiderari duobus modis: uno modo ut eſt in fieri: ſecundò modo ut eſt in eſſe. Si conſideratur primo modo, ſic dico, quòd priuatio eſt principium; quia omne, quod fit, ſupponit priuationẽ eius, quod fit: ſi autem conſideretur ſecundo modo, ſcilicet quantum ad eſſe, ſic dico quòd priuatio non eſt principium; quia priuatio non ſubintrat eſſentiam ſubſtantiæ mutabilis. (*Priuatio quomodo ẽ principium ſubſtantia, et quomodo aliud à materia, et forma.*) Intelligendum eſt ergo, quòd aliter ſe habet priuatio ad formam mutabilem, H & aliter ſe habet ad eandem materia & forma: priuatio enim ita ſe habet ad formam mutabilẽ, quod eſt principium ipſius fieri, ſed non eſt principium eſſendi: materia autem & forma & ſunt principia ipſius fieri, & etiam ipſius eſſentiæ, ipſius fieri quidem, quia quidquid fit, poteſt fieri, & ita fieri ſupponit potentiam, & per conſequẽs materiam: & ſic materia eſt principium ipſius fieri, & etiam forma, quia fieri determinatur ad formam, & nec dum materia, & forma ſunt principia ipſius fieri; ſed etiam ſunt principia eſſendi; (*Subſtantia transmutabilis ex quibus componitur.*) quia omnis ſubſtantia tranſmutabilis eſt compoſita ex potentia & actu, ex forma & materia.

Poſtea quia nec fit materia, nec ſpecies. Dico au- E *tem ultima; omne namque tranſmutat aliquid, & ex aliquo, & in quid. Et à quo quidem, primo mouente. Cuius uerò materia. In quod uerò ſpecies. In infinitum ergo ſunt, ſi non ſolùm æs fit rotundum, ſed & ipſum rotundũ, aut æs: neceſſe eſt itaq; ſtare.*

Oſtendit ſecundò, quòd forma non fit, & eſt ratio talis; omne, quod fit, habet in eſſentia ſui (*Forma non fit.*) poſſe fieri, & etiam actum, qui acquiritur per ipſum fieri: ergo omne, quod fit, eſt compoſitum ex potentia & actu, & per conſequens ex materia & forma: ſi ergo forma ſic compoſita eſt ex aliquo poſsibili, & aliquo formali; de illo ergo formali quæro, aut fit, aut non fit? ſi non fit, habeo propoſitum.ſ.quòd forma non fit; quia qua ratione hoc formale non fit, nec quodcũque aliud; (*In materiis & formis non eſt proceſſus in infinitum.*) F ſi autem hoc formale fit, ergo eſt compoſitum ex potentiali, & formali, & ſic erit abire in infinitũ: forma ergo non fit. Viſa hac ratione, patet litera Philoſophi quæ dicit, quòd forma non generatur nec materia: loquor autem hic non de materia & forma compoſita, ſed de materia ultima & (*Nec forma, nec materia generatur.*) ſimplici: quòd autem forma non generetur, patet; quia omne, quod tranſmutatur, ex aliquo poſsibili tranſmutatur, & ab aliquo tranſmutatur, & in aliquid tranſmutatur: illud poſsibile, quod tranſmutatur, uocatur materia; illud autem, à quo tranſmutatur, uocatur mouẽs & agẽs: illud autem, in quod tranſmutatur, eſt ſpecies, & forma; ſi ergo forma fit, ex aliquo poſsibili fit, quod quidem poſsibile in aliquod formale tranſ- G mutatur; ſi autem ita eſt, forma eſt compoſita ex potentiali & actuali: hoc aũt eſt impoſsibile: ſic .n.eſſet abire in infinitum: ſi.n.non fiat æs rotundum, ſed fiat æs tantùm materia, uel fiat rotunditas tantùm.i.forma; ſequitur ꝙ eſt abire in infinitum: cum ergo infinitas ſit impoſsibilis, neceſſe eſt ergo ſtare in aliquo, quod fiat per ſe, & hoc eſt ipſum compoſitum, non materia tantùm, nec forma tantùm. Notandum eſt, ꝙ ratio Philoſophi fundatur ſuper ratione eius, quod fit, uel ſuper rationem ipſius fieri; nam ipſum fieri ex hoc eſt, quod poſsibile deducitur ad actum; quod quidẽ poſsibile, & qui quidẽ actus ſunt de eſſentia rei (*De eſſentia rei fiendæ quid.*) fiendæ; & ſic quodlibet fiendum eſt compoſitum ex poſsibili, & actu. Ex quo ſequitur, ꝙ materia H non fit: ſi.n.materia fieret, primò poſſet fieri, & ex poſsibili deduceretur ad actũ: ex quo ſequitũ, ꝙ materia eſſet cõpoſita ex poſsibili, & actu: ex quo ẽt ſequitur, ꝙ forma non fit, quia ſi fieret, primò fuiſſet ĩ ipſo poſsibili, qđ quidẽ deduceretur ad actum, & ſic forma eſſet cõpoſita ex poſsibili & actu. Imaginatur.n.Philoſophus, ꝙ omne, qđ fit, de eſſentia ſui habet aliquid, per quod prę fuerit; & actum, ad quẽ deducitur potentia: & ſic de eſſentia ſui habet potentiam & actum, & per conſequens fit; nec potentia fit, nec actus; ſed compoſitum ex utroque. Deinde cum dicit.

Poſtea quia quæcunque ex uniuoco fit ſubſtantia; nam & quæ natura ſunt ſubſtantia, & alia. Aut enim arte, aut natura ſunt, aut forma, aut caſu. TEX.13.

su. Ars igitur principium est in alio: natura autem principium in ipso: homo namq; hominem generat. Reliquæ uerò causæ horum priuationes.

Ostendit tertium de forma, scilicet ꝙ forma fit ex sibi simili, dicens: ꝙ quęcunque forma, hoc est substantia formalis fit ex uniuoco, idest fit ex sibi simili; subiecta enim, quæ fiunt a natura, fiunt *Forma fit ex sibi simili.* ex sibi simili; alia etiam, quæ non fiunt a natura, fiunt etiam a sibi simili: omne enim, quod fit, uel fit ab arte, uel fit a natura, uel fit a fortuna, & a casu. Differentia autem est inter artem, & naturam: *Differentia inter artē & naturā.* quia ars est principium actionis & motus; tamen est principium extra illud, quod mouetur: natura autem est principium motus intra: illud autem, quod fit ab arte, & à natura, fit ex sibi simili; non autem quod fit à casu & à forma, quia fortuna & casus sunt priuationes harum causarum, scilicet naturæ, & artis. Notandum, quòd illud, quod fit à fortuna & à casu, fit præter intentionē naturæ & intellectus: intellectus quidem quò ad fortunam; natura autem quò ad casum: & sic illud, quod à fortuna est, & à casu, fit præter inten- *Fortuna & casus sunt priuationes artis & naturæ.* tionem agentis; siue illud agens sit intellectus, siue sit natura: illud autem, quod fit præter intentionem agentis, non oportet ꝙ assimiletur agenti. Et ideo benè dixit Philosophus, ꝙ fortuna & casus sunt priuationes harum causarum. s. naturę & intellectus: & ideo non oportet, ꝙ illud, quod fit à fortuna uel à casu, assimiletur agenti: quasi dicat Philosophus, aliquid fit in passo, quod nō ca- *Quod cadit sub intentione agentis, assimilatur agenti.* dit sub intentione agētis, nisi illud agens fit natura, siue ars; & istud, qđ cadit sub intentione agentis, potest assimilari agēti: Quādo autem aliquid fit in passo præter intentionem agentis: sicut prę- ter intentionem hominis generantis est, ꝙ homo genitus habeat sex digitos; quantùm ad hoc, quòd est præter intentionem agentis, non assimilantur generans & genitum.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum semper genitum assimiletur generanti? Videtur quòd non, quia in generatis ex putrefactione genitum non assimilatur generanti. Præterea uidemus, ꝙ calor est à corporibus super cœlestibus; & tamen corpora super cęlestia non sunt calida. Videmus etiam, ꝙ mulus generatur ex asino & equa; & tamen mulus non assimilatur nec asino, nec equo. Dicendum *De ratione geniti quid.* est, ꝙ de ratione geniti est, ꝙ aliquo modo præfuerit in generante; sed tamen genitum aliquando præfuit in generante secundùm eandem rationem, & sic genitum fit aliquid simile: quia ea, quæ fiunt eiusdē rationis, similia sunt: aliquando autem illud, quod fit, præfuit in generante secundùm aliam rationem, sicut secundùm aliā rationem est calor in aere, & in corporibus super cœlestibus. Hoc est ergo de essentia geniti, ꝙ præfuerit in generante uirtualiter, sed ꝙ præfuerit secūdùm eandem rationem, hoc accidit: illud ergo, quod est generatum siue per putrefactionem, siue quocūque alio modo, præfuit in generante uirtualiter, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ aliquid possit generari, & hoc præfuisse appellauit fortè Philosophus similitudinem. Ad argumentum *Ad argum.* primum dicendum est, ꝙ secundum Commen. in putrefactione est uirtus propria formalis similis artificio: sicut ergo illa, quæ fiunt ex artificiis, fiunt ex sibi conuenienti, ita similiter ea, quæ fiūt ex putrefactione: Q. d. Commentator: sicut in se- *Hic co. 12.* minibus est uirtus generatiua speciei, ita similiter in putrefactione: & sicut generatum præluit in uirtute seminis, ita similiter animalia, quæ fiūt ex putrefactione, præfuerūt in uirtute putrefacti. Hæc tamen est differētia, quia illa uirtus, quæ est *Conuenientia, & differentia inter genita ex putri, & ex semine.* in semine, fit à duplici agente: fit. n. ab habente semen, & a sole: uirtus autem, quæ est in putrefactione, solùm fit à sole. Licèt autem in hoc sit differentia; tamen ad huc in hoc est conuenientia: quia uirtus, quæ est in semine, assimilatur arti, quia sicut ars, quæ est in mente artificis, uirtualiter cōtinet ipsum artificiatum; Ita similiter uirtus, quæ est in semine, uirtualiter continet ipsum generatum. Et eodem modo uirtus, quæ est in putrefactione, assimilatur arti, quæ uirtualiter continet generatum; & etiam quia talis uirtus determinatè agit, & per determinata media, quasi rememorata ab arte. Notandum, est etiā de istis, quæ generantur ex putrefactione, & de his, quę fiunt ex *Differentia inter ea, quæ fiunt casu, & ex putrefactione.* casu: ꝙ illa, quæ generantur à casu, non sunt species intentæ à natura; & ideo nō numerantur in ter illa, quæ fiunt à sibi conuenienti: illa autē, quæ fiunt ex putrefactione, sunt species intentæ à natura: quæ. n. fiunt à casu, magis debent uocari priuationes generabilium, quàm uerè generabilia; quæ autem fiunt à putrefactione, inter uerè generata numerantur, & inter species intentas à natura: uerum est ꝙ diminuuntur, & sunt in quodam esse diminuto respectu specierum, quæ generantur à patre, & matre. Ad secundum argumentum, dicendum est, ꝙ calor, qui est in corporibus inferioribus, secundùm aliquam similitudinem (licèt imperfectam) attingit corpora superiora, & hoc quia materia inferior non potest pertingere ad perfectam similitudinem superioris agētis. Ad tertium argumentum dicit Commentator, ꝙ *Pag. 112. D.* aliqua similitudo est inter mulum, & generans, licèt non perfecta: nā intentio cōis, ex qua fit mulus, est natura cōmunis asino & equo: sed de isto argumento recurrendum est ad Septimum.

Substantiæ autem tres sunt. Materia quidē hoc aliquid substantia in apparere: nam quæcunque sunt tactu & non connascentia, materia & subiectum. Natura uerò hoc aliquid, in quantùm habitus quidam. Ampliùs tertia, quæ est ex his singularis: ut Socrates, & Callias. TEX. 14.

Determinat de forma per comparationem ad substātiā cōpositam. Et diuiditur in duas partes; quia primò diuidit substantiā, in materiā, & formā, & cōpositum: secundò ostendit, ꝙ in quibusdā formis manifestū est, ꝙ non sunt præter substantiam cōpositam, & hoc facit ut improbet opinionē Platonis Secunda ibi [In quibusdā igitur.] *Substantia triplex.*

 Dicit

Substantia triplex.

Dicit ergo primò, quòd substantię sunt tres, scilicet materia, quæ est hoc aliquid in apparere, idest uideri; nam in his, quæ habent esse per contactū, idest artificialiter, & non ex connascentia, idest naturaliter tota substantia rei est materia. Secunda autem substantia est forma, quæ quidem forma est natura rei, inquantùm res per eam est hoc aliquid: quæ etiam forma est habitus quidā rei, hoc est, dicit rem suam per modum habitus. Tertia autem substātia est substantia singularis, composita ex his, idest ex materia & forma; sicut substantia Socratis, & substantia Calliæ. Notandum est, quòd illud uerbum Philosophi, quòd materia est substantia in apparere, potest exponi multis modis. Vno quidem modo est substantia in apparere, hoc est secundùm quòd multis uidetur, putatur esse tota substantia rei; fuerunt enim quidam, qui non percipientes formam substantialem, dicebant, quòd materia erat tota substantia rei; sic ergo (secundum istos) materia erat tota substantia rei; & accipiebant exemplum in artificialibus; uidemus enim, quòd in artificialibus materia est tota substantia rei, forma autem sunt accidentia; ita similiter in naturalibus tota substātia rei materia est. Huic expositioni concordat litera Philosophi, quæ dicit, quòd in illis, quæ habent esse per contactum, id est artificialiter, & non ex connascentia, id est naturaliter, materia & subiectum, est tota substantia: quasi dicat (secundum istos) sicut est in artificialibus, quòd materia est tota substantia rei, ita est in naturalibus.

Artificialiū tota substātia est materia.

Materiam esse substantiam in apparere, multipliciter.

Secunda expositio huius uerbi, quòd materia est in apparere, est ista, quòd materia est substantia, ratione cuius forma sentitur & apparet. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd formæ sunt in duplici differentia, quædam enim sunt formę, quæ non sunt immersæ in materia, nec in quantitate, & istæ sunt formæ intelligibiles: quædam autem sunt formę, quæ sunt in materia, & quæ sunt extensę ad extensionem quantitatis, & istæ formæ sunt formæ sensibiles: nulla ergo forma est forma sensibilis, nisi sit forma materialis; materia ergo substantia est in sentiri & uideri. Quasi dicat, forma de se nō est nisi intelligibilis, quòd autem sentiatur & intelligatur, hoc non habet, nisi inquantùm est in materia; & ita possumus dicere, quòd materia est substantia in apparere, hoc est; est substantia, in qua est omnis forma, quæ sumitur. Tertio modo potest exponi hoc uerbum sic, materia est hoc in apparere, id est materia scitur & uidetur per materiam, quæ sentitur. Ad cuius expositionis euidentiam notandū est, quòd materia naturalis est sensibilis secundùm analogiam: est enim materia naturalis, cuius proportio ad formam naturalem talis est, qua lis est proportio ligni ad aliquam formam accidentalem: materia ergo apparet hoc, id est scitur esse hoc per materiam artificialem, quæ uidetur: intellectus .n. noster per magis nota deuenit in minùs nota; per materiā ergo, quæ est in artificia

Formæ duplices.

In hoc habetur, quomodo materia est cognoscibilis p analogiā non quidē ad formam: ut multi falsò imaginātur.

E libus, deuenit in notitiam materiæ, quæ est in naturalibus: & sic apparet per materiam, quæ uidetur, id est per materiam artificialium, & hoc est scire eam per analogiam. Huic autem expositioni concordat litera Philosophi, quæ dicit: ꝙ in his, quæ habent esse per contactum, & non ex connascentia, materia est substantia; quasi dicat Philosophus, materia in naturalibus cognoscitur per materiam illam, quæ est in artificialibus, quæ artificialia habent esse per contactum; quia sicut in artificialibus materia est quædā substātia in potentia ad artificiales formas: ita similiter in naturalibus, materia est in potētia ad formā naturalē.

Artificialia habent esse per contactum.

F Quarta expositio huius uerbi potest esse talis; quòd materia est hoc per formam, quæ forma apparet & intelligitur: quasi dicat Philosophus, materia non est hæc, nisi per formam, quæ apparet. Ad huius expositionis euidentiam notādum est: quòd communiter materia non habet intentionem intellectiuam, per quām possit intelligi; & per quam possit esse; quia de natura materiæ est, quòd sit in potentia ad formam: & quia forma est intentio intellectiua, ideo materia est in potētia ad intellectionem intellectiuam, & de se non habet illam: forma autem est intentio intellectiua, per quam habet esse materia; sic ergo materia est hæc per formam. Et huic expositioni concordat litera Commenti, quæ dicit sic: quòd materia est illud, quod est secundùm contactum, & non secūdum ordinem: quasi dicat Philosophus,

Intentio intellectiua, per quā materia habet esse.

G materia est hæc secundùm adunationem, & contactum, siue cum alio, id est cum forma; & nō est hæc secundùm ordinem, idest secūdùm aliquam intentionem intellectiuam, quæ sit in ea. Appellatur autem huiusmodi ordo, intentio formalis; quæ non est de essentia materiæ: & hoc quia materia est in potentia ad omnē talem intentionē.

Quæreret aliquis, Vtrum forma sit quidam habitus, sicut dicit Philosophus? Dicendum est, ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd forma, & esse differunt ad minùs secundùm rationem: quia forma dicit rationem suam, siue rem suam per modum habitus: esse autem per modū

Quæstio.

Forma, & esse quomodo differant.

H actus. Imaginabimur enim suo modo differētias inter formam, & esse: sicut inter lucem, & lucere: lux enim dicit rem suam per modum habitus: lucere autem per modum actus: ita similiter forma dicit rem suam per modum habitus; & esse per modum actus; & ideo benè dixit Philosophus, quòd forma est habitus quidam. Alio modo possumus exponere huiusmodi uerbum, dicendo, quòd sicut habitus est principium actus; ita similiter forma est principium ipsius esse: imaginabimur enim quòd esse est ab essentia, & formalitate formaliter; & ab efficiente effectiuè. Ex quo apparet differentia inter formam, & habitum: quia habitus est principium effectiuum respectu actus: sed forma & essentia respectu ipsius esse sunt principium formale, & non effectiuum. Tunc subdit,

Differentia inter formā & habitū.

In qui-

In quibusdam igitur hoc non est præter compositam substantiam, ut domus, si non est ars. Nec est generatio, nec corruptio horum; sed alio modo sunt, & non sunt: ut domus, quæ sine materia, & sanitas; & omne, quod secundum artem. Sed si quidem in eis, quæ sunt natura.

TEX. 15. *Quapropter non malè Plato ait, quia species sunt quæcunque natura. Si quidem sunt species aliæ horum: ut ignis, caro, caput. Omnia enim materia sunt, & eius, quæ maximè substantia, ultima.*

Ostendit, quòd in quibusdam forma non est præter substantiã compositam. Ad cuius euidentiam notandum est; quòd Plato posuit, quòd formalitates rerum, & quidditates separatæ sunt, quas quidditates uocabat ideas; hanc opinionem uult improbare hic Philosophus, uolens ostendere, quòd formalitatem esse separatam, statim apparet salsum in formis artificialibus; quę quidem formæ artificiales habent duplex esse: unum esse habent in materia; & aliud esse habent in mente artificis; nunquam enim habent esse separatũ; sed suum esse semper est in alio; siue sit in materia, siue sit in mente artificis, & ita ad minùs opinio hæc apparet falsa in formis artificialibus. Visa hac sententia patet litera, quæ dicit: quòd manifestum est in quibusdam formis, scilicet artificialibus, quòd non sunt præter substantiam compositam; species enim domus semper est in materia: nisi accipiatur domus pro arte, quæ est in mente artificis: talis enim species, quæ est in mente artificis, est aliquo modo: & huius speciei, quæ est in mente, non est generatio, neque corruptio; quia illa, quæ sunt in intellectu, non propriè generantur, & non corrumpuntur; sed uel non sunt, uel si sunt, hoc est per alium modum, scilicet per disciplinam: forma enim domus, quæ est sine materia; & forma sanitatis, quæ est sine materia in mente artificis; & omne, quod est per artem in mente artificis, per alium modum est, quàm per generationem & corruptionem: & tales formæ non sunt separatæ, sed si aliquę formæ sunt separatæ, illæ sunt, quæ sunt præter materiam. Vnde Plato non malè dixit quantùm ad hoc, quando dixit, quòd species separatæ sunt species & formę rei naturalis; licèt autem sic dixerit, tamen nõ simpliciter benè dixit; quia multæ sunt species naturales, quæ sunt aliorum, hoc est, quæ sunt in alio, scilicet in materia, & non separantur ab ea, sicut est caro, & ignis, & caput; omnia enim hæc in materia sunt; nec separantur a substantia prima, quæ maximè substantia est. Quasi dicat Philosophus; dictũ Platonis apparet falsum primò in formis artificialibus, quia uel sunt in materia, uel sunt in mente artificis: apparet etiam falsum in multis formis naturalibus, quæ necessariò sunt in materia, sicut est forma carnis, & similes formæ.

Inuehitur in Platonis Ideas.

Formæ artificiales habẽt duplex esse. & inseparabiles sunt à materia.

Formæ artificiales ĩ mẽte non generantur, nec corrũpuntur.

In quo benè et in quo malè, dixerit Plato circa negotiũ idearũ.

Quæstio. Quęreret aliquis, Vtrũ per dictũ Philosoph. de formis artificialibus possit apparere falsitas opinionis Platonis etiam formis in naturalibus? Dicendum est, quòd sic. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd sicut formæ artificiales habent duplex esse, unum scilicet in mente artificis, & secundum in materia: ita similiter formæ naturales habent duplex esse, unum scilicet in materia, & secundũ in intellectu motoris primi, quod quidem esse uocatur esse ideale. Sicut ergo benè arguitur, quando dicitur; forma artificialis uel est in materia, uel est in mente artificis, ergo non est separata; ita similiter benè arguitur, forma naturalis uel est in materia, uel est in intellectu motoris, ergo non habet esse separatum. Imaginabimur ergo, quòd omnia naturalia respectu primi sunt artificialia, quia omnia deriuata sunt ab intellectu primi, tanquam ab arte prima: sicut ergo artificialia non habent esse separatum, ita nec formæ naturales. Deinde cum dicit.

Formæ naturales habẽt duplex esse.

Omnia naturalia respectu primi sunt artificialia.

TEX. 16. *Mouentes quidem igitur causæ, uelut priùs facta existentes. Quæ autem ut ratio, simul. Quando enim sanatur homo, tunc etiam sanitas est, & figura æreæ sphæræ simul & ærea sphæra.*

TEX. 17. *Si autem posterius aliquid manet, perscrutandũ est. In quibusdam enim nihil prohibet, ut si est anima talis: non omnis, sed intellectus. Omnẽ namque impossibile forsan.*

Comparat causam formalem ad causam mouentem; & hoc quia causa mouens potest præcedere illud, cuius est causa; forma autem non præcedit illud, cuius est forma. Duo autem facit; quia primò ponit differentiam inter causam mouentem, & formalem: secundò excludit errorem Platonis ibi [Palàm itaque] Dicit ergo primo, quòd causæ mouentes sunt priùs, quàm res, quarum sunt causæ: quia non simul fit causa mouens, & res, quæ est per motum; sed causa mouens præcedit: causa autem formalis, quæ est sicut ratio rei, simul incipit esse cum re, cuius est forma: non enim est ante sanitas, quàm sanum; sed simul incipit esse sanitas cum sano: similiter non priùs est figura ęreæ sphæræ, quàm sphæra; sed simul incipit esse cum ea, & sic non præexistunt formę substantiis compositis. Vtrum autem sit aliqua forma, quę remaneat post substantiam compositam, perscrutandum est: in quibusdã enim formis non uidetur impossibile, scilicet q maneat post substantiam compositam, sicut si dicamus: quòd anima manet, corrupto corpore, manifestum est, q non tota anima manet, sed intellectus, qui non corrumpitur corrupto corpore: omnem enim animam quò ad omnem potentiã manere post compositam substantiam, est impossibile; sed non est impossibile quò ad intellectum. Notandum est, quòd sententia Philosophi in breui est ista; quòd de essentia cuiuslibet formæ est, quòd incipiat esse cum substantia cõposita, sed tamen aliqua forma est, quæ potest habere esse post substantiam compositam, sicut est intellectus: licèt enim potentiæ sensitiuæ, quæ sunt alligatæ organis, non habeant esse post substantiam compositam, tamẽ forma intellectiua habet esse. Sequitur.

Cõparatio ĩter causam formalẽ, et efficientem.

An anima maneat corrupto corpore.

De essentia cuiuslibet formæ quid.

TEX. 18. *Palàm itaque, quòd non oportet propter hoc esse ideas*

ideas : homo enim hominem generat, qui singularis aliquem. Similiter autem & in artibus: medicinalis enim ars ratio sanitatis est.

TEX. 19.

Causæ autem & principia alia aliorum sunt, ut est, aut ut non: si quis dicat uniuersaliter, & secundũ propositionem eadem omnium.

Insurgit in Platonem.

Ex dictis Philosophus excludit opinionem Platonis. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd ideo Plato ponebat ideas, ut ad similitudinem illarum formarentur omnia sensibilia: ponebat.n. ideam omnium hominum, ad cuius similitudinem formarentur homines sensibiles: ponebat ergo, quòd necesse est ponere ideas propter talem formationem. Hanc autem necessitatem excludit Philosophus, dicens; quòd non est necesse ponere ideas propter generationem; homo enim generat hominem, sicut singularem hominem singularis homo: quasi dicat, ad generandum sufficit ponere hominem sensibilem, & non oportet ponere hominem intelligibilem & idealem. Sicut autem est in natura, ita est in arte; in artibus enim non oportet ponere aliquid separatum; sufficit enim in artificialibus ponere formam in mente artificis, à qua deriuatur forma, quæ est in materia: ars enim medicinalis, quæ est in mente medici, est causa sanitatis, quæ est in materia: causæ autem, & principia siue in naturalibus, siue in artificialibus, respectu diuersorum diuersæ sunt. Verũ est, quòd ipsas esse diuersas, est ut sic, & est ut nõ: secundùm enim rationem sunt diuersæ, tamen secundùm proportionem, & naturaliter acceptæ, sunt eædem: quomodo autem hoc sit, habet declarari in sequenti lectione. Notandum est, ꝙ Commentator in exponendo hanc literam, ponit multa notabilia: primum notabile est de similitudine artis & naturæ: simile enim est de arte & natura: nam sicut ars est forma artificialis, existens in mẽte artificis, in uirtute cuius fit artificiatum: ita similiter in naturalibus forma generantis est, in cuius uirtute fit generatum: & sicut forma in mente artificis est sufficiens causa respectu artificiati sine positione idearum; ita similiter forma, quæ est in generante, est sufficiens causa generationis sine positione idearum. Secundum notabile, quod potest accipi per dicta Cõmentatoris est de comparatione opinionis Arist. ad opinionem aliorum: uidetur enim dicere Commentator, quòd opinio Philosophi in factione formarũ est opinio media inter ponentes creationem, & inter ponentes latitationem: ita quòd opinio sua aliqualiter assimilatur latitationi, & differt a latitatione: assimilatur etiam creationi, & differt ab ea. Latitationi quidem assimilatur. Anaxag. enim posuit, quòd formæ latent, & etiam Philosophus: sed differenter; ille enim posuit, quòd latent in actu, Philosophus autem quòd latent in potentia: ita quòd ea potentia trahuntur ad actum. Imaginatur enim Philosophus, quòd forma non fit, sed compositum; & hoc ponitur per istum modum; agens enim mouet materiam, & mouendo eam, E & transmutando deducit eam ad actum: & sic illud, quod fit, est compositum ex potẽtia & actu: & ideo generatio aliqualiter assimilatur congregationi, inquantùm aliquo modo generans congregat inter potentiam & actum, extrahendo illud, quod est in potentia, ad actum. Tenet etiam Philosophus, quòd generatio nõ est ex hoc, quòd forma ueniat ab extrinseco: quando.n. fit calidũ, non fit ex hoc, quòd aliquis calor ueniat ab extrinseco; sed quia calidum in potentia fit calidum in actu, ita quod primò præfuit in potentia, fit in actu: assimilatur ergo opinio Philosophi latitationi (ut dictum est) & differt ab ea. Assimilatur deinde creationi; quia illud, quod est in potentia, fit in actu: differt autem, quia in creatione forma fit ex F non forma, secundùm autem opinionem Philosophi per transmutationem materiæ per se fit compositum, & per accidens fit ipsa forma; ita quòd forma propriè non fit. Tertium, quod potest uideri in uerbis Commentatoris, est de habitudine, quam habet generans ad generatum; omne enim generans extrahit illud, quod est in potentia, ad actum; & omne generans aliquo modo prohibet illud, quod extrahit de potentia ad actum; prohibet quidem in potentia & uirtute, tamen nõ prohibet in actu. Et quantum ad hoc simile est de uirtutibus naturalibus, & de uirtutibus artificialibus: secundùm enim Commentatorem uirtutes, quæ sunt in seminibus, & ars, quæ est in mente artificis, assimilantur: uirtutes enim, quę sunt in se- G minibus, faciunt animata, & tamen non sunt animata in actu, sed in potentia, & intelligit hic in potentia actiua: imaginatur enim quòd omne factum potentialiter & uirtualiter est in faciente: animata ergo potentialiter & uirtualiter sunt in uirtute seminis. Sicut autem est de uirtutibus in seminibus, ita similiter est de arte: ars enim est in potentia ipsum artificiatum, & non in actu: sicut domus, quæ est in mente artificis, non est domus in actu, sed in potentia: hoc est dicere, domus, quę est in mente artificis, continet potentialiter & uirtualiter domum, quæ est in materia: & sic simile est de uirtutibus, quæ sunt in seminibus, & de arte. Et ideo uirtutes, quæ sunt in seminibus, aliquando à Philosopho uocantur uirtutes diuinę & H intellectuales, quia assimilantur intelligentiæ: sicut enim ars agit ordinatè, & ad debitum finẽ: ita similiter uirtus, quæ est in seminibus, ordinatè agit, & per debita media, & per debitum finem; uirtutes enim naturales (sicut dicit idem Commentator) agunt quasi rememoratę ex intelligentijs. Quartũ notabile, quod ponit hic Commẽtator, est de calore, qui est in seminibus: dicit enim quòd calor, qui est in seminibus, non est calor igneus; calor enim igneus non facit nisi desiccationem aut calefactionem; hic autem calor facit figuram & formam; unde iste calor assimilatur calori artificiali; sicut enim per calorem artificialem introducitur aliqua figura uel forma: ita similiter per istum. Imaginatur enim, quòd sicut calor

Idea ad nullam generationẽ necessaria sunt.

Principia, siue causæ entium quo eadem, & quo diuersa.

Pregmata Commen. Auerrois.

Opinio Arist. media inter creationẽ, et latitationem formarum.

Compositũ fit, & non forma.

Forma fit per accidens, cõpositũ per se.

Proportio inter uirtutes naturales, et artificiales. Vid. in 7. huius tẽ. 31.

In libro de Animalibus.

Ars quomodo agit.

Calor existẽs in seminibus, qualis.

Calor artificialis est instrumentum artis. lor artificialis est instrumentum artis, & regulatur ab arte; ita quòd ista forma introducitur per uirtutem artis: ita similiter calor, qui est in seminibus, est instrumentum alicuius uirtutis; & ideo secundùm modum illius uirtutis introducitur forma. Et ideo dicit Commentator: quòd iste calor habet formam, per quam conseruatur in esse; quæ quidem forma est anima, non in actu, sed in potētia: hoc est dicere; quòd iste calor iungitur cum aliqua potentia, sicut instrumentum in naturali agente, quæ quidem potentia continet generandum in potentia uirtuali, & non in actu. Quintum notabile, quòd ponit hic Commentator est, quòd ars diuina assimilatur principali arti; sub qua continentur plures artes: sicut enim ars principalis dirigit artes inferiores; ita similiter omnia, quæ aguntur in natura, aguntur ac si essent rememorata ex arte primi agentis. Vnde Commentator dicit: quòd natura ordinatè agit & per fectè, & tamen non intelligit; & hoc quia agit rememorata ex intelligentiis: quasi dicat Commentator: omnis ordo, qui est in natura, determinatur ab intelligentia, deriuatur enim ab arte prima. Et notandum, quòd quamuis natura non intelligat ordinem suum, & finem proprium; tamen dirigitur ab aliquo, quod intelligit istum ordinem, & istum finem; debitus enim ordo, & debitus finis imponitur naturę ab arte prima.

Ars diuina quo principali arti assimilatur.

Natura ordinate et perfectè agit; non tamen ordinē suū intelligit.

Dubitabit autem utique aliquis, utrum altera, aut eadem sint principia, & elementa substantiarum, & eorum, quę sunt ad aliquid, & cuiuslibet Categoriarum similiter?

In parte ista quærit Philosophus, utrum elemēta omnium prædicamentorum sint eadem, uel sint diuersa? Et diuiditur in tres partes, quia primò quærit quæstionem suam: secundò probat, ꝙ elementa omnium prædicamentorum non sunt eadem: tertiò ostendit, quomodo elementa omnium prædicamentorum possunt dici eadem, & quomodo non. Secunda ibi [Sed inconueniens.] Tertia ibi [At ut dicimus.] Dicit ergo primò, ꝙ quærendum est, utrum elementa substantiarum, & relationis, & breuiter omnium categoriarum, idest omnium prædicamentorum sint eadem, uel diuersa?

An omniū prædicamētorum sint eadem principia, uel diuersa.

Quæreret aliquis, cum Philosophus intendat quærere, Vtrum elementa omnium prædicamentorum sint eadem, quare specialem mentionem fecit de relatione, magis quàm de alio prædicamento? Dicendum est, quòd ratio, quare facta est specialis mentio de relatione, potest reddi duplex; una est propter esse relationis: secunda est propter fundamentum relationis. Ad euidētiam primæ uiæ, & primæ rationis notandum est, quòd inter omnia prædicamenta relatio habet minimū de esse; esse enim relationis est esse ad aliud, & ita suum esse debilissimum est. Imaginabimur ergo, quòd quoddam prædicamentum est, cuius esse firmum & fixum est in se; ita quòd eius esse est in se: & tale prædicamentum est prædicamentum substantiæ: & tale prædicamentum multum habet de esse. Quoddam prædicamentum est cuius esse, est esse in alio, quale est prædicamentum qualitatis, & quantitatis: & tale prædicamentum minùs habet de esse, quàm primum: quantitas.n. & qualitas non sunt entia, nisi quia sunt entis. Tertium prædicamentum est, cuius esse est ad aliud se habere; & tale prædicamentum minimū habet de esse; ita quòd minùs habet, quā primū, & secundum: unde dicit Commentator, quòd relatio per minimum sui esse ab aliquibus numerabatur inter secundas intentiones. Sic ergo ad propositum; quia relatio habet minimū de esse; ideo specialis mentio fit hic de relatione: quasi dicat Philosophus, relatio per minimum sui esse distat maximè a substantia; quæ multum habet de esse; & ideo specialiter quæstio est, utrum substantiæ, & relationis sint eadem principia, tanquam duorum prædicamentorum, quæ magis distant: patet ergo prima ro, quæ sumitur ex esse relationis. Secunda ratio est ex fundamento relationis. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd relatio propter suum debilissimum esse fundatur super alia prædicamenta: sicut æquale & inæquale fundātur super quantitatem: simile & dissimile super qualitatem: quia ergo relatio fundatur super alia prædicamenta, ideo propinquissimum uidetur aliis prædicamentis, super quæ fundatur; propter quā propinquitatē fortè uideretur alicui, ꝙ eadē essent principia aliorum prædicamentorū, super quæ fundatur relatio, & principia relationis: unde sicut priuationis ratio sumebatur ex remotione, quæ est inter esse substantię, & esse relationis; ita ista ratio sumitur est propinquitate, quæ est inter fundamētum relationis, & ipsam relationem; propter quam propinquitatem uidentur habere eadem principia. Est enim diligenter notādum, quòd principia, quæ quæruntur hic (sicut patebit inferius) sunt principia motus, quæ sunt materia, & forma, & priuatio: ostensum est autem in Quinto Physic. quòd relationis non est motus, nisi per accidens: motus enim, qui est ad fundamentum, consequenter est ad ipsam relationem; quia ergo unus & idem motus terminatur ad fundamentū, & ad relationem, fortè uidetur alicui, quòd eadē sint principia, & elementa fundamenti & relationis. Deinde cum sequitur.

Quæstio.

Prædicamētorum qd magis, qd uerò minus hit de esse.

Secunda rō

Relatio cuius eustatis, et an ad ipsam sit motus.

Tex. cō. 10.

Sed inconueniens, si eadem omnium. Ex eisdem enim erunt, quæ ad aliquid, & substantia. Quomodo igitur hoc erit? nam extra substantiam, & alia prædicamenta, nihil est commune. Prius autem est elementum, quàm quorum est elementum. At uerò neque substantia elementum est eorum, quæ ad aliquid, neque horum aliquid substantiæ.

Ostendit, quòd non sunt eadem principia omnium prædicamentorum. Et diuiditur in duas partes; quia primò hoc ostendit: secundò specialiter ostendit, quòd ens & unum non sunt principia omnium prædicamentorum, ibi [Nec etiam intellectualium elementorum.] Prima in duas secundùm,

Non prædicamentorū eadem sunt principia.

cundùm duas rationes, quas adducit ad probandum, quòd omnium prædicamentorum non sunt eadem principia. Secunda ibi [Ampliùs quomodo contingit.] Ad euidentiam primæ rationis notandum est, quòd ponere unum & idem principium omnium prædicamentorum, hoc potest intelligi tribus modis: uno modo, quòd illud principium, quod ponitur unum & idem, sit extra omnia prædicamenta, ita quòd nullo modo sit infra prędicamentum: & iste modus est impossibilis, quia omne ens à primo ente est infra prædicamẽtum. Secundo modo potest intelligi, quòd istud principium, quod ponitur unum & idem, sit infra omnia prædicamenta: & iste modus etiam est impossibilis; & hoc quia unum & idẽ non est in diuersis prædicamentis. Tertio modo potest intelligi, quòd istud principium & elementum sit in uno prædicamento tantùm, puta in prædicamento substantię tantùm, uel in prædicamẽto relationis tantùm: & iste modus est impossibilis, quia elementum substantiæ est in substantia tantùm, & non in alio prædicamento: impossibile est enim, quòd elementum omnium prædicamentorum sit in uno prædicamẽto tãtùm. Quasi dicat ergo Philosophus, elementum, qđ ponitur unum & idem, non potest esse extra omnia prædicamenta; nec potest esse in omnibus prædicamentis, ex quo ponitur unum tantùm: nec potest esse in uno prædicamento tantùm, quia est elementum diuersorũ; ergo nullo modo potest esse. Hoc uiso, patet litera, quæ dicit quòd inconueniens est dicere, ꝙ eadem sint elementa omnium prædicamentorũ: secundùm enim hoc ex eisdem elementis esset relatio & substantia, hoc autẽ non potest esse. Nec etiam potest dici, quòd hoc elementum sit quoddam commune, quod sit extra substantiam, & extra prædicamenta, quia extra prædicamenta nihil est; si enim extra prædicamenta esset aliquod cõmune, aliquid esset principium prædicamentis, si quidem elementum est prius eo, cuius est elementum. Nec etiam potest dici, quòd hoc elementũ sit in prædicamento substantiæ tantùm, quia elementum, quod est in substantia, non potest esse elementum relationis, nec elementum relationis potest esse elementum substantię: & sic istud elementum, quod ponitur, nec est extra omnia prædicamenta, nec potest esse in prædicamento, ergo nullo modo potest esse. Notandum est, quòd si diuersorum prædicamentorum ponuntur diuersa elementa, uiam habemus ad ponendum, quomodo ista elementa sunt in prædicamento: possumus enim ponere, quòd unumquodque elementum est in proprio prædicamento: sicut elementum substantiæ in prædicamento substantiæ: si autem ponatur unum & idem elementum omniũ prædicamentorum, non est nobis uia ad ostendẽdum, quomodo illud elementum sit in prædicamento: non enim potest poni, quòd sit in uno tantùm, quia qua ratione est in uno, est in alio; ex quo est elementum omniũ: nec potest poni, quòd sit

Omne ens à primo ente ẽ infra prædicamentu.

Extra prædicamẽta nihil est.

E. in omnibus prædicamentis; ex quo est unum & idem. Deinde cum dicit.

Ampliùs, quomodo contingit esse omnium elemẽta eadem? Nullum enim possibile esse elementorum, cum ex elementis composito idem; ut ei, quod est, B, A, B, A. TEX. 20.

Ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiã notandum est, quòd elementum, & cuius est elementum sunt in eodem genere: sicut quod est ex materia & forma, est per se in genere; materia autem per reductionem: si autem unum & idem esset elementum omnium prædicamentorum, impossibile esset, quòd elemẽtum, & illud, cuius est elemẽtum, sint in eodem genere: ex quo enim est elementum omnium, & elementum est in eodem
F genere cum eo, cuius est elementum, sequitur quòd unum & idem sit in omnibus generibus, & sic circuit omnia genera, nec est in uno prædicamento, uel genere tantùm. Visa hac ratione, patet litera Philosophi, quę dicit: quòd non est possibile omnium generum esse eadẽ principia: si enim essent eadem, nullum elementorum esset idem, hoc est esset eiusdem generis cum B A. Notandum est, ꝙ hanc rationem alii aliter deducunt sic: elementum non est idem cum eo, cuius est elementum, sicut B, non est idem cum B A: si ergo unum est elementum omnium prædicamentorum, illud elementum nec est substantia, nec quantitas, nec aliquod horum prædicamẽtorum, & sic non erit in prędicamento; quod est impossi-
G bile. Attamen hæc deductio non ualet: diceret enim aduersarius, quòd licèt istud elementum non sit idem cum eo, cuius est elementum; tamen potest esse in eodem genere cum composito. Subdit deinde.

Secunda rõ

Elementũ et id, cuius est, sunt in eodem genere.

Aliter eius positio.

Impugnatio.

Nec etiam intellectualium elementorum, ut unum, aut ens: insunt enim ea singulis compositorum. TEX. 21.

Postquam probauit, quòd non est idem elemẽtum omnium prædicamẽtorum; hic probat, quòd unum, & ens non sunt elementa omnium prædicamentorum; sicut quidam ponebant, qui ponebant, quòd unum & ens sunt quædam elementa intellectualia & uniuersalia, quæ sunt elementa omnium prædicamẽtorum. Diuiditur autem hęc
H pars in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit. Secunda ibi [Nihil igitur.] Ad euidẽtiam primę rationis notandum est: quòd de ratione elementi est, quòd sit simplex, & non compositum: de ratione autem unius & entis est, quòd saluetur in quocunque ente, tam in ente simplici, quàm in ente composito: quia ambitus unius, & ambitus entis ad omnia se extendit: potest ergo esse ratio talis: elementum est simplex, sed unum & ens saluantur in ente simplici, & ente composito, ergo non sunt elementa. Hoc est ergo, quod dicit litera; quòd nullum de numero intellectualium elementorum, sicut est unum & ens; insunt singulis entibus, tam simplicibus, quàm cõpositis: si enim unum & ens essent elemẽta, sequeretur quòd simplex

Vnũ & ens non sunt elementa prædicamẽtorũ omnium.

De ratione elementi, unius, & entis quid.

plex esset elementum compositi ita, sicut elementum esset elementum simplicis. Addit.

Nihil igitur erit eorum, nec substantia, nec ad aliquid: sed necessarium. Non sunt igitur omnium eadem elementa.

Ponit secundam rationem. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd unum & ens sunt communia omnibus prædicamentis, ita quòd nō plus dicunt substantiam, quàm accidens, & hoc quia sunt communia utrisque: si ergo unum & ens essent elementa substantiæ & aliorum prædicamētorum, sequeretur quòd elementum substantiæ non plus diceret substantiam, quàm accidens, quod est impossibile: quia elementum substantiæ tantùm dicit substantiam; & sicut dico de substātia, ita dico de alijs prædicamentis. Potest ergo esse ratio in breui talis; elementum in quolibet prædicamento dicit specialem rem in tali prædicamento, sed ens & unum non plus dicunt rem unius prædicamenti, quàm alterius, ergo non sunt elementa. Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit: quod si ens & unum sunt elementa, sequitur quòd nullum de numero eorum, idest elementorum sit magis substantia, quàm ad aliquid, hoc est non diceret substantiam, nec ad aliquid, sed quid commune utrique; sed hoc est impossibile, quia necessarium est, quòd unumquodque elementum dicat specialem rem in speciali prædicamento: elementa ergo omnium prædicamentorum non sunt eadem. Sequitur in textu.

Vnū & ens sunt communia omnibus prædicamentis.

TEX. 22. *At ut dicimus est quidem ut est, est autem ut non, puta forsan sensibilium corporum. Vt quidem species calidum, & alio modo frigidum priuatio, materia uerò quòd potentia hæc primum secundùm se: substantia uerò, & hæc, & quæ ex his, quorum sunt principia. Hoc autem siquidem ex calido & frigido fit unum, ut caro, aut os. Alterum enim necesse est ab illis esse, quod factum est. Horum igitur eadem elementa & principia, aliorum uerò alia. Omnium autem ita quidem dicere non est, sed proportionaliter. Quemadmodum si quis dicat, quòd principia sunt tria, species, & priuatio, et materia: sed horum unūquodque alterum circa genus unumquodque est. Vt in colore album, nigrum, superficies, tenebræ, lumen, aer. Ex his autem dies & nox.*

Dilucidatio quæsiti.

Postquàm probauit, quòd elementa omnium prædicamentorum non sunt eadem: in parte ista ostendit, per quem modum possunt dici eadem, & per quem modum non. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quòd possunt dici eadem secundùm proportionem: secundò ostendit, quòd possunt dici uniuersaliter. Secunda ibi [Ad huc autem uidere oportet.] Prima pars in duas partes, secundùm duos modos assignandi idemptitatem principiorum secūdùm proportionem. Secunda ibi [Ampliùs autem alio modo.] Prima in duas, quia primò ostendit, quòd possunt dici eadem principia secundùm proportionem: secundò ostendit quomodo possunt esse unum principium simpliciter respectu omnium, ibi [Ampliùs præter hæc.] Prima in duas, quia primò ostendit, quomodo principia intrinseca sunt eadē, & quomodo non: secundò facit specialem mentionem de principijs intrinsecis & extrinsecis ibi [Quando autem non solùm.] Vult ergo primò ostendere, quòd principia omnium prædicamentorum sunt eadem secundùm proportionem, sed non sunt eadem secundùm rem. Ad cuius euidētiam notandum est: quòd hic quæruntur principia rei mobilis; hæc autem principia sunt tria, materia, forma, & priuatio, sicut patet ex Primo Physicorū: est ergo intentio Philosophi, quòd materia, forma, & priuatio non sunt eadem in quolibet prædicamento secundùm rem, sed secūdùm proportionem: sicut enim se habet in motu substantiali materia, & forma substantialis, & priuatio talis formæ substantialis; ita suo modo se habet materia, & forma accidētalis, & priuatio eiusdem in accidentibus. Visa hac sententia, uidenda est ratio Philosophi quę est ista: corporis simplicis & corporis mixti sunt eadem principia, non secūdùm rem, sed secundùm proportionem: quia sicut ad corpus simplex (cuius modi est aer) concurrit materia, forma, & priuatio; ita ad corpus mixtum: ergo à simili, omnium prędicamentorū erunt eadem principia non secundùm rem, sed secundùm proportionem. Hoc est ergo, quod dicit litera, quòd omnium prædicamentorum esse eadem principia, est ut sic, & est ut non; secundùm enim rem non sunt eadem, sed secundùm proportionē: hoc patet in corpore sensibili simplici & in corpore mixto; corporum enim simplicium tria sunt principia, unum est species siue forma, puta calidum; secundùm est priuatio, puta frigidum; tertium est materia, quæ est in potentia ad utrunque, scilicet ad formam, & ad priuationem; & est quid primum secundùm se, quia est principium per se, non per accidens: & hęc, scilicet materia & forma substantia est, & etiam illud, quod compositum est ex istis, substantia est: sicut ergo hæc substantia simplex, scilicet elementum, tria habet principia: ita similiter substantia mixta, quæ est quid unum ex istis simplicibus, scilicet ex calido & frigido, sicut caro, & os; est quid diuersum ab istis corporibus simplicibus, tamen factum ex eis; & habet tria principia, sicut prima substantia simplex: & sic istarum erunt elementa eadem & principia secundùm proportionem, tamen aliorum erunt alia secundùm rem. Quemadmodum autē dictum est de istis substantijs; ita dicendum est de omnibus prædicamentis; prædicamenta enim non habent eadem principia, nisi forte proportionabiliter: ut si dicamus, quòd in omni prædicamēto est species, & priuatio, & materia; sed tamen circa unumquodque genus est alia forma, & alia priuatio, & alia materia: sicut dicimus quòd in colore forma est album, priuatio nigrum, materia superficies, quæ mutatur de nigro in album: & in illuminatione forma est lumen, priuatio est tenebra, materia aer, qui mutatur à tenebris in lumen,

Principia omniū prædicamentorum quomodo eadē, & quō non.

Tex. cō. 6. et inde per totū.

Corporis simplicis & corporis mixti quō sunt eadem principia, et quot.

Fundamenta Philosophi. men: ut sicut ex aere & lumine fit dies, ita ex aere & tenebra fit nox. Notandum est, quòd sententia Philosophi fundatur super duo fundamenta: primum fundamentum est, quòd in qualibet re mobili concurrit potentia, forma, & priuatio: Secundum fundamentum est, quòd potentia, forma, & priuatio diuersificantur secundùm diuersitatem generum; quia in unoquoque genere est propria potentia, & propria priuatio, & propria forma.

Quæstio. Quæreret aliquis. Vtrum sit alia & materia, siue potentia, quæ est ad substãtiã, & ad accidens? Videtur quòd sic: quia eadem est materia, quę est ad formam substantialem, & ad formam accidentalem, quæ sequitur formam substantialem. Dicendum est, quòd possumus loqui de potẽtia duobus modis; de potentia remota, uel de potentia propinqua: si dicamus de potentia remota, sit dico, quòd eadem potentia, quæ est respectu formæ substantialis, est etiam respectu formæ accidentalis. *Potẽtia duplex.* Imaginabimur enim primò (sicut dicit Philosophus in litera) habitudinem inter corpus simplex, & corpus mixtum: secundò imaginabimur habitudinem inter formam substantialem, & accidentalem: in prima autem habitudine sic est, quòd materia prima immediatè recipit formã mixtionis; ita quòd non est in potentia ad secundam nisi mediante prima: & sic potentia remota respectu utriusque formæ una est, & tamen propinqua est diuersa; quia materia immediatè respicit formam mixti: ita est in secunda habitudine, quòd materia immediatè est in potentia ad formam substantialem, & mediante illa est in potentia ad formam accidentalem. *A. I. potentia remota. alias remote alias receptione. A. I. nõ respicit.*

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrũ forma, & priuatio sint eadem in substantia, & accidente? Dicẽdum est, quòd non: cuius ratio est, quia (ut dictum est in ratione præcedenti) formã est habitus, & esse est actus: sicut ergo est de esse & actu; ita erit de habitu & forma: uidemus enim quòd esse substantiæ est actus simplex, ergo & forma substantialis erit habitus simplex: esse autẽ accidentis est actus secundùm quid, ergo & forma accidentalis est forma secundùm quid. Differunt ergo formalitas substantiæ, & accidentis sicut formalitas simpliciter, & formalitas secundùm quid; sicut autẽ differunt formalitates; ita differunt priuationes: priuari enim forma substantiali est priuari simpliciter: priuari autem forma accidentali, est priuari secundùm quid. Sic ergo hic & ibi est diuersa formalitas & diuersa priuatio secundùm rem, licèt sint eadem secundùm proportionem. Deinde cum inquit. *Esse substãtiæ, & accidentis quid & quò differunt eorũ formalitates.*

TEX. 23. *Quoniam autem non solùm quæ insunt causæ, sed & eorum, quæ extra, ut puta mouens; palã quia alterum principium, & elementum. Causæ uerò ambo, & in hæc diuiditur principium. Quod uerò aut mouens, aut sistens, principium est quoddam.*

Postquàm dixit de causis intrinsecis; hic mentionem facit simul de intrinsecis & extrinsecis. Et

E tria facit, quia primò ostendit, quòd si est aliqua causa extrinseca, quòd ipsa est principium; secundò ostendit, quòd causæ tam intrinsecæ quàm ex trinsecæ quatuor sunt: tertiò ostendit, quòd aliquo modo possunt dici tres. Secunda ibi [Quare elemẽta.] Tertia ibi [Quoniam autem mouens.] *Agit & primo post intrinsecis & extrinsecis simul.* Ad euidentiam primi notandum est, quòd differentia est inter causam, principium, & elementũ; quia elementum dicitur propriè de causis intrinsecis, sicut de materia, & forma: principium autẽ propriè dicitur de extrinsecis, sicut de efficiente, & fine; causa autem dicitur de utrisque, scilicet tam de intrinsecis, quàm de extrinsecis. Est ergo sñia Philosophi in hac parte, ꝙ manifestũ est, ꝙ causa extrinseca & mouens est principiũ; & hoc *Differentia inter causã principium, & elementum.*

F fundatur in dñia inter elemẽtũ, & principiũ: quia elementum dicitur de causis intrinsecis; principium autem de extrinsecis; causa autem de utrisque. Hoc uiso, patet litera, quæ dicit; quòd non solùm causæ, quæ insunt, hoc est causæ intrinsecæ sunt causæ; sed etiam causa, quæ est extra; sicut mouens est causa: hoc autem manifestum est ex hoc, quòd alterum est principium, & elementum: quia principium dicitur de causis extrinsecis; elementum autem de causis intrinsecis: causa uerò dicitur tam de his, quàm de illis, & principium in has causas diuiditur: illa uerè causa, quæ est sicut mouens, & sicut sistens, idest faciens quiescere aliquid, est quoddam principium. Notandum est, quòd consequentia Philosophi in breui põt esse

G ista: quidquid est principium, est causa; sed mouens est principium (quod patet, si uideatur differentia inter elementum & principium, quia elementum dicitur de intrinsecis, principium autem de extrinsecis) ergo mouens est causa. Deinde cum dicit.

Quare elementa secundùm analogiam tria; causæ autem & principia quatuor. Aliud uerò in alio, & prima causa. Quare mouens aliud, alii sanitas, infirmitas, corpus mouens medicatiua. Species in ordinatio talis, lateres, mouens ædificatoria. Et in ea diuiditur principium.

Ostendit, quòd causæ tam intrinsecæ, quàm ex trinsecę sunt quatuor, dicens; quòd manifestum est, quòd elementa, idest causæ intrinsecæ, quæ sunt eodem secundùm analogiam, scilicet ma-

H teria, & forma, & priuatio, sunt tres: causæ autem, & principia, idest causæ tam intrinsecæ, quã extrinsecę sunt quatuor, scilicet materia, forma, priuatio, & mouens; in alio autem & alio esse ẽtu est aliud & aliud mouens, quod quidem mouens est: sicut prima causa in alio alia est. Exemplum autẽ de istis quatuor causis potest dari; nam quando fit motus de infirmitate ad sanitatem, sanitas est sicut forma; infirmitas autem sicut priuatio, corpus autem, quod mouetur de infirmitate ad sanitatem, est sicut materia; species autem medicatiua, hoc est, quæ est in mente medici, est sicut efficiens mouens. Secundum exemplum est in factione domus: nam in factione domus species *Elementa sunt tria, causa uerò quatuor.*

species est sicut forma; inordinatio autem sicut priuatio; lateres autem sicut materia; species autem ædificatoria, idest quæ est in mente ædificatoris, est sicut efficiens & mouens: & sic quatuor sunt causæ, in quæ diuiditur ipsum principium.

Quæstio. Quæreret aliquis, Quare Philosophus i nnmerando causas, non facit mentionem de fine? Dicendum est, quòd duplex ratio potest reddi, quare non facit mentionem de fine: una ratio est ex parte mouentis; nam faciendo mentionem de mouente, facit mentionem de fine: cuius ratio est, quia mouens non mouet, nisi in uirtute finis: & hoc quia finis est causa causarum: finis enim mouet efficientem, qui quidem efficiens est mouens materiam ad formam: sic ergo quia efficiens mouet in uirtute finis, ideo faciendo mentionem de causa mouente & efficiente, facit mentionem de fine. Alia etiam ratio potest reddi ex parte formæ: nam faciendo mentionem de forma, aliqualiter facit mentionem de fine; & hoc, quia forma aliquo modo est finis: nam præsente forma, & præsente habitu, cessat motus; & ideo forma est finis motus. Deinde cum dicit.

Quare finis non numeratus est à Philosopho inter causas?

2. de Gen. tex. cõ. 55.

TEX. 24. *Quoniam autem mouens in Physicis quidem homo, in his autem, quæ à mente species, aut contrarium; modo quodam tres utique erunt causæ: sic autem quatuor. Nam sanitas aliqualiter medicinalis, & domus species ædificatoria, & homo hominem generat.*

Postquàm ostendit, quòd causæ sunt quatuor; hic ostēdit, quòd aliquo modo sunt tres. Ad cuius euidētiam notandum est, quòd omne, quod fit (secundùm sententiam Philosophi) fit à sibi conueniente; ita quòd efficiens, & factum sunt unum in se, licèt differant numero: sic ergo quia efficiens, & forma, quæ introducitur per efficiens, incidunt in idem; ideo quantum ad hoc computantur pro uno, & sic erunt tres causæ: quia efficiens & forma sunt unum in specie; licèt causæ sint quatuor secundùm numerum. Visa hac sententia, patet litera Philosophi, quæ dicit, quòd mouens & forma reducuntur in idem specie, tam in artificialibus, quàm in naturalibus; in naturalibus quidem homo generat hoīem, & ita hō generans & homo generatus conueniunt in specie: in artificialibus etiam, & in his, quæ fiunt à mente, species, quæ est in mente artificis, uel etiam contrarium speciei, per cuius remotionem introducitur species, quodam modo est principium: species autem, quæ est in mente artificis, aliquo modo conuenit cum re artificiata: sic ergo aliquo modo causæ sunt quatuor. Alio autem modo sunt tres, inquantum efficiens conuenit cum effectu: unde sanitas, quæ est in materia, aliquo modo conuenit cum sanitate, quæ est in mente artificis; & quando homo generat hominem, homo generans, & homo genitus conueniunt in specie.

Quō causæ sunt tres, et quomodo quatuor.

Efficiens et forma coincidunt.

Notandum est, quòd sententia Philosophi est, quòd conueniens fit à sibi conuenienti: sicut autem dicit Commentatot, & fuit sententia Alexandri Peripatetici, hoc non uerificatur in omnibus: hoc enim est uerum in agente propinquo, & non remoto: uidemus enim quòd homo generat hominem, & sol; & tamen homo conuenit cum homine in specie; & non cum sole. Debemus enim imaginari, quòd homo, & sol se habent sicut agens propinquum, & agens remotum; ita quòd homo continet generatum & uirtualiter, & formaliter; sol autem tantùm uirtualiter; sic ergo huiusmodi probatio tantùm uerificatur in agente propinquo, & non remoto. Secundò dico, quòd uerificatur in agente principali, & non instrumentali: agens enim instrumentaliter non semper assimilatur generato: exemplum Commentatoris est de corrigia, quæ reliquit uulnus in dorso uulnerati & percussi per corrigiam: & tamen nihil simile est in corrigia; assimilatur tamen speciei, quæ est in mente percutientis; ita quòd species, quæ est in mente percutientis, est sicut principale agens; corrigia autem sicut instrumentum; uulnus autem sicut efficiens, qui assimilatur principali agenti, & non instrumento. Aliud exemplum potest dari, quia species mediante serra, introducitur in materiam domus; & tamen species introducta non assimilatur serræ, sed assimilatur speciei, quæ est in mente artificis: Sic ergo hæc propositio, quòd conueniens fit ex conuenienti, non uerificatur in agente instrumentaliter. Tertiò dico, quòd non uerificatur in agentibus casualiter & accidentaliter: quòd enim fit à casu (ut dictum est supra) fit præter intentionem agentis: quod autem fit præter intentionem agentis, non oportet quòd assimiletur agenti: patet ergo quòd hæc propositio non uerificatur in tribus. Cum postea subiungit.

Conueniens fit à conueniente, quō intelligatur Auerroës hic com. 42. & 7. Metaph. com. 28. & 2. cel. cõ. 42

Sol et homo quō generāt hominē. 2. Physic. tex. com. 26.

Amplius autem præter hæc, ut primum omniū mouens omnia.

Postquàm ostendit, quòd diuersorum sunt diuersa principia mouentia; hic ostendit, quòd respectu omnium potest esse unum primum principium, mouens omnia. Et diuiditur in tres partes, quia primò hoc ostendit: secundò ostendit, quòd principia substantiæ sunt prima principia respectu accidentium: tertiò ostendit, quòd in substantia est dare ordinem, pariter & in principiis, quia aliqua sunt prima principia, aliqua posteriora. Secunda ibi [Quando autem sunt.] Tertia [Deinde hæc erunt.] Dicit ergo primò, ita est dictum, quòd diuersorum sunt diuersa principia; mouens tamen extra diuersa principia, est unum primum principium respectu omnium.

Primum principium omnium mouens, unum esse potest.

Quæstio. Quæreret aliquis, Quare Philosophus adduxit istam partem, scilicet quòd est unum primum principium

cipium respectu omnium? Dicendum est, quòd secundùm Commẽ. hæc est ratio; vt Philosophus ostendat, quòd dispositio mouentis primi est aliquo modo sicut dispositio mouentis propinqui: mouens enim propinquum mouet ad hanc formam; mouens autem primum mouet ad omnem formam: sicut autem mouens propinquũ mouendo ad hanc formam, quodam modo est hæc forma, ad quam mouet; ita monens primum mouendo ad omnes formas, quodam modo est omnis forma. Imaginatur ergo Commentator: quòd agens propinquum est arctatum ens, & per consequens est arctatæ motionis, & per consequens mouet ad certam formam, & non ad omnem: primum autem mouens est essentiæ infinitæ, & per consequens mouet ad omnem formam.

Proportio inter mouẽs primum & propinquũ.

Quæstio.

Quæreret quis, quia adhuc intellectus non quiescit, Vtrum primum mouens possit mouere ad omnem formam, ad quam mouet secundum agens, siue secundum mouens? Dicendum est ꝙ sic. Ad cuius euidentiam notandum, ꝙ secunda agentia se habent sicut agentia instrumentalia ad primum agens; modo autem ita est, quòd si omnis uirtus, quæ est in instrumẽto, esset in principali agente, æquè posset principale agens agere sine instrumento, sicut cũ instrumento; ex quo tota uirtus instrumenti reseruatur in principali agente: ꝙ.n. principale agens aliqua possit mediante instrumento, quæ non potest sine instrumẽto, hoc est, quia aliqua uirtus est in instrumento, quæ non est in principali agente. Si ergo tota uirtus, quæ est in instrumento, esset in principali agente, quidquid potest principale agens mediante instrumento, posset sine instrumento: sic autem est de primo mouẽte respectu secundorum mouentium; quia omnis uirtus, quæ est in secundis mouentibus, principaliùs est in primo mouente; & ideo primum mouens per se potest ad omnem formam. Deinde cum inquit.

Virtus secũdarum causarum principalius est i prima causa.

TEX. 25.

Quoniam autem sunt hec quidem separabilia, illa autem inseparabilia, substantiæ illæ. Et propter hoc omnium causæ hæc; quia sine substantiis non sunt passiones & motus.

Ostendit Philosophus, quòd principia substãtię sunt quodammodo principia omnium entiũ. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd Philosophus imaginatur, quòd omni ens uel est substantia, uel est accidens; accidens autem dependet à substantia: principia ergo substantiæ sunt principia substantiæ, & etiam sunt principia accidentium, quæ sequuntur substantiam, & sic sunt principia omnium entium. Et hoc est, quod dictum est alibi; quòd materia cum forma sunt causa omnium accidentium. Hoc uiso, patet litera Philosophi, quę dicit: quòd entium quædam sunt separabilia, quædam inseparabilia: uocantur autem entia separabilia substantiæ; & hoc quia non dependent ab accidentibus: entia autem insepa-

Eadem sunt principia omnium entium.

Entis diuisio.

Pag. 190. B

E rabilia uocantur accidentia; & hoc quia accidentia inseparabiliter dependẽt à substantia; & quia ita est, quòd accidentia sunt inseparabilia à substantiis; ideo substantiæ sunt principia omnium accidentium: motus enim & passiones sine substantiis esse non possunt; & ideo quidquid causat substantias, aliquo modo causat talia accidentia. Notandum est, quòd secundum Cõmentatorem hæ substantiæ sunt duobus modis: unus modus substantiæ est, in qua impossibile est fingere accidentia: & hæc substantia uocatur substantia sensibilis: alius modus substantiæ est, in qua nullum est accidens: & hæc uocatur substantia intelligibilis; dico ergo, quando Philosophus dicit, quòd principia substantiæ sunt principia accidentium: F intendit dicere de substantia sensibili; quasi dicat, illud idem mouẽs, quod mouet ad propriam substantiam mouet ad propriũ accidens: generans enim quantum dat de forma, tantùm dat de accidente, quod sequitur formam; ita à simili dico, quòd mouens quantum dat de forma, tantùm dat de accidente, quod sequitur formam. Deinde cum dicit.

Doctrina Commen.

Dãs formã, dat cõsequẽtia formã.

Deinde hæc erunt omnia, anima forsan & corpus, aut intellectus, & appetitus, & corpus.

Ostendit, quòd in principiis substantiæ sunt aliqui gradus; quia sunt aliqua prima, & aliqua secũdá. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd ipsæ substantiæ sunt in duplici differentia; quædam enim sunt substantiæ, quę mouentur ex alio, G & istæ uocantur substantiæ inanimatæ: quædam autem sunt substantiæ, quæ mouentur ex se; & istæ sunt substantiæ animatæ: & inter has substantias substantiæ animatę tenent primum gradum, & etiam principia substantiarum animatarũ tenent primum gradũ inter omnia principia. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus, quòd licèt principia substantiarum sint principia accidentium; tamen inter omnia principia substantiæ prima erunt anima & corpus, & intellectus & appetitus, quæ sunt principia substantiæ animatæ.

In intelligẽtiis nõ sunt ponẽda alia potentia ab intellectu et uoluntate: nõ enim sũt forma sed motrices ca[...] unde substãtia et corpora incorruptibilia nõ egent illis potentijs.

Quæreret aliquis, Quomodo principia substantiæ animatæ sunt prima principia? Dicendum est, quòd Philosophus imaginatur duplicẽ motum; motum, qui est ex alio; & motum, qui H est ex se: imaginatur etiam, quòd illa, quæ mouentur ab alio reducuntur in cœlum; & hoc quia tale mouetur ex se: substantiæ ergo naturales inferiores reducuntur in cœlum, & hoc quia ea, quæ mouentur in istis inferioribus, mouentur ab alio; cœlum autem mouetur à se; secundùm autem Philosophum, cœlum uidetur poni animatum; & ideo principia cœli uidentur poni principia omnium.

Quæstio.

Cœlum est aiatum. 12 huius 39. Auer. 2. cæli cõ. 42. & 74. et in De subst. orbis. disp. 3. in sol. 3. dub. 8. Metaph. cõ. 12. et 1. Cap. de substãtia orbis. Thom. 3. de An. cap. 73.

TEX. 26.

Ampliùs autẽ alio modo proportionaliter principia eadem, ut actus & potentia. Sed hæc alia, quia aliis & aliter. In quibusdam quidem enim idẽ quandoque est actu, quandoque potentia, ut uinum, aut caro, aut homo.

Post-

A Postquàm manifestauit, quomodo principia sunt uno mō eadem secundùm proportionem; in parte ista manifestat, quō sunt alio modo eadem secundùm proportionem. Ad cuius euidentiam notandum est, ꝙ principia omnium uidentur esse actus & potentia: tñ actus & potentia duobus modis respiciunt res & entia: vno.n. modo actus & potentia diuidunt entia, quia quædam entium aliquando sunt in potentia, aliquando sunt in actu; sicut sunt generabilia & corruptibilia: quędā autem entium sunt in actu tantùm; sicut sunt necessaria & incorruptibilia: sic ergo sc͞d mistū modum actus & potentia sunt principia entiū; quia omne ens uel est actu tantùm, uel quandoque est in potentia, quandoque in actu. Secundò modo actus & potentia respiciunt ens, non omne, sed solùm illud, quod quandoq; est in potentia, quādoq; in actu; sicut ens possibile, & corruptibile: & isto modo dicimus, ꝙ actus & potentia sunt principia talis entis; ita tamen ꝙ in alio & in alio ente est alia & alia potētia, & alius & alius actus. Sic ergo hos duos modos tangit Philosophus in litera primò primum: secundò secundum ibi [Aliter autem actu & potestate.] Prima in duas, quia primò ponit, quō actus & potētia sunt principia; secundò reducit actum & potentiam ad materiā, & formam, & priuationem, ibi [Cadunt aūt.] Dicit ergo primò, ꝙ alio modo dicuntur principia eadem secundum proportionē, quia actus & potentia sunt principia oīum: ueruntamē in alio & alio ente est alia & alia potentia, & alius & alius actus; & ēt in alio & alio ente est aliter & aliter actus. Quòd aūt actus sit aliter & aliter, patet: quia quædam de numero entium q̄nque sunt in potentia, quandoq; in actu; sicut est uinum, & caro, & homo, & breuiter oīa, quæ sunt de numero corruptibilium: quedam aūt entium (subaudiendū est) semper sunt sub actu, sicut sunt incorruptibilia. Notandū est, ꝙ Philosophus duo dixit: dixit.n. ꝙ actus & potētia sunt alia & alia in alio & alio ente; & ēt sunt aliter & aliter; quod dicit aliter & aliter referendum est ad primum modum iam dictum; quod autem dictum est, alia & alia, referendum est ad secundū modum. Sequitur.

Laborat ad hoc; quomodo principia sunt eadem.

Actus et potentia dupliciter respiciunt entia.

Quō actus & potentia sunt omnium principia.

Cadunt autem & hæc in dictas causas: Actus quidem ut species, si sit separabilis: Et quod ex ambobus: Priuatio uerò ut tenebræ, aut laborans. Postea aūt materia; hæc.n. est, quod potest fieri ambo.

Reducit actum & potentiam ad materiam, & formam, & priuationem, dicens: ꝙ hæ dictæ causæ.s. actus & potentia reducuntur in dictas causas.s. in materiam, & formā, & priuationem: species.n.i. forma actus est, siue sit separabilis; sicut ponebat Plato: siue sit incomposito ex ambobus, hoc est ex materia, & forma: priuatio ēt sicut tenebra, & infinitas, aliquo modo reducuntur ad actum; inquantum priuatio denotat materiam: sic ergo forma, & priuatio reducuntur, ad actum; materia autem ad potentiam, quia materia est illud, quod est potentia ad utrumq; .s. ad priuationem, & ad actum, siue formā. Deinde cum d.

Actus et potentia, sunt materia forma, & priuatio.

Aliter autem actu & potestate differunt, quorum non est eadem materia, & quorum non est eadem species, sed altera. Quemadmodum hominis causa elementa, ignis & terra, ut materia; & species propria, & siquid aliud extra, ut pater; & præter hæc sol, & obliquus circulus; neque materia entia, neque species, neque priuatio, neque forma, sed mouentia.

Ponit secundùm modum accipiendi actum & potentiam, dicens; ꝙ secūdū alium modū differt actus & potentia in diuersis; eorū.n. quorum nō est eadem materia non est eadem potentia, nec eadem species.i.forma; & sic in diuersis est diuersa potētia, & etiam diuersa forma. V.g. causa hominis sicut materia, sunt elementa.s.ignis, & terra; causa autem sicut forma, est propria species hominis; causa autem sicut mouens est pater, siue solis motus in obliquo circulo; quæ quidem causa mouens nec est materia, nec est priuatio, nec est forma: supplendū aūt est, ꝙ sicut hōis est propria materia, & propria forma, & proprium mouens; ita similiter reliquorum, & sic diuersorū est diuersa materia, & diuersus actus. Notandū est, ꝙ ens primaria diuisione diuiditur in potentiā & actum, sicut patet ex Quinto Metaph. & ens aūt diuidi in potentiam & actū, potest intelligi duobus modis; uno modo ꝙ istud ens, quod diuiditur, sit ens, quod sit necesse esse, & extendat se ad ens, quod est possibile esse; ita ꝙ sit sensus, quòd actus & potentia diuidunt omne ens, siue sit necesse esse, siue sit possibile esse, & super istū modum diuidendi ens fundatur prima acceptio, de qua iam diximus; secundū istum modū diuidendi ens, non est intelligendum, ꝙ omne ens q̄nq; est in potentia, quandoq; in actu; sed intelligendū est, ꝙ quædā entium sunt in actu tātū, & quædā q̄nque in potentia, q̄nq; in actu. Secundus modus diuidendi ens per actū & potentiā, non est, ꝙ diuidatur oē ens; sed solū ꝙ diuidatur ens possibile, & tunc est sensus, ꝙ ens possibile q̄nq; est in potētia, q̄nq; in actu; ita ꝙ primo modo actus & potentia cadunt super duo entia: secundo aūt mō cadunt super unū ens; & sc͞dm istū modū accipiendi actum & potentiam accipitur secundus modus, de quo dicit Philosophus, q.d. ꝙ actus & potentia sunt principia entis possibilis: uerū est, quòd in alio & alio ente possibili est alia & potentia, & alius & alius actus. Deinde cum d.

Actus, & potētia alia & alia in diuersis.

Entis prima diuisio. Tex.cō.14.

TEX.27.

Adhuc autem uidere oportet, quòd hæc quidem uniuersaliter est dicere, hæc autem non; omnium.n. prima principia, quod actu primum hoc, & aliud quod potentia. Illa quidem igitur uniuersalia non sunt. Principium enim singularium singulare; homo quidem est hominis uniuersaliter, sed non est uniuersalis. Verum Peleus Achillis, tui uerò pater. Et huius syllabæ B a.B & A. siue totaliter, siue particulariter.

Postquàm assignauit duos modos identitatis principiorum: postquàm etiam reduxit secun-

dum ad primum: in parte ista assignat tertium modum idemptitatis principiorum: uolens ostendere, quòd principia possunt dici eadem uniuersaliter accepta, sed non particulariter accepta. Et diuiditur in duas partes, quia in prima parte ponit hoc: in secunda parte epilogat ea, quæ dicta sunt de diuersitate, & idemptitate principiorum, ibi [Quærere uerò.] Prima pars in duas partes, quia primò ostendit, quòd principia possunt dici eadem, si accipiantur uniuersaliter: secundò ostēdit, ꝙ possint dici ēt eadē, si accipiātur principia substantiarum, ibi [Deinde iam.] Dicit ergo primò, ꝙ uidendum est, ꝙ hæc quidem principia dicuntur uniuersaliter, hæc autem non dicuntur uniuersaliter: quando.n.dicitur, ꝙ actus & potentia sunt principia omnium, accipiuntur principia uniuersaliter; non ita tamen quòd ipsa uniuersalia sint per se subsistentia, sicut ponebat Plato; nec ita ꝙ ipsa uniuersalia agant; quia actiones sunt singularium: singulare.n.est causa singularis: sed ita ꝙ principia possunt reduci ad aliquod commune, quod est ens secundùm rationem. Et isto modo sunt principia eadem secundùm rationem; licèt secundùm rem sint diuersa: sicut hominis uniuersaliter accepta est causa homo, uniuersaliter acceptus; huius autem hominis talis homo, sicut Achillis est causa Peleus, tui uerò est causa pater tuus: & huius syllabæ B A, hoc A, & hoc B, est causa, A autem in uniuersali acceptū est causa uniuersaliter accepta. Sequitur.

Principia sunt eadem uniuersaliter quidem accepta, nō autem singulariter.

Actiōes sūt singularium.

Deinde iam quæ substantiarum alia autem aliorum causæ & elementa, sicut dictum est. Eorū, quæ non in eodem genere colorum, & sonorum, & substantiarum, & quantitatis præterquàm proportionaliter. Et eorum quæ sunt in eadem specie, diuersa non specie, sed quia singularium; aliud sua materia, & species, & mouens, & mea: uniuersali autem ratione eadem.

Ostendit, quòd principia possunt dici eadem; & hoc quia principia substantiarum aliquo modo sunt principia omnium, ut dictum est. Et hoc est, quod dicit: & alio modo principia sunt eadē, quia principia substantiarum principia sunt aliorum: uerum est, quòd principia propinqua, & elementa aliorum alia sunt: quidē eorum quæ non sunt in eodem genere, sicut colorum, & sonorū, & qualitatis, & substantiæ: eorum etiā, quæ sunt in eadem specie, diuersa sunt principia secundū numerum; sicut duorum singularium, sicut mei, & tui alia & alia est materia, & alia & alia est species in numero, & aliud & aliud est mouens: licèt in uniuersali & secundùm rationē hæc principia possint dici eadem. Cum addit.

TEX.28. *Quærere uerò, quæ principia, aut elementa substantiarum, & ad aliquid, & qualitatum; utrum eadem aut diuersa? palàm quia multipliciter dictorum sunt uniuscuiusque. Diuersorum uerò non eadē, sed altera, præterquàm sic. Et omnium sic quidem eadem, aut eo quòd proportionaliter, quia materia species, priuatio, mouens. Et sic substantiarum causæ ut causa omnium; quia destruuntur destructis. Amplius quòd primum entelechia. Sic aūt altera prima quæcunque contraria, quæ nec ut genera dicuntur: nec ut multipliciter dicuntur, & adhuc materia.*

Quæ quidem igitur principia sensibiliū, & quot, & quomodo eadem, & quō altera, dictum est. TEX.29.

Epilogat, quæ dicta sunt in isto capitulo, dicens; ꝙ quærere utrum elementa substantiarū, & relationis, & qualitatis, & quantitatis, & aliorum prędicamentorū sint eadem, uel diuersa, est quęrere de multipliciter dictis: qn.n.queritur, utrū principia sint eadem, uel diuersa? dici potest, ꝙ diuersorum sunt diuersa principia secundùm rē; tamen sunt eadem secundùm proportionem: nā in quolibet istorum est materia, & species, & priuatio, & mouens; quia sunt eadem secundū proportionem; licèt diuersa secundùm rem. Quando est quæritur, utrum principia sint eadē, uel diuersam? secundò potest responderi, ꝙ aliquo modo sunt eadem; & hoc quia principia substantiæ sunt quodam modo principia omnium; cuius signum est, quia destructis substantiis, oīa entia destruuntur. Quando ēt quæritur, utrum principia omniū sint eadem, uel diuersa? tertio modo pōt responderi, ꝙ quodam modo sunt eadem, quia entelechia, hoc est actus, & potentia sunt principia omnium. Quando ēt quæritur, utrum principia sint eadem? quartò pōt dici, ꝙ sic; quia duo contraria cum materia, quæ non accipiuntur sicut genera, sed scd'm priùs & posteriùs; nec etiā accipiuntur multipliciter.i.æquiuocè, sunt principia omnium generabilium & corruptibilium. Et sic patet, quę sunt principia sensibilium, & quot sunt, & quomodo sunt eadem, & quomodo diuersa & c.

Epilogus.

Idem 1 Prædicamen. Cap. de Substantia.

Quoniam autem tres erant substantiæ; duæ quidem, quæ physicæ; & una, quæ immobilis, de hac dicendum est: quia necesse est esse sempiternam aliquam substantiam immobilem.

Postquā Philosophus determinauit de principiis substantiæ sensibilis, in parte ista determinat de substantia immobili, & intelligibili; quod est propositū principale in toto Libro. Et diuiditur in duas partes, qa primò determinat de hac substantia secundùm opinionem propriam: in secunda parte secundùm opinionē aliorū, & hoc in sequenti Libro. Prima pars in duas partes, quia in prima parte ostendit hanc substantiā esse: in scd'a parte inquirit conditiones huius substantiæ, ibi [Mouet autē sic appetibile, & intelligibile.] Prima pars in duas partes, quia in prima parte ostendit istā substantiā esse: in secunda parte ostendit, hanc substantiā semper esse mouentē, ibi [At uerò si fuerit motiuū.] Prima pars in duas partes, quia primò ponit conclusionē suam. s. ꝙ est dare substantiā immobilē: scd'ò probat eā, ibi [Nā substantiæ primæ.] Dicit ergo primò: dictum est primò, ꝙ tres erant substantiæ; de numero quarum duæ erant physicæ.i.naturales.s.natura sensibilis corruptibilis, & substantia sensibilis incorruptibilis, sicut est cælū, & utraq; istarū mobilis est: tertia

Datur substātia sempiterna immobilis.

A tia aũt substantia est substantia immobilis, & de hac dicendũ est, ꝙ necesse est ipsam esse: necesse enim est esse aliquam substantiam sempiternam, & immobilem. Cum deinde ait.

Nam substantiæ primæ entium.

Con probat proposita. Probat conclusionem suam. Et diuiditur in duas partes, secundùm duas rationes, quas adducit ad probandam eam. Secunda ibi [Et si omnes.] Ponit ergo primò primam rationem, & est ratio talis: inter omnia entia substantia immobilis est primum ens: si ergo substantia immobilis non est, intelligendum nec aliquod aliorum entium esse, & sic nullum ens est.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vnde sequitur ista cõsequentia, substantia immobilis non est, ergo nullũ ens est? Dicendum est, quòd istam consequentiam B possumus declarare duobus modis. Prima uia declarãdi sumitur ex habitudine, quæ est inter actũ & potentiam. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd licèt in eodem potentia præcedat actũ: tamen uniuersaliter & simpliciter actus præcedit potentiam; & hoc quia ens in potentia dependet ab ente in actu: ens enim in potentia non est ens, nec est deductum ad esse, nisi per ens in actu. *Quõ actus præcedit potentiam, & e contra.* Imaginabimur ergo, quòd ens in potentia, eo ipso quòd est ens in potentia, dependens est, & reducibile: ne autem sit abire in infinitum, oportet quòd reducatur ad ens in actu: si enim ens in potentia reduceretur ad ens in potentia, quæreretur de illo, ad quod reducitur; nam ex quo in potentia est, reducibile est; si autem reducitur, uel C est abire in infinitum, uel est deuenire ad aliquod ens, quod est ens in actu tantùm, & non est ens in potentia, & per consequens omnino immobile: quia omnis motus est actus entis in potentia: ergo si est dare ens in potentia, est dare ens in actu: & si non est dare ens in actu, non est dare ens in potentia: & ista consequentia sequitur propter naturalem ordinem, quod est inter ens in actu, & ens in potentia. *...er actũ & potentiã est ordo naturalis.* Secunda uia ad hoc ostendendum accipitur ex habitudine, quæ est inter multitudinem & unum; & inter difforme, & uniforme. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd omnis multitudo reducitur ad unum; & omne difforme ad uniforme: imaginabimur ergo, quòd substantia mobilis est substantia difformiter se habens; sicut ergo difforme reducitur ad uniforme; ita substantia mobilis reducitur ad immobilem. *Habitudo inter multitudinem & unũ, uniforme & difforme.* Intelligendum est enim, quòd quędam est substantia, quæ est mobilis ad formam; & In ista est maxima mobilitas & difformitas; & quædam est substantia, quæ est mobilis ad ubi tantum; et in ista est minor difformitas, quam in præcedenti; quia ergo omne difforme reducitur ad uniforme, oportet, quòd tam ultima substantia, quæ est mobilis ad formam, quàm substantia, quæ est mobilis ad ubi, reducatur ad aliquam substantiam omnino immobilem; ita quòd si est dare substantiam mobilem, oportet dare substantiam, quæ sit omnino immobilis; & si non est da- *Substantia duplex.*

A re substantiam omnino immobilem, non est dare substantiam mobilem. Prosequitur.

Et si omnes corruptibiles, omnia corruptibilia. Sed impossibile motum aut fieri, aut corrumpi; semper enim erat. Nec tempus: nec enim possibile prius & posterius esse, cum non sit tempus. Et motus ergo sic est continuus ut tempus: aut enim idem, aut motus est aliqua passio. Motus autem non est continuus, nisi qui secundũ locum: & huius qui circulo.

Adducit secundam rationem ad probandum, quòd est dare substantiam sempiternam, & est ratio talis: si non est dare aliquam substantiam sempiternam, omnis substantia corruptibilis est, sed quòd omnis substantia sit corruptibilis, est impossibile; quia si omnis substantia esset corru- *Datur substantia aliqua æterna immobilis.* B ptibilis, omnia essent corruptibilia, quia corruptis substantiis, omnia corrumpuntur: quòd autem omnia sint corruptibilia, patet esse impossibile; quia motus & tempus non sunt corruptibilia: tempus enim & motus non inceperunt, nec deficient. Visa hac sententia, patet litera Philosophi, quę dicit sic: quòd si omnes substantiæ essent corruptibiles, ita quòd nulla sit sempiterna; sequitur quòd omnia erunt corruptibilia: quòd autem omnia entia sint corruptibilia, patet esse impossibile in motu, & tempore: motus enim nec fit, nec corrũpitur: semper enim motus erat, & semper erit: tempus etiam nec fit, nec corrumpitur, quòd non fiat, patet: si enim tempus fit, modò est, & prius non fuit; cum ergo prius & poste- *Tempus & motus non inceperunt, nec deficiẽt* C rius non sint sine tempore; prius sint, ergo ante tempus factum fuit differentia temporis; & ita tempus fuit antequàm fieret, quod est impossibile: similiter si tempus corrumpatur, tempus erit postquàm erit corruptum: si enim corrumpatur, modò est, & posterius non erit: cum ergo posterius non sit sine tempore, tempus erit post tempus corruptum: cum ergo ista sint impossibilia, tempus nec fit, nec corrumpitur. *Prius et posterius non sunt sine tẽpore.* Si autem tempus semper est, & motus semper est; quia tempus sequitur continuitatem motus (tempus enim uel idem est, quòd motus, uel est passio motus) nerum est, ꝙ iste, qui semper est, est motus localis, quia iste solus continuus est: nec oĩs motus localis semper est, sed motus localis circularis. *Tẽpus uel idẽ ꝗd motus, uel passio motus.* D Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duo fundamẽta: primum fundamentum est, quòd si substantia corruptibilis est, omne ens est corruptibile; & ratio est, quia substantia naturali ordine est primum ens, destructo autem primo, destruuntur omnia entia, quæ sequuntur primum ens. *Quis motus æternus est.* Secundum aũt fundamentum, super quod fundatur Philosophus, est; quòd omne ens sit corruptibile, est impossibile: & hoc manifestat Philosophus in motu, & tempore; quæ corrumpi non possunt; & hoc quia priùs & posteriùs non possunt esse sine tempore: si autem tempus fieret, sequeretur, quòd priùs esset sine tempore: si enim tempus fieret, priùs non fuit; illud autem priùs sine tempore esset: similiter si tempus cor- *Substantia est primum ens.*

 rum-

rumperetur, sequeretur, quòd posteriùs sine tempore esset: si enim corrumpitur tempus, posteriùs non erit; istud autem posteriùs non potest esse in tempore, quia tempus corruptũ est: oportet ergo quòd sit sine tempore.

Quæstio.

Quæreret aliquis, Vtrum ratio Philosophi, per quam probat, quòd tempus nec fit, uec corrumpitur, ualeat? Dicendum est, quòd non: duplici enim uia possumus obuiare rationi Philosophi, per quam probat, quòd tempus nec fit, nec corrumpitur. Prima uia ad obuiandum huic propositioni; est ex hoc, quòd nõ omne prius est prius reale; sed est aliquod prius imaginatum tantùm: & sicut dico de priori, ita dico de posteriori; quãdo ergo dicit, si tempus fit, prius non fuit, & ita prius fuit ante tẽpus, quod est impossibile; quia omne prius est in tempore. Dicendum est, quòd istud prius, de quo dicimus, quòd tempus modò incipit, & prius non fuit; non est nisi prius imaginatum, cum nihil respondeat in re: prius ergo reale est in tempore, sed non sic oportet de priori imaginato. Sicut autem dictum est de priori ex parte fieri; ita dicendum est de posteriori ex parte corruptionis: posteriùs ergo imaginatum non oportet, quòd sit in tempore. Quòd autem ista distinctio de priori reali, & imaginato, sit bona, patet per differentias loci, quæ sunt intra, & extra: si enim dicatur sic, extra mũdum nihil est; & extra dicit locum; ergo extra mundum est locus, quod est impossibile, quia omnis locus est infra mundum. Dicendũ est, ꝙ duplex est extra; siue duplex locus, naturalis, & imaginatus: licèt ergo extra reale supponat locum; tamen extra imaginatum non oportet, quòd locum supponat; sic ergo patet prima uia, per quam obuiatur rationi Philosophi.

Solutio rõnũ Aristo. circa temporis æternitatem.

Priùs duplex.

Optima cõprobatio.

Locus duplex.

Secunda uia est ex hoc, quòd non semper prius fundatur in tempore. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd prius posteriùs aliquando sũt infra unam mensuram, & infra unam duratione sicut infra tempus: si enim dicamus, quod res posteriùs futura est; prius autem est præsens, uel præterita, tunc patet, quòd prius & posteriùs sunt infra unam durationem, scilicet infra tempus; sicut enim præteritum & futurum sunt infra unam durationem; ita tale prius: & tale posteriùs sunt infra unã duratione. Aliqñ.n. prius & posteriùs sunt infra duas durationes, ita quòd prius est una, & posteriùs est in alia: quando enim dicimus, quòd ęternitas est prior tempore, uel etiam euitęrnitas; tunc certum est, quòd prius & posterius sunt infra duas durationes, quia prius est in æternitate, & posterius in tempore. Quando autẽ dicitur à Philosopho; si tempus fit, ergo tempus modò est, & prius non fuit: dico ꝙ tale prius non est nisi prius æternitatis; ita quòd idem est dicere prius, & dicere quòd æternitas est prior tempore. Debemus enim intelligere, quòd æternitas existens mensura indiuisibilis, excedit tempus, & in ante & in post: ita quòd quando dicitur,

Prius et posterius duplicitur.

E tempus modò est, & prius non fuit: illud prius non est prius temporis, sed est quidam excessus, quem habet æternitas respectu temporis in ante: quando similiter dicitur: si tempus corrumpitur, ergo tempus modò est, & posteriùs nõ erit: istud posterius nõ est differentia temporis, sed est quidã excessus ęternitatis respectu temporis in post: æternitas enim de se & est ante tempus & post. Et benè dico de se, quia supposito quòd ęternum transeat; sicut supponebant Philosophus: tunc nõ est uerum dicere, quòd æternitas de se & est ante tempus, & est post tempus. Debemus enim imaginari, quòd talis nexus est æternitatem & tempus; qualis est inter necesse esse, & possibile esse: inter autem necesse esse, & possibile esse talis

Æternitas ẽ se ẽ ante et post tẽpus.

Nexus iter æternitatẽ, & tempus, & inter necesse esse, et possibile ẽ se qualis.

F habitudo est, quòd necesse esse, de se semper est; sed possibile esse, de se non habet, quòd semper sit; sed si semper est, hoc est per aliud, scilicet per agens: si enim supponeremus, ꝙ mundus sit ab æterno, sicut supponebant Antiqui Philosophi, benè diceremus, quòd mundus semper est: tamen non propter hoc diceremus, quòd mundus de se semper est. Quod idem dicimus de æternitate, & tempore: quòd enim æternitas semper existat, hoc de se habet, sicut quoddam necesse esse; quòd autem tempus existat æternè (supposito quòd tempus semper sit,) hoc non habet de se, sed hoc habet ab alio; & sic æternitas (ut dictum est) semper excedit tempus de se; siue tempus incipiat, siue non. Addit deinde.

G *At uerò si fuerit motiuum aut effectiuum, non operans autem aliquid, non erit motus. Contingit enim potentiam habens, non agere.* TEX. 30.

Postquã probauit aliquã substantiã esse sempiternã; hic probat, ꝙ hæc substãtia semper mouens est. Et tria facit, quia primò probat, ꝙ talis substãtia semper mouet: secũdò ex hoc cõcludit, ꝙ in tali substantia potentia non est: tertiò ex hoc concludit, quòd in tali substantia non est materia. Secunda ibi [Adhuc neque si aget.] Tertia ibi [Amplius igitur tales.] Prima in duas, quia in prima probat quod dictum est: secundò ex hoc destruit opinionem Platonis, ponentis ideas, ibi [Nihil ergo prodest.] Dicit ergo primò, quòd si talis substantia ponatur, scilicet sempiterna, oportet quòd semper moueat: si enim posset mouere, non tamen semper moueret; motus non esset æternus,

Substantia immobilis sempiterna semper operãs est.

H & hoc quia motus non est nisi à mouente in actu: benè enim potest contingere, quòd aliquis habeat potentiam mouendi, & quòd non tamẽ propter hoc moueat. Notandum est, quòd intentio Philosophi est, quòd substãtia immobilis semper mouet: cuius ratio duplex est; una ratio est ex parte motus, secunda ratio est ex parte mouentis, siue ex parte immobilitatis, quæ est in mouente. Prima ratio patet, quia secundùm intentionẽ Philosophi motus circularis æternus ẽ, si ergo motus circularis æternus est, & motus non est nisi à mouente; sequitur quòd sit mouens æternaliter, & semper maneat. Ita quòd uidetur Philosophus ima-

Motus non est nisi à mouente in actu.

Motus circularis æternus.

imaginari, quòd mobile necessariò mouetur, & mouens necessariò mouet: cum tamen secundùm fidem,& meliùs ponendum sit, quòd iste motus uoluntarius sit. Secunda ratio, super quam potest fundari Philosophus, sumitur ex parte immobilitatis, quæ est in mouente; imaginatur enim ipse, quòd tale mouens est omnino immobile: si autem aliquando posset mouere,& postea moueret, transiret de potentia ad actum, quod autem transit de potentia ad actum, nó est omnino immobile; & sic dicere, quòd ista substantia sit omnino immobilis, & dicere quòd transeat de potẽtia ad actum, simul non stant: sic ergo sunt duę rationes, super quibus fundatur intentio Philosophi.

Motus circularis secũdum fidẽ est uoluntarius.

Quæreret aliquis, Vtrum secunda ratio, super quam uidetur fundari Philosophus, ad probandũ quòd substantia sempiterna semper moueat, ualeat? Videtur quòd non: secundùm enim fidem prima substantia sempiterna primò potuit creare, & postea creauit; non tamen propter hoc dicimus, quòd aliquis motus, uel aliqua mutatio cadat in tali substantia sempiterna. Dicendum est, quòd Philosophus dixisset fortè ad hanc quæstionem, quòd Deus necessariò produxit mundum ab æterno, & fortè motus hac ratione, de qua facta est iam mentio, non enim poterat imaginari, quòd aliquod agens transeat de potentia ad actũ sine mutatione sui: si ergo hęc substantia primò potuisset creare, & postea creasset, hoc fuisset cũ mutatione sui,& sic talis substantia non est omnino immobilis,& per consequens non esset omnino prima, quia substantia, quę trahitur de potentia ad actum, non est purus actus: si autem nó est purus actus, non est substantia omnino prima: sic ergo fortè dixisset. Sed secundùm fidẽ nostrã aliter dicendum est: dicẽdum est enim, quòd prima substantia sempiterna de non creante fit creans sine mutatione sui, sed per solam mutationem alterius extremi, scilicet rei creatæ. Ad cuius euidẽtiam duo sunt prænotanda: primum est de relatione: secundum est de actione & differentia actionum. Quantùm ad primum notandum est: quòd esse creatorem, relationem dicit in Deo solùm secundùm rationem,& non secũdùm rem; & hoc quia creator non refertur realiter ad creaturam: quòd autem aliquid fiat de relato relatus,& maximè relatione secundũ rationem, sine mutatione sui, sed per mutationem alterius extremi solam, hoc non est impossibile: per solam ergo mutationem creaturæ, substantia sempiterna fit de non creante creans. Secundũ, quod est prænotãdum, est de differentia actionum: ubi notandum est, ꝙ duplex est actio: quędam est actio manens in agẽte, sicut est intelligere,& uelle; quædam est actio, quæ transit in extremis operatis. Si loquamur de prima actione, impossibile est, ꝙ substantia sempiterna de non hoc fiat hoc, sine sui mutatione; puta quòd de non intelligente fiat intelligens, uel quòd de non uolente fiat uolens: cum enim hæc actio maneat in agente,& sit perfectio agentis, est perfectio absoluta: & sic si aliquid de non hoc fiat hoc, puta de non intelligente intelligẽs, acquirit aliquam perfectionem absolutam, quod est impossibile fieri sine mutatione sui. Si autem loquamur de secunda actione, quæ transit in operatum; qualis actio est operatio; sic dicendum est, quòd possibile est, quòd substantia sempiterna fiat de non hoc sine mutatione sui, sed per solam mutationem rei operatæ: cum enim hæc actio sit perfectio operati,& non operantis, tota mutatio est in operato,& non in operante: propter quod sic patet, quòd non oportet quòd substantia sempiterna mutetur. Deinde cum dicit.

Quæstio.

In Deo an accidat mutatio.

Creator quo refertur ad creaturam.

Actio duplex.

A

Nihil ergo prodest, nec si substantias faciamus sempiternas, quemadmodum qui species, si non aliqua potens inerit principium transmutari. Non ergo neque ipsa sufficiens, neque alia substantia præter species: nam si non egerit, non erit motus æternus.

B

Excludit opinionem Platonis, ponentis ideas. Vbi notandum est, quòd secundùm sententiam Philosophi substantię sempiternę semper mouẽt: Plato ergo, qui posuit ideas,& non posuit eas sẽper mouere, nec carere motu; frustra eas posuit. Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ nihil prodest ponere tales substantias, quales posuit Plato; quæ dicuntur ab eo species uel ideæ; & hoc si tales species nihil possunt transmutare: si enim hoc est, non sunt principium motus: tales ergo substãtiæ, quæ non faciunt motum, non sunt sufficientes, quia eis positis, non propter hoc ponitur motus, qui à nobis ponitur sempiternus. Subiũgit.

Reiicit ideas Platonicas.

C

Adhuc neque si aget, substantia autem ipsius potentia non erit motus æternus. Contingit enim quod potentia est non esse. Oportet igitur esse principium tale, unius substantia est actus.

Postquam probauit, quòd hęc substantia semper mouet; hic concludit, quòd hæc substantia non est in potentia, dicens: quòd non sufficit dicere, quòd hæc substantia semper mouet, & semper agit: nisi cum hoc dicatur, quòd hæc substantia non est in potẽtia ad non mouendum: si enim hæc substantia esset admixta potentiæ, posset nó mouere; quod autem est in potentia ad non esse, si ponatur non esse, nullum sequitur impossibile; ergo si iste motus poneretur non esse, nullum sequeretur impossibile; illa ergo substantia,& illud principium, quod mouet, nó erit in potentia; sed eius substantia actus est. Notandum est, quòd cóclusio Philosophi fundatur super duas propositiones; prima propositio est, quòd motus circularis semper est; ita quòd impossibile est ipsum nó esse: secunda propositio est, quòd illud, quod est in potentia ad non esse, si ponatur non esse, nullũ sequitur impossibile. Ex his duabus propositionibus concludit conclusionem suam, scilicet quòd hæc substantia sempiterna non est in potentia: si enim esset in potentia ad non mouendum, si ponatur quòd actu non moueat, nullum sequitur impossibile, ut dictum est in secunda propositione; si actu non moueat, motus non est æternus, quod qui-

Substantia immobilis ẽ semper actus,& nullo modo in potentia.

D

Quod est in potentia, cõtingit non esse.

quidem esse impossibile, dictum est in prima propositione. Sequitur.

Amplius igitur tales oportet esse substantias sine materia. Sempiternas enim esse oportet, si & aliquid aliud sempiternum actu.

Illatio ex superioribus.

Concludit secundam conclusionem, dicens: quòd si tales substantiæ sint sempiternæ, oportet eas esse sine materia; quia quicquid est ad mixtũ materiæ, corruptibile est; tales autem substantiæ non sunt corruptibiles, sed suut sempiternæ: & si aliquid sit sempiternum, sicut est motus, & tempus: hæ ergo substantiæ in actu sunt, & non in potentia, nec in materia &c.

Quamuis dubitatio: uidetur enim agens quidem omne posse, potens uerò non omne agere; quare priùs esse potentiam.

Dubitatio de prioritate potentiæ, uel actus.

Postquam ostendit, substantiam sempiternã esse; hic ex dictis mouet quandam quæstionem. Et diuiditur in duas partes, quia in prima parte mouet quæstionem, & soluit eam: in secunda parte redit ad ostendendum conclusionem, scilicet quòd substantia immobilis & sempiterna est, ibi [Quare nou fuit.] Prima pars in duas partes; quia in prima parte mouet quæstionem: secũdò soluit eam, ibi [Potentia quidem igitur.] Prima pars in duas partes; quia primò arguit pro una parte quæstionis, secundò pro secunda, ibi [At uerò.] Dicit ergo primò: ita dictum est, quòd actus est ante potentiam, & hoc quia substantia sempiterna est ante substantiam corporalem: tamen dicere, quòd actus est ante potentiam habet magnam dubitationẽ: uidetur enim quòd potentia sit prior actu: illud enim est prius, a quo non conuertitur consequentia: sic autẽ se habet potentia respectu actus, si enim aliquid agit, sequitur quòd possit agere, non tamen sequitur, si potest agere, quòd agat potentia ergo est prior actu, quia ab ea non conuertitur consequentia respectus actus. Addit.

At uerò si hoc nihil erit entium; contingit enim quidem posse esse, non dum uerò esse. Et etiam sicut dicunt Theologi, qui ex nocte generant: aut ut Physici, quibus erant simul res omnes, dicunt idem impossibile. Quomodo enim mouebuntur, si non fuerit actu aliqua causa? Non enim materia ipsa se ipsam mouebit, sed tectonica: nec menstrua, nec terra, sed semina, & genitura.

Arguit, quod actus præcedat potentiam.

Arguit ad oppositum, scilicet ad probandum, quòd actus præcedit potentiam. Et diuiditur in duas partes, quia primò probat actum esse priorẽ potentia per rationem: secundò per dicta Antiquorum ibi [Propter quod.] Dicit ergo primò, quòd si potentia præcedit actum, sequitur quòd nullum ens erit; sed hoc est impossibile, ergo & primum. In hac ratione sic procedit, quia primò ponit rationem suam, dicens: quòd si potentia præcedit naturaliter actum, contingit quòd aliquando nullum ens erit: contingit enim quòd aliquod ens possit esse, non tamen propter hoc est. Secundò ex hoc ostendit, quòd opinio quorundam Antiquorum falsa est, dicens: quòd si potentia non

E præcedit naturaliter actum, patet quòd illi Theologi Philosophi malè dixerunt, qui ponebant omnia generari ex nocte, idest ex pura priuatione, idest qui ponebant, quòd omnia præexisterent priùs iu pura potẽtia: patet etiam, quòd illi Naturales non benè dixerunt, quòd omnia præextiterunt in quodam confuso simul, ita quòd fuerunt in pura potentia: tam enim isti, quàm illi, idest tã Theologi, qui uocantur Poetæ, quàm etiam Philosophi Naturales dicunt idem impossibile: dicunt enim tam hi, quã illi, quòd omnia priùs fuerunt in potentia: & hoc est impossibile, quia si omnia fuerunt priùs in potentia, nou essent mota ad actum, & ita nullum ens esset in actu: nihil enim mouetur de potentia ad actum, nisi per aliquid præexistens in actu: materia enim non mouet se ipsam ad actum, sed mouet ipsam ad actũ in artificialibus techtonica, idest ars: nec terra, nec menstruum in naturalibus mouent se ipsa ad actum; sed menstruum mouetur ad actum per generatiuam, idest per semina animalium, & terra mouetur ad actum in generatione plantarum per semina plantarum. Subdit in textu.

Antiquorũ quorundã Lapsus.

F

Materia nõ mouet seipsam ad actum.

Propter quod faciunt quidem semper actum, ut Leucippus & Plato: semper enim dicunt esse motũ; sed quare, & quem non dicunt, nec sic, nec causam. Nihil enim ut contingit mouetur, sed oportet semper aliquid existere. Quemadmodum nunc, natura quidẽ sic aut ui, aut ab intellectu, aut ab alio sic. Deinde qualis prior: differt enim ualde quodcunque est.

G

At uerò nec Platonem possibile dicere, quòd existimat aliquando principium esse, quod ipsum seipsũ mouet. Posteriùs enim & simul cum cælo anima aut ait. TEX. 31.

Probat, quod dixit, scilicet quòd actus præcedit potentiam per dicta Antiquorum, dicens: quòd quia ita est, quòd actus præcedit potentiam, ideo benè dixerunt illi Philosophi quantùm ad hoc, qui dixerunt actum semper esse; hi autem philosophi fuerũt Leucippus & Plato: hi enim duo dixerunt, semper motum fuisse, & ita fuisse semper actum. Leucippus quidem posuit motum semper fuisse in athomis per se mobilibus, ex quibus dixit constitui mundum. Plato autem posuit, quòd

H

elemeuta ante mundi constitutionem mouebantur motibus inordinatis, & postea post mundi cõstitutionem reducti sunt ad ordinem: sic ergo hi Philosophi quantum ad hoc, quòd dixerunt, actũ semper fuisse, benè dixerunt. Sed iu hoc defecerunt, quia non dixerunt, quis motus fuit iste, qui est semper, nec assignauerunt causam istius motus: cum tamen omnis motus habeat causam, & nihil moueatur, ut contingit in actu: nunc autem modò uidemus, quòd omnia mouẽtur uel à natura, uel à uiolẽtia, uel ab intellectu, uel ẽt ab aliqua alia causa. Debuerũt ergo illi facere mẽtionẽ de aliqua causarũ istarũ: debuerunt ẽt assignare, quæ istarum causarum esset prima, scilicet utrum natura, uel intellectus: multum enim differt, quæ istarum

rum ponatur prima. Nec sufficit in assignando causis illius motus, ꝙ fuit ante mundi constitutionem, dicere, sicut dixit Plato: dixit enim Plato quòd anima mouebat seipsam, in mouendo autē seipsam, mouebat alia, ita quòd erat principium motus. Et benè dico, quia non sufficit hoc dicere, propterea ꝙ anima nō fuit secundùm Platonē ante mundi constitutionem, sed simul facta est cum cœlo, & ita non potuit esse causa illius motus inordinati; & hoc quia ille motus inordinatus præcessit cœlum, cum quo est facta anima.

Plat. opinio de creatione animæ.

Quæstio.

Quęreret aliquis, Vnde sequitur ista consequētia, si potentia præcessit actum, uniuersaliter sequitur, quòd nullum entium aliquando fuerit? Dicendum est, quòd sequitur sic: si potentia uniuersaliter pręcedit actum, necesse est, uel quòd nullum entium aliquando fuerit, uel quòd res producat seipsam ad actum: si enim omnia aliquā do fuerunt in potentia, quæro a quo sunt deducta ad actum: uel enim sunt deducta a seipsis, uel sunt deducta per aliquid præexistens in actu: a seipsis non sunt deducta ad actum, quia nulla res producit seipsam ut sit: nec etiam potes dicere, ꝙ sint producta per aliquid præexistens in actu, quia (ut iam supposuisti) omnia sunt in potentia: Præterea si essent producta per aliquid præexistens in actu, actus præcederet potentiam, cuius contrarium supposuisti: cum ergo facta tali suppositione, entia non sint producta nec à seipsis, nec per aliquid præexistēs in actu, ergo nullo modo sunt producta, & sic nullum entium erit, sicut dixit Philosophus, Vt autem hoc meliùs uideatur, notandum est, quòd in fra entia possumus imaginari tres modos, quorum modorum duo sunt impossibiles: ex quo sequitur, quòd solus tertius est possibilis: Posset enim aliquis dicere primò, quòd omnia entia sunt in potentia ad non esse, & hic modus dicendi impossibilis est: quia hoc possibili posito in esse, sequitur impossibile: si enim ponatur hoc possibile inesse, sequitur quòd illa, quæ possunt non esse, non sint, quod est impossibile: sequitur enim facta hac positione, quòd nullum entium erit, nec etiam possit esse: non enim possunt ista, quæ sunt in potentia, deducere seipsa ad actum: nec etiam possunt deduci ab alio, quia nō possunt deduci nisi ab alio, quod est in actu: nullū autem ens est in actu, quia (ut suppositum est) nullum est ens. Et ista est ratio, quam facit Philosophus: dicit enim, quòd impossibile est, quòd potentia naturaliter pręcedat omnē actum; si.n. hoc esset, oīa essent in potentia ad nō esse: hęc āt possibilia ex quo possibilia sunt, ponatur ꝙ non sint, sequit̄ ꝙ nō possint produci, quia nec à se, nec ab alio: si aūt ita est, nullum entium erit, hoc aūt est impossibile, ergo possibili posito in esse, sequitur impossibile. Secundus modus, quem aliquis posset imaginari in entibus, est: quòd omnia entia sunt in actu; ita quòd nullum ens est admixtum potentiæ: & iste modus dicendi est etiam impossibilis: secundùm enim istum modum dicendi nul-

Nulla res se ipsā gignit.

Infra entia tres modi possunt imaginari.

A lum ens esset productum; & per consequens destrueretur generatio & corruptio: omne enim ens, quod generatur, uel quod producitur, est ad mixtum potentiæ: hi ergo duo modi sunt impossibiles. Tertius ergo modus est necessarius: est autem tertius modus, quod quædam entia sunt in potentia, & quoddam ens ita est in actu, quòd nullo modo est admixtum potentiæ: & hoc ens est substantia sempiterna. Ita ꝙ secundùm intellectum Philosophi, actus naturaliter præcedit totum ambitum potentiæ, & hoc quia substantia sempiterna pręcedit omne ens possibile. Si enim naturaliter potentia præcederet actum, oporteret quòd quidquid est in actu, ante fuisset in potētia, & sic, cum substātia sempiterna sit in actu,
B facta hac suppositione, prius uel tempore, uel natura fuit in potentia, hoc antem dicere est impossibile: hoc enim posito, uel oportet, quòd substātia sempiterna, dum est in potentia, deducat se ad actum, & hoc est impossibile, ut iam dictum est; uel oportet, quòd deducatur ab aliquo alio; & hoc etiā est impossibile; quia secundùm hoc substantia sempiterna non esset substantia prima, & hoc quia substantia eam deducens ad esse, esset prior ea. Deinde eum dicit.

Quod generatur, ē ad mixtum potentiæ.

Quomodo actus præcedit potentiā.

Potentiam quidem igitur existimare priorem actu, est quidem ut ben: est autem ut non benè: dictum est autem quomodo. Quòd autem actus priùs, testatur Anaxag. intellectus enim actus: Et Empedocles amicitiam & litem. Et semper dicentes motum esse, ut Plato, & Leucippus. TEX. 32.

C Soluit quæstionem, dicens: quòd dicere, quòd potentia præcedit actum, est quidem ut sic, & est quidem ut non: quomodo autem hoc sic, dictum est in Nono huius, ubi dictum est, quòd in eodē numero potentia præcedit actum: in diuersis autē actus præcedit potentiam, & hoc quia illud, quod est in potentia, non potest reduci ad actum, nisi per aliquid præexistens in actu: & quia actus naturaliter præcedit potentiā, ideo benè dixit Anaxag. quando dixit, quòd intellectus omnia monet ad actum; intellectus autem mouens omnia ad actum, est in actu, & sic actus præcedit potentiā: quantum etiam ad hoc benè dixit Empedocl. qui posuit amicitiam & litem esse causas mouentes,
D & pręcedere ipsa mobilia, sicut actus præcedit potentiam. Quātum ad hoc benè posuit etiam Leucippus, qui posuit motum semper esse, & per consequens actum, cum motus sit quidam actus. Sequitur.

Solutio dubitationis, propositæ de prioritate actus, & potētię. Vide in 9. huius tex. cō. 13. et inde.

Quare nō fuit infinito tempore chaos, aut nox, sed eadem semper, aut peryodo, aut aliter, si prior est actus potentia.

Postquàm mouit quandam dubitationem, & soluit eam; hic redit ad ostendendum, quòd substantia sempiterna est. Ad cuius euidentiam notādum est, quòd ratio Arist. per quam ostendit, ꝙ substantia sempiterna est, est talis: generatio, & corruptio semper est in rebus, sed generatio, & corruptio, & sua sempiternitas causatur à motu cęle-

Datur substantia sempiterna.

cælesti, ergo si generatio & corruptio semper est, ergo motus cœlestis semper est; eum autem motus non sit sine motore, si motus cœlestis semper est, ergo motor semper est, sed motor iste est substantia, quam quærimus, ergo talis substantia est. In hac ratione sic procedit, quia primò ponit proprietatem generationis, scilicet quòd generatio semper est: secundò ex hoc concludit, motum cœlestem esse, ibi [Si itaque idem.] tertiò ex hoc cōcludit, motorē esse, ibi [Est igitur aliquid.] Dicit ergo primò, quòd si actus est simpliciter prior potentia, sequitur quòd opinio Antiquorum sit falsa, qui posuerunt, quòd omnia priùs fuerunt in potentia simul in quodam chaos confuso: sequitur etiam, quòd sit falsa opinio illorum, qui posuerunt, quòd omnia fuerunt priùs in quadam priuatione, quā priuationem uocabant noctē: utraque enim opinio falsa est. Dicendum est autem, quòd ea, quæ sunt, semper fuerunt in peryodo, idest secūdùm circulum generationis, & hoc quia actus est prior potentia. Notandum est, quòd idem semper esse, potest intelligi duobus modis; uno modo quòd idem semper sit secundùm speciem, & non secundùm numerum; & hoc idem esse, est esse secundùm circulum generationis. Secundo modo potest intelligi, quòd aliquid idem semper sit, non solùm secundùm speciem, sed etiam secundùm numerum, eo modo quo dicimus, ꝙ una substātia sempiterna est semper eadem. Hoc uiso, patet quod, dicit Philosophus; dicit enim ꝙ non est dicendum, ꝙ omnia fuerint aliquando in potentia, uel quòd omnia aliquādo fuerint in prima priuatione, sed dicendum est, quòd actus semper fuit, uel secundùm circulum generationis, in quo quidem circulo manet idem actus secūdùm speciem; uel dicendum est, quòd actus aliter manet, scilicet secundùm numerum; siue autem primo modo dicatur, siue secūdo, actus præcedit potentiam: in circulo enim generationis in diuersis actus præcedit potētiam, ut dictum est; ille autem actus, qui permanet idem in numero, præcedit omnem potentiam, & omne ens possibile, ut dictum est. Deinde cum inquit.

Idem semper esse, dupliciter.

TEX. 34. *Si itaque idem semper periodo, oportet aliquid semper manere similiter agens. Si autem debeat fore generatio & corruptio aliud, oportet agens esse aliter & aliter. Necesse est igitur, sic quidem secundùm se agere, sic uerò secundùm aliud. Aut ergo secundùm alterum, aut secundùm primum. Necesse est igitur secundùm hoc. Etenim illud ipsum causa & illi. Dignius ergo primum. Etenim causa erat illud ipsius semper similiter: et ipsius aliter, alterum. Eius aūt, quod est semper aliter palàm quod ambo.*

Ostendit, quòd motus cœli semper est. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc facit: secundò ex hoc concludit errores quorūdam philosophorum. Secunda ibi [Ergo si sic.] Ad euidentiā primi notandū est, ꝙ in generatione & corruptione duo sunt, in generatione. n. & corruptione est quędā perpetuitas; quia generatio & corruptio perpetua sunt: est etiam quædam uarietas; quia aliquando generatur forma, aliquando corrumpitur. Secundùm ergo hæc duo generatio & corruptio arguit duplicem motum: secundùm. n. quòd perpetua est, quasi uniformiter se habet, & ita arguit motum uniformē, scilicet motum primi cœli: secundùm autem quòd in generatione & corruptione est quædam uarietas, sic arguit motum Solis in obliquo circulo, qui quidem motus uidetur habere uarietatem, inquantùm sol aliquādo accedit ad nos, aliqñ recedit à nobis: accedēdo causat generationem; recedendo aūt corruptionē. Est ergo sñia Philosophi in hoc: ꝙ motus primus est causa perpetuitatis generationis, & corruptionis: motus autem solis in obliquo circulo est causa uarietatis, quæ est inter generationē & corruptionem. Visa hac sententia Philosophi, patet litera, quæ dicit: quòd si aliquid permanet idem semper peryodo, idest secundùm circulum generationis, oportet dare aliquod agens, quod semper maneat similiter. i. uniformiter, quod sit causa istius perpetuitatis, & hoc agens est primū cœlum: si etiam debet esse generatio, & corruptio, oportet quòd sit quædam uarietas, ex hoc quòd res aliquando generatur aliquando corrumpitur. Si autem ita est, oportet dare aliquod agens, quod aliter & aliter se habeat in causando istam uarietatem, & istud agens est sol, qui aliter & aliter se habet, ex quo accedit, & recedit à nobis. Istud ergo agens necesse est, quòd causet istā actionem secundùm se, inquantùm, scilicet causat diuersitatem generationis & corruptionis; uel necesse est, quòd causet secundùm aliud, hoc est in uirtute primi, scilicet inquantùm causat perpetuitatem: necesse est enim quòd istud agens causet istam perpetuitatem uel in uirtute alicuius alterius, uel secundùm primum, idest in uirtute primi cœli; cùm ergo non agat in uirtute alicuius alterius, necesse est quòd agat secundùm hoc, idest in uirtute primi; ipsum enim primum est causa ipsius, idest actionis propriæ, & etiam est causa illius, idest actionis, quæ est in secundo agente, & quia omnis causa primaria est magis causa, quàm secundaria, ideo ipsum primum dignius principium est, quàm secundum. Quòd enim ipsa generatio semper sit, & quasi similiter, idest uniformiter, est causa ipsum primum, idest motus primi cœli: quòd autem sit ibi quædam alietas, quia aliquando est generatio, aliquando est corruptio, est causa quoddam alterum, scilicet motus Solis in obliquo circulo. Quòd autem hæc duo coniungantur adinuicem, scilicet quòd generatio semper sit, & quòd generatio aliter sit, oportet quòd ambo sint causa, scilicet motus primi cœli & motus solis in obliquo circulo; ita tamen quòd prima est magis causa, quàm secunda. Subiungit deinde.

Motus cæli perpetuus est.

Generationis, & corruptionis perpetuitas, & uarietas unde.

Uniformitas i reb. ex primo motu est, differentias ex uarietate Zodiaci & motu planetarum, præcipue Solis.

Omnis causa primaria est magis causa, quàm secundaria.

Ergo si sic se habet motus, quid ergo alia oportet quærere principia? Quoniam autem ita contingit, & si non sit ex nocte erunt, & simul omnia, & ex non

non ente, soluentur utique hæc. Et est aliquid semper motum motu incessabili: hæc autem quæ circulo. Et hoc non ratione solùm, sed opere palàm. Quare sempiternum erit utique primum cœlum.

Redarguit Platonem, & Empedoclem. Excludit errores quorundam Physicorum, & primò errorem Platonis, dicentis: quòd si motus semper est, sufficit ad causãdum formas; & ideo non oportet quærere quædam alia principia, sicut quærebat Plato, qui ponebat ideas propter generationem formarum. Si etiam iste motus ponatur, excludetur error illorum, ꝙ posuerunt omnia esse generata ex nocte, idest ex pura priuatione; si enim sic non ponatur, sicut posuimus: diceret fortè aliquis, ꝙ omnia sunt generata ex nocte, idest ex priuatione, & ex non ente: contra quem dicimus soluendo scilicet modum nostrum, quòd impossibile est, quòd omnia fuerint in pura potentia, & in pura priuatione: & hoc quia fuit sẽper aliqđ corpus motũ motu incessabili, qui quidẽ motus est motus circularis, & sic motus sẽper fuit. Quòd ãt motus semper fuerit, hoc patet ex rõne, & ex opere, idest ex effectu ipsius motus, qui quidẽ effectus ẽ generõ & corruptio: si autem motus est sempiternus, & cœlum primum, quod mouetur hoc motu, erit sempiternum; & sic patet, quòd falsum est dicere, quòd omnia fuerunt priùs in pura priuatione.

TEX. 35. *Est igitur aliquid, & quod mouet. Quoniam autem quod mouetur & mouens & medium. Igitur est aliquid, quod non motum mouet sempiternum, & substantia, & actu ens.*

Ex perpetuitate motus cœli concludit perpetuitatẽ primi motoris. Postquam ostendit, quòd generatio semper est; postquam etiam ostẽdit ex hoc, quòd motus semper est: hic ex hoc concludit, quòd substantia sempiterna, quæ mouet, est: & hoc fuit intentũ principale. Dicit ergo, quòd si motus est semper, & omne, quod mouetur, ab alio mouetur, oportet dare aliquid, quod moueat, quod sit semper. Quòd autem ita sit, patet: in ordine enim mobilium sunt tria, aliquid est enim, quod mouetur tantùm; aliud est, quod ita mouet, quòd non mouetur: aliquid est, quod mouet, & mouetur: cum enim non sit abire in infinitum in mouentibus, oportet quòd illud, quod mouetur, reducatur ad medium, quod mouet & mouetur, & illud medium reducatur ad aliquod mouens nõ motum; quod quidem est ens sempiternum, & substantia in actu, cui non admiscetur potentia. Notandum est, quòd Philosophus imaginatur tres gradus entium, ita quòd ultima reducuntur ad prima, & ad suprema per media: imaginatur enim Philosophus unum ens, quod habet tantùm rationem mobilis: secundò imaginatur alterum ens, quod habet rationem mobilis & mouentis; ita ꝙ non mouet, nisi quia mouetur, & tale ens necessariò est agens instrumentale: si enim non mouet, nisi quia mouetur, necessariò mouetur in uirtute alterius, & necessariò instrumentum est respectu illius; tertiò imaginatur ens, quod ita mouet, ꝙ non mouetur, & hoc est ens sempiternum. Quasi dicat ergo Philosophus in litera: motus apparet in rebus, ne ergo sit abire in infinitum, oportet deuenire ad aliquem motorem immobilem, qui ita moueat, ꝙ non moueatur: ita quòd illud, quod mouetur tantùm, & illud, quod est mouens, & motus arguunt motorẽ immobilem, sicut ultimũ & medium arguunt primum.

In ordine mobilium tria sunt.

Entiũ tres gradus.

Primus motor est penitus immobilis.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vtrum illa opinio, quę dicit, ꝙ omnia sunt ex pura priuatione, uel ex non ente, sit possibilis? Dicendum est, quòd hoc quod dico omnia, potest distribuere pro toto ambitu entis: ita quòd sub isto ambitu cadat omnis substantia, tam materialis, quàm immaterialis, & secũdũ istum modum intelligendi positio est impossibilis; secundùm enim istum modum intelligendi omnis substantia, & omne ens esset ad mixtum priuationi & potentię. Et secundùm istum modũ dicendi sequitur duo inconuenientia, de quibus iam dictum est: si enim omne ens, & omnis actus esset ad mixtum priuationi & potentiæ, sequeretur, quòd potentia & priuatio naturaliter præcederet actum; quòd autem hoc sequeretur, patet; quia illud, quod conuenit rei ex natura sua, prius est illo, quod conuenit sibi ex alio; si autem omne ens esset ex priuatione & ex potẽtia, oẽ ens esset ĩ priuatione & in potẽtia, & de se nõ haberet actũ; & quia omne ens esset in potentia, potentia esset prior oĩ actu. Sequeretur ẽt aliud incõueniẽs, de quo dixit Philoso. scilicet quòd nullum entium esset: si enim omnia entia essent ex priuatione & ex potentia, non esset impossibile ponere, quòd nullum ens esset: quia possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile. Secundo modo hoc, quod dico omnia, potest distribuere pro ambitu totius entis, quod est aliud a primo ente, scilicet Deo: & sic non est impossibile, quòd omnia sint ex pura priuatione, & hoc quia Deus omnia creauit ex nihilo: actioni enim diuinæ nihil supponitur. Sequitur. Regula. Actioni diuinæ nihil supponitur.

TEX. 36. *Mouet autem sic appetibile, & intelligibile. Hæc enim sola mouent non mota.*

Postquam Philosophus probauit substantiam sempiternam esse, in parte ista inquirit de perfectionibus huius substãtiæ. Et diuiditur in tres partes: in prima parte inquirit de perfectione huius substantiæ: secundò de unitate & pluralitate illius: tertiò mouet quasdam dubitationes, pertinẽtes ad actionem huius substantiæ. Secunda ibi [Vtrum autem unum ponẽdum] Tertia ibi [Quæ autem circa intellectum habent quasdam dubitationes] Prima in duas partes, quia primò inquirit perfectiones huius substantię: secundò excludit errorem quorundam circa hanc substantiam, ibi [Quicunque autem putant, ut Pythagorici] Circa primum notandum est: quòd huiusmodi substantia sempiterna habet multas perfectiones: de perfectione enim eius est: ꝙ mouet sicut finis: secũdò de perfectione eius est, quòd mouet sicut summum intelligibile, ita quòd habet rationem summi intelligibilis: tertiò de pfectione eius est, qu òd

Substantia prima & sẽpiterna perfectiones.

quòd sit optimum appetibile;ita quòd mouet sicut optimum appetibile: quartò de perfectione eius est,quòd mouet primum cœlum,& mouendo primum cœlum,mouet inferiora. Quintò de perfectione eius est, quòd in ea est summa delectatio, ex eo, scilicet quòd habet, rationem summi intellegibilis & optimi appetibilis. Secundùm hoc ergo, hæc pars habet quinque partes:quia primò ostenditur, quòd hæc substantia mouet sicut finis: secundò quòd habet rationem summi intellegibilis,ibi[Intelligibilis autem] tertiò quòd habet rationem optimi appetibilis, ibi [At uerò & quod] quartò quòd mouet primum cœlum, quo moto, mouet omnia inferiora, ibi [Mouet autem ut amatum] quintò quòd in ea est summa delectatio,ibi[Dubitatio autem qualis.] Primò ergo ostendit, quòd hæc substantia mouet sicut finis.Et duo facit,quia primò hoc ostendit:secundò ostendit,quòd in ista motione idem est desideratum,& intellectum, ibi [Horum autem prima.] Dicit ergo primò:ita dictum est,ꝙ substantia sempiterna prima mouet; mouet autem sicut appetibile & intelligibile, & sicut desideratum & amatum;& ita sicut finis: ratio autem hæc est, quia de ratione huius substantiæ sempiternæ est, quòd moueat non mota; quod autem mouet non motum, mouet sicut desideratum & amatum,& sicut appetibile & intelligibile.

Primū mouens mouet sicut finis.

Notandum est, quòd ratio Philosophi fundatur super duas propositiones:prima propositio est, ꝙ substantia sempiterna mouet non mota: secunda propositio est, quòd mouens non motum est,ꝗ mouet per modum finis & appetibilis: ex his autem duabus concludit, quòd substantia sempiterna mouet sicut desideratum, & amatum, & sicut appetibile.

Quæstio. Quæreret quis.Per quem modum posuit Philosophus,quòd substantia prima sempiterna mouet sicut desideratum & amatum ? Dicendum est, quòd Philosophus imaginatur, quòd cœlum est animatum : ita quòd cœlum moueatur ab anima, siue ab intelligentia coniuncta : hæc autem intelligentia ideo mouebat cœlum, ut posset se assimilare primæ intelligentiæ. Imaginabatur.n. Philosophus,quòd intelligentia prima appropriata cœlo mouebat cœlum ; mouendo autem cœlum,explicat formas,quæ sunt in potentia materiæ:ita quòd educit eas de potentia ad actum:educendo autem eas de potentia ad actum, assimilat se primæ intelligentiæ : hæ enim formæ, quæ explicantur (secundùm eum) habent duplex esse: unum esse habent in intellectu primæ intelligentię ; secundum esse habent in potentia materiæ, de qua potentia per motum cœli educuntur.

Imagō Philoso. de aia cœli, & motu intelligētiarum.

Imaginabatur etiam Philosophus secundò,quòd quantò res est magis in actu , magis assimilatur primę intelligentiæ,quæ est purus actus:intelligētia autem mouens cœlum , magis est in actu , si moueat,quàm si non moueat: mouendo enim explicat formas,quæ sunt in potentia materiæ; quæ quidem explicatio nobilis actus est. Sic ergo hæc uirtus mouet cœlum, mouendo autem cœlum,explicat formas,quæ sunt in potentia materiæ:explicando autem, assimilat se primæ intelligentiæ: ita quòd in isto motu est aliqua uirtus, quę mouet, sicut efficiens; & est intelligentia, quæ mouet sicut finis,cui,scilicet intendit assimilari secunda intelligentia. Imaginatur tertiò Philosophus,quòd finis semper est nobilior eo,quod est ad finem : intelligentia ergo non mouet cœlum propter explicationem formarum, & hoc quia sic motus esset propter aliquid ignobilius; nec finis esset nobilior eo, quod est ad finem,sed ignobilior:sed mouet cœlum,ut explicet formas materiales; & explicando habeat suam perfectionem in actu secundo, & non primo tantùm : habendo autem suam perfectionem in actu, magis assimilatur puro actui, quàm illud,quod non habet: & sic purus actus, uel assimilatio ad purum actum est finis huius motionis : & sic benè dixit Philosophus,quòd purus actus,& prima intelligētia mouet sicut desideratum & amatum.Imaginabatur quartò Philosophus, quòd actiones omnium inferiorum agentium respectu primi sunt, sicut actiones seruorum respectu domini : sicut ergo omnes actiones & exercitia seruorum sunt, ut assequantur intentionem domini sui; ita quòd intentio domini mouet sicut desideratum,& amatum:ita omnes actiones omnium agentium inferiorum ad hoc sunt, ut secundùm aliquem modum, & secundùm aliquam similitudinem assequantur esse diuinum: omne enim, quod est, secundùm aliquem modum partic pat esse perpetuum,& esse diuinum;quia omnis entitas est quædam participatio deriuata ab ente primo:& ita sicut intentio domini mouet omnes seruos sicut amatum & desideratum; ita esse diuinum & esse perpetuum,quod intendunt assequi omnia inferiora; mouet omnia agentia inferiora, sicut finis & sicut desideratum, & amatum. Et sic per hoc patet intentio Philosophi:non enim hic aliud intendimus nisi exponere Philosophum : de istis enim motionibus cœlorum fortè aliter dicerent Theologi.

Quò magis res est in actu; eò magis approprinquat primæ intelligētiæ.

Finis est nobilior eo, quod est ad finē.

Actiones agentiū inferiorum pp quid sunt.

Quæstio. Quæreret quis. Quomodo est uerum,quod dicit Philosophus, quòd appetibile mouet non motum?Dicendum est,quòd Philosophus imaginatur hic in motu cœlorum, sicut in motu animalium,quando mouentur motu progressiuo:in motu autem animalium sic est, quòd appetibile intellectum mouet appetitum;appetitus autem motus imperat potentię motiuæ, quæ potentia motiua mouet membrum motu progressiuo : & sic in isto motu appetibile ita mouet, quòd non mouetur:appetitus autem uel potentia motiua mouet, & mouetur;membrum autem mouetur tantùm. Ita similiter prima intelligentia,quę est purus actus,secundùm ipsum Philosophum mouet sicut desideratum & amatum, & sicut appetibile appetitum intelligentiæ,uel animæ;quæ quidem intelligentia

Proportio motus cœlorum ad motū progressiuum animalium.

ligentia sic mota mouet cœlū; mouendo aūt cœlum, explicat formas, quæ sunt in potentia materiæ. Hæc aūt omnia, quæ hic dicta sunt, uidentur supponere, ꝙ cœlum sit animatum, quod non credimus esse uerum: quomodo autē hoc sit, & quomodo non, alibi habet locum. Deinde.

Horum autem prima eadem. Concupiscibile quidem.n. ipsum apparens, uoluntabile aūt primum ipsum existens bonum. Appetimus aūt quia uidetur magis, quā uidetur; quia appetitus principiū est intelligētia. Intellectus aūt ab intelligibili mouetur.

Ostendit Philosophus, ꝙ in ista motione idē est desiderabile & intelligibile. Ad cuius intelligentia notandum est ꝙ in nobis est duplex appetitus: sensitiuus, & intellectiuus, qui quidē intellectiuus uocatur uoluntas: appetitus aūt sensitiuus **B** sequitur sensum, & cognitionē eiusdē: appetitus aūt intellectiuus sequitur intellectū & cognitionē eiusdē: in nobis ergo non est idē appetibile & intelligibile; & hoc quia in nobis quoddam appetibile est sensibile: & hoc patet in incontinente; quidē patitur & nō deducitur; ita ꝙ sequitur appetibile intelligibile & non sensibile: in intelligētia aūt, quæ mouet cœlū, idem est appetibile & intelligibile; & hoc quia intelligentia non hēt sensum; & per consequens esse appetibile apprehēditur tantum ab intellectu, & non à sensu. Visa hac sñia, patet litera Philosophi, quæ dicit: ꝙ in prima intelligentia, quæ mouet cœlum, intelligibile & appetibile eadem sunt; intelligibilia autē in nobis non sic: in nobis enim concupiscibile.i. appetibile sensibile, qđ quidē est apparens bonū, & nō bonū simpliciter; & istud bonū ītelligibile appetimus, quia uidetur bonū; non aūt uidetur bonū, quia appetimus: sic ergo hæc duo differunt in nobis. Non sic autem in intelligentia; in intelligentia.n. intellectus, & nō sensus est principiū actus, intellectus.n. mouetur ab intelligibili, & nō à sensibili: & sic hic idē ē appetibile, & intelligibile. Notandū est, ꝙ aliter se hēt appetibile, & aliter intelligibile, & aliter sensibile: appetibile .n. intelligibile est bonū simplex; & iō cadit sub appetitū; quia uidetur bonū sicut est; appetibile aūt sensibile, ideo uidetur bonū, non quia sit, sed quia appetitur; appetitus .n. sensitiuus subuertit iudicium rōnis; ut illud, qđ nō est bonū, intendat bonū: sicut patet in intēperato, in quo sunt corrupta principia practica, quia sibi uī bonū, qđ nō ē bonū. Hoc ē ergo, qđ dicit Philosophus in litera; ꝙ appetibile intelligibile iō appetimus, quia uī bonū: non sic aūt appetimus sensibile; tale.n. uidetur bonum, quia appetimus. Prosequitur.

Appetitus duplex in nobis.

Appetibile & intelligibile in quib. idem, & in quibus non idem.

Differentia inter appetibile intelligibile, & appetibile sensibile.

Appetitus sensitiuus subuertit iudicium rationis.

TEX. 37. *Intelligibilis autē altera coelemētatio, secūdū se, et huius cā substātia prima, et huius quæ simplex et secundū actū: Est aūt unū & simplex nō idē. Unū.n. metrū significat, simplex aūt qualiter habēs ipsum.*

Postquàm ostendit Philosophus, ꝙ ista intelligentia sempiterna mouet; in parte ista ostendit, ꝙ ista intelligentia hēt rōnem nobilissimi intelligibilis. Ad cuius euidentiā notandū est, ꝙ intelligibiliū duplex est coelemētatio, siue duplex coordinatio; infra unā coordinationē sunt priuationes: infra secundā sunt habitus, sed tñ habitus habent magis rōnem & naturā intelligibilis, quàm priuationes: habitus.n. est intelligibilis per se, priuatio aūt per accidens: cū ergo substantia sempiterna habeat rōnē maximi intelligibilis, erit īfra coordinationē habituū, & non priuationū; inter habitus ēt est duplex coordinatio; infra habitus .n. est coordinatio substantiarum, & coordinatio accidentiū; cū ergo accidens non intelligatur nisi p substantiā, & hoc quia accidētia diffiniuntur p additamenta, sequit̄ ꝙ substantia hēt rōnē magis intelligibilis, quàm accidens; cū ergo substātia sempiterna prima habeat rōnē maximi intelligibilis, non pōt esse infra coordinationē accidētiū, ergo oportet, ꝙ sit substantia infra substantias. Substantiarū aūt est duplex coordinatio, quędā.n. substantiæ sunt materiales & cōpositæ: quędam aūt sunt substantiæ immateriales, & simplices: substantia aūt immaterialis & simplex magis hēt rōnem intelligibilis, quàm substantia materialis & cōposita: cū ergo substantia sempiterna (quam quærimus) habeat rōnem maximi intelligibilis, oportet ꝙ sit substantia, non ois, sed simplex; & sic hæc substantia sempiterna est in coelementatione intelligibiliū, nō omnium, quia nō accidentium, non.n. est accidens, sed substantia; & non ois substantia, sed simplex. Hoc uiso, patet litera Philosophi, quæ dicit: ꝙ intelligibilis duplex coelementatio est.i. duplex coordinatio; **C** altera.n. coelementatio est entis secundū se, quod quidē ens est substantia, quæ quidē substantia est primū ens. Huius aūt substantiæ est duplex coordinatio, quia quędā est substātia, quæ est simplex, & quæ est secundū actū, & nō secundū potentiā: & quædā, quæ est secundū potentiā; istud ergo intelligibile est in altera coelementatione, quia est substantia, & non ois substātia, sed substantia simplex. Benē dico simplex, & nō tantū una; unū.n. & simplex differunt, quia unū dicit metrū & mēsurā; simplex aūt dicit dispōnē rei; ex hoc ꝙ aliquo mō se hēt in se. Notandum est, ꝙ secundum Comm. differentia est inter unū & simplex; unū .n. (famoso noīe dicitur de uno, qđ est continuū: **D** continuū.n. est unū in actū; tñ est plura in potentia; & sic licēt unū priuet multitudinē in actu; tñ non priuat multitudinem in potentia: simplex autem dicit priuatiōnē ois multitudinis, tā in actu, quàm in potentia; unde simplex est unū, in quo nō est aliqua multitudo realis, nec in actu, nec in potētia. Benē ergo dictū est, ꝙ subā sempiterna, ē simplex; Q.d. Philosophus, unū famoso noīe dicitur de cōtinuo; unū ēt (ut dictū est in Decimo) dicit mensurā, simplex aūt dicit dispōnē eius, cuius ē, ex hoc.s. ꝙ in illo priuatur omnis cōpositio; benē ergo dixit, quòd est substantia simplex.

Intelligentia prima hēt rōnem nobilissimi intelligibilis.

Substantiarum coordinatio duplex.

Intelligibilis coordinatio duplex.

Substantiæ coordinatio duplex.

Unū & simplex differūt, ēt̄ia secundū Com.

Continuum est unū in actu plura in potentia.

Tex. cō. 1. & inde.

At uerò & quod bonum, et quod propter ipsum eligibile in eadem coelementatione et optimum semper, aut proportionabile quod primum.

 Osten-

Ostendit, quòd hæc substantia sempiterna habet rationem summi appetibilis; & hoc quia habet rationem optimi. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc ostendit: secundò respondet cuidam tacitæ quæstioni, ibi [Quod autem est.] Dicit ergo primò; quòd summè intelligibile, & bonum, quod habet rationẽ optimi, sunt in eadem coelementatione; quia idem est summè intelligibile, & bonum, quod habet rationem optimi: substantia, de qua dictum est, habet rationem maximi intelligibilis, ergo habet rationem finis & optimi respectu omnium. Et hoc est, quod dicit litera: quod illud, quod est bonum, & quod est propter ipsum eligibile, & quod est optimum, est in eadem coelementatione, cum summo intelligibili: summum enim intelligibile; quod est primum inter intelligibilia, est proportionabile optimo. Notandum est, quòd hæ duæ partes benè sequuntur ad primam: primò enim ostensum est, quòd substãtia prima sempiterna mouet sicut appetibile & intelligibile, & ideo Philosophus statim ostendit, quòd hæc substantia habet rationẽ maximi intelligibilis, & maximi appetibilis; & hoc quia habet rationẽ optimi. Deinde:

Substantia sempiterna hēt rõnem summi appetibilis.

Quod autem est, quod cuius gratia in immobilibus, diuisio ostendit. Est enim alicui, quodcuius gratia; quorum hoc quidem est, hoc uerò non est.

Respondet cuidam tacitę quæstioni: dictum est, q̃ substantia sempiterna habet rationem finis; diceret. n. aliquis hoc esse impossibile, quia finis non est nisi in rebus mobilibus; & hoc quia adquiritur p motum, & nõ in rebus immobilib. Ad hoc autem respondet Philosophus, dicens, q̃ finis aliquo modo, est in rebus immobilibus; & hoc patet, si diuidamus finẽ, cuius gratia fiũt, quæ fiũt. Finis enim & cuius gratia dicit dupliciter: uno enim modo dicitur finis, quod est præexistẽs ante motum; sicut centrũ est finis motus grauiũ: & isto modo finis est in immobilibus: secundo modo dicitur finis, q̃ non est nisi in intentione agentis, & acquiritur per actionem agentium, ut sit in effectu: & isto modo finis non est nisi in rebus mobilibus. Notandũ est, q̃ secundum Com. in hoc textu: finis dicit duobus modis: uno. n. modo dicitur finis perfectio, quæ est in perfecto; sicut finis medici est sanitas: & finis sic acceptus, non præexistit motui, sed acquiritur per motum, ut sit in effectu: Secundo modo dicitur finis quædam substantia extrinseca à re, quæ mouetur ad eam, ut assimiletur ei; eo modo quo dicimus, q̃ omnes actiones seruorum sunt propter dominũ; & hoc quia omnes actiones seruorum sunt ad ad implendam intẽtionem domini; & finis secundũ hunc modum non acquiritur in effectu per motum, sed præexistit motui. Secundum primũ modũ principiũ non est finis: & hoc quia primũ principiũ nullius perfectio est: secundũ autẽ secundũ modũ primũ principium põt dici finis, & hoc q̃a omnia agentia inferiora p actiones suas aliquali ter intendunt assimilari primo principio.

Satisfacit tacitæ quæstioni.

Finis dupliciter & qs est in rebus immobilibus & scđm doctrinã Comm.

Finis dupliciter secundum Aue.

Mouet aũt ut amatũ: Moto uerò, alia mouẽtur. TEX. 38.

Ostendit, q̃ hæc substantia sempiterna mouet omnia mouendo cœlum. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit, quod dictum est: secundò ostendit, q̃ hæc substãtia omnino immobilis est: tertiò ex his dictis concludit ordinem inter intelligentiã, cœlum, & naturam. Dicit ergo primò: ità dictum est, quòd intelligẽtia prima mouet cęlum sicut amatum & desideratum, mouendo aũt cęlum, mouet omnia inferiora. Notandum est, q̃ Philosophus imaginatur duplicem motum; motũ ad formam, & motum ad ubi: motus autẽ ad formam est in inferioribus; motus autem ad ubi est in cœlo. Imaginatur ergo Philosophus, quòd intelligentia mouet cœlũ motu ad ubi, & mediãte isto motu explicanẽ formæ, quæ sunt ĩ potẽtia materiæ, & educuntur de potentia ad actũ: & sic mediãte motu ad ubi cãtur motus ad formã. Et hoc est, qđ dicit Philosophus, q̃ intelligentia mouet cœlũ, & mouẽdo cœlũ mouet oĩa; quia mediãte motu cœli cãtur motus formales.

Substãtia prima mouendo cœlum, mouet uniuersa.

Motus duplex.

Si quidem igitur aliquid mouetur, contingit & aliter habere. Quare latio quæ prima & actus est, secundũm quòd mouetur. Ex hac autem contingit aliter habere secundùm locum, & si non secundùm substantiam. Quoniam autem est quidem mouens ipsum immobile ens, actu ens, hoc non contingit aliter se habere nullatenus; latio enim prima mutationum, huius aũt quæ circulo. Hoc aũt mouet hoc

Ostendit, q̃ hæc intelligentia immobilis est: secundò ostendit ex hoc, q̃ hæc intelligẽtia est ens necessariũ, ibi [Ex necessitate igitur.] Dicit ergo primò q̃ si aliquid mouetur ab ista intelligẽntia, cũ oĩs motus si quędã alietas, cõtingit q̃ istud, quod mouetur, aliter & aliter se habeat: ex quo sequitur q̃ prima latio, & primus motus est actus corporis, qđ mouetur; quod quidẽ corpus aliter & aliter se hẽt secundũ locũ, & non secundũ substantiã: & hoc q̃a istud corpus nõ mouetur ad formam. Licẽt aũt istud corpus aliter & aliter se habeat secundũ locũ; tñ motor q̃ mouet istud corpus, omnino est ens immobile, & ens in actu sine potentia: ita q̃ nõ contingit ipsum aliter & aliter se habere: mouet. n. corpus secundũ primã mutationẽ, quæ est mutatio ad ubi, & ista mutatio circularis est; mediãte aũt motu mouet hæc inferiora. Notãdũ est, q̃ sñia Philosophi in breui est ista: q̃ elementa quidẽ aliter & aliter se hẽnt secundũ formã; cęlũ aũt aliter & aliter se hẽt secundũ ubi, sed non secundũ formã: intelligentia uerò nullo mõ aliter & aliter se hẽt, nec secundũ formã, nec secundũ ubi. Hoc aũt sic imaginat; q̃ sicut primũ alterãs, qđ est cœlũ, ita alterat, qđ non alteratur: ita intelligentia, quę mouet primò motu. s. ad ubi ita mouet, q̃ non mouet. Et hoc est, quod dicit litera: intelligentia mouet primo motu, q̃ est motus ad ubi; & secundum illum motũ non mouet; si aũt non mouetur secundũ illum, nec secundũ aliquẽ alium: & hoc quia motus ad ubi est primus motus: imaginabimur ergo vniuersaliter in motu primum,

Intelligentia prima immobilis est.

primum & secundum motum. In alteratione aūt ita est, ꝙ secundùm alterum ita alterat, quod alterari potest, & ita mouet motu alterationis, quod etiam mouetur: primum autem alterans ita mouet motu alterationis, quod non mouetur; & ita alterat, quod non alteratur: tamen non potest moueri ad ubi. Sicut autem dictum est de alteratione, ita dicatur uniuersaliter de motu: nam sicut primum alterans, quòd est cœlum, nullo modo alteratur, eo ipso quòd est primum in tali genere: sic primum mouens uniuersaliter, quod est intelligentia, nullo modo mouetur: nam idem iudiciū est de primo genere respectu huius generis, & de primo ente simpliciter respectu huius entis.

Ex necessitate igitur est ens: & necessitas benè & sic principium: nam necessarium toties: hoc quidem uidetur quod propter impetum, illud uerò si ne quo non benè; hoc autem non contingens aliter, sed simpliciter. B

Ostendit ex dictis, ꝙ hæc intelligentia sempiterna est ens, quod est necesse esse. Ad cuius euidentiam notandum, ꝙ ubicunque est rō motus, est rō possibilis; & hoc quia motus est actus entis in potentia secundùm ꝙ in potentia: illud āt ens, a quo excluditur rō omnis motus, oportet ꝙ sit necesse esse; & hoc quia ab eo excluditur rō omnis possibilis. Et hoc est, quod dicit: ita dictū est, ꝙ hoc ens nullo mō mouetur; & iō oportet ꝙ sit ens necessarium: ita ꝙ necessitas sit in eo: hoc.n. principium necessarium est; Verum est, ꝙ necessarium dicitur multis modis: uno.n. mō dicitur necessarium idem, quod uiolentum: & hoc mō necessarium cāsatur a cā extrinseca. Secundo mō accipitur necessarium a fine; eo mō quo dicimus, ꝙ illud est necessarium, sine quo res non pōt benè haberi; sicut uolenti ire Angliam necessarium est habere nauim. Tertio mō dicitur necessariū, quod impossibile est aliter se habere, & hoc quia inuariabile est, & immobile a sua dispositione: & hoc mō dicimus, ꝙ ens primum, quod est intelligentia prima, est ens necessarium. Notandum, ꝙ primum necessarium sumitur a cā efficiente: secundum āt sumitur a cā finali: tertium uerò sumitur a forma; & hoc pōt esse in ente primo; eo mō quo dicimus, ꝙ Hemisperium habet, quod est necesse esse; quia impossibile est non esse; qđ quidē sic est necesse esse, hoc sequitur essentiam & formam primi entis.

Subā immobilis, sempiterna, ſt ne cesse esse.

Necessariū multipliciter.

Quæ intelligētia prima est ens necessarium.

Ex tali igitur principio dependet cœlū & natura.

Ex dictis concludit continuationem inter intelligentiam, cœlum, & naturam, dicens: ꝙ intelligentiæ mouent cœlum, & mouendo cælum, mouent inferiora, ut dictum est: oportet ꝙ ex tali primo principio, quod est intelligentia, dependeat tam cœlum, quàm natura. Notandum, ꝙ Philoso. hic appellat naturam, agentia inferiora, quæ naturaliter agunt: imaginatur ergo, ꝙ hæc agentia inferiora explicant formas de potentia materiæ; hoc āt non faciunt nisi mediante motu cæli; motus āt cœli per intelligentiam est, & sic natura

Cōtinuatio inter intelligentiam, cælum, & naturam.

A continuatur cœlo, & cœlum intelligentiæ. Notādum, ꝙ secundùm intellectum Philos. forma hēt triplex esse: unum esse habet in intellectu motoris, uel intelligentiæ: & istud esse est sicut esse formarum in mente artificis. Scdm esse hēnt in uirtute cœli: & istud esse est sicut esse formarum in instrumento; mediante quo instrumento agit artifex: eo modo quo dicimus, ꝙ forma domus secundùm aliquem modum est in mente artificis, & secundùm aliquem modum est in serra. Tertium esse habent formę in materia: & istud esse est sicut esse formæ domus in materia: sicut ergo forma domus, quæ est in materia, continuatur artifici mediante instrumento; ita tota natura formarum eductarum de potentia materiæ, continuatur intelligentiæ, mediante cœlo. Et hoc est fortè, quod dixit Philosophus; ꝙ natura, & cœlum ex tali principio dependet. Si tamen Philosophus in dictis suis uoluit dicere, ꝙ primum principium non potest educere formas ad actum, nisi mediante cœlo, falsum dixit, sicut aliàs &c.

Forma hēt triplex esse.

Deductio autem qualis optima paruo tempore nobis. Sic enim semper illud est, nobis quidem impossibile. Quoniam & delectatio actus huius; & propter hoc uigilatio sensus & intelligibilia, & delectabilissima: species uerò & memoriæ propter hoc. Intelligentia autem, quæ secundùm se eius, quod secūdùm se optimū: & quæ maximè eius, qđ maximè. TEX. 39.

C Postquam Philos. ostendit, ꝙ prima cā mouet sicut desideratum & amatum; postquam ēt ostendit, ꝙ habet rationem maximi intelligibilis; & simul cum hoc rationem optimi: postquam ētiam ostendit, ꝙ mouendo cœlum, mouet omnia: in parte ista ostendit, ꝙ in prima causa est summa delectatio; ex eo ꝙ intelligit & amat seipsum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostendit, quòd in ipsa prima intelligentia est summa delectatio propter actum Intellectus: quia autem actus intellectus actus est uitalis; ideo secūdò ostendit, quòd in tali primo principio est uita, ibi [Et uita autem utiq;.] Prima pars in duas partes: nam (ut dictum est) prima causa mouet sicut desiderabile & intelligibile; primò ergo Philo. ostendit, ꝙ delectatio est in intelligente & desiderante primam cām; sicut delectatio est in intelligentia, D quæ immediatè mouet cœlum: secundò ostendit Philos. ꝙ maximè delectatio est ī ipso primo principio; quod desideratur & intelligitur, ibi [Seipsum āt intelligit.] Dicit ergo primò, ꝙ deductio .i. nobilis dispō & delectabilis est in ipsa intelligentia, quæ mouet cœlum; ex eo ꝙ intelligit primum principium: talis āt optima dispō & delectatio non pōt esse in nobis nisi paruo tpe: ꝙ enim ſp sit in nobis, hoc est impossibile: ꝙ āt talis delectatio sit in intelligente primum principium, patet: quia delectatio sequitur intellectionem; unde oīs delectatio ſp est de actu; & ideo uigilia, quæ cōsistit in actu; & sensus .i. actus sensualis: & intelligentia, idest actus intellectualis delectabilissima sunt. Et si enim delectatio est in memoria,

In prima cā est summa delectatio.

Actus intellectus est actus uitalis.

Delectatio quid, ita qui bus est; secūdum qua partem, & de qua.

moria, uel in specie, hoc non est, nisi inquantum species & memoria referuntur ad actum: species enim refertur ad operationem, & ad actũ præteritum, & in tantùm delectat, inquantum refertur ad actum præteritum. Si ergo intelligentia actualis secundũ se delectat, oportet quòd intelligentia, quæ est respectu eius, quod est optimum bonum, idest bonum intelligibile, & quæ est respectu eius, quod est maximè intelligibile, maximè delectet: talis autem est intellectio desiderantis & intelligentis primum. Notandum est; quòd intentio Philosophi fundatur super duo fundamenta: primum fundamentum est, quòd delectatio causatur ex actuali coniunctione perfectibilis & perfectionis; & ita delectatio est in operatione, & non in potentia; nam per operationem perfectibili adiungitur perfectio; quòd autem delectatio sit in operatione actuali, probat Philosophus per hoc, quia uigilia, sensus, & intellectus inquantùm dicunt quendam actum, delectant. Secundum fundamentum, super quo fundatur Philosophus, est: quòd si delectatio est in operatiõe, erit maximè in optima operatione; quæ quidem operatio est operatio intellectus uel uoluntatis respectu optimi obiecti: ex his duobus fundamentis concludit, quòd in actuali intellectione primi principii est maximè delectatio. Notandum est, quòd secundum Philosophum primo Rhetoricę, delectatio est quidam motus animæ & constitutio simul tota sensibilis in existente natura. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd quando dicitur, ꝙ delectatio est motus, ibi accipitur motus communiter pro operatione: quando etiam dicitur, quòd est motus sensibilis, ibi idem est sensibile, quòd perceptibile; ita quòd perceptibile dicit quid commune ad actum sensus, & ad actum intellectus. Quasi dicat ergo Philosophus, delectatio est operatio perceptibilis, ex qua quidem perceptione, quasi quædam dulcedo in ipso, qui delectatur; & quasi quædã delectatio causatur; quia delectatio quasi idem est, quòd dilatio; quia ex hoc per operationem potentia attingit, quod est sibi conueniens & proportionatum, & hoc percipit ex hoc, quòd dilatatur. Est etiam delectatio constitutio simul tota in natura existente: benè quidem dicit, quòd est constitutio simul tota, cuius ratio est, quia delectatio non est in fieri; sed in facto esse; & ideo uocatur constitutio; quasi dicat, delectatio consistit, scilicet in quodam constituto esse, quod quidem est totum simul. Quod autem dicit, quòd ista delectatio est motus, uel constitutio perceptibilis in existente natura; tangit subiectũ delectationis: quasi dicat, illud, quod delectatur, est quoddam existens in natura, quod quidem delectatur ex hoc, quod adquirit aliquã dispositionem, quæ sibi conuenit secundùm naturam suam: ita quòd hoc habere idem est, quòd coniungi conueniens cum conuenienti, ex qua coniunctione causatur delectatio. Si ergo secundùm prædicta delectatio est operatio uel constitutio

Fundamenta Philosophi.

In actuali intellectiõe primi principij est maxima delectatio.

Delectatio est in facto esse.

E perceptibilis respectu eius, quod est secundùm naturam, cum operatio intellectus respectu maximi intelligibilis sit perceptibilis, & sit quædam constitutio, hoc est in constituto esse, & sit respectu perfectionis intellectus: sequitur quòd (sicut dicit Philosophus) in tali intellectione est magna delectatio. Deinde cum subdit.

Seipsum autem intelligit intellectus secundum transumptionem intelligibilis. Intelligibilis enim fit attingens & intelligens. Quare idem intellectus & intelligibile. Susceptiuum enim intelligibilis & substantiæ. Actuatur autem habens.

Postquàm Philosophus dixit, quòd est magna delectatio in eo, quod intelligit primum principium; in parte ista ostendit, quòd in primo principio est maxima. Ad cuius euidentiam notan- F dum est, quòd in primo principio est delectatio ex hoc, quòd intelligit seipsum: & ideo Philosophus primò ostendit, quomodo intellectus intelligit seipsum: secundò ex hoc concludit, quòd maxima delectatio est in primo principio, ibi [Quare illud.] Dicit ergo primò, quòd intellectus intelligit seipsum secundùm transumptionẽ intelligibilis, idest secundùm præsentiam intelligibilis: ex hoc enim quòd intellectus est attingens intelligibile, ex hoc est intelligens: ex hoc autẽ quòd attingit intelligibile, ex hoc fit, quod idem fit intellectus & intelligibile. Quòd autem intellectus non posit intelligere, nisi attingat intelligibile, patet: quia intellectus est in potentia, G & est susceptiuum intelligibilis, & substantiæ, quæ intelligitur: per ipsum autem intelligibile intellectus actuatur, & actuatus intelligit: immo fortè ipsa actuatio, ut est recepta in intellectu, idem est, quòd intellectio. Notandum est, quòd intentio Philosophi in breui est ista, quòd intellectus de se est in potentia: ut autem est in potentia, non agit, nec intelligit; sed si debet intelligere, oportet quòd actuetur; hæc autem actuatio est per ipsum intelligibile. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus, quòd intellectio est secundùm transumptionem intelligibilis, hoc est, ex hoc est, quòd intelligibile actuat ipsum intellectum; in qua quidem actuatione idem est intelligibile, & intellectus; quia ambo concurrunt ad H eundem actum intellectionis: si enim intellectus debet intelligere seipsum, oportet (secundùm modum loquendi) quòd sit unum & idem: & sicut habet rationem intellectus, mouetur à seipso: per consequens autem ut habet rationem intelligibilis, actuatur: quæ fortè actuatio, ut est in intellectu ab intelligibili, idem est quòd intellectio. Vt aũt hoc meliùs uideatur, intelligẽdum est: quòd in separatis à materia idem est intelligibile, & intellectus, quia in separatis à materia idem est, quod habet rationem intelligibilis, & rationem intellectus: sed tamen ut habet rationem intellectus, habet rationem moti: ut autem habet rationem intelligibilis, quasi habet rationem mouentis. Et ideo oportet, quòd si intellectus

In primo principio ẽ maxima delectatio.

Quõ intellectus seipsũ intelligit.

Intellectus per intelligibile actuatur.

In separatis à materia idem est intelligibile & intellectus.

A ctus debet intelligere seipsum, quòd primò intelligat se, ut habet rationem intellectus; actuetur postea à seipso, ut rationem habet intelligibilis, & hoc est, quod dicit Philosophus, quòd intellectus intelligit seipsum secundùm transumptionem intelligibilis. Sequitur.

Quare illud magis isto, quod uidetur intellectus diuinum habere & speculatio delectabilissimum et optimum. Si igitur sic bene habet, ut nos quandoq; Deus semper mirabilis. Si autem magis adhuc mirabilis habet aliquis.

Concludit ex dictis, quòd maxima delectatio est in primo principio, dicens: quòd si delectatio est in intellectu attingente intelligibile; multò magis illud est delectabile, quod est in intellectu B primi principii: ille enim intellectus uidetur habere aliquid diuinum, & speculatio eius est circa obiectum delectabilissimum, & optimum: delectatio enim, quam nos habemus intelligendo, paruo tempore est: delectatio autem, quam habet Deus intelligendo, semper est: & ideo delectatio eius immobilis est, & mirabilior adhuc; quia habet eam per modum optimum, ad quem attingere non possumus. Notandum est, quòd Philosophus ex tribus uult habere, quòd maxima delectatio est in deo: primum est propter maximam indifferentiam, quæ est inter intelligibile & intellectum: nam ubi est maior indifferentia inter intelligibile & intellectum, est maior præsentia ipsius intellectus apud intellectum: ubi autem est maior præsentia, maior est delectatio; & C hoc quia intellegibile ex cui præsentia delectat; in Deo autem est maxima indifferentia inter intelligibile & intellectum: propter istud autem primum præmisit Philosophus modum, per quem intellectus intelligit se ipsum, qui quidem modus est ex præscientia intelligibilis. Secundũ, per quod uult Philosophus habere, ꝙ hæc delectatio est maxima, est ex hoc, quòd intellectio diuina est respectu optimi & maximi intelligibilis; & ideo dixit Philosophus, quòd speculatio diuina est circa delectabilissimum & optimum. Tertium, per quod uult habere, quòd hæc delectatio est maxima, est; quòd ista delectatio nõ est quandoque, sed semper; quasi dicat, prima causa, ut habet rationem intelligibilis, semper est præsens D sibi ipsi, ut habet rationem intellectus; & quia delectatio est ex præsentia intelligibilis, sicut præsentia semper est, ita & delectatio.

Delectatio nostra, & dei qualis.

Quæstio.

Quæreret quis, Vtrum intelligere sit in Deo, sicut supponit Philosophus? Videtur quòd non, quia intelligere cõsistit in moueri & pati, ut iam dictum est: sed non sunt in Deo: ergo &c. Ad oppositum est Philosophus. Dicendum est, ꝙ intelligere in Deo est: sed tamen propter uim argumenti, notandum est, quòd duplex est modus intelligendi: unus modus est ex hoc, ꝙ intellectus mouetur ab alio abiecto, quod quidem obiectum non est idẽ, quod ipse intellectus: & iste modus intelligendi est in nobis; cũ enim intellectus noster sit in potẽtia, oportet quòd actuetur per obiectum extra, quæ quidem actuatio uel est intellectio, uel est quid suppositum intellectioni: & isto modo intelligendi differentia est inter intelligibile actuans, & intellectũ actuatũ; & ideo tale intelligere est pati. Secundus modus intelligendi est, in quo ipsum intelligibile, quod se habet per modum actuantis, & ipse intellectus, qui se habet quasi ad modum actuati, sunt omnino indifferentia secundùm rationem, & talis modus intelligendi est in Deo; & ideo nõ est ibi passio; quia intelligibile & intellectus nõ differunt nisi secundùm rationem: intellectus enim diuinus intelligit essentiam suam, quę quidem est ratio sibi intelligendi alia. Ex quo patet, quòd intellectus B diuinus intelligendo seipsum, intelligit oĩa alia, ex quo etiam patet, ꝙ in intellectione diuina nõ est passio; quia passio est ex hoc, quòd intelligibile realiter mouet intellectum, quod quidem intelligibile differt ab intellectu: in Deo autem idẽ est intelligibile & intellectus: licèt sit ibi aliqua differentia secundùm rationem. Addit.

Modus intelligendi duplex.

Intelligibile et intellectus quo differunt in deo.

Essentia diuina ẽ rõ intellectus diuino intelligendi alia.

Passio in intellectu unde oritur.

Et uita autem utique existit: etenim intellectus actus uita: illud autem ipse actus est; actus autem quòd secundùm se illius uita optima et sempiterna. Dicimus autem Deum esse animal sempiternũ optimum. Quarum uita, & duratio continua & aeterna existit Deo. Hoc enim Deus.

Ex dictis ostendit, quòd in Deo uita est, dicẽs; ꝙ in deo est uita, quod patet: actus enim intelle C ctus est quædam uita, sed in Deo est actus intellectus: immo illud idẽ, quod est Deus, est ipse actus intellectus, quia substantia dei est ipse actus; In Deo ideo est uita optima & sempiterna. Vnde & famosè inter hoĩes dicitur, ꝙ Deus est animal sempiternum: quia in solis animalibus maximè apparet uita: in Deo ergo est uita & ductio continua ęterna; imo ipsa uita in Deo idẽ est, ꝙ Deus.

In Deo ẽ uita, quæ idẽ ẽ in eo quod ipse Deus.

Quæreret quis, Vtrum in Deo sit uita? Dicendum est ꝙ sic, quod duplici uia uenari possumus. Prima uia est ex quiditate ipsius uitæ, & ipsius uiuere: secunda uia est ex subiecto ipsius uitæ. Ad euidentiam primæ uiæ notandum, ꝙ secundum Philosophum uiuere est esse: unde uiuere est esse in uiuentibus: imaginabimur ergo, ꝙ sicut simitas est cauitas, & non omnis cauitas; sed cauitas D in tali materia, scilicet in naso: ita uiuere est esse, sed nõ omne, sed esse in uiuentibus: itaque sicut diffinitio simitatis est per additionem .s. additamento talis subiecti: ita similiter uiuere est esse cum additamento subiecti: & non dicit essentiã, uel esse essentiæ, sed dicit esse existentiæ, & non dicit omne esse existentiæ, sed dicit esse existentiæ in ultimato gradu & supremo: uiuere enim est nobilissimum esse, ita quòd uiuere super esse habet gradum nobilitatis, & hoc quia uiuere nõ est nisi sub nobilissimo gradu essendi, cum ergo primo principio debeat attribui esse & essentia, sub nobilissimo gradu sibi debet attribui uita, & uiuere. Patet ergo prima uia, qua proba-

Quæstio.

Viuere ẽ ẽe, nõ simpliciter, sed i uiuentibus. 2. de An. 37.

Viuere est esse nobilissimum: et super esse habet gradum nobilitatis.

tum est, quòd deo conuenit uita.

Secunda uia est ex subiecto ipsius uitæ. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd non omnia dicuntur uiuere, sed illa solùm, quæ habent principium motionis in seipsis: unde illa, quæ solum mouentur ex alio, sicut grauia & leuia, quæ mouentur à generante, sicut patet ex Octauo Physic. uiuere non dicuntur: illa ergo sola, quæ habēt principium motionis in seipsis, dicuntur uiuere, & habere uitam. Vnde plantę dicuntur aliquo modo habere uitam, tamen in modico gradu, quia licèt habeāt principium motionis in seipsis, sicut patet in motione augmenti; tamen in eis est infimus gradus uitę; quia nō multū appropinquāt ad animalia; non enim cognoscunt finem, ad quem tendunt. In animalibus etiam est principium motionis intra, & ideo in eis est aliquis gradus uitæ, & maior quàm in primis; sed quia mouentur in quodam impulsu, & ex quodam impetu formæ impressæ, & formæ apprehensæ; ideo non propriè est principium actionis in ipsis: unde secundum proprium modum loquēdi magis aguntur, quàm agant. Tertio autem modo est propriissimè uiuere in intelligentibus; & hoc quia propriissimè in eis est motionis & actionis principium: intellectus enim siue uoluntas propter suū gradum, alienatum à materia, libertatem habent: unde & intellectualia dicūtur liberi arbitrii, quia in potestate sua habent actionem; quia in potestate eorum est agere, & non agere: uiuentia. n. quidem uita plantæ, uel uita animalis, nō habent in potestate sua actionem, sed intellectualia sic: & ideo propriissimè est in eis principium actionis, & per consequens uita: cum ergo intellectualitas, & per consequens libertas saluetur in Deo secundùm supremum gradum; in Deo erit uita in summo gradu: & ideo Philosophus in litera uenatur, uitam esse in Deo, ex actu intellectus.

Tex. co. 27. Viuere in uiuentibus reperitur secundum magis & minus: & quæ propriè uiuentia dicantur uiuere.

Intellectus et uoluntas unde habēt libertatem: & unde intellectualia dicuntur liberi arbitrii.

Notandum est, quòd Commentator in expositione huius literæ, uidetur dicere, quòd propositiones possunt formari de Deo: benè ergo dictum est, quòd Deus est uita, & Deus ē unus, & Deus est species. Sed tamen propositiones formari de aliquo, potest intelligi tribus modis: in omni. n. propositione est subiectum & prædicatum; sicut ergo subiectum & prædicatum possunt se habere tribus modis; ita propositiones. Aliquando enim subiectum & prædicatum, siue dispositio & dispositum (appellatur enim dispositio prædicatum, dispositum autem subiectum) sunt unum in prædicatione, inquantum unū dicitur de alio; & tamen sunt duo in intentione; inquantum scilicet intentio prædicari est extra intentionē subiecti: & hoc modo formatur propositio in accidentibus; subiectum enim & accidens sunt unū in prædicatione; tamen sunt duo in intentione, inquantum intentio prædicati est extra subiecti intentionem. Et hoc est, quod dictum est in prædicamentis, quòd denominatiua prædicantur nomine, & non ratione: & hoc est dicere, quòd ac-

Doctrina Commen.

Propositiones formari de aliquo contingit tribus modis: & sicut tripliciter se habent subiectū, et prædicatū.

In accidētibus quo formatur propositio.

F cidens, quod denominatur, & ipsum subiectū denominatum sunt unum nomine (quod ego appello unum prædicatione) tamen sunt duo in ratione, quam hic appellat Commentator, dualitatem intentionis. Aliquando autem subiectum & prędicatum sunt unum in esse, tamen sunt duo in potentia, sicut in propositionibus categoricis substātialibus: quid autem est esse duo in potentia, expositum est in Septimo. Primus modus propositionum non est in Deo, nec etiam Secundus. Tertius modus propositionum est, ubi prædicatum & subiectum sunt omnino idem in re & in esse, sed tamen sunt duo in consideratione: unde Commentator; dispositio & dispositum, hoc est prædicatum & subiectum in his, quæ non sunt in materia, reducūtur ad unam intentionem omnibus modis; & nullus modus est in talibus, quo distinguatur prædicatum à subiecto extra intellectum; sed sola ista distinctio est in consideratione intellectus: ita quòd intellectus intelligit ea esse differentia secundùm assimilationem ad aliqua alia. Ex hoc ergo habemus, quòd Commentator, in hoc passu fuit istius opinionis, quòd attributa sunt in Deo ex consideratione intellectus nostri; qui quidem intellectus noster format propositiones in Deo per assimilationem ad aliqua alia: omnia enim, quæ sunt in Deo, modo indiuiso & modo simplicissimo sunt ibi; sed tamen ea, quæ sunt ibi modo indiuiso, intellectus noster accipit quasi modo diuiso formando propositionem; & hoc per assimilationem ad illa, in quibus sunt modo diuiso. Notandum est, quòd dicit etiam Commentator in expositione literæ, quòd quando formatur propositio in diuinis; puta quādo dicitur, Deus est uita, uel Deus est unus, prædicatum & subiectum non sunt nomina sinonima, ita quòd dicant idem sub omnibus modis; nec etiam in tali propositione prædicatum & subiectum differunt sicut prædicatum, & sumptū, idest sicut abstractum & concretum; sicut differt albedo & album: cuius ratio est, quia sumptum significat & dicit, quidquid dicit principale, & plus: quidquid enim dicit albedo, dicit album, & plus: ubicunque ergo est sumptum, & concretum, ibi est aliqua compositio ex forma, quæ dicitur per principale; & ex illo, cuius est forma, quod dicitur per sumptum: cum ergo in deo nulla sit compositio, ibi propriè non est principale, & sumptum. Tertiò est, quòd Commentator dicit, quòd aliqui in expositione istius literæ uoluerunt ponere Trinitatem in diuinis, & hoc quia Deus dicitur Deus, & uita & sapiens; tamen (ut dicit Commentator) Trinitatem ibi esse est impossibile; quia ubicunque est Trinitas, ibi est substantia numerata; substantia autem non numerantur nisi per intentionem additam ipsi substantiæ: humanitas enim de se non numeratur: sed quòd numeretur est per aliquam intentionem additam ipsi humanitati: si ergo Trinitas est in diuinis, substantia diuina est numerata; si autem numerata est, est numera-

Pag. 233. F

Quō attributa sunt in Deo secū dum Auer.

Quō intellectus noster format propositiones ī deo.

In propositionibus quæ formantur de deo, subiectū et prædicatum non sunt nomina synonima.

In Deo non est compositio.

Opinio Auer. negantis Trinitatem in diuinis.

ta

ta per intentionem additam: si autem ita est, sequitur, quòd compositio sit in Deo ex illa substantia, & ex illa intentione addita: compositionem autem esse in Deo, est impossibile; quia omne ens compositum est ens nouum ab alio: nisi fortè diceretur, quòd entia composita haberēt esse a seipsis, quod est impossibile; quia nihil exit de potentia ad actum a seipso: sic ergo est sententia Commen. Tamen Commen. in hoc passu mētitus est; secundùm enim ueram fidem trinitas ē in Deo: non enim accepit modum trinitatis, quē ponit fides: & ideo non est disputandum contra eum. Deinde enim d.

TEX. 40. *Quicunque autem putant ut Pythagorici, & Leucippus optimum & nobilissimum non in principio esse: quare plantarum & animalium principia sunt causæ: bonum uerò & perfectum in his, quæ ex his.*

Excludit errorem quorundam. Et tria facit, quia primò excludit illum errorem: secundò ostēdit, quòd illa substantia sempiterna, de qua iam dictum est, est impartibilis, ibi [Ostensum est autem] tertiò ostendit, quòd est impassibilis, ibi [At uerò & quia.] Prima in duas partes, quia primò ponit errorem illorum, deinde excludit motiuū eorum. Ad euidentiam primi notandum est, quòd optimum & nobilissimum debet poni in primo principio; & hoc quia omnis conditio nobilis in illo est: ex quo habemus, quòd principiū nobilioris conditionis est, quàm illud, quod est ex principio. Quidam autem dicebant contrarium huius, quòd principiatum est nobilius, quā principium, assumentes argumentum; quia homo generatur ex spermate; & tamen homo est quid nobilius, quàm sperma. Hoc est ergo, quod dicit Philosophus; quòd quidam sunt, sicut dicūt Pythagorici, & Leucippus; qui putant, quòd nobilissimum & optimum non est in principio; & hoc quia principia animalium & plantarum erūt causæ boni, & perfecti: bonum autem & perfectum est in his, quæ sunt ex talibus principiis. Deinde cum dicit.

Explodit ur error.

Optimum & nobilissimum in primo principio ponendum.

Non rectè existimant: nam sperma ex alteris est prioribus perfectis, & primum non est sperma, sed perfectum; ut priorem hominem dicat aliquis esse spermate. Non enim qui ex hoc fit, sed alterum ex quo sperma.

TEX. 41. *Quod quidem igitur est substantia alia sempiterna & immobilis, separata a sensibilibus, manifestū ex his.*

Excludit motiuum istorum, dicens: quòd isti sic dicentes, non rectè existimant: non enim sperma, ex quo fit animal, est primum simpliciter; sed sperma deriuatur ab aliquo alio, idest ab homine, qui est perfectius eo, quod fit ex illo: sic ergo non est iudicandum de perfectione & imperfectione, secundùm sperma, ex quo fit animal; sed secundùm aliquid alterum, à quo determinatur, quod nobilius & perfectius est, quàm sit principiatum. Deinde concludit Philosophus totam

A partem præcedentem, dicens; quòd manifestum est ex dictis, quòd est aliqua substantia sempiterna immobilis, & separata a sensibus. Prosequitur deinde.

Ostensum est autem, & quia non contingit habere hanc substantiam magnitudinem nullam. Verum sine patre & indiuisibilis est: mouet enim per infinitum tempus, & non habet potentiam infinitam finitum. Quoniam autem omnis magnitudo finita est, aut infinita: finita quidem propter hoc utique non habebit magnitudinem: infinita uerò non, quia totaliter nulla est infinita magnitudo.

Probat, quòd ista substantia sempiterna nullam habet magnitudinem; sed est impartibilis: & est ratio sua talis: hæc substantia sempiterna habet potentiam infinitam: & hoc patet, quia mouet per tempus infinitum: sed potentia infinita non potest esse in magnitudine; si enim esset in magnitudine, illa magnitudo esset finita, uel infinita: infinita non, quia non est dare magnitudinem infinitam: nec etiam finita est, quia nullum finitum habet potentiam infinitam. Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit, quòd ostensum est in Octauo Physicorum, quòd hæc substantia sempiterna nullam habet magnitudinem; sed est sine parte, & indiuisibilis est: mouet enim per tempus infinitum; & ideo sua potentia est infinita: si autem infinita est, non est in magnitudine; quia omnis magnitudo uel est finita, uel infinita: hæc autem potentia non potest esse in magnitudine infinita; quia non est dare aliquam talem: nec in magnitudine finita, quia in tali magnitudine nō est potentia infinita.

B (margin) — C (margin)

Substantia sempiterna est impartibilis, et infinitum uirtutis.

Ex 3 Phy. 40. & inde

Tex. cō. 78 & inde.

At uerò & quia impassibilis, & inalterabilis: omnes enim alii motus posteriores sunt eo, qui est secūdùm locum. Hæc quidem ergo manifestat, quia hunc modum habent.

Ostendit, quòd hæc substantia est immobilis & impassibilis, dicens: quòd manifestum est, quòd hæc substantia est impassibilis; ita quòd nullo motu mouetur: omnes enim motus posteriores sunt motu locali: si ergo hæc substantia non mouetur motu locali, qui est primus; nullo alio motu mouetur: & sic substantia sempiterna se habet, sicut diximus.

Subst. immobilis impassibilis, & inalterabilis est.

D Quæreret quis, Vtrum ista substantia sempiterna habeat potentiam infinitam? Dicendum est, quòd sic: quod potest patere triplici uia. Prima uia est ex fundamento huius potentiæ: hæc enim potentia fundatur super essentiam diuinam; essentia autem diuina infinita est; & hoc patet, quia comprehendit in se perfectionem omnis entis, sicut dictum est in Quinto: cum ergo potentia mensuretur secundùm formam & essētiam, in qua fundatur; cum essentia sit infinita, & potentia erit infinita. Secunda uia ad hoc probandum sumitur ex modo actionis huius substātiæ sempiternæ: dictum est enim in præcedentibus, quòd per potentiam huius substantiæ sempiternæ potest aliquid creari ex nihilo, & ex pura priuatione

Quæstio.

Pag. 119. B.

priuatione;facere autem ex nihilo non potest esse nisi potentiæ infinitæ. Notandum est,quòd potentia non solùm debet mensurari pœnes factum,uel pœnes actionem; sed etiam pœnes modum agendi:licèt ergo quodlibet factum & creatum ab hac potentia sit finitum; tamen modus agendi, qui est ex nihilo, non potest esse nisi potentiæ infinitæ. Tertia uia ad hoc probandum est uia Philosophi; qui ponit, quòd hæc substantia sempiterna mouet per tempus infinitum;etenim habet potentiam infinitam. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd mouere per tempus infinitum,potest esse duobus modis:uno modo in uirtute propria: secundo modo in uirtute alterius:quod primo modo mouet, est potentiæ infinitæ:quod secundo mouet,non oportet quòd sit potentiæ infinitæ. Videmus enim,quòd secundùm opinionem Philosophi, cœlum mouet hæc inferiora per tempus infinitum;& tamen nó propter hoc est potentiæ infinitæ;& hoc quia mouet in uirtute alterius. Ad euidentiam omnium dictorum notanda sunt quædam dicta Cõment. Notandum enim est primò,quòd secundùm intentionem Commen.mouens cœlum potest intelligi duobus modis; uno modo ꝙ istud mouens moueat,quia impellit ad motum: secundo modo,quòd istud mouens non moueat sicut impellens, sed sicut finis motus. Verum est, quòd aliquando Commentator uidetur sentire, quòd mouens sicut impellens, & mouens sicut finis sunt unus motor; quia efficiens & finis incidunt in idem in separatis a materia:aliquando uidetur sentire,quòd mouens sicut impellens, & mouens sicut finis,sunt primi duo motores, & sic ponit motorem quintum;qui mouet sicut impellens;& motorem separatum, qui mouet sicut finis. Secundò notandum est, quòd ex dictis Commenta.potest haberi, quòd motus cœlestis causatur ex duobus motoribus,quorum unus est anima existens in cœlo: secundus autem est potentia abstracta,quę non est in materia: propter primum motorem motus cœli est in tempore; propter etiam primum motorem est determinata proportio inter motorem & mobile; ita quòd hoc non posset mouere maius mobile:& propter istum motorem dictum est a Philosopho,quòd si una stella adderetur orbi, motor non posset mouere orbem. Sed tamen notandum est, quòd idem Commentator de substantia orbis distinguit duplex infinitum:distinguit enim infinitum in genere,quod quidem uocant infinitum intensiue;siue infinitum in actione; & tale infinitum est in motore. Aliud infinitum est in tempore siue extensiuè; & tale infinitum potest etiam esse in cœlo,quod ducat per tempus infinitum;quod etiam mouet hęc inferiora per tempus infinitũ. Tertiò notandum est,quòd ex dictis Comment. in expositione huius literæ potest haberi, quòd impossibile est,quòd aliqua substantia de se habeat possibile esse,& tamen recipiat ab alio necessarium esse: ut natura substantiæ transmutetur;licèt autem hoc sit impossibile in substantia; tamen hoc possibile est in motu. Vnde Commen. impossibile est, quòd idem sit possibile in esse ex sui substantia, et recipiat ex alio necessarium;nisi esset possibile, ut natura eius transmutaretur:possibile autem est, ut motus sit necessarius ex alio,& ex se possibile:& causa in hoc est, quia motus habet esse ex alio,id est a motore:substantia ergo non potest habere esse possibile ex se,& necessarium ex alio; quod tamen est possibile in motu:hęc Commen. Verum autem hæc, quæ dixit Commen.in expositione huius literæ, sint uera,uel non;relinquo diligenti Lectori:hæc enim indigent maiori perscrutatione, quàm sit præsens speculatio.

Doctr.Cõm. hic cõ. 41. unde etiã 8. Physic. 79. & in fine libelli de substantia orbis.

Vide in hoc 12.com.36 & 1.cap.de substa orbis.

2.Cœl.tex. 71.

Infinitum duplex. De substantia orbis cap.3.

Vtrum autem unam ponendum talem substantiam,aut plures,& quot,oportet non latere,sed reminisci & aliorum negationes; quia de pluralitate nihil dixerunt, quod sit planum dicere. Quæ enim circa ideas existimatio, nullam perscrutationem habet propriam;numeros enim dicunt ideas. Sed de numeris quandoque quidem sicut de infinitis dicũt; quandoque autem usque ad decem determinatis. Propter quam uerò causam tanta pluralitas numerorum, nihil dicitur studio demonstratio. TEX.42.

In parte ista Philosophus inquirit de unitate & multitudine substantiarum separatarum. Et diuiditur in tres partes;quia primò dat necessitatem huius inquisitionis: secundò ostendit, quòd substantiæ separatæ multæ sunt: tertiò ostendit, quot sunt.Secunda ibi[Nobis autem ex.]Tertia ibi[Pluralitatem uerò lationum] Primò ergo dicit,quòd necessarium est inquirere de multitudine substantiarum separatarum: & est sententia sua in breui ista. Antiqui Philosophi parum,uel nihil dixerunt de multitudine substantiarum separatarum:ne ergo hęc ueritas remaneat ignota, aliquid dicendum est de hoc, ostendendo, scilicet in quo numero sunt substantiæ separatæ. Visa hac sententia,patet litera,quæ dicit: ꝙ non debet latere nos,utrum debeat poni una substantia separata,uel plures? & si plures, quot debeat poni?sed etiam oportet nos commemorare negationem aliquorum Philosophorum:hoc est, et oportet uidere,quid dixerunt alii de hoc. Ipsi enim de pluralitate substantiarum separatarum harum nihil dixerunt,quod sit certum & planũ. Verum est, quòd quædam existimatio & opinatio est.s. opinio Platonis,qui posuit ideas tanquã quasdam species separatas: tamẽ opinio de ideis quantùm ad numerum, nullam habet certam perscrutationem,quia non determinatur in eis ideis aliquis certus numerus: ponunt enim ideæ omnium,quæ conueniunt in aliquo communi. Verum est etiam,quòd quidam dicunt ideas per se numeros; sed tamen a talibus quò ad numerum,quo ponuntur ideæ, nihil certum habetur: quidam enim loquuntur de istis numeris tanquã de quibusdam infinitis, dicentes: ꝙ species numerorum

Necessaria est inquisitio de unitate,uel pluralitate substantiarum abstractarum.

Opi. Plato. de Id.

merorum sunt infinitæ;& hoc, quia semper addi ta unitate una,fit noua species numeri. Quidam autem dicunt,quòd species numerorum sunt determinatæ usque ad decem; & hoc quia post decem non fit nisi renouatio prioris numeri: propter quam autem causam, sit tanta pluralitas numerorum,nihil dictum est determinatè.

Notandum est,quòd posset dicere aliquis, quòd facta est mentio de numero substantiarum separatarum,quando dictum est,quòd substantię sunt quædam numeri: hoc primò excludit Philosoph. dicens: quòd licèt sit dictum aliquid certum de ideis, tamen de numero idearum nihil certè, & determinatè dictum est;sed solùm dictum est, quòd omnia,quæ conueniunt in aliquo communi,ideã habent:quot autem sint illæ ideæ, dictum non ẽ. Secundò hoc etiam excludit Philosoph. dicens: quòd licèt dictum sit,quòd ideæ sint numeri; tamen de talibus numeris nihil fixum, & determinatum dictum est:& hoc patet ex uarietate opinionum:quidam enim posuerunt species numerorum esse infinitas,quidam autem finitas usque ad decem.

TEX.43. *Nobis autem ex suppositis, & determinatis dicendam. Principium quidem enim & primum entium est immobile,& secundùm se, & secundùm accidens mouens uerò primum sempiternum, & unũ motum: quoniam autem quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri,& primum mouens immobile esse secundùm se,& sempiternum motum a sempiterno moueri,& unum ab uno.*

Ostendit, quòd substantiæ separatæ sunt plures. Ad cuius euidentiam notandum est, quòd intentio Philosophi in hac parte est in breui, quòd est dare unam substantiam primam;& quòd post illam est dare plures alias substantias separatas, quæ quidem mouẽt planetas:ita quòd prima substantia separata respicit primum motum;illæ autem substantiæ respiciunt alios motus. Et secundùm hoc hæc pars habet duas partes,quia primò resumit, quod dictum est in præcedentibus de prima substantia separata: secundò ostendit, quòd post illam est dare plures substantias separatas, ibi[Videmus autem.] Dicit ergo, quòd illa,quæ dicta sunt,sunt fundata super præcedentia, & hic supponi debent:supponi enim debet, quòd principium est quoddam primum omnium entium, quod quidem est immobile,& secundùm se,& secundùm accidens; quod quidem principium licèt sit immobile,tamen mouet secundùm unum motum primũ & sempiternum: omne enim, quod mouetur, ab aliquo mouetur; & unus motus est ab uno motore.Ex quo sequitur,quòd motus cæli primi,cum sit primus,sit a primo motore;& cũ sit unus,sit ab uno motore.

Plures sunt substantiæ separatæ.

Videmus autem præter uniuersi simplicem lationem, quam mouere dicimus primam existentem substantiam & immobilem,alias lationes Planetarum sempiternas. Sempiternum enim & instabile circulare corpus.Ostensum est autem in Physicis de his. Necesse & harum lationum unamquamque ab immobili moueri secundùm se,& sempiterna substantia. Astrorum enim natura sempiterna substantia quædam ens,& mouens sempiternum, & prius eo, quod mouetur.Et quod prius substantia, substantiã esse necesse est.Palàm itaque quòd tot substantias et se necesse est natura sempiternas & immobiles secundùm se,& sine magnitudine propter prædictam causam.Quot quidem igitur sint substantiæ, & harum quæ prima & secunda secundùm ordinem lationibus astrorum,palàm.

Ostendit,quòd post primam substantiam,quę mouet primo motu & uno, est dare plures alias substantias separatas,quæ mouent aliis motibus: & est sententia sua in breui ista. Quòd sicut post primum motum sunt alii motus; ita post primam substantiam sunt aliæ substantiæ, quæ mouent aliis motibus à primo. Et hoc est,quòd dicit litera,quòd uidemus apertè, quòd est dare alias motiones planetarum sempiternas præter primam lationem & motionem corporis simplicis primi; secundùm quam motionem dicimus mouere substantiam primam,quæ est immobilis & per se & per accidens: hæc autem substantia mouet corpus primum sempiternum & instabile, quod quidem nunquam quiescit, sicut ostensum est in Physicis.Si autem est dare aliquam lationem præter primam, necesse est, quòd sit dare secundùm unamquamque lationem aliquam substantiam immobilem & sempiternam; quia unaquæque harum lationum est ab aliquo ente immobili & & sempiterno: quod quidem ens substantia est; natura enim abstractorũ, quæ mouentur ab isto ente,est natura substantiæ sempiternæ:cum ergo mouens sempiternum sit prius & nobilius eo, quod mouetur; necesse est enim, quòd mouens sit priùs substantia, quod autẽ est prius substantia, substantia est:manifestum est ergo, tot esse substantias sempiternas & immobiles secundùm se, & secundùm accidens, quot sunt lationes: quæ etiam substantiæ sempiternæ sunt magnitudine impartibiles: manifestum est etiam, quòd hæc mouentia substantiæ sunt:quæ autem harum substantiarum sit prima,& quæ secunda, secundùm ordinem,manifestum est ex ordine astrorum: secundùm enim ordinem astrorum est ordo mouẽtium. Notandum est, quòd tempore Aristot. nondum deprehensus erat motus stellarum fixarum,quia postea deprehensus est ab Astrologis: deprehensum est enim ab eis,quòd motus stellarum fixarum est in contrarium primi motus,quia ergo Philosophus nõ comprehendit motum stellarum fixarum, ideo extimauit, quòd octaua sphera, in qua sunt stellæ fixæ,est primum mobile, quod mouetur diurno motu,& eius motor est primum principium. Astrologi autem,qui deprehenderunt motum stellarum fixarum, non ponunt octauam spheram esse mobile primum, sed ponunt aliquod aliud corpus circundans octauam spheram; quod quidem corpus ponitur ab eis primũ mobile,

Dantur aliæ subs. immateriales a prima; & quot est numerus, et ordo earum.

8.Phy.tex. com.48. & deinceps.& præcipuè text. cõ.73. & inde.

A l,astrorũ

Arist. nõ cognouit nisi usq; ad octauã sphærã.

mobile; quod quidem mouetur à primo principio motu diurno. Notandum est, ꝙ Philosophus uidetur imaginari, ꝙ corpora cœlestia, quæ mobilia sunt; sunt instrumenta mouentium: ita quod secundùm ordinem instrumentorum sit ordo mouentium: ita ꝙ substantia, quæ mouet superiorem orbem, sit uniuersalioris conceptionis, & uniuersalioris uirtutis; & per consequens oportet, ꝙ sit nobilior. Et hoc est, quod dicit litera: ꝙ ordo substantiarum mouētium manifestus est ex ordine astrorum: quia .s. substantiæ separatæ ordinem habent secundum maius nobile, & minus nobile: qui quidem ordo haberi potest ex ordine astrorum. Notandum est, ꝙ secundum Cōmentatorē in expositione huius literæ, dispositio corporum cœlestium, & mouentium est, sicut dispositio bonorum regentium in conseruatione ciuitatis: ponunt enim omnes regētes ciuitatem actiones suas subseruientes actioni Principis: unde sicut in Regno uel Ciuitate omnes actiones inferiorum ordinantur ad actionem principis; ita similiter omnes motores inferiores ordinantur ad primum motorem. Deinde cum inquit.

Corpora cœlestia sunt instrumenta mouentium.

Ordo substantiarum mouentium unde sumitur.

Proportio Auer.

Pluralitatem uerò lationum, iam ex maximè propria philosophiæ Mathematicarum scientiarum, intendere oportet ex Astrologia. Hæc enim de substantia sensibili quidem, sempiterna autem facit theoriam. Aliæ uerò de nulla substantia, puta quæ circa numeros, & Geometria. Quòd quidem igitur plures sint eorum, quæ feruntur lationes, manifestum est & parum attingentibus: pluribus enim quàm una, astrorum errantiū unumquodq; fertur.

TEX. 45. *Sed quot sunt hæ, nunc quidem & nos quæ dicūt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus, ut mente aliqua pluralitas determinata suscipiatur. Reliquum uerò, hoc quidem quærentes ipsos oportet; illa uerò persuadere à quærentibus, siquid uideatur præter modo dicta ab eo tractantibus: Amare quidem utrosque, persuaderi uerò à certioribus licet.*

Postquàm ostendit, ꝙ est dare plures substantias separatas; hic ostendit, quot sunt illæ substantiæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò inquirit numerum cœlestium motuum: secundò ex illo numero concludit numerum substantiarū separatarum. Secūda ibi [Quare & substantias.] Prima in duas, quia primò ostendit, ex qua scientia debet accipi numerus motuum cœlestium: secundò iuxta opinionem diuersorum accipit numerum motuum cœlestium, ibi, [Hesiodna quidem.] Dicit ergo primò, ꝙ numerus motuum cœlestium, debet accipi ex philosophia Mathematicorum; & maximè ex illa, quæ Astrologia dicitur: hæc enim scientia speculatur substantiam sempiternam sensibilem, quæ est cœlum: ponit enim speculationem suam circa motum cœli, de quo motu hic intendimus: aliæ autem scientiæ de nulla tali substantia faciunt mentionem: sicut patet de Arithmetica, quæ totā speculationē suā ponit circa numeros, & non circa motum cœli:

Substantiæ separatæ quot sunt numero.

Astrologia, Arithmetica, & Geometria quæ scientia, & circa quid uersantur.

E sicut patet etiam de Geometria, quæ speculationem suam ponit circa continuum, & non circa motum cœli: sic ergo ex Astrologia debet accipi motus corporum cœlestium. Quòd .n. sint plures motus corporum cœlestium, patet etiam parum scientibus de Astrologia: sed quot sunt illi motus, nunc nos dicemus; recitantes aliqua, quæ circa hoc dicunt quidam Mathematicorum: hoc autem faciemus, ut à nobis concipiatur aliqua determinata multitudo in motibus cœlestibus. Reliquum uerò, quod modò non dicetur, oportet ꝙ per nos ipsos quæramus: quia in hoc suademur ab illis, qui hoc quærunt; etiam si aliquid apparuerit postmodùm præter ea, quæ modo dicuntur, idest, si aliquis alius motus præter

F istos postea apparuerit. Et quia in opinionibus eligendis, uel repudiandis, non debet mouere amor, uel odiū; sed ueritas: ideò dicit Philosophus, ꝙ oportet amare utrosque philosophos; & illos, quorum opinionē sequimur; & etiam illos, quorum opinionem non sequimur: ab utrisque enim persuademur, ut quæramus ueritatem. Licèt autem debeamus amare utrosque; tamen debemus sequi opinionem illorum, quorum opinionem scimus esse certiorem, & magis propinquam ueritatī. Notandum est, ꝙ sententia Philosophi in breui est ista: quod manifestum est cuilibet scienti in Astrologia, ꝙ motus cœlestes multi sunt; sed quot sint, debet hic dici: dicetur autem hoc secundùm opinionem Astrologorum; qui Astrolo-

Nō amore, nō odio, sed ueritate ducamur.

Plures esse motus corporum cœlestium, clarum Astrologis.

G gi diuersimodè se habuerunt in numero motuū cœlestium. Notandum est, ꝙ secundùm Commentatorem, motus cœlestes esse plures, hoc deprehenditur tribus motibus: est enim aliquis motus astrorum, qui deprehensus est à uisu & à uulgo: est alius motus, cuius motus non comprehēditur nisi instrumentis, & considerationibus: & quidam horum comprehenduntur longissimis tēporibus, quidam paruis: tertius motus est, qui deprehenditur ratione: multi enim motus stellarū errantium uisu uidentur esse simplices, & tamen secundùm rationem opinandū est, quòd sint cōpositi ex multis motibus. Verbi gratia, motus stellarum aliquando inuenitur tardior, aliquando inuenitur uelocior; planeta etiam aliquando inue-

Doctrina Commen.

H nitur retrogradus; aliquando inuenitur processiuus; hoc autem non potest esse in motu cœli, in quo nulla debet esse irregularitas; necesse est ergo ponere duos motus, ex quibus illa irregularitas reducatur ad aliquem ordinem. Deinde cum dicit.

Hesiodus quidem igitur Solem, & Lunam, & utriusque lationem in tribus posuit esse sphæris. Quarum primam aplanorum astrorum: secundam autē secundùm eum, qui Zodiaci per medium: tertiam autem secundum obliquatum in latitudine animalium. In maiori autem latitudine obliquati, tam eam, secundùm quam Lunam fertur, quàm secundum quam Sol.

A l. Eudoxius.

Accipit numerum motuum cœlestium, secundùm

dum opinionem quorundam Philosophorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò accipit istū numerum secundum opinionem Hesiodi: secundò secundum opinionem Calippi, ibi [Calippus autem positionem] Prima in duas partes, quia primò accipit numerū motuū in Sole & Luna: secūdò in aliis planetis; ibi [Errantium uerò astrorū]

Hesiodi positio de numero motuum corporū cælestium.

Dicit ergo primò, q Hesiodus posuit unicuique planetæ sphæras plures ecentricas, quarum unaquęq; habet motum proprium; ex omnibus illis motib. causatur illud, quod apparet de motu planetæ. Posuit enim Hesiodus motum tā Solis, quā Lunæ in tribus sphęris: primus. n. motus tam Solis, quàm Lunę est motus diurnus, quo reuoluitur ab Oriēte in Occidēs & iō dixit, q prima sphera erat sphera astrorū aplanorū id est astrorum, quæ sunt sine errore, quæ sunt astra fixa. Quasi dicat, sphera ē in Sole & in Luna proprer motū diurnū, q quidē motus diurnus est motus stellarum fixarum, quæ sunt sine errore: Secunda aūt spherā Solis & Lunæ, posuit iste Hesiodus propter motum longitudinis, q quidem est per medium Zodiaci. Tertiā aūt spherā Solis & Lunæ ponebat iste Hesiodus ad causandum motū illū, q obliquatur secundum latitudinē animalium, quæ figurātur in Zodiaco, pront. s. planeta aliquando uidetur Australior, aliquando uidetur Boreallor, quasi declinans à media linea Zodiaci: & iste motus uocatur motus latitudinis. Verū est, q motus latitudinis magis apparet in Luna, quàm in Sole: in maiorē enim latitudinem uidetur obliquari Luna, quàm Sol. Notādum est, q sententia Philosophi in breui est ista: q in Sole & in Luna sunt tres motus, & secundum hoc sunt tres sphæræ: est enim in Sole & Luna unus motus diurnus, q est ab oriente, in occidens: & ad causandum hunc motum ponitur una sphera in Sole & Luna. Imaginabatur. n. Hesiodus, q sphera stellarum fixarum non sufficiebat ad causandum hunc motum, sed oportebat præter istum motū cuilibet planetæ ponere sphera propriam. Secundus motus Solis & Lunæ est motus longitudinis per medium Zodiaci, de quo motu loquentes, dicimus: q Sol aliquando est in ariete, aliquando in cancro, & sic de aliis signis t ad causandum hunc motum ponitur secūda sphera. Tertius motus est motus latitudinis à medio Zodiaci; de quo motu sequentes, dicimus: q Luna aliquādo est Borealior, aliquando Australior; & ad causandum hanc motū ponitur tertia sphera. Notandum est, q Ptolomeus non posuit motum latitudinis in Sole, sicut posuit Hesiodus: hic enim Hesiodus opinabatur, q Sol, sicut & Luna, declinat à media linea Zodiaci uersus duos polos. Notandum est etiam, q Philosophus (ut iam dictum est,) non dum deprehēderat motum proprium stellarum fixarum, q est ab Occidente in Oriens; & ideo talibus stellis non posuit nisi unū motum, q quidem motus est motus diurnus ab Oriente in Occidens, & ideo illum motum uocauit primum: uocauit etiam motum diurnum omnes motus planetarum, & stellarum fixarum; & hoc propter eandem causam, quia solus iste motus tempore suo ponebatur in stellis fixis.

In Sole & Luna tres sunt motus, & per consequens tres sphera.

A

Errantium uerò astrorum in quatuor cuiuscūque spheris. Quarum primam quidem & secundam illis eadem esse: Etenim ea, quæ est aplanorum, quæ omnes est ferens: & ea, quæ sub ea est ordinata, & secundum eum, qui per medium Zodiaci lationem habentem communem omnium esse. Tertiæ uerò omnium eo in circolo polos esse, qui per media signa transit. At quartæ lationem per obliquum ad medium circuli huius esse. Tertiæ uerò esse sphera polos, aliorum quidem proprios; Veneris uerò, & Mercurii eosdem. TEX. 46.

B

Postquam posuit numerum motuum Solis, & Lunæ, secūdum opinionem Hesiodi, & ostendit, q sunt sex motus: hic ponit numerum aliorū planetarū secundū opinionem eiusdem; & est sententia sua in breui: q quilibet aliorum planetarum secundum opinionem Hesiodi habet quatuor motus: habet. n. quisq; tres motus, quos habet Sol & Luna; & cum hoc, habent quendam quartum; & per consequens habent quatuor spheras ad causandum hos quatuor motus. Hoc est ergo, quod dicit litera; q Eudoxius posuit motum continuū astrorum errantium in quatuor spheris; quarum primam & secundam ponebat eandem; hoc est uno modo se habere cum illis, quæ sunt Solis & Lunæ: nam motus primus, q dicitur diurnus, qui dicitur motus stellarum fixarum, siue astrorū aplanorū: motus etiā secundus, qui est per mediū Zodiaci, est cōmunis motus omnibus planetis: & sic in prima sphera, & in secūda, simile est de Sole & Luna, & planetis aliis: Sed tamen in tertia sphera, & quarta aliud proprium ponebat; iste. n. dicebat, q tertia sphera aliorum planetarū à Sole & Luna; quæ causabat motum latitudinis; habebat polos in media linea Zodiaci; cum. n. oēs spheræ sint ecentricæ, sequebatur q Zodiacus transiret per polos circuli maximi tertiæ sphæræ, & econuersò circulus tertiæ sphæræ maximus trāsibat p polos Zodiaci. Si autem ita est, sequebatur, q tertia sphera, quæ deferebat planetā motu latitudinis, deferret eā usq; ad polos Zodiaci, quod tamē nunquam uisum est: ne ergo hoc accidat, ponitur quarta sphera, quæ reuoluit planetas ad cōtrariū tertiæ sphæræ. s. ab Oriente in Occidens; & sic reuoluendo impedit, ne planeta deferatur usq; ad polos Zodiaci. Et hoc est, quod dicit litera, quòd quarta latio, id est quartus motus ponitur in illis planetis secundum quendam circulum obliquatum ad mediū Zodiaci; ex qua obliquatione supple planeta non defertur usq; ad polos. Notandū est, secundum opinionem Eudoxi motus planetarum suur uiginti sex: habebāt. n. Sol & Luna sex motus; quilibet autem aliorum planetarum habebat quatuor, q simul collecti faciunt uiginti; & sic motus planetarum secundùm istum fuerunt uiginti sex. Deinde cum dicit.

Numerus motuū aliorum planetarū à Sole & Luna secundùm Hesiodum.

C

D

Motus planetarū secū do Eudoxo sunt 26.

Calippus autem positionem quidem sphærarum eandem TEX. 47.

eandem poſuit cum Eudoxio, hoc autem diſtantiarū ordinem. Pluralitatem uerò ei quidem, quæ Iouis, & ei, quæ Saturni eandem cum illo dedit. Soli uerò & Lunæ duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphæras, ſi quis apparentia ſit rediturus. Reliquis uerò planetis ſingulis unam.

Calippi poſitio de numero motuum cæleſtium.

Venatur numerum motuum cœleſtium ſecundum opinionē Calippi. Et diuiditur in duas partes, quia primò quærit iſtum numerum: ſecundò concludit, quot ſunt motus planetarum ſecundum opinionem Calippi, ibi. [Quoniam ergo.] Prima in duas, quia primò uenatur numerū ſphærarum deferentium: ſecundò reuoluentium, ibi [Neceſſe autem.] Dicit ergo primò, quòd Calippus eandem poſuit poſitionem ſphærarum cū Heſiodo: & etiam ponebat eandem diſtantiam inter planetas, quam ponebat Eudoxius. Conueniebat etiam cum Eudoxio in numero ſphærarum Saturni & Iouis: in Saturno & Ioue poſuit iſte quatuor ſphæras, ſicut & ille. Differebat autem in ſphæris Solis & Lunæ: addebat. n. super ſphæras, quas ponebat Eudoxius, Soli & Lunæ duas ſphæras: ita quòd Sol & Luna (ſecundùm Calippum) habebāt quatuor ſphæras, quilibet. ſ. eorū quinq;. Differebat etiam iſte ab illo in aliis planetis; cuilibet. n. aliorum planetarum addebat unā ſphærā: Ita cū illo ponebat quatuor ſphæras: in aliis autē planetis iſte ponebat quinque: nō. n. credebat poſſe ſaluare apparentiam, niſi Soli & Lunæ adderet duas ſphæras. ſ. quatuor ambobus planetis: aliis autem addebat unā ſuper illas, quas poſuit Eudoxius. Subiungit.

Conuenientiā & differētia inter Calippū, & Eudoxium.

Neceſſe autem ſimul poſita omnes apparentia ſunt reditura ſecundum quodlibet errantium, alteras ſphæras una minores eſſe reuoluentes, & ad idē reſtituentes primam ſphæram, ſemper inferiùs ordinati aſtri. Sic enim ſolum contingit planetarum lationem omnia facere.

Poſtquam poſuit numerum ſphærarum ſecundùm Calippum; hic ponit numerum reuoluentium, & eſt ſententia ſua in breui iſta: quòd quilibet planeta habet tot ſpæras reuoluētes, quot habet ferentes, una minus: ita quòd ſi ferentes erūt quinque, reuoluentes erunt quatuor; & ſi ferentes ſunt quatuor, reuoluentes erunt tres: & ſic de aliis. Quòd autem reuoluentes deficiant in una, hæc eſt ratio: quòd prima ſphæra, & ſecunda, & breuiter omnes planetæ habent reuoluētem, præter ultimam, in qua eſt aſtrum: illa enim non indiget ſphæra reuoluēte. Hoc eſt ergo, quod dicit litera: quòd ſi omnia apparentia debent ſaluari; neceſſe eſt in qualibet ſtella errante ponere alias ſphæras reuoluentes, quæ ſunt pauciores aliis in una; quæ quidem ſphæræ reuoluentes reducunt primam ſphæram ferentem, & ſphæram aſtri ordinati inferiùs ad eandem poſitionem, id eſt ad eundem ſitum: ſic. n. ponendo, contingit ſaluare lationem omnium aſtrorum. Notādum eſt, quòd inferior ſphæra retardatur (ſecundum opinionem iſtius) à motu ſuperioris ſphæræ;

Numerus ſphærarum reuoluētiū ſecundū Calippum.

E eo modo quo diceremus, quòd ſphæra Saturni deficit a motu primæ ſphæræ; ſphæra etiam Iouis deficit a ſphæra Saturni; ut ergo illud, quod deficit, poſſit reſtitui; & ut planeta reducatur ad eundem ſitum; neceſſe fuit ponere ſphæras reuoluentes: ita tamen quòd ſphæræ reuoluentes ſunt pauciores primis una: cuius rō ē, quia ultima ſphæra, in qua ordinatur aſtrum; non indiget reuoluente; & hoc quia motus ultimæ ſphæræ componitur ex omnibus motibus ſuperioribus; & ita oportet illud, quod fertur, reſtitui per illos motus ſuperiores. Proſequitur.

Quoniam ergo in quibus quidem ipſe feruntur ſphæris, hæ quidem octo, hæ autem quinque & uiginti ſunt. Harum autem ſolas non oportet reuolui, in F *quibus infime ordinatum fertur. Quæ quidem reuoluunt eas, quæ ſunt duorum primorum, ſex erunt. Quæ autem eas, quæ ſunt poſteriorum quatuor, ſexdecim. Omnium itaq; numerus & ferentium & reuoluentium ea, quinquaginta quinq;. Si autem Lunæ & Soli non addiderit quis quos diximus motus, omnes ſphæræ erunt ſeptem & quadraginta. Pluralitas igitur ſphærarum tanta ſit.*

Concludit numeros ſphærarum tam reuoluentium, quàm etiam ferentium ſecundum opinionem Calippi, dicens: quòd ita eſt, quòd ſphæræ, in quibus feruntur planetæ, hæ quidem. ſ. Saturni & Iouis ſunt octo; quia quilibet eorum hēt quatuor: hæc autem. ſ. Solis, & Lunæ, & aliorum planetarum ſunt uiginti quinque. Sequitur ꝙ ſphæ- G ræ ferentium ſunt triginta tres. Harum ante ſphærarum ſolas illas non oportet reuolui, in quibus non eſt aſtrum ordinatum, ſicut dictum eſt: & ideo reuoluentes ſunt pauciores primis una. Ex quo ſequitur, quòd ſphæræ reuoluentes Saturni & Iouis ſunt ſex; cum primæ eſſent octo; reuoluentes autem quatuor poſteriorum planetarum ſunt ſexdecim. Ex quo ſequitur, quòd numerus omnium ſphærarum tam ferentium, quàm reuoluentium ſunt quinquaginta ſex; erant enim ferētes triginta tres; reuoluentes autem uiginti duæ; ſi autē uiginti duo addantur triginta tribus, ſunt quinquaginta quinque; & ſic omnes ſphæræ ſunt quinquaginta quinque. Verum eſt, quòd ſi Soli & Lunæ non addantur illæ ſphæræ, quas addidit H Calippus; tunc ſphæræ erunt quadraginta ſeptē: ſi autem non addantur ſphæræ illæ, quas addidit Calippus Soli & Lunæ; tunc à Sole & Luna remouebuntur octo ſphæræ, ſcilicet quatuor deferentes, & quatuor reuoluentes: octo autem remotis à quinquaginta quinque, remanent quadraginta ſeptem. Notandum eſt, quòd Philoſophus uidetur prætermiſiſſe unum planetam; dixit enim primò, quòd reuoluentes Saturni & Iouis ſunt ſex; aliquorum autem quatuor ſunt ſexdecim; & ita uidetur prætermiſiſſe unum planetam; quod quidem factum eſt ex errore aliquo, quòd accidit in numeris: uel fortè hoc fecit Philoſophus propter aliquam rationem, quæ nos latet. Notandum eſt etiam: quòd ſecundum Calippum, duæ ſphæræ debebant

Cōcluditur numerus orbium ſecundū Calippū

Dubitatio.

Ad Heſiodus.

debebant addi Soli, & duæ Lunę super illas, quas posuit Eudoxius: si ergo duæ remoueātur à quolibet, ab his duobus remoueātur quatuor sphæræ, duę deferentes, & totidem reuoluentes, sicut dixit Philosophus; & ita non remanebunt nisi quadraginta septem. Deinde.

TEX. 48.

Quare & substantias, & principia immobilia, et insensibilia tot rationale existimare. Necessariū igitur dimittatur fortioribus dicere.

Postquàm ostendit numerum motuum cœlestium: in parte ista ex numero motuum cœlestium concludit numerum substantiarum separatarum. Et diuiditur in tres partes; quia primò ex numero motuū cœlestiū cōcludit numerū substātiarū separatarū: secundò remouet quædā impedimenta, quæ possent impedire cōclusionem istā: tertiò ostendit, ꝙ dicta Antiquorum consona sunt dictis suis. Secunda ibi. [Si autem nullam.] Tertia ibi. [Tradita sunt autem a senioribus.] Dicit ergo primò, ꝙ si tot sunt motus cœlestes, sicut dictum est: necesse est existimare, ꝙ substantiæ separatæ, & principia immobilia sint secundùm numerum istorum motuum: rationale. n. est existimare, ꝙ corpora sensibilia cœlestia sint secundum numerum horum motuum. Si autem aliquid aliud debeat dici circa istos motus, quàm illud, quod dictum est; tanquàm necessarium ad cognoscendū naturam substātiarum separatarū, hoc dimittat posterioribus, & fortioribus, & subtilioribus, quàm nos simus. Subdit.

Ex numero motuum cōcluditur numerus intelligentiarum abstractarum.

Modestia Philosophi

Si autem nullam possibile esse lationem non ordinatam ad astri lationem, ampliùs autem omnē naturam & omnem substantiam impassibilem, & secundum se optimum esse sortitam finem, oportet existimare; nulla erit præter has altera natura; sed hunc substantiarum numerū esse est necesse. Si enim essent aliæ, mouerent utiq; fines existentes lationis.

Remouet quædam, quæ possent impedire ea, quæ prædicta sunt. Ad cuius euidentiam notandum est: ꝙ in præcedentibus tria conclusa sunt: conclusum est enim, ꝙ secundum numerum motuum est numerus corporum cœlestium: hoc aūt posset aliquis impedire, dicens: ꝙ aliquis motus est in cœlestibus, qui non ordinatur ad motionem corporis cœlestis, puta astri, uel planetæ. Secundò dictum est, ꝙ secundùm numerum motuū est numerus substantiarum separatarum: hoc aūt aliquis posset impedire, dicens: ꝙ aliqua substantia separata est, quæ non ordinatur ad mouere; cuius finis non est mouere, ex quo sequitur, ꝙ numerus substantiarum separatarum non accipitur secundum numerum motuum. Tertiò dictū est in præcedentibus, ꝙ est unum mouens primum, quod mouet sicut desideratum & amatum, & sicut finis: hoc autem posset aliquis infringere, dicens: quòd sunt duo mobilia prima, & per consequēs duo motores primi: uel si non sunt duo mobilia prima, possibile est, ꝙ sint; & per consequēs ꝙ sint duo motores. Secundùm hæc ergo tria impedimenta diuiditur hæc pars in tres: quia Philosophus primò remouet impedimentum, quod dabatur contra numerum substātiarum separatarū: secundò remouet impedimētum, quod dabatur contra numerum corporum cœlestium: tertiò remouet impedimentum, quod dabatur contra unitatē primi motoris. Secūda ibi. [Sed alias quidem.] Tertia ibi. [Quòd aut unum cœlum.] Primò ergo remouet impedimentum, quod potest dari contra numerum substantiarum separatarū: dicebatur. n. ꝙ aliquis posset impedire, dicens: ꝙ aliqua substantia separata est, quæ nō mouet; hoc autem impedimentum remouet Philosophus, dicens; ꝙ omnis substantia separata debet esse in optima dispositione: optima autem sua dispositio est, ꝙ moueat, ergo omnis substātia separata mouet. Hoc est ergo, quod dicit litera: ꝙ si non esset possibile, aliquam latiooem & motionem cœlestem esse, quæ nō sit ordinata ad aliquod astrum, quod mouetur per talem motionem: si etiam necesse est omnem naturam & substantiam separatam esse impassibilem: si etiam necesse est, omnē substantiam separatam esse sortitam optimum finem secundum se: si (inquam) hæc sunt uera, nulla erit alia substantia separata præter has, quæ mouent motu cœlesti: & si hæc sunt uera, necesse est ꝙ numerus substantiarum separatarum sit secundum numerum corporum cœlestium: si enim essent aliæ substantiæ separatæ præter has, de quib. dictum est, oportet ꝙ essent gratia alicuius motus, ꝙ essent finis alicuius lationis. Notādum est, ꝙ Philosophus supponit in sua ratione, ꝙ substantia separata est in optima sui dispositione, quoniā mouet; ex quo concludit, ꝙ omnis substantia separata ordinatur ad aliquem motum. Licèt autē Philosophus sic dicat, nec primum, nec secūdum uidetur esse uerum, maximè secundum fidem: nā optima dispositio substantiæ separatæ non est ex hoc, ꝙ mouet corpora cœlestia; sed est ex hoc, ꝙ intelligunt & amant principium primum: in qua intellectione & amatione est fœlicitas substantiarum separatarum. Secūdum etiam. s. ꝙ omnis substantia separata ordinetur ad motum, non uidetur esse necessarium: diceret. n. aliquis, ꝙ inter substantias sunt magni gradus; ita ꝙ sunt aliquæ substantiæ separatæ altioris gradus, quàm ut sint proportionatæ corporibus cœlestibus: & ita non oportet, ꝙ omnes substantię separatę ordinentur ad motum corporum cœlestium. Deinde.

Confirmatio superiorū ex cōfutatiōe triū obiectionū.

Prima obiectio.

Optima dispositio substantiarum separatarū est mouere.

Aliàs qui.

Lapsus Philosophi.

Optima dispositio substantiarum abstractarum quæ.

Sed alias quidem esse lationes impossibile est præter dictas. Hoc autem existimare ex latis rationabile. Nam si quidem ferens: lati gratia natum est: latio omnis lati est alicuius: nulla latio sui gratia erit, nec alia alicuius lationis; sed astrorum gratia. Nam si fuerit latio lationis gratia, & illam alterius gratia oportebit esse. Quare quoniam non est possibile ire in infinitum; finis erit omnis lationis latorum aliquid diuinorum corporum secundum cœlū.

Excludit secundum impedimentum: diceret enim aliquis, ꝙ numerus corporum cœlestium non accipitur penes numerum motuum: & hoc

Secunda instantia.

Non quia

quia motus non est propter astrum, uel propter corpus celeste. Hoc autem excludit Philosophus, cuius sententia est: ꝙ motus est propter astrum, cuius contrarium supponebatur; uel enim motus est propter se ipsum, quod est impossibile: quia de ratione motus est, ꝙ sit propter aliud: uel motus est propter motum; quod etiam est impossibile, quia sic esset abire in infinitum: non enim motus est finis motus: oportet ergo, quòd motus sit propter mobile; & per consequens motus cœlestis propter astrū, quod mouetur. Hoc est ergo, quod dicit litera: ꝙ esse alias lationes & alias motiones præter istas, de quibus dictum est; est impossibile; ꝙ.n. tot sint, potest ostendi ex latis; & mobilibus: quia omnis latio est gratia lati, & gratia mobilis: nulla enim latio; & motio est gratia sui; nec etiam est aliqua latio & motio gratia alterius lationis & motionis; sed omnis latio cœlestis est gratia astrorum: si enim latio ordinaretur ad lationem, eadem rõne & illa latio, ad quam ordinatur ista, ordinaretur ad aliquam aliam; & sic esset abire in infinitum: cum ergo hoc sit impossibile, dicendum est, ꝙ finis omnis lationis est ad aliquod corpus diuinum, & cœleste. Deinde.

De rõne motus ē, quod sit ꝑ aliud

Oĩs latio cœlestis est astrorum gratia.

TEX. 49. *Quod autem unum cælum, manifestum. Si.n. plures essent cæli ut homines, foret principiū quod circa unumquodq; specie unum, numero uerò multa, materiam habent. Vna.n. & eadem rō multorum, ut hominis: Socrates uerò ut unus. Quod autem qđ quid erat esse non habet materiam primam: entelechia.n. Vnum igitur & ratione & numero mouens primum, mobile existens, & motum ergo semper et continuè unum solum. Vnum ergo solum cælum.*

Remouet tertium impedimentum, quod posset dari: posset.n. aliquis dicere, ꝙ non est unum cœlum; & per consequens nec unus motor primus. Hoc autem excludit Philosophus, cuius sñia est: ꝙ si mundi numerantur, & cœli numerantur; si autem cœli numerantur, prima mobilia numerātur; si autem mobilia prima numerantur, motores primi numerantur: ꝙ autem motores duo primi numerentur, hoc est impossibile; si.n. numerarentur, conuenirent in specie, & differrent in numero; hoc autem est impossibile: quæ.n. conueniunt in specie, & differunt in numero, materiam hñt: si ergo motores specie cõueniunt, & numero differunt, materiales sunt; cuius contrarium probatum est superiùs, ubi probatum est, ꝙ motores sunt separati à materia, & à potētia. Visa hac sententia, patet litera Philosophi, quæ dicit; ꝙ manifestum est, ꝙ unū cœlum est; si enim essent plures cœli sub forma specifica celi, sicut sunt plures homines sub humanitate; esset principium, quod esset circa unumquodq; cœlum, specie unum, sed tamen differentia numero; quæcunq; autem sunt multa numero, materiam habēt: multorum enim differentium numero est una & eadem rō specifica: sicut ratio hominis est rō oĩum hominum; ita ꝙ unumquodque indiuiduum sub illa specie est unum secūdum rationem; & secundum materiā: E eo mō quo dicimus, ꝙ Socrates est unus secundū rõnem, & secundum materiam: si ergo principia mouentia differrent numero, materiam haberēt; quod est impossibile; quia ipsa quiditas separata, & ipsa entelechia.i. purus actus materiam nõ habent; substātia autem separata & est quiditas, & est actus separatus. Sic ergo tale principium separatum est unum ratione, & numero, & est primum mouens, & est ens immobile: si autem mouens est unum, sequitur ꝙ ipsum motum, quod mouetur continuè, est unum: ex quo sequitur ꝙ unum cœlum est.

Tertia obiectio.

Quidditas separata, et actus purus materiã nõ habent.

Quæreret aliquis. Vnde sequitur consequentia ista, quam facit Philosophus: si principia prima differunt numero, materiam habent? Dicen- F dum est, ꝙ hæc consequentia sequitur ex natura differētiæ numeralis; imaginatur.n. Philosophus, quòd duplex est differentia, formalis, & numeralis; & istæ differentiæ penes aliud, & aliud accipiuntur: accipitur.n. differentia formalis penes quiditatem: differentia autē numeralis penes aliquid additum quidditati; quod quidem additum uocat Philosophus materiam: uult.n. Philosophus quòd omnis differētia causetur ex diuisione. Vna autem diuisio est formalis, secundum quòd dicimus, quòd forma diuiditur contra formā; & quiditas contra quiditatem; & talis diuisio facit differētiam formalem; eo modo quo dicimus, quòd albedo & nigredo formaliter differunt; quia differunt quiditatiuè. Alia est diuisio numeralis, quę G quidem diuisio ex hoc est, quòd ipsa quiditas diuiditur & numeratur infra se, non contra aliam quiditatem, eo modo quo dicimus, quòd albedo numeratur & diuiditur; cum.n. ipsa quiditas de se sit una, oportet quòd numeretur, quòd numeretur per quid additum; quod quidem additum materia est. Diuisio ergo numeralis, & differētia necessariò arguit aliquid additum intentioni quiditatiuę; quod quidem additum Philosophus uocat materiam, & sic patet consequentia Philosophi. Vtrum autem omnis differentia numeralis arguat materiam, alibi dictum est.

Quæstio.

Differentia duplex.

Pag. r iii. g

Quæreret aliquis. Vnde sequitur consequentia Philosophi, quæ scilicet est, quòd quia substantia separata est quiditas, & actus, ideo materiam H nõ habet? Dicendum est, ꝙ Philosophus imaginatur, ut pluries dictum est: quòd materia magis ē receptiuum quiditatis & actus, quàm sit actus & quiditas: ita quòd omne ens materiale compositum est ex quiditate participata, & ex ipso participante quiditatem; quod quidem participās materiale uocatur: ita quòd ista compositio, quæ est ex participante & participato, est cõpositio, quæ est ex materiali & formali. Quæcunq; ergo sunt materialia, & habent materiam, non sunt ipsa quiditas pura, nec actus purus; & hoc quia componū tur ex quiditate & participante quiditatem; si ergo istud principium (de quo loquimur) est actus purus, & quiditas pura; impossibile est, quòd habeat materiam; quia si haberet materiam, aliquid esset

Quæstio.

Materia, et materialia nec quiddi-tas, nec actus est, sed partici-pantia actum, et quid ditatē. Vide in Septimo supra Tex. 8. et alibi.

esset in eo præter formalitatem, quã hic nocamus quidditatem; & sic patet cõsequẽtia Philosophi. Tune dicit.

TEX. 50. *Tradita sunt autem à senioribus et antiquis in fabula figura dimissa posterioribus; quia Dii sunt hi, et continent diuinam naturam uniuersalem. Reliqua uerò fabulosè iam adducta sunt ad persuasionem multorum, & ad oportunitatem multorum, ad leges et conferens. Conformes.n. hominibus hos, & aliorum animalium quibusdam similes dicunt: & his altera consequentia, & dictis similia: a quibus si quis separans id accipiat solum, quòd primum deos existimauerunt primas substantias esse, & diuinè utiq; dictũ esse putabit, et secundum quadã uerisimilitudinẽ.*

Ostendit, quò dicta ab Antiquis de substantiis separatis differunt à dictis suis; & etiam aliquo mõ cõsonant. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc dicit; secundò respõdet cuidam tacitæ qõni, ibi. [Et sæpe.] Dicit ergo, ꝙ quædam tradita sunt ab Antiquis Philosophis & senioribus de substantiis separatis, quæ quidem diuersa sunt posterioribus: tradebant.n. antiqui Philosophi, ꝙ Dii conti nent cœlũ, & continent uniuersam naturam: quæ tamen tradiderunt per modum fabularum, & per modum sensibilium: & hoc ut persuaderent multitudini, quæ nõ poterat capere intelligibilia. Et hoc utile fuit ad leges ferendas, utile etiã fuit ad conseruationem conuersationis politicæ, ut. s. multitudo uacaret bonis actibus. Et benè dico, ꝙ isti antiqui tradiderunt aliqua de substantiis separatis ꝑ modum fabularum: dixerunt. n. quosdam deos esse conformes hominibus, sicut ponunt fabulæ; qui quidem homines deificati sunt; ponunt etiã quosdam deos similes animalibus, & alia similia consequentia istis ponebant, & quantum ad hoc differunt à nobis. Si tñ aliquis accipiat ex dictis eorum hoc solùm, ꝙ isti existimauerunt deos esse substantias separatas; hoc diuinè, & benè dictum est, & secundum probabilitatem; & quantum ad hoc dictum eorum est consonum dicto nostro. Deinde cum inquit.

Quid Antiqui, quid uero ipse sentiat de Diis aeternibus.

Et sæpe inuenta ad possibile unaquaq; & arte et Philosophia, & iterum corruptis, & has opiniones eorum quasi reliquias usque nunc saluatas esse.

TEX. 51. *Paterna quidem igitur opinio, & quæ à primis, in tantum nobis manifesta solùm.*

Occurrit tacitæ quæst.

Respondet cuidam tacitæ quæstioni: dictum est enim ꝙ dicta de dictis Antiquorum dimissa sunt posterioribus: quæreret ergo aliquis, quò hoc põt esse? Ad hoc respondet Philosophus, dicens; quòd Philosophia sæpe fuit inuenta, secundum possibilitatẽ in unaquaq; arte: Philosophia etiam fuit corrupta propter bella impedimẽta, & ideo ex tali corruptione & generatione contigit, ꝙ opiniones antiquorum quasi quædam reliquiæ usq; nunc saluatæ sunt; ita ꝙ opinio Patrum antiquorum ẽt nunc manifesta est nobis. Notandum est, ꝙ Comm. dicit in expositione huius literæ, ꝙ si generabile & corruptibile reciprocatur in infinitũ; ita similiter artificia, & Philosophia (si mundus fuit æternus) infinities generata sunt: nã si corruptę sunt in uno climate, generatę sunt in alio: & sic semper aliquę reliquiæ saluatæ sunt. Notandũ est, ꝙ Philosophus ponit æternitatem mundi; si autẽ mundus est æternus, uidebatur incõueniens, ꝙ genus humanum infinito tẽpore fuisset sine artibus & scientiis: ita ꝙ philosophia & ars incepisset aliquo tẽpore; ut ergo hoc non poneret, posuit Philosophus, ꝙ philosophia infinities generata est, & corrupta.

Doctrina Auer.

Mundus æternus secundum Philosophos.

Quæ aũt circa intellectum habent quasdam dubitationes. Videtur quidem enim apparentium diuinissimum. Quod uerò habens talis erit, utiq; habet quasdam difficultates. Nam si non intelligat, quid utiq; erit insigne? Sed habet se, quemadmodum ut si dormiens: siue intelligat; huius uerò aliud principale. nõ enim est hoc, quod est sua substantia intelligentia, sed potentia: non utique erit optima substantia. Per intelligere enim honorabile ei inest.

Postquàm determinauit de substantiis separatis, & de numero earum; in parte ista mouet quasdam dubitationes circa intellectum substantiarũ separatarum. Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor quæstiones, quas ponit de intellectu substãtiarum separatarum. Secunda ibi [Amplius aũt siue intellectus.] Tertia ibi. [Amplius si aliud est.] Quarta ibi. [Ad huc autem restat dubitatio.] Ponit ergo primam quæstionem. Ad cuius euidentiam notandum est: ꝙ ista qõ est de actu intelligẽdi, utrum. s. substantia diuina sit sua intellectio; uel enim dicemus, ꝙ deus non intelligit; & hoc quidẽ est impossibile; quia tota sua perfectio est in intelligendo: uel dicemus, ꝙ Deus intelligit, & tunc restat qõ, utrum diuina essentia sit sua intellectio: an ipsa diuina essentia sit in potentia ad ipsum intelligere? Hoc uiso, patet litera, quę dicit; quòd ea, quę sunt circa intellectum diuinum, habent quasdam dubitationes; de numero. n. cium, quæ apparẽt circa essentiam diuinam, intellectus ẽ quid diuinissimum; sed tñ quomodo se habeat talis intellectus in Deo, habet magnam difficultatẽ nam siue Deus non intelligat, siue intelligat, semper restat difficultas. Si. n. non intelligat, tunc essentia diuina nõ erit aliquid insigne, nec honorabile; habebit. n. se sicut dormiẽs. Si autẽ intelligat, nũc restat difficultas, utrum intellectus diuinus sit in potentia ad intelligere; si. n. ita ẽ, in Deo erit aliquid magis principale quàm essentia diuina; quod quidem principale est ipse actus intelligendi; si enim essentia diuina est in potentia ad ipsum intelligere, tunc nõ est potentia intelligentia, hoc est, non est ipse actus intelligendi; & tunc sequitur, ꝙ essentia diuina non erit optima; & hoc quia bonitas eius, & honorabilitas eius inerit sibi per aliud, puta per ipsum intelligere, & intelligibile; quod quidem intelligere est aliud ab essentia diuina. Notãdum ẽ, ꝙ qõ Philosophi ẽ, utrum essentia diuina sit idẽ ꝙ actus intellectionis, an diuersum? probat autẽ, ꝙ est impossibile, ꝙ sit diuersum: quæ quidem probatio fundatur super duas propositiones. Prima propositio est, ꝙ si essentia diuina non est idem ꝙ

Quæst circa intellectum substãtiarũ abstractarum.

An essentia diuina sit sua intellectio.

Fundamenta Philosophi.

actus intelligẽdi, tunc eſt in potentia ad actum intelligendi; nec de ſe habet illum actum: ex quo.n. illa eſſentia non eſt ipſum intelligere, de ſe nõ habet ipſum intelligere; ſed in potentia eſt ad illud: quod enim eſt idem cum aliquo, non eſt in potentia ad illud; quia nihil eſt in potentia ad ſe ipſum: ſi ergo eſſentia diuina eſſet idem quod ipſum intelligere, non eſſet in potentia ad ipſum intelligere: ſi autem non eſt idem, & tamen aliud intelligit, oportet ꝙ de ſe ſit in potentia ad illud: unde ſi potentia diuina ſemper intelligeret, & tamen non eſſet ipſum intelligere, adhuc eſſet in potentia ad illud; quia non obſtante ꝙ ſemper intelligat; quia tamen non eſt illud intelligere, oportet ꝙ ſibi nõ repugnet; immò ꝙ ſibi conueniat, ꝙ de ſe non habeat illud; & per cõſequens ſibi conuenit, ꝙ ſit in potentia ad ipſum intelligere. Secũda propoſitio, ſuper quã fundaẽ Philoſophus, eſt: ꝙ actus perfectior eſt potentia; ita ꝙ ratio perfectionis nõ ineſt potentiæ niſi per actum. Ex his duabus propoſitionibus arguit Philoſophus: ex prima ſic: ſi eſſentia diuina non eſt ipſum intelligere, ſequitur ꝙ ſit in potentia ad ipſum intelligere: ſi autem eſt in potentia ad ipſum intelligere, ſequitur per ſecundã propoſitionem, ꝙ perficiatur per ipſum intelligere; ſicut potentia perficitur per actum. Ex quo ſequuntur duo inconuenientia, primum inconueniens eſt: ꝙ eſſentia diuina perficiatur per aliquid aliud à ſe: ſecundum inconueniens eſt, ꝙ eſſentia diuina non ſit optima; & hoc quia optimo nihil aliud eſt melius; ſecundum autem iſtum modum, intelligere, quod eſt aliud ab eſſentia diuina, eſt nobilius, quàm ipſa eſſentia diuina; ſicut actus eſt melior & nobilior potentia. Deinde inquit.

Nihil eſt in potentia ad ſe ipſum.

Opinio nihil ē melius

Amplius autem ſiue intellectus ſit ſua ſubſtãtia, ſiue intelligentia; quid intelligit? Aut enim ſe ipſum, aut alterum aliquid. Aut idẽ ſemper, aut aliud.

Mouet ſecundam quæſtionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò mouet iſtã queſtionem: ſecundò ſoluit primam iam motam, & ſecundam, quam modò mouet, ibi. [Primum quidem igitur.] Prima in duas, quia primò mouet quæſtionem ſecundam: ſecundò ex illa mota mouet quandam aliam, ibi. [Ergo utrum.] Ad euidentiã primæ queſtionis notãdum eſt: ꝙ ſicut prima quæſtio erat de actu intelligendi: ita iſta ſecũda eſt de obiecto intellectus diuini, quid. ſ. Deus intelligat, utrum intelligat aliquid aliud à ſe; ſiue intellectus ſit ſubſtantia Dei, & intellectus eius ſit intelligentia, hoc eſt ipſum intelligere: ſiue non, quod fuit quæſitũ in prima quæſtione: tamen quæſtio eſt, quid intelligit Deus? aut enim intelligit ſe ipſum ſemper: aut intelligit aliquid aliud: & ſi intelligit aliquid aliud, aut intelligit ſemper idem, aut intelligit aliud, & aliud. Sequitur.

Quid Deus intelligat, ſe, an aliud a ſe.

Ergo utrum differt aliquid, aut nihil intelligere bonum aut contingens? Aut inconueniens meditari de quibuſdam?

Antequam ſoluat prædictas quæſtiones, interponit quãdam quæſtionem, cuius ſolutio ualet ad

E. ſolutionem præcedentium quæſtionum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit quæſtionem: ſecundò ſoluit eam, ibi. [Palàm ergo.] Dicit ergo primò, ꝙ quæſtio eſt, utrum ad nobilitatẽ & perfectionem intellectus diuini aliquid, uel nihil refert, quòd intelligat, quod eſt bonum & nobile; an quòd intelligat quodcunque contingens? Videtur enim inconueniens, ꝙ Deus quæcunq; intelligat: quia uidetur abſurdum, ꝙ Deus occupetur per intellectum ſuum circa quædam uilia. Addit.

Quæſtio incidentalis.

Palàm ergo, quòd diuiniſſimum & honorabiliſſimum intelligit: & non tranſmutatur indignius enim tranſmutatio. Et motus quidam iam tale.

Soluit prædictam quæſtionem; quę quidem ſolutio habet ortum ex argumento, quod iam fecit.

Solutio eiuſdem.

F Dicit ergo ſoluendo; ꝙ ſi Deus non occupat intellectum ſuum circa quędam uilia; manifeſtũ eſt, ꝙ illud, quod intelligit Deus, eſt honorabiliſsimũ, & diuiniſsimum: manifeſtum eſt etiam, ꝙ intellectus diuinus non tranſmutatur de intelligibili ad intelligibile; quia ſemper intelligit unum intelligibile, quod eſt diuiniſsimũ & honorabiliſsimũ.

Quæreret aliquis ad euidẽtiã huius literæ. Vtrũ Deus omnia intelligat, an ſolum intelligat unũ intelligibile, quod eſt diuiniſsimum, & honorabiliſſimum? In quæſtione hac duo debent declarari: unum eſt, quòd Deus unũ ſemper intelligit, quod eſt honorabiliſsimum & diuiniſsimum: ſecũdum, qđ debet declarari, eſt: ꝙ Deus intelligendo iſtud unum, intelligit omnia. Ad euidentiam primi notandum eſt; quòd Deus ſemper intelligit eſſentiã

Quæſtio.

G ſuã; cuius ratio eſt, quia ad hoc quòd aliquid actu intelligatur, duo requiruntur: primum eſt, quòd oportet, quòd illud, quod intelligit, habeat rõnem intelligibilis: quod enim non habet rationẽ intelligibilis, intelligi non poteſt: ſicut.n. quod non habet rationem uiſibilis, uideri nõ poteſt; ſic illud, quod non habet rationẽ intelligibilis, intelligi non põt. Secundum, quod requiritur ad hoc, quòd aliquid intelligatur, eſt: quòd non ſolum habeat rationem intelligibilis; ſed quòd ſit præſens intellectui ſub ratione intelligibilis: ex hoc enim cauſatur intellectio, quia ipſum intelligibile per ſui præſentiã mouet intellectum; quæ quidem motio (ut iam dictum eſt,) uel ſupponitur intellectioni; uel idẽ eſt quòd ipſa intellectio. Sic ergo duo requiſũtur ad

Deus ſemper intelligit eſſentiã ſuã.

Ad hoc, ut aliqđ actu intelligatur duo requiruntur.

H hoc, quòd aliquid actu intelligatur; quæ duo ſunt in eſſentia diuina: nam eſſentia diuina habet rationem ſummè intelligibilis, quæ ratio ſuper immaterialitatem fundatur: ſicut enim eſſentia diuina eſt ſummè immaterialis; ita eſt ſummè intelligibilis. Debemus enim imaginari, quòd ſicut ubicunque reperitur ratio lucis, ibi reperitur ratio uiſibilitatis: ita ubicunq; reperitur ratio immaterialitatis, ibi reperitur ratio intelligibilitatis: cum ergo in Deo ſit ſumma immaterialitas, in eo erit ſumma intelligibilitas: eſſentia enim diuina eſt præſens intellectui diuino ſub ratione intelligibilis; & ideo ſemper ſe intelligit: ſicut enim impoſsibile eſt, ꝙ ſibi non ſit præſens ſub ratione intelligibilis; ita

Eſſentia diuina ē ſummè intelligibilis.

Vbi ratio lucis, ibi ratio uiſibilitatis.

eſt

est impossibile, quòd semper se non intelligat. Intelligendum est autem, quòd modus intelligendi in Deo causatur ex summa indiuisione, quæ est inter intelligibile,& Intellectum: quia enim ipsa essentia diuina unitissima præsentialitate est præsens intellectui diuino; ideo semper se intelligit: & sicut impossibile est, tale intelligibile in Deo non esse præsens intellectui sub ratione intelligibilis; ita impossibile est, quòd ipse intellectus diuinus semper se non intelligat; sic ergo patet primum, scilicet, quòd essentia diuina semper intelligat se ipsam.

Modus intelligendi in Deo unde oritur.

Ex quo patet secundum, quòd intelligit omnia: intellectus enim diuinus intelligendo se ipsum,& essentiam suam, omnia intelligit: essentia enim diuina infinita est, & continet infinitos gradus perfectionum:& ideo intellectus diuinus intelligendo essentiam suam, intelligit quoddã ens infinitum,& quoddã pelagus entitatis:& ideo intelligendo ens, quod continet perfectiones omnium entium, intelligit omne ens. Et sic patet, quod dixit Philosophus; quòd illud, quod intelligit intellectus diuinus, est diuinissimum,& honorabilissimum; non tamen uerum est, quòd sint quædam entia uilia, quæ non intelligit Deus: quia (vt dictum est) Deus intelligendo se ipsum, intelligit omnia. Sequitur in textu.

Intellectus diuinus omnia intelligit.

Primum quidem igitur si non est intelligentia, sed potentia, rationabile est laboriosam esse ei continuationem intelligentiæ.

Soluit primam quæstionem,& secundam iam motam. Et diuiditur in duas partes, quia primò soluit primam: secundò secũdam, ibi [Deinde palam.] Soluit ergo primam,& est sentẽtia sua ista: quòd intellectus diuinus non est in potentia ad suum intelligere; sed idem est potentia intellectiua diuina,& actio intelligendi: si enim aliud esset potentia diuina intellectiua,& suum intelligere; intelligere diuinum esset cum labore & pœna; sed hoc est impossibile, ergo & primum. Visa hac sententia, patet litera, quæ dicit sic: quòd substantia diuina, uel potentia intellectiua nõ est intelligentia, hoc est, non est ipsum intelligere; sed est in potentia ad ipsum intelligere; probabile est,& rationabile, quòd continuatio ipsius intelligentiæ, idest, ipsius intelligere erit laboriosum,& cum pœna; sed hoc est impossibile, ergo & primum.

Solutio primæ quæstionis propositæ.

Quæstio. Quæreret aliquis, Vnde sequitur consequentia, quòd si substantia diuina non est suum intelligere, quòd continuatio ipsius intelligere est laboriosa? In hac quæstione duo sunt declaranda: primum est, quòd hæc consequentia est probabilis; & ideo Philosophus uocat eam rationalẽ: secundum est, quòd non est necessaria. Primum patet sic: nam si substantia diuina non est suum intelligere, est in potentia ad intelligere, & non intelligere; si autem est in potentia ad intelligere,& nõ intelligere,& totum semper intelligit; quia non

A inuenitur aliquando ut dormiens, uidetur quòd continuationem intellectionis habeat ab aliquo,& non ex sui natura: quod autem inest rei non ex sui natura, uidetur quòd aliquãdo sit laboriosum; & sic patet primum, scilicet quòd consequentia est probabilis. Secundũ, scilicet quòd cõsequentia non sit necessaria, patet sic: nõ enim sequitur, quòd si aliquid inest alicui ab extrinseco, quòd propter hoc sit laboriosum: motus enim inest cœlo ab extrinseco,& tamen non est cum labore & pœna. Notandum est enim, quòd quando aliquid inest alicui ab extrinseco, & est contra naturam illius, tunc oportet quòd sit cum labore & pœna; si tñ insit alicui ab extrinseco, & tamen non est contrarium naturæ illius, cui inest, non oportet, quòd sit cum labore & pœna. Ad propositum ergo dico, quòd non est idem dicere, hoc inest huic non ex se, sed ab alio; & hoc inest huic contra naturam illius: multa enim insunt multis, quæ non insunt eis ex se, & tamen non sunt contra naturam illius. Tunc inquit.

Quod inest rei non ex sui natura, est laboriosum.

Non est qd inest rei ab extrinseco, est et laboriosum.

B

Deinde palàm quia aliquid aliud erit dignius, quàm intellectus, scilicet intellectum. Etenim intelligere & intelligentia inerit indignissimum intelligenti: quare fugiendum hoc. Etenim non uidere quidem quædam, dignius quàm uidere. Non sit optimum intelligat.

Soluit secundam quæstionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò soluit quæstionem illam: secundò ex hoc concludit quandam conclusionem, ibi. [Se ipsum ergo.] Soluit ergo secundam quæstionem, cuius solutionis sententia est, quòd intellectus diuinus non intelligit aliquid aliud à se, primò quia cum intellectum sit nobilius intellectu, sequeretur quòd aliquid aliud ab intellectu diuino, esset nobilius quàm intellectus diuinus: sequeretur etiam, quòd intellectus diuinus uilesceret, quia intelligeret uilia, quę sunt in rebus. Visa sententia, patet litera, quæ dicit, quòd si intellectus diuinus intelligit aliquid aliud, sequetur quòd aliquid aliud ab intellectu diuino, scilicet ipsum intellectum erit dignius, quàm ipse intellectus diuinus: tale autem intelligere, & talis intelligentia, quæ est per aliquod dignius, est indignissima intelligenti, idest intellectui diuino: & talis intellectio fugienda est, tãquàm indigna intellectui diuino, & sicut tale intelligere fugiendum est, ita aliquod intelligibile fugiendum est ab intellectu diuino tanquàm uile: quædam enim melius est intelligere, quàm non intelligere, hoc autem non esset, si intelligentia eorum esset quid optimum. Notandum est, quòd ueritas huius quęstionis est, quòd Deus se ipsum intelligit, & intelligendo se ipsum, intelligit omnia alia: si enim intelligeret primò alia, tunc intellectus diuinus respectu aliorum à se, haberet rationem moti, & alia à se haberent rationem mouentis; & cum mouentia sint magis nobilia quàm mota, sequeretur quòd aliquid esset nobilius, quàm intellectus diuinus.

C

Solutio secundæ quæstionis.

D

Veritas quæstionis.

Mouentia sunt nobiliora quàm mota.

 diuinus.

diuinus. Et hoc eſt, quod uoluit dicere Philoſophus in litera; quòd meliùs eſt Deo non intelligere, quàm ſic intelligere; & non uidere, quàm ſic uidere, ſcilicet per aliud à ſe. Sequitur.

Se ipſum ergo intelligit, ſi quidem eſt potentiſſimum: Et eſt intelligentia intelligentiæ intelligentia. Videtur autem ſemper alius ſcientia & ſenſus, & opinio, & meditatio Ipſius autem in acceſſorio.

Ratio ex ſuperioribus.

Concludit ex prædictis unã concluſionem, dicens: ex quo intellectus diuinus nõ intelligit alia à ſe, & tamen aliquid intelligit; relinquitur quòd intelligit ſe ipſum; ipſum enim eſt potentiſſimũ intelligibile, & nobiliſſimum; ſi autem intelligit ſe ipſum, intelligit ſuum intelligere: ita quòd ſua intelligentia eſt intelligentia intelligentiæ, id eſt, ſuum intelligere cadit ſuper ſe ipſum: ita quòd intelligit ſe intelligere: ſi enim ĩtelligit ſe ipſum, ipſe non differt à ſuo intelligere: in aliis enim intellectibus, & in aliis potentiis ab intellectu, uidetur eſſe aliud obiectum, & actus: ſicut aliud eſt actus ſciendi & ſcibile in ſcientia una; & actus ſentiendi & ſenſibile; & actus opinandi & opinabile; & actus medicinandi & medicabile; & ideo tales potentiæ priùs ſunt ipſorum obiectorum; ſecundariò autem, & quaſi modo acceſſorio ſunt ipſius actus; eo modo quo dicimus, quòd iſte ſentit ſe ſentire; & opinatur ſe opinari. Notandum eſt, quòd intelligibile diuinum eſt ſuum intellire: & ideo ſicut ſuus intellectus fertur ſuper intelligibile; ità fertur ſuper ipſum intelligere: noſter autem intellectus priùs fertur ſuper naturam intelligibilis, ſecundariò autem ſuper ipſum intelligere. Addit.

Actus rectus & actus principalis: actus autẽ reflexus eſt actus acceſſorius.

Intelligibile diuinum eſt ſuum intelligere.

Amplius ſi aliud eſt intelligere, & intelligi; ſecundum quid ei quidem ipſum benè ineſt? Non enim idem eſſe intelligentiæ, & intellectio.

Mouet tertiam quæſtionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò mouet quæſtionem: ſecundò ſoluit eam, ibi. [An in quibuſdam,] Quæſtio eſt iſta: ſi Deus intelligit & intelligitur, ſecũdum quid ineſt nobilitas diuina, vtrum ſecundũ intelligere, uel ſecundum intelligi? quia non idẽ eſt ad minus in ratione intelligere & intelligi. Hoc eſt ergo, quod dicit litera; quòd ſi intelligere & intelligi eſt aliud, quæſtio eſt, ſecundum quod iſtorum ineſt ipſi primò ipſum benè, & nobile eſſe? non enim uidetur idem eſſe intelligens & intellectus, ſiue intelligẽtia & intellectio, quæ intellectio idem eſt quod intelligi. Cum deinde inquit.

Deus propter quid nobiliſſimus, quia intelligit, an quia intelligitur?

An in quibuſdam ſcientia res? In factiuis quidem ſine materia: ſubſtantia enim & quod quid erat eſſe. In theoricis uerò ratio, res, et intelligẽtia.

Soluit quæſtionem, & eſt ſolutio quæſtionis iſta: quòd ſicut in ſeparatis à materia idem eſt ſcientia, & res ſcita: ita in ſeparatis à materia idẽ eſt intelligibile, & intellectum: cum ergo Deus ſit ſeparatiſſimum à materia, in eo idem erit in re intellectus, & intelligibile; & penes utrunque accipitur eius nobilitas: quia in ſeparatis à materia impoſsibile eſt, quòd unum horum ſeparetur ab alio. In hac ſolutione ſic procedit, quia primò ponit, ꝙ in ſeparatis à materia non differt ſcientia, & res ſcita: ſecundò ex hoc accipit, quòd in ſeparatis à materia non differt intelligens, & intellectum, ibi. [Non altero igitur.] Dicit ergo primò, quòd in quibuſdam, ſicut in ſeparatis à materia, non differt ſcientia, & res ſcita: ſicut patet primò in ſcientiis factiuis: in factiuis quidem enim ipſa ſcientia eſt quod quid erat eſſe, quod eſt ſubſtantia rei factæ; & hoc idem eſt cum re ſcita. Etiã hoc patet in theoricis, id eſt ſpeculatiuis: ibi enim intelligentia, id eſt ſcientia idem eſt quod res ſcita: res enim ſcita eſt ipſum quod quid erat eſſe; quod quidem erat eſſe ſecundum ſuum eſſe intelligibile idem eſt, quòd ſcientia rei. Deinde cum dicit.

Solutio.

E

In ſeparatis à materia idem eſt ſcientia, & res ſcita; intelligens, & intellectũ.

F

Non altero igitur exiſtente eo, quòd intelligitur, & intellectu; quæcunque non materiam habent, idẽ erunt. Et intellectio eius, quod intelligitur, una.

Accipit ex hoc, quòd in ſeparatis à materia idem eſt intelligens, & intellectum, dicens: quòd in his, quæcunque non habent materiam, non eſt alterum intelligere, & intellectum; & ſic erit intelligentia una cum eo, quod intelligitur; & non erit aliud in ipſa intelligentia intelligere, & intelligi. Notãdum eſt, quòd quidditas rei factæ, ſicut quidditas domus; poteſt conſiderari duobus modis: uno modo ſecundum ſuum eſſe materiale: & ſic non eſt idem in factiuis ſcientiis ſcientia, & res ſcita: ſecundo modo poteſt conſiderari ipſa quidditas ſecũdum ſuum eſſe immateriale, & intelligibile: & ſic idem eſt iſta quidditas, quod cõceptus rei fiendæ: & cum conceptus idem ſit, ꝙ ſcientia, erit idem quod ſcientia rei. Sicut dico de artibus factiuis, ita dico de ſcientiis ſpeculatiuis: quidditas enim eſt obiectum intellectus ſpeculatiui; quæ quidem quidditas ſecundum ſuum eſſe materiale differt à ſua ſcientia: ſecundum autem ſuum eſſe intelligibile, idem eſt quod conceptus de re: & quia conceptus rei, & ſcientia rei pro eodem hic accipitur; ideo idem eſt ſcientia, & res ſcita. Et hoc eſt, quod dixit Philoſophus, quòd in ſeparatis à materia idem eſt ſcientia, & res ſcita. Sequitur.

Corollariũ.

Quidditas rei factæ dupliciter.

G

Quidditas eſt obiectũ intellectus ſpeculatiui.

H

Adhuc autem reſtat dubitatio, ſi compoſitum eſt, quod intelligitur: tranſmutabitur enim partibus totius. Aut indiuiſibile omne, quod non habet materiam; ut humanus intellectus. Aut quod quidem compoſitum habet in aliquo tempore. Non enim habet ipſum benè in hoc, aut in hoc; ſed in toto quodam, quod optimum, & ens aliquid aliud. Sic autem habet ipſa ſui ipſius intelligentia toto æterno.

Ponit quartam dubitationem. Ad cuius euidentiam notandum eſt: quòd intellectus noſter intelligit primò ſimplicia: & ex intellectu ſimplicium deuenit ad intellectum compoſitum: & hoc quia intellectus noſter intelligit componendo & diuidendo.

Dubitatio.

diuidendo. Est ergo quæstio ista in hoc, utrum intellectus diuinus intelligat composita; ita quòd intelligat componendo, & diuidendo? an omnia quæ intelligit, intelligat simplici intuitu? Ponit ergo quæstionem, dicens: quòd restat questio, Vtrū intellectus diuinus intelligat ipsum cōpositum? & soluit, dicens: quod si illud esset omnino compositum, sequereretur quòd intellectus diuinus trāsmutabitur in partibus: intellectus enim intelligens componendo, primò intelligit primam partem; postea aliam; & per consequens est mutabilis, & non est omnino simplicissimus; & per consequens non omnino indiuisibilis: cum tamen illud, quod non habet materiam, sit indiuisibile, sicut est intellectus humanus. Quasi dicat: intellectus diuinus maiorem indiuisibilitatem habet, & simplicitatem, quàm intellectus humanus: quod quidem non esset, si intelligeret componendo, & diuidendo; quo modo intelligit intellectus humanus. Si etiam intellectus diuinus intelligeret componendo & diuidendo; non haberet totam perfectionem semper, sed in aliquo tēpore: non enim habet suam perfectionem in hoc, uel in hoc; hoc est in ista parte, uel in illa; sed sua perfectio est esse in quodam toto: illud ergo, quod habet suam perfectionem simul; & cuius intelligentia est in quodam toto æterno, non intelligit componendo & diuidendo. Notandum est, quòd tria media hic tanguntur, per quæ potest probari, quòd intellectus diuinus non intelligit componendo & diuidendo. Primum medium, est, quòd omnis intellectus, qui intelligit componendo & diuidendo, mutatur: intellectus autem diuinus in transmutabilis est. Secundum medium est, quòd intellectus, qui intelligit componendo & diuidendo, non est oīno simplex, nec omnino indiuisibilis; & hoc, quia ex quo non intelligit omnia simul, in eo differt intellectus, & intellectum: intellectus autem diuinus omnino simplicissimus est. Tertium medium est, quòd intellectus, qui intelligit omnia componendo & diuidendo, non habet totam suam perfectionem semper, sed in quodam tempore; intellectus autem diuinus semper habet suam perfectionem.

Intellectus diuinus cōponendo, et diuidendo, an simplici intuitu intelligat?

Quod non habet materiam, est indiuisibile.

Quæstio. Quæreret quis. Vtrum intellectus diuinus intelligat composita? Videtur quod sic; quia si non intelligit composita, non intelligit omnia; & per consequens est ignorās. Ad oppositum est dictum Philosophi in litera. Dicendum est, quòd intellectus diuinus intelligit omnia simplicia, & composita: aliàs esset ignorans: nō intelligit quidem composita componendo & diuidendo: sed simplicissimo intuitu: sicut.n. materialia intelligit in materialiter: ita composita intelligit simplicissimo intuitu.

Quō Deus cōposita intelligit.

Ad euius euidētiam notādum est: quòd actus cōpositiuus, & diuisiuus in nobis ex hoc oritur, quia intellecta quidditate subiecti, nō statim intelligimus quod quid est in subiecto: & iō ipsum subiectū intelligimus successiuè, & per partes; ut primò intelligimus Petrum esse hominem: secundò esse album: tertiò formamus enūtiationem ex habitudine duorum intellectorum. Intellectus autē diuinus intellecta quidditate subiecti, simplicissimo ītuitu intelligit omnia, quę sunt infra quidditatem subiecti: & ideo non intelligit componēdo & diuidēdo. Ad argumentum patet; quia uerum est, quòd intelligit composita; sed nō componendo: & isto mō intēdit Philosophus negare, quòd intellectus diuinus non intelligit composita.

Actus cōpositiuus & diuisiuus in nobis unde oritur.

Ad argum.

Perscrutandum autem est, qualiter habet totius natura bonum, & optimum utrum separatum quid & ipsum secundum se, aut secundum ordinem. TEX. 52.

Superius ostendit Philosophus, quod primus motor mouet omnia sicut desideratum & amatū; & quia desideratum & amatum habēt rationem finis & boni: ideo primus motor hēt rationem boni & finis respectu omniū; proinde hic vult ostēdere Philosophus, quòd omnia ordinātur ad primum motorem sicut ad bonum & finem, & sicut ad quoddam optimum. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc ostendit: secundo ostēdit, ibi. [Antiqui diuersimodè se habuerūt circa principia rerū, ibi.] [Quęcūq; uerò impossibilia accidunt.] Prima in duas, quia primò mouet quæstionē quādam de bono & optimo, Vtrum scilicet bonū & optimum uniuersi sit infra ordinem uniuersi, an sit separatum ab ordine uniuersi? secundò soluit eam ibi. [At utroque modo.] Dicit ergo primò, quòd perscrutandum est, quomodo se habet natura totius id est uniuersi ad bonum & ad optimum: uidendum est enim utrum bonum & optimum totius sit bonum ordinis, uel sit aliquid separatum secundum se subsistens? Notandum est, quòd infra entia possumus imaginari triplex bonum; primò bonum scilicet partis; eo modo, quo dicimus, quòd quælibet pars uniuersi habet suā bonitatem: Secundo modo possumus imaginari bonum ordinis; quod bonum consurgit ex hoc, quòd una pars ordinātur ad aliā: Tertio modo intelligimus esse bonum primi principii, ad quod primum bonum, & secundum ordinantur; & tale bonum uocatur à Philosopho bonum separatum; quia ipsum primum principium non est infra ordinem uniuersi; sed magis est supra ordinem. Hoc est ergo, quod quærit Philosophus, utrum in uniuerso solum sit dare bonum ordinis, an cum hoc sit dare aliquod bonum quod non est infra ordinem, sed magis supra? Deinde cum dicit.

An bonū & optimum uniuersi sit infra, uel extra ordinem uniuersi?

Bonum triplex.

At utroque modo sicut exercitus: etenim in ordine ipsum bene, & Dux exercitus, & magis iste Non enim iste propter ordinem, sed ille propter hunc est.

Soluit quæstionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò soluit eam: Secundò ostēdit, quo modo se habent partes uniuersi ad bonum ordinis, ibi. [Omnia uerò coordinata sunt.] Dicit ergo primò, quòd quando quæritur, Vtrum in uniuerso

Solutio quæstionis propositæ.

uerſo ſit bonum ordinis, aut bonum ſeparatum? Dicendum eſt, quòd eſt ibi bonum utroque modo: eſt enim ita de uniuerſo, ſicut de exercitu. In exercitu quidem eſt duplex bonum: eſt enim ibi bonum, quod conſiſtit in ordine; nam bonitas exercitus in ordine eſt: & eſt ibi bonum Ducis; ita tamen quòd bonum Ducis eſt maius, quàm bonum ordinis: nam bonum ordinis eſt propter bonum Ducis; & non econuersò: ita in uniuerſo bonum ordinis eſt propter bonum primi principii, & non econuerſò. Notandum eſt, ꝙ in uniuerſo debemus imaginari, quòd omnes partes uniuerſi ſuo modo nituntur aſſequi bonum commune; quod quidem uocatur bonum ordinis: in tantum autem nituntur aſſequi bonum ordinis, quod eſt bonum commune; in quantum nituntur ſe aſſimilare primo principio; & ita bonũ ordinis eſt propter bonum principii, & non ecõuersò. Notandum eſt, quòd bonum uniuerſi ex hoc eſt, ut explicentur in iſto mũdo inferiori ea, quæ ſunt in mundo intelligibili, id eſt in intellectu primi principii; & quia omnes partes uniuerſi nituntur ad hoc ſuo modo, & etiam totum uniuerſum; ut explicent illud, quod eſt in intellectu primi principii; ideo & bonum partium, & bonum totius eſt propter bonum primi principii. Sicut enim in exercitu omnes partes nituntur aſſequi bonum commune; quod eſt bonum ordinis, ut per illud bonum compleatur uoluntas Ducis: ita ſimiliter in uniuerſo quælibet pars nititur aſſequi ſuo modo, quod ſuum eſt: in aſſecutione autem iſta conſequitur bonum ordinis, in quo quidem bono explicatur ordo, qui fuit in intellectu primi principii. Addit deinde.

In exerc itu duplex bonum.

Oēs partes uniuerſi nituntur aſſequi bonum commune.

Bonum uniuerſi unde oritur.

Omnia uerò coordinata ſunt aliqualiter, ſed non ſimiliter, & uolatilia, & naturalia, & plantæ. Et non ſic ſe habent, ut non ſit alteri ad alterum nihil, ſed eſt aliquid. Ad unum quidem enim omnia coordinata ſunt.

Oſtendit, quomodo ſe habeant partes uniuerſi ad bonum ordinis, & etiam ad bonum primi principii. Et diuiditur in duas partes, quia primò hoc facit: ſecũdò manifeſtat quoddam, quòd dixit, ibi. [Sed quẽadmodum.] Dicit ergo, quòd omnia, quæ ſunt in uniuerſo, ſunt ordinata ad inuicem, licèt non ſimiliter: nam naturalia, & uolatilia, & plantæ ordinatæ ſunt ad inuicẽ; non enim ſic ſe habẽt iſtæ partes, ꝙ nihil attineat una ad aliã, ſed oĩa ſunt ordinata ad inuicẽ, eo modo quo dicimus, ꝙ plantę ſunt propter animalia; & animalia ꝑꝑ homines, & homines propter beatitudinẽ; & oĩa ſic ordinata ad inuicẽ, ſunt ordinata ad unum primum principium. Et ſic habemus triplex bonum ſcilicet bonum partis, ſicut bonum plantæ tantum, uel animalis tantum, uel hominis tantum: & bonum ordinis, ſicut bonum, quod conſurgit ex hoc, quòd planta ordinatur ad animalia, & animalia ad hominẽ: & bonũ primi principii, quod eſt ſuper totum ordinem.

Quæcunque in uniuerſo ſunt, ordinata ſunt.

E *Sed quemadmodum in domo liberis non licet, quod contingit facere, ſed omnia ut plurima ordinata ſunt: ſeruis uero, & beſtiis parum quod ad commune; multum uerò quod contingit. Tale namque cuiuſque principium ipſorum natura eſt: dico autem puta ad diſcerni. neceſſe quoque omnibus uenire. Et alia ſic ſunt, quibus communicant omnia ad totum.*

Manifeſtat quoddam, quod dixit: dixit enim quòd omnia ſunt ordinata, ſed non ſimiliter: manifeſtat ergo hoc, non ſimiliter. Ad cuius euidentiam notandum eſt: quòd Philoſophus uult, quòd ita eſt in uniuerſo reſpectu primi principii; ſicut in domo reſpectu patris familias: in domo autem ſub patre familias ſunt multi ordines: eſt enim ordo filiorum, & ordo ſeruorum, & ordo beſtiarũ, F ſicut canum, & huiuſmodi: & omnes iſti ordines, ſiue omnia, quæ ſunt infra iſtos ordines, ſuo modo nituntur aſſequi bonum commune, quod eſt bonum domus: ſed tamen differenter: quia illis, qui ſunt in primo ordine, non competit, quòd aliquid faciant extra ordinem: ſed omnia, quæ faciunt, ordinata ſunt: ſeruis autem, & beſtiis conuenit extra ordinem facere, & à caſu. Ita ſimiliter in uniuerſo ſunt quædam entia, quę multum appropinquant ad primum principium, & quæ tenẽt magnũ gradum in entibus, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & corpora cœleſtia: & iſtis nihil competit facere extra ordinem, quædam ſunt entia inferiora, in quibus contingũt multa à fortuna, & à caſu, ita quod multotiens exeunt ab G ordine. Viſa hac ſententia, patet litera, quæ dicit ſic: ita dictum eſt, quòd omnia ſunt ordinata, ſed tamen non ſimiliter; ſed quemadmodum in domo liberis, & filiis nihil contingit facere aliquid à caſu, ſed omnia, quę faciunt, debent facere ordinatẽ: ita quòd omnia quæ faciunt, ut plurimum ſub ordine ſunt: ſeruis autem, & beſtiis multa cõtingit facere à caſu; pauca tamen, quæ tendunt ad bonum commune, & quæ ſint infra ordinem: Ita ſimiliter eſt in uniuerſo: natura enim cuiuslibet rei eſt principium, per quod quæcunque res ordinatur indebitum finem, & habent debitum ordinem: eſt enim aliquid commune omnibus rebus, omnes enim res diſcernuntur ab inuicem in operationibus ſuis; eſt etiam commune eis, quòd H omnes res ſic ſe habent, quòd omnes tendunt & conueniunt in quodam toto, & bono communi per operationes ſuas: licèt non omnes ſimiliter aſpiciant ſuum finem; quia quædam deficiunt à fine intento; quædam non. Notandum eſt, quòd omnes res conueniunt & differunt: conueniunt quidem in duobus; conueniunt enim in hoc primò, quia quælibet res habet operationem propriã, per quam operationem tendit in finem proprium; ita quòd ſicut natura eſt propria; ita inclinatio, quæ ſequitur naturam, eſt propria; & ſicut inclinatio, ita & finis. Conueniunt ſecundò in hoc, quòd omnia nituntur aſſequi finem propriũ, ut per aſſecutionem finis proprii habeât bonum uniuerſi

Oĩa nõ ſimiliter ordinata ſunt in uniuerſo.

Comparatio

Res quo conueniunt, & differunt.

uniuersi: sic ergo conueniunt in duobus. Differunt autem in uno; quia quædam sunt entia multum distantia à primo ente; in quibus multa contingunt à casu; ita quòd non semper consequuntur finem intentũ: quædam autem, sunt quibus nihil, uel parum est à casu. Et hoc totum dictum est secundum sententiam Philosophi. Vtrum autem possit esse aliquid à casu in substantiis separatis, uel in corporibus cœlestibus, alibi habet locum. Deinde cum dicit.

Quæcunque uerò enim impossibilia accidunt, aut absurda aliter dicentibus, & qualia gratiosiùs dicentes, & in quibus minimè dubitationes oportet non latere.

Vult ostendere, quomodo se habuerunt Antiqui ad principia rerum: & est intentio sua; quòd quicunque aliter senserunt de principiis, quàm ipse, nõ benè senserũt. Et diuidit in duas partes, quia primò ponit intentum suum: secundo exequitur intentum suum, ibi. [Omnes enim ex contrariis.] Dicit ergo, quòd quæcunque inpossibilia uel absurda accidunt aliter dicentibus de principiis, quàm nos, & quæ, & qualia sint illa, quæ dicuntur ab illis, qui grossè dicunt; & quæ sint illa, in quibus apparent paucæ dubitationes, oportet hic uidere; ita quòd ista non lateant nos. Cum postea inquit.

Antiquorũ placita de principijs rerum.

Omnes enim ex contrariis faciunt omnia. Neque autem quòd omnia, neque ex contrariis rectè, nec in quibuscunque contraria sunt; quomodo ex cõtrariis erunt, non dicunt.

Exequitur intentũ suum: in qua quidem executione recitat opinionẽ Antiquorum circa principia. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit opinionem illorum, qui posuerunt principia esse cõtraria: secundò recitat opiniones illorum, qui posuerunt principia esse quasdam naturas separatas à sensibilibus, ibi. [Ampliùs si non erũt præter.] Prima in duas, quia primò ponit, quòd hi, qui posuerunt principia esse contraria, in tribus defecerunt: secundò manifestat illos tres defectus, ibi. [Impossibilia namque.] Ad euidentiã primi notandum est: quòd isti in tribus defecerunt: defecerunt enim quòd contrarium est ex cõtrario: & hoc falsum est: dixerunt etiam, quòd omnia sunt ex contrariis; & hoc etiam falsum est: & sic iste fuit secundus defectus: dicentes etiam quòd omnia sunt ex contrariis, non dixerunt quo modo; & sic defecerunt in isto tertio. Et hoc est, quod dicit litera: quòd omnes isti Antiqui dixerunt, quòd omnia sunt ex contrariis: rectè autem non dixerunt, neque dicentes, quod contrarium est ex contrario: neque dicentes, quòd omnia sunt ex contrariis: & sic in hæc tria defecerunt. Cum subdit deinde.

Antiquorũ defectus circa principia rerum.

Impossibilia namque sunt contraria adinuicem. Non autem soluitur hoc rationabiliter, eo quòd tertium aliquid sit. Alij uerò alterum contrariorum materiam faciunt; quemadmodum quidem est inæquali, aut uni multa. Soluitur autem & hoc eodem modo: materia enim quæ una nulli est contraria.

Manifestat istos tres defectus. Et diuiditur in tres partes; quia primò manifestat, quòd est falsum, quòd contrarium sit ex contrario: secundò manifestat, quòd falsum est, quòd omnia sint ex contrariis ibi. [Ampliùs autem omnia.] tertiò manifestat, quòd etiam defecerunt in hoc, quòd scilicet non benè manifestauerunt, quomodo cõtraria causant omnia, ibi. [Omnes autem contraria dicentes.] Manifestat ergo primò primum defectum, dicens: quòd unum contrarium non recipit aliud: secundum autem opinionem nostram soluitur ista dubitatio; quia cum duobus contrariis nos ponimus tertium principium, scilicet materiam; ex qua materia fit aliquid per se, & non ex contrario. Deficiunt ergo illi, qui ponunt, quòd ex contrario fit contrarium; nullam mentionem facientes de potentia materiæ; quia nunquam ex cõtrario fit contrarium, quin ex potentia tali fiat actu tale. Nec potest aliquis dicere, quòd unum contrariorum est materia alterius: sicut quidam dixerunt, quòd in æquale est materia æqualis; & quod multitudo est materia unius; hoc enim dici non potest; quia materia nulli contraria est. Notandum est autem, quòd si unum contrariorum esset materia alterius, benè posset dici, quòd unum contrarium susciperet aliud; & quòd ex duobus contrariis fieret unum, sicut fit ex materia & forma: & ideo ne aliquis hoc diceret, ideo Philosophus hoc excludit, dicens: quòd impossibile est, quòd materia habeat rationem contrarii; cuius ratio potest esse, quia contrarietas semper concernit formam. Sicut ergo materia est in potentia ad omnem formam, ita est in potentia ad omnem contrarietatem, & sicut in essentia sua nullam habet formã: ita in essentia sua nullam habet contrarietatem. Addit postea.

Cõtrariũ nõ est ex cõtrario.

Cõtrarietas semper formã cõcernit

Ampliùs autem omnia praui participatione sunt extra unum. Nam prauum ipsum alterum elementorum. TEX. 54.

Ostendit quomodo defecerunt in secundo, dicendo scilicet quòd omnia sunt ex contrariis. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit hoc; secundò specialiter descendit ad opinionem Empedoclis, & Anaxag. ibi. [Inconuenienter autem.] Prima in duas, secundum quòd dupliciter ostendit istos defecisse; primò enim defecerunt, quia non omnia sunt ex contrariis: secundò defecerunt, quia positio eorum non conuenit positioni omnium. Secunda ibi. [Alii autem.] Notandum est ad euidentiam primi, quòd ratio Philosophi est in hoc; contraria reducuntur ad bonũ & malum, tamquam ad prima contraria; si omnia sunt ex contrariis, ergo omnia sunt ex bono & malo; quod est falsum; quia in substantiis separatis, & in corporibus cœlestibus non est malum. Visa hac ratione, patet litera, quæ dicit sic; quòd si

Nõ oĩa sunt ex cõtrariis

Quæ sũt prima cõtraria

In substantiis separatis non est malum.

si omnia sunt ex contrariis, sequitur quòd omnia sint ex participatione prima extra unum, quod est ipsum bonum; nam ipsum prauum ē alterum elementorum & principiorum; & ideo omnia sunt ex illo præter ipsum bonum, quod diuiditur contra illud. Notandum est, quòd sicut nos modò dicimus, quòd unum contrarium non constituit aliud, & tamen duo contraria sunt infra mixtum; & sicut dicimus, quòd materia non constituit formam, & tamen forma & materia constituunt tertium; ita si bonum & malum sint principium omnium, oportebit dicere, quòd bonum non constituit malum, nec malum bonum; sed tamen ambo ista constituunt omnia composita. Et hoc est, quod dixit Philosophus; quòd si bonum & prauum sint, scilicet principia omnium, F omnia participant prauo præter ipsum bonum. Deinde cum dicit.

Alii autem nec principia bonũ aut malum; quamuis in omnibus maximè quod bonum principium. Alii uero hoc quidem rectè, quia principiũ; sed quomodo quod bonum principium non dicunt, Vtrum scilicet ut finis, aut ut mouens, aut ut species.

Antiqui hi sedo circa principia rerum.

Ostendit, quòd positio eorum non conuenit positioni aliorum, dicens; quòd alii fuerunt præter istos, qui dixerunt, quòd illud, quod est bonũ quasi primum omnium est; dicentes autem isti aliquando, quòd est principium, rectè dixerunt, sed non dixerunt, quomodo sit principium, defecerunt; dicentes enim quòd bonum est principium, non dixerunt, an sit principium, ut finis, uel G ut efficiens siue mouens, uel ut species siue forma. Notandum est, quòd primum ens, quod est idem, quod primum bonum; est principium omnium; & est principium in ratione finis; quia ipsum est optimum bonum; & est principium in ratione mouentis: quia ipsum est primus motor respectu omnium: & est principium aliquo modo in ratione formæ; quia ipsum est primum exemplar respectu omnium. Qui ergo dixerunt, ipsum bonum esse principium omnium, sicut dixit Philosophus; rectè dixerunt. sed quia non manifestauerunt modum, defecerunt. Sequitur.

Inconuenienter autem & Empedocles: amicitiã enim facit bonum: hoc autem principium ut mouẽs; congregat enim ut materia: pars enim mixturæ, si itaque & idem accidit ut materiam, et principium esse, & ut mouens; esse non idem. Vtrum igitur amicitia? Inconueniens autem & incorruptibilem esse litem; sed ipsum autem est mali natura.

Descendit specialiter ad opinionem Empedoclis, & Anaxagoræ. Et duo facit, quia primò descendit ad opinionem Empedoclis: secundò Anaxagoræ. Secunda ibi. [Anaxagoras autem.] Dicit ergo primò, quòd Empedocles inconuenienter dixit in opinione sua: dixit enim quòd bonũ est principium; & istud bonum uocauit amicitiã, hanc autem amicitiam dixit esse principium mouens; quia omnia congregat; & quòd ipsa amici

Empedoclis lapsus.

E tia est principium sicut materia; quia amicitia est pars mixti: componit autem ipsum mixtum ex quatuor elementis, & amicitia. Et secundum hoc accidit, ꝙ idem principiũ sit & principiũ mouẽs, & principiũ ut materia: mouens autẽ & materia non uidetur incidere in idem: nec esse idem, secundum autem Empedoc. amicitia utrunque est: & sic unum incõueniens sequitur ad opinionem Empedoc. ꝙ materia & efficiens in idem incidunt. Aliud inconueniens sequitur ad eum, quòd posuit litem esse principium, & esse principium incorruptibile; quod uidetur impossibile: quia lis habet naturam mali, malum autem non est perpetuum, nec incorruptibile. Notandum est, quòd Empedoc. in duobus peccabat: peccabat enim & ex parte amicitiæ, & ex parte litis: ex parte amicitiæ quidem; ponebat enim quòd amicitia habet rationem efficientis, & rationem materiæ, quod non est possibile respectu eiusdem. Peccabat etiam ex parte litis; posuit enim litem habere rationem perpetui, quod non uidetur possibile, quia nullũ uiolentum ut uiolentum ē perpetuum, lis autem uidetur habere rationem uiolenti. Deinde cum dicit.

Materia, et efficiens non coincidunt.

Lis hēt rõnẽ mali qđ non est perpetuũ

Nullũ uiolẽtũ perpetuũ

TEX. 55.

Anaxagoras aut ut mouens, quod bonum principiũ: intellectus enim mouet sed gratia alicuius mouet, quare alterum. Excepto ut nos dicimus, nam medicatiua est quodam modo sanitas. Inconueniens aũt, & contrarium non facere bono, & intellectui.

Descendit specialiter ad opinionem Anaxagoræ. Ad cuius euidentiam notandum est: quòd G Anaxagoras posuit principium mouens, sed non dixit propter quid moueret: & ita defecit: quia non fecit specialem mentionem de fine; cum tamen debuerit facere, quia finis differt à mouẽte. Deuiauit etiam a positione Antiquorum; quia cũ omnes Antiqui ponerent principia cõtraria: iste nihil dixit esse contrarium intellectui, quem intellectum posuit esse principium. Hoc uiso, patet litera, quæ dicit: ꝙ Anaxagoras posuit quoddam principium mouens, quod quidem principium dixit esse bonum; istud autem principium est intellectus; intellectus enim mouet omnia, sed tamen mouet gratia alicuius: & ita fuit facienda mentio de fine; quia alterum est finis, & mouẽs. H Nisi fortè dicamus, quòd mouens mouet propter se ipsum: dicimus, n. ꝙ medicatiua ars, quę est in mente medici: est quodam modo sanitas, & tamen mouet propter sanitatem: medicatiua enim ars, quæ est in mente artificis, non est sanitas, quæ est in materia, & tamen idem est, quòd sanitas sine materia: & ita primum inconueniẽs, quod sequitur Anaxagoram, est: quòd non facit distinctionem inter finem, & efficiens. Secundũ inconueniens est, quòd nullum contrarium fecit intellectui, & bono. Notandum est, quòd in primo ente separato à materia incidunt in idem finis, & efficiens: ita quòd omnia mouet propter se ipsum. Et hoc est, quod dicit Philosophus, ꝙ si nis

Anaxagora defectus.

In primo ente separato idẽ est efficiẽs, et finis.

nis & efficiens differunt: nisi fortè dicamus, quod sicut sanitas extra materiam, & ars medicatiua incidunt in idem: ita similiter in primo principio efficiens, & finis. Sequitur.

TEX. 56.

Omnes autem contraria dicentes, non utūtur contrariis, nisi figuret aliquis. Et quare hæc quidem corruptibilia, hæc uerò incorruptibilia, nullus dicit: omnia namque entia faciunt ex eisdem principiis. Amplius autem alii quidem ex non ente faciunt entia, alii autem, nisi hoc cogantur, unum omnia faciunt quidem.

Arguit adhuc Emped. & Anaxa.

Ostendit tertium defectum, quem habebant isti, ponentes contraria principia; & hoc quia non poterant dare modum, per quem omnia fierent ex contrariis. Et diuiditur in quatuor partes, secundum quòd adiungit quatuor rationes contra istos. Secunda ibi. [Amplius propter quid.] Tertia ibi. [Et duò principia.] Quarta ibi. [Et aliis quidem necesse.] Adducit ergo primò primam rationem: & est ratio talis: illi, qui ponunt contraria esse principia omnium, non possunt saluare diuersitatem entium; quę diuersitas est, quòd aliqua entia sunt corruptibilia, & aliqua incorruptibilia: ex quo enim principia sunt contraria, & quidquid est compositum ex contrariis, est corruptibile; uidetur quòd omnia sint corruptibilia: Hanc etiam diuersitatem non possunt saluare illi, qui posuerunt omnia facta ex non ente: quia ex quo origo omnium est una, scilicet non ens, non poterit saluari hæc diuersitas inter entia. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd omnes dicentes contraria principia, non utuntur contrariis, hoc est, non possunt uti contrariis in omnibus, nisi fortè figuraliter; nullus enim eorum potest dicere, quòd hæc de numero entium sunt corruptibilia; hæc autem incorruptubilia. Alii etiam, qui faciunt omnia ex non ente, non possunt hoc dicere. Et ideo fuerunt alii Philosophi, qui posuerunt omnia esse unum, ne cogerētur dare istam diuersitatem inter entia. Addit.

Omnē compositum ex contrariis est corruptibile.

Amplius propter quid semper generatio? quæ est causa generationis, nullus dicit.

Adducit secundam rationem, & est ratio sua talis: si omnia principia sunt contraria, non poterit saluari perpetuitas generationis: sed hoc est impossibile, ergo & primum. Et hoc est, quod dicit litera: scilicet quòd si generatio perpetua est, non poterit dici propter quid generatio semper est? nullus enim poterit dicere causam perpetuæ generationis. Notandum est, quòd causa perpetuæ generationis (secundum sententiam Philosophi) est corpus ingenerabile, & incorruptibile, scilicet corpus cœleste; corpus autem ingenerabile, & incorruptibile non habet contrarium; & ideo illud, quod non habet contrarium, est causa perpetuæ generationis; & ideo benè dictum est, quòd si omnia haberent contrarium, non esset dare causam perpetuæ generationis.

Causa perpetuæ generationū quæ.

Corpus ingenerabile & incorruptibile non hēt contrariū.

A Imaginatur enim Philosophus, quòd omnia contraria sunt generabilia, & corruptibilia; quod autē est generabile & corruptibile, cadit infra ordinem generabilium: nullum autem de numero eorum, quæ sunt infra ordinem generabilium; nec etiam omnia simul possunt esse causa perpetuæ generationis: sed oportet, quòd illud, quod est sic causa, sit eleuatum super totum ordinem generabilium, & corruptibiliū. Cum postea inquit.

Et duo principia facientibus, aliquid necesse primum esse principalius: Et his, qui species; quia aliud principalius. Propter quid enim participauit, aut participat?

Adducit tertiam rationem. Ad cuius euiden- B tiam notandum est: quòd imaginatio Philosophi est, quòd principia contraria sint in quadam multitudine; & quia omnis multitudo reducitur ad unum; ideo oportet, quòd omnia contraria reducantur ad aliquid unum, quod est principalius illis; & sic non erunt principia prima; reducuntur enim prima contraria ad motum cœli, & motus cœli reducitur ad motorem: quòd enim unum contrarium aliquando dominetur, aliquando aliud; hoc est ex diuersitate, quæ est ex motu cœli: ita quòd diuersitas, quæ est in principiis contrariis, reducitur ad diuersitatem, quæ est in motu cœli, quæ minor est illa: quia omnis diuersitas reducitur ad unum: & ideo omnis diuersitas reducitur ad unum mo- C torem: Et hoc est, quod dicit litera: quòd facientibus duo principia contraria, necesse est ponere aliquod aliud principium, quod sit principalius istis principiis contrariis: illi etiam, qui ponunt species, sicut sunt Platonici; necesse est ponere aliquod aliud principium, quàm species: nam si ponatur illud principium, non erit dare causam, propter quam materia aliquando participet speciem, aliquando non. Notandum est, quòd species, quas posuit Plato; reducuntur ad principium formale: quòd autem materia aliquando participet formam uel speciem, aliquando non; hoc non est, nisi propter principium mouens, & efficiens; quod quidem mouet materiam ad formam: & ideo benè di- D xit Philosophus, quòd nisi ponatur principium efficiens præter species, non erit dare causam, quare aliquando materia participat formam, aliquando non. Ita quòd simile est de ponentibus principia contraria tantùm, & de ponentibus species tantùm: sicut enim ponentes principia contraria tantum, non possunt assignare causam, quare unum contrariorum aliquando dominetur, aliquando non: ita ponentes species tantum, non facientes mentionem de efficiente, & mouente; non poterunt assignare causam, quare species aliquando participetur à materia, aliquando non. Subdit.

Omnis multitudo reducitur ad unum.

Prima contraria ad motum cœli reducuntur: & motus cœli ad motorem.

Et aliis quidem necesse sapientiæ, & honoratissi ma

ma ſcientiæ aliquid eſſe contrarium. Nobis autem non:non enim eſt contrarium primò qui propriam. Nam omnia contraria habent materiam, & hæc potentia eſt. Contraria autem ignorantia ad contrarium. Primo uerò contrarium nihil.

Ponit quartam rationem, quæ quidem ratio eſt talis: quòd ſi omnia habent contrarium, ſcientiæ primi erit aliquod contrarium: contrarium autem ſcientiæ eſt ignorantia; & ſic primum principium poterit eſſe ignorans. Viſa hac ratione, patet litera Ipſius Philoſophi, quæ ita dicit: quòd ſecundum iſtam iam dictam poſitionem, ſapientię & ſcientiæ honoratiſſimæ aliquid erit contrarium. Secundum autem poſitionem noſtram non: quia omne contrarium habet materiam; & omne, quod habet materiam, eſt in potentia; ſi ergo primum principium haberet contrarium, eſſet in potentia, quod eſt impoſſibile, ut dictum eſt: ſcientiæ ergo primi nihil eſt contrarium; contratium enim ad ſcientiam eſt ignorantia; primo ergo nihil eſt contrarium. Deinde cum Philoſophus ſubiungit.

Cōtrarium ſcientia eſt ignorantia.

Omne habēs materiā, eſt in potentia.

Amplius ſi non erunt præter ſenſibilia alia; non erit principium, & ordo, & generatio, & cæleſtia; ſed ſemper principii principium, ut Theologis, & Phyſicis omnibus.

Recitat opiniones illorum Philoſophorum, qui poſuerunt naturas ſeparatas à ſenſibilibus, Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtendit, quòd eſt neceſſarium dare aliqua principia ſeparata a ſenſibilibus: ſecundò oſtendit, quòd aliqui errabant in dando iſta principia, ibi. [Si autem erunt ſpecies, aut numeri.] Dicit ergo primò, ꝙ ſi non erunt aliqua principia ſeparata pręter ſenſibilia, non erit dare modum, per quem generatio ſemper fit; nec modum, per quem ordo ſit in rebus: nec erit dare, quòd cœleſtia uel ſuperna ſint principia iſtorum inferiorũ: ſicut poſuimus, ſed ſemper erit principii principium uſque in infinitum, ſicut uiſum eſt quibuſdam Poętis Theologis; & aliquibus aliis naturalibus, quòd non reduxerunt omnia ad unum principium. Notandum eſt, quòd ſententia Philoſophi in breui eſt iſta; quòd ſi non eſt dare unum principium primum, ordo non poteſt ſaluari in rebus; quia omnis ordo, qui eſt in rebus; deriuatur ab uno primo principio ſeparato: nec etiam poteſt ſaluari continuitas generationis, quia continuitas generationis dependet à corpore cœleſti: corpora autem cœleſtia dependent ab uno primo principio ſeparato. Sequitur poſtea ad idem.

Inuehit in Pythagor. et Plato.

Ordo in reb. unde deriuatur.

Si autem erunt ſpecies aut numeri nullius cauſę. Si autem non quidem motus.

Oſtendit, quomodo quidam errabant imponendo principia ſeparata: Et diuiditur in duas partes, quia primò oſtendit, quòd ponentes ſpecies, uel numeros eſſe principium rerum, errauerunt: ſecundò ſpecialiter oſtendit, quomodo ſpecialiter errauerunt ii, qui poſuerunt, numeros eſ-

E ſe principia rerum, ibi. [Adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus.] Dicit ergo primò, quòd iſta principia ſeparata non ſunt ſpecies, uel numeri; quia ſpecies & numeri nullius ſunt cauſæ: motus non enim reducuntur ad cauſam motiuam: & ſic ſi ponantur talia principia, peribit omnis motus. Deinde cum dicit.

Species, & numeri nullius ſunt cauſa motus.

Adhuc quidē quō erit ex non magnitudinibus magnitudo, & contrarium? Non enim numerus facit continuum, nec ut mouens, nec ut ſpecies.

Oſtendit, quòd iſta principia non poſſunt poni numeri. Et diuiditur hæc pars in quatuor partes, ſecundum quatuor rationes, quas adducit. Secunda ibi. [Ad uerò nullum erit contrariorum, & factiuum.] Tertia ibi. [Adhuc quomodo.]
F Quarta ibi. [Dicentes autem.] Eſt ergo ratio prima talis: ſi numeri ſunt cauſa omnium, ſunt cauſa magnitudinum; ſed hoc eſt impoſſibile, quia numerus non eſt magnitudo; ſi ergo numerus eſſet cauſa magnitudinis, magnitudo eſſet ex non magnitudine. Hoc eſt ergo, quod dicit litera: quòd impoſſibile eſt, quòd ex non magnitudine fiat magnitudo, uel continuum: non enim numerus, quem ponunt eſſe principium, poteſt eſſe cauſa magnitudinis, nec per modum efficientis, nec per modum formæ. Deinde cum dicit.

At uerò nullum erit contrariorum & factiuum, quod & motiuum, quod contingit ulique non eſſe. At uerò poſterius quidem ipſum facere, potentia. Non ergo ſempiterna ſunt entia. Sed ſunt? Interimendum igitur eſt horum aliquid. Et hoc dictum eſt.
G

Ponit ſecundam rationem, & eſt ratio talis: quòd illi, qui ponunt numeros eſſe principia, nullam mentionem facientes de principiis contrariis, quæ ſunt motiua effectiua, peccant: ſi enim principia contraria non ſunt, non obſtante ꝙ numeri ſint principia, nō poterit poni generatio: generatio enim cauſatur ab aliquo primo effectiuo, & motiuo; numeri autem nec ſunt principia effectiua, nec motiua. Viſa hac ratione, patet litera, quæ dicit: quòd ſi tantùm numeri ſint principia, nullum contrariorum erit principium, nec motiuum, nec factiuum: & ſic contingit nō eſſe generationem & motum: principia enim
H ſunt potentia ad faciendum illud, quod poſterius eſt; ſi autem numeri ponantur principia, cum ipſi numeri nihil faciant; ab ipſi numeris nihil poterit fieri aliquid poſterius: & ſic entia poſteriora non erunt ſempiterna per continuam generationem; quia numerus hoc nõ poteſt facere: cum ergo hoc ſit falſum: ergo hoc, quod dictum eſt, interimendum eſt, ſcilicet quòd numeri ſint principia. Subdit poſtea.

Generatio a quo cātur.

Adhuc quomodo numeri unum, & anima, & corpus, & ſpecies totaliter & res, nihil dicet nullus: nec contingit dicere, ſi non, ut nos, dicat, quod mouens facit.

Ponit tertiam rationem. Ad cuius euidentiã notan-

In Septimo præcipue, supra Tex 40

Numeri nõ habent rõnem mouendi.

tandum est: quòd (sicut declaratum est supra in multis locis) ex potentia & actu fit unum, & ex materia & forma: quod autem ex potentia & actu fiat unum, hoc est per uim mouentis, quod quidem mouens trahit potentiam ad actum: si ergo non ponerentur aliqua principia mouentia, non posset assignari, quomodo ex potentia & actu fiat unum: cum ergo numeri non habeant rationem mouendi, ponentes numeros esse principia, non poterunt assignare, quomodo ex potentia & actu fiat unum. Hoc est ergo, quod dicit litera: quòd nullus eorum, qui numeros ponunt esse principia, poterit dicere, quomodo numeri faciant unum ex potentia & actu: non enim poterunt dicere, quòd per numerum fiat unum ex anima & corpore: & uniuersaliter ex specie, & re, cuius est species, id est ex forma & materia: nullus enim poterit dicere, nisi dicat, sicut nos dicimus: dicimus enim quòd mouens est, illud, quod facit unum ex potentia & actu. Addit tandem.

Dicentes autem numerum primum Mathematicum, & semper aliam habitam substãtiam, & principia cuiuslibet: Alij in connexam ipsius uniuersalis substantiam faciunt: nihil enim alia alii confert aut ens, aut non ens. Et principia multa. Entia uerò nolunt disponi malè; nec bonum pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps.

A Adducit quartam rationem contra dicẽtes, numeros esse principia: & maximè contra illos, qui ponebant quædam alia principia præter numeros: & est ratio sua talis. Quicunque ponunt principia inconnexa, non reducta ad unum principium, peccant: isti autem sic faciebant: ponebant enim ꝙ alia erant principia numerorum, & alia magnitudinũ, & alia sensibilium; & ista non reducebant ad unũ; ergo peccabant. Et hoc est, quod dicit litera: ꝙ illi, qui ponunt, numerũ Mathematicum esse primum inter entia; & post numerum ponunt quãdam naturam habitam, sicut magnitudinem, & sensibilia; & cum hoc ponunt, quòd istorum sunt alia & alia principia, non reducta, peccant: Primò quidem, quia substantiam uniuersi faciunt incõnexam esse id est sine nexu, & ordine. Secundò uerò, quia cum ponant multa principia, & multa entia, non ponunt, quòd hoc ens conferat illi, sed ponunt quòd quilibet ordo entium, & principiorum faciat per se unum uniuersum: quod tamen non est uerum: entia enim non sic disponuntur: bonum uniuersi non est in pluralitate principatuũ: ipsum enim uniuersum est unus principatus; non autem põt esse unus principatus, nisi in eo sit unus princeps, & unum principium, ad quod omnia reducuntur. Et sic finit &c.

Vnũ uniuersũ: unus pariter Princeps in eo.

B

F I N I S.



Pagella 7.A. ſenſum habentibus, Lege ſcientiam habentibus. ibidem.E.quia corpus, quia corpus mobile. 8.B.etiam duo ſequitur, etiam ſequitur.ibid.C.Arithmetica concernit, Arithmetica non concernit. 9.D.plurimi Philoſophi, primi Philoſophi. 10.E.addiſcere: ita quòd, ita quòd. 12.B.quòd alia methodus, quòd ad methodum. 14.C.quod quoddam, quod quidem. ibid.propter, præter. 14.B.are in ligno, archa in ligno. ibid.G.quòd ſic, qui ſic.ibid.pręter illa rationem propter aliam cauſam, propter illam rationem ponere aliam cauſam. 16.G. & unam partem, ex una parte. 17.A.in exteriori, in exemplari.ibid.B.exemplariter, exemplar.ibid.D.& per prima, & prima. 18.D.motiuorum, motuũ. 20. C.hic accipimus, hæc accepimus. 22.H.in numeros, inter numeros. 29.A.ibi etiam, intellectus ẽt. ibid. E.ſenſibiliter, ſimiliter. 31.C.illæ ueritates, illæ unitates. 35.C.quia intellectus, uel quia intellectus. 38.D.multitudo naturalis, multitudo materialis. ibid.ad ueritatem, ad unitatem. 41.A. per uirtutem, per uirum, aliàs, uirilitatem. 43.A.infinitas in numeris, infinitas in cauſis materialibus. 44.D. primò probat, primò ponit.ibid.F.genus irreſolubile, genus eſt reſolubile.ibid.infinita ſimpliciter, finita ſimpliciter. 45.A. firmitatis, finitatis. ibid.C. & ideo in materia, & ideo forma in materia, ibid. D. ad formam, ignis eſt; ad formam ignis; eſt.ibid.E.finitas & forma, finitas in forma. 46.A.poſt materiam poſt materiam primam. 47.D.propter certitudo, propterea certitudo. 48.G.in principiis, ipſis principiis. 63.C.ſuperna generant, ſuprema generum.ibid.& quæ, quot quæ. 110.H.natura erat natura, materia erat natura. 135.C.prædicamenta, prædicata. 136.A.æqualitas, qualitas. 165.G.ſubſiſtendo, ſubſtinendo. 172.D.Theorica, Theologia. 189.D.ens eſt, eſt ens. 248.E.uocat, notat. 262.D. non eſt prior arte, natura eſt prior arte. 266.C.potentia irrationalis, potentia rationalis.


Registrum.

ab, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Omnes ſunt Terniones, præter Nnn, qui eſt Quaternio.



VENETIIS
Apud Simonem Galignanum. 1572.

